

ANNALIVM  
ECCLESIASTICORVM  
TOMVS XVII.



0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36



ANNALIVM  
ECCLESIASTICORVM  
TOMVS XVII.



DE LA LIBRERIA

DEL REAL COLEGIO MAYOR

Reunido de Santa Cruz, y

Santa Catalina.

M. C. N.




**ANNALIUM  
ECCLESIASTICORVM**  
POST  
ILLVSTRIS. ET REVEREND. DOM.  
D. CÆSAREM BARONIUM,  
S. R. E. CARDINALEM  
BIBLIOTHECARIUM.  
Tomus XVII  
RERV IN ORBE CHRISTIANO AB ANNO  
Domini 1447. vsque ad annum Domini 1471. gestarum  
narrationem complectens.  
AVTHORE  
R. P. Fr. ABRAHAMO BZOVIO  
POLONO, SS. THEOL. DOCTORE,  
Ordinis Prædicatorum.  
*Opus nunc primum in lucem editum.*  
COLONIÆ AGRIPPINÆ,  
Sumptibus Antonij Boëtzeri  
HÆREDVM.  
ANNO M. DC. XXV.  
*Cum licentia & facultate Superiorum.*



in gratia et priuileg. Sum. Pontif. Sacrae Cæs. Maiestatis et Christianissimi Regis Francorum, etc.

et in Libreria del Collegio real in maior de Granada




SANCTISSIMO  
DOMINO NOSTRO

D. VRBANO VIII.  
BARBERINO  
PONTIFICI MAX. OPT.

FR. ABRAHAM BZOVIUS POLONVS  
*Sacræ Theolog. Magister Ordinis Prædicatorum.*

BEATISSIME PATER



I deuotio mea, iam tertio silentium rumpit, & magnitudinem Tuam tentare videtur, non est, cur admirare. Magna nomina, quorum in hoc Tomo Decimo septimo res ad immortalitatem gestas in solem produxi, NICOLAUS Quintus, CALIXTUS Tertius, PIVS Secundus, & PAVLVS Secundus, ad Tuos pedes impellebant: quod Tu non minus, quam illi dignitatem, quâ nulli in terris augustior, virtutibus heroicis quæsitam, cultûs diuini amplificatione, Fidei Orthodoxæ propagatione ac tutelâ, salutis, ac tranquillitatis publicæ curâ, veteris disciplinæ restaurandæ studio, & innumeris alijs, quibus illi Tibi præluxerunt ornamentis, imples, atque illustras; à quibus non minus Optimum Te, quàm maximum sera, ac serua Carmina cantabunt, æternusque annalium honos manebit.

*Roma apud Sanctum Petrum ex meo  
musæo. Calend. Augusti. M.DC.XXV.*

## AD LECTOREM


Carmen  
REVERENDI AC ERVDITI D. PETRI KEVTZÆI  
SS. Theologiæ Baccalauræi, ac in florentissimo Montis  
Gymnasio AA.LL. Professoris.

**H**uc oculos, huc verte animum, nec parce diei,  
A quocunque iuuat, tempore digna legi.  
Bzouius ipse auctor dignus, res dignior ipsa est  
A mundi claris edita luminibus.  
Quatuor Atlantum vitas complectitur orbis  
Hic tomus, atque horum tempore gesta docet.  
Vera docet, manifesta probat, nil longior aquo,  
Nil in isto breuior, perlege testis eris,  
Et dices, verè, qui scripsit, dignior est res,  
Vel rem nesciuit, fallere vel voluit,  
Debit, hæc res est longè dignissima, poni,  
Si potuit dici digna alia vlla legi.

### Epigramma

FR. GVILIELMI A NEVHOFF ORDINIS FF.  
Predicatorum Nouitii in Conuentu Colonienfi.

**V**ltima quando tua spectare Volumina BZOVI  
Historia primâ vix mihi fronte datum,  
Exclamo: O superi, hac vnâ quot imagine Mundo  
Hæc redimma dedit secula prisca manus.  
Fas erat an tanto quenquam reuocare nitore  
Secula, pulueribus panè sepulta suis?  
Quàm timco puri hoc speculi nitidissimus orbis  
Inuidet Historiis docta litura tuis:  
Obiectos nitidâ qui solus imagine vultus  
Se, paris expertem, reddere posse putat,  
Hæc tua dum veterum viuis animata figuris  
Ætatum vultus amula charta dedit.  
Arte, Nitore, Fide tandem Historia inclyta Bzoui  
Nil erit Historicum, iam tua sed Speculum.



## PRIVILEGIUM CAESAREVM



**M**ATTHIAS Diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator  
semper Augustus, ac Germania, Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia,  
Sclauonia, &c. Rex, Archidux Austria, Dux Burgundia, Styria, Carinthia,  
Carniola, & VVirttembergæ, &c. Comes Tirolis, &c. Agnoscimus & no-  
tum facimus tenore presentium vniuersis. Quod cum demissè Nobis ex-  
poni curarit noster & Sacri Imperii fidelis dilectus Antonius Boërzerus,  
Ciuis & Typographus Colonienfis, sese publico Litteratorum, & vel ma-  
ximè eorum commodo, quibus Theologiae studium & Historiarum co-  
gnitio cordi est, Opera omnia Patris M. Abrahami Bzouii Ordinis Prædi-  
catorum, quæ scripsit, quæque in posterum scripturus sit, prælo subiicere, sumptibusque & typis  
suis in publicum edere decreuisse. Vereri autem, ne, quod subinde accidisse malo suo didicerit,  
amulorum fraude, qua lucri captandi causa primas istiusmodi editiones imitari, atque ita ex alie-  
nis sudoribus quaestum facere consueverint, ipse sperato laboris & impendii sui fructu ad alios  
translato iniquè fraudetur. Ac proinde supplex Nos rogârit, vt indemnitati suæ hoc loci consu-  
lere, ipsumque aduersus quorumcunque machinationes supradictas Priuilegio nostro Caesareo  
clementer munire dignaremur. Nos pro benigna animi nostri in rem Litterariam affectione,  
precibus istiusmodi haud grauatim annuerimus; vt vigore presentium annuimus. Ac proin-  
dè omnibus ac singulis Typographis, Bibliopolis, & aliis quibuscunque negotiationem libra-  
riam exercentibus seriò inhihemus, & veramus, ne quisquam prædicta Opera quocunque modo,  
charactere, aut forma, siue integra, siue aliquam eorum partem, citra memorati Antonii Boërzeri,  
eiusque hæredum voluntatem & assensum, intra decennium à prima editionis die computandum  
recudere, aut alij recudenda dare, siue alibi etiam impressa intra Sacri Romani Imperij, Regno-  
rumque & Dominiorum nostrorum hæreditariorum fines apportare, vendere, vel distrahere au-  
deat ac præsumat. Si quis autem Edictum hoc nostrum transgredi, violare, aut contemnere depre-  
hendatur, cum non solum eiusmodi Libris perperam recufis & apportatis, quos dictus Antonius  
Boërzerus, eiusque hæres vbicunque inuenti fuerint, siue propria, siue Magistratus ibidem autho-  
ritate atque auxilio sibi vendicare poterunt, priuandum, sed & poena decem Marcharum auri pu-  
ri, cuius semis prædicto Boërzero eiusque hæredibus, alter verò semis fisco nostro Imperiali fraudis  
vindici toties quoties contrafactum fuerit, omni spe veniæ sublatâ, mulctandum decernimus.  
Dummodo tamen eiusmodi Opera nihil in se scandalosum, aut orthodoxæ Religioni Catholi-  
cæ, Sacrique Romani Imperij constitutionibus aduersum, vel bonis moribus contrarium, siue in  
præfatione, siue in contextu, seu alias quocunque modo contineant, & Boërzerus ipse terna vt mi-  
nimum dictorum Librorum exemplaria suis sumptibus quamprimum ad Cancellariam Imperia-  
lem Aulicam transmiserit. Mandamus ergo Vniuersis nostris, & Sacri Romani Imperij, Regno-  
rumque ac ditionum nostrarum hæreditariarum subditis, cuiuscunque status, gradus, ordinis, cõ-  
ditionis aut dignitatis existant, tam Ecclesiasticis, quam Sæcularibus, præsertim verò ijs, qui in Ma-  
gistratu constituti, vel proprio, vel superiorum nomine & loco Ius ac Iustitiæ administrationem  
exercent, ne quæquam Priuilegium hoc nostrum Caesareum temere & impune transgredi aut vio-  
lare patiantur, quin potius contumaces, si quos fortè compererint, præscripta poena mulctari, alij  
que modis idoneis coërceri curent, quatenus & ipsi eandem mulctam vitare voluerint. Harum  
testimonio litterarum, manu nostra subscriptarum, & Sigilli nostri Caesarei impressione munitarum.  
Datum in arce nostra Regia Praga, die 17. Mensis Ianuar. Anno Domini M. DC. XVII. Regno-  
rum nostrorum, Romani V. Hungarici IX. Bohemici vero VI.

Matthias

Vt. HL. Von B.M.

Ad mandatum Sacræ Caesareæ Maiestatis proprium.  
Ioan. Bartholomæus.

FACULTAS SUPERIORVM.

**N**os Fr. Raphael Riphoz Barchinonensis S. Theologiae Professor, & totius Ordinis Praedicatorum humilis Vicarius Generalis & Scrivus. Tenore praesentium, nostrig auctoritate officii facultatem concedimus Admodum R. P. F. Abrahamo Bzouio Ord. nostri Praedicatorum Sacrae Theologiae Magistro, eique in meritum sancta obedientia iniungimus, ut librum qui inscribitur PONTIFEX ROMANVS, XV. XVI. & XVII. TOMOS ANNALIUM ECCLESIASTICORVM ab ipso compositos, iuxta decreta Sacrosancti Concilij Tridentini, & Constitutiones, statutaque Capitulorum Generalium Ordinis nostri, a duobus Patribus S. Theol. Mag. Ordinis nostri examinatos & approbatos, publicis typis mandare valeat. In quorum fidem his officij nostri sigillo munitis manu propria subscripsimus. Datum Romae in Conuentu nostro S. Mariae super Mineruam. die 19. Augusti 1618.

F. Raphael Riphoz

qui supra

R. fol. 112.

APPROBATIONES

Admodum R. R. ac Eximiorum PP. ac DD. Sacrae Theologiae Doctorum.

PRIMA.

**V**idi, ac legi Tomos XVII. & XVIII. Annalium Ecclesiasticorum, compositos a R. P. F. Abrahamo Bzouio S. Theol. Mag. Ordinis Praedicatorum, & dignos censui impressione. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem, Calend. Nouembr. M. DC. XXIV.

Ego Fr. Zenobius Medices S. Th. M. Ordinis Praedicatorum & Sedis Apostolicae Penitentiarius.

ALTERA.

Ad R. P. Fr. Vincentij Iustiniiani eiusdem Ordinis & S. Theol. Professoris, ac secundi Regentis apud FF. Praedicatores Almi Conuentus Colonienfis S. Crucis.

**A**nnalium Ecclesiasticorum XVII. ac XVIII. Tomos, rerum in Orbe gestarum narrationem ab anno 1447. ad annum usque 1503. complectentes, a supra nominato Authore, eruditissimo P. Bzouio, Ecclesiasticae Historiae scriptore, & secundo Annalium Parente, felici methodo, styloque compositos, summam attentione & animi voluptate a me infra scripto perlectos, nil sane fidei, aut salutaribus moribus aduersum, continentes, luce, ac laude dignissimos, illisque nominibus utiliter excudendos censui. Coloniae pridie Nonas Septembr. Anno M. DC. XXV.

Fr. Vincentius Iustinianus  
Ord. Praedicatorum.

ANNA-



ANNALIUM  
ECCLESIAE

POST

CAESAREM BARONIUM

S. R. E. CARDINALEM BIBLIOTHECARIVM, ET HISTORIO-

GRAPHVM,

GRAPHVM,

TOMVS XVII.

Authore

R. P. F. ABRAHAMO BZOVIO POLONO,  
S. Theol. Magistro, Ord. Praedicatorum.

ANNO CHRISTI NICOLAI PAPAE V. FRIDERICI ROMANORVM REGIS  
1447. ANNO I. ANNO 8.

Eugenio  
IV. vita  
functo, ab  
eius praedictione.

**D**IVINATIONEM esse in ore Principis, sapientissimus Principum Salomon affirmabat. Id si in aliquo Principum, certe in Eugenio Summo Principe verum fuit. Quod enim xvii. Kalend. Januarij, dum quatuor viros illustres in Apostolicum Senatum legisset, dixerat; se ex illis unum successorem futurum, Cardinalem creare; exitus rei, diuinae probavit: quando illo ad vii. Kalend. Martij vita functo, Patres & designandum Pontificem congregati, unum ex illis quatuor, Thomam Sergianensem, ex presbytero tituli S. Susannae Cardinale, Summum Antistitem renuntiariunt. Praecessit, & alia, Pontificatus Nicolai Quinti praedictio. Nocte, quae mortem Eugenij praecessit, haec ipse Nicolaus secundum somnium vidit, quae postea Friderico Imperatori a se coronato narravit. Vide re sibi visus est, se in cubiculum Pontificium introductum, in quo Eugenius decubens, pallium, & tunicam Pontificalem exuisset, illisque eum ipsum induisset, ac mitram Pontificiam capiti suo demptam, capiti eius imposuisset; postremo manu apprehensum, in sellam eminentem euexisset, dixissetque; sede hinc ego ad Sanctum Petrum pergam. Istud, quod adiungo, longe ante Nicolao visum fuit. Quo die B. Nicolaus Cardinalis Albergatus, olim Thomae patronus, ad caelestem patriam emigraverat, eidem orbitatem suam deploranti, & ex merore in somnum soluto, ille ipse Nicolaus secundum quietem apparuit, & Petri successorem fore praenunciavit. Ergo fati eum ad supremam dignitatem trahentibus, hunc in modum assumptus, Eugentianae praedictioni fidem asseruit. Exequijs per nouem dies actis, Eugenio mortalitati exempto, Car-

Secundum  
vaticinium  
Nicolai  
Card. Albergati.

dinales, numero xviii. Sacrum Comitium more longinquo ingressi sunt;

Episcopi Cardd.  
Ioannes Vrsinus, Episcopus Praenestinus, Decanus, & maior Penitentiarum, Archiepiscopus Tarentinus.  
Franciscus Condulmerius, Episcopus Portuen', S. R. E. Vicecancellarius. Presbyteri Cardd.  
Nicolaus de Acciapacio, tit. S. Marcelli.  
Georgius de Flisco, tit. S. Anastasiae.  
Bessarion Nicanus, Basilicae SS. xii. Apostolorum.  
Antonius Martini, tit. S. Chrysogoni.  
Ioannes Iuuenis, tit. S. Laurentij in Lucina.  
Guilhelmus de Estouteuilla, tit. S. Martini in montibus.  
Fr. Ioannes de Turri-Cremata Ordinis Praedicatorum, tit. S. Mariae trans Tiberim.  
Ludouicus Scarampus, tit. S. Laurentij in Damaso, S. R. E. Camerarius.  
Domnicus Capranica, tit. S. Crucis in Hierusalem.  
Alfonso Borgia, tit. SS. Quatuor Coronatorum.  
Henricus de S. Alouo, tit. S. Clementis.  
Thomas Sergianensi, Lucanus, tit. S. Susannae.  
Domus Ioannes Siculus, tit. S. Sabinae.  
Diaconi Cardd.  
Prosper Columna, S. Georgij in Velabro, S. R. E. Archidiaconus.  
Petrus Barbus, Venerus S. Mariae Nouae.  
Ioannes Caruial, Hispanus, S. Angeli.  
Locus Comitio paratus, ad Ecclesiam SS. Virginis, ad Mineruam. Praefecti custodiae Conclauis, Aeneas Syluius, & Procopius Rabeinthein Caesarei Oratores, cum ceteris Legatis Regum, ac Principum. Parum absuit, quin ea electio turbaretur. Enimvero Stephanus Romanus, e familia Porcaria tenui censu eques, sed suadendis, vel adeo trahendis hominibus, ad nouas res

Cardinalis  
xvii  
sufraganeus  
electus.



moliendas natus, conuentu populi Romani in Cœno-  
bio Aracalitano facto, vix non ad libertatem, & ad  
Pontificis imperium vel excuriendum, vel quod propè  
erat temperandum conclamauerat; ac illo specioso li-  
bertatis prætextu, vix non vni Patribus intulerat; nisi  
Altorgius Agnensis Neapolitanus, Beneuentanæ Vr-  
bis Archiepiscopus, pro Sede Apostolicâ Romæ Gu-  
bernator, factiosi hominis audaciam grauiore facundia  
repressisset. Iuuit Altorgius ad reprimendos cona-  
tus Porcarianos, præsentia Alfonso Aragonum, & Sici-  
liæ Regis, qui per hos dies Tybur descenderat, ibidèq;  
bello contra Florentinos suscipiendò consilia agitabat.  
Per eius enim metum, Porcarius, intemptiuæ liber-  
tatis tractatione deposita, Conuentum dissipari tole-  
rauit, dubius, ne Patres deligendo Pontifici adunati,  
auxilia illius implorarent, neue is exercitu admoto,  
Vrbana omnia infestaret. Non minus etiam Pontifi-  
cis electionem eius aduentus accelerauit, cum Patres  
vererentur, ne quid noui inijceret, quod libertatem  
suffragandi contaminare, aut inficere satis esset. Ex-  
mit hunc illis scrupulum Alfonso; quando misit  
Marino Caraciolo Comite S. Angeli, Ioanne Anto-  
nio Vrsino Comite Trolano, & Garzia Cabanello, & Ca-  
raffelò Caraffa Oratoribus, nihil aliud se cupere, ac  
pro officio Principis Christiani à Patribus expetere  
professus est, quam vt Pontificem ex re Ecclesiæ eli-  
gerent, cui honor diuinus, & populi Christiani tran-  
quillitas cordi foret. Ergo pridie Nonas Martij, com-  
munibus suffragijs, Thomam quem diximus Sergian-  
nensem, Petro Principi Apostolorum successorem de-  
derunt virum modicis quidem parentibus, patre Bar-  
tholomæo Philico, matre Andriola, apud Sergianam  
Lunenensis agri oppidum natum, sed virtute doctrina,  
vita in cœcetera comitate, gratiâ, liberalitate, magnificentiâ  
reru gerendarum peritia, ac cæteris heroicis ornamenti-  
simo Pontificatu longè dignissimum. Tanta erat mo-  
destia, vt summo magistratu se indignum pronuncia-  
uerit, Patresq; omnes, supplex etiam flagitauerit, vt  
Ecclesiæ Dei maturus consulerent. Cæterum Tarentinu-  
Cardinalis, vim quasi homini intulit, quando admo-  
nuit, ne cursum Sancti Spiritus cunctatione, aut recu-  
satione suâ impediret. Itaq; vel inuitus, & reluctans,  
humeros tanto oneri subiecit. Quod aut Nicolai Alber-  
gari Cardinalis, tum liberalitate literis operam de-  
disset, tum singulari curâ in magnum virum euasisset,  
tum apparitione ad Pontificium solum capessendum  
aliquando præmonitus fuisset, eius beneficij memor,  
Nicolau nomen edidit.

Nicolaus siquidem Cardinalis, ingenio adolescentis  
delectatus, Bononiæ in celeberrimo totius orbis gym-  
nasio studijs Philosophiæ, & Theologiæ illum admo-  
uerat, in quibus is progressu factò, laureâ Doctoralem  
adeptus, dignus fuit, quem Albergatus familia suâ  
præficeret, & in rebus grauisimis gerendis eius con-  
silio vteretur. Famâ eius virtutum excitatus Pontifex  
Eugenius, in primis Scriptoribus Pœnitentiariæ A-  
postolicæ adnumerauerat, deindè subdiaconum Pon-  
tificium creauerat; ac paulo post cognitâ hominis in-  
tegritate, & doctrina, in illis potissimum disputati-  
onibus, quæ cû Græcis Ferraria, & Florentiæ habitæ sunt.  
Nuncium in Germaniam ad dissipandum Basilicense  
Cœciliabulum, neutralitatemq; Germanorum tollen-  
dam, sed iam Episcopum Bononiensem factum, desti-  
nauerat. Qua in re, cum in plurimis Principum Con-  
uentibus, operam suam Ecclesiæ probasset, & Frideri-  
cum Romanorû Regem, ac Principes nationis Germa-  
nicæ ferè omnes, ad schismata eiuradû, & neutralitatem,  
vniuersali Ecclesiæ, perniciosissimam deponendam  
adduxisset, multaque pro innocentia Eugenij, & pro  
Sedis Apostolicæ maiestate iuxta & auctoritate scilicet  
transigisset, reuertens ab ea omnium difficillimâ  
legatione, ad portam Flaminiam, antequam urbem  
ingrederetur, purpureo galero obuiam ab Eugenio  
Pontifice succedantibus omnibus misso, in Sacrum

Succesit  
Nicolau  
V. Ser-  
giansis.

Insigni  
modestia  
Pontifi-  
catum  
recusans.

Diuinitus  
potius de-  
signatus  
Romanus  
pontifex.

III.

Senatû assumptus, dignum specimen virtutum Patri-  
bus ostendit, propter quas illum Eugenio vitâ sancto  
sufficeret. Cardinalis Iustianus, Antonius Martini,  
Episcopus Portugallensis, è concilio aut prodens inter-  
rogatus, quem Pontificem creassent, respondit: *Non nos  
Nicolau, sed Deus Pontificem designauit.*

Quarto Idus Martij, ante Basilicam Vaticanam pre-  
sente Sacro Cardinalium Collegio, Oratoribus Re-  
gum & Principum, clero ac populo, Prosper Columna  
S. R. E. Cardinalis Archidiaconus, tyranus Pontificum  
Nicolao Quinto Pontifici imposuit, postquam Taren-  
tinus Cardinalis, Princeps Senatû, solennia consecra-  
tionis, ex more peregerat. Eodem die facta omni-  
um laetitia, Basilicam Lateranensem adiuit, & inter o-  
nantium acclamationes Pontificatum auspicatus est,  
omnibus in eam spem erectis, vt crederent, pacem, &  
felicitatem Orbi Christiano illum vnum daturum.  
Eius assumptione diuisa, adfuerunt ab omnibus  
Regibus, & Principibus Christianis Oratores, qui su-  
premam ei dignitatem gratularerunt, illumq; veluti vi-  
nicum, legitimum, & indubitatum Apostolicum, Iesu  
Christi verum Vicarium, & Diui Petri certissimum  
successorem venererunt, Alfonso Rex Vrbi prop-  
rior, Honorarium Caeteranum Comitum Funda-  
num, Marinu Caraciolum Comitem S. Angeli, Guil-  
helmum Monacham, & Carolum Campobasi. Comi-  
tem, Oratores misit, qui post præmissa venerari-  
onis obsequia, nouum Pontificem ad pacis vniuersalis  
totius Italiae consilia inuitarent.

Dignum memoratu est, quam gratus fuerit in eos,  
qui ad tollendam neutralitatem secum collaborauer-  
ant, quamq; cupidus fuerit, per eosdem eradican-  
di schismatici schismatis, statim enim atq; è concilio apud  
Mineruam referato, ad sedes S. Petri ac dicit, Aeneas Sil-  
uio, qui negotia Eugenij, apud Fridericum Casarem,  
& Principes Germaniæ plurimum promouerat, ad se  
accerfuit, Secretariarum & subdiaconatum Apostoli-  
cum confirmauit, atq; in die coronationis ante se Cru-  
cem deferendam comisit. vt aut Aeneas ex Vrbe rece-  
ssit, ac post dies viginti, certum quantum de morte Epif-  
copi Tergestini Pontifex accepit, nullum Cardina-  
lium in Consistorio consulens, paludatus, mitratuq; in  
sacrum collegium venit, & admirantibus primu, de  
inde fauentibus vniuersis Patribus, Aeneam Episco-  
pum Tergestinum pronunciauit, litterasq; gratuito  
expeditas ad eum misit: homini scilicet amplificando,  
& ad reliqua Ecclesiæ negotia peragenda an mando.  
Deus, qui omnium bonorû retributor est, Aeneam re-  
munerari volebat & ad maiora assumendum, per gra-  
dus quosdam dignitatis attollebat, cum nihil minus  
illæ, quam de Episcopatu cogitaret, Fridericum quoq;  
Casarem impulerat, vt Tergestina Ecclesiæ vacati-  
one cognita, dixerit; hanc Aeneæ impetramus, quæ  
nostri est dominij naturalis simulq; literas Pontifici in  
ea re iam se ignaro perfecta, scripserat; vt sic nescius  
Aeneas, cum redisset ad Casarem, ad Episcopatum se-  
se, & Nicolai Papæ, & Friderici Casaris voto vocatum  
inuenit. Neq; Cuius Tergestini, qui omnibus exteris  
infelici esse confueuerat, Aeneæ restiterunt: sed cum  
primarium ciuem Decanum suum Canonici Episco-  
pum elegissent, silere illum iussi, possessionem, vel ab-  
senti Aeneæ concordibus animis tradiderunt.

Inter hæc Imperator apud Alciaburgium, quod est  
oppidum Maguntinensis Ecclesiæ supra Alganum,  
Conuentum Prælatorum, & Principum indixerat, vt  
de reliquijs neutralitatis tollendis deliberaret. Ad  
hunc Conuentum Nicolaus Pontifex Ioannem Car-  
uaialem S. Angeli Diaconum Cardinalem, Legatum  
destinauit; qui Romanâ auctoritate probata con-  
cordata dmulgaret. Eo etiam Casar, Aeneam, cum  
Hartungo iuriconsulto misit, qui Maguntinum  
Præfulem, & alios Francfordiensis participes Federis  
in obedientia Nicolai Papæ confirmarent; atque ad  
eandem rem traherent. Ludouicum Comitem Pala-

IV.

V.  
Ad schis-  
matis &  
neutrali-  
tatem  
tollendâ  
studet  
Nicol.  
PP.

VI.  
Cui rei in  
Germani-  
am mi-  
sit Lega-  
tû Card.

tinum Rheni, & Theodoricum Coloniensem Archi-  
episcopum. Non incastrum labor celsit. In Conuentu  
decreta sunt, quæ Casar optauit. Inter sacrificandum,  
Nicolau Quintus Pontifex Maximus, verus, ac indu-  
bitatus Petri successore declaratus, renunciatusque est,  
Deoque pro sua salute supplicatum. Ludouicus Com-  
es Palatinus Rheni, et Felicitas in Papâ electi filiam,  
uxorem habebat, ad reuerentiam tamen, deuotio-  
nemque Nicolai Quinti descendit. Colonienfis Ar-  
chiepiscopus eo tempore aduersus Sufatenses Ecclesiæ  
sue rebelles bellum gerebat: cumq; intutum ad eum  
iter esset, Aeneas Coloniam manens, litteris secum egit;  
& is, quæ ad neutralitatem deponendam spectabant,  
se facturum omnia sponndit. *Comment. Pij 2. lib. 1. Pla-  
tina, Onuphrius, Ciacconus, in Nicol. V. S. Antonius tit. 22.  
c. 12. Surt. a. annal. lib. 15. c. 46.*

Hartmannus narrat, actos fuisse pro reconciliatione  
Felicitis Sabaudi cum Nicolao Pontifice aliquot alios  
Conuentus, præsentibus Casaris, & Regum Franciæ,  
Angliæ, Siciiliæ Legatis. in annalibus Sereni Deipara  
maris.

Cochleus memorat, statim post publicatum Eugenij  
Pontificis de concordatis Germaniæ decretum, euan-  
nescere cepisse Basilicensem auctoritatem, quam te-  
merè vltimauerant: vel tum maximè, quando Fride-  
ricus Casar edictum diulgauit, hoc tenore.

Nos Fridericus Dei gratiâ Romanorum Rex semper Augu-  
stus, Austria, Stiriæ, Carinthiæ, & Carinthiæ Duc, &  
Comitumque Iulij & Carinthiæ, & singulari principibus Sacri  
Imperiij Electoribus, Comitibus, Barones, Dominis, mil-  
itibus, nostris, sacriq; Imperij subiectis, quibus præsen-  
tes littere, vna præsentata fuerint, vestra cum gratia  
omne bonum.

Reuerendi, Illustres, charissimiq; Nobiles.

Cum nos ad Romani Imperij dignitatem, per diuinam  
Omnipotentis ordinationem fuerimus electi, Ecclesiam  
Dei schismaticis, discordijs, varijsque erroribus repe-  
tione grauata. Quapropter patrum & antecessorū nos-  
trorum memoria Rex Albertus, ac sacri Imperij Electores,  
se in prestantionem, seu animorum suspensionem posue-  
rant; ne istius schismatis occasione, in sacro Romano Im-  
perio periculum oriretur; & quod eo facilius posset ad  
vniuersam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ denuntiari. Quam vni-  
uersam ex Sacri Romani Imperij Electorum informatione,  
post plures labores & dietas, coram vtriusque partis at-  
tentauimus, & deuo coram alijs Christianis Regibus &  
Principibus, nunc in propria persona, nunc per notabi-  
les nostros, magnis laboribus & expensis; quibus me-  
diantibus, errorem & schisma in Ecclesia Dei (heu quod  
si non nequim) extirparemus. Quapropter nos diutius su-  
stineri non potuimus, sed vniuersim cum aliquibus su-  
stris, sacriq; Imperij Electoribus, Archiepiscopis, spiri-  
tualibus & secularibus, & maiori Alemanniæ parte, Papa  
Eugenio, felicitis recordationis; cui dum adhuc vixeret,  
omnes nationes, Reges, & Principes totius Christiani-  
tatis (paucis dempns) fuerunt obedientes, sicut nos-  
træ Romæ fuit declaratum, plenariam fecimus obedi-  
entiam, coram sua Paternitate, & Sedis Apostolicæ sancti-  
tate, & non potuimus laudabilem, possibilerem, ac  
magis Desiderium excogitare modum, pro Ecclesiæ Dei v-  
nitione, quam Sanctæ Romanæ Sedi associari, & a commu-  
nitione Christi fidelium minime segregari. Et quia idem  
Eugenius iam vniuersa carnis debentem exsoluit, & ex-  
tunc Sanctissimus Dominus noster Papa Nicolaus Quintus,  
ex sacro Concilio Venerabilium Patrum Sanctæ Romanæ  
Ecclesiæ Cardinalium, vniuersim, ritè, Desicque ele-  
ctus, & ad Sedem Sancti Petri Romæ est euectus, nobis-  
que videbatur ab eo immerito fore recedendum, sed po-  
tius animo bene deliberato, sanèq; consilio spiritualium &  
secularium Principum, qui imper in festo Martij, et in  
Aschaffenburg per se suosq; Legatos comparabant, vni-  
uersim, vniuersim, de nouo, pro Sanctissimo Papa Nuo-  
lao declarauimus, & sibi (vt merito debeamus) sic

Qui om-  
nia ex a-  
nimi sen-  
tentia  
confecit.

VII.

N7 Fri-  
dericus  
Imp. ele-  
ctus Ni-  
colau ad-  
hasit.

Idem  
Principes  
Germani-  
æ fecerunt.

plenam obedientiam. Quapropter à vobis omnibus  
& singulari assensu desideramus, monemusque vos om-  
nes & singulos, sibi illo debito, quo sanctæ Romanæ Sedi,  
ac Imperio sacro estis affecti, Imperialiq; auctoritate vobis  
districte ac seriòse præcipiendo mandamus, in his scriptis  
quatenus vos, & quilibet vestrum, huic declarationi  
& obedientiæ, per nos, nostrosque Principes factæ, con-  
sentiat; & quod præfatum sanctissimum Papam nostrum  
Nicolau Quintum, verum & indubitatum Papam, V-  
nicarium Christi, & verum successorem Sancti Petri, sine  
dolo & fraude recognoscatis, & firmiter teneatis, & ipsi  
suisq; mandatis, tamquam indubitato Papa, plenarie  
obedire minime recusetis: atque omnia mandata, à quo  
cunque emanent, sine ab illo qui Papatum usurpauit, sine  
à communitate in Basilea, aut aliquo alio titulo, non  
obstante quocumq;e, totaliter dimittere curetis, sperne-  
re, & integraliter resistere; quibus mediantibus, con-  
corditer in vniuersa Romana Ecclesia, ac sacri Imperij vi-  
uere valeamus. Et si quis mandatis nostris huicmodi (quod  
absit) contraire præsumpserit, sciat, contra se parvas &  
correctiones Romanæ Sedi euenire, ac parvas sacri Impe-  
rij incurere, quæ ad ealem inobedientiam penendam su-  
erim opportunè. Datum Nauansta, cum sigilli nostra  
maiestatis appensione, secunda feria ante festum S. Bar-  
tholomæi Apostoli Anno Domini M. CCCC. XLVII. nostri  
Imperij anno octauo.

Hæc Fridericus Casar, pro tollenda neutralitate,  
ex sententia Principum Imperij denunciabat. Non  
intermitterunt etiam Prælati, eadem significare. Ita scri-  
bebat vnus illorum.

I.

Ioannes Dei Gratia Episcopus Merseburgensis, Vene-  
rabilis viro Domino Burcardo, Præposito Monasterij S. Bar-  
tholomæi in Liptz. Canonorum Regularium, deuoto  
nobis in CHRISTO dilecto, saluam inue amicitiam præ-  
missi.

Venerabilis Domine Præposte. Quia magnâ delibera-  
tione præhabita, nos declarauimus, vni cum Reueren-  
dissimo in Christo patre, & Domino nostro Archiepisco-  
po Magdeburgensi, & Domino Numburgensi, & vni-  
uersis principibus & vralatis, tam spiritualibus,  
quàm secularibus, pro Sanctissimo in CHRISTO  
patre ac Domino nostro, Domino NICOLAO Papa  
moderno; mandamus igitur vobis, quatenus peram-  
plius litteras peregrinas Felicitas, in sua obedientia nun-  
cupati Papa, nec eorum qui sunt in Basilea, ad exce-  
quendum in dicepsi nostra non recipiatis. Datum Merse-  
burgi, in crastino S. Laurentij, nostro sub sigillo. Anno Domi-  
ni M. CCCC. XLVII.

II.

Ioannes Dei Gratia Episcopus Ecclesiæ Merseburgensis,  
Venerabilibus vnijs Dominis, Rectori, Magistris & Do-  
ctoribus Almi Vniuersitatis Studij Liptz. ensis, ami-  
cis nostris sinceriter dilectis; sincera salutatione præ-  
missa.

Venerabiles amici dilecti. Recepi litteras vestras,  
continentes, quod quidam Nicolaus Vamber de Liptzle  
in vrbibus Baccalariens, Magistrum Ioannem Vuesje, &  
Fridericum Rodolf vestra vniuersitatis supposita occasio-  
ne quarundam causarum, vniuersitatis vestram (vt  
arbitramini) tangentium, ad Basileam prouocauit cita-  
ri. Et prout in vestris scriptis eisdem narratis, ex rela-  
tu intellexisse, nos pro sanctissimo Domino nostro, Do-  
mino Nicolao Papa moderno declarasse; ac desiderari in  
hac parte vobis impartiri consilia nostra, pro redmendis  
vexationibus. Credeamus, quod dudum sanè intellexistis,  
quod sicut Altissimo placuit, principes tam spirituales,  
quàm seculares, cooperante spiritus sancti gratiâ, in  
magna multitudine sunt reducti ad obedientiam memora-  
ti sanctissimi Domini nostri; ita Reuerendissimus in Chri-  
sto Pater, & Dominus noster, Dominus Fridericus Ar-  
chiepisco-

VIII.  
Et ne Fe-  
licis edi-  
ta reci-  
peret in-  
terdixe-  
runt.

IX.

chiepiscopus Magdeburgensis, ac Primus Germania, qui nosfer Metropolitanus existit, se cum suo Clero, pro dicto Domino nostro Papa Nicolao declaravit; demum nos cum alijs Prælati dicta Provincia, maturas deliberationes habuimus, tandemque consideratis considerandis, pro salute animarum nostrorum subditorum, ac propria; similiter cum Reuerendo in Christo patre, ac Domino, Domino Petro Episcopo Numburgensi, duximus nos declarandos, pro parte dicti sanctissimi Domini nostri Papa Nicolai, & ad præsens scribimus Domino Proposito Monasterij Sancti Thomæ Liptzensis, quod nullas literas peregrinas, tam Felici in sua obedientia nominati, quam illorum qui sunt in Basilea peremptius recipere debeat, seu exequi, siue executioni facere demandari, perse, vel per suos volebanos, & Ecclesiarum Rectores. De hoc vos, & vestros subditos, siue vestra membra aut supposita, certiores reddimus. Datum Auerseburgi feria V. post Laurentij, nostro sub sigillo. Anno 1447. Cochleus hist. Hist. lib. 9.

Eodem modo, alij Archiepiscopi, & Episcopi per vniuersam Germaniam constituti, subditis suis scribebant, edicentes, vt Nicolaum Quintum pro vero, ac indubitato vniuersalis Ecclesie Pontifice haberent, neue villas literas aut Basileensium, aut Felicis susciperent.

X. Nicolaus PP. ad vniuersam Ecclesiam laborat.

Sancti etiam Nicolaus Pontifex nihil eorum omisit, quæ reuocando Felici, vniouique Ecclesiasticæ conciliandæ accommoda existimabat. Nam in eam rem, & varias legationes tum ad Felicis filium Ludouicum Ducem Sabaudia, tum ad Carolum Regem Galliarum, tum ad Philippum Ducem Mediolani destinavit, qui hominem ad obedientiam reducerent; & supplicationibus publicis non semel indictis, ipse pedes cum vniuerso Clero, & populo Romano, quandoque ad Basilicam Vaticanam, aliquando ad Lateranensem, aliàs ad Liberitanam iuit, Deum vnitatis auctorem humiliter precatus, vt schismata, & errores extirparet, vt pacem & concordiam populo Christiano restitueret, vtque ad vnitatem oculis, omnes oues pretioso sanguine redemptas reduceret. *Stephanus Infixura in notis diarijs Romanis. MS. Bibliotheca Sfortiana.*

XI. Nicol. PP. pacis amator.

Fuit autem Nicolaus ipse amator pacis, & quietis Ecclesie, cum omnibus Principibus, & Communitatibus pacem querens: & propter hoc votis eorum de facili annuens. Sed & Franciscus Sfortia, dimisso Piceno, seu Marchia per Germanum suum Dominum Alexandrum, visitauit Nicolaum Pontificem, & veniam petitam obtinuit de iniurijs Ecclesie illatis, & reconciliatus est Ecclesie, qui nominatim cum fautoribus suis excommunicatus fuerat ab Eugenio Nicolai antecessore. *S. Antonii. 3. p. tit. 22. cap. 12.*

XII.

Ad pacem inuicendam eg. egie laborat.

Istud porro quomodo, & qua de causa acciderit, quidque, siue pro re Ecclesiasticâ, siue pro pace Italia concilianda Nicolaus Pontifex gesserit, paulò accuratius narrandum est.

Venetis, siue proferendi Imperij cupidi, siue vindictæ de Philippo hoste desiderio flagrantis, societate cum Florentinis inita, infestabant ditionem Ducis Mediolanensis, ipsiusque generi Francisci Sfortia, qui his diebus, ab illis ad socerum Philippum respicere voluerat; quod Veneti stipendia & auxilia bellum in Piceno gerenti, nulla misissent; Philippus autem legatione ad eum missa, irarum plenum sibi reconciliauisset, omniaque abundè velut filio, & genero promississet. Ergo illi primo hoc vere coacto exercitu, Cremonensem primo agrum bello ignate runt, eoque paucis diebus in potestatem redacto, pertrans Adduanus profecti, multis, ac magnis totam Martefanæ oram Mediolanum vsque incursionibus, prædis, atque incendijs deuastarunt, nec amplius tribus ab Vrbe passuum millibus ad Lambratum vicum callis positis, ad Orientalem vsque portam progredi timore omnia compleuerunt, certi, ciuium quorun-

dam Mediolanensium opera, qui Philippo non bene volebant, aut Vrbe, siue per prodicionem exortumultu, siue per deditionem posse potiri, aut si id minus fieret, à Philippo tamen eam imperio spe vindicandâ sibi libertatis defecturam. Brippientem deinde arcem tormentis subactam, Barrum montem, vniuersam Briantinorum regionem, & quicquid agrum montana regionis à flumine Addua Comum vsque intercedit, cum vtroque Larij lacus litore, de dentibus sese passim municipibus occuparunt, inque maximas angustias Philippum coniecerunt: vt opus habuerit, subsidia inprimis ab Alfonso Rege postulare, & Sfortiam à bello Piceno euocare. Iam Alfonso Rex Tybur vsque cum exercitu promouerat, vt Florentinos terrore bellico à Societate Venetorum distraheret, virisque eorum minueret. Iam etiam Franciscus Sfortia bello Piceno fatigatus, fractusque, Pontificiam benignitatem suspirabat, & ad pacem inclinabat. Hinc nata est occasio Nicolao, reliquum Piceni recuperandi, ditionem Pontificiam inprimis, ac deinde Italia pacificandâ. Exhauerat innumeris sumptibus suum ærarium Sfortia, ad eod, vt copias ex hibernis educere nequieuerit. Ergo Philippus scripsit ad Alfonso Regem pacis bellicæ socium, vt ea rursus pecunia Sfortiam iuuaret, qua ex hibernis copias educere, & ad se maturè contendere posset. Sciuit istud Pontifex Nicolaus: & cum nihil magis vnâ cum Alfonso cuperet, quam Sfortiam Piceno excedere, longèque finibus eorum submoueri; occasionem naçti, ita Philippi Legatis apud se rem eandem procurantibus responderunt; si pecuniâ Philippus Francisci causa iuuandus erat, oportere ipsum Franciscum, priusquam aurum dependatur, vrbe Hæsum, quæ ex omni Piceno proximo bello ei reliqua erat, Romano Pontifici tradere. Ita Franciscus, & si multis de causis vrbe sibi fidelissimam, ingentes bellorum labores & calamitates perpessam, pecunia in Pontificis potestatem abs se transferri inuitus patiebatur; tamen, & assiduus Philippi precibus victus, & perituri eius imperij periculo, cui occurrere decreuerat permotus, eam Nicolao Pontifici, quinque & triginta aureorum millibus à Rege perfolutis; tradi iussit. Ad hunc modum Nicolaus omne Picenum recuperauit, & pacem vniuersæ Ecclesiasticæ ditioni peperit. *Simonetta de rebus Sfortia lib. 9.*

XIII. Veneti Nicol. PP. gratulatum veniunt & pacem assediunt.

Venerè inter hæc Romam, à Venetis Legati; vt Nicolao Pontifici, publico & ipsi nomine partum Pontificatum gratularentur. Hi postquam officio functi sunt, cum apud Pontificem in belli mentionem incidissent, docuerunt non placere Venetis bellum aduersus Philippum diutius continuari, isque pergratum fore, si Pontifex Legatum quendam Ferrariam mitteret, quo cunctarum partium Oratores commodè conuenturi essent, vt ibi de communi Italia pace ageretur. Omnibus ita palam fore, per Venetos non stare, quo minus fida, firmaque pax in Italia fieret. Istud cum Pontifici vehementer placuisset, cupienti Italiani diu bellis agitatum aliquando quietescere, missurum se breui Ferrariam Legatum recepit. Agebat id temporis Tybure Alfonso Rex, moturus in Florentinos; si illi Venetos iuuare pergerent. Ad illum à Pontifice Oratores Veneti dimissi, isdem prope verbis, apud eundem vsi sunt. Quibus benignè auditis, nihil se prætermisurum respondit, quod ad pacem conciliandam pertineret. Nihil enim hoc vno sibi maiori curæ esse; Italia pacem cunctis Principibus, populisque, quibus bene viuendi cura esset, maximè omnium optandam esse. Per eosdem etiam dies, & à Florentinis Oratores ad Pontificem eadem de causa profecti, postquam Pontifici debitum officium exsoluerunt, Tibur, vt iussi erant, salutandi gratiâ ad Regem accedere, remotiq; arbi-

Pro pace Legati Ferraria destinantur.

Elogium Vrbs Ferrariensis.

XIV. Vita & obitus B. Coleta Ordinis Minoru.

B. Coleta quadrima pietatis studiosissima

tris, multa cum eo de pace colloquuti sunt. Quibus iridem, vt Venetis respondit. Communem Italia pacem atque otium magnopere à se expecti; seque eis, neque consilio, neque opera, neque re vlla defore. Egit postea cum Pontifice Alfonso, de Legatis Ferrariam eâ de causa mittendis. Vnde permotus Nicolaus, Ioannem Cardinalem Morinensem, natione Gallum, virum præter iuris scientiam, ad quæuis magna natum, & in omni negotio consultissimum, cuius etiam opera in maximis & grauissimis quibuscunque rebus olim Eugenius vtebatur. Misit eod etiam Alfonso suos Oratores Caraffellum Caraffam, & Matthæum Malferitum. Eod profectis omnium Principum ac Ciuitatum Legatis, cum de pace agi coram Pontificis Legato, ac Leonello Atefino Ferrariensium Principe captum esset, Matthæus Victorius, ac Paschalis Maripetrus Venetorum Legati postulabant: quoniam bellum à Philippo iniuste motum fuisset, debere Philippum, iure violati fœderis, quantum ipsi argenti in belli sumptus effudissent, repretantare. Et quoniam Philippo, fortasse diuturnis bellorum impensis exhausto, non esset vnde id in præsentia diloueret, petere se certum pignus, donec ei soluendi potestas esset. Ad ea Legati Regij postulabant: quoniam idem præstare debere, si ipsi bellum aduersus Philippum iniuste suscepisse conuincerentur. Eam autem controversiam apud Pontificem Maximum Romæ facillè cognosci, dirimique posse. In hoc ipso Legatorum Conuentu actum est de Bononienibus ad obsequium Sanctæ Sedis reuocandis; qui priusquâ vis intentaretur, Nicolao Pontifici alioqui ciuitati acceptissimo, dum paucorum dierum interuallo sacris apud eos præfuisset, parere in animum induxerunt. Confectâ super eare tabulâ, à Pontifice aliquantum temperate, tandem confirmata fure. *Faciunt de rebus Alfonso Regis lib. 9. Pigna de rebus Atefini. lib. 7. Platina in Eugenio IV. Sabellius Eum. ad. 10. lib. 5.* Meruit apud hos, quos nominauit auctores, Ferrariensis ciuitas propter pacem in ea cõfectam, illud elogium, vt commune pacis domicilium, ac venerabile quietis & libertatis Italia templum diceretur.

Hoc anno cælitibus adiuncta est sanctæ memoriæ Coleta Virgo, Clarissarum Ordinis reformatrix. Eius vitam à Stephano Iuliano, illius contemporaneo scriptum Surius in compendium contractam reddidit, his ipsi verbis.

Mirabilem diuinæ cognitionis gratiam cõtulit Spiritus Sanctus largitor liberalissimus, fideli ancilla suæ Coleta, apud Corbeiam in Picardia, patre Roberto, & matre Margareta, femina valdè religiosa editæ, idque etiam in ætate tenerimâ. Cum enim quadrima esset, præter communem naturæ cursum, cepit ita mentem habere ad cognoscendum Deum perpetim eleuatam, vt nullus vir prudens aliquâ ratione posset ambigere, diuinitus id illi esse inspiratum. Sicut autem de beatissimo Ioanne Domini præcurfore legimus, eum teneris sub annis ciuium fugisse turmas, & antra petiisse deserti; ita etiam hæc ancilla Christi, diuinæ cognitionis multiplici perceptâ gratiâ in annis puerilibus, fugere cepit ludos omnes, & leuitates, atque curiositates puellarum, contemnere mudi vanitates, & applausus. Et si autem, sexus infirmitate prohibente, non sese abdidit in eremû: attamè in paternis ædib. quoad eius fieri potuit, planè se gessit solitariam: quendam sibi paruum deligens locum, ab alijs separatam: vbi tamquam in oratorio accuratè sese exercebat in pijs meditationibus, in timore, & amore Dei, eiusque cultu, & famulatu, crebris quoque orationibus deuotis; nec vnquam ab illo, nisi raro, idque compullâ, & inuita egrediebatur.

Porro coram seculi hominibus mirum in modum verecunda fuit, eisque planè extranea toto vitæ suæ tem-

porè. Vnde quotiès aliqua religionis necessitas, vel aliqua quæuis causâ, extra monasterium, vel sua priuata oratoria eam coegit exire; coram quibuslibet, etiam priuatis personis ad eod erubescibat, adeoq; sibi cõtemptibilis, & reprehensione digna videbatur: vt suo ipsius iudicio, nunquam vel dicendo, vel faciendo publicè quippiam boni, tantum se profectum fecisse existimaret, quantum fecisset, si secum permanisset domi apud Deum, & Dominum suum. Solebant interdum puellæ coætaneæ eam inuisere, & in eam curam diligentissimè incumbere, vt secum eam educerent: sed nihil efficere poterant: imò verdè sentiens illa plerumque in spiritu eas venturas, studiosissimè sese occultabat, vel sub lecto, vel alibi, donec cognouisset eas abisse.

Erat quidem corpore parua, ætate iuuenis, sed grandæua ingenti desiderio perfecte diligendi Deum creatorem suum, illumque timendi, illi seruienti fideliter, & sedulo obsequendi; necnon efficiendi, vt ab omnibus similiter, & cognosceretur, & timeretur, & super omnia amaretur. Erat vitâ, & conuersatione honesta, matuta bonis moribus, sensum perfecta domitrix, ita vt sensus planè clausos haberet ad omnia, quæ aliquâ possent labem afferre conscientie purissimæ. Conuersatio eius non tam terrena, quam cœlestis videbatur, & Angelica potius, quam humana, optimè morata & religiose composita; nec vlla poterat in ea vel vanitas, vel leuitas deprehendi: Omnes eius cogitationes, dicta, & facta omnia, pura, & fideli conscientia eod planè intenta erant, vt pro viribus id exqueretur, quod gratum esset Deo, & proximos ædificaret, & ad pietatè inuitaret. Ita fiebat, vt pleriq; admodum religiosi homines non temerè colligerent, pretiosum virtutis & gratiæ thesaurum in ea latere, quem Deus mitteret in mundum, ad exhortandos & excitandos miseris peccatores, vt vitæ in melius commutandæ sedulam operâ nauarent. In eo enim, quem diximus, loco solitario cõtinuè macerabat, & mortificabat tenerrimum corpusculum suum; sobriè, parcè, ac duriter illud habendo; in duris cubando asseribus, vnico contenta, eoque vili operimento, & carnem nudam nodosis stringens chordulis.

Fuit verdè elegantè corporis formâ, venusta facie, & imprimis grata, atq; amabilis: tametsi illa semper dum fuit in corpore, & intus, & foris turpissimam, & vilissimam se existimauit. Apparebat in eius facie albedo rubore permixta, sed multo tempore id illa ignorauit. Vbi autem id ei indicatum est, valdè doluit, Deumque orauit, vt eam pulchritudinem tolleret. Exaudita est à Domino: & rubedo abscessit; attamen cunctorum oculis grata fuit, & quam omnes videre, & audire cuperèt. Mirabantur autem multi insignes homines, tantum corporis decorem, cum tam excellenti virtute in tantilla puellâ apparere. Parentes quidem eius, valdè studiosi pietatis & operum misericordiæ, cum filiam suâ vnicam didicere tam sanctam ducere vitam, atque in ea perseuerare, non mediocriter obstupuerunt; nec tã ingrati Deo fuerunt: sed pro tanto eius beneficio laudes ei, & gratias medullitè egere; atque illius crebris exhortationibus incitati, vno animo constituerunt diligenter vitare, quidquid Deum offenderet, animeque puritatem conseruare, ac progredi de virtute in virtutem. Singularibus autem quibusdam Charismatis suis illos Deus donauit. Patri enim eius, qui erat naturâ comis, humanus, atque amabilis, id præstitit, vt eos posset in gratiam redigere, qui inter se dissiderent. Quod ita studiosè ille conatus est, vt vbiunque audiret quosdam inter se discordare, alijs omisis, eos se conferret; nec laborem remitteret, donec eos in certam concordiam redegit. Valde etiam afficiebatur ille misericordiâ erga pauperes, & feminas à vitæ honestate in turpitudinem prolapsas. Ex ijs cum quædam conuersæ essent meritis, & exhortationibus filie eius Coletæ, vnam è

Summa in ea verecunda.

Piuitati Conseruatae studiosissima.

Puella statura fuit; sed Forme elegantiss.

Parèrum Coletæ pietas, & dona.

fuis domibus vltro eis, itemque pauperibus alendis, & fouendis attribuit. Porro mater eius insigni fuit deuotione in Deum, illum perfectissimè & timens, & amas, magnè dedita vitæ parimoniam, multique modis sese affligens, & excrucians; quæ vt minimum, semel hebdomadam, aut sepius confessa peccata sua, accedebat deuotissimè ad fumendum corpus Christi. Ambo autem isti comiter mittebant paruulæ filia Coleta; vt faceret, quicquid cælitus ipsi esset inspiratum. Sed cum multi, Satanâ eos instigante, hoc nomine carperet parentes virginis, dicerentque, tantillæ puellæ id mittendum non esse; pater eius non semel conitanter respondit; Plane mihi persuadeo, filiam meam nihil facturam, nisi quod bonum sit. Coleta verò dolebat, tam multam patri suo ob staturæ suæ paruitatem exhiberi molestiam. Itaque in peregrinatione quadam orans in templo, inter alia sic dixit: Vis ne Domine Deus, semper me manere tam pusillam corpore? Finitis precibus, confessim sensit aliquid sibi ad magnitudinem corporis accessisse, maiore inq; domum rediisse, quam ante susceptam peregrinationem fuisset. Facta verò est inde etiam animo robustior; ita vt planè statueret gratiam diuinitus sibi collatam, etiam ad aliorum vtilitatem conferre.

Statuta eius diuinitus extenduntur.

Omnes ad pietatem pro mouet.

In Humilitatis Virtute excellit, & reformationi Ord. Minorum intendit.

riorum S. Francisci reformationem curam susciperet, sibi que suo diplomate potestatem faceret, inseruendi religionis, atque reformati virginibus Clarissis. Et impetrauit illa quidem diploma Pontificis, sed longè diuersum, quàm putarat. In eo namque appellata, & instituta fuit Domina, Mater, & Abbatissa totius huius reformationis; tametsi id ipsa ignoraret. At nihilominus illa toto vitæ suæ spatio se subditam, & ancillam totius illius Ordinis nominauit.

VII.

In litteris quidè suis, ita subscribere solebat: Inutilis seruitrix, & inutilis oratrix. In Constitutionibus verò, ab ipsa, pro accuratiori obseruatione Monastici canonis collectis, semper se dicit, sororem Coleta paruum, & ancillam, & indignam seruitricem Domini nostri, pauperem, & inutilem reliquiam ordinis S. Claræ: neque vnquam permittit, quicquam vel dici, vel scribi, quod in ipsius laudem, vel commendationem cederet. In principio enim reformationis Monasteriorum, siue Ordinum Beatissimi Francisci, in quibusdam precibus, quas pro illa fundebat ad Dominum, tum Fratres, tum Sorores, eam, vt par erat, Matrem appellabant. Quod vbi illa percepit, nullo pacto tolerare voluit, sed vt simpliciter Sororis nomine appellaretur, edixit.

Abbatissa facta, nec nomine illo vitatur.

VIII.

Inter alios adiutores virtute conspicuos, quos Dominus in reformationis huius initio ei adiunxit, fuit etiam Pater venerabilis Henricus de Balma, vir magnæ religionis, & vitæ integerrimæ. Is cum multa sciret præceteris de occultis eius donis, & charismatibus specialibus, ne obliuione perirent, clam ea in scripta redegit. Sed id ea Spiritu Dei reuelante non ignorans, neque se laudari sustinens, accitum illum acriter reprehendit; asserens se planè esse, & exultimari debere magnam peccatricem, quous etiam opprobrio, & abominatione dignam. Itaque libellum sibi exhiberi iubet, totumque flammis exurit. Imò verò etiam ipsi Deo, multa ei secreta reuelare volenti, sic ipsa respondit: Domine Deus, sufficit mihi te solum cognoscere, & peccata mea, eorumque veniam abs te obtinere.

Henrici de Balma scripta in eius laudem comburitur.

IX.

Porro totius instituti Franciscani Reuerendissimus Pater Generalis, ab ea admonitus, quasdam pro toto illo Ordine Constitutiones præclaras & vtiliter composuit; vtque accuratius seruarentur, quasdam Coleta laudes admiscuit. Hæc licet non modo vtiliter, sed etiam necessariò adiunctæ essent pro totius Ordinis salute; at illa tamen, quoties eas ipsa præsentè recitari oportebat, pro communi omnium Fratrum, & Sororum salute, non eas potuit sine multo animi dolore audire; volens perfectissimè imitari Christum, qui cum sanasset leprosum, ait illi: Vide, nemini dixeris, & alibi non sinebat daemones loqui, quia sciebant ipsum esse Christum.

Constitutiones pro reformatione edicuntur.

X.

Sicut autem Christus humanum, & familiarem se præbuit miseris peccatoribus; ita & Coleta. Quamuis enim summopere abominaretur peccata omnia in Deum admissa; nunquam tamen abominata est peccatores, cuiuscunque illi vel sexus, vel professionis essent; commemorans, propter illorum salutem, CHRISTVM descendisse de cælis, & seque in eorum numero reponens. Itaque semper illos in Domino confortabat, humanissimè adiuuabat, ingenti beneuolentiâ prosequatur. Quò fiebat, vt multi peccati implicati ad eam fidenter accederent, eique permulta immania sua flagitia referrent, quæ nulli vnquam reulerant. Illa verò ad eam comiter eos audiebat, tam efficaciter admonere, vt & DEVM, & peccata sua agnoscerent, & ex animo penitentiam agere de liberarent, à Diaboli nexibus expediti.

Erga peccatores eius humanitas.

Vbi

XI.

Vbi verò comperit Summum Pontificem velle, vt Abbatissa munus obiret; tametsi ab initio non habuit cœnobium; & postquam ea habuit, non tamen ita, vt par erat, clausa fuere; & multa in eis viserentur offendicula, quæ præberent occasionem labendi: his tamen non absterita, eâ sedulitate, & industria illud Abbatissæ munus coluit, vt ad Dei gloriam, & Ordinis profectum omnia, absque confusione, & perturbatione prosperè succederent. Interim semper illa aiebat, se nihil vnquam boni fecisse, sed potius bonum religionis dissipasse. Porro vbicumque eam præsidere oportuit, siue in Capitulo, vt vocant, siue in Refectorio, vel alibi; tanto corripiebatur timore, ac tremore, ac si summus ille coram adesset Iudex, cuius & præsentia se iudicabat indignam, & absente illo proflus non dignam, quæ quouis modo aliis præsideret. Semper igitur, tam publicè, quam priuatim, vltimum sibi locum delegit; & cum sola esset, ferè, non nisi aut flexis genibus, aut humi residere visa est, tanò perclusa lachrymarum imbre, vt & cibus, & ipsa lachrymis madere viderentur.

Reformationi summo cum timore, & lachrymis.

XII.

Aliquoties, ob incidentem morbum solebat vti cuiusdam sanctimonialis operâ ad dicendas preces horarias, & alia quædam pietatis exercitia absoluenta: sed cum omnibus se inferiorum censens, potius nouitiam quandam sibi adhibebat, & simplicem, quàm professam & doctam; eamque voluit & inchoare diuina officia, & etiam concludere, se indignam arbitrans, quæ id faceret. Prius autem quàm monasticum indueret habitum, cum multa humilitate, conferebat subsidia in pauperes, variisque suis manibus præstabat egenis elemosynas. Sedens in paterna domo ad mensam, si audiisset mendicos, surgebat à mensa, porrigebat eis ex optimis cibis, perquam familiariter, & benignè, edebatque libenter; & bibebat cum eis omni horrore contempto & proculcaro. Si adesset opportunitas, acriter etiam pedes illis abluebat, tergebat & purgabat vlcera, maximè si esset sola cum eis, non dubitans se Christo facere, quicquid illis fecisset.

Contempit sui fuit, & in pauperibus libenter, & eorum amans.

XIII.

Fuit etiam verò obedientiæ virtus eximia in ea. Nâ quemadmodum Apostoli Christum vocantem pròptè secuti fuere, ita & illa ad primum Sancti Spiritus instinctum, libenti animo se obtulit, ad complectendâ vitam monasticam. Et primò quidem assumpsit tertium Beati Francisci ordinem, includens seipsum vltro in quodam angustio habitaculo, quod Inclusionum vocant, coniuncto cuidam ædi sacræ, ita vt posset audire missas, & percipere sacratissimum Eucharisticæ sacramentum. Vtq; commodius his potiri posset, quidam Franciscanus ad eam à Deo missus est, vir sanè bonus, & præclarè eruditus, regulæ monasticæ strenuus cultor, quales tunc, aut nulli, aut rari erant illis in locis, quod tunc non haberentur illic monasteria Minorum benè reformata, quæ admodum postea fuisse constat. Ille ergò introduxit eâ solenni ritu in illud inclusionum, cum prius benè, & diligenter instruxisset eam de omnibus agendis, multaq; ei adhibuisset consolationes, & consilia saluberrima, optimasque institutiones, quæ nunquam deinceps ab eius memoriam exciderunt. Huic venerabili viro Dominus reuelauit, immanes dolores, & labores, quos Coleta pro eius amore, & animarum salute ferre debebat, maximè pro reformatione statu monastico, cui tota vitæ suæ continuis exercitiis valdè intenta fuit. Illa verò prædixit in inclusionum obitu huius viri, qui postea ei quotannis semel apparere solebat specie elegantissimâ, & in multa gloria; in illo inclusionum mansit ea annis quatuor, vixitque in eo sobriè, valdè duriter, & asperè se habens, horrido vtens cilicio, tribus catenis ferreis stringens corpus tenerum, quæ mirè cruciabant carnem eius, humi cubans.

Obedientia eius eximia.

Eiusdem penitentia & exercitia.

capiti supponens pro puluinarî truncum ligneum. Id genus exercitiis ad eam edomuit corpus suum, vt ad omnia promptissimè spiritui obedire videretur, prauis cupiditatibus planè extinctis, & mortificatis. Præter hæc autem certis horis in preces, & meditationes incumberebat, officiaque charitatis, miseris peccatores exhortando, & è terribimo vitiorum carcere Satanæ, laqueis educendo, atque ad Deum reducendo. In omnibus autem exhortationibus suis primò agebat de Dei, & sanctæ Ecclesiæ præceptis accuratè obseruandis. Porro etiam ante susceptum monasticum habitum superiorum iussa & dicta, & factis exequenda declarauit. Quid verò post monasticæ vitæ professionem senserit, ex his, quas subiicimus, eius constitutionibus, facillè poterit animaduerti: Sorores meæ, inquit, multum diligenter aduertere debetis, quatenus quandoquæ per superiores aliquid mandatum siue prohibitum fuerit, nullatenus vitamini vestro proprio sensu, seu propriâ voluntate, nec propriis consiliis, sed magis promptè, & voluntariè pro amore Domini nostri Iesu Christi (qui permansens inter nos inferius in terra, cuncta fecit conformiter ad voluntatem Patris cælestis) debetis obedire, vobisq; submittere voluntati, & determinationi vestre præsentis. Nam melius est, proprios sensus, & propriam voluntatem, ac propria consilia pro Dei amore relinquere, quàm omnes mundi diuitias acquirere, sensu proprio cum sua voluntate reuertens. Nec credo aliquam viam fore latiorè, nec quæ facilius ducat in æternam damnationem, quàm sit propria voluntas: nec aliquam ex opposito breuiorem ad vitam sempiternam, quàm spontè renunciare illi. Quapropter exhortor, & moneo vos ob reverentiam Domini nostri Iesu Christi, qui in hac valle miserie à principio vitæ suæ, vsq; ad finem suæ amarissimæ, dolorosæ seu acerbissimæ passionis obedire voluit indefinenter patri suo, quatenus vestris superioribus promptè, & libere velit obedire, præsertim quælibet ostensione rebellionis, contradictionis seu excusationis cuiuscunque. Hæc illa.

Ad obedientiam Sorores hortatur.

XIII.

Maximè autem inculcare solebat monasticam vitam complecti volentibus, vt præcepta Dei, tamquam imprimis necessaria, præcipue cognita haberent; summopereque studebat, vt dies Dominici, & festi, nedum à fororibus eius, sed etiam à cunctis Catholicis exactè colerentur. Itaque nunquam permittere voluit, vt pro sustentatione fratrum, vel fororum instituti Franciscani, Dominicis, & Festis diebus etiam necessaria alimenta emerentur; & quantum liberè consentiret, vt iis diebus elemosynæ peterentur, vel oblata reciperentur, ferè tamen non potuit, vt tales elemosynæ de loco in loca, quouis modo transferrentur; vt etiam admittere non voluit, vt ad necessaria reparanda, vel construenda suorum monasteriorum ædificia res necessaria ijs diebus conuenerent. Accidit tamen quandoque, vt ob instaurandum quoddam templum Ordinis sui die Festo, sed non solenni incogitantia, vel imprudentia eorum, quibus eius rei cura mandata erat, quædam necessaria studio humanitatis procurarentur. At vbi id illa rescituit, ad eam fuit animi dolore non mediocri correpta, vt metus esset, nè locus destrueretur, vel flammis icu euerteretur propter eximium zelum illius. Vt autem dies solennes summo studio celebrarentur, voluit, vt diebus illis, qui festos proximè antecederent, res necessaria compararentur. Obtinuerat tum vltus, vel potius abusus in multis vrbibus, & pagis, vt Dominicis, & Solennibus diebus nundinæ herent. Quod cum illi summopere doleat, egit multa instantia tum per concionatores, tum per preces supplices, quas ipsa magistratibus eiusmodi locorum offerebat, vt ad dies non festos illæ nundinæ transferrentur. Ipsa quoque cum esset in itinere, libenter solebat Dominicis, & Festis diebus herere in illis locis, ad quæ tum fortè peruenisset, atque illic deuotissimè vacare rebus diuinis. Accidit quandoque venire illam à quadam visitatione redeuntem, in pagum quandam sanè exiguum. Imminerebat verò dies Dominicus, & post eum alia Solemnitas.

Vtget diuinorum præceptorum obseruantiam.

Item Festorum dierum.



Etsi autem multus tum ibi esset militum discursus, tamen manente illic Coletā, & ferias agente, nullus ei pago molestus fuit, nec quisquam accessit propius, Deo locum protegente propter ancillam suam. Magni quidam mercatores planē constituerant, ut lucrum omne, quod Dominicis, & festis diebus fecissent, pauperibus erogarent. Sed tamen quamvis multa eiusmodi, & sibi, & suis valde necessaria, Coletā offerrentur, adduci non potuit, ut ea pro elemosyna acciperet. Atque enim, talia sibi non bene parta videri.

Oblata ei quandoq; fuit visio terribilis, in qua omnium cuius unq; generis hominū peccata, & quas propter ea luerent, & luituri essent, pœnæ, itemque multa alia ei perspicuē reuelata sunt. Ex earum autem sanē horribilium pœnarum contemplatione, tantus eam inuasit tremor, & horror, ut continuis octo diebus semper sibi videretur præcepis ruitura in illas immanissimas pœnas, & cruciamenta. Tandem post visionem illam sibi restituta, in media fenestellā habitationis suæ, conspexit ferrum transfusum, idque tantā vi manu comprehendit, ut agrē post longum spatium indē eam amouere potuerit, vsque adeo eam peruasit ille cadendi timor. Mansit autem hæc visio animo eius penitus impressa, vsque ad supremum vitæ diem. Quod autem viderat tam multa in diuinæ maiestatis iniuriam admitti peccata, indē longo tempore dolorem concepit vehementissimum, & penē intolerabilem, fundebatque nocte, ac die preces feruentes, atque speciales omnipotenti Deo, ut miseros peccatores ad se conuerteret: nec est fraudata desiderio suo, Domino ei reuelante, quod tandem fieret id, quod petebat. Vidit enim in visu beatissimum Franciscum, ipsam exhibere CHRIS T O coram eius sanctissimā Matre, & beatissimis Angelicis spiritibus, rogareque, ut ipsam donaret sibi reformatricem ordinis sui, & eius operā potissimum conuerterentur miseri peccatores, quos iam ante in visione miserat. Porro CHR I S T V M libentissimē annuere S. Franciscō. Ex ea autem visione etiam mirificē latata est ob peccatorum conuersionem, attamen valde doluit, se primariam à Deo, & Beatā Virgine ad id negocij designatam. Putabat enim se prorfus indignam, & inidoneam, nec facile potuit, flum ad hoc accommodare assensum. Domino autem suam ei voluntatem indicanti, obijcebat suam ruditatem, & ignorantiam, tum quod vouisset, se non exituram de inclusorio suo, tum etiam, quod videretur dæmonis illusionem, eiusmodi visionibus sese admiscere. Cumque perplexa foret hac in parte, statuit ad preces se conferre, & consilia sanctorum hominum, quos nouerat & vitæ sanctimoniam, & multā doctrinā pollentes. Quod cum fecisset, ij omnes vno ore hortati sunt eam, ut intrepidē consentiret. Ut autem certior esset, Deum prorfus velle, ipsā tanquam instrumento in hac reformatione ordinis, & peccatorum conuersione vti, primū omni loquendi facultate triduo priuata est, & rursus triduo oculorum lumine orbata, donec diuinæ consentiret voluntati. Quod vbi fecit, & loqui, & videre potuit. Additum est etiam illud signum. In eius inclusorio sanē angusto derepentē creuit arbor quædam valde speciosa, folijs optimē compositis, & floribus instar aurū rutilantibus, è quibus odor fundebatur gratissimus, mireque confortans. Sub hac autem arbore complures alia admodum formosæ sed paruæ, nec primæ illi comparandæ arbores exercebant. Hæc vbi illa vidit, suspicata fuit dæmonem sibi illudere, qui multis modis ipsam impedire, & infestare nitebatur. Itaq; arborē illam cum aliis minoribus funditus extirpatā, terras cecit. sed post dies paucos, Deo volente, rursus similes illic erant arbores, & quædam etiam in alia loca transferri videbantur. Intellexit ergo ex tot huiusmodi signis, quod ijs significaret Deus: puta arborem magnam,

Visio quadam terretur.

Alia visione eō solatur.

Prodigio enaratiū subitū arborū. ad reformationē Ord. Minorum consistit.

ipsam esse: minores arbores, homines vtriusque sexus, qui per eam venturi essent ad vitam perfectā: translata verò id inuere, etiam in exterarum regionem eam, quam molitura esset, reformationem propagatum iri. Caput igitur vereri, ne Deum offenderet, si pergeret esse difficultis ad consensum. Quamobrē totam se in suis precibus diuinæ permittit voluntati, attamen id orans, ne primæ partes ipsi attribueretur. Simul autem atq; assensit, ezelitus ei infusa est perfecta cognitio eorum omnium, quæ illi reformationi essent necessaria, quæ illa breuiter in chartula quadam annotauit. Adiunxerunt autem se illi paulo post non pauci strenui adiutores, in quibus fuit etiam is, quem supra diximus, Henricus de Balma, professione Franciscanus, qui eius fuit Cōfessarius, vir magne perfectionis, à teneris annis timens, & amans Deum, rudis quidem, & imperitus rerum temporalium, sed in diuinis, & spiritalibus benē versatus, erga peccatores humanus, & misericors. Sæpē de illo testari solebat Coleta, nunquā ad eum accessisse, quantum impium peccatorem, qui non esset consolatione affectus. Quam multos autem vtriusq; sexus peccatores ille ad Deum, & monasticam religionis professionem adduxerit, soli Deo notum putamus. Os illius penē semper diuinis affluebat sermonibus. Per multos agros, varijs affectus morbis, solo crucis signo curauit. Et ut paucis multa cōplectar, vita eius celestis potius, quam terrena videbatur, ita ut posset dicere & ipse cum Apostolo: Nostra conuersatio in cœlis est.

Reformationi plures cooperantur.

Ad Benedictum causa reformationis se confert B. Coleta.

Graduens est asum patitur, & ab angelis deferretur.

Cum hoc autem venerabili viro decreuit Coleta conferre se ad Benedictum, qui tum in Gallijs pro Summo Pōtifice se gerebat. Ut verò id fieret expeditiū, quædam illustri matrona diuinitus permota venit ad Coletam, Corbeia in suo inclusorio degentē: eiusq; sermonibus adeo incelsa, & animata est, ut promptissimā offerret operam suā ad impetranda ea, quæ Coleta petebat. Itaq; breui id effecit, ut liceret ei ex inclusorio egredi, quod tā multis modis diabolus cōatus erat impedire. Deinde obrulit se ad deducendā eam ad Benedictum, atq; indē reducendam. Quā eius insignē liberalitatē, & beneuolentiā, Coleta gratissimam habuit, mirificē latante illa nobili matrona: quod speraret se singularē Dño gratiā consecuturam. Duxit ergo eā ad Benedictum nō sine multis eximij humanitatis officijs. Qui autē ex familia illius comites se itineri adiunxerant, multū delectabatur præsentia Coletæ virginis, sentiebantq; se diuinitus & vires, & consolationes accipere. Erant enim inter illos Coleta tanquā totius sanctitatis exemplar, sacrisq; institutionibus suis inflamabat animos eorū, incitabatque ad seruētē amandū, & pietimendū Deū: ad illi humiliter seruendū, ad vitanda peccata, ad obseruanda præcepta Dei. Quibus verbis magnam vim addebant gestus eius honestissimi, & cōuersatio celestis: quod fiebat, ut non tam hominis, quā angeli speciem referre videretur. Cogebant autē illam interdū, miserati eius tenerā iuuentutem, equo insidere. sed illa simulatq; insedit iumento, adeo se dabat sanctis meditationibus. ut mentis ecstasim pateretur, nec quidquā aduertet ex his, quæ vel diceretur, vel fierent ab alijs: nec tamē corpore vacillabat, sed ita sedebat erecta, & immota, ac si ab angelis (quod nos nō ambigimus) sustentaretur. Porro nonnūquam pedibus iter agēs, si via esset aspera, videbatur alijs nō attingere terrā, sed tanquā in aere volitans, breui magna transmittere spatia, ut facile alij etiam fortiter gradiētes, eam non fuerint assecuturi. Voluit autē egregiam quandam scēnam sese antecederē diebus aliquot, & Benedicto indicare aduentū suū. Ibi tū videre licuit, crudelissimorum dæmonū insanū furorē, atq; liuorem. Illi enim adeo eam infestantur scēminā, ut inente capta, prorfus nuda incederet, tamque inhoneste, & ferociter se gereret, ut nemo ausus esset ad eam propius accedere. Postquam autem Nicam venit, vbi tum Benedictus morabatur, celestiter eius aduentus Benedicto innotuit. Ille verò iussit eam bene

vestitam

vestitam ad se introduci. Venit igitur ad Benedictum, & ecce repenti sibi restituitur, darumque sibi negotium tam prudenter, & discretē exequitur, ut ille ad omnia annuere aduertetque Coletæ institutum diuinitus agi, quando ea scēminā à tanta infania tam cito ad sanam reuertisset mentem. Ita tum elusa est maligni dæmonis machinatio. Non multo post venit eo etiam Coleta: quam ut vidit Benedictus, clementer eam intuitus, accessit propius, & crumenulam ab eius zona pendente manu abstulit, in qua erat cartula, cui inscripserat Benedicto proponenda. Eam ille legit, cognouitque totum eius negocium. At nihilominus illa quoque ore suo exposuit ei causam itineris sui, & quid expeteret. Duo autem potissimum ab illo petebat, ut liceret ei S. Clare amplecti institutum, & ut reformaretur Ordo Sancti Francisci. Visa sunt ea Benedicto rationi consentanea, sed quod non deessent, qui contradicerent, d'fuit assensum in aliud tempus. Et ecce pestis feuissimā inuadit eam urbem, moriunturque subito inter alios quidam ex ijs, qui vel maximē negotium illud differendum censuerant. Quæ res apud homines non stupidos id effecit, ut existimarent id accidisse propter iniectas ancillæ Dei moras, cuiusque preces in longum tempus reiectas. Et Benedictus sanē ijs, quæ quotidie fiebant, permotus noluit eam protrahere diutius: sed ad se accitit, coram multis & ecclesiasticis & laicis, cum prius prolixē commendasset vitam euangelicam, quam illa profiteri volebat, eam recepit ad professionem instituti S. Clare, eiusque capiti suis manibus velum imposuit, & eam sine cingens, atque etiam conserans; Abbatissamque constituens earum omnium sanctimoniarum, quas ipsa reformatura esset, vel quæ sub ea se darent vitæ monasticæ, quam Clarissarum vocant. Ad extremum hortatus est eam, ut prudenter ageret, vota Deo nuncupata fideliter præstaret, atque semper se ipsa melior fieri conaretur. Obrulit quoque ei liberaliter ad omnia opem suam, & confessario eius eam commendans, iussit ne vnamquam illam deferret: denique suam ei & omnibus itineris socijs benedictionem impertijt. Maior deinceps à plerisque ei reuerentia præstita est, maxime quod à multis mater appellaretur. Illa vero scire volens, quid hoc sibi veller, ut audiuit Benedictum eam Abbatissam creasse, mirē doluit, nec aliud sibi persuadere potuit, quam se nihil differre à cæteris monialibus, nec Abbatissæ munus habere. Sed tamen tandem ea de re certior facta, humiliter & instanter petijt ad Benedictum, ut ab eo officio ipsam aboluere. Ille verò respondit: Quod factum est, factum sit, & factum erit, & factum remanebit.

Voti Coleta annuit Benedictus.

Reformationi instans, à Demone molestatur.

priæ conscientia expurgatione: nec facile deinceps cum suis ab ea voluit separari. Vtque eam posset sibi coniunctiorem habere, permisit ei & comitibus eius dimidiam castri sui Balmentis partem, in quo ipsa morabatur. Vbi tum humilis ancilla CHRIS TI primū cepit exercere munus suum, diligenter obseruans, & ab alijs curans obseruandum S. Clare institutum. Mansit autem ibi, donec monasterium Bisontium collatum est ei à Benedicto. Ad quod quidem monasterium honorificē deduxit eam Blancha Comitissa cum nepte sua, quæ postea nuptis Comiti Palatino & Bavarie Duci. Erat tum ibi vir quidam nobilitatis timens & amans Deum, qui constanter affirmabat, se circa Coletam vidisse mirificum quandam splendorem, quoties eam intuisset. Porro Comitissa Blancha & li corpore tum recessit à Coleta, ut tamen ostenderet suam erga eam studium & amorem, voluit, ut postquam è viuis excessisset, in aliquo Coletano monasterio corpus suum humaretur: quod etiam factum est, condita est enim in Sacello, à fundamentis extructo ab eius supradicta nepte, Bavarie Ducissa, in monasterio S. Clare Poliniacensi.

Blancha Comitissa reformationis promotrix.

XVIII.

Coleta verò post illius abitum strenuē perrexit in Euangelica obseruanda regula, vti iam in eius castro inchoauerat. Erant tum adhuc pauca forores cum ea, sed agente spiritu Dei, breui permultæ nobiles, perfectæ & Deo deuotæ famina vndique ad eam confluerunt, sanctæ religionis habitum ab ea petentes. Quas illa examinans, admisit eas, quas putauit idoneas. Ita paruo spatio multæ se illi adiunxerunt, coactaque est propter ingentem multitudinem tam virorum, quam faminarum Sancti Francisci canonem sectari cupientium, augere cœnobium tum fratrum tum sororum. Ut enim in supra memorata visione terribili ostensum ei erat ex omni ferē hominum genere, à quibus grauissimē offensus erat Deus ad Sancti Francisci Ordines tres, seu tria instituta se multi contulerunt, acturi penitentiam, & DEVM sibi conciliaturi. Quod utique fiebat opera Coletæ Virginis, quemadmodum satis testantur monasteria in diuersis regionibus, Germania, Francia, Burgundia, Sabaudia & alijs ea agente extructa, vel reformata, non modò faminarum, sed etiam virorum. Si qui vero essent, qui iustis rationibus impediti, tale viuendi genus suscipere non possent, animo tamen valde coniuncti fuere Coletæ, atque eius reformationi non solum egregium fauorem, sed etiam non mediocre studium & opem attulerunt, hodieque afferunt: quales sunt non pauci Reges, Reginae, Duces, Comites, Barones, Nobiles, Ciues, Mercatores, alique plurimi sexus vtriusque: è quibus nonnulli è fundamentis excitarunt monasteria, siue ex parte, siue ex toto, in quibus quædam insignia fuere: alij multis modis Coletam ad huiusmodi perficienda adiutarunt, ut facilius sibi propitium efficerent Dominum. Complures sanē spectata nobilitate famina diuitijs, honoribus, & stematibus contemptis, S. Clare institutum vltro amplexæ sunt. Et quod his maius est, multi, sexus vtriusque ex omnibus monasticis ordinibus, puta, Benedicti, Bernardini, Carthusiensis, Cælestini, Canonici regulares, permisso superiorum suorum, ad Coletana monasteria sub perfectionis vitæ prætextu se transulerunt.

Plures reformationem Coletana amplectuntur.

XIX.

Quam autem grata fuerit Deo Coletana reformatio, quamq; eius lectatoribus salutaris, quodā ille signo euidenti ostendit Coletæ ancillæ suæ. Cum enim aliquando conferret cum quodam è Contellarijs suis de

ijs re-

Coleta  
eformatio  
dium  
morum  
co-  
probatur.

ijs rebus, quæ huic reformationi accommodata, oportuna, & necessaria videbantur, cernente patre illo, calitus in eius brachia delapsus est funiculus quidam, miro confectus artificio, instar niuis candidus. Quem illa reuenter accipiens, explicauit, nihil tamen neque verbo, neque signo cuiquam indicans. Potest autem per eum funiculum accipi status ille reformatorum, funiculus se cingentium: per candorem, munditia corporis & animæ atque conscientia: qua debent esse præditi, per id, quod cælitus lapsus est, gratum esse Deo hunc statum eiusque profectores, imprimis verò ipsius reformatricem. Estque sanè notatu dignum, eos omnes, qui in illo statu ex hac vita migrarunt, quoad vixit Coleta, siue in propinquis, siue in lóginquis degerint regionibus, illi in obitu suo apparuisse, non pauca nec mediocria ab ea, si indigerent salutis subsidia accipientes. Neque minus memorabile est, si in contruendis monasteriis necessarij sumptus deessent, qui ab hominibus sperari vix possent, diuinitus mirabiliter eam fuisse non semel adiutam, ita vt crebro ad quingentos aureos, ex auro purissimo, singulari pondere, magnitudine & elegantia, ei mitteret sponsum suum Christus Iesus, quibus plus etiam efficere potuit, quam si duplo plures ab hominibus aurei ei ob'auissent. Et iij quidem aurei, quamdiu mansere ab alijs separati, seruabant elegantiam & præstantiam suam: si autem essent admixti alijs, illis planè similes vtebantur.

XX.

Paupertatis  
a-  
more  
surgat.

Sanctæ paupertatis virtus quam chara fuerit filio Dei, propter nos incarnato ex Euangelio potest animaduerti. Eam etiam sui instituti fundamentum esse voluit beatissimus Pater Franciscus, CHRISTI & Apostolorum eius sectator ardentissimus. Coleta quoque Virgo prudentissima ab initio vtique ad finem impense eam amauit, eius studio facultates omnes pauperibus largita est, tantoque zelo eam semper coluit, vt ab eo tempore, quo ad Euangelica consilia sectanda vocata fuit, nunquam deinceps, quantumuis magnum vrgeret gelu, alias habere vestes voluerit, præter habitum vilem, eumque refectum, tunicam vnam non suffultam, sed simplicem, palliumque simplex. Atque hoc habitu vti voluit non prorsus nouo, sed vel partim, vel ex toto è panno veteri consueto, & crebro ab alijs vtrupto, partim consumpto vel la. ero. Accidit quandoque vt propter frigoris nimiam acerbiter, sorores præ commiseratione tunicae eius manicas ipsa ignorante duplicarent. Id ea sentiens, abhorruit, nec ea tunica porro vti voluit, donec esset ablatum vsu, quo suffulta erat. Calceis neque sana, neque agra, neque vel domi vel foris vnquam vsa est, semper & vbique nudis ingrediens pedibus: immò nec igni eos admouit vnquam, quantumuis sæuere hyemis asperitas, nec ignem præterquam candelam, ferre potuit, vel adipicere, vela & capitis tegumenta ei erant humilia, simplicia & abiecta: plusque delectabatur ijs, quæ essent pluribus locis refarta. Modico stramine pro lecto utebatur, simplicij quodam tecto operimento, ad caput posito sacculo paleis pleno. Et tamen in his ipsis aut partem, aut nihil quietere videbatur. Quantumuis autem vel necessitas, vel aduerfa valetudo vrgeret, nunquam in lecto cubare voluit, nec vti puluini: immò verò cum in extrema decumbenti ægitudine, qua Domino spiritum reddidit, pro al quo laboris intolerabili, leuamento apposuit tuiet ad caput puluinar exiguum, & illa id sensisset in spiritu (oculos enim penitus clausos habebat) inuit euidenter, vt id amouerent. Oratoria, quibus vti solebat Missas auditura, & Eu-

XXI.

charitiam sumptura, volebat esse angusta, vilia & exigua. In plerisque autem monasterijs eiusmodi erant exstructa oratoria, vt in ijs vix se posset erigere, ita vt anserum potius caueæ, quam hominum habitacula viderentur: atque in ijs illa libentius morabatur, & maioribus fruebatur consolationibus. Structuræ grandes & amplæ multum ei displicebant: parua & exiles vsque adeo non suere molesta, vt potius exultimaret nimium esse insignes. Hortabatur autem sorores, vt instar Domini Iesu, qui non habuit vbi caput reclinare suum, simplicibus essent contentæ habitationibus, quæ necessitati sufficerent, curiositatem nullam præ se ferrent. Et ipsa quoque libentius manebat in paruis monasterijs & in pagis, quam in amplis cœnobijs & vrribus. Si esset in itinere, molestum ei erat recipi in cubiculo sublimi & lato: immò præ terrore vix ansa erat sustollere oculos. Ad nouum veniens monasterium si quid vidisset paupertati contrarium, ferre non potuit, donec destrueretur.

XXI.

Ab ipsa infantia misericors & benigna fuit erga pauperes, & ea creuit cum illa, donec abiret è vita. In pueritia scholas visitans, ientaculum à parentibus ipsa datum, cæteris paruulis distribuerebat. In paterna domo si qua esculenta clam reperisset, quoad licuit, pauperibus erogabat. Postquam patrimonium & matrimonium suum satis lautum & copiosum distribuit, nihil vnquam inde sibi vsurpare voluit, nisi quantum planè necessarium esset vel tegendo simpliciter corpori, vel diuino officio deuote persoluendo. Si vidisset fratres aut sorores re necessaria indigere, ex ijs, quæ ei donata erant, libentissime eis impertiebat, puta, vestes, libros & id genus alia; ita vt crebro etiam manicas à suis vestibus resectas alijs daret: reponens illarum loco alias alterius coloris. Adeo autem solis necessarijs volebat contentos esse & fratres & sorores, vt quoad heri posset, ipsa interesse vellet, cum scinderentur panni è quibus vestes illorum conficende erant, ne vel longitudine vel latitudine à paupertate discreparent. Et exiguas etiam panni particulas, quæ supererant, diligenter colligebat, & ab alijs, colligi volebat, vt vbi necessitas posceret, adhiberi possent. Videre sane licuit in eius vestibus interdum vel centum eiusmodi particulas intutas. Et si autem vel maxime cuperet habere libros, cultui diuino necessarios, eosque etiam ex diuersis regionibus conquireret, vt diuina officia perfectius persoluerentur: attamen cum ei crebro à potentibus & opulentis hominibus pro ipsius vsu dati essent, quamuis necessarij ei essent, libenter eos & liberaliter alijs impertiebat, atque etiam donabat, ita vt ipsa cogere ab alijs libros ac commodato accipere, vnde preces Canonicas persolueret. Comperit id in extremo vitæ eius tempore.

XXII.

Pernulti spectabiles homines diuerforum ordinum vel statuum, cum viderent quam ardua illa moliretur, pro Dei honore, & suarum salute animarum ad extruenda monasteria per multa ei largiebantur, quique pro facultatibus suis: è quibus vna in suos vsus nihil penitus retinebat: & certè mortem oppetisset potius, quam elemosynas vltro oblatas alio conuerteret, quam quo collatae erant. Si quæ verò propter eam speciatim præstita essent elemosynæ, eas vt perfecta sanctissimæ paupertatis amatrix in communes conferere vsus, id est, ad ornatum & instaurationem ecclesiæ Dei, nihil sibi retinens. Futurus enim preciosissimæ margaritæ, nepe-

Miseri-  
cordia  
in pau-  
peres.

Hominū  
in Coleta  
liberali-  
tas.

lan-

Pauper-  
tatem  
a-  
mari,  
indigent  
Deo au-  
xilium.

sanctæ paupertatis, longe illa fuit appetentior, quam quibus auarus opum terrenarum: quod etiam de beatissimo Francisco legitur. Cum autem expendisset omnia, præpotens Deus eius misertus, mittebat ei subsidia, interdum quingentos, vt diximus, ducatos, quos iuxta se reperire solebat reuerens ab oratione, eoque diligentissimè seruabat, vt non nisi sanctè, & iuste expendere. Nihil autem prorsus ex ijs vel alijs sibi vendicabat, nec quicquam inde in suos vsus conuertebat, sed tanquam nihil habens, hoc ipsum nihil habere pro magno putabat dominio, nihil sibi tribuens præter fatigationem, dispensationem, sollicitudinem, penam conferuandi vel administrandi pro sancti spiritus inlicita ac voluntate. Nec verò vnquam vel extrema paupertate eopouit adigi, vt vel tantillum diuinæ benignitati diffideret. Nihil enim hæsitabat illam abundè tibi tum suis res necessarias suppeditaturæ, si fideliter staret promissis monasticis, id quod etiam mira sæpe experientia probatum est. Accidit quandoque, vt quibusdam locis ingens hominum armorum copia sic omnia terrore compleret, intolerabili illata vi, vt nullus vel è castris, vel ex vrribus, vel è pagis aut posset aut auderet egredi. Itaque fratres, qui curam gerebant pauperum Clarissarum, vt vocant, in iis locis degentium, tametsi summe indigebat rebus necessarijs, non tamen propter illos milites ausi erant egredi ad petendas elemosynas. At nihilominus confidebant, tum fratres tum sorores, quemadmodum Coleta docebat, non defutura necessaria ijs, qui pro viribus soluerent vota sua. Et ecce adest confectum vir albis indutus, ignotus omnibus, afferens saccum panibus candidissimis & elegantissimis refectum, quorum erat sapor gratissimus, quique sufficerent monasterio, donec aliter Dominus eis prouidit. Vir autem, qui eos attulit, mox ab eorum oculis euauit.

XXIII.

Furfur  
panes  
gu-  
stus, dul-  
ces, ac  
grati red-  
diti.

Fuit aliquando Coleta in territorio Murnensi, vbi tum magna erat annonæ caritas. Habebat autem secum moniales, quæ duobus monasterijs incolendis sufficerent. Itaque propter nimiam, intrus & extra monasterium illud manentium multitudinem, ad tantam inopiam redactæ sunt, vt è fursure sibi panes conficere cogerentur. Et si autem eiusmodi cibum prorsus respuat humana natura, at fuit illis tamen dulcis & gratus, senseruntque se melius illo, quam pane triticeo refectas. Porro quædam ex eis colligebat sub arcis grana frumenti, sparsa illic iampidem, cum mundarentur legumina, aut alia quavis occasione. Ex ijs vero aqua mixtis & sale exiguo coquebant sibi panes, quorum tanta erat suauitas, vt se putarent nunquam tam delicate comedisse, etiam lautissimis appolitis epulis. Immo quædam ex eis in seculo valde delicate nutritæ, pro certo affirmabant se nunquam tam lautos sumpsisse cibos. Contigit quandoque dispensatricem monasterij sororem Johannam Rebardellam, quibusdam indigentibus vinum haurire. Interim vocatur signo tintinnabuli à Coleta matre. Currit igitur celeriter non clauso epistolio. Interim vinum omne è vase effluit. Illa sentiens se non clausisse os epistolij, postquam locuta est Coleta, redit prope ad dolium, illudque planè vacuum comperit. Magno igitur marore affecta, cum nihil iam superesset vini, adit Coletam, edicitque culpam suam. Coleta cernens eam summe afflictam, vade, inquit, filia, & nihil hæsitans hauri mihi vinum. Illa dicente, nihil relictum vini in vase, rursum ait: Abi in nomine Iesu Christi, abi sidenter. Pareat illa & ecce vas reperit vino præstantissimi saporis redundans. Iubere aliquando Coleta voluit pro fratre quodam satis indigo scindi pannum, vnde ei vestis pareretur. Sed cum ea causa accessisset fratrem Andream, bonum sartorem, ostendissetque illi pannum, respondit ille, pan-

Effusum  
vinum  
miracu-  
losè resti-  
tuit.

num non posse sufficere vesti conficiendæ, etiamsi ei integra vna addatur. At illa subridens, sidenter ait: Abi frater & ora Deum. Inde redibis ad me, & vtrinque extrahemus pannum, si forte possit fieri longior. Orat frater, redit ad Coletam, ea præsentè scinditur pannus, & nedum satis multus est, sed & in tantum excedit, vt oportuerit de veste inde confecta aliquid auferre, quod & longior & laetior esset, quam ferret sancta paupertas.

XXIV.

Castitas virtus gratissima est mirè animum exhilarans eumque Deo proximum efficiens. Ea non mediocriter ornata fuit Christi Ancilla Coleta toto vitæ suæ tempore. Nam etsi valde oderat omne vitiorum genus, speciatim tamè abominabatur peccata carnalia: vt quæa facilius vitaret, arctissime seruabat castitas corporis tanquam ianuas vel fenestras, per quas facile irrepit mors: nec vnquam tota vita sua, vel vanæ delectationi, vel carnali concupiscentia assensum præbuit, sed ab ipsa infantia cor suum omnino castitatis studio addidit & dedicauit, adeo vt nunquam, quisquam in ea percipere potuerit signum aliquod impurae cogitationis: nec vnquam verbum aliquod leue aut inhonestum promulit ore suo, sed semper verba planè honesta & sancta, quæ cælestem eius declararent conuersationem, & proximis salubrem afferrent edificationem. Potest sanè illa numerari inter purissimas virgines. Nam & corpus eius tam erat formosum & omnis maculæ expers, quoad superuixit, vt integerrima virginitas cum pueruli innocentia & simplicitate ex illo mirificè reluceret. Et si enim in ijs, quæ ad Dei honorem & animarum salutem pertinebant, esset prudentissima, attamen in carnalibus & mundanis rebus instar paruuli simplex & innocens fuit. Quò siebat, vt libenter adesset paruulis, eisque se blandam & affabilem exhiberet: contra abhorrebat plurimum ab adpectu immundorum animalium, vt sunt musca, limaces, formicae, &c. quæ sine terrore, & multa abominatione videre vix potuit.

XXV.

Delectabatur autem mirum in modum agnellis, turturibus, & id genus alijs castis animalibus. Solebat etiam crebro ad eam aduolare castæ aucula, suauiter cantillare coram illa, comedere & bibere absque vlla formidine apud eam. Mitebantur illæ auculae à Domino pro illius consolatione, erant enim ei gratissima propter puritatem & castitatem, quæ ipsa præclare pollebat. Oblatus ei quandoque ex deuotione fuit agnellus quidam, quem illa tam ob munditiam, quam ob agnum illum sine macula, libenter accepit. Erat verò is illi multis modis non paruo solatio, maxime quod soleret, à nullo prorsus vel edocetis vel compulsus, cum Christi corpus in Missa eleuabatur, se submittere in genua, nec surgere, donec eleuatio illa peracta esset.

XXVI.

Alio tempore venit ad eam bestiola quædam, miræ candoris & elegantia. Incertum erat, vnde venisset. Nec erat alijs similis, nec vnquam ab aliquo conspecta fuit: nec semper ei aderat, vt agnellus: sed per vices modo apparebat ei conspicua, modo euanescebat. Erat adpectu gratissima & valde delectabilis. Itaque multæ sorores eam summo perè cupiebant apprehensam manu contrètare, sed frustra nitebantur, illa vel disparente, vel alicubi latitante. Coleta ipsa quandoque cum filiabus suis eam cursu insequebatur: sed ipsa Coleta præcedens, vna cum bestiola ab aliarum oculis euauit, nec scientibus illis,

Castitatis  
summo-  
perè stu-  
dij Co-  
leta.

Casti  
Animali-  
um dele-  
ctatur.

Insolita  
Bestiola  
presentiâ  
decoratur.

quo

quod translata essent. Nulli verò dubium esse debet: bestiolam illam significasse carni quiddam, eiusque & internam & externam representasse puritatem eximiam. Quam sanè etiam illud egregiè declarabat, quòd ab eius corpore fundebatur odor longè suavisissimus, ci- busque; ab ea sumptus nò raro absque malo odore egereba- tur: & (quod summam habet admirationem) ab illà na- turali infirmitate fœminis omnibus communi, semper omninò libera fuit, atque à multis infunditiis prorsus ali- ena. Quamvis autem aliorum fœtores & immunditiæ ei essent molestissimæ, attamen comiter ferebat eas propter illum, qui libenter tulit fœtores scelerum no- strorù. Duo verò specialia Dei dona, quibus eius pu- ritas adtruebatur, in ea extiterunt: Primum est, quod nunquã vllus fœtor ab eius corpore sentiri potuit: sed nec ex loco, in quo erat: sentiebatur verò iugiter & ex corpore, & ex loco, ubi erat, odor gratissimus, confor- tans eos omnes, qui se illi adiunxissent. Lavit aliquan- dò manus suas, ministrante illi sorore Margareta Bol- honensi. Eam aquam, quæ se lauerat, servavit illa so- ror annis septem in vasculo quodam, mansitque purissi- ma: atque etiam crebro illam bibens eadem soror, mul- ta inde remedia accepit aduersus corporis & animæ in- firmitates. Quædam nouitia monialis, misere è stoma- cho laborans, cum timeret eâ causâ se à professione o- ptatâ impeditum iri, bibit etiam ex aqua, quæ suas ma- nus, ipsa ministrante, Coleta abluerat, perfectæque cura ta est. Alterum donum est, quod, ut fertur, licet à per- multis visitaretur bonis & malis, essetque formosa val- de, sicut ipsa nullum inhonestè concupiuit, ita nec sciri potuit, quenquam illam inhonestè concupiuisse: im- mò verò, si qui libidine inflammati ad eam accessissent, eos, illâ conspectâ, castos abijisse.

XXVII.

Sentiebatur autem illa, virginitatem, & ea tempora, quibus illa culta esset, speciali reuerentiâ prosequenda: eosque, qui virginitatem vouerunt & conseruauerunt, non vulgari amore complectendos, honoreque afficien- dos. Itaque tempora noui testamenti hoc nomine prætulit illis, quæ sub veteri fuere, quòd in ijs viguil- set castitatis studium, eamque Christus ipse, & eius sanctissima mater, per multaque præcipui amici eius complexi essent & extulissent: in quibus beatissimum Ioannem Euangelistam impensius amabat præ multis, eumque sibi singularem adhibuit intercessorem apud Deum, ut posset tutius preciosum virginitatis confer- uare thesaurum. Cuius etiam seruandâ causâ, cum ad- huc iuuenula esset, statuit vitam degere apud virgi- nes puras & innocentes, ut solatia omnia, ne dum tur- pia & inhonestâ, sed etiam quæ à matrimonio offerun- tur, euitaret. Obtinuit verò etiam à Pontifice diploma plumbeum, quo prohibitum fuit, ne qua scemina, quæ virgo non esset, admitteretur in cœnobio, ab ipsa Co- leta reformanda. Et id sanè etiam executioni manda- tum est, reiectis omnibus viduis, aut sinistra fama la- borantibus; Etsi verò dispensatum fuit cum quibus- dam nobilibus & virtutum studiosis viduis, ut possent admitti, nunquã tamen illas Coleta tam familiares habere voluit, atque virgines: nec tam propenso eas ad monasticam professionem recipiebat animo, ac virgi- nes. Et ut Deus purissimæ virginitati eius singulare perhiberet testimonium, misit beatum Ioannem Eu- angelistam, qui ei annulum aureum attulit nomine summæ regis, quo digito illius infixo, eam sibi despon- dit sponsam charissimam. Quem annulum cum mul- to timore & humilitate illa accepit, accurateque custo- diuit & venerata est: utque eum melius conseruaret, voluit eum auro alio vel argento vestiri, sed nullus au- rifex id efficere potuit; Multi sanè patres & fratres Confessarij, alijque plurimi hunc annulum viderunt, manibusque suis contrectauerunt, non mediocri inde consolatione affecti.

Maximo amore ferrur erga Virgini- tatem.

Cum autem fratres illos ad expedienda celeriter negocia procul ablegare voluit, ut iterum vitarent pericula, fidenter, clam tamen, dabat illis secum fe- rendum hunc annulum, sicque citra periculum totum illud conficiebant iter. Porro noui testamenti san- ctos illos chariores habebat, qui virgines perman- sissent: in matrimonio iunctis illi magis placebant, qui vnico coniugio contenti fuissent. Ipsi quoque matri- suæ, quæ ad secundas nuptias accesserat, quandoque sic fertur dixisse: Mallem te semel tantum, mea mater nupsisse. Illâ blanditer respondente, si ego ad alteras me nuptias non transfuissem, tu hodie in mundo non esses; isthæc subiunxisset: Tum verò Deus ex aliquo è propinquis nostris me fecisset nasci.

XXXI.

In reformationis supra dictæ exordio, sæpe inuoca- bat sanctos, cum ardua negocia incidere. Eos aut- tem præcipuè implorabat, qui virgines fuissent. Ad sanctissimam matrem Annam eo nomine vix vnquã confugebat, quòd tres subindè habuisse maritos lega- tur. Sed ea sanctissima matrona ei quandoque feruen- ter oranti apparuit, insigni ornatu prædita, ducens se- cum honorificè totam tobolem suam, puta tres exi- mias filias suas, & eorum filios cum primis generosos. E quibus prima fuit beatissima Christi parens, regina cœlorum, & Domina Angelorum, creaturarumque; om- nium, manu tenens dulcissimum filium suum, mundi redemptorem Christum Iesum. Altera fuit Maria Ia- cobi, secum ducens quatuor illustres filios, Iacobum Minorem, Simonem, Iudam, & Ioseph iustum. Tertia Maria Salome, habens apud se duos clarissimos filios, Iacobum Maiorem, & Iohannem Euangelistam. Ait autem ad Coletam beatissima Anna; Etsi ego tribus nupsis viris, attamen & triumphans & militans Ec- clesia ex mea progenie maximis est aucta ornamentis. Post hanc apparitionem Coleta singularem concepit animi deuotionem erga sanctam Annam, rogabatque eam, ut pro excellenti gratia sua pro ipsa intercederet cum sanctis omnibus, adessetque ipsi in inchoata refor- matione, quo ad optatum posset eam exitum perduce- re. Atque ut huic eius apparitioni gratiam se declara- ret, in quibusdam monasteriis suis ex ingenti deuotione templa in eius honorem extruxit: maximè verò in cœnobio Bisuntiensis, quod ei Pontifex contulerat, præclarum Sacellum ei condidit: in quo multi tumu- lati sunt speciales amici eius.

XXX.

Præcipua quidem occupatio beatæ Coletæ per om- nem eius vitam maximè versabatur in feruenter lau- dando, honorando & obsecrando Deo: semper enim, vbicunque esset, aut mente, aut ore precabatur Domi- num, animum suum ad illum erigens: aut certè quip- lam boni operis efficiebat. Inter alia Dei charismata etiam illud animo eius penitus impressum erat, ut fer- uenti desiderio cuperet accuratè persolui ea, quæ ad Dei cultum pertinent, diuinaque officia puro corde, & cum tremore & reuerentiâ peragi. Nec linebat vllam sanctimonialè à diuinis abesse officiis, immò etiã pri- us quam illa inchoarentur, adesse volebat omnes, ut suas præpararent animas, quo possent Deo gratum ex- hibere ministerium. Quod si aliqua ex illis animo in- aliam in se aut commoto esset, volebat eam prius il- li reconciliari, humiliter ab ea petèdo veniam. Quam- uis autem ipsa supra modum grauata esset doloribus perpetuis, qui eam facillè excusarent, si nollet diuinis interesse laudibus, à nihilominus voluit die ac nocte semper & prima adesse, & postrema recedere, donec coacta est diuinitus aliter se comparare, propter dolo- res penè intolerabiles: qui tamen si remissiores fierent,

Implorat SS. uocia- lia pro reforma- tione.

Cultum Dei zel- lat.

rursus

rursus hilariter, & alacriter properabat ad communem Dei cultum, ac si nunquã eos sensisset cruciatus. Vifus est crebro à sororibus agnellus quidã elegans expectare eam ad nocturnas preces ituram in sede illa, in qua ipsa residere solebat. In ipsis autem diuinis officiis studebat corde, corpore totisque viribus gratum Deo offerre ser- uitium, vocem cum cordis iubilo exaltans, ita ut præ- aliis suauiter & mirabiliter concinens audiretur.

XXXI.

In reformationis initio non parùm perplexa fuit, quemadmodum diuinum persoluendum esset officium. continebat enim Regula laroribus, non cãtando, sed legendo id persolui debere. Consuluit igitur eâ de re Confessarium suum Henricum de Balma, & cum multum inter se contulissent, ambo statuerunt ad preces re- currendum. Illis igitur orantibus, subito audita est in medio illorum vox quædam, valdè grata, modulata, & musica, & quasi prorsus angelica. Ex ea igitur modula- tione, quæ suauiter, & tractim fiebat, constituerunt mo- dum, quo sorores Dei cultum peragerent. Accidit quã- doque manente illâ in quodam monasterio grassari il- lic pestem, & multas auferre sorores, plerasque diu mane- re malè aff. cta valetudine. Cum autem etiam ipsa non mediocriter laboraret ex morbo, non tamen à diuinis voluit se laudibus subducere, nec propter sororù pauci- tatem aliquid de illis diminui: sed cum duabus, aut tri- bus sororibus preces omnes Canonicas ipsa persoluebat integre, solenniter, & deuotè. Vbi sanè verisimilis non deerat coniectura, angelicos spiritus ei venisse subsidio, ut audientium deuotio, & admiratio augetur. Nun- quã illa, quod sanè admirabile est, in diuinis persolu- endis officiis vllum, vel tadium, vel laborem sensit: imò quantò ea prolixiora essent, tantò gratiora quoque erant. Quòd si interdum aliquam sentiret desolationè, mox inchoato officio, confortabatur, & tranquillaba- tur, pallens suauiter in seruore spiritus, perindè, ac si fa- ciem summi Regis coram intueretur. Vifa est tum ple- rumque facies eius luculenta, & splendida, ita ut non raro sororum oculi sic perstringerentur eo splendore, ut in eam intendere non possent. Cum autem immodicis dolo- ribus ad eò occuparetur, ut diuinis non posset adesse ministerijs, suspirans suauiter exclamabat: O beatas il- las, quæ possunt iugiter diuinis interesse laudibus. plus que dolebat, quòd ab illis cogere tur abesse, quàm quòd grauissimos sentiret dolores.

XXXII.

Cum aliquando visitaret monasterium quoddã, of- fendit illic sanctimonialè, quæ propter grauè morbum annis octo, à diuinis officiis abseruat, non absque multo animi dolore. Ei ad se accitæ, comiter ait: Quid est, dulcis- sima filia, quòd tam longo tẽpore abes à laudibus Dei? Respon- dit illa: Nihil, mea mater, illic, vel dicere, vel facere possum, morbo impedita. Tum Coleta: Abi, inquit, hac nocte in Chri- sti nomine, ad preces nocturnas & fac ibi pro viribus. Fecit ea- sic, & ecce, vocem sentit sibi restitutam longè meliorem, quàm vnquã habuisset antea: cecinitque, non minùs benè, vel etiam melius, quàm alie incolumes. Porro præter pre- ces Canonicas, quotidie legebat omnes orationes Do- minicas, quibus laicæ sorores diuinè persolunt officii: tum quoque preces horarias S. Crucis, & duplices Defun- ctorum, ut vocant, Vigiliæ, ut plurimum nouem lectio- num, interdum trium. Signa illa Dominicæ orationis ha- bebat charissima, eaq; nocte, ac die circumferens, absque numero preces ad illa recitabat. Inter eas autem preces, quæ tum ore, tum mente funduntur, singulariter eam afficiebat Psalterium & septem Psalmi cum Litanis, qui iam ita iuuentute vsque in senectam, nunquã ob qual- cunq; etiam occupationes, dicere prætermisit. Absolu- to autem Psalterio, flexis genibus, humiliter, & reueren- ter munus illud exiguum Deo offerebat, orans instan- ter, ut gratum illud haberet. Valdè autè infestus ei erat Dæmon dicenti Psalterium. Nam sæpe noctibus exting- uebat candelam, effundebat oleum. Accidit quodam tempore, ut & identidem Dæmon, extingueret lampam-

Perplexa circa offi- cium di- uinum diuinitus edocetur.

In officiis nec ta- dio, nec labore afficitur.

Facies eius splen- dida vi- sa.

Ægrotã sanat.

Multas orationes persoluit.

In illis versatur à Dæmo- ne.

dem, & illa rursus eam accenderet. Tandem igitur, ut eâ perturbaret, importunissimus Satan, effundit oleum to- tum in codicem, vnde legebat Psalterium, quæ res non parùm eam afflixit, tum quòd codex esset perditus, tum quòd necdum compleset preces. Alterâ luce tradidit codicem Confessario suo, conquesta ei, quid accidisset, sciscitantisque num quã posset ratione reparari. At Cõfessarius acceptum librum, cõperit ex Dei munere penitus illa sum: quæ res maximam Coletæ consolationem at- tulit. Alio tempore cum absolutum Psalterium vellet suo more offerre Deo, duo terrentissimi, & immanissimi Dæ- mones horrendâ specie apparuerunt ei, suis terribili- mentis impedire eam volentes, ne offerret munus suum Domino. Illa verò fidenter se communiens Crucis mul- tino, obtulit Deo Psalterium: & vilissimi Dæmones confestim euauerunt.

XXXIII.

In omnibus rebus duris, & aduersis, in negociis arduis semper confugiendum censebat ad preces humiles; di- cebatque, tum per seipsam, tum per sorores Litanias, qui- bus fidebat plurimum, & singulari deuotione afficieba- tur. Eâ enim tempestate, qua in Francia regno tot sa- uiebant bellorum tumultus, ut vix quisquam auderet extra loca munita progredi; tametsi illa pro conditione sexus, multum meticulosa fuit, attamen constituit, pro Dei amore, & animarum salute per longinquas proficisci regiones: utque id tutius posset, quotidie audire Missam de Epiphania Domini. Itaque simul atque ingressa est iter Litanias dicere cœpit, & Dei benignitate, sanctorumque, qui illic inuocantur, meritis euahit pericula omnia, in quibus multa fuere sanè horrenda. Proficiscens enim aliquãdo cum multis sororibus per regionem, cuius idio- ma ignorabat, ubi peruenit ad nemus quoddam latro- cinis infestissimum, obuiam ei venerunt homines tru- culenti, arcibus & Sagittis instructi, qui ei, & comiti- bus eius insidias comparabant, eosque spoliare volebant. Curribus enim propter itineris prolixitatem, & viarum asperitatè vehabantur, quæ res quandam non vulgarem apparatus præ se ferre videbatur. Illi ergò crudeles ho- mines in verba prorsus barbara, & inhonestâ cœpere prorupere, ad mala omnia parati. Coleta tunc comple- uerat Litanias, & ex Dei gratiâ intellexit, quid diceret, (poterat enim cum Apostolis quæuis capere idioma) locutaque est ad illos blandè, placidè, atque prudenter. Illi mox eius auditâ voce, mutati mirabiliter, nõ solum ei, & comitibus pepercerunt, sed etiam promptos se ob- tulerunt ad securâ deducenda: eas, quocumque vellent iter intendere. Coleta verò gratias eis egit, & illi sine vlllo maleficio recesserunt.

XXXIV.

Alio tempore cum duceret moniales aliquot ad nouũ monasterium, & ad locum quendam periculosum ven- nisset, sentiens in spiritu, se in discrimine versari, monuit sorores, ut Litanias promerent. Quidam verò nobilis, sæuus & immanis, sancta Coletæ opera, & conatus, mag- nis viribus impedire cupiens, per ministros suos iter eius diu explorari iussit. Illi verò Coletam, & comites eius curauerunt illic retinendas, donec nobilis ille cum suis eò adueniret. Is ubi venit, euomuit confestim è cœnoio peccatore, lutulenta, & turpia verba. Ei autem humiliter, & religiose Coleta respondit: & ecce, equi malignorum hominum manserunt immoti, nec ad curram propius accedere potuerunt, quamuis posset facillè retrocedere. Aliàs reuertens illa à quibusdam monasteriis nouis, in quo moniales introduxerat, cum se putaret tutiori iti- nere ingredi, in longè crudeliores, & deteriores incidit, qui iam ita propè aderant, ut currum eius facillè possent inspicere. Ex his sceleratioribus quidam alios præcesserunt, ut eam rebus omnibus spoliarent. Illa spiritu id cognos- cens: illicò ad Litanias se confert. Mox scelsti illi in- credibili acti timore, properè ad suos se recipiunt, haud- quaquam ad eam redituri. Visitatione quandoque mona- steria sua, per eas regiones proficisci cogebatur, in qui- bus tum ingens erat armorum militum strepitus. Sen-

A Dæmo- nibus ter- retur, sed in fu- gam a- guntur.

In ad- uersis ad orationè- cor fugit.

Diui- nitus a- lienum idioma intelligit & loquitur.

In peri- culis à Deo illa sa- seruatur.



tiens se non sine multo discrimine id facturâ iubet dici Litaniâs. Paulò post venit obuiam procacissimis militibus, qui petulantissimè minabatur, se quosdam ex comitibus eius iugulaturos, aliis aureâs præcisuros, ab aliis equos, & cæteras res ablaturus. At Coleta planè confidens Deo, & Sâctis, quos inuocabat, iussit comites suos præcedere: manlit autem sola cum sororibus, libentèr oppetitura mortem, vt alii euaderent. Et ecce tantam ei Dominus contulit animi fortitudinem, & constantiam, tantamque oris facundiam, vt non solum nihil mali ei, vel sororibus illi nequam homines inferrent; sed etiam veniam ab ea petentèr ablato sique equos, & alia integre restituerent. Attamen Deus iustus iudex, qui non finit impune abire, si quis vexet fideles amicos eius, ita in eos animaduertit, vt intra octo dies, ob quedâ perpetrata malicia, in patibulo suspenderentur, palam confuentes, se vel maximè angustis animis, præcipueq; dolere, quod molestiam illam anicille Christi attulissent: seq; exultare, illâ causâ se, sic diuinitus puniri.

xxxv.

Manfit quandoq; in quodam monasterio suo, quod erat situm in pago quodam regni Franciæ. Illum pagum crebrò viri militares multâ vi, & forti manu clam capere moliebantur. Coleta spiritu id cognoscens, ad Litaniâs se conferebat. Quibus inchoatis, videbatur illis militibus alios ipsi fortissimè occurrere pro tuendo pago. Itaque fugâ sibi consulentes, meritis Coletæ repulsi, nihil pago nocere potuerunt. Et est sanè, hodieque illo in loco fama celebris, incolumitatem, & conseruationem pagi illius à Coletæ meritis proficisci. Solebat autem ill. post oris preces, etiam ad eas, quæ mēte finiunt, se conferre: atque ita ex precibus magnam capiebat consolationem: aiebatque sine precibus neminem posse proficere: atque eâ causâ hortabatur sorores ad perpetuam orationis studium. Porro in mentalibus orationibus, quibus crebrò utebatur, curas omnes superuacantes abiebat, omnesque sensus & vires corporis, ac naturæ colligebat, vt perfectè cogitare de Deo, & affectu ardentissimò preces illi offerret, ita vt tota raperetur in illum, nihil corpore sentiens, perinde vt mortua, nec percipiens quicquam eorum, quæ tum extrinsecus circa illam gerebantur. Et sic nonnunquam permansit sex horis, interdum decem, vel duodecim. Tandem ad se reuersâ, breui spatio se sic fuisse putabat, tametsi interdum totâ die sic perduraret, sæpissimè etiam maiori noctis parte. Somnus autem eius, incredibilis paritatis fuit, sic vt aliquoties octo diebus vix vnâ dormierit horâ. Postquam enim Psalterium, & preces Canonice absoluerat, reliquum tempus in preces mentales conferebat. In itinere ad hospitium veniens, cæteris corpora quieti dantibus, vigilabat plorans, & gemens, Deumque feruenter orans, somno contempto.

xxxvi.

Quantæ autem efficacitæ fuerint preces eius, Deus quibusdam sororibus, euidentibus signis declarauit. Videre enim illâ sibi videbantur, faciem igneam ex eius procedentem ore, planè luculentam, adeoque sursum tendentem, vt caelos cõtingere videretur. Nonnunquâ illâ feruentissimè orante, videbatur eis, oratorium illius ceu flammis incensum ardere. Si quis autem propius accessisset, ignem illum extingueret, repèdè dispabat, quanquam semel repertum est velum eius exustum, licet nullus ibi fuisset ignis. Quedam ex illis soror aliquandò imprudens intravit in eius oratorium, illâ Dominum ardentèr orante, viditque, tãtâ eam nitere pulchritudine, & splendore, vt velut exanimis statim humi collaberetur. Eam vidēs Coleta in eo versari discrimine, accessit ad illam, & cum obiurgasset, quòd ausa fuisset eò ingredi, mox cõsolatione refouit, & recreauit eam, ita vt vires recuperaret suas. Soror Coleta de plano cubito (sic enim vocabatur) vidit quandoque, illâ feruenter orante, quendam magnum Solem, totum illustran-

tè oratorium, ab eius ore procedentem. Sæpè etiâ in precibus feruentissimis, spiritu in Deum subleuato, visa est à sororibus etiâ corpore tam sublimiter euecta in aera, vt penitus videre eam nõ possent. Sed & ipsâ, certas ob causas complusâ à Deo, fatebatur, se non rarò, sed precibus intantum fuisse corpore sublatam, vt sibi videretur caelum posse tangere, si manus extendere voluisset.

xxxvii.

Præcipue verò Deum deprecari solebat pro miseris peccatoribus, vt illos ad se cõnerteret. Porro inter multas reuelationes, quas diuinitus habuit pater celeberrimus, professione Dominicanus magister Vincentius, etiam illa fuit, quâ Coletam vidit in spiritu, genua flexitèr humiliter, & feruenter rogantem Deum pro peccatis miserimæ plebis suæ. Cui ille sic respondere videbatur: *Quid me vis facere filia? Ego quotidianis illorum iniuriis, & contumeliis afficior. Quotidianè illi me lacerant, & discerpunt, contemnentes præcepta mea, meq; blasphemantes, & abnegantes.* Propter hanc visionem idem egregius Doctor, ex Hispaniis venit in Gallias, vt ipsam Coletâ inuideret. Cumque inter se colluquerentur, multis sunt affecti diuinis consolationibus. Alio tempore orante feruenter Coletâ beatissimam Dei genitricem, vt apud filium suum pro miserimo populo Christiano intercederet: Oblatus ei fuit discus quidam, plenus particulis carnis, tanquam infantis in frustra concisi: dictumque est illi: *Quo pacto ego deprecabor filium meum pro his, qui quotidinè peccant, & horrendis sceleribus suis (quorum quidem in eis est) etiam in minoribus eum discendunt, & dilaniant particulas, quàm sint hæ, quas cernis?*

xxxviii.

Quantum verò preces eius permultis profuerint, ex iis, quæ dicturi sumus, licebit intelligi. In pago quodam Auernesi, vir cum vxore fuit vitæ execrabilis. Vterque igitur ob flagitia sua suspèdi iustus est. Et si verò plerique omnes diceret dignos esse qui sic periret, at nihilo minus multi illorû dolebant vicè, maximè quòd viderentur rectâ proficisci in tartarû, quòd satis ostenderent, se neq; Deum, neque peccata sua agnoscere, nec vllis adhortationibus cõ posse adduci, vt agnoscerent. Vomebant enim ex impiis pectoribus, verba detestanda, prorsusq; satanica, quæ nihil aliud, quàm æternas gehennæ flammâs mererentur. Vidit hoc horrendum spectaculum quidam sanctus Eremita, qui ex deuotione Coletam inuiserat, hominumque miserimorum ex animo miseratus, flexis genibus rogabat carnifices, vt differrent suspendium, donec ipse rediret. Annuerunt illi, abiit ille ad Coletam, commendauit ei deploratos illos, & perditos homines: mox ea sublati in caelum manibus, cum lachrymis dicere cœpit *Plâlmû, Miserere mei Deus.* Necdum verò finierat Plâlmum, & ecce concipiunt illi cæci, mirabilem Dei notitiam; agnoscunt immensa beneficia sua, valde se peccasse dolent; fatentur illo se supplicio dignos; patientissimèq; morte se affici sustinent, ita vt illi, qui aderant, plurimum inde ædificationis, magnamque salutis suæ spem conciperent.

xxxix.

Fœmina quædam religiosa, bonæ vitæ, & sanctæ cõuersionis, enormitâ quædam peccata commiserat, quæ summopere quidem cupiebat dicere in Confessione; sed cum ventum esset ad Sacerdotem, impurissimus Satan, tantam ei ingerebat verecundiam, vt dicere ea non auderet. Durauit hoc annos sex: & interim illa vivebat in summo animi dolore, & afflictione. Tandè feruenter petiit commendari se precibus Coletæ virginis. Quòd cum fecisset, mox abiit ad Confessarium; calcatoq; rubore integrè confessa est peccata sua, multumque inde percepit conscientia suæ leuamen, & cõsolationem.

xli.

Cum in reformationis exordio Coleta in Castro Balmenis maneret, in pago illo domus cuiusdam nobilis erat, cuius habitatores liberaliter, & se, & res suas impertiebant Coletæ, & eius professionis hominibus: ita vt non immeritò illa quo-

Pro peccatoribus orans, à S. Vincentio Ora. Prad. in visione cernitur, visitatur.

Dei, & Deiparæ vocè audit.

Preces Coletæ multis proficua.

Exemplū offertur.

Aliud.

que in

Orationi dedit, illaq; opidum ab inuisione hostium defendit.

Somni paritatis.

Preces eius efficacitas.

Prodigia illâ orante, visa.

que in suis precibus, eos sibi haberet specialitèr commendatos. Sed maligni, & terribili demones mutuum illam charitatem molestissimè ferentes, multas illi domui persecutiones excitarunt, damnaque grauissima intulerunt. Sed meritis, & precibus Coletæ seruati sunt amici illi, & eorum ades, atque facultates, nè quid incommodi eis accideret. Vni enim sunt Angeli à cœlis descendere, vt eos à periculis tuerentur, & hostibus resisterent; eis sanctissimâ malignitate nocere nitentibus. Vidit Coleta circa noctis medium, domum illam cingi luce clarissimâ, & in ea luce permultos Angelos, habitatores eius, aduersum omnes satanicas infestationes, seruantes, atque defendentes. Vidit porro etiam scalam auream ab illa domo, vsque in caelum, se porrigentem, Angelos per eam ascendentes, & descendentes, Deoque preces Coletæ offerentes; tum quoque egregias elemosynas, aliaque charitatis officia, & beneficia hominum illorum, pro quibus ipsa orabat, quæ ab illis quotidinè in Coletam, & sorores conferebantur. Vocauit autem Coleta vnam è sororibus, eique indicauit visionem, & claritatem illam: sed ea videre eam non potuit, donec pro illa Coleta rogaret.

xli.

In monasterio eius Poliniacensi, initio quidem sanctimonialis magnâ premebantur aquæ penuriâ, cogebanturque eam aliundè inferre, quòd nullus esset in monasterio locus, fodiendo puteo opportunus. Itaque sextâ feriâ post Dominicam *Latare*, quæ recitatur Evangelium de muliere Samaritanâ, à qua Christus, apud minimum preces, iussit humum certo quodam loco fodi. Id cum factum esset, prodit mox aqua pulcherrima, & quâ non esset alia melior, in tota regione illâ. In quodam Albigeni pago iuuenula iuncta viro, vita erat sic satis honesta, & integra, pepereratque marito filium: at permittente Deo, adeò fuit mente capta, vt neque Deum, nec creaturas vllas, nec proprium filiolum suum agnosceret: citraque vllam verecundiam, nada incederet, & non nisi satanica verba è suo ore proferret. Eam Sacerdos quidam venerabilis commiseratione permotus, commendauit precibus Coletæ; ac deindè reuersus ab ea, denuò hanc miseram studio humanitatis inuisit, cuiusque caput quodam Coletæ velo tetigit. Tum illa loqui cœpit verba rationi consentanea, ante omnia petens sibi copiam fieri confitendi peccata sua, celerrimeque plenè restituta est. Mercator quidam celebris iter suscepturus valdè periculosum, obnixè commendauit se Coletæ precibus. Deindè dans se itinere, per dẽssimas niues, aquasque, agros, operientes ingrediebatur, penitus ignorans, vbi nam esset. Noctè autem incidit in locum, vbi si paululû processisset, haud dubiè in præsensum mortis discrimen se coniecisset. Ibi recordatus piissimæ matris Coletæ, iterum se commendauit precibus eius. Erat enim illic abyssus profundissima. Et ecce statim videt Coletam adesse, manumque indicare, vt retrocedat. Quòd cum fecisset, cognouit se Coletæ meritis, & precibus mortem euasit.

xlii.

Vir quidam magni nominis, Coletæ familiaritèr notus, filiam habuit vnicè charam, quam volebat monasticæ vitæ tradere, Deo illic seruituram. Obtulit ergò eam Coletæ, quæ libentèr eam accepit, vt potè bene constitutam, & aptam ad eam vitam constitutam. Sed paulò post dolens vir ille, se filiam suam Coletæ tradidisse, eamque perditam existimans, acriter, & feruèr eam reperit. Doluit ea res non mediocritèr Coletæ, quòd sic ablatam sibi videret puellam: sed ad preces coniugens, Deo gemitus, & lachrymas, obtulit. Iam verò pater puellæ, vrab eius animo omnem monasticæ vitæ memoriam aboleret, in longinquam eam regionem ducebat, sed cum iam foret medium

absoluisset iter, ter equus corruit, cui puella infidebat: & in ipso tertio casu, viroque orbatâ est oculo. Id cernens puellæ pater, ad se rediit, agnoscentisque culpam suam, venit ad Coletam matrem, veniam petiit, puellâ, vt ad se reciperet, obsecrauit. Id verò Coleta libentèr præstitit. Comitissa Valentinensis, præpotens domina, diu, multumque desiderauit, monasticam S. Claræ vitam, siue regulam profiteri. Vt autem vires exploraret suas, possent ne illi instituto pares esse, nõ breui tempore, duritèr, & asperè vixit. Tandem humiliter petiit à Coleta, vt ipsam admitteret inter suas. Assentit Coleta, præfigit certum diem, ad quem eius desiderio vellet satisfacere. Sentiens interim draco pestifer, omnis boni hostis diabolus, cum appropinquare diem, euidēs quoddam ei rei obiecit impedimentum. Adeò enim equi omnes subito debilitati sunt, vt nullo pacto à terra surgere posse viderentur. Id verò dolorem non mediocrem attulit Comitissæ illi, quippè cui non occurreret remedium vllum, quòd posset huic malo adhiberi. Statuit autem & se, & rem totam commendare precibus Coletæ. Quòd vbi fecit, mox adfuit mira cõsolatio. Equi enim omnes ad iter valdè expediti, reperti sunt. Tum illa mirificè exhilarata, profecta est, & propolium suum perduxit ad effectum. Coleta autem recepit eam in suam sodalitatem propensissimâ animi deuotione, & illa sanè perseuerauit in suscepto illo vitæ instituto, ad mortem vsque, Deo cum multa perfectione feruens.

xliiii.

Dicturi iam sumus, quàm feruētū deuotione, & amore, Christi passionem Coleta persecuta sit. Cæpit id ætate adhuc tenerâ, à matre sua sic instituta, quæ profectò & timebat, & amabat Deum: quotidieque cum lachrymis, & gemitibus dicebat precem de Saluatoris passionem, multum condolens iniuriis, & pœnis, quas ille pro humani generis redẽptione libentissimè tolerauit. Eam autem præcem Coleta puella diligentèr attendens, adeò totam memoriæ commendauit, vt deinceps nunquâ eius potuerit obliuisci. Itaque quotidinè horâ meridiana, quâ Christus cruci affixus est, angores cordis sentiebat vehementissimos, cum Christo acerbissimè patiente; vtque eos scerretus, & deuotius perferret, libentèr eâ horâ ab aliis se subducebat hominibus; atque ita sola manens, omnes vires animi intendebat ad cogitandas iniurias, persecutiones, conuitia, opprobria, horrendam, & ignominiosam mortem, quæ CHRIS TVS desiderio salutis nostræ patienter, & cupidè perpeffus est. Porro in eiusmodi meditationibus sæpissimè extra se rapiebatur, & in Deum transformabatur ardentissimo desiderio & amore: at præcipue tamen sextis feriis ab hora sextâ matutinâ, vsque ad horam sextam vespertinam, manè audita Missâ, nihil interim manducans, aut bibens, tam erat feruenter, & efficaciter Dominicanæ commemorandæ passioni intenta, vt sèpenuerò præ doloris vehementiâ in manibus, pedibus & latere suo sibi reuerâ videretur, clauis, & lanceâ confixa. Ecquis verò pro dignitate possit explicare, imbres lachrymarum, anxios gemitus, quibus occupabatur illa totâ hebdomadâ, quam sanctam vocamus, quis satis commemoret dolores acerbissimos, atque vehementissimos, quos tunc illa perseferebat? In ipsâ enim eius virtutum studiosa iuuentute, specialis quædam ei collata erat gratia circa Domini passionem. Cum enim aliquandò feruenter, & profundè eam mediata fuisset, CHRIS TVS ei apparuit, indicauitque familiaritèr modum, quo passus esset, & vt in singulis membris suis, singulares pertulerit cruciatus humanæ salutis amore. Inde verò Coleta vehementissimè quendam concepit cordis dolorem, & angustiam ac nihilominus ardore quodam amoris, & deuotionis erga CHRIS TI passionem intantum incensa fuit, vt sæpius reminiscens huius visionis, & crudelium pœnarum, quibus affectum viderat corpus innocentissimum Saluatoris, planè delitueretur viribus, nihilque prorsus

Benefactores suos à Deo nunquam in dno diu seruat illas B. Coleta.

Aquam miraculose effudit.

Mente, & ratione capta, sanata.

A præsentissimo periculo mercatorum liberata.

Abreprez à sepuel.

Lam Deo operante recipit.

Demoni insidias, quas in Comitissam quædam struxerant, dissipat.

Passionis Christi deuotissima est B. Coleta.

In eius contemplatione dolores acerbos patitur.

exterior sentiret, in statum alium transformata. Atque ita in sancta hebdomada, multa ei diuinitus praestabantur, sanè memorabilia. Cum enim recitabantur passionones Christi in Misis coram ipsa, ut fieri solet, dolores, quos passus est Dominus in corpore suo, adeo renouabantur in corde, & corpore illius, ut nunquam sic visa fuerit mulier laborare parturiendo, quantum ipsa videbatur condolendo. Cuius rei id euidens documentum fuit, quod horis illis incredibili animi angore lamentabatur, fundebatque lachrymas, & gemitus ineffabiles, ut nemo quamuis ferreo pectore, si id vidisset, pietate, & commiseratione potuerit non permoueri, & emolliri. Fuit autem non breui tempore iugiter sic charitatis inflammata ardore, & intimo confecta animi dolore erga passionem CHRISTI, siue legendo, siue quouis alio modo ea illi esset redacta in memoriam, ut toto intellectu, & cunctis viribus, in illa contemplanda occupatis, interdum sex, aut eo amplius horis, nihil neque cogitaret aliud, neque exterius sentiret.

XLIII.

Manens aliquando in Monasterio Bisuntinensi, in sancta hebdomada, se totam applicuit ad comemorandum Christi passionem, ut toto triduo, nocte, ac die in ecclasi permaneret, nihil interim, neque loquens, neque cedens, neque bibens. Alio tempore in sacra parasceue ab hora illa noctis, qua cantantur Matutinae, ut vocant, ad eam vsque, qua sorores à domo capitulari reuertebatur, tam attentè versata est in meditando Christi cruciamentis, ut grauissimis affecta poenis etiam in corpore, sororibus, et obuiam venientibus, stuporem afferret. Ad eam enim facies eius videbatur fustibus caesa, ut nihil in ea, nisi peillis, & ossa fracta, & comminuta, nasusque complicata cernebatur. Attamen iis ipsis inspectantibus, paulatim pristina ei forma restituebatur. Verita autem illa, ne quid fortassis in ipsa sorores animaduerrissent, Dominica Palmarum aliquando cum multa humilitate, & deuotione in processione, qua tum fit cum ramis, incedens, ac studiosissime cogitans Christi illum in Hierusalem aduentum, quem illa processio representat, adeo sibi videbatur CHRISTO etiam corpore propinquas, ut tangeret illum, itemque alinum, cui inidebat, qui sanè alinus ramum illum ex eius manibus mortu abtulit, nec vnquam postea ramus ille visus, aut repertus est.

XLV.

Loca sancta, quae Christus sua praesentia, olim in terris degens, mirifice sacrauit, & ornauit, cum multa reuerentia, & deuotione habebat impressa cordi suo: spectatim verò locum, & urbem, in qua passus est. Et quamuis corpore debilis, & tenera esset, multaque in mari occurrerent pericula, attamen summo ardebat desiderio arripiendi iter illud, locaque illa deuotè visitandi, atque illic moriendi propter Deum: & certè eò profecta fuisse, si id ei permissum esset. Inter alias autem reliquias, quae sancta Ecclesia, ita vt par est veneratur, singulari reuerentia prosequatur lignum sanctae Crucis, ad quam CHRISTVS affigi voluit: cupiebatque vehementissime particulam aliquam eius crucis sibi praebere. Itaque ne suo fraudaretur desiderio, caelitus ei missa fuit crux aurea, sed parua, cui inclusa fuit portio quaedam verae crucis CHRISTI: quam illa deuotè, & reuerenter seruaui, multique eam viderunt, & manibus tenuerunt. Afferbat autem Coleta pro certo, crucem illam auream, humano opere minimè confectam. Sicut autem veram Christi crucem piissime venerabatur, & colbat, ita etiam erga eius signum, peculiari animi deuotione afficiebatur. Cuius etiam virtute signi, meritis eius, plurima Dominus patriauit miracula, è quibus nonnulla hic subiiciemus. In exordio enim eius, quam saepe diximus, reformationis, permulti paruuli ei oblatis fuere, diuersis affecti morbis: conabanturque parentes, vel amici eorum, obscuris quibusdam, & Coletae ignotis modis eam permouere, vt ma-

nibus illos tangeret, & signum crucis in eos exprimeret, quod cum illa fecisset, curabantur.

XLVI.

In monasterio quodam Coletano, quaedam soror tanto vexabatur capitis dolore, vt se putaret morituram. Adit ergo Coleta matrem, explicauit ei molestiam suam, petiit suo capiti inprimi signum Crucis. Illa valde dolens vicem eius, fecit, vt petiit soror: & ecce fugit morbus, soror fit omninò sana, & incolumis. Abiit quandoque Coleta ad expediendam quaedam negotia religionis suae. Venit cum paucis comitibus ad ripam cuiusdam profundi fluminis: vbi cum nulla esset nauis, nauae nulli, confidens illa diuinæ bonitati, signum Crucis edidit, Confessarium suum rogans, vt idem faceret. Deinde securè tentauit periculosam iter ingredi, idque cum omnibus suis partim pedibus, partim equitibus sine periculo confecit. Paulò post multi equites, robustis freti equis, eodem loco flumen transmittere volentes, petulanter dicebant: Si regarda, & hypocrita illi transire securi, quid nos transire dubitamus? Ingressi igitur flumen confidenter, miserè submersi perierunt. Aliquando proficiscente Coleta à quodam monasterio ad aliud, currus eius prolapsus est in profundam foueam, aquis plenam. Habuit tunc soror quaedam ex comitibus eius partem quaedam vnicornis, Coletae charam. Ea quoque lapsa fuit in foueam illam. Non parum autem ea re perturbata soror, commisit se animo precibus Coletae, editoque gidenter signo Crucis, in foueam illam absque vilo adminiculo, dempto ramufculo quodam, qui instar palmitis tener erat, submisit se in foueam, quaesuit particulam vnicornis, reperit natantem in mediis aquis, extraxit, & reportauit, nihil penitus madefactam, nisi modicè admodum in ipsa plantà pedis.

XLVII.

Erat in quodam monasterio soror quaedam vità honesta, fama laudabili. Ea, Deo permittente, quinque laborauit morbo comitali, quotidie, vt minimum semel humi corruens, multamque ab ore spumam instar apri venatione exagitati egerens: deinde instar daemoniacae rabie quadam insanens. Ligabant illam quidem, & fortiter detinebant homines fortes; at illa inuitis iis, exilliebat turpiter vsque ad trabes, ab ore vomens calorem teterrimum, fornacis instar: itemque ventum validum tanquam fulguris, sicque diu permanebat, non sine multà aliarum sororum molestia, ignorantium quid remedii adhiberent. Tandem recordata virtutum Coletae matris, eius precibus obnoxè illam commendarunt. Illa misit ad eam quendam Confessarium suum, qui fidens Coletae meritis, ligno crucis muniuit eam, illaque repente omninò conuuluit. Soror Ioanna de Lafarre diros patiebatur in manu dolores. Nesciens verò, quid ageret, tandem constituit se ad Coletam matrem conferre, eamque rogare, vt tam malè affecta manui, signum Crucis imprimeret. Venit igitur ad eam; Coleta id fert indignè, dolens, & morens, tale quippiam à se exigi, repellit manum egrotam, eam extrinsecus tantum suà tangens manu. Et tamen tali contactu, quasi ab indignante exhibitò, agra illa, incolumis subito euasit. Alia quaedam soror triduo nihil ferè, neque cibi, neque potus sumpsit, grauitèr laborans morbo quodam. Eius recordata Coleta, quaerebat quomodo valeret. Respondentibus illis, miserè eam vexari, & existimari propediem morituram, Coleta sumpto pane rudi, signo Crucis eum communiuit, mittensque egrotam, iussit, vt eum quam primùm ederet. Fecit illa sic, & postridie sana exiit è valetudinario.

XLVIII.

Morabatur quandoque Coleta in monasterio quodam, quod erat in regione vini, & frumenti inopia laborate. Cumque non nisi parum in monasterio esset vini, eius-

miracula patras.

Profundum fluum sine nauis, & nauis signum crucis facto cum foueae incolumis traiecit.

Signo Crucis re perditam Monialis B. Coleta reperit.

Sororem sanam morbo comitali affectam.

Aliam à dolore manus, aliam ab alio dolore.

Christi passionem contemplans ecclasi patitur.

Loca passionis Christi veluti cordis suo impressa continuè memoria recolit & obseruat.

Calidius donatur S. Crucis particulam.

Signo Crucis

que valde mali, ita vt nauseam afferret gustantibus, iussit Coleta parum aliquid eius vini in vasculo sibi apportari: & cum signum Crucis pinxisset manu, sector omnibus, & corruptio abiit non solum è vase ipsi oblato, sed etiam ex dolio, vnde illud impletum fuerat: ita vt quotiescunque vinum inde promeretur ad fores reficiendas, ante mensam benedictionem male oleret, & insipidum esset; post eam verò, vi signi sanctae Crucis, & gratum odorem, & suauem bibentibus gustum exhiberet. Data aliquando fuit Coletae elegans quaedam, sed parua tabula eburnea, qua illa valde diligebat, propter pijs imagines passu Saluatoris, in illa expressas. Accidit autem, vt maligni demonis opera frangeretur. Id illa conquesta fuit suo Confessario, qui eam consolabatur, dicens se curaturum, vt redintegraretur. Atque vt id fieret, abiit cum tabula ad artificem quandam, eius rei poritum. In ipsa autem via curiosè eam volens intueri, cum prius signum Crucis fecisset, aperuit eam, & vidit prorsus integram, & illasam.

XLIX.

Mirè sanè deuotione, & ingenti reuerentià afficiebatur Coleta virgo erga praestantissimum Eucharistiae Sacramentum, neque id mirum. Inde enim hauriuit omnibus contemplatio; in illo reperit spiritualis consolatio; ibi suauiter sapit feruens meditatio, per illud donatur aeterna beatitudo: itaque vbicumque esset, quotidie Missam sanctissimam, in qua Christi corpus consecratur, cum multis lachrymis deuotissime audiebat: & vt eam maiori animi deuotione audiret, saepenumèrò conscientiam suam, humiliter confessione expurgabat. Cum autem ob res necessarias conficiendas extra monasterium degeret, cum ceteris quidem publicè eam audiebat: alius priuatim, & secretè, neminem tunc admittens praeter sacrificantem, & ministrum eius, qui sacrificio interest, ne diuinitus ei collata dona specialia, aliis forte innotescerent. Etiam autem publicè cum multa pietate interest sacrificio, maiori tamen affecta videbatur, cum priuatim ei adesset. Cum autem ventum fuit ad sacrae hostiae eleuationem, profundissimam humilitate, ingentiq; tremore adorabat eam, se ipsam deprimens, & vilipendens, plorans, & gemens, adeò vt prorsus in lachrymas resoluta videretur in eiusmodi quoque clamores erumpens, ab intimis cordis angoribus expressos, vt omnes mirabili commiseratione simul, & admiratione afficeret. De ipsius autè Sacramento excellentià, virtute, sublimitate, & magnitudine, de Christi in eo praesentia, & de misteris eius, tam perspicuum habuit notionem, vt qui aderant, certò existimarent, Christum ei reuerè apparere formà aliquà ipsi soli notà. Post hanc autè adorationem Eucharistiae, saepissime permansit diuini amoris accensa flammis, sublatam sublimius in spiritu, Deoque perfectè coniuncta, ita vt sibi videretur tota transformata in Deum, & supra naturam raptam, sentibus corporis planè cessantibus ab officiis suis.

L.

Non rarè autem sub hac Eucharistiae eleuatione perspicue cernebat eius, qui faciebat sacrificium, conscientiam, & quo in statu ille esset. Attamen ne proderent aliis dona Dei, ipsi specialiter collata, clam, & prudenter indicabat sacrificanti vitia eius, vt ea corrigeret, prorsus reticens modum, quo ea ipsi innotuerat. Habuit autem hoc ex speciali Dei gratià, vt quantumuis breui spatio Eucharistia ei ostenderetur, nunquam haesitare potuerit, quin illic verum esset corpus Christi, planeque cognosceret, eius magnitudinem, praestantiam, & veram praesentiam: statimque illud cum multis lachrymis, & gemitibus adoraret. Fuit aliquando in monasterio, sito in ea regione, qua solè visitatus album, quam rubrum vinum sacrificio adhibere. Ibi tum sacrificanti Sacerdoti obtulit ministrum aquam, putans esse vinum. Quando autem vetum est ad eleuationem, corpus quidem Christi adorauit Coleta eam, qua solebat, humilitate, reuerentià, lachrymarum, & suspiriorum copia. Cum autem calix eleuaretur, noluit adorare, sentiens in spiritu non

esse ibi verum Christi sanguinem. Porro complures tunc religiosi, tum saeculares sum moperè conati sunt, aut saltem expetierunt esse iuxta, vel intra oratorium, vbi Missam illa audiebat, vt re ipsa comperirent, feruentè eius, & humillimam Eucharistiae adorationem, audirentque suspiria & clamores, quos Christo illic praesente edebat: sed illa id permittere haudquaquam voluit, nisi vel admodum religiosi essent, vel ipsi valde familiares. Quòd si aliqui clam latitassent in locis occultis oratorio propinquis, non larebat spiritum eius, Christo id ei reuelante. Itaque de talibus mgerenti animo conquirebatur patribus, & fratribus suis, quòd non permitteretur pro sui consolatione adorare Dominum Deum suum, propter homines, in fidiò ipsius arcana scrutari volentes. Interrogata verò, cur tam alta eoderet suspiria, & euilatus sub eleuatione, blanditèr respondebat, se plerumq; aliter facere non posse, etiam totus adhaeret mundus. Sentiebat enim imminentiam maiestatem, & potentiam Regis regum. cuius comparatione nihil est mundus vniuersus. Actamen si interest sacrificio publico domi, vel foris, licet eodem modo affecta esset, Deo mirabiliter in hoc dispensante, non eam foris ostendebat deuotionem, quam solebat in priuatis sacrificiis.

L.I.

Qua autem animi deuotione Eucharistiam sumpserit, neminem arbitror, vel satis admirari posse: sed & illi, qui ministrare ei solebat, pro dignitate id explicare vix possent. Nam tamen multa ei inerat conscientiae puritas, gratiae exuberans copia, & virtutes plurimae; at nihilo minus coram hoc sanctissimo Sacramento, altè voce clamans, se ipsam supra quam dici queat deiciebat, vilem, immundam, abominabilem, indignam, quae cum alijs quantumuis etiam impijs versaretur; dicitans, idque propter culpas innumeras, quas se in Dei bonitatem, & maiestatem perpetrasse ferebatur. Vnde tanto cruciebat dolore, adeoque sibi displicebat, & lugebat, vt cor eius scindi videretur, oculique instar fontium essent, non guttas, sed riuulos lachrymarum iugiter fundentes; quibus tota ipsa madefacta cernebatur, gemens, & dolens, & anxia valde, perinde, vt mulier, dum parit, aut aliquis morti adiudicatus. Quae res magnum saepe stuporem, & terrorem ingerebat iis, qui aderant. Postquam autem Eucharistiam sumpsit, mox rapiebat in Deum, manebatque immota, & mortuae non absimilis ad horas duodecim, non nunquam decem, vt minimum sex, nihil interea sentiens extrinsecus. Ad se autem reuersa, vultu erat prorsus angelico, luculento, pulchro, amabili celestis, & a terrenis omnibus abhorrente: sermones vero erant suauis, profundis, caelestes, per fecissimum Dei commendantes amorem, auditores ad Dei perfectam cognitionem inuitantes, ad seruens bonorum spirituum, & aeternorum desiderium, ad mundi, & instantis, ac labilis vitae huius, omniumque vanitatum, & noxtiarum cupiditatum, contemptum incitantes. Porro quoties arduum, difficilia, & obscura negotia (id quod saepe accidit) occurrerent, ad hoc sanctissimum Sacramentum tota confugiebat, interdum quadraginta, nonnunquam triginta diebus continuis illud eo, quo diximus, modo percipiens, nec tamen omittens ea, quae sunt supra memorata.

L.II.

Si quid arduum, & insigne Dominus per eam conficere velle, & ipsa praemulsa animi humilitate non auderet assentiri, timens, nè praclare propterea de ea homines sentirent, putarentque in ea aliquòd latere virtutis, & gratiae, Dominus per hoc praestantissimum Sacramentum compellebat eam, tacere vel inuita. Neque enim prius deglutire potuit sacram hostiam, qua diuinè inspiratione pareret. Ea res nonnunquam eo adiegit illam, vt cum assentire formidaret, nec tã sacrã hostiam deglutire postet, consilii capiendi causã, suam adiret Confessarium. Illo verò contulente, vt Domino suam permitteret voluntatem, & illa id faciente, contentillimè hostiam se deglutien-

Et defecit in Eucharistia commisi.

Suspiria eius & gemitus in eleuatione Corporis & sanguinis Christi.

Deuotione ingenitè erga Eucharistiam praedita, & illa sumptèr videri potuit.

In negotiis arduis ad S. Eucharistiam confugit.

Deglutire S. Eucharistiam aliquando non potest.



S. Eucharistiam respicit in membris Christi.

Abstinencia & ieiunium de fructibus.

Fit in seipsa et rigida et est tamen per omnia et liberalis.

dam permisit. Voluit quandoque solenni quodam die sacrificiam Eucharistiam cum magna deuotione percipere. Itaque dixit Confessarius, vt pro ipsi hostia consecraret. At ille, vel non intelligens, vel non satis aduertens, quid diceret, non fecit sic. Et si autem dubitaret de eius voluntate, non tamen fuit ausus accedere eam, ne forte, eius sanctas preces inturbaret. Cum igitur ventum est ad horam sumendae Eucharistiae, stetit Confessarius, eam more suo in fletus, & gemitus erumpere, vt solebat communicatura. Quamobrem non parum admirans, cum se sciret non consecrasse pro ea hostiam, sentiebat magno id mysterio non vacare. Postea absolutis precibus percunctatus est ex ea, quid sibi vellent lachrymae, & suspiria, quae ipse audisset. Respondit illa humiliter, Dominum Iesum, suis manibus, ipsi preciosissimum corpus suum obtulisse.

LIII. Quandoquidem vitae asperitas, & carnis mortificationis, corpus purum, & castum conseruat, Coleta ab ipsa primae iuuentute vsque ad supremum vitae tempus, corpus suum cum Apostolo studuit in seruitutem spiritus redigere: illudque valde duriter, & asperè habuit, conuulsis illud ieiuniis macerans, a pueritia ipsa semper abstinens à carnibus, nec ob quamlibet aduersam valetudinem, ieiunium soluens, aut largius alimentum sibi impertiens. In tenera aetate scholas adiens, aut nunquam, aut raro ante vesperam domum rediit, ne cogeretur suū transgredere ieiunium. Si quis in oppido, quo orta est, de eius parco victu perquirere velit, angelicam planè vitam, eam duxisse comperiet. Stupeo ego ipse ad id, quod dicturus sum. Constat eam exemplo Saluatoris quadraginta diebus, & noctibus continuis ieiunium permanisse. Crebro sanctam Quadragesimam solo pane, & aqua exegit, licet id corpus eius valde debilitaret. Si interdum aliquid parum vini aquae admisceret, id tam exiguum fuit, vt potius in aquam verteretur. Quando Deo disponente grauis aliquis cruciatus perferendus ei erat, id quod frequens fuit, eo durante, nihil prorsus esculentum, vel poculentum sumebat, nulla enim res creata eius tum palatum afficiebat. Quod si pro natura sustulanda aliquid fumere cogeretur, aut culat potius, quam hominis alimoniam dixisset. Aliquoties nihil ipsa edens, & bibens, ea re sustentabatur, quod alios eorum tam se edere cerneret. Liberata autem ab eiusmodi cruciatu, non nisi frustum panis petebat, qui esset colore medio inter album, & atrum, quo tam diuiter vesceretur prandens, vt delectationem afferret intuentibus: perspicuumque fiebat, nunquam tam bene sapuisse filius Iliac manna, vt illi panem hunc, quem diximus. Solebatque tunc comiter, & facete dicere, respuestas esse carnes, & pisces grandes, aliaque id genus esculentia, quippe quae pani puritate comparari non possent. Attamen pisciculorum ad spectu delectabatur: Cum aliquandò à Palmarum die, vsque ad cenam Domini, ab omni cibo abstinisset, item quae à Cena illa vsque ad Pascha, ipso die Pascha venit ad eam gallina, diuinitus, vt pie creditur, missa, posuitque iuxta eam ouum exiguum, vnde ea tam copiare, & abundè referta fuit, vt triuo toto, postea nihil comederit. Quamuis autem in se ipsam tam esset rigida, & parca, attamen erga alios fuit perhumana, & liberalis, ex animo cupiens, & volens, vt sorores, & fratres interuenientes, haberent victum, qui sufficeret, exiusta tamen superfluitate, ne sanctae paupertati iniuria fieret. nec vnquam de diuina benignitate distidendum sibi putauit, quin ea res necessaria illis suppedicaret, non odò fideliter soluerent vota sua. In multis vrbibus, & insignioribus pagis, vbi erat monasteria eius, quidam propter Deum, & contemplationem reuerendae praesentiae eius, mittebant illi speciatim panem, & vinum, vel alias delicatior es escas: sed ex his nihil vnquam gustare soluit, mittens eas statim agrotis, aut indigis, aut certe in commune omnibus distribuens. Quod si nimium mala valetudo cogeret, aliquid eam inde fumere, essetque id tam exiguum, vt aliis impertire non posset, id me-

rens, & lachrymabunda, plangens, & iuxta sumebat; vt plurimum enim esculentia omnia ipsi oblata, tam largiter, & copiose fratribus, & sororibus distribuere, vt videnter in eius manibus augeri viderentur, paucis quae ab aliis ei data, & ab ipsa rursus distributa, multis abundè sufficerent. Fratribus monasterii in seruicioribus, si vel ex deuotione ipsam inuiderent, vel à petitis elemosynis, aut aliunde redirent, atque etiam aliis ad ipsam diuerentibus, qui vel alimentis, vel consolatione indigere viderentur, humanissimè cibum, & potum asserbat. Si verò comperisset quempiam indiguum, & egenum, nec haberet, vnde ei opitularetur, dolebat sane, optabatque sibi praebere facultatem, illum iuandū. Id cernens praepotens Deus, non raro permouebat alicuius pii hominis animum, vt Coleta elemosynam praestaret. Indè verò ipsa dabat indigentibus. Erat quandoque in monasterio in ea regione sito, vbi annonae magna fuit caritas, vixque ea obtineri poterat. Assigebatur eare populus miserandum in modum: & Coleta quoque, tam pro suis, quam pro aliis non mediocriter angebatur. It ecce ab inexpectato oblatum est ei faccus elegans, purissimo frumeto plenus. Id ergo secretò in pauperes erogandum curauit, ita vt multorum inopiam eo releuaret. Durauit autem frumentum diutius, quam quisquam sperasset.

LIIII. Ex illis autem rebus, quae sic diuinitus ei transmittentur, nihil penitus sibi retinuit: sed pauperibus, & egenis eas elargiens, si quid superesset, in vsu inopum sequebatur: sepiusque re ipsa comperit, etiam in pauperibus collatae essent, tamen sine diminutione diu eam perdurasse. Data ei aliquandò fuit propter Deum Ouorum certa portio, idque in ea regione, vbi eorum rara erat copia. Ea libenter accipiens, in arca condidit, impertitque libens omnibus petentibus, tum sanis, tum agrotis, nec tamen numerus eorum imminuebatur. Et illa quidem id praesentis, sed apud se tacitum habuit. Vinum quoque ei plerumque datum, diu asseruabat, pauperibus distribuendum: sed etiam longo tempore distribuendum, nihil neque de quantitate, neque de gustu, & bonitate amissibile batur. Duobus fratribus, ob negotia religionis conficienda proficiscentibus tempore incommodo, & periculoso itinere, aliquid vini dedit, quo in via vteretur. Ibat illi, & redibant, & cum esset opportunum bibebant, in itinere ex illo vino sanè bono, nec quicquam tamen diminutum fuit. Ipsa quidem, si in locis esset vini copia abundantibus, nihil plus inde sumebat in vsu suos, & id, quod sumebat, vsque ad d. luebat aqua, vt in eam mutatum videri posset. Si autè ibi verteretur, vbi vini esset penuria, nihil prorsus vini bibere voluit, nisi cogeret morbus: maximè autem aqua potu refrigerabatur, & quemadmodum potatores dant operam interuolens diuinis, ita ipsa aquam discernendam curat bene perita: quanquam & ab aliis praed desiderio gustandis, saepe sese refranabat. Si esset in locis, vbi crassiores erant aquae, minusque purae, in vitreis vasculis eas sanitatis causa, ad ignem apponebat, vt bullirent. At impurus cacodemmon vitae eius asperitate, & fructum, quae afferebat, ferre non sustinens, cum illa quandoque acerrimè cruciaretur siti, & aqua eius ad ignem bulliret in vitro, arrepto baculo, percussit vitrum, & in centum, atque eò amplius frusta comminuit. Id verò illa tulit patientissimè, laudans Deum. Euenit autè inde res admiratione digna. Collegit enim illa fragmenta vitri, & sublati in caelum oculis, Deum orans, mox vidit, illud sanum, & integrum, vt ante fuerat. Bis quidem ita fractum fuit à Satanà vitrum, & bis Coleta precibus redintegratum.

L V. Quaedam ex eius sanctimonialibus, cum aliquandò iuisset allatum in eius vsu aquam, secum tulit codicem, quo Coleta uti solebat. Is verò imprudente illa lapsus in aqua, vsque ad eò corruptus, & madafactus est, vt prorsus inutilis putaretur. Doluit igitur non mediocriter foror illa, & quid ageret, prorsus animi dubia erat. Tandè abiecit se ad pedes matris Coleta, dicit, quid acciderit

Frumentum ex insperato recipit & vltra spem durat.

Diuinitus sibi missi, egenis largiebatur.

Oua, & vinum data pauperibus, non diminuitur, nec consumuntur.

Vitrum à Demone fractum precibus redintegrat Coleta.

Librum aqua corruptum recipit illa sanum.

ostendit,

Miris afficitur cruciatus & doloribus.

autem codicem madafactum. At illa videns eam tam miserè dolentem, pio affectu consolatur eam: Noli, inquit, timere, non enim perditus est codex, moxque eum accepit in manus suas prorsus inutilè: sed simulatque tetigit eum, totus siccus, pulcher, & illesus apparuit, à latere dè axat quodam remanente vestigio, in tanti miraculi memoriam. Quidam etiam frater necessariam Coletae aliquandò aquam attulit, sed fenestra per quam vas aquarium fictile intramittere oportuit, breuior erat, quam vt posset illud recipere. Mira res, postquam ad motum fuit vas fenestrae, ad eam quantitatem subito redactum est, vt haud difficultè per fenestram inferretur.

LVI. Nihil quidem in hac vita Deo gratias esse potest, & homini conducibilis, quàm pro eius amore libèter pati dolores, & cruciatus. Ea nam verè eius amicis, vel maximè sit cõformis, & cõsimilis. Certè ipse Dñs Iesus Christus tota vita sua graues, & labores & dolores nostri amore perpeti voluit. Itaque & Coleta virgo ad eius similitudinem pro suo modulo hac in parte accedere diligèter studuit. Nàm quoad vixit, perpeuis affecta fuit doloribus, & cruciatibus, aliis post alia succedentibus, & saepenumero duplicatis, quae tamè omnia tulit patientissimè. Inter alia magna ei molestiam afferebat inflatio quaedam cõtinua, sine intermissione modò crescens, modò se remittens, quam tamen suauitè tolerabat. Preter hanc multis aliis affligebatur modis, interdum in solo corpore, nonnunquam in anima, plerumque in vtroque, idque sanè grauissimè. Morbos, ex naturali aliqua causa exiitè, placidè ferebat: qui verò praeter naturam ordinem, diuinitus ei infligebantur, eos necessariò perpeti oportebat, nec potuit illis pro suo arbitrio absolui. Ad inflationem illam, quam diximus, alia penè continua vexationes, & inhumitates, se adiungebant, quibus interdum tam miserè affligebatur, vt octo dierum spatio, vix vnà horà integrè respirare posset: quodque miserabile, & cõmiseratione dignum est, cum soleant alii, tum sani, tum agroti in lectulis suis captare requiè, & leuamentum, illa potius, & deterius vexabatur. Nàm etiam ob labores diurnos, cuperet nonnunquam dare se nocturne quieti, & corpusculum in lecto reponere; ite nunquàm tamen requiè illiè potiri potuit: imò verò, mox vt eò se recepit, nouis, & laboribus, & angoribus cruciabatur, idque nocte tota, & interdum ad meridiem vsque. Neque eiusmodi angustis premebatur semel, atque iterum per hebdomadam, sed cunctis noctibus. Porro diebus Dominicis, & festis, & in magnis solennitatibus, quibus alii omnes cessant à laboribus, longè acrioribus illa torquebatur pœnis, quàm diebus aliis: quantoque erant celebriores dies, tanto cruciatus erant acerbiores. Inchoabant autem, vt plurimum, à primis vespèris, vsque post Completorium, vt vocant, sequenti diei. In preciosis autem solennitatibus, à meridie diei praecedentis sumebant initium, & durabant vsque ad illarum finem. Cum autem visum fuit Domino his etiam alias addere molestias, longè infestiores iis, quae nec cessariò ferendae illi erant, si quis superueniret, cui non posset suam negare praesentiam, mox vt statuit ei loqui, cessabant dolores illi, nec sentiebat quicquam, quantisper illic hērebat, sed simulatque ille recessit, mirabiliter dolores eius cessabant, & augebantur pro ratione temporis, quo cessabant illo praesente. Tum verò vsque ad eò cruciabatur, vt sapissimè ex ore sanguinem vomeret. Signum autem euidentis est, pœnas has, & molestias non naturales fuisse, sed diuinitus ei irrogatas, quod & subito acciderent, & repentè desineret, nullo prorsus earum vestigio remanente, ac si nihil omninò passa esset. Itaque aliquandò dicebat. Nescio me quicquam sensisse mali: cum paulò ante praedoloris vehementia omninò incuruata fuisset, & lingua penitus perforata.

LVII. Caput quidem eius, durantibus his pœnis, simile ollae feruenti videbatur: illis abeuntibus, confestim redibat in primum statum cum lingua, & mēbris ceteris. Fuitque id admirabile: si calore cruciaretur, nullà re frigida

eum potuisse depelli. Et vt multa paucis complectar, potest id de illa affirmari, saluà tamen omnium pace, si quis in hac vità toleradis pœnis horribilibus, iam manibusque cruciamētis verus Christi imitator fuit, eiq; cõformis, eam talè fuisse. Vt enim cognouit è viris fide dignis, & eiusmodi rerū peritis, cuncta SS. martyrum tormenta, sanè horrèda, ipsa in se experta est vel simul, vel successiuè: quorū acerbitatē augebat tēporis diuturnitas. Alij enim martyres, vix vltra decem, aut viginti, vel triginta, & quadraginta dies cruciati fuerunt: Coleta verò annis amplius quinquaginta, rā dira perpeffa est. Nec vlla labebatur hebdomada, quā nō vnū, vel duo martyrum supplicia re verè experiretur. Interdū enim vnebatur igne cū B. Laurentio: non quòd ibi vlla adesset ignis substatia, sed Deo id mirabiliter agere, ignis vis, & efficacia, atque id genus cruciamēti plerumque totā nocte durabat. Interdū torquebatur instar S. Vincēti. nonnunquā cruci affigebatur, & excoriabatur: aliquoties in nutrium cõterebaratur, aliquandò in bulliēti aqua cruciabatur. Plerūque videbatur ei cor eius aperiri, & sine cõspersum occcludi. Interdū re ipsa sentiebat sub corpore suo titione ardentē, totū corpus inflamantē: alia oculorū radicibus admotū carbonē ignitū, illos penitus consumētē: alia per mēbra omnia ferra acutissima adigi, eiq; totā se cõfigi. Haec autē & id genus alia dira, & immania nō ei extrinsecus à persecutore inferebantur, sed Deo intūs disponente: quibus nonnunquā atrocius affligebatur, quàm S. martyres, quod nullū sentiret leuamē, aut refrigerium, quo illi vel à Deo, vel ab Angelis affliciebatur: eo tamè depro, quod cū sorores, quae ei familiaritèr adesse solebant, noctū captiua quietis causa, pœnis cessantibus, ab ea recederēt, angeli SS. blāditèr eā inuēbāt, officiosissimè illi inferrentes, tanquā summi regis ancillae, vel spōsae. Praeter haec verò etiā in singulis mēbris peculiare sentiebat afflictiones, maximè in oculis, quib. praecipuè solebat remedia opportuna adhibere, vt posset videre preciosissimū Christi corpus in Eucharistia, & ex libris diuina officia deuotius persolucere. Nec tamè deerat oculis suae molestiae, & vexationes perpetuae. Aliquandò vilitante eā quoddā monasteriū suū, ad eò lingua in gattur medium depressa fuit, vt nec loqui, nec orare vocalitèr, imò vix respirare posset. Occurrit tū ei quaedā iuuēcula speciosissima, & humanissima, hilaritèr eā salutās, & tādem etiam amplexibus stringens, & deosculans. Inde lingua rediit in locum suum, & mox vix illa euauit. Testabatur autem Coleta Confessarius, Henricus de Balma, fuisse illam beatissimam Christi matrē Mariam.

LVIII. Fuit quidem Coleta rerū mundanarū parū perita, sed sagax valde, & admodū prudēs, & gnara caelestiu, ac diuinorū. Propè nulla ei inerat doctrina humanitatis accipienda, sed abundabat scientiā diuinitus infusa, quae est praecellēs Dei gratia, quā sicut clarissimè cognoscebat, & praeterita, & praesentia, licet occulta, itemque futura. Quod vt certius eluceat, ex epistolis declarabimus. Fuit quidam insignis S. Theologie Doctor Parisiensis professione Franciscanus. Is ab exordio reformationis, cuius saepe memimus, multū Coletae deditus fuit. Accidit autè, vt in lethalem incidere morbu. Vltabat tū quaedā monasteria sua Coleta, & cū in spiritu didicisset, Doctorē hunc non solū corpore, sed etiā animo periculosisimè laborare, vt in tanto discrimine ei succurreret, accessit monasteriū, in quo ille decubuit, inuenitque: il' iam animā agentē, & vt ipse postea reulit, recēta eunt in tartarum. Itaque proprio eū cõpelans nomine, ligno Crucis humiliter, & reuerētèr edito, ait. Esto bono animo, & firmiter spera in Dei iustitiā. bene uita. adiunctisque breuib. quibusdam exhortationibus, statim recessit. Aeger autè ille attrētè percipit, quid diceret, eamque probè cognouit, & multū cõfirmatus, breui surrexit sanus, & incolumis corpore. Deinde contulit se ad Coletam, obtulitque se feruiturū eò toto vitae suae spatio, quam per illā se fatebatur recinere. Libèter illa annuit, non quòd vllū eius expecteret feruiturū, sed vt eius animo consuleret, cuius salutē ardentè

Cuncta SS. martyrum experitur tormenta.

Sanatur à B. Virgine.

Scientiā vsus à decorata fuit B. Coleta.

Moribundam quē dam à morte corporis, & animi seruauit.

desiderabat, quāq; ille non mediocriter indigebat. Comiter igitur hortabatur eum, ut omnia peccata sua integre confiteretur, nec celaret quidquam: idoneumque ei Confessarium designavit. Cui ille utcumque confitens, vel obliuione, vel verecundia, peccata quaedam grauiora reuocauit. Tandem reuertens ad Coletam, ait se plene confesum. Illa verò id pernegans, multa ei grandia commemorauit peccata, ab illo perpetrata quidem, sed non dicta in Confessione. Stupebat ille, sentiens nō nisi vera ab illa dici, quā tamen mortalium nullus sciret. Redit ad Confessarium, de nouo confitetur: facta confessione, rursus se ad Coletam confert, asserens, se iam omnia edixisse. Illa negat, iterumque quaedam enormia facinora ei enumerat, quae necdum esset confessus. Atque sic tertio ab illa remissus est ad Confessarium, donec integre omnia explicaret. Quamobrem palam ille deinceps testabatur, se per eam, & corporis, & animę vitā potiri: multumque eius erga illam amor auctus est, adeoque eam verebatur, ut nihil neque cogitaret, neque diceret, neque faceret, quia illam semper omnia coram intueri existimaret.

Cognosuit inima cordium.

LIX.

Venerunt quandoque ad Coletam duo præpotentes principes, piā erga illam fami affectione ducti. Quibus illa post multas salutares institutiones, à Confessario suo quasdam scripturas memorabiles curauit prelegendas. Sed alter eorum, eas non attendens, voluebat animo turpes cogitationes, nihil interim foris, quo, vis modo indicans, vnde id posset animaduerti. Cumque iam etiam is perniciosissimè delectari inciperet, Coleta id sentiens spiritu, vertit se ad illum, clamorem edēs vehementissimum, & vocem admirandam contra illū. Ique clamor adeo penetravit cor illius, ut & tum videretur, & etiam num videatur ei, perspicue nosse, & intueri Coletam cordis sui cogitationes turpes: quas etiam illcō à se reiecit, & animam aduertit ad sacra verba, quae illic recitabantur.

LX.

Quidam etiam Episcopus, vir prudens, & spectabilis, in Vi be suā inuilit Coletam, ibi tum manerem cum illā conterens de multis rebus bonis, ad Dei honorem & animarum salutem pertinentibus. At illa de duobus eum admonuit: Prind caueret sibi, ne propter dignitates terrenas aternā se dignitate, & honore priuaret. Cognouerat enim, Domino eam docente, Episcopum illum non contentum honore suo, sed ad maiorem adspirare. Secundo, ut cogitaret vitā huius breuitatem, studeretque semper esse paratus, quandocumque Domino visum esset, eum ex hac vitā euocare, his Episcopus auditis, valde mirabatur. Clam enim dabat operam, ut posset effici Cardinalis, nemine id sciente. Attamen paulo post Romam profectus est, ut posset voto potiri suo: breui autem, ut Coleta præuiderant, est vitā decessit.

Futura producit.

LXI.

Marchio princeps nobilissimus, singularis studio, & amore prosequens Coletam, misit quandoque ad inuisendum eam, sacerdotem suum, Ioannem de Molis. Istandem recessurus, præmonitus est ab ea, ut purē, & fideliter confiteretur peccata sua, propter pericula, paulo post ipsi euentura. Fecit ille sic, & cum post dies paucos ad urbem Altisiodorēsem ferē peruenisset, obuios habuit scelestos quosdam, & crudeles viros, qui eius latu lanceā confoderunt, caput sauciāruunt, multaque ei plagas imposuerunt. Perductus inde est in eam urbē, sed nullus ex chirurgis ausus fuit manum ad mouere curandis eius vulneribus, quod omnes putarent fieri nō posse, ut vnquam sanaretur. Tum ille adeo se destitutum videns, precibus Coletæ Virginis humiliter se commendauit. Deinde constanter & securē dixit chirurgis, ut abique vlla hesitatione apponerent manus suas. Quod cum illi fecissent, intra quadraginta dies meritis Coletæ integre curatus est.

Vulnerum grauiorē sanauit.

LXII.

Vifontii cuius nobilis fuit, Ioannes à Colonia, mercator celebris, Deum feruenter amans. Putabat is se valentem viribus, & in magna victurum prosperitate. Accersitus autem à Coleta, audiuit vitæ finem sibi propediēm impendere: itaque debere se, componere res suas, & Domino venienti conscientiam mundam exhibere. Assensit ille prompto animo, & morte suā docuit, vera prædixisse Coletam. Alius quidam in Burgundia fuit vir nobilis potens, & eruditus, iustitiā quoque conspicuus. Ei, & cognatis eius notæ erant res gestæ Coletæ, eamque non mediocriter amabat cum suis, & permultū fidebat ei, in rebus, & negociis suis, multique eam beneficis afficiebat. Existimante autem illo quoque se firmā esse valetudine, & simul tamen de animæ suæ salute cogitante, Coleta tum in longinquis agens regionibus, Domino reuelante, didicit eam, non diū superuicūru, & in eius conscientia latere quaedam, animæ illius periculosa impedimenta allata. Misit igitur ad illum quosdam sui instituti fratres, qui ei secerō hęc impedimenta indicarent. Quibus ille fidem adhibens, ea diligentè amouit, sanoque munitus Coletæ cōsilio, diem clausit extremum. Cuius quaedam Cabilonenfis haud vulgaris, Coletæ nota familiaritèr, præ deuotione se contulit ad eam visendam in monasterio Poliniacensi. Illa verò sciens propinquum esse vitæ eius terminum, admonuit eam, ut sua peccata integre confiteretur. Fecit sic, & inde ab ea recedens, commendauit se obnixè precibus eius tam viam, quam vitā sanctam. Reuerſa Cabilonem, incidit in morbum, & Christo Spiritum reddidit.

Prædicit futuros aliquorū obitus.

LXIII.

Facile autem nouit Coleta ea, quæ absente ipsa fiebat, perinde vt quæ ipsa præſente, maximè si ea scire cuperet. Quidam ex fratribus eius Francitanis ob quædam expedienda negocia Romam profectus fuit, vbi clam egit nonnulla, quæ non nisi Deo, & sibi nota existimabat: interim tamen, putans se bene facere. At vbi rediit in conspectum Coletæ, ait ad eam: *Quamobrem isthuc ex ratione fecisti?* Ille rubore suffusus, certissimè didicit, nihil eam posse celari. Si quid autem de administratione monasteriorum suorum voluisset habere cōpertum, tam facile nouerat, quæ agerentur in iis, quæ essent procul sita, quàm in quibus ipsa coram aderat. Significabat autem illis secretò admittas culpas, vt remedium adhiberetur. Itaque quod admirabile est, nihil vnquam in iis monasteriis indecens accidere potuisset, quin ipsa aliquid præficeret; tametsi non speciatim semper nosset, quid vel vbi accideret. Inde verò magnus eius animo accedebat dolor: postquam autem iam factum erat, dolor ille leniebatur. Multi ad eam crebrò aduentarunt tam sublimis, quàm abiectæ conditionis & status, tum pro deuotione, tum ob reportanda salutaria consilia, vel ob adhortationes egregias accipientes, de quibus omnibus, maximè, qui protectūs sui causa veniebant, vt plurimum ea præſciebat, antequàm ipsius intrarent oratorium, quinam essent, quid vellent, quid respondendum illis foret. Quamobrem Confessarii eius, & fratres, planè compertum habentes, quanta esset diuinitus ei collata rerum occultarum cognitio, vſque adeo eam verebantur, vbicumque essent, etiam, in locis remotissimis, ac si coram, eis assisterent. Si quid enim admitterent reprehensione dignum, postquam ad eam reuertissent, comiter, & placidè id eis obiciebat.

Diuinitus Nouit absentia.

LXIII.

Sorores occulto quodam animi mœrore, vel afflictione laborantes, crebrò ad se vocabat, blanditèr exponebat causam mœroris, vel afflictionis, earumque animos erigebat. Non potuit igitur ambiguum esse apud illas, Coletam matrem certò nosse arcana ipsarum cogitationes. Nouitia quaedam aliquandò tentata fuit, à terribimo Satana, vt exiret è monasterio, nec id tamen cuiquam aperire ausa erat. Eam Coleta acciuit

Mœstas Sorores consolatur.

ad se, &

ad se, & dixit ei, quid cogitasset: illa vero mox agnouit culpam suam, magnāque animi conceptā deuotione, statuit planè profanationem facere. Alia quaedam soror, cum Coleta in eodem degens monasterio, adeo præmebatur quodam conscientia pondere, vt in desperationem ruitura videretur. Sensit id Coleta in spiritu, vocatamque ad se tam suauitèr, & amantèr allocuta est, tamque apertè, & perspicuè ei demonstrauit periculum tentionis suæ, adeoque eius animum aduersus eam perpeffam. Excitauit quandoque malus Dæmon inter duas sanctimoniales discordiam quandam, quam tamen neutra probebat foris. Eas singulatim Coleta ad se venire iussit, & tam egregiè exhortata est, vt omni positā similitate, integre sibi conciliarentur, & re ipsa perciperent, Coletam non ignorasse, quid animo verfallent. Inde verò non parūm perterritæ, eam deinceps valde timuerunt. Soror quaedam, Coletā in templo cum aliis diuinum officium peragente, vagis occupabatur cogitationibus: Aduertit hoc in spiritu Coleta, & mandauit ei per aliam quandam, vt cessaret, donec essent preces absolūtæ. Illa ad se rediens, statuit nullo pacto eiusmodi cogitationibus assentiri. Alia quaedam soror itidem sub diuino officio, manu librum tenens, res vanas, & perniciosas animo volebat. Id clarè intelligens Coleta, sæpè innuebat ei, vt eas à se repelleret. Sed cum non aduerteter, abstulit ei librum non sine asperitate. quadam sentiens illa Coletæ patere cogitationes suas, transtulit se ad cogitanda diuina. Mox Coleta humanitèr ad eam, se conuertens, subridensque, librum ei restituit.

Duas sorores conciliat.

Cordium cogitationes nouit.

Quæstionibus difficilibus sibi propoſitis, dilucide satisfaciit.

Mala futura præuidet, & auertere sat agit.

Idem adſtruitur.

LXV.

Interdum quidam è Clero, Doctoresque Theologi, & alii mundi huius sapientes, difficiles ei de rebus subtilibus proponebant quæſtiones. Etsi autem studio humilitatis inuita admodum responderet, quando tamen in spiritu sentiebat, absq; curiositatis vitio id fieri, tam profundè respondebat, tamque dilucidè explanabat, vt omnes admirarentur, multumque inde edificari, dicerent secreta diuina, diuinitus ei reuelari. Eā tempeſtate, quā in Gallis cruentissimum inter duas partes imminabat prælium, Coleta præuidit, non solum humanum sanguinem crudelitèr fufum iri: sed etiam multas animas miserè perituras. Multo igitur animi concepto dolore, cum profusis lachrymis, contulit se ad deprecandum Dominum, scripsitque literas ad vtriusque factionis capita, hortabaturque, ne prælium committerent: misit etiam ad eos quosdam è fratribus suis, per eos significans corporum, & animorum certam perniciem, ex eo conflictu secuturam; effectique, vt vtriusque discederetur ab armis. Cognouit etiam quandoque futurum quoddam perniciosum incendium in pago quodam, in quo erat Clarissarum monasterium. Itaque mandauit illis, vt diligentem adhiberent operam, rebus suis ab igni seruandis. Mox erupit exitiosum illud incendium, adeoque propè ad monasterium illud accessit, vt sorores valde sibi metuerent: quæ tamen Coletæ meritis seruatæ sunt.

LXVI.

Præpotens quidam Dominus vidè afficiebatur erga Coletam, cupiebatq; ei condere monasterium in ditioe suā. Eā causā misit ad eam quandam è Clero, qui indicaret ei votum ipsius, & eius assensum expeteret. Assensit illa, sed postridiè præuidit magnam illi pago, in quo cōstruendum erat monasterium, cladem imminere. Rogauit ergo Dominum illum per nuncios, vt aliquandū eam monasterii structuram differret. Non diū post, tota illa regio, hominibus armatis plena fuit, à quibus innumera fuere mala perpetrata, atq; etiam pagus, in quo monasterium Dominus ille extruere voluit, penitus destructus. Cum primum conditum fuit monasterium Poliniacense, nouitia quaedam illic lethalitèr decumbebat: lufit autem Coleta, vt quaedam ex fororibus sedula ei adesset, ne sola moreretur, ipsamque accerſeret, cum cerneret morituram. volebat enim omnino adesse migranti è vitā. Accidit autem, vt soror illa,

vel fessa labore, vel ex quadam negligentia fomno opprimeretur, atq; interim nouitia eflaret animam. Quæ res vehementèr afflixit Coletam, quod non adfuit decedenti. Obiurgauit igitur sororem illam, quod id ei non indicasset, atque illi: *Quandoquidem ausa es negligere præceptum meum, noueris te breuè nulla præſente morituram.* Vix parum intercessit temporis, cum illa in grauiſſimum morbum incidens, sex horis loqui non potuit, nec spes erat deinceps locuturam, cum tamen non esset ecclesiasticis munita sacramentis. Eam autem more suo inuilit Coleta, vicemque eius dolens, obnixè rogabat Dominum, vt restitueret ei loquendi facultatem, quò posset sacramenta percipere. Postquam illa suas absoluit preces, soror muta illic loqui cœpit, & diligenter confessa peccata sua, omnibus est munita sacramentis, sed tamen obiit sola, nullā præſente sorore.

LXVII.

Cum esset aliquandò in monasterio Viuiacensi, reuelatus ei fuit obitus propediè ad futurum, cuiusdam nobilis, & piæ marronæ, in pago Poliniacensi comorantis: Dicebatur ea, Ioanna de Vannato, era q; bene sospes, & multā fruens prosperitate. Nunciāuit ergo ei Coleta, se quidè eius vitendæ teneri desiderio, sed tamen non visuram se ipsam, nec ei locuturam in hac vitā. Post paululum illa cœpit vexari malā veletudine, & vitā functa est. Quidam religiosus presbyter Franciscanus, ob manastica curanda negocia peregrè profectus fuit, cogebaturque ire per loca peste, non mediocriter infecta. Correctus igitur peste, prius obrutus fuit morte, quàm posset congruè sacrosanctam Eucharistiam sumere. Id Coletam, licet procul agerem, non lauit, statuitq; in tanta necessitate fratri illi succurrere. Amè igitur, quàm ille exhalaret spiritum, ipsa accito Conſellario, peccata sua confessa est, & pro illo decedente percepit sanctissimum altaris Sacramentum, ne abique eius munimine tam arctum ingrederetur iter, in quo illi periculosas insidias tetri Dæmones tendebant: quod gratia Dei, & meritis ancillæ eius morienti non parum contulisse videtur. Quidam alius Sacerdos Franciscanus, qui cum primū profectus esset vitam monasticam, vti em sane operam Coletæ monasteriis peramantèr impendebat, tandem hortante dracone tartaræ, non imperata copia discessit, & in longinquam abiens regionem, alius religiosis se adiunxit. Sed parum illic proficiens, mortifera egritudine laborare cœpit. Diuinitus id cognoscens Coleta, licet ab eo longè remota, totis viribus orauit Dominum, vt illius miserimæ animæ ferret opè. Mox ille tantam concepit cordis contritionem, & dolorem ob admittā peccata sua, maximè quod à monasterio Coletæ seruitio se temerè subduxisset, vt spes sit, illum reductum in viam salutis aternæ. Apparuit enim deſunctus Coletæ matri, sicut solebant, qui ex eius erant familia.

LXVIII.

Nobilis quaedam, & potens Domina, multum in ea erat curā, & cogitatione, vt neptem suam homini locupletī, & honorato collocaret: videbatur autem ei, quod enim nimum animæ suæ salutem negligeret. Itaque dixit ei Coleta. Multā quidem sollicitudine in id incubis Domina, vt generosa neptis tua iungatur viro: sed præstaret hanc sollicitudinem adhibere te salutū tuæ. non enim videbis vnquam eam marito copulatam, & id res ipsa comprobauit. mortua est enim ante nuptias neptis luæ. Sæpius quoque perspectum habuit Coleta, quo in statu è vitā, plerique tum religiosi, tum seculares abierunt essent. Aderat quandoque cuidam religiosæ morienti, sed mortis cruciatus valde extimecenti. Dixit autem ad eam: *Abſidenter ad Dominum, nec quicquam timeas.* Dixit illa, & anima conſectim exiit è corpore. Ait autè ad adstantes Coleta: *Multa quidem patietur, sed tandem non priuabitur vitā sempiternā.* Puella quaedam cum primis formosa, & optime morata extrinsecus, petiit à Coleta, recipi in monasterium. Sed quod secretò nosset

Absentia prospicit.

Item occulta & futura nouit.

quædam



quædam in illa, noluit assentire. Rogante autem pro illa instantissimè patre puella, itemque Coleta Confessario, & aliis, illa respondit: Vos quidem cogitâ me admittere illam: sed tamen noueritis nunquam eam ad professionem pertenturam. Fuit hoc verissimum. Primo enim exacto anno ob diuini ignorantem officii, nec potuit, nec debuit admitti. Altero anno tot ei occurrerunt infestissimæ tentationes, præsertim de deserendo monastico instituto, vt quadam laborans amentia, diceret se nullâ ratione posse illud profiteri. Eiecta igitur è monasterio, ad professionem admittam non est. Alia quædam nouicia, sub Milia sacrificio dicebat preces suas prope Coletam, vt illa cogitaret, piam, & religiosam ipsam esse. Sacrificio peracto, Coleta acciuit nouitiæ illius magistrâ, atque ei: Equidem putauit, nouitiâ hanc piam, & Deo deuotam esse, sed nihil in ea deuotionis comperit. Audiens id nouicia, multum erubuit, sentiens non latere Coletam, cogitationes suas. Alia soror magno tenebatur desiderio, petendi imaginem quandam à Coleta. Itaque accessit eam, sed non fuit tamen ausa, indicare ei votum suum. At Coleta non ignorans, quid vellet, subridens ait illi: Vade, vade. Illâ abeunte, statim misit ei Coleta pulcherrimam imaginem, mandans, vt eam mitteret matri suæ, quod illa summopere desiderabat. Eadè soror aliquando magnâ animi desolatione afflictâ, ita vt se putaret Deo profus inuisam, nec villo pacto posse saluam fieri: statuit adire Coletam, & si illa placidum ipsi exiit: ibi retulit, existimare, se non esse alienam à gratia Dei. Cumq; hæc animo agitarer, Coleta mater vocauit eam ad se, eamq; blandè, & peramanter appellans, ait, se non minus eam amare, quâ vllam ceterarum, quæ sint eius instituti. Denique commendauit eam monasterii Abbatisse, præsertim illâ, asserens, eam esse filiam suâ in primis charam. Vnde illa magnam accepit consolationem, certoque sibi persuasit, Coletam perspicuè nosse, arcanas peccatorum cogitationes.

**LXX.** Impurissimorum Dæmonum ea est malignitas, vt quanto magis sentiant quempiam appropinquare Deo, tanto eum acrius infestent, & multis affligant modis. qui enim eis obsecundant, illis non magnam molestiam exhibent. Cernens igitur inuidus Dæmon Coletâ per seculum charitate Deo coniunctissimam, modis omnibus conabatur impedire illam, & diuexare, atq; persequi toto vitæ eius spatio. Cum enim in ipsa iuuentute statuisset, Deum medullitus amare, eique studiose seruire, multis annis, singulis noctibus, cum inchoaret preces suas, quidam malignus Satan ei se adiungebat, & miras quasdam voces, & quasi piâs querimonias edens, conabatur eius interurbare preces. At licet illa annis esset iuuenis, animo tamen iam perfecta erat, & fide prouecta. Ad eum enim confidebat Domino, vt nihil externum reformidaret. Itaque Dæmoni illi, nec signo, nec verbo quicquam respondit. Vnde miser victus tædio, se subduxit. Porro vbi ad mediocrem peruenit ætatem, & iam monasticâ seclatatur vitâ, sæpè in eâ incurrerunt Dæmones tã diu, & atrociter cedentes, vt mæbra eius tenerrima, & imbecilla profus fracta videretur, & atri liuores in eius corpore remanerent non breui tēpore. Verberarunt eam aliquando tam immaniter, vt tibis eius inflatæ, medio corpori crassitudine æquarentur.

**LXXI.** Voluit quandoque Domino speciales quasdam preces feruenti spiritu offerre, & ecce adfuit frequētes Dæmones, vulpinâ specie, eam impedire, & crudeliter verberare conantes. Sed Dominus illi contulit vires, ita vt certaret & confingeret cum eis, victoque cum dedecore in fugam compelleret. Post eam pugnam sorores eam inuenerunt valdè desolatas. Cum enim experirentur dæmones, eius orationes multum prodesse hominibus, Deoque gratissimas esse, inter se permulti conspirasse videbantur, vt multis modis, fraudulentiq; machinis, quoad possent, eius sanctos, & pios conatus retardarēt, ac impedirent. Nitebantur etiam ea causâ metum, & terrorem ei incutere, tametsi inanes eorū suere machi-

nationes, quandoquidem vbiunque illa siue sola, siue cum aliis esset, semper forti, & magno animo fuit; illos planè floccipendens. Induebant illi varias formas, easq; terribiles, interdum hominum profus rubentium, nonnunquam status immanis, & turpissimæ, cœlum prope attingentis. Apparuit ei quandoque Satan in specie draconis horrendi, qui deinde recedens, in scenobii muro gradiebatur. Molestus admodum Coletæ erat aspectus serpentium, bufonū, arancarum, & id genus venentorum animantium: quod non ignorantes Dæmones, eorum sibi figuras sumebant, eique apparebant. Initio reformationis, cuius sæpè mentio habita est, quæ in Visontienli monasterio suscepta fuit, non rarò illâ orate, locus, in quo erat, plenus videbatur turpissimis bufonibus. Sed illa facillè deprehendens figmentum Satanæ, ad Dominum confugiebat, & repentè cuncta illa ludibria euanescebant. Sæpè impuri Dæmones in eius oratoriū, inferebant caduera hominum in patibulis suspensorum: sed cogebantur licet inuiti, iubente illâ, reportare ea ad locum, vnde abstulerant. Loquebatur aliquando Coletâ cuidam è sororibus, vltâ, quàm dici queat, eiusmodi Dæmonū ludibria reformidanti, atq; ad eam: Si videres Dæmones, valdè ne metueres tibi? Illâ respondente, se nō posse adspicere eos, quin animam efflaret: Coletâ subiunxit: Et ego, si vel vnum eas tartari Dæmones conspicerem, profus nihil timerem, certa nihil eos posse in vllam crassuram, nisi permittat Deus. Quibus verbis soror illa mirabiliter confirmata fuit.

**LXXII.** In eodem Visontienli monasterio, multifariè eam in extrema ætate persecuti sunt damnati illi spiritus. De beato patre nostro Francisco legimus, nō libenter eum vidisse formicas, quod contra paupertatem Euangelicâ viuant, de congesta sibi annonâ. Eadè ob causam, eorum adspicere etiam Coletæ parum gratus erat. Itaque immundi Dæmones in eas se transformantes, sæpè eam infestabât, ita vt crebrò vel in libros, vel in oratorium eius, res videlicet ei in primis charas, tantâ copiâ confluèrent, vt amplius centum millia adesse viderentur: quibus visis, illa mirum in modum affligebatur, sed statim disperebat. Vt autem eiusmodi exercitationes eius alios laterent causam in loca, in quibus tum debebat, conferens, iussit ea mundari, auferriq; omnia, quæ possent eiusmodi animantia inuitare. Sed nihil proficiebat, mox enim vnâ apparente, plus quàm centum millia adesse videbantur, simulque omnes euanescebant. In quibusdam locis persequebatur eam dæmones in muscarum formâ, quæ innumere inuolabant in oratorium eius, & incredibili eam affliciebant molestiâ, tum puniendo eam, tum volitando celerimè in libros, & manus eius, & miris eam impediendo modis. Erat autem hoc ei permolestū, quod cum curasset eas foras expellendas, ilicò reuenterentur. Fuit quandoque vna inter eas ceteris crassior, & infestior, ingens ei tædium afferēs oranti, adeoque eam perturbans, vt per se non auderet præcipere ei, vt abscederet: sed tamen virtute sanctæ obedientiæ iussit eam auolare. Erilla quidem fecit sic, sed contulit se ad vexandum Confessarium eius. Is vero quamprimùm venit ad eam, quæ iam nouerat, quid ipsi accidisset. In Picardiâ apparebant ei Dæmones vt limaces, ad eius oratorium, & super cubiculum irrepentes: quantoque illa plus eos repellebat, tanto augebantur magis. Cum autem vellet flectere genua, quinque vel sex, vel plures etiam illic visebantur: tantoque crebrius illi se visendos ingerebant, quanto ei molestior erat illorum adspicere.

**LXXIII.** Vix quisquam è sanctis reperiri possit, quantum illorum historiarum produnt, qui tam molestas Dæmonum infestationes pertulerit, atque ancilla Christi Coleta. Vnde colligi potest excellentissimâ vitæ eius sanctitas, & summa perfectio, maximè si attendas perfectiones omnes, à tertris spiritibus illatas veris amicis Dei, Deo permittente fieri: qui electos suos, quò sunt

perfectio-

Dæmones persequebatur in v. Coletam.

Cum illis certaret, & superaret.

Apparent sub variis bestiâ formis.

Dæmones non timet.

S. Franciscus & B. Coleta formicas non libere vidit proinde Dæmones sub illâ vâ specie Coletam vexant.

Etiâ sub muscarum formâ, & limacium.

Orate volens gratissimè affligitur à Dæmonibus.

perfectiores, eò plerumque finit & crebrius, & acrius tentari, atque probari. In his autem, quas diximus, Coletæ persecutionibus illa fuit immanissima, quam septennio ante obitum suum pertulit. Cum enim vellet siue ore, siue mente Deo preces fundere, mox aderat frequēs Dæmonum turba, varias præ se formas ferentium, putaluporum, leopardorum, leonum, colubrorum, serpentium, bufonum: volitabantq; instar muscarum injære: nec decrat etiam virorum, & seminarum figuræ, quæ cæteris turpius, & atrocitè se gerebant. Erant inter eas parua quædam effigies viriuique sexus, sic satis formosæ, capillo proluxo, beneque composito. Porro eam, tam diuersæ animantium formæ paritèr se illi visendas ingerebant, nec vel parum potuit attollere oculos, quin eas cerneret. Ex earum autem aspectu tantus eius animi inuasit dolor, & angor, vt maiorem ferre non posset, adeoque iis visis cruciabat, & desolabatur, vt intra decem, aut duodecim horas ad se redire nequiret. Atque id sanè admiratione dignum est, quòd si, Deo dispensante, ab aliis eadem formæ visæ essent, nullum cuiquam afferebant dolorem, vel terrorem, præterquàm Coletæ soli: nec videbantur tamen ab omnibus, quando eas videbat Coleta, nisi quibus id à Domino præstatur. Interim tamen certò id sibi persuadebant: si absente Coletâ, eas viderent, se præ terrore, & horrore, mentis inopes planeque rabiosos fore. Et complures quidem sui instituti homines illas viderunt, sed speciatim soror quædam Coletæ familiaris & à secretis, cui res eius notissimæ erant, non rarò eas conspexit, certissimeque cognouit intolerabilem animi dolorem, quo illis visis torquebatur Coleta. Itaque solebat se inter Coletam, & illas interponere, interdum etiam ramusculo eas abigere, ne molestiam Coletæ exhiberent: sed id illa haudquaquam ausa fuit, nisi adfuit Coleta. Solebat interdum Coleta eas horridas species quibusdam è suis confessoris ostendere: sed illi neque timore, neque dolore inde affliciebantur, efficiente id proculdubio Coletæ præsentia. Nam alioqui si illâ absente eas visissent, existimabant se in insanig periculum venturos fuisse. Eæ autem terribiles formæ in solis parietibus oratorii, vel cubiculi Coletæ apparebant. Deinde ad ima loca se submittebant: ad extremum etiam ad vestes, ad librum, ad manus, & ad alias corporis eius partes accedebant, ita vt etiam oculum, qui ei charissimus erat propter vocales preces, & sacrosanctæ Eucharistiæ conspectum, dirè lacerarent, vt illa putaret se eorbatum iri. Multas alias oranti illi molestias, & vexationes attulerunt nequissimi Dæmones, quas enarrare nimis longum sit. Excitabant in eius oratoriis, ipsa attentissimè Dominum deprecante, magnos strepitus, & tempestates, & crassis fustibus cedebant eam: nonnunquam etiam in aëra eam fustulabant. Sed illa nequaquam se patiebatur eiusmodi terroribus auocari à precibus suis: tametsi pauca sorores autè erant manere, tū apud illam, præter eam, cuius paulò antè meminimus, quæ eius meritis, & precibus fidens, crebrò solebat eò accedere, visura, quid illic gereretur: sed nihil tamen reperiebat præter fustes, Dæmonibus se subducentibus, & eos ibi relinquentibus.

Præsentè Coletâ Dæmonū species alios non terrent.

SS. Virtutes, vt in ea re-lucuerint.

solitaria, & in multa abstinentiâ, cum præcis illis Eremitis; claram autem cognitionem cum Prophetis; paupertatem voluntariam, aliasque eximias virtutes seclata est cum Apostolis, non ei defuit Martyrum tolerantiâ, non feruens Confessorum charitas: non Virginitatis nitida puritas. Quòd ad solitariam vitam attinet, in ea colendâ, vix pauci antiqui patres ei possint comparari. Totis enim quinquaginta annis, penè semper vixit inclusa. In singulis enim monasteriis suis, singulas habuit cellulas valdè arctas, quæ carceres verius, vel sepulchra dicerentur, cum se vix posset intra illas erigere, aut alio vertere: quemadmodum in multis licet videre cœnobii illius, maximè Viuiacensi, vbi Cellam habuit sex pedes longam, quatuor latam. Et illi quidem veteres Eremitæ poterant expatiari per solitudines, & relaxare animum post preces, labores, & dolores, idque eos fecisse constat: at Coleta nunquam de suo prodiit oratorio animi remittendi causa, quâ tuncq; horrendis esset affecta penibus, & doloribus idq; deo vt etiâ nō nisi passus vnus interiret inter oratoriū, & propinquum hortū, vel syluâ, eò se conferre recusaret. Quando autè cogebatur exire ad visitanda monasteria, aut alias ob causas, postquam ad hospitia peruenit, in angustum se recipiebat angulum, pannis appetitis conclusum, nec inde prodibat, donèc esset recedendum. Magna quoque legimus sanctorum Patrum ieiunia, proluxas vigilias, diuturnas preces. Sed Coleta cum CHRISTO ieiunauit perpetuis quadraginta diebus, ac noctibus, nihil profusus cibi, aut potus accipiens: quod tamen humanæ infirmitati esset impossibile, nisi quòd apud Deum, nihil est impossibile. De vigiliis eius constat, eam toto anno, ex singulari Dei gratiâ, omni profus somno abstiniisse. De Iosue legimus, ad eius iussum stetit Solem spatio vnus diei: sed fortassis non minus admirandum est, ad preces Coletæ Solem quandoque præcipitasse cursum suum, & ante tempus ortum esse. Sæpè illa vitam suam in mortis discrimen coniecit, & existimam ignominia obiecti pro honore Dei, & animarum salute. Cum enim sensissimè in Calliis bella fererent, de quibus supra dictum est, ita vt nemo ex oppidis, aut castris egredi auderet, illa intrepida per vtriusque partis regiones proficisceretur, vilitatum monasteria sua; cum interim, malo inlitigente Dæmone, ab vtraque parte suspicarentur, eam stare ab hostibus suis: tametsi illa pro vtriusque multas lachrymas, & innumeras Deo preces offerret, & in suis monasteriis offerendas curaret. Accidit autem, vt cum in pagum quendam veniret, ab alterius partis exercitu occupatum, & benè munitum, in quo erat monasterium virginum suarum, illic ortum: ibi murmur fuit, eam fauere aduersariis. Eam suspicionem periculosisimè auxit casus improuisus. Custos enim monasterii per errorem pulsauit campanam, nocte inter nonam, & decimam, cum deberet mediâ nocte pulsare. Id audientes excubitores, autumabant, eo intempestiuo signo, hostibus prodi pagum. Itaque inter se conspirant de trucidandis sororibus monasterii illius: iamque armati eò properant: sed ecce ob Coletæ matris merita res euenit sanè stupenda. Non solum enim horologium ipsum monasterii primam horam clarissimè, & gnomone, & sono indicauit, & expressit, cum tamen deberet decimam; sed etiam noctis spatia contracta sunt, & Sol ante tempus oriri visus est. Audientes autem milites primæ horæ signum, accurrunt ad monasterium, farentur facinus animo conceptum, reprehendunt sese, aiunt se temerè malum suspicatas de sororibus Deo humiliter seruitibus, earumque precibus, se munitiores esse, quàm suis vigiliis, & armis.

**LXXIV.** Quam autem multa prophetice cognouerit Coleta, iam superius copiose dictum est. Obitum Martini eius nominis V. Pontificis Maximi, exactè prædixit, etiam mortis horâ exprimens: schisma quoq; in Ecclesia futurū,

Eius Ieiunia & Vigilia.

Sol citius oritur, & occidit B. Coletæ precibus.

Casus periculosus, & miraculum illustrissimum.

Prophetia spiritus clara.

finemque



finemque Concilii Basileensis, longè antè pronunciauit. Suprà diximus eam multū a male paruulos propter puritatem, & innocentiam, quā ipsa nitebat. Oblatus ei quandoque fuit paruulus, ex nobilibus parentibus ortus. Illa autem, presentiens, si diū videret, eum condemnatum iri, rogauit Dominum, vt breui eum tolleretur medio. Reportatus puer domum, non diū post malā affectus valetudine, desit esse in humanis. Ea res summo dolore affectit parentes eius, qui etiam ad monasterium venere, perquirentes, quid puero accidisset. Vt autē cognouerunt, quid dixisset Coleta, suam voluntatem libenter diuinæ conformarunt. Vidua quædam nobilis, & potens, paruulos habens filios, aliquot Coletæ monasteria fundarāt. Eius verò totum patrimonium vastabant prædones, & raptores: neque illam formidantes, quòd esset mulier: neque filios, quòd essent paruuli. Petita autem à quodam in coniugem, statuit consentire: sed tamen voluit prius consilere Coletam. Ea verò sic fertur ei respondisse: *Fac, quod tibi visum est, sed nueris tamen, te ex noio marito, nullam habituram prolem.* Nupsit illa, sed mors breui conlecta, vetuit, ne prolem reliqueret. Quædam ex fororibus eius angebatur ob cōfessionem peccatorum integrè faciendam. Eam Coleta iussit venire ad se, dixitque ei peramānter: *Debes filia, securè cōfiteri, nec dubitare quicquam: Deus enim misericors, & benignus est. Dices autem hunc in modum, tuā peccata.* Illa hoc audiens, erubuit, sentiens Coletam matrem, nosse cogitationes eius, & peccata. Sedit aliquandò ad mensam Coletæ, cū multis aliis fororibus inlituri sui. Ad eam autem celesti quadam meditatione fursum, rapiebatur, vt cogeretur à mensa surgere. Abiit autem ad oratorium suum, eam illic meditationem profectura. Interim dixit forori, cum ipsa eunt: *Quid tu diceres si videres ad vnam mensam assidentes nouem Abbatissas?* Reuelatum enim ei erat, nouem ex illis, quæ cum ipsa fuerant in mensa, Abbatissas postea creatum iri: quod etiam factum est.

Confiteri timorem sororem, cōfirmat.

SS. Apostoli similitudo est Coletæ.

Illā sermone habente SS. Apostoli ap-parent.

bat, vt multæ eius comprimendæ gratiā cogerentur à diuinis laudibus abesse: quod itidem fieri oportebat à primo signo Primæ, vsque ad Sacrificii finem, & ad omnes preces Canonicas. Aliquoties verò biduū, triduoque permanit tacita, iacens in lecto planè rigida membris omnibus, ore horrendum in modum hianti, oculis fœdè apertis, & grandibus. Atque ita visa fuit absque sermone, & cognitione, nihil neque manducans, neque bibens, neque vllum edens signum, præter planctum lugubrem, & funestum, in quo geminā videbatur vti voce. Interdum autem ad eam illa vexabatur infantiā, vt nullo pacto neque teneri, neque vinciri posset, ederetque, & biberet obuia quæque, putā, oua integra, magna lignorum & lapidum fragmenta, cortices cum nucleis prunorum, ceraforum, & id genus aliorum grandi numero: Ferrum complicaret perinde vt arborum ramusculos, altā clamaret voce, quæ tamen non videretur esse humana: nec posset vel signi Crucis impressione, vel aquæ sacratæ asperisione, nec vllis precibus compesci, vt taceret. Nonnunquam ita excresecbat furor, vt præter hæc tanquam bestia rationis experta, ex oculis, ex genis, ex auribus, ex capitis cranco, & ex membris omnibus sanguinem emitteret, quod sine horrore adspici nō potuit. Tandem moniales illæ recordatæ procul, tunc absentis Coletæ, scripto indicarunt ei calamitatem fororis suæ, orantes, vt suis precibus ei opitulareretur. Et ecce simul, atque litteræ missæ fuere, cœpit misera habere aliquantò mitius: magisque diminuta est tunc dura vexatio, cū litteræ venere in manus Coletæ: postquam autem illa Dominum rogare cœpit, non diū dilata sit integra eius curatio. Loquebantur Apostoli variis linguis, & idiomata omnia callebant: ueh hæc gratia Coletæ defuit: Apostolis nō nocebant hausta venena: & Coleta bis sumptit potionem mortiferam, diro infectam toxico, hæc quicquam læsa fuit: immò etiam libenter ignouit illis, qui eam illam obtulerant.

Monialē furiosam ac demoniacam sanat.

Venenum ei non nocet.

Martyribus assimilatur.

Charitate Dei, & proximi ardet B. Coleta.

compara-

Anima-bus pur-gatorij deuota.

Sua be-nefact.

Castita-tis amā-tissima.

Lasciuos homines ad casti-tatem re-ducit.

comparatione magis cupiebat, piā benignitate succurrere vitā sanctis. Miro quippè tenebatur desiderio al-leuandi cruciatus grauissimos animarum, in locis pur-gatorij degentium, quibus ad eum condelebat, vt diceret, se libenter illarum loco, pœnas illas perperit velle. Itaque volebat, vt demptis vrbibus ante Pascha diebus, Sorores quotidie dicerent officium Defunctorum.

LXXVIII.

Fuit religiosus quidam, siue monachus, genere nobilis, dignitate haud vulgari, sed conscientia sic satis dis-soluta, & exiguā animi deuotione. Is tantum fidebat Coletæ precibus, vt nullius magis fideret, spemque salutis suæ in iis plurimum collocaret. Cum autem Coleta in longinqua versaretur regione, spiritu persensit, illum monachum non diū superuicturum: cognouit etiam horrendas pœnas illas minueret, nec orare destitit, donec certò didicisset, eius futuram beatitudinem. Si quis frater, aut soror in monasteriis, in quibus ipsa degebat, mortis propinquaret, sororem quidem inuisebat in valetudinario: fratrem autem iubebat ad certum templi locum perferri, vbi posset ipsa præsens esse molientis: totique viribus pro eiusmodi Dominum deprecabatur, ipsosque hortabatur ad fidei constantiam, & spem veram concipiendam aduersus illusiones omnes, & fraudes Dæmonum, quæ illis possent occurrere: atque etiam malignos Dæmones abigebat ab illis.

LXXIX.

De puritate Virginitatis, in Coleta præclare relucete, hoc dicere possumus, eam tam excellentè fuisse in Coleta, vt nunquam verbum vllum leue, aut inhonestum, vel dicere, vel audire potuerit quouis modo absque animi dolore, & afflictione. Quamobrem etiam Christus Dei filius, eam sibi sponsam, & amicam charissimam elegit. Accidit autem aliquando, cum adhuc secularis esset Coleta, vt vir quidam lasciuus, & impurus eam in quodam monasterio, egredi per portam, quæ omnibus patebat, nullo modo potuit: sed quoties conabatur exire, toties se retrò repellentebat. Non immeritò igitur terrefactus, neciebat, quid ageret, multumque formidabat, se mente captum iri. Tandem recolens, quid dixisset Coleta purissimæ virginis, & existimans eam causā se tam miserè affligi, oculus ad eam accessit, culpam coram illa edixit suam, veniam petiit humiliter, & deuotè. Tum Coleta, *Deus, inquit, per sanctum misericordiam suam, ignoscit tibi, & quam primum ille sine difficultate foras egressus est.*

Tanta erat Coletæ puritas, vt multi eam inuidentes, antè leues, & ad turpia valde propensi ex eius præsentia, prorsus liberarentur: animisque corroborarentur ad constantè sectandam corporis castitatem. In ijs quidam religiosi familiariter ei indicarunt, quasdam tentationes suas, valde periculosas, moxque se senserunt planè impotentes ad eas exequendas: atque ita & facultate, & voluntate peccandi liberabantur. In Francia princeps quidam præpotens, priusquam vidisset Coletam, mundo huic deditus, fastuosus, delicatus, & lubricus fuit. At postea, Coletâ intercedente, ex mundano factus est religiosus, ex fastuoso humilis, ex lubrico spiritalis, ex delicato, erga se rigidus, & seuerus: Testabatur ille crebro coram multis non vulgaribus hominibus, idque sumptâ sacrosanctâ Eucharistiâ, se posteaquam vidisset Coletam faciem, nunquam carnis tentationem sensisse. In eodem regno fuit quædam nobilissima matrona, vita laudabili, famâ celebri, multâ pietate, & misericordiâ, vtriusque sexus liberis abundans. Vnus autem ex filiis eius, qui ferè semper hærebat domi, spurcissimum incitantem Dæmone, miserè cœpit amare scemmano quantam, & tandem post multos lasciuos sermones, adspectus, & tactus, ventum est ad maritum consensum

operis netari perpendendi. Sola deerat temporis, & loci opportunitas. Illis verò in hoc detestando proposito permanentibus, quidam religiosus, quem illa matrona miserat ad inuiscendam Coletam, erga quam singulari erat animi deuotione, & amore, attulit ad eam ipsam matronam à Coleta missam zonam vel funem, quò solebat illa stringere suum habitum, eumque obtulit matronæ præsentè filio eius, tam turpi tentatione vexatò. Qui cum illum funem vidisset, repente totus mutatus est, ad eum vt semper fugeret loca, in quibus erat illa puella, quam tam perditè amauerat: quod si non posset subterfugere, quin videret illam, propterea quòd esset cum matre suâ, non sine dolore, & abominatione id faciebat. Tandem meritis Coletæ vtroque ab ea tentatione liberatò, puella iuncta matrimonio est, corpore integra, & familia nobilis, scdam ignominia notam euauit.

LXXX.

De patientia Coletæ multa iam antè dicta sunt. Quas illa, & quantas ægritudines corporis, quos cruciatus, & angores internos & externos non solum patienter, sed & hilariter pro Dei nomine perpella sit, commemorari vix queat. A principio de uotionis suæ, afflictiones, si desissent, appetiit: si adessent, amantè sustinuit. Quæ res eam CHRISTO sponso similem effecit, qui in hac valle miseriam, nunquam pœnarum, & afflictionum expertus fuit. Si quis interdum miseratus eius dolores inter nos, & externos, diceret ei: *Hæc mater, quam dixi passas: illa respondebat: Ego famulè soleo, etiam de paruis con-queri.* Omnibus ei persecutionem, damnum, afflictionem inferentibus, pro malis libenter voluit bona reddere, ita vt nonnunquam diceret, se prouiserat illis de rebus necessariis, quo adessent in vita. Ab ipsis quoque familiaribus amicis non parum vexata fuit: quos vt ab ingratitude reuocaret, eos ad se accitos, in suis collocauit monasteriis, & tum corporalia, tum spiritualia eis adhibuit solatia, tantamque salutis eorum curam gessit, vt multi eius precibus ab a-nima & corporis periculis extracti sint: Illi autem plus dolebat Dei iniuria & perditio animarum, ipsam persequendum, quam mala omnia, quæ ei vndecunque acciderent potuissent. Ad extremum tamen tales redibant ad sanitatem, & dolebant, se tam malitiosos, in eam fuisse. Inter alios quidam ei familiaris fuit, qui diabolo instigante, aliquandiu grauissimè eam persequutus est, ab amico in tam crudelem mutatus hostem, vt nec audire quicquam de illa boni, nec propè ad eam accedere vellet: diceretque non esse in ea spiritus sancti gratiam, sed quæ illa faceret, per altam fieri debere, quam putabat magni esse meriti apud Deum, cum tamen planè rudis, & imperita foret: Tum præterea etiam inhumanitè eam virgis caedi iubebat, interdum vsque ad effusionem sanguinis, & crudeles ei persequutiones inferri. Quod & si valde eam ex cruciaret propter eos, qui talium auctores erant, attamen ferebat suauiter, & patientissimè: ita, vt ne minima quidem impatientie vox ab ea exprimeretur. Sicut autem Saluator orans pro hostibus suis, exauditus est pro suâ reuerentiâ: ita & ipsa humiliter, & efficacitè deprecans pro suis persequutoribus Dominum, non est voto fraudata suo; Agnouerunt enim illi tentatione diabolica se instigatos fecisse, quæ fecerunt, totoque vires suæ tempore multum eam causa doluerunt. Multa etiam tulit ab extraneis non paucis, præsertim à quodam magni hominis viro, cuius facta cum nomine non contentiebant, qui & clam, & palam obtredebatur ei, mirabiliter eam impediens; multisque vexans modis, & planè se affirmans, & illam, & omnes conatus, & opera eius prorsus euersum. Illa verò sic ei respondit: *Spero fidem in bonitate Dei, conseruatum eum, quæ per eum facta sunt.* Duo è Clero præcipui eius perfe-

Patientia B. Coletæ describitur.

Multos habet B. Coletæ persecutores.

Aliqui à Deo puniuntur.

cutores fuere in ea vrbe, in qua permulti non medio- crite eam infestant, & impediunt. Ij multos cōfūgere articulos incredibili malitiā, afferentes eam Hūfitarum hærefi laborare, & multa alia sanè abomi- nanda, ab illis sceleratè conficta, quæ tamen non dubi- tabant palam omnibus proponere, & euulgare, vt ef- ficaciūsanctæ eius opera retardarent. Sed illa his om- nibus, & quibuscuque aliis iniuriis opponere silen- tium, ferens omnia sedato, & tranquillo animo. Quan- tus autem sancti homines sileant, dum ferunt persecu- tiones, non minus tamen formidanda sunt iudicia Dei. Ecce enim alter horum, vt se vidit frustratum conatu suo, elato animo, aliò commigravit, sed paulò post extinctus est: alter mansit, quidem, sed graui cor- ruptus morbo, valde cruciatur, crebrò appellans Cole- tam, tamquam indicaturus, eā causā se sic torqueri, quòd iniuste eam esset persequutus: atque in his dolo- ribus clausit diem extremum. Quidam etiam laici opu- lenti, sanctitatem eius, & vim sanctæ paupertatis igno- rantes, non parum eius detraxere existimationi; & fa- mæ dicentes, eam esse foeminam cum primis, opulen- tam, quæ mutuas daret pecunias propter vsuras, & quæ cambia, vel collybos Parisiis, Brugis, & Gandavi ma- nuteneret. Sed hæc illi ineptissime, quando cor eius adeò seruebat sanctæ paupertatis amore, vt multò li- bentius passura fuerit, se vitam excorari, quam quic- quam eiusmodi admittet. Multi etiam nobiles, & po- tentes, intollerabili quadam vexatione illam appetere conati sunt propter ædes quasdam, quasi ipsi vole- bant ad alios, quam oporteret, vsu applicari: sed Do- minus Iesus præcipuos eius vexationis auctores breui abstulit à vita. Illa verò & has, & alias propè innume- ras persecutiones infra agni, suauiter, & patienter tul- lit, amore illius agni innocētis, qui vno die plūs nostrā causa perpeffus est, quam nos pro illo ferre possemus, cunctis diebus vitæ nostræ.

LXXXI.

Ætate grauis & defessa, animo tamē ro- bustissi- ma est.

Cum iam sexagesimum sextum ætatis compleffet annum, vt perfectissimæ perseverantiæ coronam posset adipisci, tametsi corpore valde esset debilis, & exhausta, tum propter senium, & incommodam valetudinem, tum propter graues dolores, quos tulerat, & quotidie patie- batur pro voluntate Dei: attamen ita se comparabat, tanquam iam ab integro vellet inchoare bene agendi studium, perinde, ac si robusto esset corpore, nec quic- quam vnquam rectè, & præclare gessisset. Itaque nun- quam recusatit laborem, nec desitit se promptam offer- re ad colligendas vires, quantumuis esset & laboribus, & variis defessa penis, & ad totam sese impendam, v- bi id Dei amor, & salus animarum, poscere videretur. Sæpenumerò ab aliquo profectu monasterio ad exe- quenda opera pietatis, tam cernebatur imbecillis, vt vix sustinere se posset, nec breue spatium viua conse- crata putaretur: at nihilominus suscipiebat illa labo- res, & dolores propter amorem Dei, aiebatque, se para- tam esse mori, prout Domino visum esset, siue in agris, siue in pagis. Cumque eius comites plerumque adeò delassarentur ob nimios labores, vt ægrè respirare pos- sent, illa sola permanit alacris, viuax, constants & infa- tigabilis, non aliter laborans Christi causa, quam si ef- fet planè recens, & firmā valetudine, nec quoad vixit, vineam Domini colere cessauit, grauitateque, & perse- uerantè multos exantlauit labores, donec ad optatam, eumque clarissimum finem peruenit.

LXXXII.

Prædicit obitum suum.

Eum autem vitæ suæ finem illa prædixit, dicens, se biennio non superuicturam, quod etiam sic accidit. Tã- dem tribus ferè ante obitum suum septimanis expresse ait, se migraturam ad Dominum; & cum ad se accessi- uisset sorores, hortabatur eas singulari animi affectio- ne, & studio, vt essent veræ, & perfectæ monastici insti- tuti cultrices; Deum timeant, & amarent præ omni-

bus, Canonem, siue regulam obseruarent, itemque decla- rationes illius, redderentque fideliter Domino, quic- quid ei vouissent. Cumque hæc, & multa alia salutaria dixisset, subiunxit: Non est, quod putetis me in decessu meo quicquam dixuram vobis: nihil enim tum ex me audietis. Deinde ait Confessario suo: Pater, quicquid ego in refor- mando S. Francisci instituto feci, Dei nomine id feci: & licet magna ego sim peccatrix, & tota vitæ obnoxia, attamen si denud mihi facienda esset ea, quæ feci, non video, quem admo- dum ea aliter facerem, atque feci. Inde mensis Februarii die vigesimo sexto, qui fuit Dominicus, mande confes- sione factā, sub sacrificio corpus Christi summā deuotione percipit. Sequenti nocte venit ad singularem quadam benevolentia Dominus Iesus: ost quam appa- ritionem illa instar infantis nihil iam vllas res curabat mundanas, soli Deo vacans ore, vel mēte illum depre- cans. Post accidit ei insolita quadam debilitas, quæ Cō- fessarium eius, timentem, nē moreretur, eo permouit, vt extremam vñtionem ei adhiberet. Deinde legit apud illam Christi passiones, quibus abolutis, aduertit nondum adesse supremum vitæ tempus, itaque recessit ab ea. Alterā die ad eius venit oratorium, sacrificium pro more coram illā facturum, reperitque illam optimè cōsti- tutam, perinde, ac si esset incolumis. Mirabatur autem, vnde tam citò esset restituta, sciens abiq; speciali gratiā Dei, id fieri non potuisse. Tum verò sacrificium illa cū primis reuerentè audiuit, & Christi corpus cum mul- tis lachrymis adorauit: idem faciens etiam reliquis eius hebdomadæ diebus. Est autem notatu dignum, post eā, quam diximus, apparitionem quatuor in ea vita esse sa- nē memorabilia. Primum est, p̄cena quadam grauis, & insolens, quæ vsque ad supremum spiritum perdurauit. Alterum, quod non nisi solis precibus deinceps voluit occupari. Tertium, quod diebus singulis missam san- ctissimam cum multa deuotione, & reuerentiā auscul- tauit. Quartum, quòd licet ex oratorio non exiret: ta- men perspicuè nouit omnia, quæ in monasterio gererē- tur. Confessarius cum socio, nolens eam se absente red- dere spiritum, venit ad monasterium, quod illa nemi- ne indicante illic cognouit. Ad vesperam sextæ feræ comiter & consolatorie loquebatur ad fratres. Sabbato post sacrificium, petiit ab eis copi, & per actis preci- bus, celeriter abiit ad cubile, Crucis signo se consignans, aitque: En extremum cubile. deinde in illo se reposuit, vestita more suo, sibi ipsi imponens nigrum velamen, quod à Pontifice acceperat, cum primam professionem fecit. Mox clausit os, & oculos, deinceps non aperien- dos, licet interim omnia nosset, quæ foris agerentur. Pro quodam enim leuamento attulerunt ei puluinar, quod illa reiecit. Quadraginta octo horis sic mansit in lectulo, nihil neque loquens, neque videns, neque vllū vel gestum, vel signum vllā corporis parte edens, sed summā præ se ferens honestatem, & sanctitatem, nihil mutato colore in illo dolore, quo tunc cruciatur. In- de sexta Martii die, hora octaua ante meridiem, cunctis Gandauensis monasterii fororibus presentibus, itemque eius Confessario, & socio fratre, clausit extremum vitæ tempus, anima sanctissima à corpore suauiter receden- te, & rectā ad Deum creatorem suum proficiscente. Co- lor autem, qui fuit in ea decedente, perduratit horis duodecim: inde subito corpus eius mutatum est in pul- chritudinem admirandam. Erat enim instar niuis can- didissimum, venis colore cæruleo elegantissimo passim apparentibus: membra omnia sct̄mōssima visēban- tur, & quæ possent facile inflecti, odorem mirificum ex se diffundentia, ita vt planè in eis innocentia status, & omnimoda puritas reluceret. Iis ideo permoti fuere plurimi, vt supra triginta hominum millia ad eam vi- sendam confluerint. Tertio ab obitu suo die huma- tum est virgineum illud corpusculum, sed vt ipsa iusse- rat, in summa paupertate, & absque vllō operi- mento, sicuti Christus nudus in cruce pendit.

Quatuor ante eum obitum visa memoranda.

Suauiter obdormit in Domi- no.

Corpus eius niuis instar candidū, flexibilia membra, & fragrantia concursus in- gens populi.

Et ho-

Eius obi- tus diu- nitus in- notescit.

Èa horā, quā migravit, in quibusdā monasteriis, quæ ea speciali erat amore profecta propter maius sanctæ paupertatis studium, audite sunt voces longè suauissi- mæ cantantium Angelorū, quibus vna sic nonnullis dicere audita est: Venerabilis religiosa, soror Coleta migra- uit ad Dominum. In quodam monasterio eius soror quæ- dam præ cæteris amabat Coletam. Ei illa mortens an- te mediam noctem, apparuit in regione longinquā mo- ranti in forma pulcherrimā, & splēdidissimā, sed ob ni- miam claritatem, faciem eius videre non potuit. In al- lio monasterio procul remoto soror quædam summo- perè cupiebat, videre eam, multasque fundebat ad bea- tissimam Mariam preces, vt per eam, posset compos fieri voti sui. Putabat enim, si vel vna horā vidisset eam, id sibi semper profuturum. Èa igitur nocte, postquam obiit Coleta, vidit speciosissimam quandam, & vene- rabilem Dominā, cuius pulchritudo nullis posset ver- bis explicari. Eius facies prorsus luculenta fuit, instar crystalli, Soli oppositæ. Porro ter per oratoriū deambulabat, sequebaturque eam puer elegantissimus, facie æquè lucidā, semel, atque iterum sic dicens: Ecce soror Coleta, ecce soror Coleta. Tum verò soror hæc videns, & audiens, miro fuit perfusa gaudio, quod cerneret eam, cuius visendæ summo flagrasset desiderio: cumque vel- let cæteras inclamare sorores, non potuit vocem ex- primere. Putabat autem velles eam visitare monaste- rium; dictum enim erat ei adhuc nouitiæ, quòd etiam in spiritu visitaret monasteria. Postquam verò ad dor- mitoriū fores venit, illa euanuit. Eodem die, copioso tempore, quo Coleta decessit, soror hæc sola ingressa est in oratorium, Domino preces oblatura: cumque se submisisset in genua, mox audiuit voces altas, & claras grandis multitudinis, quibus suauiores in hoc mundo percipi non possent: sublati tunc in cælum oculis, vidit faciem luculentam, quam nocte viderat, in medio tam dulciter canentium. Et si autem nihil horum tum in- telligeret, piè tamen credidit, esse eam Coletā lucidif- simam animam, quam Angeli in cælos deducerent; A- liis quoque duabus per visum ostensa est anima Coletæ cum multa gloriā, & reuerentiā à Sanctis, & Angelis frequentissimè duci in cælum, multis eam sequenti- bus animabus, quas, vt altera ex iis vidit, illa suis meri- tis, & precibus è purgatoris pœnis liberarat, hæctenus ibi detentas.

Plures a- nimas er- rigit è penis purgato- ris.

Miracula quædam ex iis, quæ Coleta fecit ad- huc viuens.

Multas Coleta animas suis precibus excitauit à mor- te peccati; multos corpore mortuos reuocauit ad vi- tam. Vtrumque diuinæ virtutis opus est, sed præstan- tius illud, quo reuiuiscunt animæ. Possent commemo- rari plurimi, etiam non vulgares, quos Coleta reduxit suis intercessionibus à morte culpæ ad vitam gratiæ: sed nos iam de illis agemus, quos corpore mortuos ex- citauit. Filia cuiusdam Visontiensis mortua ante ba- ptisimum, allata fuit in templum à parentibus, quod sperarent eam vitæ restitutum iri. Sed cum cernerent verè mortuam, illi cō reportarunt eam absq; baptismo, & Coletæ precibus obnoxie commendatam, quandoque eius velo fidentè inuoluerunt, & in templum attule- runt. Et ecce reuixit infans, & salutari expiata laua- cro, Coleta appellata est, & postea Coletæ matri obla- ta, vitam monasticam professæ est, in qua vsque in præ- sens laudabiliter perseuerat, diciturque soror Coleta de Pruceto. Iuuenis quidam, Ioannes Bursenti, qui nunc est Visontii cuius insignis, affirmat se meritis, & preci- bus Coletæ, vitæ reddidit. Idem affirmat propinqui eius, & qui eum nouerunt. Neque id ignotum est tra- tribus, & fororibus nostris, sed cum mihi de modo, quo id factum est, non confiter, non audeo eum certò expri- mere. Item infante quodam sine baptismo defuncto, cum primis doluit Coleta, iussitque eum in prophano

Suscitat mortuos.

loco sepultum, è monumento extrahi, & ad se apporta- ri. Factum est, vt voluit, & illā pro infantulo orante, a- nima rediit in corpus, & baptizatus, dimidio anno su- peruixit. Franciscanus quidam frater Franciscus Claret- ti, annos amplius triginta fuit cum Coleta, multa ei & monasteriis eius humanitatis, benevolentia, & charita- tis officia ex animo præstans. Is in morbum incidit, & iam planè mortuus putabatur, & ille postea se mortuū fuisse affirmabat. Cum autem sic esset vitā functus, vi- sus sibi fuit, duci ad tribunal CHRISTY pro captan- dā gratiā, & misericordiā: inde verò etiam duci ad beatissimam Dei matrem Mariam, tum ad Apostolos, ad Martyres, ad Confessores, & Virgines. Omnium autem horum vna sententia fuit, restituendum illum Coletæ, cuius precibus corpus eius reuixit, & surrexit. Ex his quatuor tres hodieque viuunt, & testantur, vera nos dicere.

Alij mor- ribundi à mortis periculo erepti.

Permulti verò Coletæ precibus à mortis periculo sunt liberati. Aegrotabat periculose quidam reueren- dus pater, necid ignorabat Coletā, in alio monasterio procul ab illo se iuncta. Vt autem ei in extremo illo periculo subuenire facillius posset, ad monasterium se contulit, vbi ille decumbebat: cumque ed peruenisset, reperit eum iam animam agentem. Mox ad supremum medicum ardentissimis precibus confugiens, ab illo obtinuit, vt primo die iam meliusculus esse inciperet, & paulò post, adeò firmaretur viribus, vt cum Cole- tã ad monasterium, vnde illa venerat, incolumis pro- fectus sit, ab ipsis mortis faucibus, eius precibus ereptus. Monachus quidam, cuius operā Coleta vtebatur, ex pe- ste laborauit, ita vt vita eius planè desperaretur, etiam à duobus peritissimis medicis, qui cerò etiam indica- runt, tempus, intra quod necessariò esset animam red- diturus. Coletā autem dicente, Deum esse naturā supe- riorem? Responderunt illi, verum id esse: sed nisi ille se- cus velit, fieri non posse, vt vltra tempus ab ipsis expres- sum, huius lucis vsurā fruatur. Orante verò Coletā, ille breui euasit incolumis, altero ex illis medicis morien- te, altero diu ægrotante.

Idem vt supra.

Comitissa Gebenensis, aliquandò iter habuit, propter aquarum inundationem, sanè periculosum. Et ipsa tum equo insidens, in profundam ingressa aquam, cum equo adeò ab oculis aliorum abrepta fuit, vt cum illo pariter submersa putaretur: Sed Coletā Dominā pro illa de- precante, ad terram absque detrimento peruenit. Alios quoque duos, virum honestum, & foeminam religiosam à tergo eius equo insidentem, in quodam flumine mi- serè iactatos, & iam pro submersis habitos, itidem suis precibus ad litus incolumes eduxit. Quidam Doctor Theologus ingressus, aquam cum equo, venit ad foueam altissimam, vnde quantum plūs nitebatur se expedire, tãtò mergebatur profundius, videns ergo in sum- mum vitæ discrimen se conuersum, nec vllum apparere modum euadendi, in Coletæ memoriam rediit, eiusque suffragia fidentè implorauit, & ecce repente se cum e- quo sentit, litus attingille, nobilis quidam Burgundus, Coletæ ex animo aduersus ab improuiso lapsus est cum equo in profundam foueam, omni spe salutis ereptā. Deo igitur se cōmendans, & precibus, ac meritis Cole- tæ itidem confestim se vidit, ex aqua in terram transla- tum. Ijs aliud adiciamus, quòd eā defunctā contigit, Marchio, Princeps cum primis generosus, & potens, mi- sit Gandauum Sacerdotem quædam, Ioannem Mouli- nes, qui crebrò eius nomine inuiserat Coletam vitenti- tem. Venit autem is Sacerdos ad aquam valde pro- fundam, quam nemo sine præsentis periculi metu trans- ire audeat. Id verò nesciens ille, Ioannes ingressus est aquam, sperans se facile ad pontem peruenturum. Sed raptus iniquè inundanti aquæ, laxauit equo habenas, mox- que vna cum equo, se se sentit in ima demersum. Oculis igitur his ferè vt rebis inuocauit Coletam: Cum ego nunc veniam, ad te visendam, post decessum tuum mater glorio- sa, ita ne hic moriendum est mihi? Dixit, & res stupenda conseruata est. Mox enim sub pedibus suis, sensit colli-





XIX. Pissidia in Polonia.

Et camponitur.

XX. Laurentius Vala igni adiudicatur & cur.

I. Protolenda neutralitate Legatum

fuisse, eamque occupasset, nisi Florentini, communis periculi, Senensium primores admonissent; Alfonso regnandi cupidum, Senenses bello non minus, quam Florentinos petere. Tum verò Senenses cognito periculo Regi ingressum in urbem postulanti, denegarunt, neque quemquam ex eius militibus mania sua ingredi permiserunt; quod dubitarent, ne Alfonso libertatem eorum subuerteret. Quamquam autem vnuerfo illius exercitui commatum abundè præbuisent, non tamen illum iratum placare potuerunt. Nam is motis castris agrum populatus, Ripam Maranciam in agro Volaterrano, & arcem, quam Castillionem Piscariam vocant, necnon aliquot minora castella non satis munita, Senensibus eripuit; maiora hoc anno tentaturus, nisi hyemis aperitas in hyberna reuertit compulisset. Poggus hist. Florentina lib. 8. Epitoma in Nicolao V.

Quo anno, dum isti Principes de temporali dominio dimicabant, Episcopi Regni Poloniae de dignitate Ecclesiastica cum secularibus Proceribus certabant. Cælo ad Varnam Vladislao Rege. Calimirum fratrem, ex magno Lithuaniae Duce, Regem elegerant, & ad 26. diem lunii, ritu solenni sacraverunt. Mos est receptus, vt Rex in forum publicum, altero à coronatione die procedat, nq; theatro eminenti, inspectante populo, iurandū à Magistratu Cracouienſi exaudiat. Deferunt autē Regē insignia, Castellanus Cracouienſis coronā sacratā, Palatinus sceptrū, Posnaniensis Palatinus pomum aureum, Sendomiriensis autem gladium. Ibi priuſquā præparatum sibi Iosium Rex ascenderet, controuersia inter Episcopos, ac Duces Mazouiorum, Vladislaum, & Boleslaum, de loco, vtri dextrum Regis latus teneret, oratā reuerti Regem in arcem reinfestā coegit. Cessere tamen postea Duces, Episcopis. Consultatum deinde est, vtrum de duobus Rex Pōtificem Maximum agnosceret; Felicem nē, à quo Oratores eā de re adierant; an Nicolaum Quintum, qui literas ad Regem miserat. Nicolaum agnoscerē placuit; nisi quē ad eum Legati, Vissota Gorcanus, Præpositus Posnaniensis, & Petrus Samotullius Castellanus Callisiensis, impetrarūt Regē X. M. florenorum in subsidium contra Tartaros, quē Ordini Ecclesiastico in Polonia impetrata sunt: itēque facultatem conferendi nonaginta Sacerdotia, quæcunq; in Prouincia Cnezanſi vacatura essent, & ad ius Summi Pontificis pertinerent. Petierant autem ij Regio nomine, decimam decimæ, & ius omnium Sacerdotiorum in tota Polonia conferendorum, & pensionem, siue denarium S. Petri. Sed ea negata sunt. Cronica lib. 22.

Eodem tempore Laurentius Valla, Neapoli, cum quasdam propositiones asseruisset, ex quibus manifestus hæreticus deprehendebatur delatus ad fratrem ex Predicatoria familiâ Inquisitorem, inque carcerem detrusus, causam perdidit: in vinculis dixit. Damnatus pro hæretico, & igni adiudicatus, beneficio Alfonso Regis istud supplicii euasit: cā tamen conditione, vt publicè hæresi abiurata, damnataque, scopsis crimen elueret. Ita que in Prædicatorum Regio S. Dominici Neapolitano cænobio, in quo Inquisitor degebat, manibus reuinctis ductus per Claustra, scopulas scopsis cadendas præbuit. Poggus in secundâ inueſtiguâ. Paramus lib. 2. tit. 3. c. 4. n. 31.

ANNO CHRISTI 1448. NICOLAI PAPAÆ V. Anno 2. FRIDERICI ROMANORVM REGIS Anno 9.

Nito Pontificatu Nicolaus, Ioannem Caruialem S. Angeli Cardinalem, Legatum in Germaniā miserat, pro neutralitate tollendâ. Multa impedimento fuisse diximus, quo minus res componeretur. Grauiamina complurâ Germani proferebant, quibus à Sede Apostolicâ leuari flagitabant. Dedit aurē Caruiales, & quædā qui-

dē sustulit, alia leniuit, de cæteris ex bono, & æquo trāſegit. Confestè eā de re tabulæ, ad Pontificē missæ, diligenter examinatæ, tandē bono pacis publicæ Apostolico calculo probatæ sunt, isto, quod adſcribo, exemplo.

Nicolaus Episcopus, Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad sacram Petri Sedem diuinā dispositione sublimati, singularis, quæ pro vnuerſalis Ecclesiæ vnione, ac pace, & tranquillitate profutura conspicimus, Apostolica prouidentia sollicitudinem libenter intendimus, & ad felicem illorum prosecutionem, & consummationem opem, & operam impendimus efficaces.

Nuper siquidem charissimus in Christo filius noster, Fridericus Romanorum Rex illustriſſis, & nonnulli alij dilecti filij, Ecclesiastici, & seculares Principes, inlytæ nationis Germanicæ, ex vna; ac dilectus filius noster Ioannes, sancti Angeli Diaconus Cardinalis in partibus illis Apostolica Sedis de Latere Legatus, per nos ad dictas partes missus, sufficienti deſuper à nobis, & Sede Apostolicâ, auctoritate suffultus ex alia partibus, Romana Ecclesiæ, & dictæ nationis nominibus, pro ipsius Ecclesiæ vnione, pace, & tranquillitate, inter Ecclesiā, & nationem prædictam perpetuò solidandis, & Conseruandis, diuersa rationabilia, & vtilia, ordinationes, & statuta, à partibus ipsis hinc inde approbata, laudata, conuulsa, acceptata, & concordata fecerunt; & ediderunt, nobisque humiliter supplicari fecerunt, vt illis pro firmiori eorum subsistentiâ, robur Apostolica firmitatis adijcere, nec non auctoritate potiore, & decretum interponere dignaremur.

Nos itaque, qui statuta, ordinationes, & concordata prædicta, per nonnullos ex venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, magnarum maturitatis, auctoritatis, & literaturæ viros, diligenter examinari, & discuti fecimus, eaque rationabilia, & salubria, & Ecclesiæ, quæ nationi præfata fore conperimus; de dictorum & aliorum Venerabilium Fratrum nostrorum prædictæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, & assensu, Apostolicâ auctoritate, & ex certa scientiâ approbamus, ratificamus, laudamus, & acceptamus, & presentis scripti patrocinio communimus, iuxta modum, & formam subsequentes:

Placet nobis, super prouisione Ecclesiarum, & beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumque iuris scripti reservatione, & executione, ac ad Regimen, constitutionum modificatiō, vt sequitur:

Ad regimen Ecclesiæ generali, quamquam immeriti supernâ dispositione vocati, gerimus in nostris desideriis, vt debemus, quod per nostrā diligentiam studium, ad quarumlibet Ecclesiæ, & Monasteriorum regimina, & alia beneficia Ecclesiastica, iuxta diuinum beneplacitum, & nostræ intentionis affectum, viri assumantur idonei, qui præsent, & present committendū eis Ecclesiis, monasterijs, & beneficijs præstabit. Præmissorum itaque consideratione inducti, & suadentibus nobis alijs rationabilibus causis, nonnullorum prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum vestigijs inhaerentes, omnes Patriarchales, Archiepiscopales, & Episcopales Ecclesiæ, & etiam Monasteria, Prioratus, dignitates, personatus, & officia, necnon Canoniciatus, præbendas, & Ecclesiæ, cateraque beneficia Ecclesiastica, cum curâ, vel sine curâ, secularia & regularia, quacumque & qualiacumque fuerint, etiamsi ad illa persona consueuerint, seu debuerint per electionem, seu quemuis alium modum assumi, nunc apud Sedem Apostolicam quocumque modo vacantia, & in posterum vacatura; nec non per depositionem, vel priuationem, seu translationem, per nos, seu auctoritate nostrâ factis, & in antea faciendis vbi libet; necnon ad que aliqui, in concordia, vel discordiâ electi, sine postulati fuerint, quorum electio cassata, seu postulatio repulsa, vel per eos facta renunciatio, & admissa, auctoritate nostrâ extiterit; seu quorum electorum, vel postulatorum, & in antea eligendorum, seu postulatorum electionem cassari, seu postulationem repelli, aut renunciationem admitti, per nos, aut auctoritate nostrâ comminet apud Sedem prædictam, vel alibi, vbi cumque, & etiam per obitum Cardinalium eiusdem Ecclesiæ Romanae, aut Officialium dictæ Sedis, quamdiu ipsa officia actualiter tenebunt, videlicet, Vicecancellarij, Camerarij, secretarij, Notarij, Auditorij litterarum Contradictarum, &

describat in Germaniam Nicolaus Pap.

Concordata Germanorum cum Sede Apostolica, approbat Nicolaus P.P. sub formâ quadam.

Apostol-

Apostolici Palatij, Auditorum, Correctorum, Censuræ, & vniuersi Scriptorum, litterarum Apostolicarum, & viginti quatuor Penitentiarum præfata Sedis, & viginti quinque abbreviatorum; nec non verorum Commensalium nostrorum, & aliorum viginti quatuor Capellanorum Sedis eiusdem in epistolis descriptorum, & etiam quorumcumque Legatorum, seu Collectorum, ac in terris Romana Ecclesiæ Rectorum, & Theſaurariorum deputatorum, seu missorum hætenus, vel deputandorum, aut mittendorum in posterum, nunc vacantia, & in antea vacatura, vbi cumque dictos Legatos, vel Collectores, & Theſaurarios, aut equos ad Romanam Curiam redierint, seu venerint, rebus eximi contigerit ab humanis, necnon quorumlibet, pro quibuscumque negotijs ad Romanam Curiam venientium, seu etiam recedentium ab eadem, si in locis à dicta Curia ultra duas dies legales non distantibus iam forsitan obierint, vel eos in antea ab hac luce transire contigerit, & etiam simili modo quorumcumque Curialium peregrinationum, infirmitatis, seu recreationis, vel aliâ quacumque causa, ad quauis loca secedentium, si eos antequam ad dictam Curiam redierint, in locis ultra duas dies ab eadem Curia, vt præmittitur, non remotis (dummodò eorum proprium domicilium non existat ibidem) iam forsitan decesserint, vel in posterum eos contigerit de medio submoueri, etiam nunc per obitum huiusmodi vacantia, vel in posterum vacatura: Curiam monasteria, Prioratus, dignitates, personatus, Decanatus, administrationes officia, Canoniciatus, præbendas, & Ecclesiæ, cateraque beneficia Ecclesiastica, secularia, & Regularia, cum cura, vel sine curâ, quæcumque, & qualiacumque fuerint, etiamsi ad illa persona consueuerint, seu debuerint per electionem, seu quemuis alium modum assumi, quæ promoti per nos, seu auctoritate nostrâ, ad Patriarchatum, Archiepiscopatum, & Episcopatum Ecclesiæ nostræ, necnon monasteriorum regimina obtinebāt, tempore prouisionum de ipsis factarum, nunc quocumque modo vacantia, aut in posterum vacatura, necnon etiam per aſſequutionem pacificam quorumcumque Prioratum, personatum, officiorum, Canoniciatum, præbendarum, Ecclesiarum, aut beneficiorum aliorum, per nos, seu auctoritate nostrâ, litterarum immediatè collatorum, seu conferendorum in posterum, præterquam si virtute gratiæ expectatiuæ aſſecutio fiet, nunc vacantia, & in antea vacatura, plenâ super præmissis omnibus & singulis, cum Fratribus nostris collatione præstabit, & maturâ deliberatione secuta, ordinationi, dispositioni, ac prouisioni nostrâ, de ipsorum Fratrum nostrorum consilio, auctoritate Apostolicâ referuamus. Decernentes ex nunc irritum, & inane, si secus super præmissis, & quolibet eorum, per quoscumque, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Item placet nobis, quod in Metropolitanis, & Cathedralibus, etiam in immediatè non subiectis Ecclesiis, & monasterijs in immediatè subiectis Sedis Apostolicæ sicut electione Canonica, quæ ad dictam Sedem deferantur, quæ etiam ad tempus Constitutionis sel. rec. Nicolai Papa 111. quæ incipit; Cupientes, expectabimus; & elapso dicto termino, si non presentata, vel si presentata, minus canonice fuerint, prouidebimus; & si canonice fuerint, eas confirmabimus; nisi ex rationabili, & euidenti causa, ac de dictorum Fratrum consilio, de digniori, & vtiliori personâ duxerimus prouidendum; prouiso, quod confirmari prædicti, & per nos prouisi, Metropolitanis suis, & alijs present debita iuramenta, & alia, ad que de iure tenentur, etiam in monasterijs dictæ Sedis immediatè non subiectis, & alijs Regularibus beneficijs; super quibus, pro confirmatione, vel prouisione ad dictam Sedem non consuevit haberi recusus, electi, seu illi, quibus prouidendum est, pro confirmatione, & prouisione huiusmodi ad Curiam Romanam venire non tenebuntur: ipsaque Regularia beneficia sub expectatiuis gratis non cadant. Vbi autem pro monasterijs ad dictam Curiam venire, seu mittere consueuerint, non aliter confirmabimus, vel prouidebimus, quam superius de Cathedralibus Ecclesiis est expressum. Et de monasterijs monialium non disponemus, nisi sunt exempta, & tunc per commissionem ad partes. De cateris vero dignitatibus, & beneficijs quibuscumque secularibus, & Regularibus vacaturis ultra reservationes prædictas (maioribus dignitatibus post Pontificales, in Cathedralibus, & Principalibus, in Collegiatis Ecclesiis exceptis) iure

ordinario prouideatur, per illos inferiores, ad quos alias pertinet.

Placet etiam nobis, quod per quamcumque aliam reservationem, gratiam expectatiuam, aut quamuis aliam dispositionem, sub quacumque verborum formâ, per nos, vel auctoritate nostrâ factam, vel faciendam, non impediamus nos, quominus de illis cum vacabunt de Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembris mensibus, liberè disponatur per illos, ad quos eorum collatio, prouiso, presentatio, electio, seu quæuis alia dispositio pertinebat; reservatione, aliâ quacumque dispositione, auctoritate nostrâ factâ, vel faciendâ, non obstantibus quibuscumque.

Quoties verò aliquo vacante beneficio, in Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris, & Nouembris mensibus, specialiter dispositioni dictæ Sedis reservata non apparuerint infra tres menses à die nota vacationis in loco beneficij, quod alius de illo Apostolicâ auctoritate prouisum fuerit, ex nunc, & non antea, Ordinarius, vel alius, ad quem illius dispositio pertinebat, de illa liberè disponere poterit; & ad finem, vt hæc ordinatio collationum beneficiorum non referuatur per alteros menses possit per dictam nationem publicari, & omnes, qui eam gaudere voluerint, tempus congruum habeant eam accipiendi; tunc quò ad dictam Sedem, à Calendis Iunij proximè futuris ipsa currere incipiet, & durabit deinceps; nisi in futuro Concilio, de consensu dictæ nationis, aliter fuerit ordinatum.

Placet similiter nobis, quod circa prouisionem dictæ Sedis ordinandam, modus annatarum hoc modo curat. De Ecclesiis Cathedralibus omnibus, & monasterijs, verorum dumtaxat, vacantibus, & vacaturis soluatur de fructibus primi anni, à die vacationis, summa pecuniarum in libris Casiera Apostolica taxata, quæ communia seruicia voluntur. & si quæ excessiue taxata sint, quod prouideatur specialiter in grauius regionibus, secundum qualitatem rerum, temporum, & regionum, ne nimium prægruentur, ad quod per centibus ubi bimis commissionem in partibus, qui diligenter inquirant, & retaxent. Taxa autem prædicta pro mediâ parte infra annum sequentem, & si infra annum bis, vel pluries vacauerint, semel tantum soluatur: nec debitum huiusmodi in successorem, in Ecclesiâ, vel monasterio transeat. De cateris vero dignitatibus, personatibus, officijs, & beneficijs secularibus, ac Regularibus quibuscumque, quæ auctoritate dictæ conferentur, vel de quibus prouidebitur (præterquam vbi gratiarum expectatiuarum, aut causa permittatur) soluatur annata, seu medijs fructibus iuxta taxam salutaris, a tempore possessionis iuxta annum, & debitum huiusmodi similiter in successorem in beneficio non transeat. Sed de beneficijs, quæ vltrem viginti quatuor florenorum auri de Camera non excedunt, nihil soluatur; daretque hæc obseruantia deinceps, nisi eam similiter in futuro Concilio, de ipsius nationis consensu contingat inmutari. In alijs autem, quæ per sel. rec. Eugenium Papam 1111. etiam prædecessorum nostrorum, pro dictâ natione, vsque ad tempus futuri Generalis Concilij permissa, concessa, indulta, & decreta; ac per nos confirmata fuerint, in quantum illa concordia present non obtulerit, istâ vice nihil volumus esse immutatum: & per hoc, quod in concordatis huiusmodi, siue quibusuis alijs eorum occasione consensuendis litteris, propter compendiosam descriptionem, Alamania specialiter appellatur, natio ipsa censeri non debet à Germanicâ natione distincta, seu quomodolibet separata. Et præterea, quia difficile foret presentes litteras ad singula, in quibus de eis forsitan fides faciendâ fuerit, loca deferri, eadem auctoritate Apostolicâ decernimus, quod ipsorum transcripto, Metropolitanorum dictæ nationis sigillo munito, tanquam presentibus, si exhiberentur, litteris plena fides adhibeatur, & perinde stetur, ac si dictæ presentes litteræ foret exhibitæ, vt. l. ost. en. se. & insuper quos, irritum, & inane, si secus super his, & quocumque, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hæc nostra approbationis, ratificationis, laudationis, acceptationis, reservationis, constitutionis, & voluntatis, nisi infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hæc attentare presumpserit, indignatione Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Roma apud S. Petrum



II. Definitat quoque Legatum idem Nicol. PP. contra Bohemorum heresim.

anno Incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo. Kalend. Aprilis. Pontificatus nostri, anno secundo. Sublatam per hanc Constitutionem neutralitate, Nicolaus, ad reuiscendam Hussitarum in Bohemia heresim comprimendam, eundem Ioannem Carualiam Cardinalem, Legatum ad Bohemos destinavit. Maynardus, Bohemiae Gubernator, Nicolaum postulat, ut legationem in Bohemiam decerneret, futurum promittens, Bohemos ad perfectam unionem Ecclesiae reuersuros. Venit is Legatus Pragae Calend. Maij, in perugilio Ascensionis Dominicae. Adueniens, Vlricus Rosenburgius, & Maynardus Gubernatores, vna cum Proceribus Regni, obuiam iuere. Introeuntem Clerus Pragensis, Vniuersitas, Magistratus, & populus, solenni processione instituta, supream comitiam, pro vocando, aut designando Rege, proque reformatione Regni Bohemiae. Ergo nomine totius Cleri, Procerum, Vrbiu, & populi, Legato Apostolico fuit representata ista, quam adiungo supplicatio.

Propositio Bohemorum, coram Cardinali S. Angeli.

III. Bohemorum ad Pontificium Legatum supplicatio.

Reuerendissime in Christo Pater, & Domine, Domine Coeudissime: Pateritas Vestra Colendissima, parte, & nominibus Magnificorum, & Generosorum, Strenuorum, Spectabilium, & rudentium virorum, Baronum, Nobilium, Clientium, Civitatum, & totius Communitatis huius incliti Regni Bohemiae, diuinetur, causas disidij longis a temporibus in ipso Regno exortio, Paterinitatis affectu suscipere, nec non si qua minus debite, in ipsius Paterinitatis Vestrae Reuerendissima audientia referri contigerit, singula in parte gratiosius supportare.

Paterinitati Vestrae Reuerendissime claret, quod cum pro vsu Communionis diuissimi sanguinis, & calicis Domini nostri Iesu Christi, ad laicalem populum in hoc inclito Regno Bohemiae, non mediocrium differentiarum suborta fuissent quadam materia, innumerabilia tam corporum, quam rerum emerferunt dispendia, inuicem etiam, quod circumuicinis, quasi ad omnes mundi plagas, Provinciae, non paucis eorum periculis, ac damnis, disensionibus eiusdem participium recepere. Tandem cum hi, qui sacrosancti Calicis communione, ardentibus animis, & synceris affectibus, quamplurimis in locis, diebus, & conuentionibus optassent sibi dari debitam audientiam, ut possent modis debitis, & congruis, iuxta legis diuinae monumenta, nec non Domini nostri Iesu Christi instituta saluberrima, ac Ecclesiae sua primitiua obseruari, & sanctorum Doctorum sententias, in ipsius Communionis praxi conseruari, nec non eandem obtinere. Sed iteratis vicibus huius rei causa, remotionis praxium etiam, & circumuicinis adiacentium prouinciarum potentia inuicem, (vbi credimus Vestra dudam nouerunt Paterinitates) manu validiore, qua potuerunt, hoc Regnum Bohemiae, rapinis, incendiis, & stragibus, (nec atati parcentes, nec sexui,) hostiliter inuaserunt: ipse tamen Altissimus & misericors Dominus, in cuius potentia, & arbitrio cuncta sunt posita, cui etiam iuxta immensam pietatis suae clementiam, eam decreuerit, non est difficile, vel in paucis, vel in multis saluare, dignatus est huius Regno auxilium de sancto praestare, & de suo misericorditer intueri; ita quod solus infensibilis clementia sua muniri praesidio, non sumus per vim aliquam oppressi, & (vbi machinatum est) totaliter consumpti. Demum post multos multarum guerrarum, litium, bellorum, & seditionum insultum, per medium Serenissimi Principis, & Domini nostri Sigismundi, Dina memoria Caesaris gloriosissimi, huius Regno audientia competens in Concilio Basileensi est concessa, pro materia dignissimi Calicis, & Sanguinis Domini nostri Iesu Christi, aliorumque articulo, sicut hoc, per scripta paterinitatis, sigillis munita pendebimus, clarus est expressum. Cum autem Magistri, & Presbyteri, caterique huius Regni incliti Oratores tam spirituales, quam seculares, ad Concilium Basileense, quod tunc sanctissimi Domini nostri, Domini Eugenij Papae Beatissimi auctoritate celebrabatur, ac Reuerendissimi in Christo Patris, & Domini, Domini Iuliani Cardinalis S. Angeli (cuius nunc Vestra Paterinitas Reuerendissima locum dignè obtinet) rogebat praesidentia, fuissent destinati, Scripturas Sacras de communione Calicis, & aliis articulis producerent in medium Concilii, sic (vbi loquimur breuiter) quod cum Domini Legati a Concilio, tunc sub auctoritate, & praesidentia iam dicti, huius Regno missi, in certum, & in debitum conuenimus ordinem, prout Compactata super his confecta, nedum Scripturis, verum etiam sigillis munita a pendebimus singula restantur. Per haec igitur Compactata, Regnum hoc Bohemiae, Altissimi cooperante gratia, imo & circumuicinis partes, ab his litium guerrarum, bellorum, & caedum tribulationibus, notabiliter respiciuerunt. Quibus ita gestis, cum Serenissimo Principe, ac Domino, Domino Sigismundo Imperatore gloriosissimo, concordias feliciter iniuimus, & diuini Martiris suae, tamquam Domini nostri nos subdidimus. Cuius etiam Serenitas, tam promissis, quam litteris suae Maiestatis nobis firmant, quod nos, & Regnum hoc, Marchionatumque Moraviae, circa tenorem & contentum Compactatorum eorundem, contra, & aduersus omnes, & singulos, in his quomodolibet impedire (quod absit) volentes, vel, & debeat tenere, & protegere, atque gratiosius conseruare. Quocirca de sua Caesarea Maiestatis plenitudine, Electionem Domini Archiepiscopi Pragensis, pro ea vice in nos transtulit, & a nobis, seu per nos fendam instituit, & decreuit: quam in venerabilem virum, Magistrum de Rokyzan, vniuersi omnium consensu tam spirituum, quam secularium, tunc temporis in hoc Regno commorantium fecimus, & execimus; cuius confirmationem, ipse Dominus Imperator Sigismundus promissit, litterisq; paterinitatis se astrinxit, laboribus, & sumptibus propriis sine debito procurare, nec alienum quicumque vitae ad sua tempora, prater Magistrum Ioannem practicum, pro Archiepiscopo Pragensi habere. Item Maiestas Domini Imperatoris memorata, realem iam huius Regni possessionem adeptam, & retinens, ad Concilium Basileense Ambasia tam notabilem tam spirituum, quam secularium destinauerat, suo, ac Regni, ac Marchionatus nominibus inuicem postulando; quatenus Compactata per Dominos Legatos ipsius Concilii inuicem, tenerent, & effectum debito terminarent, & Magistrum Ioannem electum, ut dicitur, in Archiepiscopum conseruarent. Similiter & alios articulos, necnon optata, pro parte Domini Imperatoris per eosdem Ambasiatores oblata, benignius amplecti, & suscipere dignarentur. Concilium itaque taliter dignoscitur dedisse responsum, quod videlicet Oratores suos Notabiles, in continenti, post Ambasiatores nostros ad Bohemiam, plenam fulcros auctoritate, cum responsis ad oblata, & petitiones dimiseret; qui de his, atq; alijs qua Compactata sunt, talia offerre debeant responsa, vnde totum Regnum latari debeat merito, & gaudere; nec vnum tota a omnium eorum, que in Compactatis inclusa sunt, irruum facere, aut inane. Tandem cum Caesar ille diuus vitae suae terminum consummasset, noue iterum, & magna sui parte sopita, in hoc Regno repullularum discordiae. Ad quarum praesentem, frequentem, per medium Compactatorum pacem reduximus, hanc pacem firmantes, necnon promissionibus, & sigillis proprijs astringentes melius, quod poteramus, ad tenendum eandem, Ioannem de Rokyzana electum in Archiepiscopum Pragensem, ad consecrationem nostris sumptibus promouendo; ac iuxta tractatus cum Domino Imperatore praefato innotos rem gerendo; quemadmodum quadam sigilla in littera reconciliatorum partium, post Domini Regis Alberti obitum, litteris opportunis apposita clarius describunt. & scriptis continentur. Postea sanctissimo Domino nostro, Domino Eugenio Papae, pro electo sepe tacto, Domini supra dicti scripturunt, a sanctitate sua cupientes edoceri, si consecrationis munus ei conferre benignius dignaretur. A cuius sanctitate Bulla, dulcissima paterna pietatis responsonibus plenissima sunt relata, & reportata. Nouissime vero ad Sedem Apostolicam, parte, & nominibus totius Regni Bohemiae, Ambasiata iterum notabilis expedita est, qua ad Sanctissimi Domini nostri Nicolai Papae Quinti praesentiam est deducta. Cuius Sanctitas per postulatorem, nos iuxta suae Beatitudinis promissum, in Reuerendissima Paterinitate Vestra persona, cum plenitudine auctoritatis Sedis Apostolicae, dignata est gratiosius visitare. Sanctitati itaq; Domini nostri, simul & Paterinitati Vestrae Reuerendissime, humiles, & deuotas, maiores, quas possumus gratias referimus.

Optamus

Optamus praeterea, ut opus Paterinitatis Vestrae Reuerendissime mexhausta Dei pietas, secundum multitudinem miserationum suarum, que a seculo sunt, crescere faciat, & fructificet, ad laudem, & gloriam nominis sui, pacem, & concordiam huius Regni incliti, nec non felicem, omnium profectum pariter, & saluam: ut & vos de labore, & sollicitudine Legationis suae Apostolicae, qua fingimini, immarcescibilis etiam gloria manipulos reportetis. Interim Paterinitatem vestram Reuerendissimam, omnes, totius Regni Bohemiae nomine rogamus humiliter, & obsecramus, quatenus auctoritate, & mandato Sedis Apostolicae sibi concessis, iam saltem nostris comparando sudoribus, quos pro bono pacis habentis vsque nunc vltimum, operam adhibere, & operam dignetur, ut qua pro honore, & vtilitate huius Regni incliti, & nostris iuxta Compactata oritur tenorem facienda sunt, finem debitum effectualiter sortiantur. Magistrum quoque Ioannem de Rokyzana electum per Dominos Legatos Concilii Basileensis, in Domini Imperatoris gloriosissimi praesentia, multarum etiam hominum proborum assistentiam, probatum, & tantum in fidei integritate, quam vniuersa compertum, dignetur. Paterinitas Vestra Reuerendissima, in Archiepiscopum Pragensem ad nostrum, & totius Regni singulare solatium consecrare, & benignius conseruare. Speramus namque, in Domino, quod per ipsum diuini honor, Fides Catholica, Ordo debitus, & caetera Christiana professionis opera, necnon pax, vnitus, & concordia, melius & citius restituantur, qua per alium, & vniuicem, auspice Domino, suscipiant incrementum. Et cum defectu hi, qui per auctoritatem ducuntur in Regno creauerunt, per paterinitatis Vestrae Reuerendissime dispositionem (vbi optamus, & speramus) auctoritate sedis Apostolicae sublatis fuerint, tam spirituales, quam seculares multo facilius poterunt, in ipsa Sedis Apostolicae quam semper amplectissimum obedientiam se tenere. Vnde Paterinitas Vestra Reuerendissima honor, hic maxime in praesenti vitae seculo manebit, & Deus in futuro retribuet vobis aeterna retributionis praemia, per infinita secula permanitura.

IV. Legati ad Bohemorum supplicationem responsum.

Reponsum Cardinalis S. Angeli, Legati de Latere, ad articulos sibi oblatos per Generalem Congregationem Regni Bohemiae, die xi. Maij, feria sexta ante festum Pentecostes.

Magnifici, Illustres, Generosi, Spectabiles, & Prudentes Domini. Prudens, illustres Dominiones Vestrae, obrulerunt mihi duos articulos. Primum, de Compactatis cum Concilio Basileensi, & ratificatione ipsorum. Secundum, de confirmatione, & consecratione Archiepiscopi ad Ecclesiam Pragensem. De primo igitur, videlicet de Compactatis; quia heri tunc de Magnifico Dominum Georgium sunt mihi oblata, & nondum super his deliberatum. (sed tamen cum consilio vestro, pro bono pacis huius incliti Regni, deliberare volo) pro hac vice loqui non intendam. Ad de secundo, videlicet de consecratione Archiepiscopi; quia de his alio, primum de Religione institutis, desiderium vestrum in eo laudandum est. Nam post Dominum Apostolicum, primus in dignitate est Archiepiscopus, & est magna dignitas. Nam cum Dominus Papa sanctissimus, qui caput est Ecclesiae totius, primus est in dignitate: Archiepiscopus post ipsum, qui caput est in Ecclesia, secundus est in dignitate, & ab illo sanctissimo Domino Papa, gratia redundat in ipsum, prout dicitur in Psalmo: sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in ornam vestimenti eius. Et cum Archiepiscopus sit tam magna dignitas, & respectus sancti Patris instituitur, ut Archiepiscopus in Civitate Metropolitana, qua Caput est, & Sedes alicuius prouinciae, iam habeat residentiam. Et qua ista in Civitate Pragensi, qua est caput huius Regni, digna est Archiepiscopo: conueniens est, ut etiam Archiepiscopus sit dignus, qui eide debeat praesidere. Et cum numeram institutione SS. Patrum, Sacerdos est nomen magno dignitas, idem aliquis non debet ordinari, vel promoueri in Sacerdotem, nisi habeat sufficiens beneficium, vel patrimonium, quo mediante debite possit sustentari, ne nomen suum vilescat, vel ex eo possit leuipendii. Omnia Archiepiscopus debet habere sufficiens patrimonium, & dotes plurimas, quibus ipse, & eius familia debeat sustentari. Debet enim Archiepiscopus, qui caput est suae Ecclesiae, cui praesit, habere membra, puta,

Capitulum, Officiales, Abbates, & Presbyteros in sua diocesi; & illi annos debent habere dotes, quibus possit debite sustentari. Insuper etiam propter auctoritatem, qua fungitur, ut possit eam exequi, debet habere dotationem sufficientem. Nam si Archiepiscopus, Capitulum, & reliqua membra non haberet, esset quasi caput sine membris, & quasi monstrum in natura. Si etiam esset pauperi cogere, fortassis mendicare optiatum, & possit nomen suum vilipendi, nec possit debite exequi suum officium, prout decet. Et ideo Magnifici Domini, qui Archiepiscopi optatis, & a Religione inceptis, in eo est plurimum commendandi. Nam Religio est tam virtutis, quod quasi ex instinctu quodam naturae ad se allicit, & prouocat. Gentiles enim, qui colebant Deos vanos, & adulteros, ex quodam instinctu naturae, templa magna & sumptuosa, pariter & ornata Dijs suis construxerunt, & Sacerdotes suos abundantissime dotauerunt. Sperabant enim, quod per talia sacrificia, placatis Dijs, licet falsis, Respublica optime disponeretur. Pharaon etiam, qui papulum Domini opprimebat, Sacerdotes suos honorauit, & bona eorum omnia, omnino voluit habere exempta. Et ideo antiqui Religionem praeposuerunt Imperio, sicut post Religionem, Imperium locum habeat. Tempore autem Legis templum Domini ordinatum, ornatumque est instructum, & sufficientissime dotatum: & Sacerdotes illi, qui Sacerdotes noua lege figurabant, fuerunt sufficienter dotati. Et non solum Iudaei, sed & Gentiles de remotis partibus, propter religionem ad hoc templum veniebant, & magna munera ibi offerebant. Et cum Sacerdotes Gentilium, & illi Sacerdotes veteris Legis, qui Sacerdotes nouae legis significabant, & sanguinem taurorum immolabant, cineremq; vitulae spergebant, fuerunt sufficienter dotati, & a populo principaliter honorati: omnino Sacerdotes tam moderni, qui non sanguinem taurorum, nec cinerem vitulae immolant, sed verum Corpus Domini nostri Iesu Christi conseruant, sunt dotandi, & maxime propter huiusmodi dignitatem honorandi; & templa sunt conseruanda, & ornanda, ad cristididum corpus Domini nostri Iesu Christi. Et ideo, Magnifici & Illustres Domini, date efficacem operam, ut illa, qua sunt ablata Archiepiscopo, & Clero restituantur vniuersa, & si illa non sufficiant ad sustentandum, quod magis augeatur, pro salute animarum, tranquillitate, & concordia huius Regni. Ita enim in seculari dignitate agitur, quod Reges & Principes non conseruant alicui dignitatem, nisi taliter fuerit dotatus, quod possit in tali dignitate seruire. Et cum ista Dominiones Vestrae fecerint, Archiepiscopus consecrabitur ad vota vestra, quod hoc incliti Regni erit meritum consulatum. Ista tractantes inter vos, postmodum me certior reddetis: & ego, quicquid secundum Deum, & conscientiam facere poterō, vobis praestabo. Ad Dominiones in super Vestras Magnificas, ex confidentia, & animo syncero, qua ad hoc incliti Regni habeo, alia intendo materiam dicere, desiderans, ne mihi ascribatur, quasi in alienam messem falce mittere. Teneor enim hoc facere, ex duplici officio, Generali videlicet, & speciali; quia hoc inclitum Regnum, Regem habere debet, & Principem, per quem, tanquam per vnum medium gubernari debeat; cum per vnum tota Respublica melius & efficacius regatur, quam per plures: & quia haec, ut frequenter, feruorem amoris maiorem, ad suos subditos habet, quam alij Reges, vel Directores; ideo melius regit Kempubl. Etenim, id, quod calor in se habet, fortius calefacit. Et quia Dominus pluralitatem Regum habens, ideo eos detestando loquitur dicens, Pastores plurimi demoliti sunt vineam meam, & conuerso agrobans vnum Rectorem dicit: si ergo vnus Pastor, & quia vos Magnifici Domini, cum prudens optatis ratificatione Compactatorum, magnifici alij & excellentissimi Serenissimi Principem, & Dominum, Dominum Sigismundum Imperatorem vestrum vsq; ad sidera: & cum ipse fuerit amicus, & consequenter Rex Albertus, qui sibi in hoc Regnum successit, pater istius Ladislaui, & Ladislaus quia filius eius, ergo & haeres huius Regni, iuxta illud Apostolus: Quod si filius & haeres per legem. Et cum ego sim Legatus a sanctissimo Domino nostro ad hoc Regnum, & tam eidem Domino Apostolico, quam mihi ex officio incumbat, causam vidua, & pupilli, promouenda quia hoc est officium Sedis Apostolicae, & cuiuslibet Legati eadem Apostolica Sede, de qua dicitur: Pupillo, tu eris adiutor. Suadeo igitur, ne heredem vestrum Ladislaum abiciatur. Nam si fecerit, timendum est, ne Dominus Deus faciat in vos pro illo vindictam. Punit enim illos Deus

plagus

plagi multu, qui proprium heredem abiciunt, aut illi inferunt iniuriam, prout patet per exempla quam plurima. Et ideo cum ista Ladislauus esset verus hares huius Regni, pro Rege suscipiatur. Quod si quid Serenissimi Regis Romanorum tutoris eius maiestas, ex his, que facere debuit, non fecit, vel aliqua neglexit: propterea tamen, secundum iura naturae, imò secundum omnia diuina, & humana, huic Ladislauo in sua hereditate, nullum potest fieri praedictum, aut damnū. quoniam ipse sub tutore est tanquam seruus, & non liber, vsq; ad presens tempus, iuxta sententiam Apostoli: Quam tempore hares paruulus est, nihil differt a seruo. Idem Magnificus, & Illustris Dominus, suscipite illum pro Rege; conformate vos aliis Regibus Christianis; egredite pro bono concordia, & pro pace. Et si, ut prius dixi, aliqua Serenissimi Romanorum Regis tutoris sui maiestas, que fuerit faciendae non fecit, vel aliter fecit quam debuit, vel facere neglexit: ego volo fideliter, & tamquam vnus ex vobis, operam dare, vt talia emendentur. Et confido clementia, & pietati ipsius, quod faciet, & exaudiet me in isto facto. Quod si facere neglexeret, aut forte iniusticiam huic meo Regno administrare recuset; ex tunc Sedes Apostolica super eo est imploranda: & huic sanctissimus Dominus noster ipsum ad hoc adstringet, & huic Regno iusticiam faciet, vel amabili tractatu interueniente, vel iure ipsum ad hoc compellendo. Sic enim Hungaria Regnum fecit: quod ortū inter proceres disensione pro dicto Ladislauo, inter Serenissimi Regis Romanorum, a Sede Apostolica Legatum Mediatorem postulerunt, qui ipsos ad pacem, & vnitatis concordiam reduceret. quod si facere non posset, ad Sedem Apostolicam esset recurrendum. Et ideo Magnifici Domini, agite ad eundem modum pro haredede vestro Ladislauo, qui ex semine Serenissimorum Principum, & Regum Romanorum exortus est; qui etiam in toto orbe consanguinitatem notabilem habere dignoscitur; si pacem, vnitatem, & tranquillitatem huius Regni habere optatis. Nam si aliter feceritis, odium & inimicitias omnium consanguineorum maiestatis eius possit incurere. Hares enim vester est. ista dicit, quia multa verba posuit, per se, ignoscant Dominationes Vestrae; & si aliqua dixi, que forte alicui displicerent, confido cum omnes estis Nobiles, & Ceteros, qui non imputabitis persona mea, quia hoc feci ex officio meo, pro bono pacis, & concordia huius Regni. Quam pacem, & salutem nobis prestare dignetur in secula seculorum Benedictus Deus, Amen. Ista tractare velint vobis, & ego super his vobiscum consulere volo, quoties fuerit opportunum. Actum feria sexta ante Pentecostes die 11. mensis Maij. Anno Domini M. cccc. XLVIII.

V. Bohemorum interrogaciones a Legato Apostolico.

Dixit ista Legatus. Mox altera die, hoc est Sabbatho in vigilia Petre costes, Domini Barones quatuor, & Terrigenae quatuor, & quatuor de Ciuibus, cum quatuor Magistris Vniuersitatis, nomine totius congregationis responderunt, primo Interrogantes, si Paternitas suam de ratificatione Cōpactatorum deliberasset, vt eis dicere dignaretur. Secundo, quod de restitutione bonorum Ecclesiarum, Paternitas sua rem quasi impossibilē postularerit; cum non de voluntate Baronum (aiebant) ista bona Ecclesiarum, Imperator Sigismundus tamquam Rex Bohemiarum obligauit tempore bellorum, & inuoluit, prout sibi placuit: & etiam Archiepiscopus praecedens Conradus Westphalus, aliaque bona inuoluit, ac implicauit, ac debitis multis grauauit, de consensu Capituli. & ideo talia bona non possent de facili liberari, & per consequens restitui. Sed Domini Barones, & Terrigenae vellent vna cum ciuitatibus prouidere, vt Archiepiscopus electus, si foret consecratus, sufficienter dotaretur, ita quod posset in dignitate sua honorifice praesidere, & postmodum ulterius pro restitutione ampliori bonorum Ecclesiarum suarum cogitare. Interrogabant ergo, an sic dotatum, vellet consecrare in Archiepiscopum Pragensem? Ad primum Legatus respondit, quod de Compactatis, quia esset res ardua, & grauis, nondum eiecisset, sed quod deliberare intenderet, cum consilio Terrigenarum. Ad secundum, excusauit, quod non ipse esset, qui eos ea de re accusaret; quin potius illos laudaret, qui prouidere Archiepiscopo cogitarent. Ceterum, cum videret illos, & confirmationem Compactatorum, & consecrationem Rokyanarum haereticis, &

Legati responsio.

ab vtroque capite nouatarum in religione rerum tolerantiam, seu approbationem, ac perinde oppressionem Orthodoxorum, & quod summum erat, abrogationem fidei, & rituum Catholicae Ecclesiae vixere, die 22. Maij, vna cum Vlrico Rosenbergio discelsit; quod non licere sibi existimaret, aut Compactata, quae veteratores interuerterant, confirmare, aut Rokyanam, publicum Romanae Ecclesiae hostem, & manifestum haereticum in Archiepiscopum consecrare, ac tam dirum atque feralem lupum, fidelibus Christi ouiculis praeficere. Quod autem turbulentis hominibus nequitiam concedere voluerit, periculum inges adit: atque aegre manus Hussitarum, nec nisi ope Rosenbergii euasit. Secuta est subinde Catholicorum ingens persecutio: Maynardus in vincula coniectus; Podiebracius haereticorum fautor, pro eo substitutus; Pragā ab isto per prodicionem occupata: Magistratus vrbis immutatus; Rokyanā ab exilio reuocatus: haereticis Hussitarum vires magnificauit; Catholici penē oppressi. Coehlaus historia Hussitarum, lib. 10.

Eiusdem ab Hussitis periculum.

VI. Bohemorum crescit audacia.

Cum hinc Georgius Podiebracius multum crescere, multaque sibi vindicare, imò cuncta simul in se trahere, nemine iam extante, qui voluntati eius palam obistere auderet; maxime posteaquam Legati ad Fridericum Romanorum Regem missi, vt Ladislauum in Bohemia adducerent, tamquam nullibi locorum meliūs, quam in Regno suo nutriendum, non impetrassent, quod petebant, Friderico se excusante, ob nimis teneram pupillitatem, quam etiam accersito in conspectum puero, coram indicauit. Demonstrat tunc Ladislauus puer, ingens specimen futurae magnanimitatis, & liberalitatis. Aderat tunc Giscra Hungarorum primarius, Viennam ex Hungaria ad Fridericum euocatus, visusque Ladislauo, cum eum vti Regem suum reuerenter saluasset, ac more deinde militari, vulnera, & cicatrices ostentasset, quae ipsius gratia apud Hungaros rebelles, se accepisse iactabat, tandem subridens: *Equus ipse, inquit, praemij laborum meorum, apud te, mi Rex, vnquam erit? Ecquid stipendij nomine militi tuo fideliter aliquando retribues.* Tacitus Ladislauus, dispensatorem Friderici propē adstantem adiens, sacculum vnde stipem mendicis depromebat, de collo ei detraxit, inuentosque in illo sex tantummodò nummos, eos Giscra dono dedit, inquiens: *Non se plures in praesentia habere. Ea voce, atque dono, quamuis exiguo, pariter Giscra exultans, quia parem sibi laudem vendicabat, & dedisse, quod habes, & dare plura voluisse, si haberes, acceptos aereos nummos auro inclusit, aureaque zonā de collo suspendit, vt conspicua esset omnibus intuentibus, tam prona adhuc pauci Regis, ergā benē meritos referendae gratiae voluntas.* *Dubrauius lib. 28.*

Magnanimitatis Ladislai Regis specimen.

VII. Bartholomaeus Lapatius Ord. Praedicatorum Hungarorum exercitum signatorū cōscribit.

Præerat tunc rebus Hungaricis, pro Ladislauo gubernator, Ioannes Huniades, quem alii Coruinum dixerent. Is quod ab Amurathe bello premeretur, auxiliū Friderici Romanorum Regis; Fridericus autem Nicolai Summi Pontificis opem implorauit. Et quidē Summus Pontifex, cupiens Turcicum gladium, a Ceruicibus tum Constantinopolitanī Imperatoris, tum Regni Hungariae depellere, totaque Europā hostem Christiani nominis eiecere, non contemnedas suppetias Huniadi misit, tum Bartholomaeum Lapatium Florentinum ex Praedicatorio Ordine, Episcopum Coronensem in Hungariam destinauit, qui sacram militiam, more Ecclesiae recepto, propositis quam maximis indulgentiis indiceret, & copiis Cruce signatorum vnde quaque collectis, cum potestate Apostolici Legati praesesset. Perfidia Georgii Despotae stetit, ne, quam sperabat de Turcis victoriam Huniades, hoc anno consequeretur. Cum duobus & viginti millibus hominum ex Hungaria, castra mouerat, atque Valachiae montanae Palatinum in huius belli societatem adiciuerat. Sequebatur illum Legatus Apostolicus, quem nominatū, Coronensis Episcopus: è Proceribus autem Hungariae, Emericus Pcluentis Transylvaniae Palatinus, Ladislauus frater eius, Emericus Marzalius Ianitorum Regalium Magister,

Francus

Francus Tholomicius Dalmatiae, Croatiaeque Praefectus, Ioannes Corothna Regni Iudex, & alij complures, cum innumera multitudine nobilium. Superato amne Tybisco, traiecitque Istro, cum per Daciam in Mysiam descendissent, & ad Seuerinum vsq; oppidum promouissent, Huniades, Despotem, qui clandestinis cum Turca internuncijs, recuperato Mysiae Regno, pacem seruare nitebatur, per Legatos orauit, vt iuxta se rogatus, ad sacram expeditionem veniret, beneficiorumque, quae ab Hungaris acceperat, memor esse vellet, ac ingratitude infamiam cauere, quā nihil boni viri dignitatem magis dehonesta. Insuper affirmabat, de bello bene esse sperandum, quando neq; pecuniae, neque copiae deficerent. Duorum & viginti millium se ductare exercitum; accessisse Valachorum auxilia; nihil huic militiae praeter Despotem, Rasciae Principem deesse: cuius consilio, ac viribus, si praesens expeditio adiuuaretur, nihil ultra exoptari posse. Proinde impensius obsecrare, vt coactis continuo equitum turmis expeditissimum, sua castra sequeretur. At Despotes male sentiens, vt honestius militiam detreclaret, varijs se modis excusauit. Inprimis pacem causatus est, quam cum Turca inuita, quamuis inuitus, aliquantisper Varnensibello violasset; adhuc tamen Amurathis indulgentia seruata, continuare duceret, ne in praesentia miseriam incideret. Item importunitatem temporis arguit, quod praecipiti autumno Seuerinum applicuisset; & quam difficile sit, dum hybernate alij, in frigidis regionibus bellum gerere, quod satis è superiore bello haud impune didicerint. Haec, & multa alia, vt se iturum honestius abnegaret, Despotes comminiscabatur. Sed virum liuor ingens incellerat: aegrimē namque ferebat, datā sibi repulsā, Huniadem gubernatorem fuisse creatum, subpudere quoque se, Despotem, ac Mysiae Regem, Imperatoris genere natum, sub gubernatoris ductu, & auspicijs militare; multoque maiore, se honore dignum esse censebat, quam gerere potuisset. Inflammant praeterea amplius Despotem, in tempestiua Huniadis minae. Namque is ad illa responsa successus, in terminatus est, se suis omnino manibus, ingratisimum hominem, Indorum exemplo, capite multaturum; Rasciaeque regnum digniori traditurum, si ex hoc bello victor euaderet. Mox per Mysiam, non aliter, atque per in festam regionem, iter in Bulgariam intendit. Ergo Despotes, abeunte Huniade, ad perfidiam illico conuersus, celeribus internuncijs Hungarorum aduectus, & copiarum multitudinis Amurathem admonuit; quin & quotidianis itineris significauit, cum inuidia, tum gratificationis gratia, quā pacem cum eo facile seruatum iri confidebat. Edocuit item, Huniadem cum medicis illuc copijs traiecisse; nihil ipsi timere oportere. Praeterea hosti haudquaquam occurrendum, sed permitrendum ultra progredi, mox à tergo iter obstructum: quod si fecerit, illum nunquam inde rediturum afluerebat. Huniades autem grauisimo bello intentus, pro virili sua iter properare, creberimis Sandarobechum Albanensium Principem literis vexare; quo, quum aduersus Turcam paulo ante sedus percussisset, vt appropinquaret; quando iam ipse hostibus appropinquabat (ita enim cum eo consilia inuenerat) vt ipse cum Hungaris à Rascia, Bulgariaeque, ille ab Illyrico Turcis pariter occurrerent, vt de fronte, tergoque vexati, facile vincerentur. Quod non abs re fuisset, si Sandarobechus, quem illi barbarē, Alexandrum Dominum vocat, praelio in tempore adfuisset. Sed iram amara pugnā festinatio, recti consilij finem interceptit. Amurathes autem Despotis consilia nequaquam alpernatus, Huniadi Regnum inuadenti non occurrit, sed permisit hostem vltra progredi; ipse duorum, triumue dierum itinere sublecutus, à tergo, ne retrō pedem referre possit, iter obstruit. Iam in planicem vterque peruenerat, quam in Rascia, Bulgariaeque; sinibus longē, lateque spantantem, Rigomezū Hungari, Rasciani Cosaccam, nos campum merulae interpretamur. Hanc fluuius inter-

Georgii Despotae perfidia, & inuidia.

fluit, qui Schithniza nunc dicitur: & ab Illyrici montibus defluens, aliquamdiū vagatus, Istrum inluit. Campi huiusce longitudo passuum est viginti milliū, quinque millium continet latitudinem. Circumvallatur vndique montibus amantissimis, in circi speciem, & fluuius, ac montium appendices, reconditaeque conuales proximae, non iniucunda virorum frequentia celebrantur. Quum in campum, haud aliter, atque in agona prius Hungari, deinde Turci descenderent, ad pagum amnis accolam, qui in aditu situs est, aliqua anus exclamauit: *Hec quam vereor, ne parum aquis Hungari nunc dimicent auspicijs,* quando traiectus eorum vado (exercitus vix vnus, Turcarum verò dies tres fluuium perturbauit: veluti futurum cladem ex inopia copiarum hariolaretur. In media ferē planitie collis modicus affurgit, cuius radices Schithniza lambit. Non multo ulterius ad capti aequoris quaedam turris erat, cuiusdam olim Amurathis tumulus, & pyramis, qui profligato exercitu ibi caesus, & sepultus est. Illud quoque nunc Amurathes verebatur, ne Huniades, qui praecesserat, in malum hostis auspiciū, pyramidem praeroccuparet. Ergo hōiōre gradu sublecutus, prius quamuis turrim attingeret, cum eo manum conferere voluit. Ad collem Huniades venerat, in medio campo surgentem, & in eo castra locauerat, Sandarobechi auxilia expectaturus, qui in horas accurrere dicebatur. Is ad conditum locum, tempusque non occurrit. Amurathes necessitatem dimicandi imposuit. Triduo ibi à mane vsq; ad vespeream infestis animis pugnantem est. Octuaginta millia Turcarum in exercitu Amurathis numerabantur. Superiores aliquantū viribus Cruce signati fuere: ad extremum, multitudinis hostium superati, succubere. Nec tamen inuenta Turcis celsis victoria. Triginta quatuor barbarorum millia, in ijs praelis cecidisse feruntur, Crucesignatorum octo millia. In his Legatus Apostolicus, Coronensis Episcopus occubuit; ac vniuersa ferē Pannoniae nobilitas. Huniades salutis suae fuga consuluit, vbi infestam, ac variam fortunam inuenit. Dies tres equo inuectus, per auia loca iter fecit, cibi & potus expers: quartō incidit in duos latrones, dimisso dudum equo, qui praenimio labore defecerat: quum esset inermis, se spoliandum dedit: direptis vestibus, ex aureā cruce, quae è viri collo pendeat, inter latrones oborta contentio, salutis ei occasionem aperuit. Dum enim illi inter se contenderent, ipse promptum latronis gladium inuitus, mox corripuit; & litigantes adortus, alterum lethali vulnere confecit, conculcauitque, alterum petens in fugam vertit: quā crucis occasione, se à rapina, morteque redemit: quod non abs re diuina benignitate factum fuit, vt qui pro cruce, cruci affixi Saluatoris nomine dimicaret, Crucis quoque beneficio seruaretur. Hinc liberatus in manus Despotae incidit. Ab eo certis precibus dimissus, in Hungariam reuertens per humanā eius receptus est. Certatim salutem, incolumitatemque omnes congratulati, tristem consolabantur, & bene sperare iubebant. Sat eis fore, si gubernatorem recepissent. Militum adhuc copiam, neque ex indigentis, nec externis defuturam: nihil hinc Hungaricæ genti turpitudinis accidisse, quando ad vnum omnes strenue pugnarint, cruentissimam, lechrymabilemque hostibus vtriorum reliquerint; neminem suorum inuentum, qui non pulcherrimè pro Christi gloria, proque salute reipublicae Christianae occubuerit. Amurathes, ne maxima suorum caedes extaret, nobilium continuo sepeliri, gratiorum vero militū, corpora in profuētum projici statim edixit. Propter quam rem Schithniza situm in accola, diu eius piscibus abstinere. In Saxorum nō res campus adhuc olsibus operatus abescit: locus ex illustri clade insignis est. Multi capti, ante Amurathem postero die ex edicto obrunctati. *Bonifinius dec. l. 7.*

Crucis Turcarum de Christianis victoria.

Varia Huniadis fortuna.

At Gior Historia Musulmanae narrat, Polonum quendam Banum, siue Vaiuodam, in hostis venisse potestatem, sed dissimulasse, quis esset: distractum inde

VIII. Poloni prius

pluribus



captivi... turca... Alterius Bohemi Decollatio.

pluribus in locis, & tandem libertati, Turcis imprudē... tibus, & iturum. Bohemum denique quendam Regu...

IX. Ad alios quoque Principes Nicolai PP. Legato defiderat.

Ista volui adducere, non tam ad Turcicam crudeli... tatem, quā in victos bacchatur, ostendendam, quā ad...

X. Conciliabulo Basiliensi extinguen do laborant Pontificis & Caesar.

Momente porro per Legatos, & per litteras Nicolao... Pontifice, inprimis Fridericus Rex Romanorum, hoc...

XI. Ante omnes verò, summa ex hoc laudem, citra omnē

assentionē meruit Ludouicus Sabaudia Dux, Felicis ex... legitima olim vxore filius. Is enim concordia in Ec...

Tollendo schismati Reges, ac Principes ad laborant.

XII. Cardini Cusani regulares reformas & Crucis predicat.

XIII. Turbari ab Alfonso Italici pacare nite Nicolai Papa.

De Nicolao Cusano refert Meyerus, quod Coloniae... Traiecti, aliisque locis concionaretur, veniam peccato...

riore parte, ciues suos defendit, quā Regis miles ab... exteriori, muros inuasit. Pugnatum est diu acri conten...

XIV. Lepida quadam narratio.

AENEAS Syluius, aliquid lepidū refert, de patre Ca... rharinae, Iacobo Appiano, ex Paula nobilissima foemina...

XV. Morus & bella in Italia.

Inter hæc, cum Alfonso in Etruria bellum gereret... Veneti, ad imperium Lombardie aspirantes, arma quoque...

te Venetorum distractis, posset tantò potentius suum... ius persequi, & omnē Insubriam imperio suo adicere.

Ille precibus ad Deū supplicis, tollere curat Nicol. PP.

XVI. Prodigia hoc anno visa.

Tremuit hoc anno Romæ aliquoties. Sol etiam de... liquium passus est ad diem 29. Augusti, quæ cum vulgò...

XVII. Miraculum illiusse moris s. Barbara factum.

Eodem anno Miraculum sanè memorabile, diuinitus... claratum est in homine quodam flam-mis miserè exusto, & tamen in vita cōseruato ad-

Post mortem Domini Federici de Blankenheim, Traiecti... Ecclesia Episcopi, propter electionis distidū, duos accidit pro...

trusus, atq; fugatus. Eam ob rem Martino Papa in rebella...

Agebat vitæ suæ annam ferme septuagesimum, qui Diuina...

Vix orationem finierat, & ecce virgo adstat decora San-

Hic itaq; quamuis nihil in eo cereretur præter admirabile...

die collecta, humando eius corpori sociata sunt. Itaq; ad filia...

Percrebuit interea per ciuitatem stupendi huius miraculi...

Ne verò de miraculi adhuc veritate quis dubitaret, aut...

Hic ita peractis, cum omnium peccatorum suorum ab infan-

Hic ego Theodoricus Pauli de Gorcum, quia interfui, &

Disimile est huic, quod eadem tempestate accidisse...

XVIII. B. Barbara olim deuotus, eius ope destruitus miser obit.

Tempore, inquit, meo in Conuentu Esterensi nostri Ord-

XIX. Alius eius de B. Barbara precibus, sine sacramentis non moritur.

Fuit nouiter circa Ereclentz in partibus inferioribus Ale-

Debetur eius facti laus & honor post Deum, Nicolao...

Felix Basileensis acta probro habeat.

Decreto Lausanensium Patrum, qui Nicolao tamquam...

Nicolaus Pontifex, Amedeum, olim Felicem, in Sacrum...

Is ipse Cardinalis Legatus, in terris Legationis suæ,

Idem ille Amedeus, in Curia Romanâ, aut in Generali...

Nicolaus Pontifex, vniuersas eius prouisiones beneficiorum...

Idem ille Pontifex, Cardinales ab eo creatos, inter S. R. Ecclesiæ...

His conditionibus propositis, Amedeus, pacis, & Ecclesiasticæ...

Idem ille Pontifex, Cardinales ab eo creatos, inter S. R. Ecclesiæ...

Schismate ablato, Vniuersa Ecclesia restituitur.

II. Quibus sub conditionibus.

III. Amedeus Cardinalis sancti ita opinione claret.

ANNO CHRISTI 1449. NICOLAI PAPAÆ V. ANNO 3. FRIDERICI ROMANORVM REGIS ANNO 10.

I. Tandem misertus Deus populi Christiani, pacem, & vnitatem Ecclesiæ suæ Sponsa, hoc anno restituit.



nauit, verum etiam aliquot ab eo Cardinalibus creatis eandem dimisit, eosq; ad xiv. Kalend. Ianuarij renouauit. Eorum sunt haec nomina.

Ludouicus Alemannus Gallus, Archiepiscopus Arelatenfis, priuatus ab Eugenio IV. restitutus à Nicolao V. presbyter, Cardinalis tituli S. Cæcilie.

Ioannes Arsius de Artus, Gallus, Comes, & Archiepiscopus Tarantafensis, presbyter Cardinalis, tituli SS. Nerei, & Achillei.

Ludouicus de Varambone Gallus, Episcopus Maurianensis presbyter Card. tit. S. Anastasia.

Guilhelmus Hugonis de Stagno, Virdunensis, Gallus, V. I. D. Archidia. Metënsis, presb. Card. tit. S. Sabing.

IV. Nicolaus PP. gratias in eos, qui laborarunt pro schismate tollendo.

Præter hæc, Nicolaus, nullum genus officij prætermisit, quo se gratum Deo, & collaboratoribus demonstraret. Etenim publicas supplicationes gratis Deo reddendis, non semel instituit, & ipse pedes obuiuit: deinde populum Romanum ad edenda publicæ lætitiæ signa, vel ipsis etiam indicijs, eius, quâ ob rem feliciter gestam gælicbar, exultationis incitauit. Præterea, Cæleri, & Regibus, qui administrari tam Sancti propositi fuerant, multa desiderata indulgit: ac ne quid ad contumaciam, siue pacem, siue lætitiæ deesse videretur, quamplurima disimulauit, multo verò plura tam permittit, quàm concessit. Testis est huius magnanimitatis, & indulgentiæ Pontificiæ, bulla, quam adscribo: ex qua vult quicq; etiam crassissimi iudicij arbiter, vel in caliginolo, aut erroris, aut inuidiæ cepitans, poterit agnoscere, non defuisse Nicolao Pontifici vbera matris Romanæ Ecclesiæ, vt non nemo illud ex Psalmo decantaret, in hoc calamitoso Sedis Apostolicæ tempore: & senectus mea, in misericordiâ vberit. Vanderbachius in Amedeo, Omphrius, Platina, & Ciacomus, in Nicolao V. Infirma in notis diarijs. Aemilius in Carolo vii. Haribmannus in annalibus Exemi Heluerici. h. c. Conc. Lausanen.

Bulla Nicolai Papæ V. super approbatione actorum & gestorum quorundam Felicis in sua obedientia Papæ Nominati.

NICOLAUS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam, vt pacis, qua nihil desiderabilius in vniuersali Ecclesia amplissime diffundatur: & perduret serenitas: omnium corda, quos exagitauit, & defatigauit diuisio vnitas integra ad cuiuslibet status, & honoris prosperitatem consolidet: libenter secundum nostræ & Apostolicæ auctoritatis plenitudinem, magnitudinem, voluntatis omnia amplectimur: per quam non solum super presentibus, & futuris, sed & præteritis, vt firma, illibataq; permaneant: debita prouisionis adhibeat remedium. Cum itaq; post crebras, variâq; contentiones, quibus multis ab amnis sanctæ Dei subiacuit Ecclesiæ, causantibus diuisiombus, qua inter felicis recordationis Eugenium Papam quartum prædecessorem nostrum: & tunc Basileens. Concilium vigerunt, hoc in nostro tempore, & ex alijssimi Dei prouidentia ineffabili: interpositione, tractatibus, oratorum charissimorum in Christo filiorum, Francorum, Angliæ, & Renati Sicilia Regum: necnon Delphini Viennen. principogeniti Francorum Regis illustrius: pacem Ecclesiæ reddidit am videamus: dum percepimus venerabilem, & charissimum fratrem nostrum Amedeum, primum Cardinalem, Episcopum Sabinen. in nonnullis Pronuncijs Apostolicæ Sedis Legatum, Vicariumq; perpetuum, Felicem Papam quintum, tunc in sua obedientia nominatum, iuri, quod in Papatu asserbat se habere, ad huiusmodi pacem Ecclesiæ obtinendum cessisse: Eos verò, qui Basilea. postmodum Lausana. sub nomine generalis Concilij: hætenus congregati permanserunt: ordinasse, & publicasse: nobis tanquam vnico, ac indubitato Summo Pontifici obedientiam esse à cunctis fidelibus. Ex præfata Lausanen. dissoluisse Congregationem. Desiderantes igitur toto affectu ea perspicere: quibus Christi fideles suppressis, & extinctis dissensionibus, & differentiarum seminarijs, communi fruantur concordia cuiuslibet eorum status, honoris, reputationis, & quietis stabilitate firmatâ: quascunq; promotiones, electiones, confirmaciones, postulationes, admisiones, translationes, commendas, administrationes, & prouisiones, ad quascunq; Patriarcales, Metropolitanas, & Cathedrales Ecclesias, nec non Abbatiales

dignitates, ac monasteriorum regimina quorumcunq; exemptorum: & non exemptorum: necnon quascunq; collatione, prouisiones: & dispositiones quorumcunq; beneficiorum ecclesiasticorum: regularium: & secularium: de iure patronatus, etiâ laicorum: cui cura vel sine cura etiam in ecclesiis parochialibus fuerint: aut canonicatus, & prebendæ, dignitates maiores post Pontificales in cathedralibus, vel principales in collegiatis existant, personarumq; perpetue administrationes, vel officia: etiam curam, vel iudicia, in quibuscunq; ecclesijs: prioratus: conventuales: aut cuiuscunq; conditionis: qualitatis, vel naturæ fuerint: etiam alterius generis, quam expressa parit, vel maioris: etiam si ex quacumq; causa tunc dispositioni apostolica specialiter, vel generaliter referuata fuerint litigiosa: aut alias affecta, vel ad sedem Apostolicam quomodolibet deuoluta vim quorum, seu prætactu collationum, prouisionum, reservationum, aut aliarum dispositionum huiusmodi, seu alicuius præmissorum, aliâ quam ex titulo prouisionis factarum præmissarum occasione, diuisionum ipsarum ecclesiarum, beneficiorum, dignitatum, officiorum, personarum, administrationum, ac canonicatum, & prebendarum habitæ, seu adeptæ sit possessio, & possidentur de presenti, admisiones etiam reservationum quorumcunq; beneficiorum, dignitatum, Ecclesiarum simpliciter, vel ex causa permutationis factarum, auctoritatum, & institutionum, personarum quorumcunq; super quorumcunq; beneficiorum ecclesiasticorum fructibus, reservationibus, & assignationibus cum processibus, & fulminationibus inde secutis, necnon vniones, annexiones, incorporaciones quorumcunq; dignitatum, & beneficiorum ecclesiasticorum secularium, & regularium, quibuscunq; patriarchalibus, archiepiscopalibus, abbatibus, vel capitularibus mensis, aut monasterijs, conuentibus, dignitatibus, canonicatibus, & prebendis, vel beneficijs, seu ad inuicem sub quibusvis verborum formis dimendib; rines, etiam ecclesiasticarum, & beneficiorum quorumcunq; Ecclesiarum quoque monasteriorum, studiorumque generalium fundaciones, erectiones, suppressiones, & subiectiones, & quæcumq; beneficiorum creationes, exemptiones, immutationes palij: dationes, consecrationes, benedictiones personarum de ordine ad ordinem translationes, infundaciones, institutiones, contractuum confirmaciones, facultatis testandi concessiones, absoluciones, liberationes, quitantias, super quibuscunq; debitis ratione decimarum, semidecimarum, indulgentiarum, annatarum, communium, & minorum seruitiorum, vel aliâ quomodolibet dispensaciones, tam super etatis quam natali, & aliarum inhabilitatum defectibus super incompatilibus, in quocunq; numero, etiam si ad curas parochiales, matrimonijs, iuramento, ordinibus, & voto etiam transmarino, & rebus alijs quibuscunq; necnon absoluciones à quibuscunq; excommunicationum, anatematizationum, & alijs censuris ecclesiasticis interdictionum, tam generalium, quam specialium relaxationes, ac etiam illarum fulminationes, & appositiones iuramentorum, etiam fidelitatum relaxationes, & rehabilitationes ab omni maculâ irregularitatis, aut alia inhabilitate vnde cunq; processerit, restitutione etiam ad famam, & honores gratiarum indultorum, indulgentiarum, & priuilegiorum, & quascunq; alias concessiones, ac omnia, & singula tam iustitiam, quam gratiam concernentia, siue in foro conscientie, aut contentioso in personis, aut locis, qua tempore concessionum, & aliorum præmissorum obediuerunt præfato venerabili, ac charissimo fratri nostro Amedeo Cardinali, Episcopo Legato, & Vicario supraddicto, tunc Felici Papæ quinto nominato: ac congregatis antedictis: seu eorum alteri: tam per ipsum tunc Basileen. Concilium, & Amedeum in sua obedientia Felicem quintum nuncupatum: quam illos, qui in Basileen. & Lausanen. Cuius actibus, sub nomine generalis Concilij congregati remanserunt: aut alium, seu alios sua, aut alterius eorum auctoritate, & de latere Legatos delegatos, siue alios quoscunq; ab eis, vel eorum altero potestate habentem, conuenit, vel diuisim qualitercunq; facta gesta, concessa, data, imdulta, disposita, & ordinata, etiam si maiora, & grauiora, aut alterius cuiuscunq; naturæ à præmissis existant, & speciale requirant expressionem, qua volumus, & decernimus pro expressis specificè haberi cum omnibus, & singulis inde secutis, ac etiam omnia, & singula per ordinarios in dictis locis facta, pro bono pacis, & vnionis

Ecclesiæ motu proprio, ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine de consilio, & assensu venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, presentium & firma haberi volumus: nec non potiori pro cautela de personis Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, & Abbatum quibuscunq; Ecclesijs, & monasterijs, quarum, & quorum affectu sunt possessiones, & possident de presenti, nec non de dignitatibus, prioratibus, personarum, administrationibus, officijs, canonicatibus, & prebendis, commendis, & beneficijs quibuscunq; etiam Sedi Apostolicæ, specialiter vel generaliter referuatis, deuolutis, vel quomodolibet affectis eorum possessionibus quibuslibet de nouo prouidemus, ac ipsorum omnium fructibus, redditibus, & proventus, nec non emolumentum singula in quibuscunq; & vbiq; etiam extra diocesim, in quibus Ecclesiæ, monasterium, prioratus, dignitas, seu beneficium huiusmodi fuerit consistens, ad eorum possessores spectare, & pertinere. Et quod ipsi in suarum Ecclesiarum monasteriorum, prioratuum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice remaneant, & quieti: decernimus, & declaramus, gratis, & absque solutione communium, vel minorum seruitiorum, annatarum, dignitatum, & beneficiorum prout eorum singulos concernit possessionibus, pro huiusmodi bono pacis, & vnionis pacifice rem

libet auctoritate Apostolica damus, atq. concedimus facultatem, reiectis in praemis omnibus & singulis cautelis, & appellationibus quibuscumq. in praedictum praemissorum interpositis, seu interponendis, quas tanquam frivolas, & inanes cum inde secutus & securus, & extunc prout extunc, & extunc prout extunc cassamus: irritamus, annullamus, & pro infectis haberi volumus: Vicecancellario, & quibusvis alijs officialibus nostris expressè imbibentes, ne ad cuiusvis instantiam super causis praesentiarum appellationum huiusmodi, aut alijs via simplicis quarelae, seu restitutionis in integrum, aliquam commisionem signorie, seu rescriptam etiam extra Romanam Curiam concedere: nec Auditores causarum Palatii nostri, seu ordinarij loci, aut quicumq. alij commisiones, seu rescripta huiusmodi recipere seu causas desuper motas, & movendas audire praesumant, seu attentent. Adijcimus, quod si villo vngnam tempore appareret de alia concessione, seu declaratione per nos, aut nostras, seu dicti praedicti litteras quascumq. clausulas etiam derogatorias generales, vel speciales sub quacumq. verborum forma in se continentis: licet in illis dicatur non obstantibus clausulis dicentibus, quod illa non derogetur: nisi de eis specialiter in eis sit, aut quod de verbo ad verbum, & cum toto tenore illarum inseri debeat facta, seu fienda, per quam dictos possessores, seu eorum aliquem in huiusmodi suorum beneficiorum possessionem: seu alias turbari, vexari: molestari, seu inquietari, aut contra huiusmodi nostras concessiones: provisiones, & alia per nos approbata fieri, atque contraveniri possent, etiam si motu proprio ex certa scientia, sine de plenitudine potestatis, & de ipsorum venerabilium fratrum nostrorum Cardinalium consilio, & assensu, emanarent, seu emanassent tales declarationes, aut concessiones pro bono pacis, & unionis Ecclesiae nullatenus effectum sortiri: sed pro infectis extunc: prout extunc haberi volumus. Verum si in obedientia praedictorum, tunc nuncupati Felices, & illorum qui Basilea, & Lausan. sub nomine Generalis Concilij tunc permanserunt duo, vel plures super vno, vel pluribus beneficijs litigarent, possessio non possident non afferat praedictum: sed cuiuslibet us suum semper saluum conservetur: etiam vnicuique, maneat us, quod ante huiusmodi divisionem sibi quaesivum erat. Et si fuerint aliquae Ecclesiae seu beneficia quarum, seu quorum caput in vna obedientia, & membra in altera existant, membra reducantur ad caput. Salvo tamen, quod membrum obtinens in illius remaneat possessio, si vna eadem competebat ante huiusmodi divisionem. Et iterum quia difficile foret praesentes litteras ad singula, in quibus eis forsitan fides facienda fuerit, loca deferre, dicta auctoritate Apostolica decernimus, quod illarum transumptio manu publica, & sigillo alicuius Episcopi, aut illius Vicarij, seu Curiae, aut superioris Ecclesiastici signato, & munito: perinde ac si originale littere huiusmodi exhiberentur fides plenaria adhibeatur, & stetur. Mandantes nihilominus litteras in simili forma pro quibuscumq. particularibus personis eas petentibus, & habere voluntibus illorum nominibus, & cognominibus specificè expressis, cum designatione Ecclesiae, dignitatis: beneficij, seu beneficiorum, aliarumq. concessionum superius designatarum in Cancellaria nostra, & alibi gratis & sine solutione alicuius taxe saluo moderato salatio scriptorum expediri: & irritum decernimus, & inane, si secus super his ad quoquam quantum auctoritatis scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae approbationis: ratificationis, confirmationis, provisionis, decreti, voluntatis, impositionis, cassationis, remissionis, relaxationis, donationis, abolitionis, liberationis, inhibitionis, impositionis, irritationis, annulationis, declarationis, denunciationis, aduocationis, extinctionis, voluntatis, mandati, dationis, concessionis, adiectiois, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hac attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Spoleti, anno incarnationis Dominicae, millesimo quadringentesimo quadragesimo nono, xiv. Kalen. iulij Pontificatus nostri. Anno tertio. P. de noxeto: Azaucellus de Curia, registrat in Camera Apostolica: Cosilij.

VI. Privato

Sublato vniuersali Ecclesiae dissidio, Nicolaus, ad priuata quaedam alicubi Christianorum schismata antipriua adiecit. In Regno Castellae, Henrico infante, ad

uerfus Ioannem patrem Regem cum conitratu qui busdam non modo sentiente, sed etiam arma mouente, ad octauum Idus Iunij, plebiscitum factum erat, quo Iudaeorum ex gente prognati, honoribus, muneribusque publicis arcebantur. Nominatim expressum fuit, ne Tabelliones essent, neque actores causarum, iuxta Alfonso Sapientis legem; qua datum Toletanis asfirmabant, ne in ea vrbe, aut agro, cuiquam ex eis gente, aut munus publicum, aut Sacerdotium esset. Perturbate omnia gerebantur, neq. inter arma, vimq. quid legibus, aut more sanctum esset, considerare licebat. Impotens tantum dominatus, atroces iniurie. Decanus Toletanus, cuius neque nomen, neque genus prodere necesse habet Mariana, fretus opibus, atque eruditione, fretus Romanam gratiam (nam Magister Pontificiorum diplomatum Romae fuit, procedente tempore, Cauriensis Episcopus creatus est, (vt nonnulli tradunt ad maioriibus accepisse) vrbe egressus, atque ad Sanctae Eulaliae oppidum subsistens, id edictum, temeritatis, atque impietatis, de scripto acufauit, maiori animo, quam successu. Septem theses disputandas obtulit; inque eam sententiam, longiorem disputationem, ad Barrientum Conchensem Episcopum, dedit. In ea praeter caetera, nobilissimas Hispaniae familias, cum ipsius propinquis, alijsque ex eadem natione sanguinem miscuisse, designatis etiam singulorum nominibus, notauit: verò, an similitudò, quò causam meliorem faceret: non arbitror curiosius indagandum. Neq. in eo restitit commotus hominis animus, quin Nicolaus Pontifice Maximo auctor extitit (sic arbitror) eius diplomatia, quo Toletani edicti capita omnia reprobantur. Eius diplomatia exemplum, si hoc loco subijceretur, operæ pretium me facturum existimaui. Ita habet.

Humani generis inimicus, illicid, quò verbum Dei cadere in bonam terram conspexit, operam dedit seminare x. x. aniam, vt concubato semine, nullum fructum produceret, prout vas electionis Paulus Apostolus, praecipuus huius x. x. ania extirpator referit: quod initio inter conuersos ad Fidem, differentia antelationis orta est, Iudeis, cum Gentibus de pralatione certantibus, alijs alter in Dei Ecclesia sistrum inducere cupientibus, cum alijs Cepha, alijs Apollo esse certarent. Redemptor noster hac praedens, ab initio nascentis Ecclesiae ordinat, qui huiusmodi x. x. aniam extirparet, humanaq. imbecillitate peccantibus, aut lapsis occurreret: prout ipse Apostolus ad Romanos scribens omne huius antelationis dissidium, diuini verbi euertit; atq. Petrus Apostolorum Princeps in singulis diocesibus ordinatis Episcopis, vniuersam schismatum occasionem submouit. Nos nostri Redemptoris exemplo, cum vice, ad huiusmodi potestatem tollenda disidia, locum, licet immeriti tenemus in terris, praefatorum exemplis edocti, omni vigili cura compellimur, operam dare, vt his, qua inter fideles possent diuisionem parere, nostri Pontificalis officij auctoritate occurramus; vt inter fideles charitas, amor, ac vnitus vigeat. nihil enim est, quod tam inter fideles conueniat, quam quod in omnibus sit velle vnum, inquitente Apostolo. Sicut enim corpus vnum est, & membra multa, habet omnia autem membra corporis, cum sint multa, vnum corpus sunt; ita & Christus. Etenim in vno Spiritu, omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, sicut vocati estis in vnam spem vocationis vestrae: vnum Deus, vna fides, vnum baptisma, vnum Deus, & Pater omnium. Percipimus quosdam nouos seminat oves x. x. ania. Affert autem huius vnitatis, & pacis nostra fidei salutare fundamentum corrumpere, ac quod per vas electionis Apostolum Paulum extirpatum fuerat, dissidium in diuersis partibus, maxime in Regno Iberisimo filio Dei nostro Ioanni Castella, & Legionis Regi illustri subiectis, reuolare, ausu temerario asserere, quod qui, aut ex Gentilitate, aut ex Iudaismo, aut ex alio quouis errore, Christiana fidei agnouerunt, & baptizati sunt; & quod grauis est, eorum filios, propter nouam assumptionem fidei, non debere ad honores, dignitates, officia, tabellionatus, ad testimonium in Christianorum causis perhibendum admitti, eos verò, & factò contumeliosos afficientes. Quae cum à beatorum

Bulla eiusdem pro recenter conuersis ad fidem non esse excludendos, & gradibus dignitatibus, &c.

rundantur iohanna ra talle: procurat iacm Nicol. Pr.

nostris institutis aliena sint, eodem Apostolo Paulo testante, cum dicit: Gloria, & honor, & pax omni operanti bonum, Iudeo, & Graeco. Non est acceptio personarum apud Deum: & Omnia, qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distinctio Iudaei, & Graeci. Nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocat illum. Et alibi: In CHRISTO IESU, nec circumcisio aliquid valet, nec praepitium, sed Fides, qua per charitatem operatur. Hos vt ad veritate Catholicae fidei aberrantes, ad viam veritatis deduceres, ac quatenus in praemis excesserint, animaduertere cupientes; cum non tantum praemis diuini auctoritatibus contradicant, sed & illustrium Principum quorundam Alfonso Sapientis cognominati, & Henrici, & charissimi filij nostri Ioannis modernum Castella, & Legionis Regum, pro fidei augmento, perpetuis sanctionibus, authenticis litteris, eorum sigillis munitis, grauius panis val-latis, per nos visis, & maturè discussis; quibus sanxerunt, vt inter nouiter ad Fidem conuersos, maxime de Israelitico populo, & antiquos Christianos, nulla in honoribus, dignitatibus, officijs, tam Ecclesiasticis, quam secularibus suscipiendis, & habendis, nulla discretio fieret: atque affertantes, vt quicq. quarecta sunt, sapiat; & qui contra Christianae legis normam, nisi feminare, & proximos scandalizare, qua vnitatis, & pacis contraria sunt praesumere debitis penus affecti, eorum errores agnoscant; praefatorum Principum ordinationes, & decreta, vt iuri, & sacris canonibus conformia super his edita, ex nostro proprio motu, & certè scientia approbamus, & confirmamus; & Apostolica auctoritate munimine roboramus; & omnibus, & singulis; cuiuscumque status, gradus, aut conditionis fuerint, Ecclesiasticis, vel secularibus, sub excommunicationis panà mandamus, vt omnes, & singulos ad Christianam Fidem conuersos, aut in futurum conuertendos, seu ex Gentilitate, vel Iudaismo, aut ex quouis secta venerint, aut venire contigerint, ac eorum posteros, tam Ecclesiasticos, quam seculares, Catholicos, & secundum quod Christianos decet, viuunt, ad omnes dignitates, honores, officia, tabellionatus, testium dispositiones, & ad omnia alia, ad qua alij Christiani quantumcumque antiqui, admitti solent, admittant: nec propter Fidei nouam receptionem, inter eos, & alios Christianos, discretionem faciant; nec verbis, aut factò, contumeliosos afficiant, nec affici permittant; sed omni eorum possibilitate contradicant, & opponant; & eos omni charitate prosequantur; & proficiantur, sine personarum acceptione, omnes Catholicos, vnum esse corpus in CHRISTO, secundum fidei nostrae doctrinam: quos omnes tales esse, & pro talibus ab omnibus haberi, harum serie decernimus, & declaramus. Verum si qui ex his post baptismum reperiuntur, Christianorum Fidem non sapere, aut Gentilium, vel Iudeorum errores sectari, vel dolo, aut ignorantia, Christiana fidei non seruare praecipua, quibus casibus in Toletani Concilio, & maxime Cap. constituit, & alibi, contra huiusmodi a fide apostatae, non pariter cum alijs bonis Fidelibus, ad huiusmodi honores admittendos decreta sunt, locum sibi vindicant: prout priuati Reges rectè sacros canones intelligentes, in praemis eorum constitutionibus, quaedam eorum Regnorum leges interpretati sunt, aut alijs minus qua Christiano conueniat agere, aut sapere. Qui de hoc scandalizatus fuerit, adeat competentem inducens, & quod iustum est, fieri publicè auctoritate, iuris seruato ordine studeat. Nec quisquam propria auctoritate, aut ordine iuris non seruato, contra diuinam, humanamque legum doctrinam, aliquid in eos, aut eorum aliquem audeat attentare; & qua sequuntur. Datum Fabriani Cameracensis diocesis, anno incarnationis Dominicae, millesimo, quadringentesimo, quadragesimo nono. Kalend. Octobris, Pontificatus nostri, anno tertio.

VII. Dissidia Italiae extirpare, idem Nicolaus PP. prosequitur.

Hac Nicolaus Pontifex fanciebat, apud Marianam de rebus Hispan. lib. 22. c. 8. Non minore studio idem Pontifex incubuit, ad dissidia Italiae Principum tollenda. Etiam in hunc annum, de principatu Mediolanensi certabant, Sfortia, Veneti, & Socii. Franciscus Sfortia profligato apud Caruagiū Veneto exercitu, cursum victoriam secutus, Brixiam vrbe obliuione cinxit. Hac verò calamitate permoti

Veneti, de se actum existimabant, nisi pacem cum illo componerent. Ergo vltro, citroq. missis legationibus, in hac sedes percussere; vt Sfortia, & Veneti, Mediolanensium hostes essent, darentur Veneti quatuor millia equitum, bis mille peditum, donec Mediolanum subigeretur, mitterentq. ad id, quot menibus ipsi Ducis tredecim aurorum nummum millia: estq. in foedere expressum, vt quicquid citra Abdum Philippum tenuisset, Veneti haberent: ille Mediolanum cum caetero principatu. Post id foedus ictum, restituitis omnibus captiuis Sfortia, Abdumque superato, Mediolanensibus bellum intulit, ac non tantum Laudam; verum & reliquas inter Ticinum, & Abdum ciuitates recepit. Interè Ludouicus Sabaudiae Dux, Nonariensis fines inuasit, & ex foedere auxilia Mediolanensibus milit. Mediolanenses etiam quadraginta armatorum millia contra Sfortiam emiserunt; Alfonso item Rex, promulgato edicto, negotiatores Venetos toto Regno Neapolitano eici imperauit, bonaque eorum fisco Regio ad-dixit. Hinc Veneti, maritimè contra Alfonso decreuere bellum. Hinc terrarum, marique omnia in Italia perturbata: maxime quando Veneti, longè aliter euenire Francisco Sfortiae cernentes, quam arbitrati fuerant, rupto cum illo foedere, reuocatisque militibus suis, eodum cum Mediolanensibus iniuissent, Sfortie potentiam reformidantes, si Mediolano potirentur. Hinc necessitas Nicolao Pontifici iniecta, Legatos Venetas mittendi, de pace componenda. Conuenienter ed, & Florentinorum, & Mediolanensium, & Sfortiae, & Allobrogum Oratores, iactataque est Mediolanensium, & hostis causa. Caeterum, vbi res ad vim, & arma spectare vilia est, Florentini publico nomine testati sunt, se Sfortiae nunquam aduersaturos. Veneti, Sigifundum Malatestam copiarum ducè, Mediolanensium causa auctorauerunt. Alfonso Rex, qui Mediolanum sibi haereditario iure deberi dicebat, etiam ob eam rem, Ludouicum Gonzagam mercede conduxerat, & in Bononicum agrum miserat, quo suis tutius in Cisalpinam transire liceret. Franciscus Sfortia, simulata cum Venetis beneuolentià, priuatè magis Cofini Medices, quam publicè Florentini populi pecunià adiutus, post multas acceptas, illataque clades post longam, & grauem oppugnationem, post defectionem, & transactionem militum ad hostes, radem mediè ferè hyme Mediolano potitus est. Quare Veneti longè aliter euenisse cernentes, quam putarant, cum Alfonso Rege, qui Sfortiam, inimico, & hostili animo persequeretur, transegerunt, coedufq. inierunt, vt homo dominandi cupidus priusquam inuale-sceret, ducatu Mediolanensi perelleret. Inuitarunt & Florentinos ad eam rem: atque his reculantibus Sfortiae aduersari, mercatores eorum, Urbibus Venetis eiecerunt, idemq. vt Alfonso faceret, etiam imperarunt. Inter hos turbines Nicolaus Pontifex, totam Italiam ad arma concitari conspiciens, auctoritatem suam sepius interposuit, quò pax componeretur: vt sequenti anno liberè omnibus ex toto Orbe Christiano, Romam, ad celebritatem Iubilei venire liceret. Instabat enim annus seculi Quingagesimus, quo ex more re. epto Iubileum Romae celebrandum indixerat, ingentibusq. propolitis indulgentiis, ad visitanda Apostolorum limina, omnes inuitauerat. Tanta ad extremum fuit Pontificis auctoritas, & gratia, vt animos Principum ad bellum iam concitatos, aliquandiu represserit. Platina in Nicolao V. Sabellius Ennead. 10. lib. 5. A. Eneas Syluius memorat, quid Franciscum Sfortiam ad obtinendum Mediolanum iuuerit, simulque denarrat, quomodo Principatum, tam amplum, tamque opulentum sibi, & genti suae quaesierit. Operæ pretium fuerit ea addere, vel ad gloriam nobilissimae eius familiae, qua complures heros Reip. Christianae dedit, bono etià publico Ecclesiae; vel ad documentum eorum, quicquid pub. perpetuò constabilitatem esse desiderant.

VIII.

Mediolanensis Respubl. medio isto tempore, ex nobilitate in plebe defluerat, lectiq. viri duodecim, qui



Quomodo Sfortia Dominatum pepererit sibi, & sua familia.

vrbi de more praesentem, ex face populari ignobiles, atque ignavi Magistratum gerebant. Hi cum nobilitatem, quam multis modis offenderant, suspectam haberent, nec cum Francisco Sfortia sentiret, suadente Carolo Gonzaga, qui paulo antea Mediolanensibus deficiens, ad Sfortiam venerat, iterumque ad Mediolanenses relicto Sfortia redierat, quique eam viam ad principatum vrbis arripendum, commodissimam existimauerat, septem primarios ciues, genere nobiles & opibus abundantes raptim interceptos per noctem obtuncauerunt, ac deinde in foro plebi spectaculum obiecerunt. Inter hos Iacobinus Bosius egregius adolescens placidus mortibus, literis eruditus, & Sylai amicicia iunctus, prorsus innocens, supinus, truncusque iacuit. Nec diu post Ioanem Caynum, venerabilem senem, & filium eius Franciscum egregia forma iuuenem, non alio crimine reos, nisi quod Illustrissima Blancae Mariae Sfortiae coniugi sanguine iuncti erant, crudelibus affectis cruciatus necauerunt. Exinde Georgius Lampugnanius, primarius iuris interpres, sub specie Legationis, tamquam ad Fridericum Caesarem mitteretur, Modociae captus, atque in castris eius est, magnus libertatis assertor, & qui testamentum olim Philippi (populari fauente regimini) lanxisset. Nec Theodoro Bosio, admodum in ciuitate gratioso, pepererunt: quem cum diu in vinculis tenuissent, tandem interemerunt. Galeothus quoque Tuscanus, & ipse natu nobilis, atque opulentus ciuis, interitus occubuit. Quibus ex rebus, cum iam nulla libertatis forma relicta esset, & duo decim viri ausu tyrannico vrbem cedibus, ac rapinis se darent, successorumque creandorum Comitum prohibentes, inuito populo sibi ipsi imperium prorogarent, commota denique, atque incensa ciuitas, correptis armis, nouo Magistratu ex nobilitate creato, tyrannos e Republica eiecit, in carcerem coniecit. At cum neque hoc quidem modo respirare posset populus, (nam perditus omnibus, excepta ciuitate Comensi, ac Parmensi, quae in officio ad vltimum perstitit, Sfortia, dura obidione ciuitate premebat) iterum plebs incensa nobilitatem e palatio pepulit, tyrannos, deemptis vinculis, tamquam libertatis amatores, & optime de Republica meritos, in priorem locum restituit. Illi ad priores artes reuersi, cum Satellites magno numero sibi assumpsissent, multaque suadente Carolo, spolia perpetrarent, nobilitatemque prorsus opprimerent, non tamen ei viam ad inuadendum principatum permisere. Quod cum ipse animaduertisset, & iam sibi periculosam apud Mediolanenses moram intellexisset, per interuencios Sfortiae reconciliatus, ac magnis allectus praemiis, Laudem illi prodidit, tertioque iam fide fallens, non sine magno Mediolanensium damno, ac plebis consternatione, ad eum transfuit. Non tamen defuit tyrannus animus, quin postulatam vndique subsidiis, Sfortiae iugum iam propere ceruicibus imminens, excutere conarentur. Et cum alios frustra rogassent, Venetos tandem, ne se dereliquerent, peruerunt. Nam neque illis ex usu videbatur, Sfortiam aetate florentem, rei bellicae peritissimum, cuius iam vires, atque arma non sine graui iactura sensissent, eo imperio potiri, quod suo par tandem videretur. Percusserunt igitur sedus Veneticum Mediolanensibus, legesque, quos tota citerior Gallia sequi deberet, praescripserunt; mandantes Sfortiae, ut certis contentus vrbibus, ac terminis, Mediolanenses in pace dimitteret. Ille haud ignarus, se breui periturum, vbi Venetis paruisset, imperium eorum contempnit; & quamuis desertus ab omnibus videretur, (na soli Florentini & hi quidem paruo opere ferebant) in obidione tam e seuerare decreuit. Iam mortuo Fracinceto Picinino, frater eius Iacobus cum Bracchianis ad Venetos transierat: iam Leonardus Venerius a Senatu Veneto missus, Mediolanum ingressus, auxilia, & comitatus magnam copiam, quibus ciuitas indigebat, propediem affore pollicebatur. Erat, & in exercitu, & in ciuitate, summa omnium rerum indigentia; ita vt dubium videri posset, an obsidens Sfortia, an obsessus dici

Tyrannorum imperia diu non durant.

deberet. Vix ei bis mille equi supererant, qui ferre se forem possent: & milites stipendio fraudati, pro cibis, sese armis exuerant; neque tum Sfortiae argentum erat, quo stipendium daret emeritum. Sed inter spem, metumque dubius, obidione de die in diem, verba pro factis ostentans, producebat. In ciuitate vero, cum iam frumentum omne absumptum esset, nec aliud edulii generis restaret; & iam canes, equi, caeteraque id generis animalia manderentur, nec ferre amplius famem multitudo posset; collecti in vnum apud portam Vercellinam, correptis armis in forum prorumpunt; obuiumque Leonardum Venetorum Legatum, gladiis confodiunt, ac discerpunt; exinde palatium fulis tyrannorum satellitibus aggrediuntur; quo sine resistentiâ occupato quos inuenerunt tyrannos, in vincula coniecerunt. Exinde missis ad Franciscum Sfortiam Legatis, principatum ei ciuitatis obtulerunt: clarissimo tyrannis exemplo, illorum imperia fauora, non posse diu perdurare. Syluius de statu Europa. cap. 46.

Clementiam & benignitatem, vnicas esse matres, & artes quaerendi, seruandique imperii, vel vnus Valera Concha vrbis Procurator, hoc anno, Ioanni Castella Regi, ad vindicias properanti: docto, elegantique epistolio, a plurimis exemplis demonstrauit, & ad exemplum, omnibus rerum publicarum Praesidibus, aut curatoribus reliquit; ne praesertim in domestico dissidio, affectu seueriore, se, & suos perdant. Ita is scribebat, quoad Rex sibi in animo esse explicasset, cum filio qui dem Henrico, qui coniuratis adhaeserat, pacem conciliare: proceribus autem pro cuiusque merito praemia, poenamue tribuere; ac omnia oppida, quae de coniuratis erant capta, aliis donare: nec aliud, quam quod supremum ius dicitur, fontibus, ac in fontibus praestare. Scripsit ergo Regi, vindicias paranti.

Da pacem Domine in diebus nostris. Quanta in Republica mala, domestica disidia inuenerint, quid explicem? cum nostra calamitates indicio sint, post hominum memoriam grauisima Vasta omnia, in cuncta, oppressa, deserta, miserabilem Hispaniam facit tertio ruitura, nisi mature succurratur. Liber cum antiquis Vastibus, patria squalorem, lacum, exitum deplorare. Sed in publicis tamen calamitatibus lamentari modo, neg, aliud praeter lacrymas remedium adhibere, vanum arbitror; eares ad scribendum impulit. In tua prudentia, spes nostra secundum Deum sit a sunt. Si minus nostra, tui certe imperij calamitas moueat. Si quid erit offensum, commune omnium damnum erit; tu vnus ignominia peccabitur. Fama, atque fortuna hominum, pares sunt: atque hac conditione regnatur. Prospera, ad omnes pertinent; aduersa, vni Principi imputantur. Duabus rebus, communes res continentur; praemia, & poena, seueritate, & clementia; vbi vnus docet, & magni viri testantur. Est scilicet vtriusque rei modus, sicut reliquarum, & quadam in vtroque genere mediocritas. Sed non tantum de re, propositum est hoc loco disputare. Exempla tuum vetera, tum recentia in vramque partem afferre, quid iuuat? Multos clementia euexit, seueritas paucos, nullum fortasse. Alexandrum, Caesarem, Salomonem, Roboanum, Nerones intruere. Quae asperitas, rigorque, necessarius fortasse; importune tamen susceptus exulcerant; lenitate sananda sunt; diuersaque via insidendum: quatuorque, omnino praestanda; sic mea sententia est, vti iam tam felix, quam pia. Filius conciliandus, exules reuocandi, liberandi, vincendi: atque obliuio iniuriarum sananda. At facilius contempnum pariet. Verum: si in imperio contempneretur quisquam, nisi, qui se ipse contempnit. Non sine periculo aueritatem suam Princeps, subditorum sanguine sanciet. At impunitas confirmabit audaciam; legibus, improbitas, atque infidelitas vindicari mandatur. Esto: sed Regum propria laus, clementia est; & omne magnum exemplum habeat aliquid necesse est, quod reprehendi possit. Si quid certe in leges peccatum erit, salute publica compensabitur. Ad vota in extrema tabula confugio, Deumque precor, vt a nostris ex sincero animo profecta oratione, temeritatis suspicio ab mentem suam, tantis rebus diiudicandis, lux maior, atque celestis illustrer, doceatque, quod opus sit factu. Ea litterae, Regi, & bono cuique extiterit gratissima: quibus lectis, Placencia Comes, Valera in familiam ascito, filium maiorem

IX. Clementia benignitateque seruatur imperia.

instituta

X. Archiep. Ioan. V. P. salensis sedare procurat in Suecia Regno.

instituentum tradidit, hominis ingenio delectatus, & dicendi libertatem admirans. Marian. lib. 22. c. 6. Parem diligentiam attribuit Ioannes Benedicti de Salestada, Archiepiscopus Vpvalensis, in sedanda seditione, exorta publice Regem inter, ac nobilitatem. Electus is hoc anno, & a Pontifice Nicolao, ad quem se Romam ea de re contulerat, confirmatus; necnon a liberalitate eiusdem, omnia feliciter assecutus, vbi in Sueciam reuertit, reperit Carolum Regem, ad tyrannidem propendere. Inprimis enim ille priuatis cupiditatibus indulgens, quamquam Archiepiscopus illa ab vtroque parente, gradu consanguinitatis attingebat, patre, ac patruum, auumque; & alios Archiepiscopi, in suos consanguineos indignis iniuriis afficeret non erubuit. Tulisset hanc vim magna patientia modestissimus Porifex, & ex animo prorsus eiecisset, nisi Rex inchoata temeritate grauioribus facinoribus in Christianam Ecclesiam, & Clerum accumulasset, simulque leges & libertates Regni, magna ex parte violasset: ita vt & nobilitati, & toti plebei communitati, intolerabilis esset. Itaque Archiepiscopus suo officio satisfacturus, multa sollicitudine curauit monere ipsum Regem, vt Regnum, ac populum, cui gratia electione, & non hereditaria successione praesidebat, in sua libertate conseruaret, & ex praescriptis legibus administraret: sui iuramentum Regij rationem haberet, simulque perperenderet, populum subiectum semper liberum, nunquam seruilis conditionis exitisse: nec Regij honoris esse, liberam patriam odiosam seruitutem inducere. Hac paternam exhortatione cum nihil proficeret, nobilisque, ac plebeae conditionis homines, quotidie magis, ac magis insolentibus, nouis, atque importabilibus oneribus praeter ius, & fas a Rege onerarentur, tunc demum ab ipsa nobilitate, & plebe oppressa, sollicitis, importunisque precibus rogatus, arma in communem totius patriae oppressorae, mouere coactus est. Eius potentiam sustinere necquidquam potens Carolus, in Prusiam traiecit, ibique totis septem annis delituit, vel sero doctus, nequaquam sibi fuisse opportunum, aut cum subditis oppressis disidere, aut reuera monentem Archiepiscopus Pacarium non audire. Pessimorum praefectorum temeritate, & auaritia, periculum sibi ab odio populari conficiuit. Habebat enim praefectos ad omnem nequitiam audacissimos, & ad omnem virtutem, reque praclaras imbellissimos. Hi tam auare, & tam atrociter subiectum populum opprimebant, vt coactus fuerit, fidelissimam subiectionem, pertinaci rebellionem commutare. Erant in legibus patriae taliter eruditi, vt magis iuris, quam iustitiae consulti haberentur. Nullus erat patrii iuris titulus, quem non cogerent suae auaritiae inferuire. Omnia verba legis ita interpretabantur, vt nihil prorsus ad intentionem legislatoris accedere videretur. Summum ius, summam aequitatem esse dicebant: Seueritas voluit, iustitia videri: ita, vt consuetissimum tyrannorum mos est, omnibus nefandis sceleribus, nomina summarum virtutum imponebant, dicentes, se omnia ob publicam totius patriae salutem facere, cum tamen totam patriam defolare, & funditus euertere contenderent. Itaque ad eum modum subditos habuerunt, vt iam nihil praeter sanguinem, residui quicquam eis fecissent. Fuit sane Carolus diuinae praedicatione ad Regnum Sueciae euectus. A liqua Sanctione in arcto poenitentiae loco inclusa, illi aliquando priuato, de futuro Rege, & Regnorum statu consulenti responderat, eum omnino futurum Regem, quamuis non pauci pro Christophoro competitore assumendo laborarent; qui etiam ad paruam tempus praualerent, darentque occasionem diuino furori, qui solent Sueonum, & Gotthorum Regna, ob assumptionem extraneorum Regum, vehementer affligere, & punire; quemadmodum confestim post coronatum Christophorum euenerat. Vbi que enim, tam apud Gothos, quam apud Sueones, grauisima peste, & fame laboratum est. Sunt etiam, qui scripto prodiderunt, infanculum quendam in monasterio Vastensium, dixisse matri suae; se videre coronam auream in capite Caroli Canuti, adhuc

Gubernatoris. Quamquam ergo certissima Dei designatione in Regnum euectus fuisset, Roboanum tamen imitatus, in ea se pericula coniecit; & in solius Casimiri Regis Poloniae, ad quem confugerat, protectione tutus vixit. Ioannes Magnus Metropolit. Vpval. lib. 5. & hist. Sueonum, lib. 23. Habebat hoc anno Rex Casimirus Procerum Comitum Petricouiae: in quibus inges dissidium Ecclesiasticorum, insigni patriam charitatis exemplo sublatum est. De prerogatiua loci, & sententiae dicendae controuersia exorta fuerat, propter Sbigneum Cracouiensem Episcopum, cui ab Eugenio Pontifice, & a Felice Amedeo, prius Cardinali presb. designato, Nicolaus Papa paulo ante insignia eius honoris miserat. Nam illo in Senatum veniente, Vuladislauus Archiepiscopus Gnesnensis, ne principem locum amitteret, cum omnibus maiorum Polonorum Proceribus, qui & ipsi prerogatiuam illam, ad minorem Poloniam a se transferri nolebant, discessit. Volunt enim Cardinalem etiam Presbyterum, & Diaconum, maiorem esse dignatione, quam Episcopum, & Archiepiscopum, atque etiam Patriarcham. Rex nihilominus cum his, qui remanserant, Senatum habuit, & causam illam cum Vuladislauo in aliud tempus reiecit. Expostulauerunt grauius cum Rege maiores Poloni, de Senatu se absentibus habito; & vt Archiepiscopus principem locum in Senatu retineret, contenderunt. Sad negauit Rex, id sibi in manu esse; quandoquidem sic visum sit Summo Pontifici: auctoritati illius stare oportere. Ad extremum, ne quo impedimento illa controuersia esset Reipublice, exoratus Sbigneus Cardinalis Petricouiae discessit, Archiepiscopo quoque discedente. Liberius deinde habita sunt consilia de Republica, quibus nonnulla salutaria statuebantur. Sed ea cuncta mox irrita fuere; cum Rex Proceribus potentibus solemne iurandum, quod rite, & secundum leges, Regnum administraturus esset; dare, & Regum superiorum acta, Constitutiones, & beneficia quaeuis publicae, & priuatae concessa, rata haberet, ne quid Lituanis suis detraheret recufaret. Tolerant tamen Poloni eius imperium, neque quicquam grauius contra eum decreuerunt, merentes, ne discordia gliscente, maxime vires Regni distraherentur. Cromerus lib. 22. No tam pacifici inter se Bohemi, per id temporis occasione Religionis discordes. Ad 10. Ian. diem Pelzinæ conuenerant de concordia acturi. Catholicorum partium primores, & inter hos Vlricus Rosenbergius summe auctoritatis, & potentiae, postulabant Maynardo gubernatori libertatem. Fuerat is ab haereticis, in carceres coactus. Georgius Podiebracius, haereticorum antesignanus recufabat: quod Regni administrationem retinere modis omnibus, & Catholicos opprimere cogitaret. Ergo re infecta discessum est ab inuicem. Exincto paulo post ex diuturno carceris Squalore Maynardo, cum iterum feria quinta ante Dominicam Palmarum conuenire deberet, de Reipubl. salute tractaturi, aequaquam potuerunt adduci, vt eodem in loco cogrederentur. Er quidem Podiebracius, Pelzinæ cum suis, Rosenbergius in noua domo, cum Catholicis agebant: vtrinque tentatae fuerunt omnes conditiones pacis: sed tamen conuenire inter disidentes non potuit, quod haeretici grauiora quam tolerari possent, proponerent. Vregebat tam e ad stabilendam aliquam concordiam publica Regni necessitates. Armata, ab vtraque parte concurrerant; nisi extremam cladē Regno imminere ostentabāt. Placuit, inducias ad aliquot menses decernere, atque ab armis discedere; si forte per id temporis aliquod benignius consilium aspiraret. Per harum tepus, Pragae, ad die 26. Iul. conuenerunt, & vsq; ad 17. Septemb. de omnibus contro uersis disceptarunt; neque tamen quicquam solidi decernere potuerunt: haereticis omnia ad se trahentibus, & omnes Catholicos opprimere conantibus. Ioan. Rokyzana, Podiebracii potentia, & auctoritate fretus, potestatem, & iurisdic-

XI. Discordia inter Polonos origo, & illius aliquid postitio.

XII. Bohemorum haereticorum cum Catholicis discordia maior.

& iurisdic-

& iurisdictionem Archiepiscopi Pragensis audacter usurpabat, ac propria temeritate sibi arrogabat; contra omnem dispositionem Summi Pontificis, qui Catholico congressi, Catholicum Antistitem prepositum esse cupiebat. Factum; ut is, omnem Clerum secularem, ac Regularem; necnon vniuersos Christi fideles, de omnibus ciuitatibus, ac partibus Pragensis vrbs, ad tertiam post festum sancti Aegidii feriam, ad eadem S. Mariæ ante latam, quam vocant Curiam, conuenire iusserit, & supplicationes publicas indixerit, titulo gratiarum actionis, quasi Deus insigni beneficio Bohemos affectisset, cui permisisset sectarios, ab Ecclesiæ vniuersalis, in comunione sub vna specie, vsu, atque consuetudine deficere: adeoque noxiam sectam facere. In ea supplicatione; Rokyzana, Eucharistia Sacramentum per omnes Pragensis vrbs plateas, & vicos, vsque ad eam portam, quâ Podiebracius ciuitatem inuaserat, circumtulit, ad eamque tantisper subsistit, donec Cantores hymnum solennem Ambrosii, & Augustini; Te Deum laudamus, decantasset. Ab eo loco ad Ecclesiâ Vuillegradensem progressus, suggestum concionaturus conscendit, ibique, sumpto themate, Bene omnia fecit, ad vniuersum populum sermone habito, victoriam Podiebracii de prostrato Catholicismo magnificauit: nemine ex Catholicis, vel hiscere audente, contra apum exterminatorem vineæ Dominicæ. Cochleus histor. Hussitarum, lib. 10.

XIII. Missis Inquisitoribus ex Ord. Prædicatorum. Fidei consulto Nicolai Pontifex.

Non poterat omnino omnem ferre opem Nicolaus Papa contra peridos, quemadmodum in Italia potuit. Hoc enim anno, ipsius auctoritate, & viribus, Inquisitores hereticæ prauitatis ex Ordine Prædicatorum assumpti, plurimos Fratricellorum emergentium Florentiæ in Etruria, & Fabriani in Vmbria, tum in vincula coniecerunt, tum pertinaces ignibus addixerunt: illisque combultis, zizania pestilentissimum, ex nobilissima Prouinciâ extirparunt. S. Antoninus 4. parte Theologica tit. 11. c. 7. §. 2.

XIV. Similitèr Friderici Cæsaris.

Sed neque Fridericus Cæsar poterat multum opus ferre Catholicis Bohemis, sub hæreticorum iugo gementibus. Bellum Turcicum Hungariæ illatum, vires distrahabat; ne aut exercitum, aut pecuniam submitteret. Amurathes enim, cum à Georgio Despote dimissum esse Ioanem Huniadem accepisset, in cum nimis excaudit, ac propterea Frigibechum præfectum triû legionum in Ratiæ fines inmisit. Is cum prouinciâ Despotis in cursione factâ, longè, lateque igni, ferroque vastaret, necessitatem illi imposuit, ad Huniadem confugiendi. Gubernabat hic Hungariam pro Ladislao Rege pupillo, quem Fridericus Cæsar in tutela seruabat. Ergo re ad illum delatâ, communicatisque consiliis, auxilia Georgio decreta sunt. Chrysonicum oppidum ad Morauam annem situm, & graui olim bello dirutum instaurabat Amurathes, ut hinc Despotis omnem impeteret regionem. Itum est eò magnis itineribus cum exercitu collectio: Pugnatum ab Huniade feliciter: Turcæ in fugam turpem coniecti; Frigibechus cum magna nobilium turbâ captus: plurimi hostes tam in acie, quam in fuga cæsi; ac nisi eadem nox ipsa intercepisset, multo maior clades patrata fuisset. Ita Fridericus depellendis Turcis intentus, Bohemicas res non poterat, quemadmodum volebat, iuuare. Bonifacius decad. 3. lib. 2.

XV. Albertus Brandeburgensis & Nurnbergensis pacificatur.

Neque minore impedimento erat bellum Germanicum, quod etiam in hunc annum, infer Albertus Marchionem Brandeburgensem, & Nurnbergensem durabat. De quibusdam iuribus dimicabant. Principes omnes Germaniæ supplicis misere Alberto: Ciuitates vero, Nurnbergensibus. Nouem prælia commissa feruntur, ex quibus octo victor Albertus confecit, in vno tantum victus succubuit. Et ut multa bella fedantur partium egestate, ita non prius inter hos operante Nicolao Pontifice, atque Friderico Cæsare conuenit, nisi postquam exullis agris, atritis villis, abactis pecoribus, & agricolis interfectis, commeatu, ac pecuniâ contenden-

tibus defuere. Propter rem præclare gestam, misit Pontifex Nicolaus Landgrauio Thuringiæ Comiti Hassiæ, à sancta Elisabethâ stirpis sexto, auream rosam, quâ Idibus Martiis, ad Dominicam Latere consecrauerat. Syluius Europa cap. 39. Postulantibus quoque Ludouico & Vdalrico Comitibus Wirtembergæ, & Montispeligiardi indulgit, ut tam ipsi, quam eorum subditi tempore quadragesimali liberè laeticinijs uti possint, durate carentiâ oliuarum, ac piscium. Istud priuilegium, cum Ioannes Spenlin Theologiae, & Medicinæ Doctor, & Præpositus in Herrenberg impugnet, asserens male fuisse narratum; tandem ab Episcopo Constantiensi, ut potè Ordinario loci examinatum est negotium; & priuilegium admissum est. Nauclerus Chronograph. general. 49.

Hoc anno, in cænobio apud sanctum Petrum viuui, Aurelianensis in Gallia diocesis, præsentibus Ludouico de Meleduno, Archiepiscopo Senonensi, Petro Bureau, Episcopo Aurelianensi, & Guiljelmo loci Præsidente, recondita sunt in capsâ reliquiæ Sanctorum Potentiani, & Altini. Annales Ecclesiæ Aurelianens. lib. 14.

Eodem propè tempore in Scotia, veteri pariete augustissimi templi ad Dounfermylein demolito, inuentum est adolescentis in plumbæ capsulâ cadauer, bysso inuolutum, viuudum adhuc toto corpore colorem seruans, nec vllâ ex parte corruptum. Aiebant vetustatis studiosi, Diuæ Margarete filium, primâ defunctum adolescentiâ. Nec mirum videri debere, quum ob insignem matris vitæ sanctimoniam haud absurdum esset, si is quoque matris insitens vestigijs, diuinos mereretur honores. Boethius histor. Scotor. lib. 13.

ANNO CHRISTI

1450.

NICOLAI PAPAË V.

Anno 4.

FRIDERICI REGIS ROMANORVM

Anno xi.

Indixerat Nicolaus Pontifex in hunc annum, Iubilei quinquagenariam, Romæ celebritatem; ad quam ex vniuerso Orbe Christiano, Christi fideles conueniret, & diuino propitiato numine, soluti grauioribus noxijs, ad Sacra Apostolorum, aliorumque Sanctorum limina, pacem hostentissimam, victoriamque de Christiani nominis hostibus impetrarent. Quo autem magis illos alliceret; Indulgentias, & remissiones amplissimas, venientibus, ac visitantibus proposuit: deinde securitatis publicæ causâ, execrationes grauissimas in viarum grafsatores pronunciauit; inque ditiorè Ecclesiasticâ, fatalitum ingentem numerum, per vias, quas Romipetæ tererent, arcendis infessoribus disposuit: & ne quid peregrinis ad vitæ usum deesset, tum in itinere, tum verò præcipuè in Vrbe, commearum, & omnia ad vitæ usum necessaria, abundantissimè præparauit, ac vilissimâ pretia omnibus rebus præscriptit. Clerum præterea, ac populum vrbanum, quâ exemplo, quâ præcepto, ad pietatis cultum excitauit: ut non minus ex viujs, quam ex vitâ sanctis Romanis, haberent Romipetæ incitamenta virtutum. Itaque hoc anno Iubileo tanta multitudo Romam venit, quanta nunquam antea. Vnde cum semel à Basilica Vaticanâ, vltâ imagine faciei Saluatoris, quam Veronicæ oblatam esse, constants traditio habet, in vrbe redirent, ac tantam redeuntium, & venientium multitudinem pons Adrianus capere non sufficeret, occasione datâ compressionis à mulâ Petri Barbi Cardinalis, quæ exterrefacta procubuerat, & aliquot homines oppræsserat, cadente vno, atque altero super

XVI. SS. quædam reliquiæ honorificè reconduntur. & alia de no uo repè riuntur. XVII.

I. Nicolaus PP. per indulgentiarum concessionem, ad annum Iubileum inuitat.

Ingens populus confluit ad Iubileum.

illos,

illos, ducenti homines in ponte obriti occubuerunt, necnon multi à lateribus in profluentem Tyberim cadentes, in vndis perièrunt. Ad 136. cadauera apud S. Celsum sepulta esse constat; reliqua autem ad Cæmeterium, quod Campum Sanctum dicunt, delata. Ergo Pontifex Nicolaus, defunctis quidem benè precatus est; commoditati autem venientium, plateam, quæ est ad portem Adrianam, casulis quibusdam viam angustiore faciebus dirutis, amplificauit; excitandæ verò deuotioni omnium, totum ferè annum in celebritatibus peragens, stationibusque vna cum vniuerso Cardinalium cætu obeundis, necnon pietatis, & charitatis operibus exerceendis infumpsit. Platina Ciacconus, & alij in Nicolao V.

II.

Lepidum quibusdam videtur, Friderici Ciliæ in Stiriâ Comitibus, ab Vrbe reducis dictum; quod potius impie prolatum nonnemo pius dixerit. Is cum esset in libidinem profissimus, & olim Veronicæ concubinae incensus amore, legitimâ coniugè, ex Comitibus Croatiae natam, suâ manu interemisset; concubinam verò pater eius Hermânus (ut est potentum iustitia) in profluentem demersisset; vxores passim maritis abstulit, puellarum greges in palatium rapuit, prouinciales pro mancipijs habuit, Ecclesiarum bona diripuit; Monetarium falsatores, veneficos, ariolos, nigromantas vndique ad se coniecit: & quemuis hoc anno Iubilei iam nonagenarius indulgentiarum causâ Romam petisset, reuersus tamen nihilo melior visus est. Interrogatus ergo, quid sibi Roma profuisset in pristinos mores relapso, hoc Atheistæ euomuit: Et calcator meus, inquit, ad consuetudinem veteris Romam redijt. Quasi verò idem sit, ad licita, & illicita, peractâ sacrâ aliquâ peregrinatione reuertit; cum tamen sanctus Gregorius pronunciet; negotium, quod ante conuersionem sine peccato extitit, hoc etiam post conuersionem repetere, culpam non esse; quæ autem ad peccatum implicat, ad hæc necesse esse, ut post conuersionem animus non recurat. Syluius de Europa, lib. 4. c. 15.

III.

Religiosus Sacra Apostolorum limina visitauere, Iacobus Archiepiscopus Treuerensis, Conradus Episcopus Metensis, centum & quadraginta, equestris ordinis viris illustribus stipati. Hi enim verum religiosæ peregrinationis fructum Romæ recipientes in Germaniam retulerunt; ac multa præclara integritatis, pietatisque opera ad aliorum exemplum, institutionemque edidèrunt: cum à Pontifice Nicolao honorificè suscepti, multa pro decore Ecclesiarum, & animarum suarum salute impetrauissent. Inter hæc illud fuit præcipuum Sedis Apostolicæ indultum, ut in Ciuitate Treuerensi Archiepiscopus posset instituire Gymnasium Generale, in quo omnium facultatum Præceptores haberentur. Tritheimus in Chronica Sponheimensi.

IV.

AEqualem fructum in patriam retulit alius Principum, cui Nicolaus Papa peregrino concessit, Friburgi in Brisgoia, Academiam bonarum artium pro bono publico erigere. Myrens in Chron.

V.

Non minore præuatim fructum tulere cultores sacrosanctæ Deiparentis Mariæ, qui Romam vadentes, vel ab vrbe redeuntes, A Edem illis Lauretanam, pari deuotione, atque Basilicas Romanas visitauere. Illud potissimum inuitabat, ne Sacellum miraculose in eoa gro, manibus Angelicis collocatum præterirent, quod certissimè crederent, eò loci vota, precæque, sua, Dei genitricis intercessione exaudiri, cuius maximum argumentum exindè capiebant, quod eorum, qui votis emissis exauditi fuerant, ex auro, argento, gemmis, lapidibus pretiosis, cerâ, tabulis, pannis, veste pretiosa, appensâ denaria in ea æde, non ignorarent esse innumera bilia, indicio, vel recuperate sospitatis, vel adeptæ alticuius gratiæ specialis. Nicolaus Papa statim atque Pontificatum exceperat, ne à prædecessoribus suis in eius Virginis matris cultu vinceretur, hanc eius Lauretanam cellam, Pontificiis muneribus adauxerat. Vide-

Impium, dicitur Comitibus Ciliæ.

Erigitur vniuersitates Treuerensis, & Friburgensis.

bat diem illi ab Angelo salutata sacrum, maximè insignem illi Domui, ac memorabilem esse; quippe cum Deus eo ipso die inibi naturam humanam induisset. Lætissimam ergo illam lucem, quâ lacta sunt fundamenta salutis humanæ, anniuersariâ Indulgentiâ decorauit. Ex quo Templum Lauretanum, ut tanti mylterii memoriâ dignum erat, quotannis illo die, eximie celebrari captum, à Romipetis, præsertim hoc anno Iubilei frequentatum est. Proinde, cum sacra donaria ex hac occasione multiplicarentur, ut cultus saluberrimè impensè testimonia delata in perpetuum profarent, magnoperè cauit, ne ea auerterentur, neuè diuenderentur; arcens ingressu Ecclesiæ Episcopum Recinetensem, si quid eorum in posterum distrahere, alioquè in vsus conuerrere ausus foret; Sin autem vendita iam, ac distracta, intrâ vnius mensis spatium non recuperauisset, Episcopatu deiciens. Cluitati præterea Recinetensi eodem diplomate negotium datum, vel recuperandi Lauretana dona, vel tuendi. Præter hæc cum Turcarum Imperatorem multis victorijs insolentem, minitari Italia exitium, samâ diuulgante accepisset Nicolaus, satis memor A Edis Lauretanæ, eam aduersus Barbarorum excursiones, satis firmo præsidio muniuit, & simul in hostem Christianitatis Principes Christianos excitare voluit, eius vires in Europa longè, lateque grassantes, communibus copijs repressurus. Turbellinus in histor. Lauretan. ex S. Antonino Florentino.

Cræci maximè Principes Turcarum armis exagitati; qui feroces frequentibus victorijs, omni ex parte circumfusi vrgebant, assidui, atque formidabiles. Nobilissimi imperij scilicet, appetebat interitus. A Egrogentis spes, vnius Constantinopolis munitio, amplitudineque stabat. Præsidium id inualidum, atque imbecillum erat. Externa auxilia conquisita à Demetrio Palæologo (is Constantinii Augustii frater erat, Atticæ, & Peloponnesi Princeps.) Vires exiguæ erant, & tantis conatibus impares. Ergo placuit Nicolaum inprimis Pontificem, deindè Fridericum Cæsarem, Alfontum Aragonum Regè, Venetos, & alios Principes Europæos ad opem ferendam sollicitare. Mariana de rebus Hispan. lib. 22. cap. 10.

Venerat à Demetrio Orator, Athanasius Lacaris Comes Palatii. Georgius Calstrionus Emathia in Epiro Princeps, Turcis Scanderbergius, hoc est, Alexander vocatus, cum non tam viribus proprijs, quamquâ & ijs, quam Diuorum tutelarium præsidio, rebus non semel feliciter contra Turcæ gestis, magni bellatoris cognomè sibi peperisset, miserat Nuncios, Stephanum Croiæ Episcopum, & Nicolaum Berguzium instituti Dominicanum Theologum; qui Pontificem auxilia flagitarent. Sarras. anal. lib. 15. c. 60.

Plurima Nicolaum distinebant, distrahebantque. Galli inprimis, Concilium Generale, ex transactione Lausanensi, in Gallias trahebant. Reliquiæ schismatis Feliciani adhuc dum gliscabant. In Italia, bellum, inter Franciscum Sfortiam, ac Venetos, de possessione Mediolani feruebat. Bohemi, & Hungari, contra Fridericum Cæsarem, Ladislaum Regem expetentes, tumultuabatur. Angli cum Gallis, de titulo, possessioneque Regni Galliarum dimicabant: & in summa, vbique impedimenta vigeabant, Principibus ad sacram militiam vniendis, & auxilijs comparandis. Vehemens desideriu iuuandæ Reipubl. Christianæ Nicolaum sollicitabat. Ergo componendis inprimis Principum dissidijs, Conuentum eorum, Neapoli, apud Alfontum Regem indicit, eoque Ioannem cognomento Iuencem Episcopum Morinensem, tit. S. Prædix Cardinalis, Legatum destinauit. Eò etiam Fridericus Cæsar, A Eneam Syluium, Episcopum Tergestinum, ac Gregorium de Populosa, & Michaëlem de Plenauilla Oratores misit. Venere & Cluensis, Calabriæ, Suesæ, Sclætiæque; Duces, & magna Prælatorum, Comitumque multitudo. Fuere præterea Regis Portugalliæ Nūci, cuius

Nicolaus PP. Indulgentiis decorat domum Lauretanam, itè adificijs.

VI. Cræci Principes opem Latinorum implorat.

VII.

VIII.

Principes Christiani dissident quos Nicolaus conciliare satagit.

affinitate



affinitatem Fridericus Caesar expetebat, cu Leonoram Regis sororem, in matrimonium sibi dari flagitaret. Tractatum communi consilio, de publica salute, deque sacro bello. Decretum tandem, ut Fridericus, Leonoram coniugem acciperet; in Italiam diadematis Imperatorii accipiendi causa, anno in sequente veniret; atq; ea dignitate a Romano Pontifice actus, de hostibus communibus reprimendis consilia cum eodem Pontifice, & Principibus Christianis communicaret: ac si quod bellum in Italia superforet, auctoritate, aut viribus opprimeret. AENEAS SYLVIUS ad summum Pontificem reuersus, circa finem Iulii, in Consistorio publico, contractum coniugium manifestauit: sequenti anno Caesarem ad coronationem venturum dixit; Conciliu, quod Galli petebant in Francia dissuasit; praesente Alberto Aultriae Duce, Friderici Caesaris Germano, qui nocte Natiuitatis Dominicae Apostolico gladio donatus fuit, quamuis Ioanni Duci Cluensi antea promissio; dicente Pontifice: *promissionem suam, nisi dignor aduenisset, intelligendam fuisse.* Nauarum in his publicis negotiis operae tulit id temporis premium Syluius, ad Ecclesiam Senensis euectus. Ista narrat de eo auctor Commentariorum ipsius. Mortuo Nerio Episcopo Senensi, Canonici Senenses bonum quendam virum nomine, Comitum, Abbatem Monasterii sancti Galgani, conciuem suum, Regentibus acceptum, summis precibus Apostolicae Sedi commendauerunt, atque hunc vnum esse dixerat, quem Praesulem cuperent. Cardinales alii, alios prouehabant. At Nicolaus Pontifex solus; AENEAS memor absentis, eum sacro Collegio nominauit, persuasitque, ab Ecclesia Terrestri in patriam transferendum: Senensibus autem, egregium se Pontificem dedisse respondit: qui ubi nominatum AENEAS agnouerunt, ingentes Apostolico culmini gratias reddidere; quia nobilem, doctumque virum, conciuem suum, quod minime sperauerant, in patriam rediturum intelligebant; atque cum Senis haberet AENEAS transitum, non expectatis litteris Apostolicis in Episcopali eum palatio recipere festinabant, rerumque omnium possessionem ei offerebant. Acceptis postea ex Apostolica camera litteris, eaque iubente Cleri, & populi processione, sub umbella exceptus aurea, tanto in vrbe ciuium plausu, tantoque honore introductus est, quantum antea nemini Episcoporum declarum memorabant. Episcopatu inuito in Aultriam reuersus, non solum matrimonii contractum Imperatori gratum retulit, sed Romanum Praesulem, Senenses, Florentinos, Bononienses, Venetos, Sfortiam, & Marchionem Estensem, ad coronationem transeunti Caesari tranquillum iter daturus affirmavit, quod apud eos omnes ex sententia transegerat. *Comment. Pij II. lib. 1.*

I X. Dissidentibus inter se Mediolanensibus Vrbe potitur Sfortia.

Erat quod Veneti ab vna, & Franciscus Sfortia a sua parte, Fridericum Caesarem pellicerent. Conuenire inter eos, quamquam Pontifex intercedere de Mediolani possessione non potuit. Sfortia, haereditario titulo ad se trahebat; Primores ciuitatis, qui tyrannidem specie libertatis arripuerant, cum Venetorum opem implorassent, dominium eis, siue tradebant, siue per mittebant. Potitus tandem est Vrbe Franciscus, hunc in modum. Obfidens Mediolanum Francisco, interea discordia simul, ac seditione increbuerant, diuina omnia, humanaque miscebantur; iam qui fucato libertatis studio, tyrannidi praerant, nulli merui, nulli terrore esse. Quare cum magnitudo mali magnos aequae, ac paruos corripuisset, per vniuersam Vrben, variis in locis tumultus fieri, omnes obstreperere, ploratus ubique esse, clamores caelum, terramque confundere. Quo factum est, ut militantibus caeteris, nec in apertum martem ire audentibus, a porta, quam Nouam vocant, salutis initium caperent. Imperauerant publicae libertatis Principes, ne quod portarum Concilium fieret, nisi quando, & per quos ipsi iussissent. Delegerant enim, quos vel rudes esse, rerumque imperitos intelligerent, vel suae deprauationis fautores. Hi omnes conuenerant in templum

Sanctae Mariae Scalaris, ut aliquid confingerent, quo ignara plebs spe inani pasceretur, & concepta tyrannis produceretur, donec a Venetis, & res frumentaria, & auxilia, quae dicebantur, in Vrben reciperentur. Id vero aliud nihil erat, quam laborantem, affictamque Ciuitatem Venetis tradere. Inter haec cum in vrbe omne iam frumentum absumptum esset, nec aliud genus edulii restaret, & iam canes, equi, caeteraque id genus animalia manderentur, nec ferre amplius famem multitudo posset, collecti in vnum apud eam portam hi, qui salutis publicae consultum volebant, correptis armis in foru proruperunt, obuiumque Leonardum Venetorum Legatum gladiis confoderunt, atque disperferunt: exinde palatium suis tyrannorum satellitibus aggressi, illud sine resistencia occuparunt, & quos inuenerunt tyrannos in vincula coniecerunt. Mox in templum S. Mariae conuenientes, multa inter se de Republica constituta differuerunt. Plures volebant liberam Ciuitatem, & Principem nullum admittere: nonnulli Francorum Regem, alii Sabaudianorum Ducem, alii Alfonso Regem accersendum esse censebant, qui tanti principatus administrationem susciperet. Alii Pontifex Maximus placebat: Venetos cuncti oderant: Sfortiam in principio nominare nemo audebat; siue propter recens bellum, quo in tantam exuriem vniuersi populus esset redactus; siue ob vetus odium, quia cum Venetis societatem olim iniuisset. Aliquis tandem ciuium, cum ostendisset, de statu publicae libertatis nullam posse haberi rationem, non modò, quod intestinis discordiis, ac seditionibus vniuersa ciuitas laboraret, verum etià quod omni exhausta pecunia amplius bellum sustinere, vndique hostibus circumseptam, in tanta rei frumentariae penuria, intolerabilique fame, nullo pacto posset: Summum vero Pontificem, & Carolum, atque Alfonso Reges, propter longius locorum intervalum, auxilium esse non posse; Sabaudiam praetera Ducem nullarum omnino virum esse; Venetis autem succumbere, omni morte calamitosius fore; non difficile alios in eam sententiam adduxit, ut Franciscum Sfortiam, Philippum Ducis mortui generum, adoprione filium, eo ingenio, eaque humanitate, & mansuetudine praestantem, ut non Republica Dominus, sed perinde, atque communis quidam Mediolanensium omnium socius, atque pater futurus esset, quique vno die, & bello, & rei frumentariae inopia oppressam ciuitatem liberare posset, inuitarent. Itaque missis ad eum Legatis, principatum ei ciuitatis obtulerunt; qui mox ingressus, dominium Vrbes accepit; & deinde non multis interiectis diebus, cum liberis, ac coniuge reuersus, Ducalibus insignibus exornatus est. Ad sextum Kalend. April. professionem eam distulerat, quod is dies ob salutarem B. Virginis annunciationem, annua festiuitate celebris, & ad Dei honorem, & ad pompam pro Principatus dignitate prior visus esset. Ea die apparente, cum ciues Mediolanenses, honorificentiori in vrben eius ingressi, currum triumphalem, & umbellam serico albo, auro intertexto paraussent, Franciscus, qui pro sua modestia, ut coram laudari aequo non ferebat animo, fectiam pompas huiusmodi abhorrebat, quod Regum hanc esse, Maximorumque Principum superstitionem diceret, & currum ascendere, & umbellam subire negauit. Vrben ingressus, recto itinere, incredibili penè populi concursu ad sacrum, maximumque B. Mariae Virginis templum processit. Ibi ad templi vestibulum veste ducali indutus, ad aram matorem gratis, & precibus dudendis primò accessit; deinde Guarnerio Castillioneo magni consilii, magnaeque doctrinae & eloquentiae viro dicente, Ducalem dignitatem excepit. Mox ciues a portis singulis vrbes electi iureiurando dedicationem, fidemque perpetuam confirmarunt, ac imperii sceptrum, enses, vexillum, portarum clauas, & ligillum, quo priores Mediolanensium Duces vsi fuerant, ad verè imperii ipsius translationis documentum tradiderunt. Inito ad eum modum Principatu, Nicolao Summo Pontifici, rem omnem fi-

De principatu plures illi gratulantur.

gnificauit.

gnificauit: Is autem cum litteris, tum Nuncijs missis, & patris, & amici gratulando officium, amantèr percoluit. Florentini imprimis ob veterem, singulareque amicitiam, incredibili lætitiâ affecti, egregiam ad eum Legationem, gratulatum miserunt. Genuenses praeterea, qui eo bello grandi illum pecuniâ iuuerant: Senenses, Lucenses, Anconitani, & plerique alij, non tantum Italicae, sed etiam transalpinae gentis principes, atque Respublicae ad Francicum, Legatos, gratulatum miserunt. Solus Alfonso Rex, ac Veneti, non modò nullum erga eum benevolentiae argumentum ostenderunt; verum etiam arma, quae mutuo contra se sumperant, exuerunt, foedusque contra Sfortiam percusserunt. Quieuit tamen hoc anno omnis Italia à bellorum motibus, atque incommodis, operante Nicolao Pontifice, ut Iulii celebris frequenti populorum concursu absolueretur, utque in Turcas expeditio aliqua mitteretur. *Simonetta lib. 21. Bugari lib. 6. Syluius de Europa statu cap. 46. Corius hist. Mediolanen. part. 6.*

X. Rex Alfonso in Turcas mouet.

Et quidem Alfonso Rex, inualescentibus Turcarum viribus ac opibus, trirēibus decem confestim coactis, monente Nicolao Pontifice, Bernardum Villamarinum, virum acrem, rerumque maritimarum peritum, in Aeguum mare ire iussit, atque in Cilicum oram, quam nunc Satalaneum nuncupant, contra Rhodon sitam, proficiscentem, exiguum quandam insulam, cultoribus vacuam, cum classe occupare, atque arcem in ea reficere: de qua arce idem memorant. In ea insula Turca olim cum à Rhodiis nauibus vehementer infestarentur, (neque enim multum inde abest Rhodus insula) arcem quandam, Castrum Rubrum appellatam aedificauerunt, praesidioque firmatam, multos annos summâ curâ custodierant, praedatorisque nauibus, Rhodon frequentius petebant. Mortuo autem Amurata I. Turcarum principe, cum de regno inter Proceres certamen esset, Rhodiana Religio Principes occasionem castelli recipiendi (ut sibi videbatur) naeti, comparatâ classe, insulam petierunt, expositisque in terram militibus, arcem obsederunt; nec prius inde discesserunt, quam illam fame domitam, in potestatem redegerunt. Valido deinde praesidio firmatam, aliquandiu tenuerunt. Ad postremum Turcae hac tempestate, sopitis domi discordiis, languiscentibusque iam Rhodii Ordinis viribus, cum magnâ classe Rhodon petissent, multisque cladibus affectâ insula, oppidum aliquandiu frustra obsedissent, desperatâque victoriâ abscederent, ad insulam, quam memorauimus cum classe profecti, Vrben Rhodon a se vi captam, atque euerfam mentiti, iis, qui castelli praesidio erant, tantum terroris, ac metu iniecerunt, ut confestim salutem pacis, arce excesserint: quos omnes Turca, violatâ fide, comprehensos, foedè ceciderunt, castellumque solo aequarunt: nec ante Bernardi cum Regiâ classe aduentum, refectum est: quamquam aliquantò procul à veteribus fundamentis tutiore loco suffectum. Quo instaurato, Bernardus, cum eiusdem expeditionis sociis, oras illas praeterlegens, multas Barbarorum naues mercibus onustas cepit, magnâque ex vicinis agris praedâ abactâ, illos ingenti damno, & clade plus biennio affecit. Quo tempore Alfonso, Scanderbechii precibus, & exhortatione Nicolai Papae motus, per Adriaticum mare, quâ breuior traiectus erat, primum, peditatum, ac frumentum, nec multo post Giliertum Ortasanum, impigrum virum, cum aliâ manu militum ad illum misit. Quo auxilio, simul & Pontifici, ac Regi nominis auctoritate fretus Scanderbechius, à Turcarum vi, non solum sua tutatus est, sed aliquot insuper hostilia oppida nò ignobilia, in potestatem suam redegit. Cum autem Alfonso, Ioannem Antonium Vrbinum, Taliacotii Comitē, ac Angelum eius fratrem vicisci statuisset, qui, quo tempore Plumbini aduersus Rainaldum eorum fratrem, bellum gerebat, Rainaldo fauerant; hi autem recognita ad Nicol. Pontificem Max. confugissent, huius interuentu, vtrique indulsit, nec nisi nonnullam pecuniâ imperauit. Florentinis quoque, Antonii Cardinalis, Iller-

Arce in Cilicum ora reficit.

Nicolai PP. interuentu.

densis opera, qui id negotii de Pontificis voluntate susceperat, pacem dedit, Castillione, caeterisque oppidis, quae in eorum agro per bellum cepisset, ac insula Giliorentis. *Facius de rebus Alfonso lib. 9. & Monument. familiae Vrbin.*

Faciebat Alfonso monente Nicolao Pontifice, ne quod impedimentum esset bello Sacro cõficiendo. Caeterum cum idem Pontifex accepisset, quosdam Christianorum, nonnulla Canonibus Sacris verita, ad infideles deferre, adeoque subministrare illorum eos in bellis quadantenus iurare; in huiusmodi eam, quam adiungo constitutionem, fixit, seu innovauit.

Nicolaus Episcopus, Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

1. Olim iam in Generali, quam in Lugdunensi postmodum substituto Concilio, per Sedem Apostolicam celebratâ, in illis falsos, & impios Christianos, qui contra Deum, & Christiani populum, Sarracenis, ferum, arma, quibus Christianos impugnent, & lignamina galearum, & aliorum vasorum nauigabilium, deserunt ad eos, & qui eis galeas vendunt, ac naues, quibus in pyratibus Sarracenis nauibus, curam gubernationis exercent, vel in machinis, & quibuslibet alijs, eis impendunt auxilium, vel consilium, vel fauorem, in Christianorum dispendium, & specialiter Terra Sancta, sicut excommunicationis sententia promulgata, ipsaq; rerum suarum priuatione multati, & seruos capientium fore censuerunt Concilia supra dicta. Expressè quoque in ipsis precipitur, ut talibus gremium non aperiantur Ecclesiae, nisi totum, quod de commercio tam damnato perceperint, & tantundem de suo, in subsidium Terra memorata praestiterint, ut equo iudicio, in quo deliquerint, puniantur.

2. Nos itaque gerentes corde negotia dictae Terra, duximus hactenus statuendum, ut nullus equos, ferrum, lignamina, victualia, & alia quoque mercimonia, in Alexandriam, vel alia loca Sarracenorum terra Aegypti deferre, vel mittere, seu ex partibus eorum, ut eisdem deferantur, extrahere, vel extrahi permittere, aut consilium, vel fauorem prestare quoquo modo praesumat. Ac illos, qui contra huiusmodi constitutionem nostram ausu temerario venire tentauerint, eo ipso excommunicationis sententia decernimus subiicere; à qua non possint absolui, nisi tantum de bonis proprijs in dicta Terra Sancta subsidium conueniendum aliquis exsoluerit, quantum ad partes praedictas extulerit, vel miserit, & deferri, vel de ipsorum partibus extrahi permiserit, ad eosdem deferendum. Et nihilominus si personas eorum capi contigerit, in seruitutem, & capientium illorum esse volumus, in quorum ceciderint captione. Volentes autem in hac parte solertius providere, quamò amplius exigere hoc noscitur vrgens necessitas dictae Terra, Apostolica auctoritate statuimus, ut nullus omnino aliqua victualia, vsque ad decennium, & datâ praesentium computandum, alia vero praedicta, ad aliquod, seu aliqua de eisdem, aut aliud quodlibet (victualibus, sicut praemittitur, vsque ad praedictum tempus duratâ exceptis) quacunque occasione, vel causa, seu quouis ingenio, vel quaesito colore, vilo vnquam tempore in Alexandriam, vel partes Aegypti, seu terras Sultano subiectas, mittere, vel deferre praesumat, vel quantum in eo fuerit, mitti, vel deferri permittat, auctoritate decernimus eadem, ut hi, qui contra huiusmodi statutum nostrum, quolibet modo venire praesumpserint, praeter poenas praedictas, quas ipso facto incurrere volumus, perpetuo sint infames, & interstabile habeantur; ita quod nec testari, nec legatari, seu relicta percipere valeant. & insuper successione, tam ex testamento, quam ab intestato, sint prorsus, & redendantur inhabiles, nec ad publica qualibet admittantur officia, sintque illis actus legitimi perpetuo interdicti: & postquam de huiusmodi temeritate constiterit, diebus festiuis, & Dominicis publicè nunciatur, & ad fscum bona omnia deuoluantur.

3. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae statuti, & constitutionis infringere, aut eius ausu temerario contraire. Si quis autem &c.

Datum apud Vrben veterem, x. Calend. Septemb. Pontif. nostri, anno iv.

Hac Nicolaus Pontifex, viribus infidelium immi-

Alon quibusdam reconi- lantur.

XI.

Idem Nicol. consuetudine sancit, contra aduiores infidelium.

XII.

In vitam & miracula S. Vincentii Ord. Prædicatorum examinavit.

XIII.

Canonizatio S. Bernardini Ord. Minorum.

nuendis. Porro, cum intelligeret Sanctorum patrocinium, plurimum valere ad misericordiam diuinam impetrandum, & ad hostes religionis prosternendos, hoc anno, ad intercessionem Alfonso Regis, duo insignia pro cultu Sanctorum amplificando egit. Imprimis examen vitæ & miraculorum S. Vincetij Ferrerij Dominicani, qui ante aliquot annos diem obierat, aliquibus comisit. Sicut lib. 15. Annal. c. 58. deinde celebrantibus Capitulum suum Romæ Minoritanis, ipso Festo Sacratissimæ Pentecostes, Bernardinū Senesem Ordinis S. Francisci professore, Cathalogo Sanctorum adscriptum: quod prædicando, docendo, monendo, castigando, factiones Italiz, Guelpham scilicet, & Gibellinam, magnâ ex parte extinxerit; Christianis hominibus benè beateq; viuendi viam ostenderit. & multis viuens, ac vitâ functus miraculis claruerit. Antoninus 3. p. tit. 22. c. 12. §. 3.

Hoc est diploma canonizationis S. Bernardini Senensis. Nicolans Episcopus, Seruus Seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

Misericordias Domini in æternum nos cantare debere, Prophetæ admonet dicens. Misericordias Domini, in æternum cantabo. Magna & inenarrabilia sunt profectio opera misericordie Dei, quibus iugiter in salutem humani generis, se eiusdem miserationis sinu effundit, qua si quis ab initio creati hominis recensere voluerit, non tantum hominum lingue, quæcunq; illa sunt, non sufficerent Angelorum, quod inenarrabile est, quod cum hominem creasset ad imaginem, & similitudinem suam, quodque participare esset felicitatis æternæ, in vnam celestem ciuitatem ascribendus consors Angelorum, si data sibi diuinitus Legi non contempsisset Imperium, non passa est diuina clementia, ipsum penitus interire, sed pro temporum diuersitate non desistit, congruentes exhibere medicinas, quibus à Lege Domini aberrans, in salutis semitam traheretur.

§. 1. Nunc Angelos destinando, qui diuinam patefacere voluntatem, suaderent, que iusta sunt, que sancta sunt, & ad implendum diuinum beneficium adiuuarent.

§. 2. Nunc mittendo Patriarchas, gratia sua Spiritu repletos, qui exemplo suo, ceteros instruerent ad salutem.

§. 3. Nunc diuinos Prophetas, qui Spiritu suo Sancto illuminati, non tantum eius temporis diuina beneficia humano generi commemorarent, sed etiam futura prædicarent.

§. 4. Et illud maxime, quo nihil potest inter opera diuina miserationis sublimius excogitari, quod Dei Filius in sua personâ naturam nostram altitatis assumeret, & adimpleret ea, per mysterium passionis, & mortis sue, quibus à Diaboli potestate, & peccatorum vinculis solueremur.

§. 5. Hac facta sunt per illam immensissimam profunditatem, & abyssum impenetrabilem misericordie Dei, quem nos Christiani indumus, & ipsi sumus baptisate consecrati, per singulos dies commemorantes, conamur cum cordi nostri spe, fide, & charitate viuentes, sacrificium immolare, cum per ministerium Sacerdotum, illius salutari hostie, quâ peccatum mundi huius abluatur, sacrificium indefinenter offerretur. Hec inenarrabilia sunt, & vix possunt, nisi exiguâ quadam, & tenuissimâ ex parte cogitari: Verum si quis cogitationem extendit in diuina beneficia, qua post Domini nostri Iesu Christi Ascensionem ad celos, humano generi exhibitâ sunt, quis illa, non dicam numerare, sed quamuis potens eloquio, minimâ ex parte enarrare sufficit? Quis non stupet, tantam vocationem humani generis, per Apostolicam tubam paucissimorum hominum, à Dei filio IESU CHRISTO Domino nostro in vniuersum orbem terrarum destinatorum, Evangelicam veritatem humanis auribus intonantium; quorum prædicatione factum est, ut nihil terrenum, nihil ligneum, nihilque corporeum, nihil denique, quod corporis sensus attingit, pro Deo colendum esse homines putent, quodque à veteri, seu carnali vitâ, tam estimabili multitudine in nouam, & spiritualem vitam translata est, ut persuasum sit humano generi, in ipsi, qui Evangelio crediderunt, contemnere vsque ad tenuissimum victum panis, & aqua, & quod maius est, non solum quotidiana, sed per contestes plures dies perpetua ieiunia: Quod castitas, vsque ad coniugij, prolisque contemptum;

Quod parentia vsque ad Cruces, flammisque neglectas: quod liberalitas vsque ad patrimonium distributa pauperibus: quod denique totius huius mundi aspernatio, vsque ad desiderium mortis intenditur. Hec in plurimis, qui Christi Evangelio crediderunt implet a sunt, & quotidie videmus impleri, cum terrarum vrbique videamus, ubi fletet Christi religio, sacra Cœnobita viris, mulieribusq; referta, qui seipos omnipotenti Deo, sacras victimas immolarunt; cum videmus innumerabiles ferè sanctissimos, & deuotissimos Sacerdotes fungentes suo misterio, id implere conari, ut ab hac carnali vitâ in spiritualem transfereant, & à facili huius concupiscentis immaculati, illisque permancant; tum ex innumerabili multitudine populi, pars non exigua per Evangelij semitam transire conatur, implendo mandata celestia, quantum finit mortali infirmitas. Hec facta sunt diuinâ prouidentia, per humanitatem, doctrinamque Christi, per ipsius passionem, & mortem, per Apostolorum vniuersa, per Martyrum contumelias, cruces, sanguinem, mortes, per Sanctorum prædicabilem vitam, atque in his vniuersis digna rebus tantis, atque virtutibus pro temporum opportunitate miracula.

§. 6. Quam a vero est illa diuina miseria, quod decursu temporum, multorum frigescente charitate, illam penitus, non sinit extingui, sed continuo Ecclesiam suam, per ministrum electorum suorum renouare, & multiplicare non cessat, vni cuique temporis electos quosdam, quasi primus magus gregis ardet, & quasi alteros Apostolos destinando, qui Evangelij semitam penè obliteratam, & penè corruptam, & vix a exemplo, & doctrina verbis innouarent, tanta perfectionis in se exemplaria facientes, qua postea innumerabiles ferè diuino Spiritu illorum corda tangente, facillimè sequerentur.

§. 7. Hoc factum est per misericordiam Dei superioribus temporibus, & ferè vbiq; terrarum; sed nouissimis diebus, diuina misericordia exuberantem effudit, cum in multorum cordibus frigescente charitate, sacra Religio, que ab Evangelica profectio semitâ aberrare videbatur, digno dignitate est igne succendere, ut videamus plerasque religiones ita renouatas, & ita diuino igne succensas, ut nisi ingratè esse velimus, diuina beneficentia immensas gratias referamus, quod ad excolendam vineam suam, etiam hac nouissimâ horâ, operarios destinare non cessat. Quam plures videmus in hoc ministerium destinatos, sed temporum nostrorum præcipuis, & magnis inter electos fuit, vir iste sanctissimus, propter quem celeberrimus iste conuentus agit sanctus Bernardinus, vir ab ipsis incanabulis perfectioni Evangelicæ consecratus, qui in vineam Domini cultor, & operarius designatus, in unum si bi opus indefinenter exercuit, qui se immaculatam ab huius seculi contaminatione custodiens, primum in seipso iugum Christi suauè complexus est, & a quo vix a exemplo, & sacra prædicatione profectio, ut ferè per omnem Italiam renouauerit Evangelium Christi, & vbiq; sine offendiculo, scandaloque pertransiens, & quantum fieri poterat, semper Deo, & hominibus placens. Non est huius loci propter angustiam temporis, singulas suas diuinas, & ferè innumerabiles recensere virtutes, nam tantâ omnipotentis Dei attestacione munitur, ut humana laude non egeat.

§. 8. Tanta etenim in Sanctitatis sua testimonium carissimè miracula, ut etiam, si qui sint ministri Satana, qui eius cuperent detrahere Sanctitati, tanta vis signis, atque portis, penitus obmutescant, & qui beneficia Dei, tempore nostro exhibitâ recognoscunt, agant vberes gratias tantæ Sanctitatis, & ceteris, videntes in hoc gloriosissimo viro renouari, quod de vniuerso Dei filio dictum est. Venient ad te, qui detrahebant tibi, & adorabant vestigium pedum tuorum. Tanta etenim tempore Sancta memoria prædecessoris nostri Eugenij papa Quartij incredibere miracula, ut sapè per plurimos imortatos, & religiofos viros, necnon literis multorum Principum, & præcipue charissimi in Christo filij nostri, Alphonsi Aragonum Regis illustris, & Senensis, & Aquilensis populorum precibus, literis, & nuntyis pulsatus sit, ut tanta, & tam diuina miracula quotidie coruscantia, diligenter mandaret inquiri, ut veritate compertâ, tanto viro gloriam, quam iam diuina testificacione in triumphante Ecclesia obtinebat in Cælis, in militante non negaret in terris.

§. 9. Fecit

§. 9. Fecit, quod rei grauitas, & magnitudo postebat, & quod alias Sedes Apostolica obseruare consuevit, commisit tribus S. R. E. Cardinalibus, qui duos Venerabiles Episcopos delegantes, veritate ita rei inquiri cū omni grauitate mandaret, qui exactis aliquot mensibus, ad Sedem Apostolicam reuerentes, qua inueniunt fidelissimè retulerunt. Cum autem idem prædecessor noster rerum veritate perspectâ, pulsatium precibus satis facere cogitaret, vocante Deo, de hac miseriarum valle subtrahus est.

§. 10. Nos, qui non meritis nostris, sed diuinâ dignatione, illi in onere, & honore successimus, fuimus per eosdem, quos supra retulimus, sapienter requisiti, ut quod prædecessor noster, impediende morte non fecerat, impleveremus; Nos rei grauitatem, & magnitudinem attendentes, deliberauimus mature, & grauisimè procedendum. Propterea tribus ex Venerabilibus fratribus nostris, S. R. E. Cardinalibus commissimus, ut duos Venerabiles Episcopos eligerent, quos denud pro inquirenda veritate delegarent, ut duplici inquisitione informati, rem audaciùs ageremus. Miserunt, sicut in iunxeramus, duos Venerabiles Episcopos, qui eorum, qua inueniunt, in scriptis notitiam reportantes, fidelissimè singula retulerunt, per omnia conuoluerunt referentes his, qui tempore prædecessoris nostri fuerant destinati, sed multa plura clarissima miracula reportarunt, qua post priorum regressum fuerant perpetrata.

§. 11. Nos non eâ inquisitione contenti, etiam terribi destinate decreuimus, propterea duos alios Venerabiles Episcopos in summo proficisci, qui profecti, post menses aliquos redire, vberimè, & fidelissimè attestacione referentes, tanta dictum immolari, & coruscare miracula, quod si singula recensenda essent, vix possent magnis libris includi, sed ex omnibus quadam maiora, & insigniora retulerunt.

§. 12. Nos postea etiam Senas mittendum esse consuimus, misimusque Venerabilem Fratrem nostrum Angelum, Episcopum Esculanum, qui post aliquot menses reuersus, coruscantem diuinam gratiam in miraculorum perpetratione, sub verissimâ, & fidelissimâ attestacione recensuit, quem etiam volumus Aquilam proficisci, ut etiam reportaret, si ipi tanti viri Sanctitatis attestacionem, perseverantè diuina miracula coruscarent, qui reuersus, prioribus à nobis destinatis conformia reportauit, & insuper magna, & stupenda, qua postmodum contigerant, reuoluit: qua non in angulo, sed publicè, & in conspectu multitudinis fuerant perpetrata.

§. 13. Nos, his compertis, ne Spiritu Sancto resistere videremur, qui per os Prophetarum laudari Deum in Sancto suo uideret, & deuotis supplicationibus postulantium condescendere cogitauimus, fecimusque per Venerabiles fratres nostros, S. R. E. Cardinales per nos deputatos, omnia per Nuncios reportata, in secreto Consistorio nostro diligenter, particulari terque referri, que per Consistorium examinata sunt.

§. 14. Sed propter grauitatem rei, visum est in aliud Consistorium differri, ut tempore medio, quilibet Cardinalis in domo sua posset illa diligentius intruere, & in secundo Consistorio seruatis omnium votis, in eandem sententiam conuenerunt, tantam esse euidenciam miraculorum, nec non de vita ipsius Sanctimoniam, ac fidei integritate, tam clarâ, tamque euidens testimonium, ut in tanti viri Canonizationem animos concorditer sua vota depromerent, quorum securi iudicium, tunc canonizandum esse decreuimus.

§. 15. Verum, ut res cum maiori grauitate procederet, iussimus in Capella maiori Palatii nostri Apostolici apud Sanctum Petrum, Prelatorum omnium, qui in curia essent, fieri Congregationem, ipsique ibidem positus, vna cum Venerabilibus Fratribus nostris, propositum rem hanc, omnia ratasentes, qua vsque in horam illam, in huiusmodi materia, fuisset discussa, & singulorum vota scrutata sunt, qui in eandem sententiam deuenerunt, in quam Venerabiles Fratres nostri, S. R. E. Cardinales in consistorio secreto conuenerant.

§. 16. Postea in Consistorio generali repositâ, quod in Consistorio secreto per nos decretum fuerat, publicè decretum faciendum, hoc est, tanti viri Canonizationem in Ecclesia Principis Apostolorum, hac die Pentecostes, per nos debere celebrari.

§. 17. Nos igitur, qui huc hodie conuenimus, ut in conspectu tanta multitudinis, Sanctitati tanti viri testimonium perhibeamus, assumimus illud Domini verbum, quod suis imitatoribus dixit. Vbi ego sum, illic & minister meus erit, ministravit vir iste sanctissimus CHRISTO, & sequutus est CHRISTVM, ministravit CHRISTO, cum se laqueis seculi exuens, & deponens veterem hominem cum actibus suis, & induens nouum, qui secundum Deum creatus est in iustitiâ, & Sanctitate veritatis, iugum leue Sanctæ Religionis amplexus est. Ministravit CHRISTO, cum Sancta Religione proficiens, ceteriq; maiora virtutum diuinarum augmenta capiebat, præcipue humilitatis CHRISTI imitator effectus, pauper spiritu, & diues gratiâ. Ministravit CHRISTO, cum multis, exempla vite ad salutem profecit æternam. Ministravit CHRISTO, cum membris CHRISTI, hoc est fidelibus CHRISTI, pabulum doctrina celestis indefinenter exhibuit, plurimas Deo lucrificans animas, quas à Diaboli, & seculi laqueis exuebat. Ministravit CHRISTO, cum per Ciuitates, prouinciasque seminans verbum Dei, populorum ceteras, antiquis Odyis distidentes, omni cordium rancore deposito, in charitatem mutuatam reuocabat. Ministravit CHRISTO, cum in pluribus locis, mores in lasciuam vergentes, & diuini iugum, vbi Diuini prædicatione demouit, exhortans tam viros, quam mulieres, seruire pudicitiam, reliquosque laudabiles mores, sine quibus nempe verè potest esse Christianus. Ministravit CHRISTO, cum nominis sui per omnem Italiam celebritate ingente, in eadem, quam primò assumpsit, humilitate permansit. Ministravit Christo, cum Verbum Dei indefessè prædicare non desistit. Ministravit Christo, cum se vocante ad æternam requiem, nec mori timuit, nec viuere recusauit.

§. 18. Ergo, quia non potest veritas ipsa mentiri, qua est Vnigenitus Dei Filius, qui per os carnis assumpta locutus est, dicens: Qui mihi ministrat, me sequatur, & vbi ego sum, illic & minister meus erit. Cum sciamus, hunc Sanctum virum ministrasse Christo, & ipsum fuisse sequutum, vsque ad consummationem vite, minime dubitare permittitur, quin potius certissimum tenere, quod vbi est CHRISTVS Dei filius, sit etiam minister suus Sanctus Bernardinus: Ergo, quia cum Christo sent omnes Sancti eius, de Omnipotentis Dei misericordia, qui non deserit Ecclesiam suam, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, ac Venerabilium Fratrum nostrorum, S. R. E. Cardinalium ad id accedente consensu, decernimus, declaramus, & ordinamus S. Bernardinum, inter Sanctos Dei, ab vniuersa Ecclesia debere deputari, & Sanctum haberi, & tanquam Sanctum honorari, & coli, ipsiusque canonizamus, & pro canonizato habere volumus. Mandantes Festum in numero Sanctorum Confessorum non Pontificum decantari.

§. 19. Insuper omnibus verè penitentibus, & confessis, qui in die Festi sui Ecclesiam, in qua Sanctum corpus suum requiescit, deuotè visitauerint, & ad ornatum, sine fabricam dictæ Ecclesie manus porrexerint adiutrices septem annos, & totidem quadragenas, de immunitis eis penitentis misericorditer in Domino relaxamus, presentibus perpetuis temporibus duraturus. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c.

Datum Roma in Basilica Principis Apostolorum. Anno Incarnationis Dominicæ 1450. nono calend. Iunij. Pontificatus nostri, anno 4. ext. in Bullar. Paulij V.

Hæc pro cultu Sancti Bernardini Pontifex sanciebat. Reuocauit Sanctus Bernardinus ad pristinum rigorem, Fratres instituti Franciscani, multosque dispulpos eadem cupiditate, vitæ arctioris flagrantes reliquit. Inter hos, cum A. Eneas Syluius Ioannem Capistranum, virum Sanctum videret, apud Nicolaum Pontificem hoc anno egit, ut illum in Germaniam mitteret, exactam totâ Germaniâ B. Francisci Regulâ plantatum: quem postea Viennæ prædicantem, audiuit, gratum populis, & miraculorum effectorem creditum. Comment. Pij II. lib. 1.

Fuit Ioannes natione Italus, patriâ Aprutinus, non longè ab Aquilâ vrbe oriundus, Magister in Theologia, & Iuris vtriusque Doctor, quid prædicandum

XIV. Syluius, vt B. Ioan. Capistranus in Germania mitteretur procurat.

XV.



Verbum Dei singulari gratia pręditus, magno cum fructu in plurimis Regnis, & Pręuincijs populo verba salutis annuauit: extra Italiam vbiq; interprete vſus. Mira profecto res, vt vir 66. annos natus, tantum itineris facere, tantum laboris ferre, tantum vocis, & spiritus in debili, macilento, & exhausto corpore posset habere. Nam qui eum Norimbergę viderunt, affirmabāt hominem fuisse corpore pusillum, aridum, exhaustum, solā cute, neruisque, & ossibus compactum; latum tamen, & in labore fortem, ac strenuum, sine intermissione singulis diebus prędicantem, atque altas materias, profundasque sententias declarantem. Vitę eius institutum in hunc modum fuisse describunt. Vestitus dormire, antę lucem surgere; Matutinum, Laudes, Primam, & Tertiam orare; diuina deinde celebrare: his peractis, ad populum Latine sermonem pronũciare, & eum postea per interpretem populo exponere; finito sermone ad cęnobium sui Ordinis redire, Sextā, & Nonā completis, infirmos visitare, diu apud eos morari, manus omnibus imponere: Birretum S. Bernardini, & in linteo cruorem, quem illi mortuo ē naribus fluxisse ferunt, singulis ægrotantibus admouere, precari supplex pro omnibus. Exin cęnare, deinde his, qui ad se accedebant, audientiam prębere; mox Vesperas dicere, & ijs completis ad ægrotos reuerti, atque cum his vsque ad noctem, se exercere: demum Completorio, & alijs delectis precibus expletis, corpus quieti dare: quod sanę tempus minimum erat, & somno fermę nihil ad reuifendos Sacrę Scripturę codices, pusillum temporis furari. Ingens profecto, & per diuinam gratiam infatigabilis in modico illo corpore virtus regnabat, quam nec labor, nec ætas frangere potuit. Et talis erat eius pronuntiatio, vt etiam non intelligētes ad lachrymas, & vitę emendationem prouocaret. Missus a Pontifice in Germaniam vt Nuncius, & Commissarius Apostolicus, atque vt Generalis hæreticorum Inquisitor, per Carinthiam, & Stiriam venit in Austriam, tantā cum populi reuerentiā ac veneratione, vt Sacerdotes cum plebe, eum veluti Legatum Sedis Apostolicę, cum Sanctorum Reliquiis obuiam procedentes susceperint; & planę illud in eo completerent, quod Paulus ad Galatas scribit dicens, Sicut Angelum Dei excepisti me. In Bohemiam, hoc anno non potuit penetrare; propter facionum principes, & omnia contra Catholicos miscentes. Maynardi de Noua domo Vlrucus filius, partium Catholicarum propugnator, pacem optabat: Georgius Podiebracius furoris hæreticorum patronus, alia magis, quam tranquillitatem cogitabat. Ad XIII. Aprilis conuenerant, vt de conditionibus pacis discernerent. Nihil impetrare potuerunt Catholici. Cũ falsus rumor de Procerum concordia Pragam peruenisset, ac in die Sancti Marci ex instituto veteris, Litania maior celebrari deberet: Rokezana pseudo-Archiepiscopus, cum suis scismaticis, eā samā vehementer perturbatus, nullas eo die voluit facere processiones. Vbi verō eodem die, horā vespertinam, Podiebracius Pragam reuertisset, atque Proceres absque omni concordia discessisse renunciaſset; tum verō exhilarati Bellonę Sacerdotes, die insequente, præter morem, solennes supplicationes, cum Eucharistia per vicos, & plateas ciuitatis vtriusque, Te Deum laudamus hilariter decantantes obierunt; manifesto argumento, illis discordiam placuisse, quę belli, & fundendi sanguinis causa haberetur. Nec morā interpositā, Pragenses, cum Podiebracio armati, Castrum Costeletzium Catholicae partis inuaserunt, atque in vigilia Pentecostes occuparunt, diripuerunt, atque exulserunt. Inde contra Rosenbergios castris moris, ipsa festiuitate Pentecostes, Buztueſium obfederunt: ac tertio post die agrum Piltznensem vastare aggressi sunt: dubioque procul ingens aliquod malum patrassent, nisi Rosenbergij viribus contractis, hostem insolentem aliquantum repressissent, & ad inducias vtriusque faciendas compulſissent. Delecti ab vtraque parte arbitri, arma

B. Cępiſtranus describitur.

Bohemii heretici pacem cū Catholicis reuoluerant.

deponere vtriusque imperarunt; & pacem Generalem in toto Regno Bohemię, vsque ad Festum S. Georgij seruandam esse pronuauerunt. Cochlem hist. Hussitarum lib. 10.

In hunc annum Scriptores Galli referunt, Anglorū eiectionem ex Normaniā, atque Aquitaniā. Prodigia, & ostenta memorant, antecedentia victoriam. In celo candidam Crucem conspectam, quo Baiona oppugnabatur a Gallis, eamque rem in Religionem versam, ab ipsis etiam Anglis. Regnobertum item, quem in Sanctorum numerum relatum Baiocensēs magnā religione venerant, qui viuens, & Baiocastinus Comes primū, & deinde Episcopus extitisset, visum per quietē Dunensi Comiti a Carolo misso, eumque oppugnationis admonuisse, quam miles Francus reparabat, vtriusque ne id pateretur, sed furentem exercitum reuocaret: Id si faciat, benę quidē obsidionem sibi cessuram: Si, secūs, dispendium accepturum: atque eā visione excitatum Comitem, mox ad milites properasse, eosque ab oppugnandi pertinaciā reduxisse: nec multō post urbem per deditionem accepisse: cū prius Velocastium, Cadomum, Falesiam, Cęsarburgum, aliaque in Normaniā loca Anglis erepta essent, & ad Forminiam pugnā commissa, Angli victi fuissent. Hanc ob victoriam, Lutetię Parisiorum habitę supplicationes: in quibus iussu Guilielmi Episcopi Parisiensis, duodecim puerorum millia infra 14. ætatis annum collecta, singuli facem ceream accensam gestantes, a templo Sanctorum Innocentium martyrum, ad Sacram Basilicam Deiparę Virginis ibant, laudes Deo decāntantes. Fuisse creditur Deus Carolo Regi Galliarum, quōd is Ludouico Episcopo Arelatensi, viro sancto, honores diuinos procurasset. Hunc enim Nicolauis Pontifex eo tempore Sanctorum cęlitūm albo inscripsit, Carolo postulatē. Accidit inter hæc istud tremendum. Franciscus Dux Britannię, frater suū ægidium, postquā per annos quatuor in arca tenuerat custodia, forde iusserat interfici. Stragulatus est ad 8. Cal. Maias de nocte in carcere, per mappā ceruici eius iniectam, quemadmodū Diuā martyre Godelepham legimus, olim strangulatū in usu mariti apud Ghistelam. Consilio Arturi a monte Albano, Franciscus hoc scelus perpetravit, confictā causā, quōd Anglis Aegidius nimis fauisset. Grauibus supplicijs postea necati sunt, Oliuerius de Mets, & Robertus Roscelius, aliique parricidii ministri, præter Arturum, qui ope amicorum aufugiens, factus est Lutetię sceleratissimus Monachus Cęlestinus, posteaque per patronum malorum hominum, Ludouicum Regem Burdegalensibus obrufus Archiepiscopus. Mortuus est & Dux Franciscus xv. Calend. Augusti, die Sabbati, citatus (vt allerunt Britanni) ab Aegidio Fratre ad tribunal magni Iudicis I E S V CHRISTI. Meyerus lib. decimo sexto annal. Guaguinus lib. decimo. Abimilius in carolo septimo.

Finito apud Anglos externo bello, discordia domestica reuifcere cepit. Porro bona pars Principum obres malę, & infeliciter gestas fremebat, & alii in alios culpam conferebant, ac vniuersi vnū omnium Guilielmum Suthfolchię Ducem, tanquam pestem, & perniciem patrię omnibus precibus detestabantur; quod pecuniam publicam dilapidasset; quōd exercitui stipendium non dedisset, quōd supplementum mittendum non curasset, quōd aulae bonis consiliariis vacuum fecisset, quod suo arbitratu cuncta gereret. His vocibus factum est, vt multitudo concitata, Ducem cum eius clientibus, parricidii, peculatusque accusarit, ac publicę ad supplicium petierit. Quo viso, Regina metuens leditionis, egit cum Rege, vt multitudinis leniendę causa, Ducem in carcerem coniceret, quod factum est. At paucis post diebus, Regina, rata plebē eiusmodi ignominia, qua Guilielmus affectus esset fatiatam esse, eum custodia liberari iussit, ac apud Regem in pristina gratia reposuit. At ea multitudo magis, quam antea agitata cępit vociferari; indignum esse facinus, homi-

XVI.

Angli eieciuntur a Gallis.

Dux Britannia fratrem suum necat.

XVII.

Angli inter se dissident.

nem tot

In Ducem Suthfolchię vobem memori commoti sunt.

XVIII. Exempli vindiā diuina.

XIX. Ioannes Odrouanus, frater, ante absolutionem non sepelitur.

XX. F. Iacobus Ord. Prędic. plures infideles conuertit.

XXI. B. Stephanus Bandellus Ord. Prędic. obiit.

nem tot scelera maculis notatissimum in Regia manere, ac in honore haberi. Quę postquam Rex audiuit, tum demum animaduertens nihil esse, quōd amplius dissimularetur, primō clientes Ducis culpę socios, supplicio affect; deinde ipsum Ducem in exilium ire iussit; eo consilio, vt inde sopitā multitudinis irā, ad se euocaret, eō quōd in Regiā oculis habitaret. Atqui homo flagitiosus, ac capitalis, nullis potuit seruari modis. Nam cum nauem conscendisset, & Calliam peteret, subitō ab aduersariis comprehensus, cęsusque est. Atque, itā a Deo (vt par est credere) meritas habuit penas; qui absq; multis alijs facinoribus, dictus est necem Glöcestrensi Duci esse machinatus, quōd sic hominis innocentis sanguis tandē eius cęde lucretur. Nouit Deus homines nocentes aliquandū ad pœnitentiam tolerare; quam si facere neglexerint, thesaurum tandem irę suę in eos effundere. Polydorus lib. 23. Historiarum Anglię.

Hisetiam temporibus horrendum vindictę diuinę mortalibus exemplum, in Regno Scotię, in Ioannem Cameron Glasguensem editum est. Impulerat is Iacobum Regem, ac Regni Gubernatores, penes quos summa erat potestas, ad innocentem quorundam iniustam necem; rapinasque, & iniustas exactiones in nobiles Regni, atq; plebeios, quales ipse in agręstes Glasguensis Ecclesię sæpę exercuerat. Itaque cum numini diuino fati diu hominibus illudere visus esset, nocte, quę Christi Natalem præcedebat, cum in arce suā quiesceret, vox de celo ad aures eius horrenda insonuit, ad supremi Iudicis tribunal citantis, vt antefactorum flagitiorum rationem confestim redderet. Itaque somno excitus, præteritusque rei nouitate, nec tamē veram vocem fuisse confidens, sed vt nonnunquā si somnium, famulos extemplo, quos ad cubiculo habebat, inuocauit, ac lumen, vt ferret, iussit. tūm animū paulūm recipiens, iussis adſistere famulis, librum in manum accepit. Nec longum, iterū eandem vocem audiuit, cunctis metu silentibus, ac malum aliquod præfens expectantibus. Inde spatio exiguo interposito, reddita est eadem vox, multo quā antea horridior. Vnde extemplo exerta in immensum scēdisimē linguā, animam ad diuini iudicii sublellia emisit. Formidandum profecto spectaculum nefariis potentibus. Sed hominum mentes veteri obstinatę malitiā, terribilem Numinis iram non magis formidant, quā verā pietati dediti, inſinitam eius beneuolentiam (vt sanę debent) cum gratiarum actione amplectuntur. Hector Boethius hist. Scot. lib. 18.

Hoc anno Leopoli in Rusiā, Ioannes Odrouanus Archiepiscopus, Petri Palatini Rusię frater, ex mero reinterit, anathematis sententiā a Sede Apostolicā, propter nonnulla percussus. Non ausi sunt Canonici eum sepulture Ecclesiasticę committere, donēc a Nicolao Pontifice absolutionem a vinculo impetrauissent. Itā obtentā absolutione, post duos menses in Ecclesia Leopoliensī tumulatus est. Michouinus hist. Polon. lib. 4. cap. 59.

Eodem anno, Frater Iacobus de Chiuisi Dominicanus, Episcopus Tarſensis, ad conuertendos Saracenos, a Nicolao Pontifice prædicator destinatus, plurimos infideles in Ciliciā ad CHRISTI fidem suā prædicatione adduxit. Michael Pius, lib. 3. de viris illustribus Ord. Prędic.

Eodem anno ad cęlestem patriam euolauit Beatus Stephanus Bandellus Castelnouanus, Ordinem Prędicatorum Placentię professus. Apostolum Paulum, in dicendo, & in viuendō referebat: quin & miraculorum gratiā pollebat. Aliquem in aquis fluminis cuiusdam submersum, diuiniſque indidē detentum, a suffocatione liberauit. Cæcum quendam illuminauit, Vitā functus, plurimas sanitates, multis impertuit. Salutiarum ciuitate, vbi sepultus decumbit, aliquandō ignibus deflagante, vñ cum Diuā Deiparente in aere apparuit: neuē vniuersā ciuitas conflagraret, visibiliter

prohibuit. Tabellę votiuę ad eius sepulturam appensę, indicabant eius Sanctitatem, & miraculorum patratorum efficacem potentiam, quā viuens, & defunctus præcelluit. Idem Pius lib. 1. de viris illust. Ord. Prędic.

Perē circa id temporis, in cęlos abiit, Beata Rita Casiā, inter Sanctimoniales Diui Augustini Ordinis Eremitarum, castitatem, cum cæteris religiosis votis professa. Antę quinquaginta annos, in Vmbris, oppido Casiā, parentibus pijs, non sine miraculo nata fuit. Iam vterque pietati deditus in effeta ætate, nullam prolem se posse suscipere existimabat; cū Deus vtrumque, paruulā felici augere decreuit; matricę exinde vehementer dubitanti, & in rei insolentiam inquirenti Angelum destinauit, qui significaret, eam prole tali grauidam, quā olim ingentis Sanctitatis foret. Peperit tandē illam Mater citrā dolorem, & nomen Ritę, secundū quōd in quiete per visum aspexerat susceperatque, in baptismo paruulę imposuit. Infanti in cuna iacenti, apes candidiores in os inuolantes, & exinde euolantes indicium magnitudinis futurę attulere. Aliquis Poeta non ignobilis, Ritam compellans his versibus, mysterium explicabat;

Dum teneris insedit apis sua iosa labellis Rita suis, inibi mella dedisse reor: Eloqui auspiciū dulcis, quo grata fuisse vsq; Deo, ac ipsa dulcior ambrosiā.

A lacte depulsam Ritam parentes, ad eō in omni Sanctitatis specie educerunt, vt ipsa adultior facta, non nisi per vim cogi potuerit ad matrimonium inuendū. Maximus enim virginitatis, & religionis amor illam præoccupauerat, vt non amplius corporis, aut sæculi oblectamenta desiderauerit. Maritum feroculum nacta, benignitate placuit, summoque amore complexa, ex eo duos filios suscepit, quos partim præceptis, partim exemplo ad omnem modestiam educavit, ipsa non secus, ac si in cęnobio Sanctimonialium viueret, orationi, ieiunijs, vigilijs, sacrorum communicationi magnoperę intenta. Post decimum octauum annum deſponſata fuerat, matrimonio illi legibus a morte viri exſoluta, neque multō post filijs orbata, sanctioris vitę desiderium ex plere desiderans, Monastię vitę inter vestales, apud S. Marię Magdalene Cęnobium sese addixit. Indidē per virtutum omnium semitam omnes reliquas antecedens, cum Sanctos imprimis sups tutelares Ioannem Baptistam, Augustinum, & Nicol. Tolentinatem qui ipsam primō in Cęnobium clausis ianuis introduxerant, aspexisset, maior se ipsa esse contēdit, contemptu sui, obediencię promptitudine, paupertatis, & castitatis conseruandę studio, atque reliquorum animę ornamentorum præstantiā. Sæpius a recordatione voluntatum in matrimonio olim concessarum, ad inconcessam libidinem a maligno spiritu prætentatā, vel in niuib; se volutabat, vel digitos pedum, ac manuum adurebat, vt incendio corporeo, mentis, & corporis incendium extingueret. Singulis diebus trinā vice, vel ferreā catenula, vel flagris funiceis aut corticibus, se vsque ad cęlicium sanguinis verberabat: & primō quidem pro defunctis; secundo pro benefactoribus; tertio pro peccatoribus vniuersi Orbis. Cilicium exſectis porcorum contextum, corpori nudo impositum, perpetuō gestauit, maiorem vitę partem pane, & aquā tolerauit; cellę angustę omnes angulos memoriā locorum paltonis, & mortis CHRISTI designauit, adque singula successiuis horis oculos conuertens, a contemplatione myſteriorum Crucis numquā vacauit. In ardentissimā CHRISTI Crucē alixi meditatione, sæpę sæpius in extases rapiebat: cumque ad se redibat, & vel ex ore Concionatoris alicuius quippiam de his myſterijs audiebat, vel ex objectis ali-

XXII. Augustinus Cauallicus Fulgencius in vita ad Cardinalem Saulum.

Vita, & obitus B. Rita Ord. S. Augustini.

Horatius Solza.

XXIII.

quâ imagine, aliquid de Iesu passio, mente concipiebat, in lachrymas eliquabatur. Maximè verò tunc, cum antè simulachrum Cruci affixi prostratè Christus apparet, vnâ ex spinis coronæ suæ frontem cruentasset. Tunc enim quemadmodum Theophilus Griffonius exprimebatur

Vt frontem spinâ terebrari mollior vnâ Sensit Rita suam, talia dicta dedit. Christe precor, toram ex spinis mihi trade coronam, Membraq; da flagris dilaceranda tuis. Da ferrum cupido pectus transiget amanti, Et palmas, clauis fodiat, atq; pedes. Nam tot amara, tuo postquam condita, cruore Dulcia sunt nimium, tum quoq; dulce mori est.

Aliquandò etiam Saluator in eadem se visibilem exhibuit: à cuius amoris deliquo in ægritudinem delapsa, & totis quatuor annis lecto affixa, tantoperè à cibis abstinent, vt solâ Eucharistiâ vitam producere crederetur. In hac ægritudine decubentem, cum aliqua familia visitasset, & illa rosam ab ea ex eius hortulo postulasset, mirum dictu, Ianuario mense, in iudibus hortulo obruto, & frigore omnibus rosetis rigentibus, rosâ miraculose enata est. Ficuum quoque desiderio æstuantis, tres illas naturas, recentes, eodem mense per miraculum productas, illi misit. Moriturâ tandem Christum iterum apparuit, atque ad gaudia Paradisi tum inuitauit, tum Sacramentis Ecclesiæ procuratam eduxit:

Rita, vbi mortalis de functione est manere vita Infomemq; animam referunt Domino, Inter se audit a miro sunt vndiq; motu Campana, lætis increpuit sonis. Angelica mouere manus, hac læne triumphans Rita arcem victrix duxit ad aethera.

Præter miraculum æris campani ad eius exequias nullo hominum monente sonantis, succedere alia miracula, ab eius contactu, & inuocatione patrata, quæ F. Augustinus Cauallucius Fulgins, Eremita, ad perpetuam memoriam transmisiit.

ANNO CHRISTI 1451. NICOLAI PAPAË V. Anno 5. FRIDERICI ROMANORVM REGIS Anno 12.

I. Fridericus Caesar, ad Nicol. PP. pro Diademate Imperiali Legatos destinauit.

FRIDERICVS Rex Romanorum, cupidus diadematis Imperatoris, iterum hoc anno Romam destinavit Oratores, qui illud à Nicolao Pontifice Maximo impetrarent. Postulabant, & Concilii Generalis indicationem, in quo vulnera Reipublicæ sanarentur, & vt bellum contra Christiani nominis hostes decerneretur. In hunc modum perorabant:

Pater Beatissime, Maxime Pontifex. Eum, qui coram tua Sanctitate loquitur, non immerito commoueri, cum propter celsitudinem throni sui, quo nullus est in terris altior; tum propter ingenium tuum, à quo dono aureum, & omni doctrinarum genere fons undans in cuius presentia, qui verba facit, nisi iuxta præceptum Apostoli sermonem habuerit sale conditum, illius visum notam in uerbat, de quo scribit Hieronymus, qui cum loqui nesciret, tacere non poterat. In hoc enim Orbis terræ primo, maximoque auditorio, non futiles, & importuni loquutores, sed sacandi Oratores audiendi sunt. Vlysi patet, quem sapientis facundia præditum, vocem, ait Homerus, non ex ore mittere, sed ex pectore. Quibus ex

rebus nihil mirandum esset; si nunc ego, cui nec sententia suppetunt, nec verba, quibus adiri tanta maiestas debeat, sterturbarer, ac pallerem; vt olim Lugdunensem Rhetor dicturus ad aram. Sed adiecit animum mihi Tua Sanctitatis immensa benignitas, atque indicibili humanitas; quæ non solum magnos, disertosque viros, sed etiam humiles, & indoctos aure inoffensa audire consuevit: morisque semper huius sacri Consistorij fuit, non tantum verba loquentis, quantum mittentis personam exornare. His accedit nobilitas orationis materia, quæ dubium est, petenti vtilior, an concedenti gratior sit futura: cuius tanta honestas est, tanta vtilitas; vt absque Oratoris adminiculo persuadere se ipsum facile queat. De coronatione namque Casareâ futurus est sermo; quæ res semper maxima, & honestissima fuit: postquam Sancta Sedes Apostolica, Imperatoriam dignitatem, ex Græcorum gente, in persona magnifici Caroli Magni transtulit ad Germanos. Cupiens enim Serenissimus & Inuictissimus princeps, deus Caesar Fridericus Romanorum Rex Augustus, Tua Sanctitati obsequensissimus filius, more maiorum, in hac vrbe Româ sua coronationis solemniam celebrare, hos præstabiles viros, & me pusillam, Tuam clementiam iussit accedere, rogatus, atque obsecratus, vt ingenti eius desiderio, pio, iusto, atque honestissimo, mos geratur. Namque si Tua Sanctitas eius coronationi nauare operas voluerit, nihil morabitur Caesar, sed alijs omnibus sine dilatione superatis, Te præsentiam festinus adibit, quæ sunt consuetudinis faciet, Imperiales infusus ex Tua sacrâ manu recipiet; Festos dies, lætamque solemnitatem tecumaget, de rebus Ecclesiæ, atque Imperij salubriter dirigendis. Tuis consilijs auscultabit. Te quoque sequetur; fauentibusque denique superis coronatus, alacer, ac Tibi plurimum obligatus, in patriam reuertetur. Hac est nostrâ legationis summa, ac totius orationis materia. Curâ quam tria vobis videtur alijus attingenda, declaranda, que esse; non vt Tuæ Sanctitati mentem instruamus, cui nihil est dubium; sed vt plerisque sacris faciamus, qui nostris experientibus admirari possent, si nihil amplius scirent. Primum est; Cur tantoperè maiestas Imperatoria coronam cupiat. Alterum; quæ iam diu hanc rem distulit. Tertium; concedendum ne sit, quod de coronatione requiritur. Quibus absolutis, oratio modum haberet, nisi pauca referre oporteret, quæ apud Neapolim nuper egimus. Sed illis breuiter enarratis, & vnicâ præcæmularâ pro Concilio Generali subiectâ, finem dicendi faciemus.

Aggrediamur igitur quod primo quaestio est. Cur tam impendè Regia maiestas, coronationem essigit? Quid vrget? Quid est, quod tantum Principem exire paternam domum, magnis, & ambiguis itineribus se committere, graues subire sumptus coronationis causâ compellit? Tria sunt Beatissime Pater, quæ Casarem mouent, deuotio, consuetudo, debitum. Possent complura in medium asserre, quibus Religio vobis Principis, & pietas, ac deuotio in Tuam sanctitatem, Tuamque prædecessorem habentis non vulgariter patuerunt. Sed scienti omnia Beatitudinis Tue, superflua narrarentur, & Regio culm in ea vulgari non placet, quæ pro sui animi magnitudine, minima censet. Nam est omni officio, ac potius pietate ergâ Romanam Ecclesiam, Tuamque Sanctitatem omnibus satisfaciat; deuotioni tuam suam nunquam satisfaciit. Ex hoc pietatis deuotionisque fonte prorumpit, tam propensa coronationis cupido, atque petitio. Arbitratur enim Regia sublimitas, opus esse diuina pietati acceptum, si quemadmodum in Veteri Testamento, nunc Prophetæ, nunc summi Sacerdotes, nunc simul ambo inungebant, qui regetet Israel, & Iudam; & sic in tempore gratia, notaque Lege, Romani Pontifices, Christianos Imperatores inungant, atque huius diademata largiantur, qui plebem Catholicam legibus tueantur, & armis. Cuius rei non paruum signum esse videtur, quod ex Germanis Casaribus, qui per manus primi pastoris iuncti Romæ coronati sunt, nullum comperimus violentâ morte perijisse; cum tamen ex italis, & Græcis Imperatoribus maxima pars, sic in Orbem obierint, vt verum esse firmauerint, quod Satyrico carmine expressum est:

Ad generum ceteris sine cæde, & sanguine pauci, Descendunt Reges, & sicca morte Tyranni.

Est itaq;

Tria Romani Imperij rempora.

Est itaque deuotio Casaris, non paruis illustrata, firmataque rationibus, quæ coronationis insignia possit. Sed hanc deuotionem vetus consuetudo præmunit. Tria sunt enim Romani Imperij tempora, ex qua Iulius Casar rem populi vertit ad regnum, Græcorum, Germanorum. Præterea Berengarius, & alios, qui apud Longobardos imperarunt. Neque enim tantum ditioribus habuerunt, tantumque iuris, vt Imperatoria dignitas deberet titulis illustrari. Priores imperatores contenti purpura, per raris diadematis utebantur; habentibus Regia potestas arbitrium, in iure dignitatis nomē, & insignia postponant; ne cum corona simul, & Tarquinij superbiâ, quasi iure postliminij in vrbe reducere viderentur. Ex Græcis verò Casaribus, non est dubium, quin plerique Constantinopolitani Præsules, coronis exornauerint. Ex quibus (sicut scribit Otto Frisingensis Antistes, non vixit auctor vsque ad Constantinopolitanâ Sedem intumuit, vt non solum Alexandrinam, sed Romanam quoque cathedram, vsque ad Phocam Casarem, & Bonifacium Papam, contenderit antecedere. At postquam Germani Principes victi, ac domiti Longobardi, qui Romanam Ecclesiam lacebant, imperare cepissent, vt res agitata consuetudo coronationis inoleuit; quam seruare nunc Casarem permixtam decet. Cumque Germana nobilitas, & Apostolica Sedes beneficiâ, suaque diligentia, & humilitate, Imperatoriam dignitatem obtinuerit, quam Græci superbiâ, & ignauia, ac forsitan haeres perdidit; non solum debitum, sed necessarium esse videtur, à Romano Pontifice coronam exoptare, vt illi perpetua reddatur reuerentia, à quo præcipua recepta est eminentia: cum nihil ex tota philosophia sit magis debitum, quam gratitudo. Ex quo fit, vt non solum deuotione, sed consuetudine, ac iure debito maiestas Imperatoria coramque deificat. Coniungitur & hisce causis, publica vtilitas ratio. Multa enim in eos simul conuenientes, tractari, concludique poterunt Christiano populo salutaria, quæ per Legatos inter absentes, difficilè peraguntur. Absoluta est iam prima quaestio: quid Casarem moueat, diademata possere, atque iure regere.

Cur Casaris coronatio dilata.

Videamus modo, quamobrem tam diu protelata sit. Duorum hic temporum, postquam Casar acceptam Imperij, habenda est ratio: alterum sub Eugenio lapsus est, alterum Te Pontifice. Optauit Casar coronam sub Eugenio recipere: nec Eugenio erat auersus. Namque, qui Sigismundi caput ornat, Fridericus quoque vericem gemmis, & auro redimere percipit, erat; vt si duorum Casarum pater maximus diceretur, quod hactenus contigisse reperit nemini. Sed viguit illius tempore Ecclesiastica diuisio, neutralitatisque nouis Germaniam occupauit; nec Casari, nec Pape ex vsu fuit, vt nos, rem iam vetustam, ac multo quæstiosam relinquere. Sed cum vicissim perueniant Casari, quid enim persequerant non dimitti parerit) cumque restituta fuisset obedientia Ecclesiæ Romanæ, iamque tractandum de coronatione videretur, mox Eugenio diem clausit, speratamque Casari coronationem ademit; atque sic primum tempus sine culpa effluxit. Neque secundum arguerim celeritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit. Ad quas res secleritè Casarem adueniente; exorta exemplo sacra belli tempestas, quæ non solum diuites Austriae principatus, sed Bavariam, Suediam, Franciam, & denique florentissimas regiones, atque ipsum Christianitatis cor, cadibus, rapinis, incendijs, atque omni calamitatis genere vexauit; nobilissimos Principes, & potentissimas Ciuitates, diripit, nouâ, inauditâ discordiarum seruitute concussit.



Matrim. inter Caesarem & Eleonoram Infantam Portugallia.

est, vt de matrimonio Caesaris, contracto cum Leonora infante Portugallia, Sanctitatem Tuam certiorum faciamus, alterum vt de Concilio Generali, quod sit inde Regis desiderium intelligat. Ambo hac paucis absoluemus.

Instat Caesar pro generali Concilio.

Sed venio ad secundum, quod addere promisi, idque finem orationi praebebit. Quae haec sunt, Beatissime Pater, commisit nobis Imperator Maiestas, priusquam sua ex conspectu recederemus. quae nunc dicturi sumus. per nouas, & videntes litteras in mandatis accepimus. Ea nec parua, nec contemnenda sunt, sed digna Tuis auribus, & hoc sacerdotum carum. De Concilio namque generali, de quo loco contentus haberi dicitur, ex quibus rebus magna potest vultus redundare. Licet enim sub te vero Capite, & rogo Iesu Christi Vicario, vnit a sit Ecclesia, plurima tamen sunt, propter quae necessaria videtur conuentio Episcoporum Generalium. Dissident Christiani principes quam multae concordia querenda est. Labascunt Cleri, & populi mores. Inuestiganda modestia. Oppressam Ecclesiam quamplurimum lacessunt, Recuperanda libertas. Ad quas res licet Tua satisfactio auctoritas, non tamen executio sine conuentu Praetorum, consensuque Principum facile potest haberi. Cupit igitur generale Concilium? Verum generale Concilium, non abortiuum, non adulterinum, non contentiosum, non ambitiosum. Concilium, in quo iuua membra, maiori- bus pareant, in quo nullum sit membrum, quod suo capiti non consentiat. Concilium, inquam, quod non de clauibus summi Pastoris disputet, sed pro communi utilitate in- uigilet. Summa est Romani Praesulis auctoritas: quid ar- rinet disputare? Omnis potestas Ecclesiae, a Christo principe, per Romanum Pontificem veluti caput in caetera mystica cor- poris membra deriuatur, atque diffunditur. Hac professio Caesaris, hac fides est. Euangelio credit, & oraculis Iesu Christi. Scit, Petro, & successoribus suis dictum esse a Domino, Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non praeualdebunt aduersus eam: & tibi dabo claues Regni caelorum, & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis: & tu vocaberis Cephas. Paece quis meas. & Duc in altum. & eiusmodi, quibus refertur sum Euangelio riu codices. Vtrū quem quisquis alium quare, tenebras querit non lucem: stultior eo, qui aperto, feruentique sole, commentitium lumen accendit. Caeterum quia Maiestas Imperatoria, non ad potentiam exercendam, sed ad fidem tuendam, com- muneque bonum promouendum, Tibique assistendum interese decreuit, coronam prius accipere cupit, quam Concilium conuocetur: indici, antequam coronetur, neque petit, ne- que suadet, neque gratiam habere. Expedi enim admodum rebus agendis, coronatum Caesarem, ac Tibi iuratum in Con- cilio penes Te sedere, Tibi assistere, Tuisque decretis fauorem impendere. Cumque Caesar sit Aduocatus Ecclesiae, protector, defensor, adiutor, ac nullibi melius officium suum, quam in Prouincia sibi parente valeat exercere, locum celebrande synodi in Alemannia sub Romano Imperio petit: in alia Prouin- cia, nec potest, nec intendit consensum praeberere. Est enim Alemannia, locus ex tota Christianitate commodior: in qua si quis recte profecerit intra Rhenum, & Austriam, Chri- stianitatis umbilicum ad centrum reperiet, Vbi exierit ad Occidentem, sunt Hispani: ad Orientem Graeci: ad Septen-

trionem Noruegi, ad Meridiem vltimi Sicilia populi. Cum- que iam Graeci, in his, quae fidei sunt, cum Latinis Ecclesia sapiant, oportet & his locum Concilii conuenientem nomi- nare. Fovendis enim iam sunt, & omni fauore amplexan- di. At hi ad Alemannia partes, per Vngariam breuiter ha- bent, & facilem transitum. Vrbes praeterea in Alemannia sunt amplissima, & splendidissima, mansiones accommo- datas, victus necessaria comparatu facilia, pax optima, pulcherrima quies, dulcissima libertas, saluberrimus aer, Principes, ac populi promissorum, ac iusti tenaces, mori, quam deera- re, aut fallere malunt. Nemo est, qui de loco Alemannia iure conuenire possit. Nam qui medium Christianitatis, & tot commoditates Alemannia dedit Deus; si quoque velle videtur, vt ibi nostro tempore generale Concilium celebraretur. Habes, Sanctissime Pater, quae sit petitio Caesaris nobis, & admodum iusta videtur, & utilis. Namque, si pacem inter Christi fideles componere, si fragilitatem, bonisque mores fe- vere, si libertatem Ecclesiasticam vindicare, si partem vno nem seruare cupis (vt certissimi sumus) Generale Concilium non alibi conuocabis, quam eo in loco, in quo Tibi Caesar, & possit, & velit assistere. Praeterea alia, cum Tua Sanctitati li- buerit, semotis arbitris referemus.

Similiter vt in Ger- mania ce- lebratur.

II, Annuit Pontifex coronari onis, reli- qua ad illam usque differt.

Dixerunt ea Oratores. Itum in sententiam: decretū, vt ad festum S. Martini huius anni, Fridericus Ro- manam veniret, ad capessendum diadema. Reliqua, ad eius praesentiam dilata. His stabilibus, & in orbem vulgatis, quando iam omnes in aduentum Caesaris dis- pensati essent, non nihil mutationis accessit. Pontifex enim maximus, cui Romanorum mores cognitit erant, quique multos nouitatis audios intellexerat, timens populi motum, & Caesaris nunciatus, & commeatu pe- nuriam causatus, aduentum suum in aetatem sequentis anni, vt differret, Aeneas verū Syluius, vt ad fe quanto- cius iret, imperauit. Tempus erat, quo Leonora Im- peratrix ex Portugallia, nauibus ad Thalamonem por- tum Senensis agri ex condito adduci, Italiamque Fri- dericus Caesar intrare, atque Romae coronam imperij iam suscipere debuit. Studium autem illud erat, vt am- bo Romam petentes, ex manibus Summi Pontificis diademata tollerent. Delecti fuerant matronae no- biles, & innuptae puellae duodecim, quae sponfam Re- giam in portu reciperent ieruntur; nominati quoque Barones duo, equites duo, qui eas comitarentur. Tum Aeneas Syluius, & Michael Fulendorfius Secretarius additi, qui legationis onera sustinerent. His autem commissum est, Imperatricem apud Thalamonem postquam salutassent, Senas vti deducerent, ibique Caesaris praetolarentur aduentum. Syluius, Michaeli- que amplius mandatum erat, Italiae communitatibus, atque Principibus, maximè vero Summo Sacerdoti, Caesaris aduentum, vt certum ad festum S. Martini prae- nunciarent, transitum peterent, commeatibus aequa pretia statuerent, atque ad eam rem litterae praemissae sunt. Quibus cognitit Italiae potentes, trepidare, nu- tate principes, sperare tenues, impleri omnia rumori- bus timeri motus, maximè Romae, quos in aduentu Caesarum excitatos, vetustas noquerat. Haec causa Nicolaum Pontificem impulerunt, Solennia inangu- rationis differendi. At Syluius ab eo accitus, cum fe litteris excusatum fecisset, quoniam quae Caesari nuntiata fuerant, non ignorabat, mirari se, ait, mutatio- nem Apostolicam, neque videri honestum Romani Pontificis dictum, indicium fieri. memoriam se tenere Pontificem Maximum dixisse sibi, Caesari, si venire Romam vellet, hiemale tempus eligendum, quod Sa- lubrius esset, rebusque victui necessariis magis abun- daret, praeterea esse ad coronationem omnia, vltro petitum aduentum, nunc mandari contraria, indignū esse, quando & is accinctus itinere, & conuius eius pro- pediem litus Italicum appulsurus sciretur, accepisse se Maximo Pontifici metum iniectum, timereque Romae Caesarem, sed timorem esse vanum. Se scire, Caesarem iustum Nicolai amatem, nihil aequè odisse, quam turbas, moriturumque prius, quam fidem falle-

III. Caesarem ad iter a- gendum inuitat Pontifex.

ret; comitatum habere nobilissimum, quietis cupi- dum, Religioni, & Ecclesiae fauentem. His verbis Nicolaus motus, litteras ad Caesarem scripsit; suo ex arbitrio iter vt faceret, eaque ad Ae- neam primum direxit, vt si sibi videretur, illas ad Caesarem mitteret. Placuit Aeneae scriptum Apostoli- cum, moxque tabellarium ad Caesarem destinauit. Verum interea motus in Austria excitatus, dies plu- rimos aduentum Caesaris retardauit: Imperatricem ve- ti contrarij, & horridae tempestates diu retinuerunt. In Austria, Ioannes Huniades, cum frustra a Fri- derico coronam Regni Hungariae peteret, cum duode- cim equitum millibus ingressus, omnem agrum inter Viennam, & Stiriae montes diriperat, atque incen- derat. Australes quoque, & Hungariae Ladislauum puerum ad paternam haereditatem a Friderico euocantes, graui aduersus eundem Caesarem moliti fuerant, Cum- que fama increbresceret de professione Romana, Bohe- mi, Austriaeorum & Hungarorum exemplo de Rege suo, ipso illo Ladislauo solliciti, Georgium Podiebra- cium Regni Gubernatorem impulerunt, qui Legatos ad Caesarem mitteret, postulatam, vt ipse suum Regem dimitteret. Id nisi impetrasset, non deinceps imputaret Bohemis, si alium sibi Regem quaererent. Cum nihil, saepius orando obtinuisset, Conuentum Regni apud Pragam indixerat, rebus vt suis consule- rent. Verum postea apud Pragam mirum in modum grassante Conuentus in villam translatus est, quae Benedicti appellatur. Ad hos, qui ferocius agere vi- debantur, Regem alium electuri, nisi mos eis gerere- tur, Legatos mittere placuit. Ex his Aeneas Syluius, cum publica mandata Caesaris exposuisset, pupillum- que Regem gubernationis egerent, in nulla melius, quam in Caesaris manu esse, eosque breue post tempus voti futuros compotes affirmasset, feroces mentes le- niuit; nequialium, se postea vocaturos, Regem di- xere.

IV. Aeneas Syluius pro Ca- tholicis Bohemis laborat.

In hac legatione Syluius, cum Georgio Regni Gu- bernatore, multa de bono pacis, & vnitatis Ecclesiae, scite locutus est, quando videret Catholicos homines, ab haereticis miserè affligi, ac opprimi. Morbo enim correpti, cum peterent venerabile Sacramentum Corporis Christi in viaticum, compellebantur per Sa- cerdotes Rokyanos, ad communionem vtriusque spe- ciei. Qui nolabant de calice communicare, quando moriebantur, Ecclesiasticè Sepulturae ad arcebantur, vt neque circa Parochiales Ecclesias, neque in Mona- steriis permitterentur sepeliri, sed extra urbem, in lo- cum profanum, qui Caluarie dicitur, efficerentur, Sepulturae a fini Sepeliendi. Ea crudeli tyrannide vi- debantur sibi Hussitae Pragenses, pulchre seruare Com- pactata Basilienfis; cum tamen nihil minus sequarent, propterea Syluius, Georgium imprimis allocutus est; semelque, acciterum, Thaboritas omnium pessimos adit, cumque his acerrimè de fide disseruit. Hic est dialogus contra Hussitas & Thaboritas, de sacra com- munionem sub vna specie; dignus, qui ab omnibus. No- uatoribus legatur; dignus, qui hic inferatur, vel ad no- titiam gestorum Cardinalis Legati, quem hoc anno Pontifex Nicolaus in Bohemiam, in res Ecclesiae com- ponendas destinauerat.

V. Reuerendissimo in Christo, & colendissimo Patri Domino, Ioanni de Carual, Sacrosancta Romana Ecclesia, Sancti An- geli Diacono Cardinali. Aeneas, Episcopus Senensis. S. P. D.

Quamuis apud Bohemos Apostolica Sedis legationem obie- ris, & omnes illius gentis mores, opinionemque noscas, ta- men, quia peruersi quidam homines, novos indies errores audunt, & ego nuper iussu Caesaris in Bohemia fui, cogno- uique bonos, & malos, & multa cum eis contuli, & audiui multa, quae Sedem Apostolicam intelligere non est inuisitile: decreui, quae hac in via mihi contigerunt, Tua dignationi praescribere. Quod si magnam papirum imple-

uero, non tamen erit arguenda narratio; quia res plu- rimas non potest breuis epistola comprehendere: & ca- uendum est, ne iam obcurus, dum breuis esse laboro. Praeterea nihilominus locos illustriores. Adhibear mi- hi benignas aures tua modestia, bonique consulas, si libe- rius scripsero, quam Tua dignitati par sit. Nam vetus notitia, & vsura, quae inter nos olim fuit, audacem me facit. Sed incipiam iam narrare: quia nulla est mihi de Tua benignitate dubitatio, quae solet omnia in partem meliorem recipere. Cum ergo per hos dies de Noua domo versus Pragam iter agerem, essentque mihi collega nobi- les, Albertus de Eberstorff Baro, Procopius de Rabenstein & Henricus Trubses equestris ordinis milites, ex vsu vsu- m nobis est (quia raptores, & insidias timebamus) ad Tha- boritas potius, quam in aperta villis pernoctare, ac lupu- rum magis, quam leporum sequi fidem. Praesertim i- gitur, qui Thaboritas accederent, atque ab his in hospita- litate expererent. Acceperunt hac laeta animi Thaborita, dederuntque fidem, atque obuiam venerunt. Res specta- culo digna fuit; rusticorum, & incompotum vulgus; quamuis vrbani videri velint. Frigus erat, pluuiale tem- pus. (nam Bohemia saepe miset aestati hyemem.) Ex illis al- liqui nudierant, Solis recti carnibus, alij pellicibus tunici induerant, alij sella carebant, alij freno, alij calcariibus. Alteri cruce ornatam fuit, alteri nudum; huic oculus de- fuit, illi manus; & vt Virgilianis vramur verbis; Fe- dum videre fuit populat aequa tempora rapti auribus, & truncas inhonesto vulnere naves, Incendendi nullus ordo, lo- quendi nulla modestia; barbaro, & rustico ritu nos ex- ceperunt. Obtulerunt tamen xenia, pisces, vinum, ceru- siam. Sic oppidum ingressi locum vidimus; quem nisi ha- reticorum arcem, aut asylum vocem, nescio, quo appel- lem nomine. Nam quaecumque deteguntur inter Christia- nos impietatis, ac blasphemiarum monstra, huc configu- runt, tutamentumque habent; vbi tot sunt haereses, quot capita, & libertas est, quae velis credere, in exteriori ci- uilitate portat, duo fuerunt scuta; in altero erat pictura An- geli, calicem tenentis, quasi communionem sub specie vi- ni studeret populo; in altero, Zisca pictus fuit, homo se- nex, & vtroque lumine caesus. Hic olim dux Thaborita- rum fuerat, & alterum oculum in pueritia perdidit, al- terum hostili sagittae confixus, amisit. Ab hoc saepe victos fideles auit; saepe Christianorum caedes factas, complures ciuitates excultas, diruta monasteria, Sacras ades incen- sas, prostitutas virgines, Sacerdotes occisos; quem Ta- borita non solum monachum, sed cacum quoque Secuti sunt duces. Neque absurdum. Nam tali populo qui nihil diu- nitatis intelligit, nihil religionis tenet, nihil aequi, recti- que videt, quis ducatum praeberere debuit, nisi caecus? Im- pletum est illud saluatoris in eis; si caecus, caeco ducatum praebeat, ambo in foueam cadunt. Hic dum morti proxi- mus esset, consultarentque Thaboritas, quem post se Prin- cipem designaret; postquam, inquit, animus a me fugerit, excoriat corpus meum, & carnes date volucribus: ex corio verò tympanum facite, atque hoc in praelio ducem habete. Nam quous locorum Theutonice sonum eius audierint, mox terga dabunt Zischam in tympano formidantes. Hic post- quam obiit, Thaboritarum alij, Procopium sibi ducem clege- runt; alij intantum illius memoriam dilexerunt, vt ne- minem dignum existimarent, qui tanto duci succederet; aspernarique principem, orphanos sese vocabant, quasi patre carentes, atque orbatos, vt qui cecitatem non vi- uam tantum, sed mortuam quoque colendam celebant, & ad inferos vsque sequendam. Hunc itaque velut numen Thaborenses habent. Et quamuis picturas omnes abominen- tur, huius tamen imaginem religiose colunt, & honorem, quem Christo negant, deserunt Zischa. Horum secta pestifera & abominabilis est, ac summo digna supplicio. Romanam Eccle- siam nolunt habere Primatum, aut proprij Clerum habere quicquam. Imagines Christi, Sanctorumque delectant: ignem pur- gatorium insciantur; Nihil Sanctorum preces iam cum Chri- sto regnantium, prodesse mortalibus asserunt; Festum diem praeter Dominicam, & Paschalem non agunt; ieiunia spernunt, bonas Canonicas abiiciunt: Eucharistiam sub specie

Thabori- tarum specta- culum.

Rorunde Ritus, & errores, Mores.

panis, & vini, & parvulis, & demeritis praeberet. Conscientias nihil praeter orationem Dominicam, & verba consecrationis dicunt, neque vestimenta mutant, neque ornatus assumunt aliquos. Quidam vero eoque desipiunt, ut non verum corpus Christi in altari Sacramento, sed representationem esse quandam contendunt, errantes, Berengarii non conuersi sequaces. Ex Sacramentis Ecclesiae, Baptismum, Eucharistiam, Matrimonium, Ordinemque recipiunt. De Penitentia parum sentiunt. De Confirmatione & extrema vitione nihil. Monachorum religionibus infestissimi sunt, inuentionesque diabolicas afferunt esse. Baptisma simpliciter vendunt. Nullam aquam benedicunt. Cimiteria non habent consecrata. Cadavera mortuorum in campis, & in vineis sunt, ubi bestiae sepeliunt: vanumque censent, orare pro mortuis. Ecclesiarum consecrationes derident, & in omnibus locis vnum conscientiam. Nulla maior his cura est, quam sermonis audiendi. Si quis negligens est, domique torquet, aut negotio, ludoue, vacat dum sermo est, virgibus caditur, & intrare, ut verbum Dei audiat compellitur. Est illis domus quadam lignea, similis horreo ruris, hanc templum appellant. Hic populo praedicant; hic legem per omnes dies exponunt, hic altare vnicum habent, neque consecratum, neque consecrandum, ex quo Sacramentum plebibus exhibent. Sacerdotes neque coronas ferunt, neque barbas tondent. His Taboritas, frumento, ceruisia, lardo, leguminibus, lignis, & omni suppellectili necessaria publice damnum complent, & addunt in singula capita, singulis mensibus sexagenam: ex quo pisces, carnes recentes, & si velint vinum emant. In altari nihil offerunt. Decimas omnes damnant; primitiarum, neque nomen, neque rem tenent. Non tam concordia sunt in vna fide, sed aliter isti, aliter illi sentiunt. velle suam curaque est, nec voto vivitur vno. Hos tamen sacrilegos, & sceleratissimos homines, Sigismundus Caesar ciuitate donauit, & quos exterminare debebat, aut in vicinis terris ad fodientes, secandosque lapides, humani generis omni commercio priuatos relegare, liberos fecit, minime tributo contentus. Quares non sibi tantum, sed Regno quoque maximo dedecoratus fuit: quia sicut modicum fermenti, totam massam corrumpit sic sex illa hominum, totum nomen gentis Bohemiae cadat. Sed accipe nunc vrbis situm, quia fuisse loco proximus. Inuenerunt mania potuisti, quae duplicata in quatuor viciis ciuitatem, munit a turribus, & propugnaculis. Colla est in occidentem extensus, nulli ex parte vicinis altior campis, sed praeruptis hinc, atque inderupibus tutus. hinc vno ex lacere fluminis alii, quem accolae Luxuria vocant; ex altero est riuus aquae tenuis, sed profundus, & aditu difficilis. Is quasi veller ante oppidum ingredi maiorem fluminem, in angustias viginti passuum collem restrinxit; & penetrasset arduos montem, nisi saxa durioribus impellitur iter flectere coactus fuisset. Veritur ergo ad dexteram riuus, & ambiens oppidum magnam partem, tandem fluminis, qui reliquam portionem circumdedit, finito colli miscetur. Sic ciuitas ex omni parte rupibus, & aquis munita, vno tantum loco per planum habet accessum, sed arctum, & ingenti fossa, & latiori muro defensum. Tres hic porta sunt priusquam orbem ingrediatur: in priori vero propugnaculum est, cuius muri viginti pedes latitudinis habent, altitudinis duplum. Machinas bellicas plurimas, vicinis hostibus, excelsisque ciuitatibus obtulerunt; quas in foro ad terrorem vicina plebs offendant. Domorum parietes, aut lignae sunt, aut laeae, aut nullo platearum ordine distinctae, sed ad casum posita. Nam sicut olim tentoria passim locarunt, sic postea domos erexerunt. Multa illis, & pretiosa suppellex est, & diuitia inter eos plurima sunt: multarum enim gentium spolia in vnum locum congesta. Voluerunt hi quondam Ecclesiam primitiua more in omnibus viuere, & in communi tenebant omnia; Fratres se inuicem appellabant; & quod vni defuit, alter subministravit. Nunc sibi quisque viuunt, & alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Breuis seruator charitatis, breuis imitatio fuit. Sed priores Christi discipuli, & qui nascentis Ecclesiae fundamenta iecerunt, quae propria prius habebant fratribus communicabant, nihil alieni recipiebant, nisi sponte, & amore Christi donatum. Taboritas vero hereditas alienas expilabant, & quae violenta manu rapuerunt, hac

tarum in commune dederunt. Nec sic persequerare potuerunt. Reuersi ad ingenium, auaritia iam omnes student: quia rapere, ut olim, nequeunt, (nam languidiores facti vicinis timore) lucris inhiant mercatura, fordidosque sequuntur quatuor. Sunt in ciuitate quattuor millia virorum, qui possent educere gladium; sed artifices facti, lanae, ac telae, ex magna parte victum quarentes, inuites bello credantur: praedia nulla his erant; sed nobilium & monasteriorum villas inuaserunt; quas sibi postea Sigismundus, nescio, an diuina legis, & humanae peruersor idcirco dicit possent, perpetuo iure possidendas ascripsit. Intellexit, quae si hac ciuitas, qui mores huius populi, qui situs oppidi, qualis haereticorum Senatus, qualis nequitia Synagoga, quale domicilium Sathanae, quod templum Belial, quod regnum Luciferi. Hic ergo cum per noctem, & ab hospite meo cuncta, quae iam scriptura esse didicissem, hortabar hominem, tantum ut erroribus renunciatet. Non erat hic omnino durus, neque montiones aspernabatur; & habebat in penitenti thalamo beatae Virginis, & Christi Saluatoris imagines, quas occulte colebat. Credo, nisi timeret amissionem bonorum (nam diues est) publice ab illa insaniare resisteret. Sed maluit animam perire, quam opes perdere; & multi propter pecunias perire, idcirco Saluatoris voce dicitur, facilius camelum per foramen acus transire, quam diuites ad ipsius regna calorum. In crastinum cum venissent ad nos tam fordidam ciuitatis magistratus, & gratias agerent, quia visitassem eos, & vrbem magis verbo, quam mente viderentur: dico ego ad collegas meos; Peccatum fratres, genti peccatrici, & inimicae Dei communicamus. Non putauit tantis hic esse, quantos errores inuenio. Credebam rursus solius communionis hunc populum a nobis esse secretum; sed nunc experiri habeo, haereticum esse populum hunc, insidilem, Deo rebellem, nihil pensi, nihil religionis habentem. Quapropter si, volumus conscientiam saluare, ne communicarem haereticis. Erat animus mihi Pragae videre urbem famam celebrem, Regni quoque caput. Sed pestis vixens illic grassabatur, nec minus quam ducenta capita per singulos dies auferre dicebantur. Ob quam rem terra facti Procures, qui conuenerant, congregationem soluunt, & ad villam Benedicti sese transferunt, quinque & viginti milibus passuum a Praga distantem. Interea & Barbara Imperatrix, quae fuit Sigismundi coniunx, Friderici Comitis Ciliae soror diem obiit; cuius corpus Pragae in delatum in castro sepultum est. Cordata mulier fuit, sed futura vitae, ut aiunt, parum credula. Nunc si pie vixit, mercedem habet. Sunt qui desunt am bene, & ut Christianam decuit, supremum Spiritum emisisse dicunt. Cum venissemus ad villam Benedicti, Regni conuentum illic reperimus. Barones autem erant Georgius de Constia, & Podiebrat, Henricus de Rosenbergo, Alsho & Zdenko, & Petrus de Sternberg, Zdenko Has, Ioannes de Zimris, Ioannes de Chibels, Zdenko Koska, Ioannes de Malouritz, Ioannes de Radoch, & Barones alij quamplures. Ciuitatum Oratores aderant, ex Praga, ex Carinis, ex Piltz, ex Luna, ex Colonia, ex Glatubia, ex Greta, ex Lyobirz, ex Flama, ex Satz, ex Budius, ex Tabor, & erant haeretici, & Catholici simul mixti. Vidisses illud Esaua completum, illic vitulus, & vrsus simul pascentur, simul requiescent catuli eorum. Procures Regni magnam ex parte sequuntur Romanam Ecclesiam: ciuitates ut plurimum, aut Taboritas, aut Rochezanam sequuntur. Venerunt ad nos plerique ex ambabus partibus, & alteri alteros accusabant. Quia vero conuentus ille nostri causa tenebatur, ut audiret, quae Caesar ad petitionem Regni responderet, fuimus tribus diebus in tractatu eius: quartaque die demum & illi nostram intentionem ad vltimum intellexerunt, & nos illorum propositum cognouimus; dimissumque est consilium. prius tamen allata fueram Marchionum Brandenburgensium litterae, quae conuentum inter Regni

procures,

procures, & Legatum Apostolicum Sancti Petri Cardinalem petebat ad res Ecclesiae commendandas. Placuit id nobis, & apud ambas partes verba fecimus, quibus conventionem suadebamus. Accepta ad hunc est, dies ad festum Diui Martini, locus conventionis in Litoria dicitur: mediatores inter Cardinalem, & Regnum, Marchiones receperunt. Faxit Deus ut sine discordiarum fiat, at reslorat in Bohemia fides, & errorum plena religio, veritatis ignara, iam tandem ad verae religionis candidam lucem, de profundo tenebroso superstitio emergat. Ad quam rem, ut nos quoque pro virili nostra curam adiceremus, rogauit Procopium, inter me, atque Georgium, fideles ut interpres esset. Nam magnam illum & potentem virum, quem Regni pars maxima sequuntur, si concordia cupidum inuenissem, adduci ceteros facile posse credebam. Fuimus diu simul. Quae locuti fuimus adiuuicem, nunc referam. Utque sim breuior, neque opus sit verbis, inquam, & inquit, & inquit vti, proponam verba mea nomen meum & verbis illius nomen suum, sicut & ciceronem, & plerosque facti esse reperio, qui colloquutores in suis opusculis introducunt. Sic enim, me iudice, breuior, & dilucidior oratio redditur. sed audi iam dialogum.

VI. Dialogus Aeneae Syllij cum Georgio.

Aen. Quod te alloqui volui, vir magnifice, neque priuata res est, neque parua, sed Regni huius quietem, cuique magnam bonum conuenit, quam si vis audire, mox tibi exponam.  
Geor. Cupio audire, dicitur, quacumque licet.  
Aen. At ego in charitate non solum loqui volo, quae nihil retinet, & summa virtus libertate.  
Geor. Hoc exopto loquere.  
Aen. Regnum hoc floreatissimum olim fuit, & inter occidentalia Regna ditissimum. Vixerunt hic religiose, & omnium bonarum artium studia claruerunt. Nunc inops regio est, concussa, lacerata. Cur hoc sanè? quia non potest. Veritas nostra mentiri, dum apud Evangelistam dicit; Omne Regnum in se diuisum desolabitur, & domus supra domum caderet. Vos Bohemi non solum inuicem diuisi estis, verum etiam ab ipsa Christianitate maiori parte secreti: nec Romanam auditis Ecclesiam, quamvis Mater est, & Magistra fidelitatis, neque mandata Conciliorum recipitis. Quod si vnitatem Ecclesiae amplecteremini, & in domo Domini ambularetis cum consensu, facile Regnum vestrum, pristinam dignitatem splendoremque suum resumeret. Tu ergo, qui Regni populus quid vis trahis, fac tibi nomen grande, fac, ut te Sedes Apostolica diligat, redde sibi filius, quos Sathan abduxit. Hauriat ex fonte riuus, aquas suas, nec praecipit arefcant. Redibunt omnes, & Romanam Ecclesiam venerabuntur. Si volueris, te Romanus Pontifex, te Caesar imprimis charum habebit. Cumque Ladislaus in Regnum venisset, te tutorem, te patrem appellabit, tibi maximas gratias ager, qui sibi paratam provinciam restitueris, erroribus expurgatam, pace quietam, ornatum moribus, fide feruorem. Consequensque non tu solus gloriae, sed & posteritui, & nati natorum, & qui nascuntur ab illis, ob eam rem semper habebuntur honori. Eritque memoria nominis tui sempiterna, & fixus tuis familiae status, qui veram virtutem creuerit. Transiuntus ex hac vita, ad meliorem migrabis, lucidas Sedes accipies, beatitudinemque perennem, immortalitatem vestiturus. Omnibus enim, qui patriam ornauerunt, auxerunt, uenerunt, defenderunt, certum est esse in caelo locum definitum quo beati auro fruuntur sempiterno. Quod si viam nostri, quo rectus ad vnam tram ducat, edoctum me redde. Nam sedem Apostolicam certiore reddam. Vos iam Cardinali Legato conuentum promissisti, & recte quidem. Nam boni cupidus est, & industrius pater, & dextramque plenus. Inueniet nisi fallor, conuenientes ad vnam modis, nescio tamen, quae facultate praeditus est. Quod si scirem desideria vestra, scriberem Pontifici maximo, ut prius, quam dies conventionis adesset, de sua mente Legatum commoneret.  
Geor. Ago tibi gratias Pater, quia nostri Regni curam geris. Regnum, ut ais, quassatum, compilatumque est. Nouit Deus, quorum culpa est. Nos cupidi pacis sumus, neque bellamus, ut bellemus, sed ut pacem habeamus. Concedi gerimus arma, coacti versamur in praesens. Misimus olim Legatos nostros ad Basileense Concilium, non nullaque cum Patribus, qui tunc ibi praesidebant, pacta percussimus

quae si seruata fuissent, & cum Sede Apostolica, & cum ceteris Christianis pacem haberemus, & in Regno nulla dissensio esset. Sed violatur fadera nobis: haeretici & Schismatitici vocitantur, si qui ex nostris apud vos morantur, eorum astinis sepulchrum accipiunt. Clerici nostri quamuis docti, modestique sint, nusquam consecrari possunt. Deridentur, qui de calice bibunt. Fuit apud nos Cardinalis Sancti Angeli Legatus. Adierunt eum nostri Sacerdotes; fui & ego cum eo. Petimus inuouari, firmarique praesens factus. Si nobis auscultasset, non secuta fuisset scandala quae postea emergerunt. Obauit preces nostras de compactione, sic loquebatur, quasi nihil vniquam accepisset de illis. Nos tamen illa valida scimus, & authentica, quae generale Concilium nobis admittit, priusquam dissolueretur ab Eugenio Quarto. Quod si Nicolaus Pontifex maximus, nostri memor, nosque sibi obsequentes cupit, iubeat seruari conuenta, & venerabimur eum. Haec breuis est, & vnica pacis, vniuersaeque viae, haec gradendum est, haec iter ad concordiam patet.  
Aen. Mos hominibus est, ut paribus, paria referant. Cur violari sedes conueniunt, ni quod priores rapisti? Neque enim sufficit vobis, sub duplici specie communicare, nisi & sub vna sola communicantes damnatis.  
Geor. Vbi damnamus.  
Aen. Cum dicitis, neminem Saluare, nisi communicet sub duplici specie; nos omnes damnatis, haereticos, perditosque dicitis, quod nimirum vitium haereticis, in vos retorquetur. Tu conventiones cum Concilio factas referes, & authenticas dicit auctoritate Concilij probatas; audio libenter. Sed Concilium de communicatione sub vtraque specie loquens, opinionem vestram contrarium est; quia neque ad salutem necessariam esse dicit, neque Christi praecipuum esse sub duplici specie communicari populum.  
Geor. Si non est sub duplici specie mandata communicatio, ne sub vna quidem. Nam qui sub specie panis communicari plebem iussit, & sub specie vini iussit, & in vsum deduxit.  
Aen. Non equidem pro omnibus. Namque Christus non plebi, sed Apostoli Sacramento praeberit, sed non fert tempus ista dissentire. Sine me dicere, quod iussit.  
Geor. Perge, auctore.  
Aen. Si volueris Legatus inuouare pactationes vestras, quid miri est? Vobis indultus est sub vtraque specie communicatio. Iussi tamen Sacerdotes vestri sunt, quotiescumque ministrant populo Sacramentum, commonevere, atque instruere omnes, ne sub duplici tantum specie, sed sub qualibet totum, & integrum Christum esse intelligant. Nihil horum faciunt. Prohibiti sunt infantibus, atque demeritis Eucharistiam porrigere: porrigunt tamen. Neminem communicare sub duplici specie debent compellere: compellunt tamen, sepulchrum negantes, nisi communicent. Qui prius non habuit huius communionis usum, repelli ab his debet: ipsi autem inuitant, prouocant, & vigent. Debent vniuersalis Ecclesiae ritum tenere? Postponunt; diuini officii, vulgaria carmina commiscerunt. Pulchra obedientia, pulchra faderis obseruatio, quae prohibentur facere, faciunt, quae iubentur omnino postponunt. Cum ergo abutimini privilegio, & transgrediamini leges Patrum, praemarcentes mandata Concilij, haud iure Legatum accusatis, compactata firmare volentem; quia privilegium amissisti, male v tentes.  
Geor. In conventionibus nostris cautum est, quamuis aliqui ritum, qui generaliter obseruatur, non statim recipiunt, non tamen pacis, & vniuersae impediuntur factus.  
Aen. Vera dicta, non si omnes, sed si aliqui dicunt fadera, ritum Ecclesiae non recipiunt, compactata manere. Quod si omnes abijcerint ritum, ut omnes abijciunt, atque omnes abijcitur, vigor conventionibus auferretur. Ritus quoque, de ritibus fit mentio, non de fide. Nam si fidem violatis; quae possunt inter nos, vobisque fadera robur habere? At vos (quod pace tua sit dictum) fidem veram abijcitur, dum necessarium populis sub duplici specie communionem astringitis.  
Geor. Ignorant ista mihi. Sed hoc dico tibi, nisi pacta seruentur, neque paci locus erit, neque concordia mentio. Quomodo

si ritus.



fructus arma sum; serinus, offretis vlti pactiones veteres, neque recipiuntur. Non sumus, vt creditis, paucis multi- fuit in vicinatu, qui nobis sum sapient: nec aliud expectant, nisi vt exercitum educamus. Scitis, qua superioribus acta sunt anis: Papa, si sapient, non disputabit, an perdidimus privilegia; ne vendicemus armis maiora. Arma tenentis omnia dat, que iuste negat. Sunt fortasse, qui magna promittunt, qui grandes pollicentur exercitus, qui viam ad nos ense facturos se iactant. Nos vicinorum promissa, moresque nouimus.

Ego si Papa consilium dederim, compactata seruauerim.

Aen. Vt video, spem ponis in armis, & animum tibi priores victoria conueniant. Sed vincunt saepe mali, vt boni probentur. Non semper veritati victoria comes est. Alta nimis, & incomprehensibilia sunt iudicia Dei. Viciisti diu. Quid scitis, si vester dies adest? V arnis est euentus belli; neque tentanda sapius est fortuna. Non is vobis fauor est qui prius fuit. Multi a vobis defecerunt; qui si exurgant contra vos pugnare, & a fronte ferient, & a tergo. Nam vestram fidem irritam vident, quam prius euangelicam, sanctissimamque rebantur; & quam tunc fauore, nunc odio prosequuntur. Sed mittamus haec. Tu pacem, sola federum obseruantia stare putas: mihi tribus ex rebus concordia pendere videtur, ex compactatis, vt ais; ex bonis Ecclesiasticis, qua occupantur, ex Archiepiscopi constitutione: qua nec parua sunt, nec leuius componenda. Nam compactata postquam violata sunt rursus inuolare, magnum est. Qui bona Ecclesiarum occupant, inuicem restituent. In Archiepiscopo, vos ipsi vim facitis, qui Rochez anam petitis, neque alium vultis: quem, nisi me fallat opinio, nunquam sedes Apostolica ad id fastigijs promouebit.

Geor. De compactatis, dixi tibi, que sentio. Si durus erit Papa: durius Regnum inueniet: nescio, quis vincet. Scripseram scio, qua dicit; si fortis in forem impigerit, ambo corruent: neque vobis vtilitati contentio erit. De bonis Ecclesiasticis, non est apud me grande pondus. Nam qui occupant, nullo se iure defendunt, neque his Regnum fauet. Verum: quia nonnullis praescripta sunt haec bona, & multa pro paucis iacent pigriori; cum Regni mos sit, qua bona singulis annis quinque sexagenos habent census, ea centum sexagenis emitti autem pro centum sexagenis, & decem, & viginti, & amplius impignoratas habent. Compelli poterunt; quos supra consuetudinem census occupant, hos vt a vestigijs restituant; reliquos teneant, donec redimantur. Sic mox Ecclesia restant abundans, breueque post tempus omnia vendicabunt, vel si placuerit, melior modus inueniretur. De Archiepiscopo vero, nescio, cur nobis tantopere Papa sit aduersus, cur nobis Rochez anam renuat confirmare, quem Sigismundo consentientem delegimus, & assistere sibi omnes propiusimus.

Aen. Sapius ante questus es compectata conuelli, nunc tu solus es qui fadera rumpis.

Geor. Quonam pacto?

Aen. In compactatis promissis omnes, seruare ritus vniuersalis Ecclesia, praeterquam in communione calicis. Ritus autem Latina Ecclesia, cuius vos membrum estis, hoc habet, Archiepiscopus, eligunt Capitula Ecclesiarum, auctoritate Apostolica confirmandos: aut vacantibus Ecclesijs, Romanus Pontifex solus praeficit. Vos alium ritum, nouumque modum inducitis. Postquam deuoluta est prouisio, electionem populariter facitis. Cumque ritus Ecclesia sit, examinare electionem, electique meritum, Romani Pontificis iudicio comprobare: vos, nisi Rochez anam habueritis, nullum vultis seruare: hoc est autem violare pactiones.

Geor. Si privilegium Regni est, Archiepiscopum sibi eligere, cur non illud Papa seruauerit?

Aen. Seruaret, si quod esset. Sed vobis nulla est huiusmodi facultas.

Geor. Vetus consuetudo Regni est; iligit Archiepiscopum, rogante Rege, Capitulum; Papa confirmat.

Aen. Non inferior. Sed nunc, neque Capitulum elegit; neque potestas eligendi penes populares fuit: & post diuinam vacationem, prouisio ad sedem Apostolicam deuoluta est; & persona, quam vocatis electi grauius testimonio infamatur.

Geor. Me iudice; si Papa Rochez anam confirmaret, bonum opus efficeret. Multum enim hic homo, & Apostolica sedes, & Regno, & Regi Ladislo suo praedicatione consulere.

Aen. Potest fieri, vt dicit; sed neg, mihi, neg, vt arbitror, Papa, suadenda res est. Aliud tuum est, aliud nostrum de hoc homine iudicium.

Geor. Veracem te iudico. Tot enim sunt, qui Rochez anam, quamuis iniuria criminantur, vt nedum mihi negare fidem arbitrer, sed neque Beatum Petrum audire Roma putauerim, Rochez ane fauentem.

Aen. Admonet Apostolus, ne quis neophitum in Episcopum assumat, ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli. At tuus Rochez ana, non nouus in fide, sed nullus est; qui sedem Apostolicam suis sermonibus carpit, errareque totam Ecclesiam dicit, dum necessariam omnibus fidelibus vniuersae speciei communionem affirmat, & aliquas veritates se habere contestatur, quibus Romana Ecclesia contradiat. Sed fallax est, & veritas non est cum eo; qui vltra, apud temerarios Pragenses, sine diuina dispensatione se praeficit, qui se praepositum sine vlla ordinationis lege constituit, qui negante Christi Vicario, Episcopi sibi nomen assumit, atque vsurpat officium; cuius sermo, vt cancer serpit, & auditorum cordibus mortale virus infundit. Sed non Pontificalis, sed pestilentis cathedra est, quam tuus occupat Rochez ana, Magister erroris, & artifice corrumpenda virtutis egragius; qui dereliquit fontem aquae viuae, & effudit sibi lacus detritos, qui non possunt aquam continere. Loquor aperite, quod sentio, nihil reticeo. Quo pacto Romanus Pontifex huiusmodi Ecclesiam commendare potest, qui confundit Apostolicam sedem? qui male dicit toti Ecclesiae? qui nouos ritus inducit? qui nulli se subicere vult examini? qui pacem Dominicam, discordia furere corrumpit? qui cum velit praesse quam multis, nulli vult ipse subesse? sicque lupo committimus oues? Quid dicant ceteri de Regno, qui Romanam Ecclesiam forti pectore, & immobili corde bucuque secuti sunt? An non sic aggredi summum Pontificem possent, si Rochez anam promoueat? Cui nos, Pater Sancte, committis? Cui nos credis? Qui tibi fideles sumus, hosti nostras animas occidendas praebes? Numquid alius apud nos non est, quem postis Ecclesia nostra praeficere? Nos plures sumus, siue nobilitatem Regni, siue plebem aduertis. Quid inuast nostra fides? quid constantia? Meliori loco apud te sunt, qui tibi aduersi fuerunt. Haec in fidelibus tuis praemia reddis? Archiepiscopum illi habebunt, qui communionem sub duplici specie tueatur? Nos, qui sub vna communione orphani relinuemur? Non arbitror, Georgi, fieri posse, quod petis. Vana Rochez ana, vana spes vestra est. Quod si pacem queritis, finito illum. Nec figilla vos teneat, quia promissis assistere. Satis est diligentiam impendisse, impossibilitatem nulla obligatio est. Nec vestrum est, Papam cogere. Sequimini ritus Ecclesia, & aliorum Christianorum moribus vos cooprare: Sic benignum Papam, sic omnes vobis affectos inuenieris: Sic tranquilli, felicitisque Regni bonis in pace frui poteritis.

Geor. Places mihi, quia neg, fietus, neg, testis es, sed qua corde geris, ore proferis. Ego tibi propemodum habeo fidem: neque de Rochez ana sperandum esse amplius arbitror. In alios cura vertenda est. Quia tamen Regni voto electus est ille, commendandus, & inducendus erit electioni renuntiare: hinc alium ex Apostolica sedis clementia postulabimus.

Aen. Facite, vt libet, dum Rochez ana desistat, qui si repperit, & humilitatem induerit, gratiam inueniet, & Apostolici cultum benignitatem experietur: quia non est abbreuiata manus eius. Et si tu veni hanc ad optatum perducere finem, vt ante dixi, & honoribus, & praemia cumularis. Mea tamen sententia est, ne vnum solum, sed plures viros Papa nominetis, ex quibus vnum doctrina, & vna probatum possit eligere. Ceterum, quia de communione duarum specierum, deque precepto Domini nunc incidit, neque orium est tanti sacramenti ministerium nunc exponere, qua uis disputata a Basilea, declarata aq, tibi & omni Christiano significare debeant; quia tamen vestri sacerdotes non solum conuersi sunt, suaque maluit impudenter ingerere, quam nostra patienter audire, consulo tibi, vt adueniente Ioanne de

te dubia, sibi exponito, & omnia tua mentis arcana patefacito. Nam si operam medicantem expectas, detegenda sunt vulnera; inuenies, si volueris sanitatem.

Geor. De Rochez ana cogit abimus, qua paci, Regnoque conueniant. De Ioanne Capistrano quamprimum ad vos rumor venit, decreui, qua nunc dixi, si, & si nullus moneret, facere. Neque enim alta sentio, & rimeo, ne offendam: Neque mihi confido, neque nostris Sacerdotibus habeo fidem. Sed vale, nam tempus est, alia in manus recipere.

Aen. Et tu vale, nostri sermone memor. Sic factis verbis sine disuncti sumus. Complura fuerunt inter nos dicta; Sed hic sensus eorum est, qua de rebus Ecclesia disputauimus. Et quamuis verba non eadem fuerunt, sententiam tamen immutata, inuariatamque refero. Intellexisti, qua cum Georgio de Bodibrat contuli. Non sunt, vt mea fert opinio, parui ponderis. Nam Georgius apud Bohemos magnum habet nomen, & potens est, & illius partia, qua sub duplici specie communicat, & multi ex alia parte in rebus bellicis iuncti sunt ei. Si quis est, qui ciuitates ad vniorem trahere possit, Georgius est. Sed transeamus nunc ad alia.

Postquam soluta congregatio est, accessit nos Henricus de Rosenbergo, dixitque, se patri scripto monitum, ne vello pacis aduocatum, nisi & nos secum adducatur, oneratumque, nos multo precibus, extorsitque tandem, vt secum iremus. Cum propere labor iter faceremus, essetque hora praedandi, exiuit Taborita, Henrico, vt ad se diuertat, secumque praedat, praesens accumulans, is querit ex me, iturus ne sim. Dico, nolle me amplius apud hostes fidei diuertere. Tristatur Henricus nam & visere ciuitatem cupiebat, & me solum relinquere non audebat, & accusabant me omnes durumque dicebant, & inurbanum, & aegrestem, qui nollem nobili domino morem gerere. Tum Procopius, Quis tu, inquit, ingredieris ciuitatem? Nunc ea facultas erit, dicere, qua prius voluisti. Nunc tua conscientia satis facere poteris. Moverunt me verba Procopij, intraque ciuitatem, & neque comedi quicquam illic, neque bibi, Repetui tamen veteri hospitium, ibique mansi, dum ceteri praedebant; vixq, curru descendendam, cum Sacerdotibus oppidi ad me venerant, Nicolaus quem dicunt Episcopum, plenus dierum malorum, Ioannes Galech, qui nuper ex Polonia venerat, ignem timens, & Vuenceslaus Coranda, vetus diaboli mancipij, qui Sacramentum altaris, solum figuram, significacionem esse contendit. Cum his fuerunt Scholares, & ciues plurimi, Latini docti sermonem. Nam perdidimus illud genus hominum, hoc solum boni habet, quia litteras amat. Horum consultatio in hunc ferè modum fuit, qui praescriptus est. Gaudemus pater, quia ciuitatem nostram introisti, nosque visere dignatus es: suscipimus te libentius animis vt que nostris bonis vtaris, cupimus. Cum prius hic iustis, non te accepimus, quia non eramus praesentes: nunc cum te videmus, precamur, aliquid nobis consolationis commiseris, fructumque, vt nobis aliquem tuum aduentum pariat. Tunc ego datam occasionem mihi loquendi lacus arripui, dixique illis: Quod me voluisti accedere, resq, vestras obtulisti vrbana res est, & digna suscipiente. Sunt enim hospites omni humanitate fouendi, sicut Apostolus ait. Hospitalitatem autem persequentes. Neq, sine causa verbum, persequi, adiecit, vt non leui, & vnicato sermone, atq, vt ita loquar, summi labijs hospites inuenimus, sed toto mentis ardore teneamus, tamquam offerentes se de lucro nostro, atque compendio. At ego hic non facio praedandum, cibum vsq, ad noctem recipiam. Quia verò consolatoriam ex me queritis, loquar vobis, que mihi consolatoria videbuntur, eritque sermo meus, non in sublimibus humana sapientia verbis, sed in sinceritate cordis puroque mentis affectu; sobrietate, & veritate sensa deproptam. Vtinam recitantur verba mea, sicut a me proferentur, animo bono. Quibus deprecibus, & audire libenter, & audire velle, iusti eos considerent, cupies certare fortiter, Sacramenti mei memor, & fidei. Cetera, qua sequuntur, quia dialogi formam habent, seruauimus, quem supra ordinem capi. Tu si aures adhibueris, & ineptias nostras audies, & inter audaces senes puerilem pugnam spectabis.

VIII. Eiusdem Aeneas ad Taboritas oratio. Aeneas. Optatis ex me vixi Taborita consolationem audire. Est igitur aliquid, quod vos premit? Nam miseros, tristefque consolari, non beatos solemus. At cum video vos in ciuitate munita bonis temporalibus abundare, pacem cum vi-

cinis habere, frugum sanitate: nescio, cur vobis consolatorum sit opus; nisi fortasse in his, qua fidei sunt, vacillatis, & affligit Spiritum vestrum dubitatio, & quod factum mihi verisimile est: Namque cum multis in rebus ab vniuersa Ecclesia discordetis, necessarium est mutare credulitatem vestram, & animos vestros tristari. Quod si consolatoria verba propterea desideratis, obsequar petitioni vestra, certumque salamen ostendam. Dubia, qua vos cruciant, ex Sacris nostris oriuntur. Neque enim scriptura vquam vlla sic aperta, claraque fuit, vt in diuersos flexi sensus nequirit; & exaruit que Sacris ex codicibus ortum omnia, qua ab initio surgentis Ecclesia vsque nunc fuerunt scismata. Sed norat hoc futurum Deus. Idcirco, cum per famulum Moysen, Israelitico populo legem dedisset, & quid sectandum, quidque fugiendum esset, manifesta serie scripsisset, sciens tamen futuros esse qui legi sua difonos sensus accommodarent, consulti vrus futura seculo, & obicem positurus haeresibus, supremum tribunal in terra constituit, ad quod maiores causas, & omnes afferri dubitationes de lege deberent. At enim in Deuteronomio Dominus: Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse profixeris inter sanguinem & sanguinem, causam, & causam, lepram, & lepram, & iudicium inter portas videris verba variare, surge, & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, & quares ab eis; qui indicabunt tibi iudicij veritatem; & facies quacumque dixerint, qui praesunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequerisque sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, vel sinistram. Qui autem superbiauerit, nolens obedire Sacerdoti imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, & decreto iudicis, morietur homo ille, & auferes malum de Israel. Sic veteris testamenti sequacibus Dominus imperauit; ne quis sua seductus opinione, scindere populum, peregrinasque religiones introducere possit. Nam qui ambulat in errore cordis sui, venient super eos mala. Sed nec Christus Dominus noua legem condidit, veritatis Magister, & Solutus inuentor, supremi refugium tribunalis omisit. Ilegit enim Petrus, & in Petro ceteros Romana Sedis Antistites, qui post eius in celos ascensionem, Vicariatum tenuerunt, & in Ecclesia primum locum: cum claus Regni caloribus illi promissis, ac ligandis, soluentisq, potestatem, & tandem pasturam gregis commisit, dicens: Pasce oves meas. Cur hoc? Quid tunc opus erat Petrum fieri pastorem? claus Regni caloribus tenere? Principatum accipere Christi Vicariatum gerere? nisi vt errantes reduceret, ignaros instrueret, timidus roboraret, pertinaces eliminaret, fidelibus subueniret, haereticis repugnaret, & in iustis essemus, ac nostro ingenio verum videremus, & sequeremur omnes, neque lege, neq, Principe opus esset. Sed quia insurgunt ingenia pernitiosa, qua doctrinas pestiferas seminant, funduntq, venena letalia, & occidunt credulas animas, necessaria fuit supremi tribunalis erectio, quod inter lepram, & lepram iudicaret. Hoc autem est apud Apostolicam Sedem, qua cardo, & caput, & factum est, a Domino, & non ab alio est constituta fidelium. Et sicut carmine ostium regitur, sic Ecclesia Domino disponente reguntur; atq, vt Calixti Papa sanctissimi verbum vt amur; Nulli dubium est, quod Apostolica Sedes mater sit omnium Ecclesiarum, a cuius nos regulis nullatenus conuepit deuiare. Vos ergo Taborita, si qua vos fidei dubitatio tenet, consulite Romanam Ecclesiam; audite Vicarium Christi, facite quacumque dixerint vobis, qui praesunt loco, quem Dominus elegit. Dicite cum Esai; Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus, in semitis eius. Quis est mons Domini, nisi Apostolica Sedes? Quis domus Dei, nisi Ecclesia? Quis locus electus a Domino, nisi Roma? quam Beatorum Petri & Pauli martyrium consecrauit. Fugiebat Petrus ex Vrbe mortem timens, sed cum in via obuii habuisset Dominum, dixit ad eum: Domine, quo vadis? & Dominus sibi: Vado Romam iterum crucifigi. Sic reuersus Petrus, cathedram summi Pontificatus erexit, vbi crucis patibulum subijt. Huc ergo recurrendum est; hinc doctrina sumenda est; hinc veritatis hauriendi latentes. Hic fons aqua viva signatus scaturit; hic hortus conclusus; hic arca Domini, extra quam omnis salus refilit. Non pudeat vos Taborita, qua de fide sentitis, Apostolica Sede referre. Nam Paulus

IX.  
Nicolai  
Taborita  
Responsio.  
Et in Ec-  
clesiam  
Catholi-  
cam Ob-  
iectiones.

Vocatus è calo, segregatus in Euangelium Christi, securitatem non habuit Euangelij predicandi, nisi Petri, & ceterorum Apostolorum. Ea propter ad Galatas scribens; iterum, inquit, ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto Tito. Ascendi autem secundum reuelationem, & conuili cum eis Euangelium: seorsum autem cum his, qui videbantur aliquid esse, ne forte in vanum currerem, aut cucurrissem. Et Diuus Hieronymus doctrinam plenam, & omnem scientiam callens, cum fidei scripta distasset, ad Damasum; Hac est, inquit, fides Papa beatissime, quam didici in Ecclesia; quamque semper tenui. In qua si minus periret, aut parum caute forte aliquid positum est, emendari à te volo, qui fidem Petri tenes, & meritum. Sic & vos facere Taboritis exhortor. Offendite vos & doctrinam vestram Romano Pontifici; facite, qua iusserit, neque ad dexteram, neque ad sinistram declinantes. Sic consolationem Spiritus, sic anima vestra quietem assequantur, & saluentur.

Nicolau. Obediremus Apostolica maiestati, & omni deuotione subiecti essemus, nisi legi diuina contraria iuberet. Aen. In his, quae sunt fidei, numquam reperta est Apostolica Sedes errasse, aut adulterinis acquirere dogmatibus. Gal. At fuit in Agnete manifestus error. Aen. Quam tu mihi Agnetam commemoras. Gal. Quam Romana Sedes faminam, pro mare coluit, & in Apostolatus apice collocauit. Aen. Istud neg. fidei, neg. iuris error, sed ignorantia facti fuerit; neque certa historia est.

Nicol. At plures Romani Pontifices criminosi fuerunt, qui nunc dant apud inferos panem. Aen. Nes. Si quis tunc peccasse cõpertsus est, fragilitate deceptus, more hominum lapsus est. Sed hoc ausim dicere: Romanus Praesul indubitatus, nemo vnquam inuentus est falsa doctrina publicus assertor. Nicol. Sape Romanus Pontifex legem, praefessoris euerit. Aut vnus ergo, aut alter errauit.

Aen. Inanis argumentatio tua est. Licet enim vetus decretum nouus Papa deturbet, tamen primi conditoris sententiam non reprobat, quoniam secundum tempora, leges variantur humane. Neque enim quod semel fuit vtile decretum, semper vtile perseverat. Non errauit Ecclesia primitiua, quae sacerdotibus permisit vxores: nec errat moderna, quae subtrahit. Et vos quamuis in multis rebus Romanam impugnat Ecclesiam, coniugia tamen presbyterorum abicientes, neque primitiuam Ecclesiam, neque Graecam, sed vestram sequimini. Quia verò mores hominum tempore variantur, decreta, quae super his promulgantur, perpetua esse non possunt; sed vtiliter saepe conscripta lapsu temporis vertuntur ad noxam. Ex quo fit, vt alteruter sit commendandus, & qui prius edidit, & qui postea decretum abrogauit. Moyses nouimus mandato Domini serpente autem fabricasse, quem Christi figuram fuisse, Doctores nostri testantur hunc tamen Exechias longo post tempore sine culpa destruxit. Sic & Romanus Praesul antecessoris sui legem super moribus editam, & absque suo potest, & absque illius erratu cassare. Quod si lex fidem respicit, & aliquid in fide declarat, immutabilis est. Nam verum Fidei semper est vnum, nec vilo potest vel loco, vel tempore variari. Ided decreta, quae sunt de Fide à Sanctis Patribus instituta, summa veneratione recepta sunt, & immutata, atque inuolata perdurant.

Gal. Pergis Romanam Ecclesiam ab errore defendere? In cassum laboras. Nam contra Euangelium Christi praedicat, atque agit. Aen. Vbinam, aut quibus in rebus? Gal. Vbi gentium, & in altaris Sacramento. Aen. Quo pacto, esse. Gal. Porrigi calicem populo vetat, Christus iussit. Aen. Ostende, vbi iussit.

Gal. Apud Ioannem inquit Dominus; Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam. Magna est audacia, nec licam temeritas Apostolica Sedes, quae potum sanguinis po-

pulo subtrahit, sine quo negat Dominus haberi vitam aeternam. Sed accipe nunc, in natali magni huius Sacramenti, qua fuerunt Christi verba; Matthaeus sic rem gestam exponit. Cantantibus autem illis, accepit Iesus panem, & benedixit, & fregit, deditque discipulis suis; & ait; Accipite, & comedite, hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis, dicens; Bibite ex hoc omnes; hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Videtis, vt imperat omnes bibere? Sed audi Marcum. Et manducantibus illis, ait, accepit Iesus panem, & benedicens fregit, & dedit eis, & ait; Sumite, hoc est corpus meum. Et accepto calice, gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes; & ait illis; Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis effundetur. Lucas primo verò sic ait; Et accepto pane gratias egit, fregit, & dedit eis dicens; Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam canauit, dicens; Hic est calix nouum testamentum in meo sanguine, qui pro vobis effundetur. Ecce ostendunt Euangelista, vt vides, quia iussit Dominus facere, quod ipse fecit, verbo vsus imperatiuo, facite. Quod si quis existimat circa priorem duntaxat speciem stare praecipitum Domini, sicut Lucas testari videtur: audiat ad Corinthios Paulum. Quid ille? Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis; quoniam Dominus noster Iesus Christus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit; Accipite, & manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam canauit, dicens; Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine, hoc facite, quotiescumque biberis, in meam commemorationem. Supplet Apostolus Paulus, quod Euangelista desuisse videtur, praecipitum, nec panis solum, sed calicis quoque, subiunxit. Et Matthaeus circa panem; Comedite, inquit, & circa calicem, Bibite, quae sunt verba praecipitum. Cum ergo Paulus, & Euangelista simul iuncta, manducationis praecipitum, & bibitionis ostendunt, quis Romanam Ecclesiam huius mandati violatricem non videt? quae populo Christi sanguinem interdicit, viamque Salutis occludit. Huius accedit Sanctorum Apostolorum, & ab eorum obseruantia discipulorum, qui non legis sensum non ab homine, sed ab eò Domini didicerunt; quorum actio nostra instructio est, quos errasse nephas est opinari. Graecia quoque, litterarum mater, & omnis disciplina magistra, traditionem Pauli immutata huc vsque seruauit, qui panis edendi bibendi, calicis autem illi fuit, sicut eius ad Corinthios scripta manifestant. Sunt praeterea non nulli Doctores, qui Ioannis textum ad nostrum sensum accipiunt, & Leonem Papam statuisse tradunt, vt qui Sacramenti suscipiat vnā speciem, à calice non abstineat. Quomodo igitur Romanam Ecclesiam consuleret, & vocem eius audire, seruareque legem possumus? quae tam manifestè diuini contradicit oraculi? Numquid non Deo magis obedire oportet; quam hominibus? Christo quam Papa? Euangelio, quam decretalibus.

Aen. Multa, & magna sunt, quae dixisti. Nam & sic cum veritate habent, & multos decipere possunt, qui Sacra scripturae sonum audientes, sensum negligunt, cuius mysteria non verbo docentur, sed spiritu reuelantur, idcirco reueta, inquit, David, oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Nemo scripturam, nisi spiritu Sancto docente cognoscit. Hinc Paulus ait, Ministros fecit nos Deus noui testamenti, non littera, sed spiritu. Littera enim accidit, spiritus autem viuificat. Est ergo necessarium, si voluerimus Euangelium intelligere vt spiritu ambulemus; sicut ad Galatas Doctores gentium scribit. Verum ego, quia peccator sum, & iniquitate circumdatus, non credo mihi, neque me puto sacra eloquia intelligere, & altos percipere sensus. Ea propter responsurus tibi, nihil de meo, sed quae Sancti Doctores diuino afflari spiritu tradunt, & quod docet Ecclesia, dicam. Nam sibi assistit Christus, & suggerit omnia Spiritus sanctus. Cuius maxima dignitas est, summa potentia, immensumque auctoritas, quae neque fallit, neque fallitur. Quam si quis docentem, corripientemque contempserit, vt Ebraicus & publicanus habendus est; atque vt Cypriani clarissimi, & doctissimi martyris sententia consensimus, alienus est, prophanus est, hostis est. Habere iam non potest Deum patrem, qui Ecclesiam non

X.  
Illarum  
Refutatio

habet

habet matrem. Plurima sunt Sacri codicis verba, quae diuersimodis accommodari sensibus possunt. Quapropter non alienum, aut extraneum foris sensum querere debemus, quem Scriptura testimonio confirmemus: sed ab ipsa scriptura recipiendus est sensus veritatis, quem sola nouit, & suis filiis exponit Ecclesia. Teneo te fortassis nimis, perstringo sermonem, & ad rem propero.

Accusasti Romanam Ecclesiam, quae dum communionem calicis plebi denegat, Euangelium vitiat, Christum negat, salutem admittit. Quattuor sunt, vt video, quae non te solum, sed omnes mouent, quos Huiusmodi opinio, ne dicam rabies, ab Ecclesia Romana se iunxit. Primum est Ioannis testimonium: Secundum est institutio Sacramenti per tres Euangelistas relata cum Paulolo; Tertium est Ecclesiae primitiuae, & Graecorum praxis: Quartum est, nonnullorum Doctorem, ac Romanorum Pontificum aut horum. Sunt ad haec omnia nobis parata, ac clara sponsa, quae de peno Spiritus Sancti recipit, & ministrat mater Ecclesia. Negat Ioannes, vt ais, imo negat apud Ioannem Dominus, vitam esse cupiam, nisi carnem suam comederit, & sanguinem eius biberit. Quibus verbis non minus vtriusque speciei communionem quam baptismum vnam mandata esse censes. Vetus haec Armenorum insania fuit, qui natos, statim vt in lucem veniebant, mox baptizatos, mox altaris Sacramento respiciebant; quod & vos, autem facere, qui dentes, atque infantes ad Eucharistiae libatione vocatis, in honorem autem diuini sumum Sacramentum communitionemque, & comminationem Pauli desipientes, qui ad Corinthios scribens ait; Probat autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Quomodo se paruuli, & dentes probare possunt, quibus nec certus, nec verus est ratio nis vsus? Sed non est in Euangelio Ioannis, quem illi ascribit, sensus. Non bibito Sacramento alio illic praecipitur, sed spiritus in infanti. Nam sanguinis Christi triplicem potum B. Alberti Magni sententia tradidit, in eo sermone, quem de Christi corpore, non minus subtiliter, quam veraciter edidit. Est enim potus Sacramentalis, quem soli Sacerdotes accipiunt: Est intellectus, qui plebibus Christi sumi sub specie panis ministratur. Et est spiritus, quo saluandi omnes viuuntur, incarnationem, passionemque, Domini patris, & assidua meditatione recolentes. Et hanc bibitionem Dominus apud Ioannem praecipit, sicut verborum Euangelistae series luculenter ostendit. Nam cum dixisset Dominus; Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo, multi audientes ex discipulis eius dixerunt; Durus est hic sermo; & quis potest eum audire? Sciens autem Iesus apud semetipsu, quia murmurauerat de hoc discipuli eius, dixit eis; Hoc vos scandalizat. At si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius? Spiritus est, qui viuificat, caro non prodest quicquam. Verba, quae ego locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt. Sed sunt et vobis, qui non credunt. Hi verbis, declarat Dominus non carnalis est, aut potus illic, sed spiritus arcana mysteria contineri, dicit. Spiritus est, qui viuificat, caro non prodest quicquam. Et iterum; Verba, quae locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt. Vt ait Iesus; Vt aperit cognoscere, quomodo de spiritu uali manducatione, quae fit per fidem loquitur? Euangelista aduertit, quae dicit Dominus; Qui manducat & bibit, instantis, non futuri temporis sunt verba. Erant igitur, dum sic loqueretur Dominus, qui manducabant, & qui bibeant eum. Nondum passus Dominus erat, nec adhuc institutum fuit Sacramentum. Quomodo ergo manducabant, bibeantque Christum, nisi spiritualiter per fidem, & charitatem, credentes in eum, & facientes opera eius? Nam & prius dixerat; Ego sum panis vita. Qui venit ad me, non esuriat; & qui credit in me, non sitiet vnquam. Qui credebant in eum, & opera seiebantur eius, hi carnem edebant eius, hi potabant sanguinem. Atque hic verior est Euangelij sensus, quia aliter edat caro, aut bibi Christi Sanguis non poterat. Fuit enim figurata Domini locutio, sicut & Samaritanæ; & in cruce scire se dixit, quia fidem illius, & nostram salutem scirebat. Sic glossator intelligit hoc Euangelium Sic Magnus Augustinus, doctrinam, & verendum iustā nobilit, cuius tanta gloria est, vt nullis laudibus crescat, vituperatione nullus minuat. quo postposito, si qui vnicuique, Rocher. namque sequitur, luci tenebras, veritati manducatum praefert. Quid plura? Nomen Dominus in textu Euangelij dicit; Ego sum

panis vita. Qui venit ad me, non esuriat, & qui credit in me, non sitiet vnquam. Ecium tibi panem, cibus, & potus est, qui esuriem tollit, & sitim. Cui tollit, & quomodo? Credentis tollit, per charitatem tollit. Nam qui fidem rectam habet, & opera facit digna fide, hic est, qui carnem Domini manducat, & sanguinem bibit, & acquirit vitam aeternam, mundo mortuus, Christo viuens. Sic quod de Ioanne vobis assumitis, nostrae sententia, non vestra confert. Nunc ad reliquos Euangelistas transeamus, huius Paulum adiungamus. Nam simul omnes in eam referunt canam Christi, & quamuis in vno plus, quam in altero sit, nulla tamen discordia, nulla dissonantia est; sed quod vnus omisit, alter admisit. Et quamuis Euangelistarum nullus dicat, hoc facite in meam commemorationem, nisi solus Lucas, qui post panem benedictum hac verba ponit, nec post calicem geminat, tamen quia Paulus hoc ad vramque, speciem repetit, tenendum est, & post panem, & post calicem dixisse Dominum, hoc facite in meam commemorationem; ex quibus verbis praecipit tibi vtriusque speciei communicatio videtur. Et quia praecipit Christi seruanda sunt, his, qui salui esse volunt; quicquid, sub specie panis, & vini non accepit Sacramentum, damnationem incidit; & iniusta est Apostolica Sedes, huius inimica praecipit. Sed audi responsonem. Fateor sic locutus, vt dicit, Euangelista; neg. verba Pauli quicquid domo non tam idcirco esse praecipitum intelligo, sub specie panis, & vini communicari plebes. Nam verba, quae retulisti, non omnibus fidelibus, sed Apostolis solum dicta fuerunt. Quia vt est communis sententia Doctorum, aut iam Sacerdotes fuerunt, aut tunc sacerdotium acceperunt. Quod si praecipitum, id est, hoc facite in meam commemorationem, praecipitum hoc Sacerdotes non plebem obligat, Ecclesiamque simul collectam, non quodlibet Ecclesia membrum respicit. Atque vt tecum nervosius agam, & argumentationibus fortioribus vtar, quero; Aut sacerdotibus erant Apostoli, quando mandatum hoc acceperunt? & ad id soli sunt obnoxii Sacerdotes. Aut adhuc erant laici? & tunc non sumere tantum, sed consicere quoque Sacramentum laicis est praecipitum. Sed hoc tam vobis, quam nobis absurdum est. Ergo Sacerdotes erant, & Sacerdotes tantum praecipitum ligat.

Galeth. At Paulus ad Corinthios, non Sacerdotibus solum, sed vniuersae plebi, clericis, laicis, maribus, feminis scribit. Aen. Non mandat illic Paulus, sed mandatum Domini refert & rem gestam, & quomodo Sacramentum instituit Dominus, exponit. Cumque nullus Euangelistarum verba illa, hoc facite in meam commemorationem, post communionem calicis ponat, notandum est, quomodo Paulus loquatur. Quid? ille post panis Sacramentum, inquit, hoc facite in meam commemorationem; post calicem autem, hoc facite, quotiescumque biberitis, in meam commemorationem. Additur hic, quotiescumque biberitis. Quid sibi vult hoc? quotiescumque biberitis, inquit, facite? Hoc est, quando necessarium erit, de calice bibere; quando corfietis; quando sacrificium offeritis, hoc facite in meam commemorationem. quod Sals Sacerdotibus conuenit. Duobus namque modis hoc diuini sumum Sacramentum consideramus; vt Sacramentum solum, & vt Sacramentum. In sacrificio vtraque species exigitur, quia imago est illius sacrificij, quo Christus assumpsit Pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est non huius creationis, seipsum pro nobis sacrificium obtulit Deo patri in ara crucis. Ideoque non solum representari dicitur Christus passus, sed etiam quoque passio Christi, in qua sanguis fuit à corpore separatus referenda. In puro autem Sacramento, quod ad sanctificationem nostram requiritur, vt inuisibilis gratia sub visibili specie nobis tradatur, sufficit representatio Christi passus; quae panis species abunde refert, quia & Dominus grano tritice se comparauit in terram cadenti, & mortuo, qui mortuus est, vt multum fructum afferret. Atque vt alius de tanto Sacramento loquatur, triplex est vt ait noster Aquinas, Sanctissimus, & profundissimus Doctor) huius excellentissima rei significatio, triaque tempora respicit. Ex praeterito significat nobis Dominicam passionem, & vocatur sacrificium. Ex praesenti, refert Ecclesiasticam vnitatem; & communio dicitur. Ex futuro, praefignat Dei frustionem, quam praestalamus in terris; & appellatur Viaticum, quia viam praebet ad patriam; & secundum hoc etiam Eucharistia, id est bona gratia nuncupatur. Et Sacerdotibus quidem Sacramentum conuenit; ceteris verò Communio, & Viaticum,

XI.  
S. S. Eui-  
charisti-  
duplex  
Confide-  
ratio.



in quibus panis, sufficiens est signum, quia ex multis granis conficitur, & pulchre denotat Ecclesiasticam unitatem, & illum panem Angelorum, quo fruimur in caelesti Hierusalem.

Gal. Multa prouoluit, & a propostia quaestione statu longe recedit. Hoc facite, inquit Dominus, id est; conficite, ut ego Sacramentum; sumite, & bibite, vobis, & aliis date. hic nodus est, haec vis.

Aen. Pulchre de modo locutus es. Nam tu nodum in scirpo quaeris. Sed non est hic nodus, quem ferunt Alexandrum in curru Gordijae perisse, quem cum solueret manu non posset ense recidit, Facilis est huius nodi solutio. Neque enim, inquit Dominus; Quomodo ego feci, sic facite. Sed hoc facite: id est, hoc Sacramentum conficite in meam commemorationem. Quod si notam praecipit, sub illis latere verbis affirmat; Accipite, & comedite, & bibite; dico, quod ritus ad sacerdotes mandata referri debent, quia tunc Apostoli Sacerdotium susceperunt. Ceterum sicut mandatum illud; Euntes predicat euangelium omni creatura; sic & istud suscepit Ecclesia, non ab omnibus, sed ab electis ministris, & Sacerdotibus exequendum. Sic Doctores intelligunt verba Domini: Sic Sancta Ecclesia docet. Quod si Christus his verbis communionem calicis etiam laicis imperasset, non solum Bohemis, sed alijs quoque gentibus per tot annorum curricula reuelata fuisset. Sed nulla Schola hoc sentit, nulla ciuitas probat, nulla extra Bohemiam collegia tenent. Mirabile dictu est, si multa aenigma, & mixta ceruina vana, & longissimi somni, melius vobis scripturam exponunt, quam ceteris abstinentia atque vigilia.

Gal. Male nos arguis. Non enim nostram, Sed Apostolorum doctrinam sequimur, Graecorumque usum.

Aen. At illi non dixerunt, damnatos esse populos, qui de calice non acciperent. Nec nos ad omnia tenemur, quae in Ecclesia primitiua Patres egerunt. Complura illi, quae ad perfectionis statum pertinebant, tamquam perfecti obseruabant. Nec enim proprijs quicquam possidebant, sed in adibus eorum Lucas ait, omnes, qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia, possessiones, & substantias vendebant, & diuidebant illa omnibus, prout cuique opus erat. Nos autem non cogimur omnia vendere, & tamen saluamur. Illi carnem cum sanguine non edebant, nos comedimus, & non damnamur. Illi vices fuerunt nobis desunt, & magis meremur. Illi populum a communionem calicis non prohibebant; nos arcemus, & meritum inde recipimus, obediens Ecclesia, quae communionem sub specie vini subtrahendam multitudinem, mouente Spiritu Sancto decreuit; dicente apud Ioannem Domino, Paralelus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quaecumque dixerero vobis. Cum enim ex praecipito Christi non sit communicatio calicis in populo, quis non videt in hoc, sicut in ceteris, quae Dominus expresse non iussit, Ecclesiam standum esse iudicio? Cuncta enim, quae sub praecipito diuino non cadunt, regentis Ecclesiae dispositioni sunt commissa cuius mandata, tamquam diuina recipienda sunt, & omni deuotione complenda, quando praecipito Dei non sunt aduersa; vel virum sint aduersa, non est certa cognitio. Sed nec tibi de Gratia blandiaris. Quamuis enim non errant Graeci, vetustam consuetudinem obseruantes, non tamen vobis excusatio est, qui sub Latini nati, educati que moribus, laudatum, securum, purum Ecclesiae Romanae ritum, auctoritate propria reiecitis, quandoquidem quamuis ordinationem eius, siue consuetudinem longo vsu probatam infringere peccatum transgressionis existat. Nec scio, quid vos in hac re Graecam magis, quam Latinam Ecclesiam imitari compellat. Latinus certe Senatus, & mundus, & rationalibus, & cautius agit, quam Graeci. Nam tribus de causis calicis potum plebibus interdixit. Prima, ne rudis populus, sub duplici solum specie contineri Christum putaret. Altera, ne quod est liquidum, multum attritatum manibus effunderetur in terram; quemadmodum nuper in Pragae factum referunt, ubi puerulus vix anniculus ab vberibus matris ad sanguinem Domini raptus, calicem ex manu matris considerari Sacerdoti arripens, Sacramentum sparsit in humum. Tertia, ut impletur figura veteris legis: quae licet populo ministrari de sacrificio inuenerit, libamina tamen solis Sacerdotibus, Levitisque referuat. Quid verò est quod Graecam Ecclesiam tantopere laudatis? An non Latini

XII.  
Aeneas  
Obiectio  
non resu  
rationem  
prosequu  
tur.

nam Ecclesiam multo florentiorem esse, quam Graecam certis? & nostram longe lateque dominantem, illam Mahometi cultoribus seruientem? Hanc vno sub capite gubernatam; illam multis scismatibus implicatam. hanc templis sublimioribus exornatam; illam omni splendore nudatam; hac semper recta dogmata praedicantem; illam sapienter errori consentientem. Nolo cum Cicerone dicere; Romanos, aut nihil a Graecis suscepisse, aut ab eis recepta fecisse meliora. Laudo, & magnifico Graecos, ex quorum fontibus nostri maiores hausere doctrinam. Sed consensum Graecia, frigida est, & non habet, qui calefaciat eam. Facta est sub triburo domina gentium; & quae fuit Asianorum Magistra nunc facta est discipula Latinorum. Quid est, quod vos Bohemos sub norma Latina nutritis, in communionem calicis Graecari compellit? Cur non ceteras quoque Graecorum obseruantias completimini? Cur non panem fermentatum consecratis? Cur religiones Monachorum, quas illi recipiunt, aspernamini? Cur vestis ornatus, ut illi sacrificantes non recipitis? Cur non coniugio copulamini, quod cum Graecia potestis, & cum primitiua Ecclesia facere non dedeceret? Vos partim Graecos, partim Latinos esse, aut caldium oportet esse, aut frigidum. Sed agitis, quod in rem vestram est. Nolite plus sapere, quam oportet. Audite docentem Matrem. Am plectimini legem Ecclesiae, quae sancta est, & honeste condita. Nolite putare, semper apostolica, alioque Christi discipulos, communionem calicis accepisse quia post Christi passionem de calice rarus, de pane frequens habetur sermo, ut est illud; Cognouerunt enim in fractione panis. Et in Actibus Apostolorum: Frangentes circa domos panem. Et iterum: Perseuerantes in fractione panis, quibus in locis, nullam reperimus de vino mentionem. Sed nec moueri debet, quod nonnulli Doctores de communionem Sacramenti alioque, illamque populo suadentes Ioannis verba recipiunt. Neque enim propterea illius loci, veritas versus est, & proprius intellectus; sed ex quadam similitudine, consonantique ratione trahitur inde sensus magis, quam ducitur. Et licet Doctoribus Oratorio more loquentibus, nunc figuris, nunc translationibus vri. Ex quo fit, ut saepe de signo loquentes, transeant ad signatum. Sed plurimum interest, an determinando docentes, an persuadendo commentes loquantur. Et aduertendum est, quod etsi plerique Doctores incidenter verba Ioannis ad Sacramentum altaris referant; in continua tamen expositione, nullus id agit, sicut in libro, quem de textura Euangeliorum scripsit, Zacharias Chryzopolitanus affirmat. Quod autem de Leone decreto commemorasti, nihil impedit nostri praecipiti cursum. Namque cum Manichei Leone Sedente, Christum non vero corpore, sed phantasia, & sine sanguine, vestitum praedicarent; neque resurrectionem eius crederent; neque Dominicam diem sanctificarent; sumentesque Christi corpus sub specie panis, ut iunum palliat erroris, potum calicis renuerent: obuiaturus tantae nequitiae Pontifex statuit, ut qui sub vna specie communicasset, ab altera non abstineret. Sic plurima saepe statuta sunt, ex causa, ex persona, ex loco, ex tempore, quae considerate oportet, quod illi iudicant, ne prius inculpent, quam intelligant, neque prius eruant, quam sensu perquirant. At cum hodie alius sit rerum status; cum nostri, vestrique progenitores sub vna specie communicauerint, cum multi Doctores ab Ecclesia recepti, & in catha logo Sanctorum conscripti, miracula corrumpentes, prohibendum plebi calicem dicant: cum Latina Ecclesia id seruet, doceat, mandet, suadeo, ut vos illi obtemperetis, custodiat, legem matris, ut addatur gratia capiti vestro, & torques collo vestro; sicut Salomonis verba promittunt his, qui sunt matribus obsequentes.

Nicol. Estne vllum Apostolicae Sedis, aut Generalis Concilij decretum, quod laicos sub vtraque specie communicare prohibeat?

Aen. Vultis obtemperare, si decretum ostendat?

Nicol. Obtemperabimus, si non erit legi diuina contrarium.

Aen. Lex diuina nulla est, cui talis Sanctio possit esse contraria.

Nicol. Tibi sic videtur: nobis longe alia sententia est.

Aen. Vos communionem duplicis speciei de praecipito Do-

XIII.  
Quidam  
Manicheo  
rum erro  
res referen  
sentur.

mini dicitur; nos contra, cui magis credendum est, nobis an Sedi Romanae?

Nicol. Et credendum est, cui scriptura diuina suffragatur. Aen. At vos dicitis, Diuinam legem seruire vobiscum; nos contra, quod non.

Nicol. Quo verba diuina legis propinquior est, hanc fidem digniorem puto.

Aen. Quid si est hoc dubium, quis obtinebit?

Nicol. Christus Dominus iudicabit.

Aen. Nullum ergo, ut intelligo, iudicem, nullum in terra superiorem vultis, qui res dubias definiat? Sic neque Romanum Pontificem, caput esse Christiani populi creditis; neque militiam Ecclesiam honoratis, quamuis sit Magistra fidelium, doctrix veritatis, inimica mendacij, mater nostri, quae nos Christo regeuerat, & alit, atque nutrit in fide. Quod si vos aliud non moueret, vestra vos paucitas exterrere deberet. Quot enim estis, qui aduersus viros innumerabiles, & mortuos infinitos linguas acutis? Tota Christianitas contra vos est; & tamen a sententia non receditis? quae si vera esset, omnes nostri progenitores cum Diabolo, & eius Angelis arderent, qui calicis ex-pertes fuerunt, etiam Regnum hoc, postquam Ecclesia Sacramentis relictiis idolis imitarii est, semper Apostolicae Sedis ritu communicauit, exceptis paucis annis eius nostri, in quo monitore Ioanne Hus atque Hieronymo, ab Ecclesia unitate recessistis.

Gal. Arguis paucitatem nostram. Sed Christus aduersus multitudine Iudaorum paucis discipulis circumdatus praedicare non timuit; nec multi erant Iudaei, considerata gentium multitudine, quando legem acceperunt Moscaem.

Aen. Christus Deus, & homo, Dominus, & Magister, non am daturus legem in mundum venit, redempturusque populum. Quis comparatio lucis, ad tenebras terra, ad celum? Christi, ad Belial? Non tamen Dominus sine miraculo creditus est, neque Moses absque signis legem tulit. At vos, quae signa facitis, ut vestra paucitas ite credamus, vobiscum sumus?

Gal. Generatio praua, & adultera signa quaerit. Nos paucitatis nostra Christi curatorem habemus, qui apud Euangelistam ait, Vbi quique duo, aut tres collecti fuerint in nomine meo, ego cum eis sum. Non indigemus humano fauore, qui ducimur caelesti Doctore.

Aen. Apud Cyprianum, martyrem his sororia verba nonnulli iactabant, quibus ille respondit: Corruptores Euangelij, atque interpraetae falsi, extrema ponunt, & superiora praetercunt; partim memores, partim subdole comprimentes; ut ipsi ab Ecclesia scissi sunt, ita capituli vniuersi sententiam scindunt. Dominus enim cum discipulis suis vnanimiter se iudicet, & pacera Dico, inquit, vobis, quoniam si duo ex vobis conuenerint in terra, de omni re quaecumque petieritis, contingerit vobis a parte meo, qui in caelo est. Vbi cumque enim fuerint duo, vel tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum. Ostendens, non multitudinem, sed vnanimiter deprecantium plurimum vrbui. Si duo, inquit, ex vobis conuenerint in terra, vnanimiter prius posuit, concordiam pacis ante praemissit; ut conueniat vobis fideliter, & firmiter, quod. Quomodo autem potest, & cum aliquo conuenire, qui cum corpore ipsum Ecclesia, & cum vniuersa fraternitate non conuenit? Notat et verba, & signa mysteria. Non est cum eis Christus, qui ab Ecclesia recedunt. In vna Ecclesia sumus omnes. Prius vna fides, vnus Deus, vnus ritus, & vobis, & nobis erat. Non nos a vobis, sed vos a nobis recessistis; facientesque vobis conuenientia diuersa, peregrina dogmata recipientes, quae non audierant patres nostri, veritatis caput, atque originem reliquistis. Quod si Christi praesentiam cupitis, ad ipsam eius redendum est.

Gal. Nos in Ecclesia sumus, neque ab illa recessimus vnquam, Transire autem ad vos, dum Christi legem violatis, nulla ratio suadet, quia nunquam mystico Christi corpori ingitur, qui ab eius Euangelio separatur. Sed cur nobis reueres, si qua est constitutio, quae sumere calicem vetat.

Aen. Quia nolistis obedientiam polliceri. Sed dicam tamen ego ita vos peritos arbitror, ut consuetudinem vniuersalis Ecclesiae, non minoris efficaciac censetis, quam scriptam legem; quia vis legis ex consensu resultat. Consensus autem minor non inest consuetudini, quam legi conscriptae. Nam consuetudinem longus, & approbatus vsus inducit, quae nullius impedimenti cla-

XIV.  
Concilia  
vniuersa  
licis vea  
nt Latini

more, diuino magis, quam humano videtur recepta consilio. Leges autem quamuis Dei nutu decerni credantur, saepe tamen, vel populi, vel Senatus magna parte dissentiente tra-duntur. Ob quam rem non minus plebendus est verus, & consuetudinis, quam scripta legis prauaricator. Cum igitur pluribus seculis obseruauerit Ecclesia, ne plebes de calice biberent; debebat & vos Bohemos, huius obseruantiam tanquam paterna, legis amulatores existere, quae sicut ante dictum est, neque noui neque veteris testamenti codicibus aduersatur, sed ratione magna, & honestate subnixae est. Verum quia scripti decreti sanctionem requiritis, non frustra abor expectationem vestram. E-uoluite Constantiense Concilium, atque eius acta perquirite, consuetudinem, quam modo exposui, & approbatam, & pro lege lectam, & scripto firmatam reperietis. In Basilea quoque dum generalis Synodus illic erat, postquam exacte visa sunt, & diligenter excussa sacrorum testimonia litterarum, magnorum Conciliorum decretis, ac sanctorum Patrum, & illustrium Doctorum traditionibus enucleate pensatis, decretum promulgatum est, quod aperte declarat fideles laicos, siue clericos, communicantes, & non conscienter, ad suscipiendum sub specie panis, & vini diuinum Eucharistiae Sacramentum, ex praecipito Domini non esse astrictos, in cuius sine subiungitur, Laudabilis quoque consuetudo communicandi laicalem populum sub vna specie, ab Ecclesia, & Sanctis Patribus inuoluta, ac haec enus diuinitate obseruata, & a Doctoribus diuinae legis sanctis scripturarum, atque canonum multam peritiam habentibus iam longo tempore commendata, pro lege habenda est. Nec aliquid licitum est, eam reprobare, aut sine auctoritate Ecclesiae illam immutare. Sic ergo & scripta habetis Conciliorum decreta, & vetustum Ecclesiasticum.

Gal. Potest Ecclesia, vel Concilium, quae Christus instituit Sacramenta pervertere?

Aen. Non potest.

Gal. At Sacramentum hoc sub specie panis, & vini Christus instituit. Cur peruertit Ecclesia, quae panem solum ad laicos desert?

Aen. Non peruertit Ecclesia Sacramentum, sed ritum mutat. Quae sunt enim de necessitate Sacramentorum, immutabilia perferuntur; quae circa ritum sunt, immutat Ecclesia potest: cuius potestas non minor est hodie, quam sub Apostolis erat. Potestas autem & administratio Ecclesiae, sicut Doctores tradunt, tribus in rebus consistit. In ordinibus diuersorum Prae-latorum: in administratiombus Sacramentorum; in diuersis praecipiti subditorum. Ob quam rem non sine ratione putauit Doctores insignis Aquinas, in arbitrio esse Ecclesiae, diuersos gradus Prae-latorum institueret, & institutos pro rerum diuersitate vel temporum amouere. Sic subdiaconi sunt ordinati, quos Ecclesia primitiua nesciuit. Sic Praelati, presbyteri, Episcopi quos olim aequalis fuisse potestatis Hieronymus affirmare videtur. Sic Cardinalium Sacerdotum Senatus, Ecclesia magnam decus, & stabile firmamentum. Potest etiam Ecclesia in administrati-one Sacramentorum, abolitis prioribus, novos ritus inducere, & caerimoniae nouas. Quae de re licet Dominus discipulos suos facta cana communicauit, Ecclesia tamen neque praesens, neque canatos fratres, nisi necessitatis causam tantum Sacramentum permittit assumere. Rursus quoque, quamuis amictus intereo Christus, quotidianaque veste indutus, hoc Sacramentum instituit, dixitque paucissima verba; Ecclesia tamen ob eius reuerentiam, & ornamenta vestimentorum Sacerdotibus dedit, & Missarum solemniam Prophetarum, & Apostolorum lectionibus, & deuotis orationibus adornauit. Sic enim in veteri lege rubricatas pelles, & rudia tabernaculi sacra, sublimis gloria templi secuta est. Sic & in nouo testamento, post illa Ecclesia primitiua rudimenta, pederit in splendor in cultu diuino, & ritus Sacramentorum expolitor, & maiestas Sacerdotum maior successit. Tertio loco potest Ecclesia, statuta, & ordinationes Patrum, quae de moribus agunt, prout loco, tempore, & personis viderit conuenire, immutare, & abrogare, sicut prius diximus. Sed quantum ad Sacramentum pertinet, quod necessarium est, tolli non potest, quod necessitati non subest, & variari potest, & tolli. In Eucharistia verò sicut ante praelatum est, non est vsus legis, quae spectet populo necessarius: admodum ergo altera species non ineptè potuit, quia non est hoc Sacramentum variare, sed vsus.

Gal. Sacramentum esse sub specie vini, quis neget? Ergo qui vini speciem tollit, Sacramentum tollit. Aen. Haud recte infer. Septem sunt Ecclesia Sacramenta; & si vos quinque tantum recipitis Ex his vnum est, Eucharistia...

XV. Taborita cuiusdam provocati...

Finitis sermonibus istis, affurrexit vnus de primoribus Taboritarum, & animo satis inflato, Quid tu nobis, inquit, apostolicam Sedem tot verbis amplifis... Nos Papam, & Cardinales, aueritiam seruos nouimus, impatientes, inflatos, tumidos, ventri...

Taboritarum gens monstruosa, & omnium haeresum receptaculum.

festino & currenti calamo. Properante namque, Romam meo Ioanne, quem probe nosti, malui te, que mihi in hac via contigerant, ut cumque narrata cognosceres, quam penitus ignorare...

XVI. Parm cum Taboritis...

Ista, Aenas Syluius Episcopus Senensis, partim cum Georgio Podiebracio, partim cum Taboritis differabat: Sed irrito plane conatu; quemadmodum, & Nicolaus Cusanus Cardinalis Nicolai V. Pont. Max. in Bohemiam Legatus...

XVII. Rochezana scribit B. Ia. Capistrano.

Venerabili viro, fratri religioso, Ioanni de Capistrano, sibi in Christo dilecto; cuiusvis boni affectum, & cum obsequio in Christo famulanda. Famam discurrente frequenter audimus, in eo, quem de Spiritu Sancti gratia fideles conceperunt pro seruire...

brachio

XVIII. B. Capistrani ad Rochezanam responsum.

brachio suffultus, rucissimos, immo, & sufficientissimos, vestra pro tuenda vita, saluos Conductus fidelissimè ordinare. Et ob humiliter litterarum responsum, nuncium per praesentem. Datum Praga Sabbato ante festum Exaltationis S. Crucis. Anno 1451.

Respondit Capistranus istis verbis: Venerabili Magistro, Ioanni de Rokyzan, in fidei veritate, tamquam patri praeolendo. Iesus Christus. Venerande Magister, cum seruenti animo ad aeternam gloriam capeffendam, in Christo Iesu gratiam salutarem, & pacem in Domino sempiternam. Tuas honestas, quales alij non dixerunt, hodie, duobus Episcopis, pluribusque magnificis, ac praesantissimis viris praesentibus, litteras accepi: quibus frater, incognitum te virum, compositum, ac moraliter ornatum intueor complacentia speciali...

His inter Capistranum, & Rochezanam vltro, citroque datis, omnes boni sperabant colloquium inter eos futurum; & ab eodem congressu pacem Regni fecuturam. Nihil minus euenit. Quamquam enim Rochezana, Ioanne Pertheino, & Wenceslao Boskowitzio interpretibus, locum disputationi Cruminoiuiam, tempus autem, festum SS. Simonis, ac Iudae Apostolorum designasset; adeoque congressum ambire videretur; tamen vbi primum accepit, Capistranum libenti animo venturum, & quasi de victoria praetumeret, nonnullas propositiones ad disputandum proponentem; tunc demum resiliit, atq; Georg. Podiebracio auctor fuit, qui ediceret, ne alicubi locorum Capistranus venturus reciperetur, sed ab omnibus tamquam esset publicus hostis excluderetur, vitareturq; si porro Cruminoiui pergeret. Rosenberglus primus fuit, qui periculi Capistranum admonuit. Ergo is locum disputationi designatum, adire recusauit. Hic Rochezana apud suos triumphabundus, in abentem inuectus, conuictis plenarum litteras, in Capistranum vulgavit, quibus famam illius, & existimationem deprimeret. Ab auctoritate Rochezanae Ioannes Borotini primus complicum, virulentum calamum in innocenter sstringit, maledicamque linguam exeruit, imponens, & fugillans, quasi sibi prophetiae spiritum arrogaret, quasi auctoritatem Concilii Basileensis deprimeret, quod Compactata negaret fuisse concessa, quodque communionem sub vtraque specie damnaret. Faciebat, ut eam Procerum partem, quae Compactata affirmabat, in odium Capistrani concitaret. Tam Rochezana, quam Borotini extant amarulentae in Capistranum litterae, in quibus eum per contemptum & probrum vice vocabant, Monachum melancholicum, hypocritam, seductorem populi, turbatorem pacis, perfidum, haereticum, contemptorem Conciliorum, prauaricatorem Euangelii, &c. ut his criminationibus famam, & auctoritatem illius eleuarent. Verebantur enim per maximè, ne si eum intactum dimitterent, omnes illum promiscuè sequerentur. In Moravia enim, quam plurimos per Dei gratiam ad vnitatem Ecclesiae reducerat. Quocunque ibat, omnes ad eum festinabant, vt vel funebriam vestimentorum illius tangerent. Aegrotos quoque ante eius pedes deferrebant, quos ille vel oratione, vel Crucis ligno persanaret. Ab eacurationem gratia, tantam apud omnes famam acquisiuit, vt Sacerdotes cum plebe, velut Legatum Sedis Apostolicae, aut Angelum aliquem, cum reliquiis Sanctorum obuiam, procedentes exciperent. Non poterat ista ferre haeretici. Quamobrem criminatorias in eum vulgabant, & Proceres sollicitabant, qui hominem laefferent. Ex his Io. Tauuatzouius, Marchionatus Moraviae Capitaneus Generalis, datis ad eum literis cõtumeliarum plenarum, seductorem fidelium, qui venenum aspidum pulchro sub colore propinaret, quicq; populum ab Evangelica veritate auerteret, appellauit. Respondit Capistranus criminatoribus, acutus, ac eruditus epistolis, quibus & criminationes dilucidè diluit, & argumenta vndique pro confirmatione errorum petita, doctissimi dissoluit. Scripsit praeterea Georgio Podiebracio, atq; vt Saluum Conductum sibi ad congressum cum haereticis properanti concederet, postulauit; deinde Egrā ad Comitum Regni sese contulit, ibique pro conuentionis erroribus plurima tentauit. Inter quae Ioannem Rochezanam prolixā scriptione officij admonuit: cumque is à calumniis non abstineret, Apologiam pro veritate dogmatum, proque innocentia sua ad Regni Proceres contra pseudoarchiepiscopum exarauit, hoc tenore; Credo Magnifici, ac praclarissimi Barones, ceterique Nobiles, & famosi inlyti Regni Bohemiae, pro summa iustitia, & equitate, qua in vobis plurimum lucere debet, vos non admirari, aut molestè ferre, quinimò latari vehementer, & in rem gratissimam accipere, si modo his meis litteris contra nonnullos insolentes garrulatores, immò verius nefarios obrectatores me ager, & scandere visuri estis & post multa: si qui autem cum

XIX. Rochezana à conuentu resiliit.

In Capistranum, cum complicibus suis inuehitur Rochezanus.

XX. Calumnias obiectas depellit B. Ia. Capistranus.



Compactatis se excusare voluerint, legant libellum ad Rokyzanam destinatum, ubi diffusè habetur, declaratio, non solum compactatorum, sed & omnium vanarum suarum opinionum, quibus populos allicere conatur ad communicandum sub vrraque specie, vi, vel precibus, vel falsissimis susceptionibus...

chiombus Brandeburgensibus, atq; ab illustri & Excellentissimo Principe, Dn. Friderico Duce Saxoniae, atq; ab omnibus singulis civitatibus eorundem Principum apud quos transiitum feci, tantà cum honorificentia sui susceptus, quantà nemoreligiosus hac nostrà atate habitus est. O maledicta lingua. Tu me seductorem, & profugum nuncupas, atque Antichristum pradicas, cui 66. annorum est aetas, &c.

XXI. Scribit idem Capistranus Georgia Podiebratio.

XXII. Nihil à Georgio impetrat Capistranus.

XXIII. Bohemorum errores eliminare satagit Nicolaus PP.

clausum

clausum contraxerunt: quodque in susceptis per eas Ordinibus, ipsi tamen per te prius ad tempus, de quo tibi videbitur, ab illorum executione suspensi, ministrare liberè, & licitè valeant, eadem auctoritate dispensandi. Denique ab eisdem personis inhabilitatis, & infama maculam, siue notam, per ipsos praemissionum occasione contractam, dictà auctoritate aboleri, necnon easdem personas, ad honorem, famam, & statum praestimum, in quibus antequam impressa contingerent, erant, plenariè, & integrè, restituendi, & reponendi, plenam, & liberam, tenore praesentium concedimus facultatem. Datum Roma apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicae M. CD. LI. quinto Calend. Nouembr. Pontificatus nostri, Anno quinto.

XXIV.

XXV. Similiter Nicolaus S. R. E. Cardin. Cusanus.

Et Graecis subuenire procurat.

XXVI. Polonia Rex datus literis ad se B. Capistranum iuuat.

Catholicae fidei puritatem persequos esse. Et primum Regno suo quondam nobili, multiplicibus cladibus obruto, & tandem prostrato, vicinia regionibus bella intulisse, templa succensa, virgines stupratas, ministros, & seruos Dei occisos cognouisti. Tentarunt plures principes Orbis, sed iam adeo detestabilem armis obruera: sed casti fuerunt multorum conatus; & crebro sequebatur occulto Dei iudicio Catholicorum clades, aut fuga. Tibi gentis praedictae redemptio seruata est. Tibi vni ex alto concessum, quod pluribus fuit negatum. Succumbet precibus, & meritis tuis Amalech, & superbissimus prosteretur Goliath; populus quoque Domini exercituum liberatus, saluabitur. Tu autem Pater mi, gentis illius reductione, quantum fas erit expediat, ingredi, & visere Regnum nostrum Polonia non graueris, sed per nos rogatus, declina paululum, & nos filium tuum deoptum, precor, & per misericordiam Dei obsecro, ne praeceas. Est nobis Regnum Polonia tenaci fide Catholicam Religionem obseruans. Est & Ducatus Lithuaniae, cuius populos genitor noster clarissima memoria Vladislavus Polonia Rex Christianissimus, ab idolorum cultura, ad vnitatem veri Dei agnitionem reduxit. Virisque Dominij nostri populus, magnoperè te gestit videre, & tuam praesentiam summo desiderio & summa prece exoptat. Sunt praeterea nobis terra Russia latissima, quae etsi fidem profiteantur Christianam, in sectam tamen Graecorum dudum peracta sunt, & illorum ritum pertractant, atque custodiant. Nec tanto tempore, quod earum lapsus, & ab Ecclesia Latina scissionem secutum est, à caligine ceremoniarum suarum (quamuis in pluribus Concilijs nostris susceptis interpositis laboribus) poterant abstrahi, aut auelli. Hi omnes vno spiritu te interpellant, vt non desicias visitare illos, vt aggregari in sinum vnitatis Ecclesiae Sanctae Dei per te possint. Extant multi, qui solà famam tui nominis pellecti, renuunt veteri sectae, & ritus, & ingredi viam, quam monstraueris, reprobant. Sicut Bohemorum sollicitat redemptio, vt pro illorum salute, omnes aduersitates, & pericula subire dulces fuerit, multo magis Ruthenorum te moueat deuotio. Nam etsi vrraque gens caligine erroris velata sit, Ruthenorum tamen faciliorem reductionem tibi ex multis respectibus persuadeat. Quoniam natio, boni cupida est, simplex, rudis, & omni mundana doctrina expertis; quae errores suos debili oppositione tueritur: nec illos nisi consuetudine quadam, & ingenio illius ritus amor, in quo nutriti sunt, recognoscere Summi Pontificis auctoritatem, & vnitatem fidei veiat. Dissolues tamen omnes hos nodos, & vno sole operum, & meritum tuorum, inueteratam dispabis, & secabis caliginem. Veniat charitati tuae in mentem, Apostolorum, quorum vestigia imitans, exemplum, & forma, quorum nonnulli plures Iustitiam regiones, ferendo veritatem Euangelij, & doctrinam Christi, vt aliquos lucrifacerent. Tu certus quodammodo de praemio laborum tuorum, venire pro salute multorum populorum, quorum conuersio ex te pendet, non fastidias. Cogita, quantas animas inferes caelo, si adueneris, quantas detinere à Sathana permittes, si venire differes. Accingere igitur, vt optime, ad negotium istud, ad quod te vox multarum nationum vocat; ad quod & nos tuam charitatem precibus nostris inuitamus. Persuadet hoc charitati tuae professio tua, persuadet zelus animarum; compellit amor fidei, & charitas, Deus ipse residens in excelsis, mandat, & imperat. Pro festo S. Michaelis proximo, tam Regni nostri Poloniae, quam Ducatus Magni Lithuaniae, Praefati, & Barones, Parlamentum celebraturi sunt: res arduas, & magni momenti, quae bellum, aut pacem secum trahunt, discutiri. Precamur te, vt Omnipotentem Deum singulari prece orare velis, vt gratia Spiritus Sancti corda tractatorum, & Baronum nostrorum visitet, eorumque mentes, & corda concilet, vt concordia, & vnanimitate, negotia Regni, & Ducatus ordinent, consueuant, & decernant. Datum in Grodek, Feria III. in vigilia Natiuitatis Sanctae Mariae. Anno Domini, millefimo, quadringentesimo, quinquagesimo primo. Cochleus lib. de anno.

Commendatur Ruthenorum Natio.

XXVII.

Dei in



Mischonius de B. Capistrano testimonium.

XXVIII. B. Capistranus a Bohemis contemnitur sic ut ab eorum Regina Barbara, que & qualis fuerit describitur.

XXIX. Barbara corpus per vim in Conditorium Regium inferunt.

XXX. Barbara a similia Fridericus Celestia Comes.

Dei in Italia prædicando sparserat, & de licentia Nicolai Papæ Quinti, de Italia egressus, Anno CHRISTI 1451. in æstate ad Olmuncz peruenit, & in monasterio Minorum stetit: positâque Cathedrâ in Circulo Olomuczenfi, quotidie, diligentissimè Verbum Dei per duos Interpretes prædicauit, vnum Bohemum, alterum Alemannum, rationibus, vt sæpe confutans, non esse de necessitate salutis, vt populus laicalis, sub vtraque specie communicaret; & sermones suos prodigijs, ac stupendis curationibus infirmorum confirmabat. Hunc Sbigneus Cardinalis, & Episcopus Cracouienfis, tandem & Rex Casimirus per litteras rogaerunt, vt si à Bohemis contemneretur, ad Poloniam venire non dignaretur. Mischonius li. quarto, cap. quinquagesimo nono.

Sanè parùm, aut nihil à Bohemis Capistranus æstimabatur. Regina eorum, & Imperatrix Barbara, Sigismundi Imperatoris relicta, quæ exemplo ad pietatem, & moderationem animi subditis præire debuerat, nihil minus præstitit; neque aut prædicationibus, aut miraculis, aut sanctitate Capistrani moueri voluit, ad relinquendos ad infamiam corruptos mores. Decessit hoc anno apud Græcium Bohemiæ, inexhaustæ, vt Syluius narrat, libidinis mulier, quæ inter concubinos, illaudatum æuum publicè agitans, sapius viros petijt, quam pereretur; neque Christianæ, neque alteri cuiquam Religioni astricta; quippe quæ, superos, inferosque vltos esse negabat. Ferunt eam ancillas suas sæpe orantes, ieiunantesue increpasse, quæ corpus suum frustrâ macerarent, sicutumque cœli Numen placare verbis crederent. Viuendum suauiter dum vita suppetit, fruendumque voluptatibus. Id tantum homini datum, cuius anima cum corpore simul extingueretur; somnare, qui alteram vitam sibi promitterent. Congrua moribus sententia. Nam qui relicto animi cultu, voluptati corporis sese dedidit, grauiati vitijs, fœdè, non quibus explicent vitamque corrigant, sed quæ cæptum iter approbent, ea dogmata facillè imbunt: neque inquinatis mentibus solamen vllum valentius, quam totum hominem morte extingui opinentur. Vna salus desperanti cœlum, inferos non timeat. Corpus Barbaræ, quamuis infidelis femina, Bohemi Pragæ tulere, peractoque funere, in sepulchrum Regium condidit, nec desuere Sacerdotes, qui prophanum cadaver Ecclesiastico ritu sepelirent. Non sunt Regibus scriptæ leges, nec in Bohemia quicquam non permisum. Syluius historiæ Bohem. cap. 59.

Dubrauius tradit, Georgium Podiebracium Sacerdotes Pragenses coegisse, vt conditorium Regum, Barbaram interrent, mulierem prorsus Sadduceam, Epicureamque. Cum Epicuro enim, Summum bonum in voluptate ponebat. Similiterque atq; Sadducei de immortalitate animæ, nihil planè credebant, sed tã superos, quam inferos ridebat. Huic ad lasciuiam compri-mendam, cum à viris, matronisque honestioribus tur-tur aus proponeretur, quæ marito mortuo, iterùm nu-bere nesciret; absterio omni pudore, solita fuit respon-dere: Et quid mihi cum aue monti colâ, & solitari? Cur non potius columbas, & passeret domi, stridit ob oculos versan-tes, mihi proponitis, quarum auium oculo & amores num-quam cessant. Dubrauius hist. Bohem. lib. 28.

Astimilis Barbara Imperatrici hac eadem tempe- late decessit, Fridericus Celestia Comes. Is cum ob amorem concubina, vxorem interfecisset, atque dein- de inter Scorta, vitam turpissimam agens, morti pro- ximus esset, cuidam ex amicissimis, annuam iam supra nonagesimum, in quo non minus, quam adolescens voluptati feriret, neque se breui moriturum expen- deret, aut de sepulchro aliquid cogitaret, exprobranti, & ad meliorem frugem exhortanti respondit: Istuc ago. Nam sepulchrali marmori hoc epigramma insculpendum sta- tui. Hac mihi porta est ad inferos. Quid illic reperiam nescio. Scio que reliqui. Abundanti bonis omnibus ex quibus nihil fe-

ro mecum, nec quod bibi, at que edi, quod inexhausta voluptas exhaustit. Tum amicus, Sardanapali, inquit, Epitaphium memoras, quod Aristotele teste, non hominû, sed bouis sepulchro inscribendum fuit. Syluius lib. i. in dicta, & facta Alfonso Regis.

Non dissimiles Friderico aliqui bibones in Germa- nia, id temporis, per alia quoque vitia propudiosam vi- tam duxere; si ebrietas est, vt est genetrix aliorû quo- que flagitiorum. Henricus Goriciæ Comes, cum duos ex vxore Hungarâ nobili, & prudenti femina filios suscepisset, eos antequam pueritiam exuerent, apud se in thalamo suo habuit, illosque inter dormiendum mediâ nocte sæpius vocitare, & an sitirent, interroga- re solitus fuit, quibus tacentibus, (nam altissimus eos somnus opprimebat) surgens ipse vinum ingerebat, illisque reculantibus ac vinum euomentibus, conuer- sus ad vxorem: Ex alio, auebat, concepisti meretricem. Neque enim filii mei sunt, qui noctem integram nihil sitientes, dormiunt. Par huic Huldricus de Noua domo inter Bohemiæ proceres, opibus, & auctoritate facillè Princeps, qui liberos suos quamprimum abla- tos nouit, ad vini usum exercuit; neque Australia, ne- que Bauarica, quæ leuiora sunt, sed Cretensia, Terge- stinaque, & quæ vocant Traminica his ministrari ius- sit. Interrogatus à Friderico Cæsare, quâ ratione id a- gere; & asuefacti, respondit illi, liberi mei cum adole- uerint, amareque vina cæperint, securi adbibent, quan- tum voluerint; neque tamen vino capiuntur, cate- ris compotioribus ebrijs. Sapis, inquit Fridericus; hoc ipsum Mitridates factitauit. At mihi filius aliquan- do fuerit, nisi vinum oderit, eum ipsum oderim. Non placuit Huldrico suggillatio; qui liberos, ad Liberi athleticam instruebat; cuius non insolens eâ tempe- state exercitatio. Leonardus Fellichius nobilis in Saxonia eques, cum semel in Lipsensem ciuitatem, in qua Saxones, liberales artes edificunt; peruenisset, percunctareturque de Sobrino suo, qui tum fortè ille studij causâ degebat, quidnam, & quantum profecisset; Homo, qui nosset eum, & coauditor eius esset: Optimè, inquit, se habet amicus tuus. Nam inter mille, & quingentos, qui adsumus schola- res, hic vnus bibendi palmam obtinet: neque ingrata sese homo nunciasset parauit. Est enim mos apud Sa- xones, dum conueniunt, hos primo loco ponere, qui plus adbibebint; eumque ludum ad æquales hausit compotationem vocant. At ab huiusmodi potioribus, quid frugi, quid religiosi expectari potest? Iudaicus populus, postquam sedit manducare, & bibere, surre- xit ludere: scilicet idololatrari: sic & plerique ad blasphemias, heresim, & reliquas sordes. Nota est eiusdem tem- poris cuiusdam Colonienfis pictoris, vt quibusdam vi- detur lepida, vt autem ego exillimo, blasphemæ cauillatio. Is cum esset amator vini, quamplures Christi ima- gines, cauponibus pignori dedit, easque hoc pacto per- dere; quàm vendere maluit. Interrogatus, cur non po- tius venderet: Ergo, inquit, me Iudæum esse, quâ Chri- stianum vultis? Ad hunc modum iocabatur vinolentus, ab ebrietate, ad impietatem prolapsus; & hinc cæ- teris flagitijs obnoxius. Hos auditores, Capistranus, nactus erat; Syluius supra, qui per temulentia, libidinis, & impietatis salebras, ad inferos, præcipites ruebant: non minus quam Græci per dissidia, tum mutua, tum ab Ecclesia Occidentali sub gladium, & iugum Tur- cicum properabant, inter eumque nobilissimi Impè- rii accelerabant. Ioannè Palæologo vitâ, & impè- rio defuncto, in Constantinum eius fratrem, Regni successio deuenit. Ad eandem, frater eius Deme- trius, festinabat. Mater, vtriusque, Cantacuzenus, Na- tara, & plerique Principum, qui arbitrandi partes susceperant, Demetrium excluderant; metuentes, ne Constantinum exercitum peregrinum adduceret, si is Regno potiretur. Thomas præterea frater iunior dominatum affectabat. Cumq; Peloponnesum inter se diuisissent, & iurifurandi religionè, ne postmodò diui-

XXXI. Friderico alii assimiles, ac bibones.

Cæsar Fridericus bibones odit.

Græci Principes dissident.

XXXII. Castrius Legatus desinat ad Siciliam PP.

XXXIII. Nicolaus PP. & Alfonso, Italia Principes conciliare curat.

XXXIV. Vrbe ornat, ac munus Nic. Pontifex.

nem illam violarent, interposuissent, is nauis in Peloponnesum vectus, vrbes Peloponnesiacas contra diuisionis iurifurandum ad defectionem sollicitauit, & adhibitis Peloponnesiacis, qui ad ipsum confluxerant, fratri Demetrio bellum mouit. Demetrius porrò exercitum Regis Turcorum Mahometi, in auxilium contra Thomam euocauit. At is non modò hunc, verum & Demetrium, & Constantinum Imperatorem opprimere per- rexit; vltus opportunitate dissidij, quod inter fratres gliscibat. Sed tandem sapere illi docti, cum hosti potentissimo singuli dissidentes, ad resistendum impares essent, pacem inter se constituerunt, & ad auxilia postulanda in Europam miserunt. Athanasius Lascaris princeps Legationis, Venetos imprimis sollicitauit: inde Pontificem Nicolaum ad opem ferendam excita- uit: vltimò ad Alphonsum Regem Aragonum veniens proposuit; Si milite & pecuniâ, in id bellum iua- ret, in eius fide futuram Prorencia, quam acquire- rent, annumq; vltimò repræsentaturos cùm fide prin- cipes, quod Turcarum tyrannis pendere soliti erant.

Georgius, quoque Castriotus, quem Scanderbergium Turcæ appellauerant, Epiri Comes, Stephanum Croiæ Episcopum, & Nicolaum Bergucium Domini- canum, ad Maximum Pontificem & Principes Euro- pæos Oratores destinauit; qui communis periculi à Turcarum potentia impendentis eos admonerent, & quam maxima possent auxilia impetrarent. Et quid- dem omnes in bellum Turcicum vnanimi consensio- ne conspirantes, subsidia præstitere. Nicolaus im- primis Pontifex, Alfonso Rex, Veneti, & reliqui Ita- liæ Principes. Sed quantum id erat, in summa hosti- potentia argumentum, tandiù bellum eâ parte susten- tari? Mariana lib. 22. c. 10. Strita lib. 15. c. 60. Laonicus lib. 7.

Nicolaus sanè Pontifex, vnâ cum Alphonso Rege, vt maiora possent suppeditare subsidia, pacem inter Principes Italiæ dissidentes componere curauit. Veneti cum Franciscò Sfortia adhuc dimicabant. Flo- rentini contra Alphonsum non satis æquo Marte cer- tabant. Ad illos conciliandos Nicolaus omnem ope- ram mouens, Oratores eorum Romæ conuenire im- perauit: cumque ab Alphonso Rege Alphonsus Co- uarruias Montis Regalis Archiepiscopus, à Venetis Driadanus Grittus, à Sfortia Iacobus Triuultius ve- nissent, Florentini verò Ianotium Pandulphum, ac Francum Sachettum virum eloquentem misissent; Ni- colaus, Antonio Cardinali Ilerdensi causarum cogni- tionem, & arbitrium delegauit: atque post multas dis- ceptiones, ad concordiam, eos reuocauit: quo maio- res copias, & pecunias in bellum Turcicum compara- ret, ac venientem in Italiam Fridericum Cæsarem cõ- cordibus animis, & viribus Principum Italiæ excipe- ret. Facius de rebus Alphonsi lib. 9. Alaphus Lellus, histor. Eccl. Montis Regalis.

Ad tutelam quoque, & ornatum Vrbs, ne aduen- tante Cæsare, aliquid, aut oculos venientium offende- ret, aut noui ab eis, vel à populo Romano oriretur, por- tas Vrbs, turres, Palatium, Capitolium, arcem Sancti Angeli, turris firmisimam munire voluit: præterea Pa- latium Canonicis, ad Vaticanam, & Sanctæ Mariæ Maioris Basilicas, nec non Conseruatoribus populi Romani in Capitolio extruxit: vtque multitudinis a- nimos deliniret, tredecim Marefchalos, qui tredecim regionibus Vrbs præessent, delegit, eisdemque trede- cim vestes coccineas dono dedit. Pietatis quoque cau- si, Ecclesiam Sancti Theodori collapsam, à fundamen- tis instaurauit; Sancti Stephani Rotundam in monte Celio exornauit, texit, & possessionibus emptis diti- uis aream Basilicæ Vaticanæ, quæ multitudinis ad ca- pitulum Pontificiam benedictionem confluentis ca- pax esset, dirutis complurimis aedibus amplificauit: vt- que tumultum præcaueret, qui vel à peregrinis, vel à ciuibus poterat concitari, milites suos omnes cum co- lectis copijs Romam accluit. Stephanus Infixura in notis diarijs huius anni. Platina in Nicol. V.

Eodem anno Nicolaus Pontifex, post peractum Ro- manum, Iubileum Regno Polonia ad spatium vnus anni concessit, & Cracouia, Gnegna, Leopoli, Vilnæ publicari voluit eâ lege, vt quisque dimidium eius, quod in itinere Romano impensurus esse videretur, in capiam reponeret. Ex ea verò pecuniâ, vt dimidium Regi in sumptus belli contra Tartaros gerendi cede- ret; de reliquo dimidio, dimidium Sophia Regina in dotem egentium puellarum auferret, reliquum verò Pontifici pro instaurandis Romæ templis mitteretur. Sed cum grauis vulgò esset eâ æstimatio, ad quartam redacta est. Cromerus lib. 21.

Hoc anno, sex Patres Ordinis Seruorum Beatæ Ma- riæ apud Montem Sanarium peste sublati, visi sunt per duas aureas Scalas Cælitus demissas, Cælum ascendere. Vnus ex eis Gabriel tantæ Sanctitatis fuit, vt aliquan- do agrotus coturnicem dissecatam, coctamque, redinte- grauerit redaminaueritq; quod pæniterit illum gulæ aliqui concedere volentem, eam auem peremisse. Ia- nus Centur. 3. Annalium seru.

ANNO CHRISTI 1452. NICOLAI PAPA V. Anno 6. FRIDERICI ROMANORVM IMPER. Anno 13.

PRÆPARAVERAT iam omnia Fridericus Ro- manorum Rex electus, ad iter Romanum, pro sus- cipienda de more à Summo Pontifice coronâ, & vnione Imperiali, quando festiuitatem Natiuitatis Dominice, in oppido S. Viti celebravit. Itaq; in die mouens, Villacû Carinthiæ venit, vbi multâ ex Vngaris, & Bohemis no- bilitate auctus, Albertum Fratrem, qui splendidi ex Sueuia comitatu duxerat, equitibus præfecit, cûq; parte copiaru ante se præmisset: deinde ipse Ladislaum ad- huc pueru, Regè Vngariæ secum ducens, Calend. Ian. huius anni fines Italiæ attingit. Vbi autè regionem Venetorum intrauit, obuios habuit eorû Oratores, qui nomine Au- gustissimi Senatus, Reique publ. Venetæ aduentum illi gratulati, per omnes vrbes Venetas, sumptu ex publico fecere. Obuiâ venere, & aliæ innumere Legationes, gra- tiam, pacè, & amicitia postulantes, ac munera, obsequia- que deferentes. Per eâ vallem, quæ Tridétina vocatur, cõplures tam Ecclesiastici, quâ seculares Principes, tum verò vrbiû Germaniæ primores, Ferrariam appropin- quanti accurrerunt. Borfius Ferrariensiu Marchio ad 16. Kal. Febr. Rhodigium vsque illi occurrens, honori- ficatissimè post Ferrariam eû habuit, ac pretiosis dona- rijs cumulauit. vbi, postea quâ in celeberrimo vrbs tẽ- plo, Deo gratias perlocuisset, orationè ab Hieron. Ca- stello, quo Philosopho Atestinus vtebatur, de familia Austriacæ, suisq; ipsius laudibus habitâ audituit. Dies oc- tæ fuit Ferrariæ laudissimis epulis, & spectaculis cul- tus ipse; comitatu præterea, qui fuit circiter bis mille e- quitu, lauita præbita. Pridiè quâ itineri se daret, cõuenit eû, salutauitq; patris verbis, Galeazius Frac. Sfortiæ In- subru Ducis filius, ac Mediolanû ad Diadema argeteu, vel ferreu capeffendû inuitauit. Bononiâ, inde Senas, ad Leonorâ sponfam proficiscemè Borfius, ac Mantuanorû Princeps Gonzaga, permultiq; & proceres, & Lega- ti, aliquot millia passu, ad turrim, quâ ab fossa vulgò appellat, officii causâ profecuti sunt. Bononiâ venientè, Bessario Cardin. Sedis Apostol. Legatus, nomine Põti- cis Nicol. eû quâ par fuerat magnificentia excepit. Flo- rentiâ ingrediētī, S. Antoninus Ord. Præd. eiusdè vrbs Archiepiscopus cum cõuerso Clero, Magistratu, ac po- pulo. Florentino obuiâ processit. Die Sacro Purifica- tionis Beatissimæ Deiparentis, in Basilica eiusdem, quam Sanctæ Mariæ Nouellæ vocant, Missarum, & solennis Processionis ceremonijs præsentè, consecra- tum ex more cereum, qui fidelibus in Ecclesia existentibus dari consuevit, obtulit; nec non aliquas Sanctorum

XXXV. Poloniæ, vt Iubileum in patria lucrentur, quibusdã conditionibus indulget.

XXXVI. FF. Ord. Seruorû peste sublati, cœ- los conscendunt.

I. Cæsar Fridericus Romæ pergit, multâ nobilitate comitatus à varijs principibus hono- rifice excipitur.

Excipitur à Florentinis & S. Antonio, in domo FF. Præd.

reliquia

reliquias poscenti, in vase argenteo à Florentinis ad hunc usum parato, ornatoque, pretiosi muneris loco, dedit. Quatuor diebus, quibus Florentia apud Dominicanos in eorum cenobio S. Mariæ Nouellæ hospitio hæsit, omnia honoris supremi officia à Florentinis recepit. Mirabile dictum est, quod diuino quodam flatu factum est. quo Fridericus die Florentiam intravit, eodem Leonora post multas, horridasque tempestates, quibus iactata fuerat, Liburni portum applicuit. Ad eam itaque Ioannem Episcopum Ratisponensem, Vanconem Silesiæ Ducem, consanguineum suum, Michaelem Comitem Magdeburgensem, Ioannem Magistram cameræ, Vricum Sonnebergium, Austria Cancellarium, Vricum Montisfortis, Iacobum Laandronium Phisicum, & nobiles quosdam equites misit, qui exciperent, salutarent, atque adducerent. Ibi cum ditu de cõsignanda, mittendâq; illâ tractaretur, tandem Marchio Portugalesis, qui Leonoram à Fratre receperat, Friderico tradendam, postquam de cæteris rebus transactum est, vocatis Oratoribus, & qui Pisis erant, viris nobilitate claris, rogatis tabellionibus, sponfam dexterâ manu apprehendens, ad manus AENEAE SYLII, Senensium Episcopi, à Friderico ad id Legati consignauit, eam vt ad Fridericum transduceret. Ea res Vnconi Duci admodum molesta fuit, qui sibi hoc honoris iure sanguinis, quo Friderico propinquabat, deberi putauit. Sed Portugalesibus, cæterisque Friderici Legatis aliter visum fuit. Florentiâ, Senas adpropersans, ibi sponfam expectans manebat: quam postquam accelerare cognouit, emisit primùm ciuibus obuiam, deinde Alberto germano Duce Austria, post Ladislaum patruelem, Hungariæ, ac Bohemiæ Rege, quarto loco cum reliquiis Sanctorum, Clero postremum, & ipse medius inter duos Legatos Apostolicos, Sanctæ Sufannæ Nicolai Pontificis germanum, & Sancti Angeli, Cardinales, intra secundam, & tertiam Vrbis portam egressus, coniugem expectauit. Ibi ambo ex equis descendentes, in spatioso, & patenti loco sese mutuis amplexibus exceperunt. Verba nomine Friderici Henricus Leubin, Pontificii turis interpres fecit: Leonoræ vice AENEAS locutus est; atque ibi pau'd post, Senenses, marmoream columnam erexerunt, memoriale diuturnum, quo posthac, Cæsarem ab Oriente, Imperatricem ab occidua Solis parte venientes, illic primùm sese vidisse posteri cognoscerent. Cum Cimini montis iugum, qui Vituruio imminet, Fridericus ascendisset, AENEAS SYLIUM non tantum Cardineam, verùm etiam Pontificiam dignitatem auguratus est. Eo enim accersito. Ecce, inquit, Romam petimus; videre videor te, Cardinalem futurum. Neque hic tua fortuna conquiret, aliùs eueheris; Beati Petri te Cathedra manet, caue ne me contempseris, vbi hoc honoris affectus sis. AENEAS, quæ erat modestiâ, se vtraque dignitate indignum respondit: at Fridericus, quasi diuinitus mente motâ, hoc ita futurum esse asseuerauit: AENEAS porid tamquam iocantis verba suscepit, & Romam cum eo profectus, primus inter Prelatos eius fuit, salutantibusque Cardinalibus, & Vrbis primoribus, qui obuiarunt, responsa pro illo dedit. Cumque Fridericus nocte extra mænia Vrbis remansisset, AENEAS ad Pontificem lectulo cubantem vocatus, bonam, fixamque Cæsaris mentem esse ostendit, admiratumque sese ait, tanti Principis fidem, in dubium potuisse venire. Sed Pontifex, cum verba multorum ei exposuisset, minus ait, timentis error, quam sidentis nocer. Erat, quod ad metum occasionem afferret Nicolao Pontifici. In omnibus Italiæ vrbibus, Fridericus honorificentissimè excipiebatur; Romanorum aliqui, nouitatis, adeoque seditionis amantes aduentum illius, quasi alicuius liberatoris suspirabant. Hinc iustus timor; ne quod Friderici priores, & aliquot Henrici Pontificibus Romæ fecerant, ipse quoque ab hoc Friderico pateretur. Quamobrem, & vrbem milite conductio compleuerat, & duos Cardinales Legatos,

Mittit ad sponfam Leonoræ excipit.

Prædicat Cardineâ & Pontificiam dignitatem AENEAS SYLII.

Senas vsque, qui pacificum eius ingressum debere fore insinuarent, & solennia ante ingressum vrbis Sacramento firmanda promissa, de non violando Pontifice, priuilegiaque auro signata, de non vexandâ Pontificiâ ditione exigerent, desinuerat: qua omnia, quamquam abundè Fridericus præstitisset, & tum iure iurandum dixisset, tum priuilegia adinstar maiorum quatuor dedisset; non tamen metum omninò excusserat Nicolao, aliquibus quamplura fingentibus, aut præsumptibus de veniente Friderico. Thomas Spinellus, in suo, quod in colle Mario extruxerat Palatio, nocte illâ Fridericum lautè habuit. Sequenti die ingredienti vrbem, Senatus Apostolicus, Clerus, Senatus, Populusque Romanus, cum reliquiis Sanctorum; & omni genere musicorum, obuiam iuit. Eminebat ipse trabecâ vestibus, inter Italicos Legatos; Leonora mirificis ornata cultibus, Lusitanâ nobilitate circumdata, omnium in se oculos attrahebat: Ladislaus Hungariæ & Bohemiæ Rex, puer venustissimus pariter, & nobilissimus sequebatur; Albertus Friderici Germanus militiâ ductor obequitans, sum cuique locum demonstrabat. Duo Cæsaris vexilla, alterum, quod Sancti Georgii vocant, alterum, quod aquilæ ferebantur, Marscalcus Imperii nudum ei ensẽ prætulit, Spoletinus Episcopus Pontificis Vicarius, cum plurimis Episcopis, & Abbatibus pompam Sacerdotalem indutus, sacras reliquias Diuorum præferebant. Ipse sub aureo panno, quod vmbraçulũ vocitant, vsque ad gradus Basilicæ Principis Apostolorum eques processit, atque viso primùm Nicolao Pontifice, qui Pontificaliibus indutus, circumstante Cardinalium Senatu, in Sede aureâ expectabat, descendens ab equo, pedes illius excolatus, ad amplexus paternos admixtus est. Auri deinde massam, Pontifici, ex more vetusto obtulit, atque vtrumque diademata, scilicet & Regni Romanorum, & Imperii, ab illo flagitauit. Ladislaus Rex, Albertus Austriae Dux, Leonora sponfa, pari demissione pedes Pontificios basiauerunt: Ladislaus præterea Rex, elegantissimè, quam adscribo oratione, Pontificem salutaui. Dicebat;

Cum animaduerto, Beatissime Maxime Pontifex, me apud inclytos pedes Sanctitatis Tuæ constitutum, qua inter mortales Dei Omnipotentis vicem gerit; coram hoc Sacratissimo Senatu, ad quem illustrissima totius mundi Sydera, atque homines doctrinâ, & sanctitate lectissimi conuenerunt; non inuiri equidem in tanta rei magnitudine subsistens, vnde inuicem orationis sumam, quibus verbis te vnicum Christianorum Principem, te Regum Regem atq; in terris Deum adorem, non fãdile constitutere possunt. Hac enim tantis numeris presentia, hic tam celsus audientium cæcus, eruditissimum quoddam, elegantissimum dicendi genus exquiri, cui me & ingenio, & eloquentiâ longe imparẽ esse cognosco. Quare tacendum existimarem, ne tamam prouinciam aggredere, in qua etiam ipsius Ciceronis, aut Horrenti robur excidiret, nisi admirabilis Tuæ Sanctitatis clementia collapsas ingenij vires, & succumbentis humeros subleuaret. Quæ cum omnibus ad se im egrâ mente conuersis, incredibili benignitate patere non desinat; mihi quoque (vt confido) consueta mansuetudinis aditum, non precludet. Te namque, Beatissime Pater, non sine ratione Beatissimum appellamus, quem admiranda probitatis, omniumque virtutum merita, incorrupta vitæ integritas, ad hanc eminentissimam Sedem iure optimo extulerunt. Quis enim in ea dignus potuit collocari, quàm ille, quæ à primis annis caelestem vitam semper egisse constat; qui pro Christiana Religione per innumeros casus, per varia itinera, per diuersas mundi Prouincias, omnem ætatem in maximis laboribus, in omni rerum difficultate contriuit: In cuius postore omnes liberales artes, omnes scientiæ, & præstantissima imprimis sacrarum literarum doctrina, patrios (vt ita dixerim) penates, sibi à reuera eius ætate consecrarent. Tu, inquam, dignissime militantis Ecclesie es Caput; qua non sine ratione ad triumphantis exemplar dicitur ordinata. Nam vt in illa vnus Deus Creator omnium sceptrum tenet: ita & in hac Tibi vnicum Dei Vicario, totius orbis Imperium delegatum esse con-

Roma excipitur Cæsar cũ coniuge honorificè.

II. Elegans Ladislaus Regis ad Pontificem oratio.

esse constat. Vt enim sancta fasetur Ecclesia, constituit Dominus Pontificem super gentes, & regna, vt ouellar, dispiciet, & plantet, quamquam non ignoret, complures hoc in dubium reuocare, differentes, solam spirituum uerum curam, Summo Pontifici datam esse; terrestrè autem imperium, Romano datum imperatori affirmantes. Quid enim aliud credendum est, Christum significare voluisse, dum ad se petrum solum supra mare vocat: dum ei supremam ligandi, atque soluendi facultatem concessit; dum sibi charissimi gregis curam demandauit? Vnum certe in terris Principem constituere voluit, qui Summi Dei vice, ac potestate inter homines fungeretur. A quo vna vera sapientia, vera fides, ad reliquum humanum genus perueniret. Constitit enim hoc vno Christiana fidei Sacramentum, cui scilicet solus Dominus dixit: Ego autem rogavi pro te, vt non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Tuam igitur sanctitatem, atque Domini nostri locum tenentem in terris, & Magistrum, & Ducem vniuersalis Ecclesie recognoscimus omnes. Te certum, & indubitatum B. Petri successorem, Te Pastorem Domini gregis, Te Sanctorum Evangelicorum verum Interpretem, Te Doctorem salutari vitam, Te deniq; Clauigerum Regni caelestis profitemur. Quo fit, Beatissime Pater, vt mihi quidem lætissimam omnium hominum diem illuxisse sentia, in qua diuinitus datum est, & tantum, & tam presens nomen intueri, colere, & saltem integrè mente, ac verâ fide venerari. Cum enim Sanctitatem Tuam inter hos felicissimos, ac caelestibus persimiles asstantium Ordines, in hac sublimi Sede apostolica collocatam suspicio, nihil aliud profectò quam supernam illam in terris maiestatem videor admirari. Maiores etiam mei, qui vel vngaria, vel Bohemiæ, vel Austria præfuerunt, huius diuinitus Sedis præcipui semper amatores, & cultores fuerunt. Eorundem progenitorum meorum vestigijs inhaerendo, Te æterna vita clauigerum, Summâ, quoad visero, reuerentia prosequar. Et cum omnes Sacra littera Deum colendum clamitent; huic me primùm dabo, commendaboque. Hic meus est autor, meus Dominus; huic omnia debeo. Cumque omnes homines Deo gratias referre debent, ego illi maiores habere & seruire teneor: cuius munere factum est, vt ego Rex nascerer. Poteram ergo vnus ex plebe, aut vnus ex turbe nasci. Sed inscrutabile Dei iudicium, me collocat in sublimi solio. Non efferi debeo, non tumescere, non superbiere. Quod mihi datum est, alteri dari potuit. Quanto maior sum natus, tanto me debeo humilium gerere, & subicere collum religioni, interesse diuini officii. Nam cui diuinus cultus est cordi, reliqua facile sanulantur. Primum quarrice Regnum Dei, Scriptura dicit, post hoc omnia adijciuntur vobis. Romani, quamuis gentiles erant, omnia amen post Religionem dixerunt. In quibus etiam Summe Maiestatis decem conspici viderunt. Nec dubitauerunt, sacris Imperia seruire. ita se humanarum rerum futuræ regimini assimilantia, si diuina potentia bene ac constantè fuissent famulara: quod nos veri Dei notitiam habentes, magis facere decebit. Cæuebo igitur, ne mihi, religionem putem subiectam; quamuis magni Principis nomine gaudeam. Non Dominus, sed filius Ecclesie, Sacerdotis imperio in his qua Dei sunt, subiectus sum. Theodosius Cæsar, quamuis potentissimus esset, & Romanum gubernaret imperium, Ambrosio tamen Mediolanensis Ecclesie Præsulato tenenti, collum subiecit; imperat atque poenitentiam humiliter peregit. Constantinus autem, maximam reuerentiam Sacerdotio præbuit, nec iudicium super Episcopis in Concilio Nicæno ferre voluit; asseuerans, Deos ab hominibus non esse iudicandos. Eorundem Christianorum Principum vestigijs inhaerendo, Sacerdotium summâ reuerentia, prosequi non postponam; ad quod natura, & ipse Deus Omnipotens, gressus meos ab ineunte ætate direxerit; ad quod omnes conatus, omnia desideria, omnes cogitationes animi mei semper proflexerunt. Ego tandem meipsum, Dominia & Regna qua mihi hereditario iure debentur, Tuâ clementia, Tuâ fidei, Tuâque protectioni commendando, pro cuius Tuâ sanctitatis felicissimo statu, nihil vquam arduum, nullum periculi, nullum laboris aut difficultatis genus recusabo.

Hæc ad Nicolaum Pontificem Rex Ladislaus, siue submissionis religiose testandæ, siue monendi Friderici, ne quid sibi nouandum contra supremum in terris proponeret. Commouit ea Ladislaus peroratio, vniuer-

III. Oratio Ladislaus

fos quidem Auditores; at præcipuè Fridericum electum, cuius nomine AENEAS SYLIUS, non minùs quam cum ille ante fores Basilicæ, sacros Summi Pontificis pedes excolaretur, tunc cum postea Mediolanensem coronam supplex flagitabat, sermonem habuit, parem maiestati Pontificiæ, quam demisso vultu, & animo Fridericus venerabatur, se, suaque omnia Regna, Dominia, Imperium denique vniuersum pedibus sacrosanctis subiciens. Eandem submissionem ostendere voluit Fridericus, tam in benedictione sponfalium, cum sacro Maximi Præsulis ore, Leonora sibi iungeretur, quàm in coronatione Cæsareâ, apud aram S. Petri: vsus sermone eiusdem Syluii, qui Imperatorio nomine verba fecit, & eam, quæ par erat, reuerentiam supremo Christi interris vicario exhibuit. Idibus Martiis, ita Friderico rogante, Rex Longobardorum ferreâ coronâ à Nicolao Pontifice, post sacram vnctionem redimitus est, atque ornatus. Post eam coronationem, Leonora, primùm per Oratores desponsata, inter Missarum solemniam, denudò ei deuincta fuit. Absolutâ Mediolanensi inauguratione, postridi solennitas Augustalis cæpta est: Nicolaus Pontifex ad summam B. Petri aram in sublimi throno confedit. extra cancellos duo tribunalia fuere, alterum Friderico, Leonoræ alterum deputatum. Fridericus, postquam iure iurandum B. Petro, & eius Successori Nicolao Romano Pontifici, in ea formâ præstitit, quâ Ludouicum Caroli filium iurasse Decreta confirmant, albâ indutus, in Canoniam S. Petri receptus est. Inde Augustali paludamento accepto, in medium Basilicæ profectus, trinam benedictionem à Pontifice suscepit. Exinde ductus ad altare S. Mauritii, in capulis, atque brachio dextro, pro veteri more, oleo sacro delibutus est, vnâ cum Leonorâ Regina. Pontifex interea rem diuinam inchoauit, inter celebrandum diuersæ solennitates seruatae sunt. Sceptrum, quo Regia potestas indicatur, pomum, quod mundi dominum ostendit, qui belli iura demonstrat, per varias vices data. Postremò corona aurea insulata, pretiosisque gemmis cooperta, Cæsareo capiti imposta. Imperatrix quoque post Cæsarem, coronam, ex manibus Pontificis suscepit. Cæsar, quamuis ornamenta sibi præcio incredibili comparasset; in hanc tamen solennitatem, palium, ensẽ, sceptrum, pomum, coronamq; Caroli Magni ex archiuis Norimberg. ad se deferri curauerat. Iuramenti formula recepta hæc fuit.

Tibi Domino Nicolao Papa, ego Rex Fridericus promitto, & iuro per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, & per regnum hoc viuifica Crucis, & per has reliquias Sanctorum, quod si permittente Domino coronam Imperialem à te accepto, sanctam Romanam Ecclesiam, & te Rectorem ipsius, exaltabo secundum posse meum; & nunquam viam, aut membrum, & ipsum honorem, quem habes, meâ voluntate, aut meo consilio, aut meo consensu, aut meâ exhortatione perdes; & in Romana vrbe nullum placitum, aut ordinationem faciam, de omnibus, quæ ad te, aut ad Romanos pertinent, sine tuo consilio; & si quid de terra S. Petri ad nostram potestatem peruenerit, tibi reddam; & cuiusque Romanorum Regnum commissero, iurare faciam illum, vt adiutor tui sit, ad defendendum terram S. Petri secundum suum posse. Sic me Deus adiuet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

Coronatione, diuinâque re peractâ, Leonora in suas ædes secessit, Pontifex, & Imperator ad gradus Basilicæ simul venerunt. Ibi Pontifex palafredum ascendit, eique Cæsar fratris, dextrorisque per aliquot palafredos officium exhibuit. Equo deinde conscenso, vsque ad Ecclesiam S. Mariæ, vnâ profecti sunt. Pontifex in palatium rediit; Cæsar in portem Adriani profectus, Albertum fratrem, pluresque Duces, & Comites ad militiâ prouexit honorem. Inde in Lateranensem palatium concedens, splendidissimo conuiuio exhilaratus est. Non hic vnum prætereundem arbitror, quod de somniis memoratu dignum videtur. Sequenti post coronationem die, Cæsar cum tribus consiliariis, inter quos AENEAS SYLIUS fuit, Nicolaum Pontificem adit: vbi

cum Auditores commouetur.

Fridericus Rex & Imp. consecratur à Nicol. PP.

IV. Forma iuramenti à Friderico.

V. Quid peracta coronatione actũ.



sermone ad longum producto; Meministi, inquit, Pater, dicturum me tibi somnium, postquam coronam accepissem! Id huiusmodi est. Ex Vienna cum recessissem...

VI. Diploma Nicol. PP. de inauguratione Friderici.

Inaugurationis Friderici Imperatoris, dedit Nicolaus Pontifex diploma, his verbis conceptum apud Joannetum, Nicolaus V. Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Imperator aeternis universae Maiestatis Sua cuncta celestia simul, & terrena gubernans, totum Orbem sub ditione...

Laudatur Fridericus Imp. & eius praecessor Albertus.

tionem submittens, Regali per eum suscepta insula, de virtutibus, in virtutes proficiens, merita maiorum suorum accumulans, per annos fere duodecim Regni sui gubernacula, adeo prouidit, ut salubriter gestis, Ecclesia vnitati, & ipsius Regni prosperitati, singulorumque seruandis iuribus & fidelibus quibuslibet, & pacis successibus votiuè dirigendis diligenter intentus, ut ipsum Imperium tam prouidi, fidelis, & pij predicti felici regimini multipliciter gaudeat se commissum.

Hac pro coronatione Friderici Nicolai Papa. Iuit postea Fridericum Neapolim, vt Alfonso Regem inuiseret, ibidemque solemnem nuptiarum cum Leonora Imperatrice apud eius auunculum celebraret.

VIII. AEneas Syluius loco Casaris gratias dat Pontifici & Car. d. quos etiam ad hoc bellum hortatur.

VII. Imperator it Neapolim.

Dei Vicarium Christiana plebis sacrum, Religionis matrem, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum custodia? & iterum: Quomodo sedet sola ciuitas, plena populo facta est vidua, domina gentium, princeps prouinciarum, facta est sub tributo.

Parcere subiectis, & debellare superbos. Quid aliud cogites, quam passagium, per quod & Christiani fortiores, & inimici nominis Christi redduntur imbecilliores? Princeps (vt inquit Sapiens) qua sunt digna Principe cogitabit.

Passagij vocabulo nihil aliud designamus, quam expeditionem militarem numerosissimam, aduersus infideles per Christianos inditam, quam si sequuntur cruce signati, plenariam peccatorum remissionem merentur, & appellaturque Passagium, sermone italico, quasi transitus.

Cur Passagium petatur. Cur Passagium petatur. Cur Passagium petatur. Cur Passagium petatur. Cur Passagium petatur.

nisi propheticum illud, Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum custodia? & iterum: Quomodo sedet sola ciuitas, plena populo facta est vidua, domina gentium, princeps prouinciarum, facta est sub tributo.

AEneas propositum & summa orationis.

Cur Passagium petatur.



Passagij congregandi oportunitas.

nomen Christi magna crudelitate, atque immanitate prosequuntur. Et tantum de secunda parte sic dictum, in qua cur passagium peteretur, monstrandum fuit. Supererit nunc de possibilitate congregandi passagij, deque spe fructus dicere. Plurimi sunt, Beatissime Pater, qui cum nominari passagium audiunt, Ecce vetus somnium, inquit, vetus deliramentum, inanes fabulae. Verum Urbani antecessor tuus, cum vexaretur a paganis Orientalis Ecclesiae, Saracenique Hierusalem conculcarent, motus, Alexii, qui constantinopolim tenebat, & aliorum Christianorum, qui sub tributo Turcorum vitam agebant, precibus, gravi, & laborioso itinere in Galliam profectus, maximum exercitum congregavit, atque hominum 30000 (ut Otto Frisingensis scribit, non fuit auctor) in Graciam, Asiam, Syriamque transiit, quibus nulla Saracenorum vires obsistere valuerunt, quin & Antiochiam expugnarent, & Hierosolymam obtinerent. Unde adhuc Urbani, qui conuocauit passagium, & Gotthofredi Bullionensis, qui duxit, illustre nomen habere. Sed pensemus, si hodie spes bona possit haberi passagij. Quoniam nemo sciens impossibilia tentat, neque aggreditur quosquam, quod assequi desperat. Magnum facinus, spes nutrit. Quid hic respondemus, Duo consideranda sunt, Vnum, An Christiani facile possint in passagium trahi, alterum, An inchoato passagio, spes sit magna vincendi. Nam quamuis omnium bellorum dubius sit exitus, nunquam amen committendum est praelium sine spe quadam, & argumento victoriae. Ne sicut Octavianus Caesar prouerbium habebat, aureo piscari hamo videamur, in quo maior damni, quam lucri ratio possit haberi. Difficile ergo primum videtur Christianis, qui sunt inter se discordes, apertisque flagrant odiis, in vnum passagij sententiam ducere. Sed quod multi putant obstare passagio, sapientia Caesaris conducere iudicat. Nam si pax Christianos arduum videatur, nihil est tamen, tam difficile, quam querendo non fiat facile. Virtus circa difficile operatur, asperis in rebus, & vir nocitur, & gloria quaeritur. Quae magno animo, & fortiter excellenterque geruntur, nescio, quomodo pleniori bacula laudare solemus. Clari & illustres sunt tituli Tui, Beatissime Praesul, qui vnicum feceris, iubilum indulsisti, Caesarem coronaueris: Passagij tamen titulus, & dignior, & diuturnior omnibus erit: quem ne successori relinquas, & Caesarem sublimitas, & omnis Christianitas orat, & Tibi, iam Caesarem coronato, quamuis multa incumbant, nihil est tamen, de quo vel vtilius agere, vel gloriosius, quam de passagio valeas.

Tria ad bellum necessaria.

In hunc modum Syluius perorabat, ut Nicolaum Pontificem, contra Turcorum tyrannum Mahometem imprimis excitaret. Impedito praecipue fuerat, imperator Orientis Constantinus, Nicolaum pontificem a se non minimum alienasset id tēporis. Siue animo suo excidens, opinione sua deceptus, siue spote sua infaniē, Haudquaquam vniōni, quae sub fratre eius Ioanne Palaeologo Imperatore cum Eugenio Florentiae conclusa fuit, consentire voluerat, & ob id Gregorium Patriarcham priorem Iosepho susceptū, quod iuxta fidei veritatem ambularet domo eiecerat, bonaque Ecclesiae furripuerat. Nicolaus itaque auxilia postularus, cum ea vellet abunde suppeditare, & sacram militiam aduersus hostes fidei indicere, ut illud impedimentum auerteret, Isidorum Episcopum Sabinensem Cardinalem, virum industrium, natione Graecum, & qui Ruthenorum Ecclesiam iam dudum rexerat, qui que Concilio Florentino vna cum aliis Graecis subscriperat, misit percontatum, & quam ratione Graeca natio, Legatorum suorum conuenta Florentiae cum Latinis habita reiceret. Commisit praeterea vt omnem conatum restituendae vniōni adhiberet, ac tum suppeditas a Sede Apostolica copiosas promitteret. Ex sententia animi legationem obiuu. Imperatorem enim, & Senatū suā persuasione in rectam semitam pertraxit: vel tum maxime, cum Turcorum iam ingens impetus, veluti inundatione quadam tempeltuosa, duce suo Mahomete, Amurathis filio, Constantinopoli immineret. Fuit Mahometus atrocissimus sanguinis humani sitientif-

Mahometi de sua secta vaticinium.

IX. Nicolaus PP. Orientis Imperatorem ad conuēta ducere procurat, & iuuare vult.

simus,

Mahometis Turcarum Regis crudelitas, & sanguinitas.

litentissimus, dominandi libidine, & ambitione inflatus, iuuenis, glorie, & nouarum rerum cupidus, patre Amuratho truculentior, & quique regni inuidus parricidio contaminauit. Quo enim die Amurathus pater est vitis excelsis, fratrem nomine Thurfimum, mensē agētem infantiae decimum octauum continuū iussit occidi, ne pater solus sepeliretur. Vix pater animam efflauerat, cum cursum relicta omni celebrandi funeris curā, petiit aedes, vbi a nutrice infans alebatur. Ingressus, perinde atque furore percitus, quādiu infantem inuentum in cunis, & sibi risu veluti blandientem, violentā manu abripuit, ad proximum parietem inflatus. Quam facinoris atrocitatem conspicatus Moses, immaniſſimo tyranno, & charissimus, & aequalis, orauit, ne fraterno sanguine manus inquinaret. Ea lege exorauit, vt ipse continuū infantem interimeret. Paruit Moses, moxque infantem, & praesente, & immotis oculis aspiciente Mahometo, multā vi aequo obrutum suffocauit. Cumque Mahometi, Thurfimis, nouerit scilicet Mahometi, irremediabilibus lachrymis extinctum infantē deploraret, & is scelestus excelsus, vt mulieris dolorem leniret, omnia, quae postulari liberaliter promitteret, illa verò, vt irā ardebat, animo ad vltionem parato, ad vindicandam innocui sanguinis iniuriam, facinoris ministrum impium Mosē expetiuit: huic mox ipsum familiarem suum immitis tyrannus, vinctis post terga manibus, ac pedibus catenatum dedi imperauit, quumque efferata mulier, callidulo, qui ei pendebat & zona, pectus miserii hominis, frustra opem Domini astantis coram implo-rantis, ad cor vsque transfixisset, nihiloque cunctata, latus dextrum aperuisset, iecur abscissum eruiſſet, canibusque discerpendum dedisset, ille spectaculum crudelissimum ridentibus asperxit oculis, natus effundendo innoxio sanguini. Enimvero, & alium fratrem, seu pro eo suppositum infantem, non nisi sextum mensē agentem strangulauit, strangulatūque matri filium reddidit, funusque Regio more fratrum duxit: & in proceres, aulicosque, saeuit, & contumeliis grassatus est sanguinarius tyrannus: qui ad internecionem Christianorum, avario locupletato, & copiis vndique contractis, conspirauit.

X. Friderico Imp. molesti sunt Hungari, & Bohemi.

Fauet tamen Nic. Pontifex.

Contra tam ferocem potentemque hostem, monenti Friderico Imperatori, Hūgari inprimis, atque Bohemii vna cum Australibus plurimum incommoda uere, Ladislaum Regē puerum ē tutela tuā eximere, modis omnibus conantes, adeoque omnia miscentes. Reliquerat illum Fridericus Romae, Neapolim profectus. Ibi parū aberat, quin aufugisset, nisi Nicolaus Pontifex certior eius rei factus, prospexisset. Quintā enim horā, quae ad fugam electa ferebatur, Aeneas Syluius, qui impuberis Regis curam gerebat, ad se accessit, iussitque Regis domum diligentius custodiri. Aeneas Regis aedes ingressus, custodes eius, ne malis insidiis locum darent, redeuntique Caesari saluum pignus restituerent, admonuit. Regius pēdagogus Gaspar, ab Hungaris, Bohemis, & Austriis corruptus, ad fugam incitabat, instruebatque. Ita eorum conspiratione, ac consilio fugam meditatus, non sine magna Caesaris ignominia aufugisset, nisi Pontifex per Syluiū impeditisset. Praeter dolos instructos, causam quoque Imperatori apud Summum Pontificē dixerunt, multa conficta obicientes crimina, quasi ea in tutela administratione admisisset. Ea omnia cū Imperator diluisset, facile obtinuit, vt sub anathematis pena, Prouinciales ipsum in sua tutela permitteret. Enimvero Pontifex excommunicationis sententiam contra facientibus interminatus est. Australes, quid facerent anxij, ad scholam Viennensem sese receperunt, quae arma rebellibus facile submisit, namque vt Aeneas scriptis, docta, inuocata sententiam mandata rescripsit, Thomas Hafelbach, inuerecundus Theologus, singularium opinionum, quae cerebrosi sunt capitibus, inuētor, elatus magis, quam doctus, vt rebellibus cōplaceret,

XI. Australes Friderico Caesari rebelles.

Andree Pounkircher audacia.

Ladislaus Rex summis honoribus excipitur, ad quem plures Principes confluit.

XII. Cufano Card. vt in Bohemiam declinet, Nicolaus PP. imperat.

XIII.

Bohemis ad sanam mentem reducere

conuerſi fugientes, globo facti, ex loco difficili, hoſte repulſo, ianuam claſſere. Firmata eſt deinde obſidio, & oppugnata machinis mania. Coactus tandem eſt Caſar, interuentu Sigifmundi Salzbürgeniſis Archiepiſcopi, & Caroli Marchionis Badenſis, Ladiflaum, Auſtralibus, multa, quae poſtmodum barbarâ fide negauerunt, promittentibus, è manu ſua dare. Inter caetera conuentum erat, ad III. Idus Nouembris Conuentum Viennae haberi, in quo vocati vtriuſque partis conſanguinei, Bohemi quoque, atque Vngari, de tutela Regis nondum puberis iudicarent. Ladiflaum interim in poſteſte Comitum Ciliae extra Viennam degere; nihil prius adminiſtrare, quam Concilii decretum fieret. Verum puer poſtmodum in Vrbe ductus, ſummis, nouiſque honoribus exceptus, è veſtigio Magiſtratus in ciuitate creauit, praefecturas totâ Prouinciâ inſtituit, Sacerdotia donauit, Regio more Curiam erexit. Hungari ad eum uenere; inter quos Ioannes Huniades fuit, qui tum Comitatum Biſterceniſem Regiâ beneficiâ conſecutus, haud aliter, quam Principes conſueuerunt, nouae dignitatis inſignia ſuſcepit. Accerſunt & Regem ſuum Bohemi, cum Georgio Peggebracio, quibus non minora Ladiflaus pollicitus, quam pater, atque auus promiſerant. Poſtquam dies affuit cum Imperatore conſtituta, Ludouicus Baiouariæ, & Guillelmus Saxoniae Duces, Albertus quoque Marchio Brandeburgeniſis, Carolus Badenſis, & multi ex Germania Praelati, ac Principes aduenere. Frequens conuentus habitus; in quo praecipiente Ladiflauo, Oratores Imperatoris, inter quos & Sylius fuit, ita auditi ſunt, vt vici apud victorem. Fruſtrâ æquitas, fruſtrâ honeſtas, in medium adducta. Cuncta ex arbitrio Comitum gerebantur. Ipſe pro Rege verbum facere, ac reſpondere; qui neque leges, neque pacta victorem obligare poſſe aiebat. Fridericum, & iure, ſimul, & bello exiſtiſſe, armatis, ac fortibus iura fauere. Poſtremo, inſectis rebus conuentus diſſolutus. Nicolaus Cardinalis S. Petri, cognomento, & patriâ Cufanus, doctri-nâ, & vitæ integritate conſpicuus, ad componendam pacem Apoſtolico Imperio miſſus, ab Auſtralibus reiectus eſt.

Inter hæc, cum etiam Bohemi, ſcriptis ad circumuicinos Catholicos priuatis litteris, præferrent ingens deſiderium redeundi ad Sedem Apoſtolicam; & inſuper miſſâ legatione Ladiflaum Regem euocarent, Nicolaus Pontifex Cardinalem Cufanum in Bohemiam declinare imperauit; vt videret, quid Bohemi expe-terent; atque ſubinde curaret, eos ad vnitatem Eccleſiaſticam reuocare. A lud in litteris, aliud in factis Bohemi offendebant. Enimvero, cum Legatus miſſo ad eos vno ex familiaribus ſuis, Saluum Conductum poſtular-ent; illi calidum, & frigidum ſimul ore efflantes, nihil certi reſponderunt. Vnde Cardinalis non ſibi tutum in Bohemiam ingreſſum fore exiſtimans, ſcriptis cum illis egit, litterasque ſex eruditione plenas eis miſit, quibus ad vnitatem Eccleſiaſticam ſchismaticos hortaba-tur. Aliquis ex his Ratiſponæ, alias Brixinæ dedit; in quibus ſanè, deſect & acutè conſutat Huſitarum erro-rem, & vanam in Compactatis Baſileenſibus fiduciam eorum, præfertim de communionem Calicis demonſtrat. Ex his vnam, quæ hiftoriam memorat, iſthic adſcribere viſum. Ita habet:

Nicolaus, miſeratione diuinâ, tituli S. Petri ad vincula, Sacroſancta Romana Eccleſia præſbyter Cardinalis, Apoſto-lica Sedis Legatus, Epifcopus Brixinenſis. Vniuerſis, & ſin-gulis nobilibus, venerabilibus, ſtrenuis, honorabilibus, prudenti-busque, Baronibus, Praelatis, Militibus, Preſbyteris, Religioſis, Militariſibus, Magiſtris ciuium, Oppidanis, & cunctis Eccleſia-ſticis & ſecularibus, in Chryſum Regnum Bohemia, & Marchio-natum Morauia inhabitantibus: vera pacis deſideria adi-piſſi.

Poſtquam diuina pietas ſtatuit (vti firmiter ſperamus) Regnum, & Marchionatum prædicta hoc tempore ad obe-dientiam Sacroſanctæ Romanæ Catholicæ Eccleſiæ reuoca-re, ſanctiſſimus Dominus noſter, Dominus Nicolaus Pa-

pa Quintus, nobis curam, & ſollicitudinem tam ſancti operis commiſit, & Legati de Latere tribuit facultatem. Et quoniam nuper ex nobilibus Regni ipſius Oratoribus, in die-ta Ratiſponenſi lateſter intelleximus, deſideria omnium ve-ſtrum, diuina inſpiratione nunc ad veram, & effectua-lem vnitatem inclinari, & quod capropter Apoſtolicam Legationem in Regno ipſe conſtitui optatis; pro comple-mento tam ſancti propoſiti, max operam dedimus, vt hoc Summo Pontifici noſtro quam occaſimè immoſceret. Et quoniam ad rem ipſam feliciter conducendam, neceſſe eſt, vt ante acceſſum Apoſtolici Legati ad Regnum, de mente ſingulorum, aut ſaltem maioris, & ſenioris par-tis inhabitantium, quoad puram, veram, & effectua-lem obedientiam, & ſubiectionem ſinus certiores; Nam niſi eſſet propoſiti veſtri, vos velle conformare progenito-ribus veſtris, qui ante hanc differentiam Catholicam vi-tam duxerunt; qui Fidem Orthodoxam ab Apoſtolica Se-de, atque priuilegia Metropolitana Sedis, & Generali ſtudij, pro ſua deuotione & obedientiâ, ad matrem ſuam, ipſam ſcilicet Sedem Romanam, meruerunt, quemadmo-dum & alia Regna Chriſtiana, qua adhuc in eadem obedi-entiâ perſeuerant; ſuperuacue Apoſtolico Legato inquirat-ur, & re non peractâ, in non paruam omnium veſtrum dedecus rediret. Ideo vt experiamur, quem fruſtrum in-terius Legati eſſicere queat, honorabilem Ioannem Dorſenit, præ-ſentium latorem, Capellanus noſtrum deuotum, ac dile-ctum, ad vos omnes, & ſingulos tranſmiſimus, cui dedimus in mandatis, vt hi noſtris patentibus litteris oſtenſis, vniuerſiſ-que mentem, & intentionem inueſtiget, circa iam dictam obe-dientiam præſtandam, & qua circa ipſam, atque ſecurum acceſ-ſum Apoſtolici Legati fuerint opportuna; prout de hoc per nos latius eſt informatus. Quare rogamus vos, & in Domino exhor-tamur, vt ipſum Capellanus noſtrum admittere, benigne au-dire, & qua mente geritis, ſcripto pateſcere velleſtis. Nec putetis nos à vobis rem magni ponderis leuiter exigere. Nam cum impoſſibile ſit, veram pacem Eccleſiaſticam conſtitui po-ſſe, quamdiu non eſt omnimoda conformitas corporis, & mem-brorum: turpis enim eſt pars, quæ toti non congruit. Hinc in eâ re, vbi, qui non eſt cum vniuerſali Eccleſiâ, contra eam eſſe conſtat, neceſſe eſt, purè, & ſimpliciter, abſque pacto, & con-ditione omnium conformitatem obedientiam amplecti. Neque quemquam moueat, quod, cum Oratores hunc Baſileenſis Con-cilij, de pace Eccleſiaſticâ Praga tractarent, ad compactatio-nes deuentum ſit. Nam experimento compertum eſt, mo-dum illum, integram pacem, & vnitatem cum ſanctâ Roma-nâ Eccleſiâ non eſſe eſſe. Quæ cum ſit piſſima Mater omnium fidelium, nulli redeunt, quem in fide genuit, gremium claudere poteſt; & omnia, qua ſilijs ſuis poſtulant, ſi ſalutaria ſunt, li-beraliter concedit. Sicut enim mater ipſa, per quæcumque pacta non poſſet trahi ad conſentiendum hijs, que ſiliorum ſuorum ſaluti ſeruit obuiare; ita etiam qua ſalutis ſunt, ſine pacto, af-ſenſum nequit negare. & infra. Nolite igitur tales pro fra-tribus honorare, qui ſe matris veſtrae filios nominari verecun-dantur. Aperite quaſo oculos, & conſiderate vnde exci-diſti, & quod perducti eſtis, & per quos. & credite plus matri veſtrae; à qua omnia qua ſalutis, & honoris ſunt, rece-piſti, quam ſeducitoribus illis, qui adde cæci ſunt, quod lumen non vident: adde beſtiales, quod Matrem non cognouerunt. Paruiſcite omnia, & ipſi de Compactationibus ingerunt. Nam ad illorum ſciolorum conſuſionem, Deus illas ſic fieri per-miſit. Neque religioſus Frater Ioannes de Capiftrano, vir vi-que zelum Dei habens cum ſcientiâ; nec alius quiſquam aſſe-rit, Compactationes hæreſin in ſe continere; ſed conſtanter ne-gatur; in eis talia concedi, qua vobis falſo ſuggeruntur. Po-teritis, ſi voveritis ex Compactationibus ipſis ſeducitores ve-ſtros facile conuincere. Nam cum extra vniuerſalem Ec-cleſiam, qua Catholica Græcè dicitur, non ſit ſalus; vt ipſi negare non poſſunt; videte in Compactationibus, vbi eſt illa Catholica Eccleſia; & reperietis in capite primi articu-li eſſe ſcriptum, quod Regnum Bohemia, & Marchionatus Morauia, in Fide conformare ſe debent vniuerſali Ec-cleſiæ. Et non poteſt intellectus alius dari, quam quod Ro-mana illa ſit vniuerſalis Eccleſia, cui ſe debent, Regnum, & Marchionatus conformare. & infra. Nam ſi ali-

conatur Card. Cufanus.

quid

XIV. Conſtitutio Nicolai V. de Contractibus Cenſualibus.

quid ſingularitatis ex ipſis habere putatis circa ritum com-munionis ſub vtraque ſpecie, vt ſeducitores non nulli perſua-dent; legitè textum, & ponderate mentem Concilij ex liſtre-ra; & reperietis, negligentia illorum Sacerdotum, vos om-nia ibi vobis oblata perdiſſe. Eſt enim vobis notorium, quod illi tales Sacerdotes, nunquam ea, qua fieri debebant ad habendam permiſſionem illius communionis, procurarunt, aut obſeruarunt: ſed non obſtantibus Compactationibus, conti-nuarunt illa, qua dimittere tenebantur. Ideo ex eorum ne-gligentiâ, permiſſio, etiam quoad perſonas, deo vſum habe-bant, non eſt ſortita effectum. Minus permiſſio de libertate concedendâ obſeruari potuit à Synodo, ſemper ob talium præ-ſentium præſentiam pertinaciam, qui toto tempore, quo Concilium ſedebat, Compactatam nullâ ex parte obſeruare curarunt. Et ita ſoluta eſt Synodus, antequam euentualis permiſſio fieri potuerit. Videte nunc quaſo, quomodo quidam tales veſtri Sacerdotes, in ſua conſuſione ad Compacta-tiones reſugiunt; ex quibus penitus nihil, ex eorum ſeduc-to-rum culpa, etiam quo ad eos, qui vſum communionis habe-bant, eſt affectus. Sic alia, qua in Compactationibus ſunt, nonne manifeſtè condemnant tales allegantes? Ipſi enim ſua ſponte curſere ſe ingerunt, & abſque miſſione, expreſſe con-traria Compactationes prædicant: & cum nullam habeant po-teſtatem legandi, & ſoluendi, populum decipiunt. Videtis ne, quomodo obedientiam illam, de qua ſimiliter in Com-pactationibus, quoad ſuum ſeruant Romanum Pontificem. Ex his intelligitis, Compactationes, nihil ſingularitatis vobis præ-ſtare, ſed ſolum conſuſionem eorum, qui ſua præſumptione ſeduci, vos ſeducerunt, exprimeret, vt ore ſuo iudicentur. Quare merito, inſtar aliorum fidelium, obedientiam puram, ſimplicem, veram & effectiuam, qua ſola Deo grata, & vo-bis vilis, & ſalutaria exiſtit, ſuaſemus, in Legati ad-uentu alacri animo acceptare, & nos de illa certiores face-re. Per quam ſolam ab illa liberaliſſimâ Apoſtolica Sede in-dubie omniam, qua ſalutis, & pacis ſunt, potius ſine pacto, quam cum pacto, quamprimum in laudem poteritis obtinere. Datum Ratiſponæ ſub noſtro ſigillo, die XXVII. Iunij. Anno à Natiuitate Domini M. CCCC. LII. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patri & Domini noſtri, Domini Nicolai diuinâ pro-uidentiâ Papa Quinti, anno Sexto. Cochleus hiſt. Huſitar. lib. 11. Cuſpinianus in Friderico, & Mabomete. Nauclerus ge-neratione 49. Sylius de Europæ ſtatu, & in epiſtolis. Ioannes in Nicolao V. Inſtituta in noſtris diarijs Romanis. S. Anto-nij 3. parte hiſtor. Figura de rebus Aethiopicis. Au-ſt. Commentarior. Pj. 2. Mutius de rebus German. lib. 19.

Hoc anno, Nicolaus Pontifex, ad coercendam quo-rundam vſurariorum in Regno Siciliae auaritiâ, Conſtitutionem de contractibus cenſualibus cele-brandis, autoritate Apoſtolica ſanxit, hac for-mulâ.

Nicolaus Epifcopus Seruus ſeruatorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Sollicitudo paſtoralis officij fores noſtrae prouidentia pulſare non deſinit, vt indemnitati, ac ſtatu proſpero fidelis populi, cura noſtra calicis commiſſi, iuris moderandi rigorem, per optima prouiſionis remedia, quantum ex alio nobis permiſſi-tur ſalubriter conſulamur. Sane ſicut fide ſignorum relatio-ne accepimus, in Regno Siciliae, ac certis alijs dominis, ac terris, chariſſimi filij noſtri Alphonſi, Aragonia, & vtriuſ-que Siciliae Regis illuſtris, auaritia acacitas, & damnan-da auaritia in prohibitas quorundam oculos adde exaccacuit, vſura-riaque prauitas illi in partibus tantum excreuit, quod inco-la, & habitantes partium illarum pecuniis indigentes, eas vix aliter, quam ſanerato-um opera, quaſi inaudium fa-nus exercerentium, conſequi poſſunt: & cum eas acceperint, ſi in tempore percepta non reſtituant, breui eorum bona, inſatia-bili vſurario-um voragine, miſerabiliter conſumuntur: & quod in dominis & terris ipſius Regis ultra montes conſtitutis, videlicet in Regno Aragonia, Valentia & Maioricarum, ac principatu Cathalonie, & Comitatus Roſſitani & Cer-tania, vniuerſitates, & ſingulares perſona, tam Eccleſiaſtica, quam ſeculares huiusmodi pecuniis indigentes, vt cum

minori incommodo eas habere poſſint, per venditiones annua-lium cenſualium, qua mortua nuncupantur, ſuper domi-nibus, poſſeſſionibus, & proprietatibus, ſpecialiter, vel etiam generaliter ſuper omnibus bonis, redditibus, emolumentis, in-tribus, & rebus eorum (mediante tamen inſtrumento gratia redimendi onera eorum) ſibi vt plurimum proſcribere, & conſulere conſueuerunt. Quod in prædictis eiſdem Regni partibus; & Regnis ultra montes conſtitutis, non ſolum in longam conſuetudinem (de cuius contrario memoria hominum non exiſtit) more vrentium deductum eſt, ſed etiam per mu-nicipalia huiusmodi Regnorum, & partium iura, per Re-gem ipſum, ſeu eius prædeceſſorem, cum conſenſu trium bra-chorum, videlicet Eccleſiaſtici, militaris, & Regalis, promulgata ſpecialiter conſirmatur. Cum itaque multis incolis, & habitatoribus partium, & dominorum eiſdem Regis, ultra montes conſtitutorum indigentibus, per huiusmo-di cenſualium venditiones ſubueniri, ipſique ſanerato-um vſuris eximi poſſint: ſed quia in hac, pecuniis abundantes, dubitant vſurariam prauitatem committere: & ſic eiſdem indigentibus more præmiſſo ſuccurrere feruidant, in indi-gentium detrimentum, & ſanerato-um quorundam euident incrementum, pro parte eiſdem Regis, afferentis, ſe & ſubditos ſerentatis ſua quamplures, gratiam vſurario-um voragibus, magnis hæcenus pecuniis exhauiſos exiſtere, alios quoque indies pecuniis egentes, ſanore magis, atque magis opprimi, & vexari; nobis ſunt humiliter ſupplica-tum, vt eis paterno compatientes affectu, imprimis de op-portuna prouiſionis opere, præſarique cenſualium vendi-tionum, cum clauſulis, & cautionibus, ad earum ſalitudi-nem, inter venditores, & emptores mutuo conſenſu inuendis, abſque læſione conſentientia, in Regno Siciliae citrà, & ultra Pharus fieri poſſe, decernere & declarare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur pro debito paſtoralis mi-niſterij nobis diuinitus iniuncti, ſuper his ſalubriter prouide-re, ac ſtatu, & indemnitatibus incolarum, & habitato-rum Regnorum, & Terrarum dicti Regis, citrà montes conſtitutorum, præſentium, & futurorum, quantum cum Deo poſſumus, ſubuenire cupientes; & attendentes, quod Clero Terrarum, & dominorum ipſius Regis citrà montes conſtitutorum, in ſuis olim indigentibus per venditiones præ-dictarum cenſualium, auctoritate Apoſtolica pluribus conſulimus, & prouiſum fuit; præſati Regis in hac parte ſupplicationibus inclinati, tam eidem Regi, quam huiusmodi Regnorum Si-ciliae citrà, & ultra Pharus, omnibus, & ſingulis incolis, habitatoribus, ac lococum, Ciuitatum & Terrarum vniuer-ſitatibus, præſentibus & futuris, huiusmodi cenſualia, ſuper rebus, & proprietatibus ſuis, ac facultatibus & emolumen-tis eorundem, inſtrumento gratia pro conſimili pretio illa redimendi mediante, (quomodo annuus cenſus huiusmodi cenſualium, decimam partem principalis recepti, ſeu pretij eorundem non excedat) inter ſe contrahendi, vendendi, & emendi, cum opportuna contrahentium ſecuritate, cautione, & indemnitate; ac cum poteſtate, vendentes perſonas, eorum-que proprietates, redditus, iura, iurisdictiones, cenſus, ac om-nia & ſingula mobilia, & immobilia bona obligandi, & obliga-ri faciendi; ac etiam quæcumque alias obligationes, & ſub-miſſiones cuiſcumque foro; nec non renuntiationes, promiſſio-nes, ſtipulationes, peni, iuramentis, & alijs cautionibus valla-ras, & alia quæcumque, de quibus inter ementes, & vendentes huiusmodi cenſualia conuentum, & in pactum deductum fue-rit, plenam licentiam, & liberam, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, concedimus facultatem. Decernentes, & decla-rantes, eoſdem incolas, & habitatores, ac Ciuitatum, & Ter-rarum vniuerſitates, cenſualia prædicta, modo præmiſſe, in Re-gnis ipſi Siciliae, citrà, & ultra Pharus, liberè ac licitè con-trahere, ac emere, & vendere poſſe, neque propterea vſurariam prauitatem committere, diuimodo alias quam vt præſentium quolibet annum cenſuale, decimam partem recepti, ſeu pretij venditionis ipſius non excedat, & penſionibus, ſeu an-nualitatibus illarum in ſortem non computatis, pro tota illa redi-ptione, præter principalem ſummam nihil ultra percipiatur ab emptore, vel exhibeatur à venditore. Non obſtantibus Conſtitu-tionibus, & ordinationibus, ac priuilegijs Apoſtolicis, nec non ſtatutis etiam municipalibus, vel Regalibus, & conſuetudinibus

Ciuita-



Civitatibus, & Terrarum Regnorum predictorum, Sicilia citra, & ultra Pharus, etiam in iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate aliâ reboratis, etiam si de eis facienda esset specialis mentio (quâ haberi volumus, & habemus pro sufficienter expressis ceterisq. contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnium hominum liceat hanc paginam nostrâ concessionis, Constitutionis, & declarationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ. M. CCCC. LII. pridie Calend. Octobr. Pontificatus nostri anno sexto.

XV. Genuensium ad obedientiam Nicolao præstandam mandant.

Eodem anno, Genuenses, ad obedientiam Nicolao Pontifici deferendam, duos Oratores, Episcopum Naulensem, & Gotardum à Sergiana miserunt, cunctis etiam moniti, validum præsidium, trecentorum sagittariorum, ducentorum Loricorum, quadringentorum galeatorum in urbem Peram delinunt; cum formidolosa esset Mahometis Turcæ potentia, quam urbi & portui Constantinopolitano inamere fama erat. Folseta, lib. 10. quo tempore idem Nicolaus Pontifex, Iuliano Romano in universa Regna Europæa promulgato, conditione adiecit, ut partem pecuniæ quâ quis Romanitibus expendere deberet, in bellum Turcicum contribueret. Meyerus, lib. 16. quâ etiam tempestate, Mahometes Turcarum Tyrannus, immanissimus, Athenas omnium artium, & disciplinarum inuêtrices, solo æquavit, & funditus destruxit. Dræsch.

XVI. Iudæorum plures conturbantur.

Eodem anno iussu Nicolai Pontificis, Iudæa gens, viri, mulieres, pueri, in omnibus penè urbibus. Silesiæ capta est, ob affectu contumeliâ Sacratam Eucharistiâ; magnâq. eorum agmina propter Sacrilegium admissum flammis consumpta sunt: quo etiam anno venit in Silesiam Ioannes Capistranus, ac fratres S. Bernardini Senensis, qui se nominant Observantes Minoritas, pluribus locis inuexit. Annal. Silesiæ.

XVII. Fridericus Comes Palatinus Tutor Philippo constituitur.

Hoc ipsò anno, Fridericus Comes Palatinus Rheni & Dux Bavarie, frater Ludouici Pij, Idibus Ianuarij, consensu omnium Procerum, & Comitum Palatinatus designatus ex autoritate Apostolicâ Nicolai Pontificis confirmatus, assumptus est in tutoris, & gubernatoris, ac in patre Philippo infans filij, fratris sui, cui titulo, & prerogatiua Principatus electionis Imperij Romani, simul & Palatinatus Rheni, at Princeps Elector Imperij ab omnibus haberetur, & esset: nec quicquam obstantibus Theodorico Archiepiscopo Maguntino, Stephano Duce Geminipontensi, Iacobo marchione Brædeburgensi, & Lutzelstensi Comitibus. Tribem. in Chron. Sphæmien.

XVIII. Plures ex ord. Præd. Inquisitores. Fidei negotia promouent.

Eo ipso anno, monente, & adiuuante Nicolao Pontifice, Fr. Henricus Lugarði Panormitanus, in Regno Siciliae Inquisitor Hæreticæ prauitatis, F. Ioannes Scandellandus Colonichis Inquisitor in Germania, F. Nicolaus Aduocati & F. Iacobus Grimalius Inquisitores in Regno Poloniae, quorum acta Sacri officij in archiuo Conuentus Cracouiensis SS. Trinitatis Ordinis Prædicatorum seruantur; F. Christophorus Galuez Inquisitor Generalis Aragoniæ, & F. Michael Iust Inquisitor in Regno Valentiæ, omnes Dominicani, viriliter causis Fidei Catholicæ incumbentes, hæresim ab Ecclesiâ exterminabant. Alfonso Fernandes in Concertationibus Prædicatorijs.

XIX. Obiit B. Petri Hieremias eiusdem Ord. Præd.

Quo etiam anno, Panormi in Sicilia diem clausit extremum, B. Fr. Petrus Hieremias Panormitanus, qui doctrinâ incomparabili vitæ Sanctitate facundis concionibus, miraculorum operatione, sibi nomen æternum & gloriam sempiternam peperit. Primus fuit, qui collapsam sui Ordinis in Sicilia disciplinam ad Diui Dominici rigorem reuocauit. Aliquem in puteo demersum mortuumque, ad vitam suscitauit. Viuens & vitâ sanctus multis miraculis clarissimus, & à Siculis inter Beatos Confessores annumeratus. Pius li. 2. Leander lib. 5. de viris illustribus Ord. Præd.

Quoitem anno B. Petrus Seruita Florentinus, postquam ultra quadragesimum annum solitarii in monte Sanario, Beatissimæ Virgini Dei parenti totus fuisset in seruiendo addictus, ab eadem tandem optatam cæli mercedem consecutus est. Hic liquidem Beati Antonij Senensis vestigia secutus, adhuc fenex annorum sexaginta Florentiâ posthabita, inter primores Patres, qui nouæ reformationi anno. 1411. nomen dederant annumeratus, vsque ad hæc tempora ceterario maior eâ in eremo perseverauit: vir certe, qui in magna conscientie serenitate, religiosam disciplinâ cum humilitate, & timore seruauit, ac Deiparæ virginis penitus mancipatus, omnia sua studia in cultu illius expendit. Per istud quoque tempus absolutò tandem Florentiæ marmoreo Sacratissimæ Anunciatæ Sacello, in quo miraculosa eiusdem virginis, maximâ populorum deuotione colitur, Petrus Medicus, Guilhelmum Eustonteuillanum Normandum, Regio Francorum sanguine natum, ex monacho Benedictino Archiepiscopu Rothomagensem, & ab Eugenio III. in Concilio Florentino ob morum, doctrinæque præstantiam creatum Cardinalem induxit, qui istud insigni munificentia, & pietate renouatum consecraret. Calend. Ianuarij peregrit eam solennem ceremoniam, & marmoreo monumento ibi affixo, insculpi memoriam eius rei curauit his verbis: Guilhelmus Card. Rothomagensis, cum superni in terris Nunciij auerereungeretur, innumeris miraculis, locique religionis motus, hanc Annunciatæ Aram summa cum celebritate ac solemnè pompâ Sacrauit. A. S. M. cccc. l. ii. Cal. Ian. Archangelus Ianus 3. Cent. Annal. Seruor. lib. 2.

XX. Item B. Petri ord. seruorum.

Eodem anno diem clausit extremum, Cardinalis Amedeus Sabaudus. Is olim in Sabaudia dux primus eius gentis, cum annis ferme x. post patris obitum, Prouinciæ gubernacula tenuisset, & admirandus ad aucto paterno imperio, patri vndique pace formidandus, cumulatè opibus, sapientiâ plenus, vicinis populis, ac principibus videretur, ac demum relicto principatus gloria, in cretium se recepit, & sumptu penultra, ac retorto baculo, cum sex viris equestris ordinis ætate iam prouectis, mundo, & pompis eius renuntiafset, ad extremum summi Pontificatus honorem, ex Basileensi congregatione sibi delatum in Ecclesiâ diuisionis, accepit; barbam totòndit, quam promissam nutruerat; Ducatum primogenito suo tradidit; Ecclesiasticas ceremonias, & orandi morem repente didicit; stipatusque magnâ nobilitum cateruâ, & illustri comitatu circumdatus, Basileam perrexit, ubi ab iis, qui generale Concilium se facere arbitrabatur, in maxima populi multitudine, quæ vndique ad spectaculum tantæ rei confluxerat, inter duos filios, egregiâ facie adolescentes, alterum Sabaudicæ Ducem, alterum Gebennarum Comitum, solemnibus pro more seruatus, tamquam Romanæ Præful Ecclesiæ coronatus est. Celebravit sæpè diuina, benedixit plebibus, officia Curie ordinauit, Cardinales doctrinâ, & auctoritate præstantes assumpsit: Fuerunt ei cum Rege Franciæ Carolo, cum Alfonso Rege Aragonum (qui tum hostis Eugenij Papæ fuit) cum Philippo Duce Mediolani, cumque pluribus aliis de recipiendâ eius auctoritate tractatus: qui omnes in cassum abiêre. Fuit & Fridericus Imperator apud eum in Basileâ; sed clam nocte intempestâ, nè adorasse illum videretur, abiit. Reuerentiam ei tamquam Vicario Iesu Christi, subditi eius tantum, & Suintenses populi, & Basileenses, & Argentineses, & qui Alberto parebant Boioariæ Duci, præbuerunt. Fuit etiam magna spes obtinendæ Germaniæ, cum sex Principes Electores in eam sententiam sædus insissent, vt nisi Eugenius postulatis eorum annueret (postulabant autem res prorsus negandas) in Amedei, quem Felicem Quintum appellauerant, obedientiam transirent. Sed cum illorum consilia Fridericus peruertisset, & qui sub nomine Synodi, Basileæ debebant, abire iussisset; desperato meliori successu, interueniente per Legatos suos

XXI. Amedeus Card. os ruxabudis, & olim Felix moritur.

Carolo

Carolo Rege Franciæ, pacem Ecclesiæ dedit; & Nicolao Pontifici Maximo reconciliatus, relicto nomine Papæ, Cardinalatus honorem obtinuit, in quo non sine boni viri opinione decessit, Syluius de statu Europæ, cap. 42.

Vide infra ad calcem tomi huius.

ANNO CHRISTI

1453.

NICOLAI PAPÆ V.

Anno 7.

FRIDERICI ROMANORVM IMPER. Anno 14.

I. Hoc fuisse anno Constantinopolis capitur à Turcis Græcorum ignauitâ.

ANNVS huius seculi tertius & quinquagesimus, Imperio Orientali, atque adeo vniuersæ Christianæ Republicæ, amissâ Constantinopoli, quam maximè funestus fuit. Fatalis ignauia, quæ Græcos in penam perfidiæ occupauerat, vna cum instabili cupiditate regnandi, & habendi, quæ eosdem tenebat, diuidebatque causæ fuere extremæ cladis. Antonius Melienis, Græco patre in Melo insulâ natus, & Podotæ, quem indicem itineris maritimâ dicere nocturnum, diurnumque postulum, officio in Hælesponto olim defungens, historiam de Orientalium ignauitâ non frivolis de causis obseruandam commemorabat. Quo, inquit, tempore Turci primùm hæc freti Hælesponti transierunt angustias, vt Asiâ potiti, Europæ regiones inuaderent; Castro, quod Chiron castron appellant, in potestatem redactò, primùm in Europa pedem fixerunt. Eius rei nuntio, summâ celeritate Constantinopolim perlato; tanta Græcorum arrogantia, tanta securitas fuit, vt minimè cogitarent de castro mox recuperando, & eijciendis prius ex Europa Turcis, quàm maiores in ea vires acquisissent, aliusque suas radices egissent; sed accepti damni grauitatem verbis eleuando dicerent, esse dumtaxat amissum stabulum porcorum. Ludebant enim, vt Nazianzeni nostri verbis vtar, in rebus minimè ludicris, ridebant in rebus minimè ridiculis, sed deplorandis potius; dum ex Chirido castro per iocum, stabulum porcorum faciebant. Græcis enim Chiridia, dicuntur porci. Sed risus iste tandem in amaras conuersus fuit lachrymas. Audiamus maiorem aliam, ex eiusdem Antonij narratione, Græcorum insaniam. Venit inde, non magno temporis interiecto spatio, Turcorum in potestatem, & Calliopolis, Græcis interim altum dormitentibus, nec de rationibus occurrendi conatibus hostium vel tantillum sollicitis. Quid sit? Huius etiam detrimenti accepti nuntius Constantinopolim venit. Tum magis, vt Græcos dementes cerneret, amissam illi Calliopolim flocci facere, iacturam publicam reipsâ magnam, verbis secordiæ plenè extenuare, non nisi amphoram vini à Turcis ereptam sibi dicere. Ita veterno correpti inuicta Orientis propugnacula amittentes, hosti immanissimò, imperij propagandi cupiditate accenso, animos auxerunt, vtrin Europam infesto, atque validissimo exercitu translatò, non satis habuerit, tam immaniter longè, lateque grassari, vt plerisque in prouinciis magnam vastitatem & solitudinem afferret, nisi etiam Imperij Sedem inuaderet. Histor. Turc. Pandest.

II. Inuadenda Vrbs occasio.

Accessit discordia inter Imperatorem Constantinum, & fratres, illius Imperium ambientes, hi dum inter se digladiarentur, & alter contra alterum arma externa acciret, per mutuas dissensiones hostem potentissimum effecere. Impulsi ad ruinam & retinendi cupi-

ditas, fordidaque auaritia: cum proceres, & ciues opulenti, auro, argento, & reliquis bello gerendo necessariis affluentibus, stipendia in militem ab Imperatore postulati inopiam prætenderent, & quæ contra Turcam profundere oportebat, in antris, & sepulchris recondiderent. Vnde Imperator ærario exhausto, rerum omnium inops; non potuit tantum, quantum tuenda vrbi satis esset exercitum conducere, subditorum auaritiâ repugnante. Perfidia oculos cæcabat, rüentis ad interitum populi. Eam enim Fidem, quam Florentiæ, Eugenio, & Patribus Latinis, de seruanda vnitare dogmatum Ecclesiasticorum, deq. perpetuandâ coniunctione cum Ecclesiâ Romanâ, in Concilio Oecumenico obstrinxerant, turpi secessionem violauerunt; & qui processionem Spiritus Sancti à Filio abnegabant, ad dies solennes missionis Spiritus Sancti vltimum exitium sibi accesserunt; fato etiam quodam præuertente, ne auxilia, quæ Constantinus Imperator à Nicolao Pontifice Maximo, ab Alphonso Rege Aragonum, & à Venetis, Genuensibus impetrauerat, adiuuaret. Enimvero classem, quam Summus Pontifex Nicolaus, cum Venetis, ac Genuensibus, & Cathelanis in auxilium Græciæ struxerat, siue tempestatibus iactatam, siue per ignorantiam locorum inclausam, siue alio quouis infortunio malè defensam, ille ipse Turca intercept, maximâque ibi opes, bellicorum instrumentorum vim summam, armorum omnis generis ingens pondus adeptus est in ea. Syluius Epist. 155. Nauclerus generat 49.

III. Nic. Pö. Constantinopolis succurreta, sagitt.

Voluerat iam pridem animo Mahometes, quo modo Constantinopolim sibi subigere posset; neque ad suam gloriam pertinere arbitrabatur, urbem in medio Turcorum sitam esse, quæ suo imperio non pareret. Tantoque maius inde nomini suo decus accedere, si eam urbem expugnaret, quantum progenitores sui idem conati turpius à cæptis destitissent. Cum paucis igitur participato consilio, castellum iuxta litus ad ostium Bosphori paulò ab vrbe remotius, aliud dissimulans, incredibili celeritate extruxit, atque munivit; bellum deinde Vrbi non modò indixit, sed contra inuicta fœdera, contra iusurandum intulit simul, & gerere cepit. Senserant eius animum Græci, dissidentesque suis viribus, ad Latinorum Principum opem confugerant, lachrymis, ac fletibus auxilia expetentes. Et quidem Nicolaus Papa classem, quam diximus misit: præterea ad Cæsarem Fridericum in Germaniam, & ad alios Principes, & Reges Christianos in alias nationes Legatos, subsidia Græcis postulatam destinauit. At Surdæ (pro pudor) Principum aures fuere, cæci oculi, qui cadente Græciâ, ruituram Christianæ Religionis reliquam partem non viderunt; quamuis priuatis quemque aut odiis, aut commoditatibus occupatum, salutem publicam neglexisse magis crediderim. Non deerant aliqui Principum, qui, cum in deliberationem res proposita fuisset, existimarent, esse imposturam quorundam auarorum hominum, qui per terrores belli imminentes, pecunias in subsidia collatas, ad se trahere cuperent. Alii Græcorum ipsorum auaritiam accusabant, dicebantque; si Constantinopolitani Ciues decimam partem pecuniæ, quam in terra sine vsu defossam habebant, in auxiliares copias cogendas contulissent, facile posset Turca resistere. Syluius de Europæ statu, c. 4. Mutius lib. 19. Vt vult; Mahometes interea coactis copiis, ad apertum bellum, fictâ, infidâque pace fractâ processit. Animus enim, qui semel iniuste agere constituit, diu simulationis inuolucro, & umbrâ tegi non potest. Commouit igitur se hoc anno, vt narrat auctor historia Politica Turcogracia lib. primo. ceu bellua atrox, aduersus Urbem innumeris copiis tendens, terrâ, marique, Terram impleuit equis & viris; mare longis nauibus; quas & ipsas hominibus partim è regionibus Imperatoris, partim ex ora Ponti Euxini, vi conscendere coactis, compleuit. Claf-

tis post.



Mira Turcayū machinatio.

sis, postquam accessisset, intrare propter ingentem ca-

Magnanimitas Io. Iustinianī.

IV. Acie praelium inter Turcas & Constantinopolitanos.

Rurfus ad defensionem se comparabant, proque virili

muri, irruerunt; & magnis etiam manibus potiti, signa

Capitur à Turcis Constantinopolis.

Turcayū in capta Vrbe facta execranda.

Constan-

Constantinus Imperator, & alij principes viri obviuntur.

V.

De Amifione Constantinopolis card. Isidori relato.

Constantinus, eodem tempore, quo Turca irruerunt, quâ parte S. Romani porta est, obibat mania, ipse

pra dolore obmutescat? Nec tamen cuncta enormia explica-

consta-

VI. Alia, & fusior Le-nardi Chi-ensis Ar-chiepiscopi Mi-tylenae-orum.

conflauerunt: crucem qua erat in cacumine turris e-ius, cum ipsa turri contriuerunt. republicam ad nihilum deduxerunt: iudicem principem eius Turcam constitu-erunt: villas & oppida circumiacentia simul clade affe-erunt. Neq; hic contentus crudelissimus Mahomet, terreftri- bus & maritimis copijs Hungariam inuadere, occupareq; & in Italiam Dyrrachio trahere destinat, vt nobilissima Re-gnorum: prouinciarumq; sui iuris faciat.

Ista, & quaedam alia, Ildorus Cardinalis Regibus ac Principibus Europaeis, apud S. Antonium p. 3. 13. scri- bebat, monebatq; vt simulatibus & emulationibus positis, contra communem hostem arma fumerent, & in adiutorio Dei altissimi confidentes, sathanam sub pedibus suis conterere pergerent. Abundè magis om- nia de Constantinopoleos iacturà, captiuitateque, ad S. D. N. diuinum Pontificem perscripsit, Leonardus Chiensis, Theologiae professor, Mitylenaeorum Ar-chiepiscopus, istis verbis. Flere mihi magis licet, Beatif- sime Pater: & forte dum gladio impetebat à Teucris, Salubrior mors mihi fuisset, quam vita: verum quo- niam narrationes Sinistrarum vere profunt auditori- bus, si prostrati resurgant, vti quibus occisos parentes ab hostibus dicimus, animi ad vindictam caelesti vigo- rosius excitentur. Narrobo igitur & flens, & gemens Constantinopoleos proximè his cernentibus oculis dis- crimem vltimum & iacturam. Nec dubito, Pater San- cte, praesessisse me multos, qui rei gestae seriem eidem S. V. retulerunt: Confert enim multorum in vnum re- latio: sed quoniam quae visu magis, quam quae auditu verius exponuntur; quod scio loquar, & quod vidi fi- delius contestabor.

Cum igitur Reuerendissimus Pater D. Ildorus Car- dinalis Sabinenfis, pro natione Graecorum Legatus, in suum Famulatum me ex Chio vocasset, ego summa cum diligentia, vt Fidem Sanctae Romanae Ecclesiae fortiter, constanterque vti debitum exigit, defen- sam, captam perinde & mores, & naturam Graeco- rum, atque ex argumentis, ac Sanctorum Theologo- rum dictis, conabar intelligere, quodnam eorum ef- fet studiū, quod propositū, quae rationes, quis finis eos à vera intelligentiā, debitaeque obedientiā vel reuoca- bat, vel retrahebat. Intellexi planè, praeter Argyropi- lum artium Magistrum, Theophilum Palaeologum, Hieromonachosque quosdam paucos, & alios laicos, quod ambitio Graecos quasi omnes captiuasset, vt nemo esset, qui Zelo fidei, vel salutis suae motus, primus vi- deretur fieri velle suae opinionis, & pertinacitè contè- ptor. Ex vna parte, ad fatendum articulum procef- sionis à Filio Sancti Spiritus urgebat eos conscientia: ex altera, ne meliorem Latini, quam Graeci de veritate Fidei intelligentiam habere crederentur, elationis tumor abducebat. Verum quoniam, nec ratio, nec auctoritas, nec variae Scholarii, Ildori, Neophytique opinionones aduersus Romanam Ecclesiae Fidem stare poterant, actum est industria, & probitate praefati Domi- ni Cardinalis, vt Sancta vnio, assentiente Imperatore Senatuque (si non ficta fuit) firmaretur, celebraretur- que, Secundo Idus Decembris, Spiridionis Sancti Epi- scopi die.

Itaque ea peracta, mox tempestas Teucris oborta, urbem Constantinopolis, Galatam, caeteraque adiacen- tia oppida absorbit: vt verbum Haec verum sit dicen- tis: Tempestas, & conuulsa, absque vlla consolatione. Quā tem- pestate conuulsus, ego quoque captus sum, & pro demeritis meis vincus, caesusque à Teucris, non sui dignus cum Christo Salvatore configi. Reminiscor ergo, Bea- tissime Pater, cum primum de vnione facta Graecorum, eidem Sanctitati vestre epistolas seriosius destinassem, inter alia dixisse; Nos propter futuram Teucris obfidi- onem, quam indies expectabamus, inter spem, & de- sperationem constitutos esse. Spes de tuo expectato subsidio dabat fiduciam, timor de Graecorum perti- nacità, desperationem suggerebat. Heu, quae spes in

populo duro, graui iniquitate, qui tot annis sine vitā Spirituali, abscissus à Capite permanebat? Quomodo non desperati, quomodo non abiecti à Deo, qui tantis dissimilitudinibus, tantis fignonibus, tantisque scissu- ris ab Ecclesia elongati Romanā, in cordis duritiā per- manserunt? Etenim iam captiuati, vrbe, templis, auro, laribusque propulsi, in Latinos retorquent offensam, af- fuerantes; Quoniam vnionem fecimus, inquit, sum- moque Pontifici Romano commemorationem dedi- mus, meritò indignatum Deum.

O pertinaces homines, inquit. Si malum est hoc, prisci, Basilii, Athanasii, Cyrillus, caeterique Pa- tres, quos praecipuo Sanctitatis honore praefertis aliis, mali censendi sunt, quòd sanctam vnam, eandemque Fidem cum Romana Ecclesia, omnium Christianorū Magistrā, coluerunt. Non haec causa est, quod vnionem sed quoniam vnionem non veram, sed fictam fecistis. Hac de re meritò indignatum Deum; hac de re, iusta animaduersione in hostiū manus vos esse deductos. An non sponsonem de vnione, Sancto iuramento apud Florentinam Synodum conscriptam violastis? obedi- entiam declinastis? Sententiam decreti occultastis? An- non summi Dei Nuntij (ò Graeci) vestram perditionem iugiter praedixerunt? qui aures, vt aspis, impiè obtura- stis, & Sanctam Ecclesiam Catholicam Romanam, ma- trem fidelium obaudistis. Flete miserias vestras; argu- te vosmetipsos, & non alios condemnatis.

Mos obsequatorum hic est, Sanctos aspernari Dei nuncios: vti Sedecias, caeterique Iudaei in Babylonem traditi, Hieremiam, direptionem, captiuitatemque Hierosolymorum praedixentem, contempserunt. Cer- tē haec tenus stetit Ilium, si Casandram Priamus pater audiisset; si Prophetas Hebraei, si Sibyllam Ro- manā, si vos quoque Apostolicos nuncios dudum audif- setis. Idcirco non mirum, si in poenam tanti criminis, in sperata mox tempestas inualuit, quam Spiritu sancto docti, quoque à multis annis futuram esse praedixerant. Sanè vt Beatissimi Patris, Nicolai I. Summi Pontificis execrationem in prauos Graecos, per illud, Vergentis in- senium seculi corruptela ac praetermittamus. Tabula illa, quam Leoni Sapienti adscribunt, apud Monasterium Sancti Georgii de Mangana constructa, vetusto tem- pore Constantinopoli occultata, mysterioso iam signo detectam iacturam demonstrat. Haec, Pater Beatissi- me; cellulis distincta quadratis, Imperatorum ordine successionemque ponebat, finiendum tamen in hoc vltimo Constantino. Ita quoque Patriarcharum alia in longum tracta tabula ordinem praescribebat. Nam ille spiritu Prophético illustratus, tot cellulas figurando rum Imperatorum tabulae inscripsit, quot à primo Constantino Magno, Constantinopoli conditore, vs- que ad vltimam captiuitatem futuri erant. Itaque in- dies cellulae illae repletae, vnam modò & vltimam, in qua hic, sub quo vrbs periit, collocandus erat, si coro- natus fuisset, vacuam praetendunt. Morfenus perinde vir Sanctus, sagittariam gentem contra Constantino- polim venturam, cuius portum inclytum caperet, ex- terminandolque Graecos, seculis multis ante praedixit. Erythrae etiam nostrae de Graecorum iacturā vaticini- um legentibus patet. Ioachim autem Abbas, meo iudi- cio, Constantinopoli iacturam in Papalista denun- ciat, cum dicit; Vt tibi Septicollis manibus truncatis, quasi auxilio destituta, Septicollim autem Graeci τ- ραβύου vocant. Vt quid igitur Latinos damnant? Cur in nos inuehantur, cum vera scribimus? contra quos tot aperta vaticinia protestantur. Non igitur vnio facta sed vnio ficta, ad fatale trahebat urbem excidium, quo diuinam iram maturatam in hoc die venisse cogno- uimus. Excitatus itaque in furorem Deus misit Maho- metū Regem potentissimum Teucrorum, adolescentē quidem audacem, ambitiosum, remulentum, Chri- stianorum capitalem hostem, quionis Aprilis ante Constantinopoli prospectum cum trecentis, & vltra millibus pugnatorum, in gyro terrae castra, papilioneq;

cap. vrbis vera causa

Vaticinijs, praedictū vrbis excidium

confixi

ccc & ultra Millibus Constantinopolis obficeretur à Turcis, & horum mirus Ordo.

Horrenda Bombarda muris vrbis adhibetur à Turcis.

Io. Iustitiam Belli Dux, ex parte Christianorum & eius vir- tutes ac sa- gacitas Ioan. Grandi.

confixit. Milites maiore numero equestres, quamquā omnes pedites magis expugnabant. Inter quos pedites, ad Regis custodiam deputati audaces, qui ab elementis Christiani, aut Christianorum filij retrorsum conuersi, dicti Genicari, vt apud Macedonem Myrmidones, quasi quindecim millia. Ad tertium autem diem, captato vrbs situ, machinas innumeras, craticulasque ex virgultis, viminibusque contectas, circum muralis vallū quibus pugnantem tenerent, fossatis ad mouit. Initium colutionis hoc nostrū fuit, vt qui telis, machinarumq; lapidibus iuxta datum ordinem eminus repellendi erant, neglectis singulis, cominus proximare permis- erunt. Tantum eorum ordinem instruendis machinis, tantam promptitudinem tantam acierum prouidentia, quidam aut Scipio, aut Hannibal, aut moderni belli Duces admirati fuissent.

Sed quis oro, circumualauit vrbem? Qui, nisi perfidi Christiani instruxere Teucros? Testis sum, quod Graeci, quod Latini, quod Germani, Pannonnes, Boeotes, ex omni Christianorū regionibus Teucris comixti opera eorum, fidemq; didicerunt; qui immanis fidei Christia- nae oblit, vrbē expugnabant. O impij, qui Christū ab- negastis. O satellites Antichristi, damnati gehennali- bus flammis: tempus hoc vestrum est. Satagite augere vobis penas, quas luatis aeternas.

Horribilem perinde bombardā, quamquā maior aliā quae confracta fuit, quā vix boum quinquaginta centū iuga uehebant, ad partem illam murorū simplicē, quae nec fossatis, nec antemurali tutabatur, Calegariā dictā sagentes, lapide, qui palmis vndecim ex meis ambi- bat in gyro, ex ea murū conterebant. Erat tamen murus perlatas, fortisq; quā tamē machinē tā horribili cedebat inde, quia maior confracta, Regis animum afflictabat, ne tristitia in tanto deerramine afficeretur, iussit mox al- iam maioris forme confrangi, quā, vt aiunt, industria Ca- libasica, consularis Baronis amici, artifex nunquā ad per- fectum cōduxit, aliis mediocribus innumeris collidere vrbē machinis vndequa; conabantur. Scloppis, spin- gardis, Zarchanis, fundis, sagittis, dies noctesq; mu- ros, hominesq; nostros vexabant, maebantq;. Existi- mauit enim hostis Christianos esse paucos, quos assidua prostratos, fatigatosq; pugna, vrbē tueri nō posse. Igno- miniosè igitur factum est, vt primo illo congressu, Teu- cri obstaculū nō inuenerint. At indies doctiores nostri facti, parauerunt contra hostes machinamenta, quae tamen aures dabantur. Pulsis erant nitri modicus exiguus, tela modica bombardae si aderant, in cōmoditate loci primū hostes offendere, maceribus, aluicis que tectos non po- terant. Nā si quae magna erant, ne murus concuteretur nos ter, quiescebant. Interdū in cuneos hostium emissae, & homines, & tentoria exterminabant. Nec enim in- uanū iacebantur, quas illis, hostes declinare non po- terant. Itaque cadebant Teucris isti aenis telis, lapidi- busque; vulnerabantur & nostri, qui quandoque vallū egredientes, ad manus decertantes, & occidebant, & oc- cidebantur. Victoria ex hoc aequis tyronibus nostris, quod egrediebantur impauidi, quam Teucris dabatur.

Verum quoniam malo fato, Ioannes Longus Iannē- sis, de Iustinianorum praesepiā, duabus cum nauibus suis magnis, & armatis circiter quadringentis mare decur- sans, fortè veniens. Stipendio adscriptus Imperatoris, ducatu militiē obtinuit, strenuè defensare vrbem visus, reparationi demolitorū murorū vigilantissimè incubebat. Teucris animi, viresque deludere videbantur. Nā quāto hostis mole ingentis lapidis muros conterebat, tāto sic animosius armatis, humo, vasisque vinaris interco- politis reparabat. Quā de re Teucrus delusis cogitauit nō cessandū ab istis, machinari, sed fortiori curā, sub- terraneis cauis furari vrbē, minerarum fossos quos ex nouo brolo cōduxerat magistros, acceriri iussit. Lignis, instrumētisq; aduectis, solerti curā, vt imperatū, actū est, vt mox per cuniculos tentarent fundamenta f. f. f. dere, penetrare; omnifarium vrbis murum. At cum à fundamentis (ò rem mirabile!) primum iam vallum, an-

tequā murale, mirando cum silentio subcauissent, 10 annis Grande Alemani, ingeniosi militis, rerū bellica- rum doctissimi, quē Ioannes Iustin. militiā Dux, centu- rionem cōduxerat, industria, & sagacitate opus detectū est, exploratorumq; id firmatū relatione, animos omniū commouit. Graeci, cum dudum Barficham, Ammi. Amo- rath; genitorē huius, pristinis bellis frustra laborasse in cauadā vrbe cognouisset, impossibile per hūc fieri posse affirmabant. quorū opinio ex facti euentiā, confusa est. Itaq; penetralia haec nostris reconfolionibus dete- cta, vrbē non laesere. Timorē tamen ingentissimū, a fun- damentis confossa turris, ligneis stilis bituminatis inni- xa, nobis incussit. Sed vt res in lucē venit, repullis igne, & Sulphure hostib; è latebris reconstructa, mox timo- rem excussit.

Composuit perinde ligneas turres iuxta vallū, humo plenas, pellibus bouū circumtectas, ex quibus fossatis clā terrā, quisquillasq; vt facilis eis fieret ingressus, im- mittebant. Crates deinde innumeras ex virgultis, vis minibusq; contextas, catts oblongos, scalasq; rotatas curus castellatos, taliaque machinamenta quae vix Ro- mani aduersus Pzenos construxissent. Bombarda preter- eā illa ingens, eò quod Caligaream strenuè reparatam aduersus non proficeret, aliū locum Baetateinae turris, iuxta Sancti Romani portam, inde dimota, lapide in ea aestimatione mille ducentarum librarum interdiu col- liquit, collisum concutit, concussum exterminat. Ruina turris antemuralis fossatū replet, & quatq; ita vt via hostibus, quā decurrere possent, strata cerneretur: nisi quia concitè introrsum, vti in Caligareae demolitione reparatio facta fuisset, haud dubio impetu vrbē intras- sent. Itaque Teucrus, demolitum, quamprimū restau- ratum, vt conspexit murum, non Graecorum, inquit, sed Francorum hoc ingenium est, vt tanta resistentia fiat, tanta pugna, quos nec innumerae sagittae, nec machina- rum, ligneorūq; castrorū horror, nec non intermissa obfidio deterret.

Agebant interea Galatae, siue Perenses, quamquā pru- dentius, ne in Propontide castrum struxisset Teucrus, sollicitam prouidendi curam, nunc armorum, nunc mi- litū, clanculo tamē, ne hosti, qui pacē cum eis simulabat, innotuisset, quae res tenuisset, ne auxilium post hac Gre- cis conferre potuissent. sic simulata illa pax vrbi ad tē- pus profuit. Ego iudicio meo, ni fallor, arbitror aperta guerram Perensibus à primo salubriorem, quam fictam pacem. Quidem Teucrus, neque castrum, quod demoliti- onis eorum causa fuit, condidisset, neq; guerrā posthac tam terribilem intulisset. O Genuenses iam quodā mo- dō cicurati. Sed sileo, ne de meis loquar, quos externi cū veritate diiudicant. Vbi sunt prisci inclyti Genuenses, qui Galatam, accincti gladio, vti qui reparabant Hierosolymam, condiderunt? Illi cum effu- so cruore, & aere, vos ne as vestrum cupidi, & sanguinē effunderetis, cum vecordiā illam mundo decoram Teu- cro tradidistis, si tamen tradere potuisset.

Sed vt historiam profsequamur. Interea fatigati nostri de praesidio diffidebant. Nam neque ex Genua, neq; ex Venetijs, à quibus pace eorum) mitti debuit, auxilium videbatur. Neque aliunde spes erat, nisi ex Deo, cuius, qui prudentius tarditatem meretabatur, ex mysterio fieri autumabat, quod infidelitas, irreligio, magna que cri- mina Deum potius irritabant. Vide, Beatissime Pater, quam dignum, quam rectum iudicium. Celebrantur vnionem Graeci voce, sed opere negabant. Aiebant qui- dem Magnates, quorū cruor hostili gladio iam irrigat terram, Detur summo Pontifici commemorationis ho- nos; sed decretū Florentinae Synodi non legatur. Cur hoc, hypocritae? Vt deleatur, inquit, ex decreto, quod Spiritus Sanctus non aequē ex Filio, quem admodum ex Patre procedit. Cur item, hypocritae? Ne effraße videā- tur Graeci, si dicant duos Sancti Spiritus productores. Sed cur item oro, hypocritae? Ne detur ei, qui totam tibi ex officio captare cupit gloriam. Intēdebat ex vna par- te Scholarius, ex altera Kyri Luca, quandoque ad pra-

Turcarū in Ma- chinarū- tis indu- stria.

Galata Constantinopoli subueni- uerit.

Obfidi de praesidio desit. uat.

Figura eorum iudicij.



sentiam Apostolicam semet conferre, vt hi essent, qui soli rem intellexisse viderentur; quique primi laudaretur tantæ vnionis auctores. Aduersus enim Legatum multi inuidiâ clanculû torquebantur. Ergo dixi, Patieris ne, ô Imperator, vt hæc ambitio scindat Ecclesiâ, vt huius rei gratiâ diuina ira magis magisque merito accendatur? Cur nõ è medio pertinaces illi tolluntur? A quietere Imper. visus Metropolitanusq; Scholarium, Ifidorus, Neophytum complicesq; iudices constituit, verbo quidẽ, non facto. Quod si pusillanimitatem Imperator excusisset, hanc Fidei illusionẽ vindicasset. Coercendi quidẽ illi erant, qui si repressi fuissent, morbum pestiferum non propagassent. Sed ignoro, vtrumne Imperator, an Iudices damnandi, quibus correctionis virga, quamquam minæ intercessissent, deerat. Istud scio. Qui hominibus, Deo spreto, complacet, vtique confundetur.

Continuatã igitur obidionis tẽpestate, clausã vrbe, ducentarũ, & quinquaginta fustarum ex diuersis Asiæ, Thraciæ, Pontiq; littoribus, contra vrbe disposita classis venit, inter quas triremes sex, & decẽ biremes, septuaginta fustæ vnus banchoremis. Cymbæ etiã, barculæq; sagittariis ad ostentationẽ plenæ vehabantur, quæ circum cathenã portũ, & nauibus rostratis bene armatis, Genuensium septem, Cretensium tribus colligatũ intrare non valentes, minus ad stadia centum Propontidis ripã anchoras figunt. Et cum proximare non audent, mare à longẽ sulcantes, lignamina, lapides, aliãque machinamenta castris opportuna deferebant. At cum Teucrus tribus iam in locis concullos lapidibus muros machinis dispareret, memoratu cuiuscã infidi Christiani, ex colle biremes intromittere curat. Est enim portus ille, Beatissimẽ Pater, in lógum, angustumq; protractus, cuius Orientalem plagam, colligatæ naues, & cathenã muniebant. Inde hostibus aditus impossibilis erat. Quare vt coangustaret circumualeretq; magis vrbe inuisit inuia equare, exq; colle suppositis lenitis vas lacertorum sex, ad stadia septuaginta trahi biremes, quæ adscensu grauius sublatæ, posthac ex apice in decliuum, ad ripam minus lenissimẽ introrsum vehabantur. Quam nouitẽ puto, Venetorum more, ex Gardã lacu, is qui aruiticium Teucris patefecit, didicerat. Ita nos magis territi, cogitabamus eas, aut igne, aut lapide exterminare. Sed neq; hoc profuit. Naues illæ maiore nocumẽto nobis erant, machinis vndequeq; tutata. Sic iam amissio portu, necesse fuit ex postis, vt maritimos custodire muros, diminuerent milites.

Portu vrbe Mira-bili arte Turcæ op-tinuitur.

Aliud Turcarũ inuentũ.

Hoc ingenio non contentus Teucrus, aliud quoque, quo nos terreret magis, construxit, pontẽ videlicet longitudinis stadiorũ circiter triginta, ex ripa vrbi oppositã, maris, qui sinũ scinderet, vas vinaris colligatis, sub constructis, confixisq; lignis, quo exercitus decurreret ad murum prope, iuxta vrbe sanum: imitatus Xerxis potentiam, qui ex Asia in Thraciam Bosphoro exercitum traduxit. Non restabat ergo nisi nauium cathenæq; diametralis tuitio, quæ transitum ingressumue clausi prohibebant.

Interea ex Chio in nostrum subsidium, tres Genuenses, armis, militibus, frumentoq; onustæ conductæ naues, vnam Imperatoris, quæ ex Sicilia frumento onusta aduenerat, comitẽ ducabant. Quas, vt mox vicinas vrbi, classis quæ excubabat, applicare vidisset, concitẽ strepenti-bus tympanis, tubisq; sonantibus, nobis intuentib; ob-uadit, fingens Imperatoris nauẽ expugnare velle. Teu-crorum Rex ex colle Perentis, fortunæ expectans euen-tum, conspicit. Fiunt tunc celsi clamores, triremes maiores nauibus hærent, tentant Imperialem, & prote-ctam à nostris, audacius inuadunt, certamen ineunt, fo-rum machinis adhibent, sagittas iaciunt. Sic atrox pugna comittitur. Naues, Mauritio Genuense Catano imperã-te, ex aduerso repugnant. Ibi Dominicus de Nouaria, & Baptista de Feliczano Balaneri patroni Genuenses, ar-due pugna profequuntur. Balistarum horribilib; missi-lia iaciuntur, exq; coronis naualibus, intra Teucrorum commixtam classem, infiniti lapides demittuntur. Tue-

tur se egregiẽ Imperatoris nauis. Succurrit Flectanella patronus, bombardæ perstreperunt, fit vlulatus in cælum confranguntur galearum remi. Teucris sine remissione fauciantur. Rex, qui ex colle circumspicit, quod classis periet, blasphematur, vrget equũ in salũ, vestimenta cum furore conscindit, ingemiscunt pagani, & totus exercitus afflicatur. Quid vltra? Bellũ recensetur, inualefcit pugna; & tantis classem telis, lapidibusq; obruunt, tot Teucros occidunt, vt declinato Marte, ad littus remeare non possint. Exploratorũ, & profugorum relatu didicimus, quod decẽ propẽ millia ceciderunt, alii gladio perempti, & sagittis, & machinis; alij confosi vulneribus, flebile exercitũ reddiderunt. Erant, quæ inuaserunt, naues, inter triremes, & biremes circiter ducentæ. Confusa tunc Regis ambitio est, paruq; reputata potẽtia, quod tot triremes nauem saltem vnã non ceperint. Naues ergo (Deo gratias) non læsæ, nec vno saltem homine perditæ: aliquot tamen vulneratis, noctũ saluæ cum iucunditate portum intrant.

Nauium 4. Chri-stianorũ contra Turcam acris pugna, & ingens victoria.

Rex contra classis præfectum Balthoglum oppidõ indignatus, precibus Baronũ concessa ei vitã, sententiam tulit, vt officio, & bonis omnibus priuaretur. Cogitauit itaq; odio accensus, in naues, ex colle Galatæ, orientali plagã, vel eas lapidibus obruere, vel à cathenã repellere. Dispositis itaque, & ex ripa occidentali bombardis, fatagit omni acrimoniã artificis, naues infringere, referens Perentibus, quoniam, vt dixerant, piratarũ erant, quos Imperator conduxerat, contra eas agere velle, quæ inimicorum suorum essent. Itaque artifices, cui prouiso negati fuit ex nostris, ad Teucros reductus, quanto ingenio potuit naues frangere studuit; nec scio quo fato resultans bombardæ à colle lapis, centurionis nauẽ fortẽ ob crimen, vno icũ confodit; quæ ex templo, mercibus onusta, fundum mersã petiit, maximum quidẽ delictum inferens. Quo casu, ne reliquæ confringantur, muro Galatæ protectæ hærent. Mirandũ quidẽ Dei iudicium, vt immisis quinquaginta, & centũ prope Lapidibus, quibus perforatæ multæ Galatæ domus, inter triginta mulieres congloratas, vna sola optime famæ in-terempta perit.

Turci i-terum Naues il-las impe-runt.

Erant perindẽ in portu triremes mercatoria tres Venetæ, duæque agiles in portũ ad tutelam earundẽ designatæ, quos magno cum hortatu Imperator auri, in menses prope sex, pro tuitioe vrbe restare fecerat, quæ pacem cum Teucro simulantes, non nisi clanculum præstabant Græcis patrocinium. Verũ cũ nouitã fugæ earum aliquandũ patuissent, tum quod merces ex fundis, suppellectilẽque traducebant, acũ est, vt nullo pacto, quod populũ turbassent, prohibitione Imperatoris, quæ restabant traducerentur, quinimõ deonustæ in terram reportarentur. Res hæc Venetis fomitẽ indignationis ministravit, vt pote, quod libertate, priuilegiis, pro honore dominitorum nactis, verecundius priuarentur. Sedatis post hac animis, suo arbitrio relicti, spondent Veneti omni fide & studio, ad finẽ vsq; belli vrbe tueri.

Inter Genuenses ac Venetos ori-tur dis-sensio.

At posthac inter Venetos, & Genuenses Galatæ oborta dissensio est, quod alter, alteri fugæ suspicione exprobrasset, asserentibus Venetis, vt tollatur suspicio, quod è nauibus suis gubernacula, carbasque apud Constantinopolim in saluo deponat. Indignati Genuenses, Et si pacẽ, inquit, consulto etiã Imperatoris, pro salute Græcorũ, quæ cõmunis est, aliqua proba dissimulationis supportamus cum Teucro, absit tamen tantum facinus, vt Perã toto orbe pulcherrimam, vxores, liberos, thesaurosque deseramus, quam vsque ad sanguinis effusionem defendere disponimus. Gubernacula, carbasque nostrarum nauium, ne exiguo pretio inclitis Genuæ decor apud vos sit, non in aliena potestate, sed in nostra seruabimus. Numquam fugæ licentia nobis datur, si res nostras arbitrio nostro seruamus. Pacata post hac cuncta sunt, agentib; Venetis de triremibus suis, vt voluissent.

Iacobi Cocha

Crescente postmodũ angustia, consultũ est, si quo modo intro missas hostiũ fustas vrere nostri possent: claculoque vnã dierũ ante lucẽ, duabus nauibus per Ioannem

Iustinia-

Iustinianũ Capitanẽũ dispositis, cum aliquot biremibus, ad ripã vehendis, parato foro, & machinis, fit detractis nauibus, dato ordine, vt cymbæ rectæ, quas Barbotas dicim; biremesq; sequeret; hoc ideõ, vt munitæ faccis lana plenis naues, pri; ex machinis acciperet lapidũ icũ. At Iac. Cocha, vir Venetus, armatã ex nauis triremium Venetarũ Imperialẽ biremẽ, iuxta ordinẽ darũ gloria, & honoris auid; laxatis remis puenierẽt cõuertit: moxque vt ab hostib; cernit, heu graue fortẽ, è bõbarda lapide medio penetra; cum omnib; armatis, æquore biremẽ abforberet. Heu, Pater Beatiff; graue discrimen, vt vno icũ Neptuni furor immerferit. Etenim res hæc detecta, relataq; Teucris, egit, vt dũ nostri pcutere voluere, ipsi prius percussũ sint. Sed quid dicam, Beatiff; Pater: Accusare ne quẽpiam liceat? Silendum mihi est. Hic casus acerbum luctũ nostris dedit, & vnde exierũt naues, cum cõfusione retraxit. Ex mersis inde supernatãtes quidam, ad littus capiuntur ab hostib; quos impius Rex ante oculos nostros in crastino decollari iussit. Nostrũ exacerbati, quos habebat captiuos in carcere Teucros, ad muros, in suorum pspẽctum imanius trucidat. Sicq; impietas crudelitate comixta, bellũ atroci fecit.

Turca pã-cẽ simulat-cũ Constã-tinop.

Simulauit posthac Teucrus pacẽ facere velle; exploratorib; fictẽ referentibus, p̄mittiussẽ eũ, q; guerram, quali stimulatũ ab Vngaris, intentasset; statuitq; caducatorẽ. Sed hæc res cõficta paruit: quæ nec demoliũ oppidũ, q; in Propontide struxit, nec restauit, q; vastarat, p̄mittēbat; quodq; magis angebat, infidentia erat Teucris, qui iustitiam fadusq; nõ seruarat. Cur igit; pacẽ q̄rit imanis, & inuidus hostis? Percussus, esse ex more, intellexit; vt anteq; certamẽ generale cõmittat, hostes optione pacis peredõs, ne ea p̄remissa, Deũ nõ p̄pitiũ, sed iratũ in tãto Marte sentiret. Itaq; delusione ei; p̄sci-entes, salutẽ nostrã Deo cõmissim; dies nostros dinumerates in amaritudine cordis, & p̄nitidine, lætantiis, sacrificio, ieiuniis, prece placandũ Deũ p̄dicabamus. Ieiunia indixim; imperare nostris, vt soli; Deũ pugnare p̄ nobis dignaret; Sed quid p̄derunt missã Deo preces, si ex corde nõ sint, si pollute man; habet; si impia, & infidã corda cõstituit; Iniquitates n. nostræ diuiserũt inter nos & Deũ. Sabbathã nostrã, Kalendẽ, in cõsum, sacrificia, in abominationẽ versa sunt. Et quẽ p̄pitiũ sperabam; habere Deũ, habuim; scelerũ nostrorũ vltorẽ. Pauci admodũ, & maiore numero ex Græcis imbelles, scuto, lancea, arcu, gladio, natura potius, q; arte militabãt: maiores galea, thorace, lorica, gladiõ, lancea; quidã in arcu, & balista doctiores, sed p̄pugnaculis impares numero agebat, quoad sciuerat, & poterat. Cadebat Teucris, qui adiacet; Sed quid si cõstitũ in die cecidissent. Innumeri illi, quãto cadere, tãto resurgere plures videbantur. Si vnus ex nostris cecidisset, tũ p̄cipue cordatus vir; centũ p̄didisse flebamus. Græci, ad 6000. bellatorũ nõ excedebat. Reliqui, siue Genuenses, siue Veneti, cum his, qui ex Pera clã ad p̄sidium accesserat, vix sumam triũ milliũ æquabat. Sed quid agim; in ore leonis; quid formica in ore visũ; quid vnus contra mille. Etenim nostri vix vrbe p̄to, terraq; obsessã, circumualatq; quã 18. milliana cõplectumẽ, muniebãt. Sed õ Græcorũ impietate! õ patriæ p̄ditores! õ auaros! quos cũ saepe numero lacrymis p̄fusus inops Imp. rogasset, vt p̄ militib; cõducẽdis pecuniã mutaret; iurabant, se inopes, exhauritõiq; penuria temporis; quos posthac diuissimos hostis inuenit. A paucis nihilominus qdã vltra oblatio facta est. Cardinalis herclẽ omne studiu adhibuit, in ferẽda ope, in firmandis turrib; & muro. Quid autẽ Imp. p̄plexus agat, ignorat. Cõsultit Barones, suadet nõ molestari Ciues angustia tẽporis, sed recurrẽdũ ad sacra. Auferri igit; & cõstari iussit ex sacris tẽplis sancta Dei vasa; sicut Romanos p̄ necessitate tẽporis fecisse legim; ex quo eis pecuniã inueniri, dariq; militib; fõssorib; cõstructoribusque, qui rem suã, non publicam attendentes, nisi ex denario conuenissent, ad opus ire recusat. Angustia igit; afflictus Imp. dispositis in p̄pugnacu-

IX. millia Bellatorũ vix in vr-be cõtinuis ambitus XVIII. millia-riorum e-rat.

lis militib; quoad potuit, ante murale solũ vrbe, vallũque far videbat tutari posse. Bellũ itaq; paucitate suorũ diffidẽs, tolerat; & spẽ omne in Io. Iustinianõ p̄fecto re-põsult. Bene siquidẽ, si fata secundassent. Iuxta ergo se, eodẽ Capitano cũ tercentis cõmilitonib; Genuensib; p̄posito, splẽdidis refulgentib; armis, delectis quidẽ coadiuicis Græcis aliquot strenuis, circa illã partẽ muro-rũ S. Romani reparatorũ, vbi magis vrgebat pugna, Im-per. stetit. Mauriti; inde Caranã, vir nobilis Genuensis p̄fect; inter portã Pighi, i. e. fontis, vsq; ad Aurẽã, cũ du-cẽtis balistarũ, cõmixtis et Græcis, cõtra lignẽũ castrũ, pellib; hosti cõtectũ oppositu accutate decerant. Paul; Troil; Anton. de Bochiardis, fratres, in loco arduo mi-liandri, quo vrbe tumbabat, ere p̄prio, & armis, sumã cũ vigilantia, noctũ, dieq; & spingardis horredis, & balis-tis torneis viriliter pugna sustinẽt; qui tãra animositate nũc pedes, nũc eques defendũt, vt Horatij Coclitis vi-res, repulsis hostib; æquare viderẽt. Nã nec muri fracti cõfusione, nec machinarum turbine territi, æternã sibi memoria vdicant. Theodor; Caritino senex, sed robu-stus Græcus, in arcu doctissim; Theophilusq; Græcus, nobilis Palæologus litteris erudit; ambo Catholici, cũ Io. Alemanno ingenioso, Caligareã cõcussã reparat; p̄re-gũtq; Cõtarenus inter Venetos clarissimus, Capitanẽ aureã portã, & adiacẽtes tũres vsq; ad orã maris, viri-liter p̄odus sustinẽs, hostes impugnat. Græci p̄inde aliq; suis distributi p̄pugnaculis, acie, mare, terrãq; in vrbe gyrũ, p̄sequēbat. Palatij Imperialis cura, Hieron. Minor to Venetorũ Bailo cõmissa est. Cardinalis à cõsilio nan-quã absens, S. Demetrii regionẽ ad mare, decẽ sabat. Ca-thalanorũ Cõsul turrim ante Hippodromiũ turbat, versus Orientãle plagã. Ky. Luca ad curã portus, totius-que maritimæ regionis inuigilabat, ad deferendũ p̄si-diũ. Hieron. Italianus, Leonard. de Langaco Genuensis, cũ multis socijs Xyloportã, & tũres, quos Auenienses vocant, impensis Card. reparatas, spectabant. Flamines monachiq; supra muros vndiquaq; collocati, p̄ salute patriæ excubabant. Gabriel Triuifano subtriliũ galearũ nobilis Venetus, cordatissime à turri Fani, vsq; ad Im-perialẽ portã, ante sinum, cũ 400. Venetis egregis de-cerabat. Giõffarum vero galearum p̄fectus Andreas Diedo cum reliquis, triremes potius pauidus, quã portam custodiebat. Naues perinde armatæ buccinis iugiter, & vlulatus Martem inuibat. Demetri; focer Palæologus, Nicolaisq; Gudelli gener. p̄sidentes, vt decurrat vrbe, cum plerisq; armatis in succursũ referuãt.

Militũ per-paria loca vrbe di-tribuit.

Græci sta-tiones de-serunt.

Taliter ergo pugnat orib; siue Ducib; siue tyronib; ordinatis, expectabat cõstituri Martis generalis insult; quo sæpenumerõ territi Græci postes, nunc agris, nunc vineis colẽdis, nunc voluptatib; laxati, ex industria declinabãt. Fingebat quidẽ rei familiaris curã, etiã, q; gra-ues videbat. Alij inopiã accusabãt, qua ad op; luçandã gratia cogebãt. Quos cũ absentes corripuissẽ, periculũ nõ modo suũ, sed omnũ Christianorũ allegã, respõde-bãt. Quid nobis cũ castris, si penuriã patit; dom; nostrã? Ita q; magna vis erat reducendi eos ad muri custodiam. Ob hoc paucitate hostes captates pugnantiũ, audaces facti, vnicius vasa, q; in p̄pugnaculis nostri posuerãt, de-molito muro detrahebãt: quãdoq; itidẽ lapidẽ ingere, vallo ex refaltu collapsũ, quẽ magna illa bõbarda mu-ro iniecerat, cũ rubore nostro, cũ retiaculis extra ducit; re p̄iciuntq; Sed vbi custodes, vbi milites euag; tes, vbi lapides, vt phibeant, vel repellant? O quã malũ p̄sagium Quid erit, in quo, qn velut torres Tygris, iruet exerci-tus? Ordo p̄inde ex hoc datus est. vt panis p̄ familias æq; distribueretur: ne illius curãdi gratia, vt se excusa-bãt à castro recederet; neq; famẽ potius populus, q; gla-diũ expaueret; q; quidã humanũ sanguinẽ sitientes, vel occultato frumẽto, vel aucto pretio p̄tendebãt. Sed hæc iniquitas nõ fuit causa mali, sed ordinis confusio. Seueritas à Principe aberat, nec cõpescẽbat verbere, aut gladio, q; neglexissent obedientiã. Idcirco quisp̄iam suis efferebatur voluptatib; blandimentisq; ex natura de-

vt statio-nes seruit; Milites, curatur



Io. Iustini-  
anus  
Vrbis tu-  
da inu-  
ens  
a Graecis  
odio ha-  
bitus, a  
Turcarum  
Principe  
comen-  
datus.

mulcebat Imp. animu. Delusio improbe a suis bonis il-  
le, dissimulare malebat iniurias. Interea Capitaneus  
Generalis, Io. Iustinianus, totius fortunae obseruator, vt  
ex pclamatione p'sentit Teucru p'sto daturu certamen, a-  
gebat cōfestim muroru, quos machina cōtruerat, repa-  
ratione, petiuitq; sibi a Kyr Lucā, magno Duce Cōsula-  
ri, cōmunes Vrbis bōbardas, quas cōtra hostes affigeret.  
Quas cū superbe denegasset. Quis me, Capitaneus inq;,  
ō p'ditor, tenet, vt gladio nō occūbas meo? Quā ignomi-  
niā indignatus, tū q; Latinis ei ex p'rafferet, remissus post-  
ea rei bellicae puidentiā gessit, Græciq; q; secretius, q; La-  
tinis saluāda Vrbis gloria dedita esset, odiosē ferebat. At  
Capitane⁹ Io. Maur. Caranei p'fecti; Io. de Careto. Pauli  
Bochiardi; Io. de Fornar. Thoma de Saluaticis, Lodiixi,  
Garilufii, Io. Illyrici, aliorūq; Asiaticorū Græcorū cōsul-  
ta, acies, munimenta; refecit, cuius puidentiā Teucrus  
cōmendans, dixit: Quā vellē penes me Praefectū illū Io.  
honorandū? Magnis herclē donis, auroq; multo corrū-  
pere illū studuit, sed inlectere eius animū nūquā potuit.  
Operosa autem p'regendi vallū, & antemurale postis  
fuit cura, q; contra animū meū semper fuit, qui suadebā,  
in refugiu muros altos primos non deserēdos. Qui si ob-  
mbres, negligentiaq; vel scissi, vel inermes p'pugnaculis  
essent, a principio dū p'positum guerra interuenit, repa-  
rari potuissent, reparādi, custodiendiq; erant, qui nō de-  
serit, p'sidium vrbis salutis attulissent. At quid dicat? Argu-  
am ne Principē, quem semper p'cipuo honore veneratus  
sum, cuius Fidem erga Rom. Ecclesiā intellexi, nisi pusil-  
lanimitate vinceretur? An potius eos, qui ex officio mu-  
ros reficere debuissent? O quoru animā fortē dānantur,  
Manuelis Giagari dudū inopis, & Neophyti Hieromo-  
naci Rhodij, si a deo dicere, p'donum, non conseruato-  
rum Reip. quibus veluti Reip. tutoribus, aut ex auis, in-  
testatūq; bona relicta, muris adscribi debebant, priuatis  
potius comodis impendebant. Primus 20. prope milliu  
flor. seruis p'ditionis monachus, quos post hac recōdi-  
tos vna. 70000. millium gazā relinquunt Teucris. Id-  
circo Vrbis p'donum incuria, in tanta tēpestate perit. At  
cū omnia Græcorū ineptia opera reprehendantur, non  
mirū, si hoc illustre sanctis Imp. institutu monimētum  
egregiu, Reiq; publica tutamentum, eca p'donibus fuit.  
Quā postea serō si reparare voluerunt, duo defuerūt, gas,  
& tēpus: q; poterāt, si guerra intendebant, opportuniū,  
& importuniū extorquere. Sed innata non sinebat pro-  
crastinationis ineptia. Omnē ergo spē in fossatis, & ante-  
murali posuerunt: quib; tan dē p'ditis, ad altissimū deser-  
tū murū coangustatis, habitas nō fuit. Prūdeti? Hebrēi,  
qui p'dito vno muro, deinde ad secundū, inde ad tertiuū  
se cōtulerunt, qñ annis quatuor Vespasiani, atq; Titi ob-  
sidionē relatu fit, q; triremes, nauēq; aliquot in subsidiū ab  
Italia mitterentur; & Io. Pannonum Dux exercitus, Blā-  
cus vulgō nūcupatus, ad Danubiū contra Teucru con-  
gressurus aduentasset, qua cōcitus exercitus discindit.  
Cur, in quiunt, rāta mora periclitatur exercitus? Frustrū a  
contra muros pugnatū, aduersus Regē, Teucru clamāt.  
Etenim quāq; maximus numerus esset, quāq; infinitis sa-  
gittis machinasset vrbē, vt pote ad muros inuadendos,  
timidi, yccordes, victoriā distabant. Calilbascia. n. Re-  
gis vetustior cōsularis Baro, grauitate, consilio, rerumq;  
bellicarū pollens, Christianis fauēs, Regi semper dissua-  
serat, ne vrbē Constantinopolis molestaret; eo q; fortitu-  
dine situs, rerū fertilitate, puidentiāq; nō tā Græcorū, q;  
Latinorū munita, inexpugnabilis erat, q; proauorum, pa-  
trūq; guerras multis anis tolerauit: quodq; peius, q; eius  
iniuria lacesciti oēs Christianorū Reges, Principesque, ad  
eandē tuendā facile pronocarentur. Itaq; aiebat. Tu er-  
go Rex, pacē da tuis. Noli Genuēs, Venetōsq; vicinos,  
q; tuis semper p'derūt, hostes tibi reddere, irāq; Christia-  
norū aduersus gentē tuā puocare. Maxima est potentia  
tua, q; pace maiorē facis, q; guerra. Finis. n. belli varius est,  
quē aduersitas saepe numero magis, q; prosperitas comi-  
tatur. Zaganus iunior, secundus Consularis Baro, Chri-

Venturi  
subsidij  
ad vrbē  
Rumor  
spargitur

stianorū hostis, tū p'cipue Calilbascie amulato; maximā  
esse Regis sui potentia, aduersus quem nulla gens possit,  
suauit contra Græcos guerra, potentia exigua habentes,  
quonum manū, machinis, collidendis ipsi pares essent,  
Græci e contra nulla numerositate exercitus polleant,  
& diutina fatigatione iā fracti essēt; neq; ex Italis; p'diti  
expectarent: facile expugnandi. Genuenses. n. scissi, Ven-  
neti a Duce Mediolani oppressi, nullū daturū essent sub-  
sidiū. Nec illa voce Calilbascia reuocandum esse Regis  
animū: nā illā conficti existimaret. Thura cau Thracialis  
militiæ princeps, p'positū Callilbasciā cōmendare non  
audens, ad guerra Regem animatū. Eunuchus tertius  
Consularis Baro, dicta confirmat. Iuniores belli Duces:  
O Rex, in quiunt, quis peremptor gentilitatis nostræ, ti-  
miditate nobis incutit? Decet inuictissimū Principē no-  
strū, res magnas, & cogitare, & aggredi, & quēcūq; euen-  
tū p'magnificē ferre. Vnde Zagan⁹, vt vidit multitudinē  
benē dispositam: Da, inquit, bellū Rex, quoniam Diis fa-  
uentib; victoriā consequeris. His verbis animosior fact⁹  
Rex, inquit: Fortunā tentare licebit. An Macedonis po-  
tentia maior, mea fuit, cui minore cum exercitu orbis  
vniuersus paruit? Quis aut genitor meus, aut auus, aut  
proauus, tanta potestate, tantis machinis, vt ego, vrbem  
hanc oppresit? Cōstrue Zagane diē belli, compone ex-  
ercitū; Peram, ne subsidium hostib; conferat, circūalla:  
& que ad militiā spectant, omni cū maturitate dispo-  
ne. Itaque vt Callilbascia senior Consularis, cōplacuisse  
Regi Zagani amulato; sui consiliū intellexit, defini-  
tumq; esse certamen, clam internuncijs admodū fidif-  
simis, vt amicus Imperatori cūcta denūciat; hortaturq;  
vt non expauescat remulentissimi adolescentis insaniā;  
neq; terreatur minis eorū, qui magis timuissent, nec in-  
doctiore multitudine moueretur. Custodes essent vige-  
les, & pugnā perseuerantes expectarent. Freqentes e-  
nim epistolae ad Imper. a Callilbascia mitterebantur.  
proclamatum est in castris edicto, vt 4. Calend. Maij, diē  
videlicet Martis, p'requis tribus diebus, quibus luminaria  
Deo accendant, Deum innocenti, integra diē abstineant,  
parati sint omnes ad p'aelium, daturī Christianis gene-  
rale certamen, altissimaque voce p'æconis, voluntate  
Regis vrbem triduo ad sacrum esse bellatoribus dona-  
tam: iuratque Rex per immortalem Deum, perque qua-  
tuor millia Prophetarū, per Mahometem, per animam  
patris, per liberos, perque ensē, quo cingitur, omnem  
depopulationem, omnēque hominum vtriusque sexus  
genus, omnemque pariter vrbis thesaurum, & substanti-  
am, liberē bellatoribus donaram; nulloque pacto, quā  
iurat, violare. O si audiuisses voces ad cælum elatas, (Il-  
lalla, Illalla, Machomet, Russillalla, scilicet, quod Deus est, &  
semper erit, & Mahomet est eius seruus) quidem obstu-  
puites. Sicque factum est triduo luminaria Deo accen-  
dunt: ieiunant diē, nihil vsque ad noctē gustantes: in-  
uicem congaudentes, inuicem cōiunantes, seipso, qua-  
si ad inferos diē certaminis abiturū, osculis resalutant.  
Nos tantam religionem admirari, Deum propitiatorem  
profusis lachrymis precabamur; Sacras imagines pro-  
cessionaliter, compūcti, per vallum, vrbemque circum-  
ferentes, nudis pedibus mulierum, virorumque turbis  
consequentibus, deprecabamur cum pœnitundine cor-  
dis, ne hæreditatem suam Dominus demoliri permir-  
teret, & quod dignaretur fidelibus suis in tanto cer-  
tamine porrigere dexteram, qui solus Deus, & non alius  
pro Christianis pugnare potens esset. Itaque rotam spē  
nostram in Deo ponentes, constitutu certaminis diem,  
confortati, vigorosius expectabamus. Propter quod ad-  
scitis, Senatu, Baronib; belli Capitaneis, & cōsilio nō-  
nibus ab Imperatore vniuersis, sermo talis habitus est.  
Quoniam, viri nobiles, militia illustres duces, vosq; cō-  
militones Christianissimi, appropinquatē certaminis  
horā cōspicim; cōstituendos vos hoc in loco p'posui, vt  
planē siquidē intelligatis cōstatiā vestrā magis, ac magis  
firmādam, vt pote, qui gloriose semper aduersus hostes  
Christi dimicastis. Iā patriā, orbēq; toto vrbē pinclutam,

Turcarum  
dissentio.

Callilbascia  
Turcarum  
Senior  
consula-  
ris fauēt  
Christia-  
nis

Constituta  
nopolita-  
ni Imp. ad  
suos Ora-  
tio.

quam

Omnium  
Animi ad  
pugnā  
excita-  
tati.

quam infidus, inuidusq; Teucrus, duos, & quinquagin-  
ta dies coangustauit, vestrīs altis spiritibus cōmissam ha-  
beatis. Neq; vos muri, mole ingētis lapidis ab hoste cō-  
triti extereant, quoniam tota vis in Dei p'æsidio, in la-  
critiq; vestrīs, vibratis excusisq; gladiis in hostes exer-  
cēda est. Scio indoctā illā multitudinē ex more, magnis  
congressurā v lualibus, infinitisq; a longē sagittis, non  
personas nostras, quas iā strenuē armatas conspicio, sed  
murū thoraces, ac scuta nostra impetere. Neq; ergo mo-  
re equorū, quos Pæni dū aduersus Romanos decertaret,  
per elephantorū inuisā hominū p'ilitatē deterrere volu-  
erant, v lualibus eorundē hac in pugna perterrendi, aut  
fugandi estis, quin potius animandi, vt Hercule cōstanti-  
nus resistatis. Bestiæ fugantur a bestijs: vos, qui homi-  
nes estis magno animo bestias illas viriliter sustinebi-  
tis, in eosq; veluti agrestes apros, lanceas, mucroneq; ve-  
stros figetis, vt intelligant, cū animalū dominis, non cū  
animalibus eos bellaturos. O Barones mei, o fratres, o filij  
Christianorū, æternū decus defendere curetis. Vos Ge-  
nuenses, viri quidē magni cordis, & inclyti, qui ex infi-  
nitis victorijs triūphastis, qui vrbē hanc, matrem vestrā,  
multis aduersus Teucros certaminibus semper prote-  
xistis, eia agite, robor vestrū, animositatemq; cōtra eos  
viriliter ostendatis. O Veneti, viri potentissimi, quorū  
gladio sæpenumero Teucrorum sanguis effuditur, qui-  
que diebus nostris per Plorāno excellentissimū clas-  
sis nostræ Præfectū, tot galeas, tot infidorum animas ad  
inferos crebrō destinatis, quiq; vt vestrā hanc vrbē  
ingenuis, & magnis viris decorastis, extollatis nunc cel-  
sos animos ad certamen, vosq; cōmilitones, vestrīs p'æ-  
fectis omnē obediētiā exhibetis, intelligite, quod hic di-  
ge est gloria vestrā, in quo si languinis guttā fudep'itis,  
coronā vobis martyrij, & gloriā parabit immortalē.  
Finito sermone, omnis Christianorū cœtus, cōstantē  
animum se habere spondidit. Repetit Imperator: esto-  
re igitur omnes in aca virtute parati pro crastino, quo  
Deo fauente, vt speramus, victoriā consequemur.  
Confortati hunc in modum Græci, qui primū quasi  
pauidi bellum detrectabant, priuatis post terga dimissis  
rebus, ad certamē pro cōmuni Salute, cōstanter alacri-  
terq; conspirant: suisq; per Capitaneos, Duces, tribunos  
centuriones, decurios propugnaculis ordinatis, nocte,  
quē Martē p'æcedebat maximis excubijs infra vallū val-  
uis vrbis, ne quisquā retrocederet, clausis p'pocastit.  
Audiunt inter hæc parati machinas, vehi castratas bi-  
gas, vallis scalas rotatas admoueri. Classis p'æterea, vt  
circūdet portū, & vrbē disponitur. Pons iuxta vrbis ripā  
applicatur, omniaq; machinamenta instatius p'parā-  
tur. p'pocastit noctu minus robustis, minusq; doctis, vt  
dū lux venerit, robustiores milites sint recētes. Certa-  
men postea inchoant: nostri magnā tū animositate resi-  
stunt, hostes machinis & balistis repellūt, ex vtraq; par-  
te proportionabiliter occiditur. Tenebrosa nox in lu-  
cem trahitur, nostris vincētib; & dū astra cedunt, dū  
Phæbi p'æcedit Lucifer ortum, buccinis ex vtraq; par-  
te concrepantibus, tympanis p'rtrepentibus, altissi-  
mis clamoribus missis Illalla, Illalla in Martem con-  
clamās, cōglobatū in gyrū cōsurgit exercitus. Vnā ergo  
horā omnem terrā, & mari vrbem inuadunt, machinas  
primū excutiūt, sagittas cælū obscuratas immittūt, & cō-  
tra nostri missilia inuisa demittunt, spingardas in globū  
iaciūt, scinditur exercitus horribili Christianorū resi-  
stentiā. Tunc sunt clamores in cælum, vexilla alacrius  
expandunt. O mirandas bestias Consumitur exerci-  
tus, & immensurata audacia vallū intrare p'æsumit. Ca-  
dunt lapidibus obruti Teucris, morti multi succubunt,

& se inuicē cōcultantes, tentant per ruinā muros scau-  
dere. A nostris quidē strenuē repelluntur, sed vulnerati  
nostrī multi pugnā declinant. Stat Capitaneus Ioannes,  
stant ceteri in suis propugnaculis. Duces succurrunt vr-  
bis Capitaneo deputati, Imperator; Eia, inquit, viri for-  
tesiam laxatur exercitus hostiū, corona victoriæ vtiq;  
nobis datur. Deus nobiscū est, agite constantē pugnam.  
Inter hæc malo vrbis fato, heu Ioan. Iustini. sagittā, sub  
axilla configitur: qui mox inexpertus iuuenis, sui san-  
guinis effusione pauidus, perdendā vitā concutitur: &  
ne pugnatores, qui vulneratū ignorabant virtute fran-  
gantur, clā medicum quæsiturus, ab acie discēdit; qui si  
alium sup loco subrogasset, salus patrie non perisset. Pu-  
gnā interea arduam cōmittunt. Imperator, vt vidit de-  
esse Capitaneū, ingemiscens, quo scilicet ierit, percūctū-  
tur. Nostrī, vt se vident sine Duce, resistere a locis inci-  
piunt, Teucris conualescunt, horror nostris incutitur.  
Desideriq; enim cuncti desiderabat, ex periculo illo lo-  
co scire, quid cōgissit. Quod Praefectorū, qui singula,  
quæ sinistra, vel prospera euenissent nunciare debebant  
negligentiā p'ætermisum est. Terrebat acerbū illud bel-  
lum eos, qui magno cū silentio a longē stetitissent. Fati-  
gabatur igitur nostri plurimū, & quē reparauerant Ba-  
chaturū murum, hostiū cōp'essione pauli sp'er dese-  
runt. quo inspecto Teucris, cum iudicarent propter re-  
pletionē, quā ruina collapsa fecerat, & quo calse posse trā-  
sire, irruendū censuerūt, & mox veluti impetuosis tur-  
bo, vno impulsu muros ascendunt. Iūc mēibus vexil-  
la figentes, hilaritate pleni conclamant victoriā, gladio  
pugnant, & quoad possunt, omni virtute nostros vel ex-  
terminare, vel subicere moluntur. Imperator infelix,  
vt vidit Capitaneū desperatū, Heu me miserum, inquit,  
peritne vrbis? O infortunatam sortē. Siste precor, Capita-  
ne; nā tua fuga, alios incitat ad fugiendū. Nō est mor-  
tale vulnus, patere dolorē, & resistere viriliter, vt spon-  
disti. At ille salutis, gloriæ, sui; oblitus, vt altā quidem  
primo magnanimitatē, ita posthac pusillanimitatē  
ostendit. Debuit enim, si poterat, vulneris do-  
lorem sufferre, non retrocedere, si vir erat: vel salē alij  
qui loco sui stetit surrogare. Franguntur ex hoc ama-  
nium cōmilitonum animi, hebetantur vires, & Capita-  
neum fugientē, ne pereant, insequuntur. Referatā portā  
fugit Capitaneus Perā, qui postea Chium nauigans ex  
vulnere vel tristitia in glorium trahitum fecit. Impera-  
tor in super, ne ab hostibus caperetur, orabat, vt aliquis  
valens tyro, gladio se transfigeret. Inter hæc Theophy-  
lus Palæologus, vir Catholicus, iā perditā vrbe Teu-  
crorum pondus aliquādiu sustinens, & decertans securi  
discinditur. Secundum hunc Ioannes Sclaus Illyricus,  
veluti Hercules se opponens, multos prius maçat, deinde  
gladio finiuit vitā hostili. Postea nostri, vt portā in-  
grederentur, seipso cōp'rimentes, pereunt. His iniuxit  
Imperator cadens, atq; resurgens, sæpiusque relabens, in  
cōp'essione ē vita demigrat. Perierunt ex nostris La-  
tinis, & Græcis se inuicē conculcantibus in portā exitū  
circiter octingenti, inde Teucris altum murum decurrē-  
tes, ex alto, quos possunt lapidant; cumq; vnīs vocibus  
per antemurale descendēs, in fugam omnes nostros cō-  
pellit. Rumorē, iacturāque ex fugientibus audiēs Pau-  
lus, Troilusq; Bochiardi, viri Latini, cum aliquo Gra-  
cis, Latinisque, equis insidentes, in hostes vadunt. Teu-  
cri forte maiorē numerum, quā essent existimantes, terga  
vertunt. Paulus in Teucrum vrget equum, lanceāq; v-  
num transfodiēs, ceteros in fugā verit. Cum autē ex  
alto lapidibus obruerentur, ad Troilum inquit, Hæc  
perijt ciuitas, nosq; facile ab hostium multitudine cir-  
cumdati, spē vitæ perdemus. Hæc cum diceret, securi i-  
ctus in vertice, suisq; cruore, vnā cum fratre ad Galatam  
confugit. O rem mirabile, o stuporem. Necdū Phæbus  
orbis perlustrat hemispherium, & tota vrbis a paganis  
in prædā occupatur. Concitē igitur omnes pedes decur-  
runt, quosq; resistentē gladio feriunt, imbecilles, decre-  
pitos, leprosos, atque infirmos trucidant: obsequentium  
vitæ parcunt. Sanctissimā Sophiæ admirandum templū,

Io. Iu-  
stinianus  
sagittā  
configitur

Fugit ille  
Capita-  
neus Vrbis  
plures in-  
ter quos  
erat Im-  
perator,  
necantur.

Turcarum  
sauria  
Rapina  
ac sacri-  
legia.

quod nec Salomonis aequat, profani, atque infideli ingredi-  
entes, nulla sacris aris reuerentia, neque sanctis imaginibus  
exhibet, quin potius exterminant, detruunt, oculos san-  
ctorum effodiunt, sanctorum quoque reliquias, vel lacerant vel  
dispargunt sacrilega manus, mox sancta dei vasa v-  
surpant, argentum, & aurum, tam sanctorum imaginum, quam  
vasorum sacrorum sacculis infarciunt. Fit clamor, & vlu-  
latus ad caelum, & omnis sexus, omnis homo, omne auru  
omnes, omnis suppellex, omnisque substantia vrbis in  
praedam vertitur. Securibus scindunt, fundos pro  
inueniendis thesauris perfodiunt, qui tanti reperitur,  
nouus, & veteres, ut nulla sit vrbis in saeculo, quae tantis af-  
fluat, & hi omnes absconditi in manus eorum peruenerunt.  
O Graeci iam miseri, & miserabiles, qui inopia fingebatis.  
Ecce iam in lucem veniunt thesauri quos pro vrbis subsidio  
denegastis. Triduo igitur in praedam decursam, depopula-  
tamque ciuitatem Regis Teucrorum ditioni dicati admodum  
derelinquunt. Traducitur ad papilionem omnis substantia,  
& praeda, vinciturque omnis sexaginta millia funibus  
Christiani captiuatur. Cruces ex templorum apicibus parie-  
tibusque euulsae, pedibus calcantur: violantur mulieres, vir-  
gines deflorantur, mares iuuenes in turpitudine macula-  
tur, sanctimoniales, ac reliquae etiam, quae apparatus fue-  
runt, luxu in se datur. O Deus meus, quam iratus videris, quam  
miseri corditer facies a fidelibus auertisti? Quid dicam? Si-  
lebo, an narabo in Saluatoris, & sanctas imagines illas  
contumelias? Parce mihi Domine, si tamen fecerit scelus en-  
narro. O confusione nostra, si Christi dei iniurias vindi-  
care retardet. Sacras dei & sanctorum imagines humo pro-  
sternunt, super quibus non modo crapula, sed luxuria cop-  
plet. Crucifixum posthac per castra praeguis timpanis deu-  
do deportat, sputis blasphemis, opprobriis iterum proces-  
sionaliter crucifigunt, pileum Teucrum, quod Zarchula vocat  
capiti superponentes, deridendo: Hic est Deus Christiano-  
rum. O dei patientia. Bene videris iratus, bone Iesu, ut  
pro peccatis nostris tantas iniurias tolere indignatus.

Turcarum  
ob partem  
Victoria-  
am Lati-  
nia.

Parta victoria, Teucris, Bacchanalia, festosque dies cele-  
brant, quibus Rex forte temulior factus, sanguine Ba-  
cho misceri voluit humanum. Vocatis igitur ad se, Kyr  
Luca, ceterisque Baronibus Consularibus reprehensis, quod  
non fuissent Imperatori, vel pacem petenda, vel dandam  
suae ditioni vrbem, Kyr Luca, qui cogitauerat eius gratiam  
captare, aduersus Pereses, Venetosque, qui arma, milites,  
consiliumque dedissent, culpam retorquere curauit, quorum  
gratia Imperator resistenti fecisset. Volensque ille miser,  
qui semper gloriam mendacis, & schismate captare con-  
cupuit, iisdem artibus euadere, Calibaciam vetustioris, lo-  
co, & prudentiam primum Teucris Barone, amicum admo-  
dum Graecis, quod crebris litteris ad imp. misisset, eius a-  
nimum a pacis consilio detrahit, utque fortis staret per-  
suasisset, accusant, epistolasque seruatas in fide Regi re-  
praesentant. Quibus oppido commotus, terram Perese demo-  
liri disposuit. Calibaciam vero hoc primum, & substantiam priuari,  
posthac Adrianopolim translatum vitam priuari iussit. cuius  
mortem lamento flebili aegre totus exercitus tulit. At  
Kyr Luca malitiam penam non euasit, qui protinus perdit-  
is in bello duobus liberis maioribus, alio impubere lu-  
xui Regali referuato, coraque oculis tertio filio caeso, cum  
ceteris Baronibus decollatur. Bailum itidem Venetorum,  
reliquoque delictos nobiles, & filium gladio extingui  
iubet, Consulque Taraconium cum duobus, pariter  
etiam Catharinum Coddareno virum humanissimum cum  
sex nobilibus Venetis, iam primum redemptis, contra omnium  
fide, nisi septem millibus aureorum vitam emissent, morte  
vtique affecisset. Expletis autem Bacchanalibus, coepta li-  
centia, traditis in captiuitatem Graecis, forte patriam  
non visuris, in suas regiones Teucris reuertuntur.

Miseriam  
Graecorum  
deplorat  
Nicolai  
PP. hor-  
tarur ad  
vltionem

O miseros, & miserabiles Graecos, qui Latinos prohibere,  
ne sacra contrectarent, vel in aris libarent suis. Iam eas  
prophanis, & spurcissimis commaculandas de-  
derunt: & qui vnionem fidei contempserunt, iam quo-  
que ipsi dispersi, in penam peccati, conuenire in v-  
num non possunt. Haec recogita, Beatissime Pater, qui

vices Christi geris in terris, cuius interest tantas Chri-  
sti, & fidelium iniurias vicisci. Moueat te diuina pie-  
tas, & miserere Christianitatis tuae, qui scis, & potes; cui  
ad nutum, omnes Christiani Principes, vindicaturi Chri-  
stianorum iniurias, facile obtemperabunt. Alias, scito  
Teucrum in tantum iam superlatum pompam, vt non  
erubescat dicere, velle se Adriaticum sinum penetrare,  
Romamque venire. Moueat te igitur, Pater Beatissime,  
fides, & Sedes Petri: moueat, Christi inconfutis ami-  
cus, spongia, & mucro perditus, dilacerata sanctorum  
reliquiae, aedes sacrae euerse, & prophanata Herquilius  
dei templi. Sed vide conexam pariter iacturam tem-  
pestatem, vt Perenses, dum vrbem captam vident, in fu-  
gam quali amentes vertantur. Fiunt ex ipsis, qui non-  
dum naues ascenderant, Teucrorum fustis ad ripam in-  
cursantibus, in praedam. Captiuantur matres, liberis re-  
lictis, & contra. Alij aequore copresis merguntur; ge-  
ma sparguntur, & inuicem seipfos sine pietate praedantur,  
vt verum sit, quod fugit impius, nemine persequente.  
Quid dicam? O Potestas Perese. O prauum & insulsum  
tuorum consilium. Oratores terrore confusi a Perese-  
bus Regi vt clauas offerant, mittuntur. Ille pericundem  
intelligens, quod Potestas non habeant, suscipit, in-  
que seruos saeras acceptat. Constituit Teucrum Re-  
toris, adscribit scisco omnium profugorum substantiam.  
Turres, murumque ciuitatis dirui imperat. Obtemperat,  
& se, vt salui sint, ei, neglecto Genue mandato manci-  
pat: Turrimque in cuius acumine Crucis Christi signum,  
a quo & denominabatur, vsque ad fundamenta euerit  
tolerant. Sicque qui liberi erant, pacemque, tenebant, iam  
serui sunt, non sine penitudine qua vix vquam li-  
berari poterunt, nisi per te, & ex Te Pontifice Summo.  
Quem, vt Deus animet ad vindictam, oramus fidentius  
supplicemque precamur. Datum Chii, decima sexta die  
Augusti, Milleesimo Quadragesimo Quinquagesimo  
tertio.

VII.  
Memo-  
randum  
de Virtute  
Leon-  
tarij sa-  
ctum

Tam prolixè, Leonardus Archiepiscopus Nicolao Pó-  
tifici maximo, cladé Constantinopolensē narrabat. Ex-  
tat narratio descripta in Codice Vaticano, numero 4137  
M. S. Paria refert Aeneas Sylvius, c. 4. de rebus Euro-  
paeis. Chalcocondilas aliquid memorandum de virtute  
Leontaris addit, dignum, quod legatur. Erat is Graeco-  
rum Iudex primarius, a Constantino Imperatore prae-  
fectus. Hunc vnā cum vxore, & liberis redemerat Ma-  
hometes, & eum eo collocutus, permisit, vt vbi veller,  
cū suis habitaret. Hic autē expectabat auxiliū ab Italia,  
quod breui astuturū arbitrabatur, interim tamē Byzanti-  
cū Mahomete mansit. Quidā Graeci, qui erant libertate  
consecuti, & praesenti exitio subtrahti, iterū colligeban-  
tur Byzantiū, propinquos, & amicos eorum in libertatem  
antiquā aliteres. Verū haud multo post Mahometi ius-  
su omnes interiēre, quod quidē sic euenisse cōperit est.  
Vbi est rumore allatū ad Mahometē, Leontare esse fi-  
liū, natum annos circiter duodecim, vnū de suis pincer-  
nis misit petitiū puerū. Leontares, postquam accepit ex  
pincerna Regis voluntatē, irā successus est; sibi; eā pe-  
titionē admodū periculosam, & intolerandā fore iudi-  
cabat, & sic cōpellauit pincernā Regiū. Opincerna, haud  
serendū est, Regē mihi liberōs velle eripere, cum nihil  
sit, quod crimini det, cum femel errore remiserit. Sin  
autem id fixum, ratūque sedet in animo Regis, quare  
nō imperat, vt nos turpissimā morti liberos, nostros  
tradamus? Hae locutus addidit: Se nequaquā filiiū Regi  
petenti daturū, cū nullā in ipsū cōmiserit culpā. Pin-  
cerna autē adhortanti, & monētē, ne talia diceret, & fa-  
ceret in Regē, quasi illic periturus, non obtemperauit.  
Pincerna igitur reuersus ad Regem, responsum, quod a  
Leontare acceperat exprompsit. Rex iratus, praecipit: vt  
Leontarem cum liberis, quos fecit haberet, continud ab-  
ducerent, & neci darent. Hos quibus id negotii iniūctū  
erat, cum aduenissent, rogauit Leontares, vt primū li-  
beros in conspectu suo occiderent, & postremū in se ho-  
stili ferro ruerent. At filij timentes mortē, precibus fa-  
tigabant patrē, vt int̄ erektoribus, opes vniuersas, quas

VIII.  
Lauda-  
tur Con-  
stantinus  
imp.

in Italia habebat, pernumeraret, ne ipsi perirentur.  
Verum pater liberorum preces auerfatus, iussit, vt for-  
ti animo ad imminem mortem irent. Hi quidē pri-  
mō interfecit sunt. Postea se necandum & ipse interfe-  
ctoribus praebuit. His ita peractis, nec reliquis Graecis  
percepit Mahometes, verum omnes, quotquot libera-  
ti aderant Byzantii, ad supplicium extremū rapi iussit.  
Hi quidem pēcorū modo percussi, nullā eorum habitā ra-  
tione, periere. Regem autem in Graecorum cedē concia-  
tauit aduenā quidā, cuius fillā ardentissimo amore pro-  
sequebatur Mahometes; & cōgressus cū ea, amore amēs,  
propinquis mulieris quaecunq; petissent, gratificaban-  
tur. Huius itaque patri obreperans Rex, Graecos mactari  
imperauit. Ei, qui Constantini Imp. caput attulit, mu-  
nera magna, atque principatum donauit. Iidorus Card.  
Sarmatarum Antistes, ductus in Galatiam, cōscenso na-  
uigio, profugit in Peloponnesum: quem si Rex Turco-  
rum nouisset, videlicet, quod Cardinalis esset, certē  
eum interfecisset, nec eum fugā elabi permisisset, Leon-  
cus de rebus Turcicis, lib. 8.

Erant, vt narrat P. B. arzus, in ipso Constantino Oriē-  
tis Imperatore vltimo, heroicae virtutes permultae, &  
quae tantā dignitatē, atque potentiam magnū in modū a-  
ugerent, atque attollerent, ita vt certē ipse tanto imperio par-  
ingentē laudē promeruisse, si meliori fortunā in Im-  
perij sui administratione usus fuisset. Sed cū multorum  
grauissimorum virorum autoritate, & iudicio, imperia ip-  
sa et habeant suas periodos, vltra quas nō progredian-  
tur: fatali quadā ratione factum fuisse existimandum est,  
vt, quemadmodum sub Constantino M. Helenā proge-  
nitā, praclarissima Constantinopolis vrbs restaurata,  
amplificata, & Orientalis Imperij sedes electa fuit, sic et  
sub hoc Constantino Palaeologo, primi eiusdem vrbs re-  
stauratoris cognomine, & Helenā et matrem genitō, vrbs  
ipsa vnā cum Imperio, in alienā potestatem deueniret,  
Narrat, in cōiuijs Turcicis matrones, & virgines pudici-  
tiae & nobilitate ceteris antecellentes, post varias, & lō-  
gas cōtumulias, quasi per iudem discerpas fuisse, & adeo  
profectū, vt nesciā, an horribiliora exēpla legatur in vl-  
luis vrbs excidio. Istud Constantinopolitanum excidiū,  
eamque ingentē calamitatē toti Reipub. Christianae infli-  
ctā, euidētissimis notis, ac signis diuinitus praemōstra-  
tum fuisse memorant. Siquidē cōperit est, apud Co-  
mum, citerioris Galliae vrbe, vergente ad occasum die,  
ingentē canum multitudinē per aera ferre. postquam di-  
uerforum pecorum armēta, species peditū primō leuis  
armaturae, deinde hastatos, scutatosque; sublequi, equites-  
que in turmas diuisos, ingenti instructa acie profecutos,  
horis ferme tribus imaginē aduersatis exercitus praebuif-  
se. Demū corpore progero, immanē, & formidabile ho-  
minē, processisse, aliaque portēta per inane apparuisse, in-  
genitum malorum praenuncia; donec nocte appetente,  
visio omnis illa dilapsa est, quae ostēta, futurum exci-  
dium, eadem, & calamitatē, quae postea vrgentibus satis  
iubsecuta sunt, praesignasse, nemo dubitauit, Petrus Bi-  
zaryus hystor. Genue, lib. 12.

IX.  
Et a Ni-  
colao PP.  
pradici-  
tur re-  
se Gen-  
nadio  
patriar-  
cha.

Gennadius Patriarcha Constantinopolitanus, etiam  
praedictionis a Nicolao Pont. Max. de eo excidio futuro  
prolatae meminit alloquens suos Graecos, istis verbis, Sed  
quid euenit, inquit, nostrā memoria, nunc sub Nicol. V.  
Pont. Max. cum Legati a Constantino Imp. qui vocabatur  
Dragates, ad eum missi adhuc supersint, quibus li-  
teras dedit plenas timoris, & horrores, vbi aperte cum  
execratione vaticinatur excidium, & internicionē ex-  
tremā infelicium Graecorum: in quibus post alia multa,  
(cū cōstitū, & proba rescisset, & a Graecis quotidie im-  
pudētissimē iactabatur) mirē & hoc dicit: Oēs gētes, de-  
cretum, q. sancitum est, receperunt: Graeci neque; receperunt,  
neque spes est eos vnquam recepturos: quae super con-  
cordiā, & coniunctione decreta sunt. Procrastinationes  
n. procrastinationibus, ab eis semper pratextuntur; ex-  
cusationes, & respōsiones in singulis. Neque; verō Graeci  
ambrentur, Rom. Pontificē ita esse mente delitutum,  
omnēque; Occidentale Ecclesiā, vt nō intelligant, quae in

singulis dilationibus respōdēdo nugatur. Optimē cun-  
cta nouimus. Sed toleramus, respicientes in selem sem-  
piternum Sacerdotē, & Dām, qui sterilē illā ficum, vsq;  
ad annum tertium iussit asseruari, agricolā iā ad excin-  
dendā arborē se accingēte, quia nullū fructū ferebat. O  
magnā calamitatis ruinā. Anno 1453. hāc conscriptū e-  
pistolā: & 1453. capta est Cōstantinopolis. Num potestis  
dicere, haec vera nō esse? Minimē gētium, cū id sit mani-  
festū, & res ipsa aperte loquatur. Tres, inquit, annos ex-  
pectabimus, si vos fortē a schismate, & separatione con-  
uerteritis, & vos verē decreto adiunxeritis, secundū Sal-  
uatoris de sicu praecipit. Sin minus; excindemini, ne  
terrā otiosā, & inutilem reddatis. Hoc miraculum  
miraculum maximum; quod vt in epistola ipsa scribit  
Nicol. Papa, Graecorum gens illa magna & formidabi-  
lis, sapiens, clara, fortis, terrarum Domina, ob diuinam  
vltionem, ita in barbarorum seruitutē abducta est. Hec  
narrati mihi subit lamētari, & deplorare excidium gētis  
nostrae. Hucusque; Gennad. Patriarcha, apud Thom. Bar. in lib.  
6. de sign. Eccl. c. 2. ex lib. de Primatu Petri, ac Rom. Pont.

Aequalis Gennadio, S. Antoninus Archiep. Florētini,  
qui hoc tēpore vixit, & scripsit, magna pars Cōci-  
lii Florētini fuit, eā ipsam defectiōnē Graecorum a Ro-  
mana Ecclesiā, post Cōcilium Florētinum secuta, causā  
esse asserbat excidij, & interitus Imperij eorum. Quā,  
inquit, iusto Dei iudicio fuerint Graeci illi exterminati,  
& ad nihilum redacti, ab infidelibus, patet ex hoc, quod  
postquam Constantinus M. trātulit Sedē Imperij ab vrbe  
Romanā Cōstantinopolim; duodecim vicibus in diuersis  
tēporibus successiuē recesserunt ab obediētia Romanae  
Ecclesiā, per diuersas hēreses, & schismata: cum tñ se-  
cundū Catholicā Fidē, Romana Ecclesiā, sit Mater o-  
mnium Ecclesiarum, & Magistra, vt dicitur dist. xix. In  
memoriā, & Petro, & successoribus eius canonice intrā-  
tibus, in Sede eius, oēs Christiicolae Imp. Reges, & alij  
Principes, & Dñi tēporales, necnon oēs Patriarchae, Pri-  
mates, Metropolitani, Episcopi, ac religiosi, cuiuscunq;  
status, & cōditionis existāt, sint Pātrifici Rom. subiecti,  
vt Successori Petri, & Vicario Iesu Xpi; & oēs teneantur  
ei obedire. Quā autoritatē & potestātē Petrus & quilibet  
Successor eius, nō accepit a homine, vel a Cōcilio; sed a  
Dño Iesu Xpo promittēte, cū ait, Tibi dabo clauas  
Regni caelorum, &c. Math. 16. & post resurrectionē ex-  
hibente, cum ait ter; Pasce oues meas. Ioan. 21. vt declarat  
Anacletus dist. 22. Sacrosacra. Et idē cunctos ipse iudi-  
caturus, a nemine est iudicandus; nisi deprehendatur a Fi-  
de deus. sc. pp. hēresin. vt dicitur dist. 40. Si Papa. Sed  
nec etiā pp. hēresin Papa iudicari, seu priuari; si paratus  
est corrigi, vt dicit ibi glōf. & patet ex epistola in Marcellino  
Papā, qui idolatruerit, neq; tñ depositus fuit, sed cor-  
rigens se, & cōfitemens peccatum suum corā Patribus, illi  
cōgregati dixerunt; Nemo iudicabit primā Sedē, vt ha-  
betur dist. 21. Vnde Innocentius I. ait: Nemo iudicabit  
primā Sedē. Neq; ab Augusto, neq; a Clero, neq; a Re-  
gibus, nec a populo iudicabitur: id est, Papa iudex  
omnium q. q. 3. Nemo, & q. ea dicitur. Cuncta nouet per  
orbē Ecclesiā, quod Rom. Ecclesiā fas habet, de omnib;  
iudicare; nulli aut hominū de eius iudicio licet iudicare:  
Et semper questiones ortae circa fidē, relatāe sunt, & de-  
terminatāe per Apostolicā Sedem, vel approbatā, vel  
reprobata. Vnde Innocent. I. Quoties ratio Fidei ven-  
tilatur, arbitror omnes Fratres, & Coepiscopos nostros,  
nonnisi ad Petrum, id est, sui nominis & honoris au-  
thoritatem referre debere, quod per totum mundum  
positi omnibus Ecclesijs prodesse 2. 4. q. 1. Quotiens. Vn-  
de & prima quæstio, quae fuit circa Fidē tempore A-  
postolorum, Act. 15. videlicet, vtrum legalia deberent  
seruari a fidelibus, conuersis ex gentibus, inter Paulum,  
& Iudaeos Antiochenos conuersos ad Fidē; delata fuit  
ad Petrum cum alijs, qui erant Hierosolymis, & de-  
terminata est per Petrum, quod, Non, Quod au-  
tem post Petrum loquutus est Iacobus, non hoc fe-  
cit, quasi ipse determinaret, qui erat Episcopus Hiero-  
solymitanus; sed vt approbado, & consentiendo his, quae

X.  
S. Anto-  
nini de  
interitu  
Imperij  
Orientis  
lib. iudi-  
cium.



determinauerat Petrus, sicut fit in Conciliis, cum dicitur per astantes, *placet*. Nec ipsa Ecclesia Romana errare potest in Fide, dicente illi Domino in persona Petri; Ego pro te rogavi, vt non deficiat fides tua. *Luc. 22.* Vnde Leo. Sancta Romana Ecclesia semper immaculata permanit, Domino prouidente, & Beato Petro opem ferente; & in futuro manebit sine vlla hæreticorum insultatione, scil. prævalente atque firma, & immobilis omni tempore persistit. *24. q. 1.* Hæc est. Nec Concilium aliquod Generale potest congregari sine auctoritate Romani Pontificis; nec aliquod valet ordinatum in illis, nisi approbetur à Papa, vt patet distinct. 17. cap. 1. & per totum. Et auctoritas Papæ non dependet à Concilio; sed auctoritas Concilii à Papa, qui est super Concilia, extr. de electione. Significasti. Et ab omnibus potest appellari ad Papam, in causis Ecclesiasticis; etiam à Conciliis. Sicut appellauerunt, Flavianus Patriarcha Constantinopolitanus, & Ioannes Chrysothomus à Conciliis factis in Oriente contra eos, & Ignatius ad Nicolaum Papam I. Non autem à Papæ iudicio ad Concilium, vt dicitur ix. quæst. 3. Ista omnia dixerunt, & crediderunt, & determinauerunt omnes Sancti Doctores, ac Pontifices, tam Græci, quam Latini, & Concilia vniuersalia, quæ celebrata sunt, tam in Oriente, quam in Occidente; quæ fuerunt legitima Concilia, non conciliabula, nec synagoga Sathanæ; sicut Conciliabulum Ariminense celebratum per Arrianos, procurante Constantio hæretico; & aliud congregatum per Theophilum Patriarcham Alexandrinum, ad deponendum Ioannem Chrysothomum Patriarcham Constantinopolitanum; & illud coactum per Dioscorum Alexandrinum Episcopum, cum Antiocheno, & Hierosolymitano Patriarchis, ad deponendum Flavianum Patriarcham Constantinopolitanum; quæ omnia fuerunt reprobata à Pontificibus Romanis, & à veris Conciliis. Hæc breuiter dicta sunt, ad ostendendam superbiam, & rebellionem Græcorum, qui toties deficientes ab Ecclesia Romanâ, in seruitutem Turcicam merito inciderunt. *S. Antonii. 3. p. rit. 22. cap. 13.*

**XI.**  
Aeneas  
Sylvius  
Constantinopol.  
clade  
audita,  
Pontifici  
instruat,  
& quid  
facto opis  
sit.

Fungebatur per id temporis, officio Nuncij Apostolici, apud Fridericum Imperatorem, Aeneas Sylvius, Episcopus Senensis. Is statim atque certior factus est de clade Constantinopolitanâ, inprimis Nicolao Pontifici omnia, vt contigerant, significauit; simulque admonuit, quid facto opus foret. Tremis manus, ait, dum hæc scribo; horret animus, neque tacere indignatio sinit, neque dolor loqui permittit. Heu miseram Christianitatem. Tædet iam vita. Feliciter vitam aut hunc casum obijsemus. Italia, Germania, Gallia, & Hispania magnæ ex parte saluis, in vrbem Constantinopolitanam, pro pudor, ab effeminatis Turcis capi permittimus. credo hæc iam vestra pietatis aures accepisse. Egre dior Germaniam, & ad Græciam pergo. Turcorum Imperator magnis militum copijs, Constantinopolim proximis diebus, obsidione, terrâ, marique cinxit, atque admodum machinis, & insultu ter facta expugnauit; populum omnem gladio extinxit: Sacerdotes diuersis tormentorum generibus excarnificauit; neque sexui, neque ætati pepercit. Quatraginta, & amplius nulla personarum illic occisa referuntur. Quiræ gestas ad nos ex Rascia venientes emittunt, Palæologum, qui apud eos imperat, capite mutilatum, solum eius ereptum fugâ, in Pera modò obsessum auert. Nolo ista sigillatim profecti, quæ per alios, & melius, & verius Sancti auctoris vestra conscripta esse non ambigo. Satis est mihi cum vestra pietate de tanta Christianitatis trina dolo. Vrbis, quæ post Constantinum in annos M. C. & ultra durauerat, neque vquam in potestatem venerat infidelium, spurcissimorum Turcorum hoc infelici anno, direptioni patuit. Doleo Templum illud toto terrarum Orbe famossimum Sophiæ, vel destrui, vel pollui. Doleo infinitas Sanctorum Basilicas, opere mirando constructas; vel ruina, vel spurcitiæ Mahometi subiacere. Quid de Iherusalem dicam, qui illic erant innumerabiles, nondum Latine cogniti? Heu, quot tunc magnorum nomina virorum peribunt. Secunda mors ista Homero, secun-

dus Platoni obitus. Vbi nunc Philosophorum, aut Poetarum ingenia requiremus? Extinctus est fons Musarum. Vtinam nobis tantum superaret ingenij, vt hæc calamitatem dignis vocibus deplorare possemus. Admodum ista cor meum vident, atque expungunt, sanctissime Mater. Video simul, & Fidem, & doctrinam deleri: idq. nostrâ desideria accidit, qui solum presentia respicimus. Quod si feruentiores ad rem Christi publicâ animos adhiberemus; hæc profectò nefanda clades inferti nobis minimè potuisset. Certus sum, quod morore magno vestra Sanctitas est afflicta, multumq. huius rei deplorat euentum. Neq. abs re quidem. Nemo est enim, cui magis tanti mali fama, quàm vestra pietati sit obfuturâ. Nam Scriptores omnes, qui apud Latinos Romanorum Pontificum gesta referrent, cum ad vestrum tempus fuerit peruenitum, in hæc sententiam de vestra gloriâ scribent, Nicolaus Papa V. natione Thuscus, sedit annis tot. Patrimonium Ecclesiæ ex tyrannorum manibus vindicauit. Diuisam Ecclesiâ vniouit reddidit. Bernardinum Senensem Catholico Sanctorum annumerauit. Palatium S. Petri construxit. Basilicam eius mirificè reparauit. Iubileum celebrauit. Fridericum III. coronauit. Pulchra hæc, & decora de vestro nomine predicabuntur. Sed illud omnia funestabit, cum in sine adicietur; At huius tempore Vrbis Regia Constantinopolis à Turcis capta, direpta est. Nescio, an diruta incensandici poteris: quannus in manus hostium data, minus exultatio nobis quam intergrâ possit abesse. Itaq. luctu vestra fama, sine vestra culpa. qui & si totis conatibus operam ferre misistis, cunctiati studuistis, non tamen Christianis Regibus persuadere potuistis, vt arma simul capessentes, commune Fidei negotium adiuuarent: Negabant, tamen esse periculum, quantum dicebatur. mentiri Græcos, mendaciarque pecunias arbitrabantur; omnia ficta, vanaq. reputabant. Fecit Vestra Beatitudo, quod potuit. Nihil est, quod Vestra Clementia possit impingi; sed tamen impinger hoc vestro nomini, posteritas rerum ignota, cum vestro tempore Constantinopolim amissam didicerit. Timui semper hoc, Beatissime Pater, cum multa ex sententiâ vestra gloriæ succedere armaduerterem; ne sinistram aliquid emergeret, quod felicitatis cursum impediens, lachrymabilem afferret materiam. Ecce ego timui. Ex duobus Christianitatis luminibus, alterum iam videmus erutum; Orientalis Imperij eueram Seditem; Græciam omnem gloriam extinctam cernimus. Maiores nostri, Hierosolymam, Accaron, Antiochiâ perdidit, fatentur ingens malum. Sed nulla clades moderna ruina comparanda est. In Asia, & in alienâ possessione nostri veteres Vrbes amiserunt in Europa, in nostro solo, inter Christianos potentissimam Vrbem, Orientalis Imperij Caput, Græciæ columnam, litterarum domicilium ab hostili manu suimus expugnati. Iam regnat inter nos Mahometus. Iam nostris ceruicibus imminet Turcorum gladius. Iam nobis clausus est Euxinus, & Thanaos inaccessibilis factus. Iam Valachos Turco parere necessum est. Inde ad Vngaros, inde ad Germanos Turcorum gladius penetrabit. Et nos interim domesticis quatimur odijs. Reges Franciæ, & Angliæ, inter se litigant. Germani Principes inuicem bella gerunt. Raro Hispania tota quiescit. Italia nostra pacis experta, de alieno iure contendit. O quanto melius tantum armorum, tantumq. militie in hostes Fidei verteremus. Verum, Beatissime Pater, non scio cui magis, quàm Vestra Sanctitati hæc cura debeatur. Vestrum est iam assurgere, scribere Regibus, mittere Legatos, monere, hortari Principes, atq. Communitates, vt in aliquem communem locum, aut veniant, aut mittant; dumq. malum est recens Christiana Reipublica consulere festinent; pacem, aut inducias inter socios Fidei componant, atq. iunctio viribus aduersus salutiferâ Crucis inimicos arma moueant. Spero e quidem, si Vestra Sanctitas suo ex more hoc negotium seruido, & ardenti animo, totiq. corde promouendum acceperit, & Deum, & homines assensuros; futurumque breui, vt insolentia sua Turcos peniteat, atque in altum Christiana fides emergat. Ex Gretio Syriensi, die 12. Iulij. Anno 1453.

Addit in posterioribus, die XI. Augusti, eidem Nicolaio Pontifici, ex eodem Gretio scriptis, fe multa cum Cæsare Friderico, de hac calamitate Reipublicæ Christianæ locutum fuisse, mentemq. eius bonam inuenisse: sed impossibile esse, præclare agere illum, cui facultates decissent. Quod si, inquit, Vestra Sanctitas, sui Principes auscultant, ad hoc nauarit operas, non est mihi dubium,

**XII.**  
item Nico-  
lao Card.  
Cusano.

quin furor Turcorum comprimi possit, & Christiano populo bene consuli.

Ista Pontifici Nicolao: quæ propter multarum rerum noticiam adiungere vitium, Nicolaus Cusano S. R. E. tituli S. Petri ad vincula presbytero Cardinali, Episcopo Brixinensi, Apostolicæ Sedis, per Germaniam, & Bohemiam Legato.

Quamuis res Orientis satis notas, & nimis, heu nimis notas esse dignationi vestre non dubitè, non tamen abs re arbitror, de illis cū vestra pietate, & colloqui, & condolere, qui partes illas vidistis, & quātū in dē Christianæ religioni possit emergere præiudiciū, optime nouistis. Quomodo se habeat Græcia ad reliquā Europā, non ignoratis: Thracia sibi scitis: Constantinopolitana vrbis magnitudinē, murorū molem, adiacentis maris, & terra qualitate pulchre tenetis: quæ sit Turcorū potentia, quæ Latinorum negligentia, non latet vestram dignationem. Sed cur hæc tam longius profectior tempore quia infelix, insustum, durum, horrendum ad nos delatū est nunciū, Constantinopolim expugnatam, Peram Turcis deditam, classem Christianorum, quæ opem ferre obfessabat, vitā interceptamque esse. Aiunt enim, qui de Rascia ad nos veniunt, Imperatorum Turcorum, pridie Calendis Iunij, ad vrbem Constantinopolitana, machinas bellicas admoisse, insultusque trinos dedisse: primis duobus succubuisse, multosque sutorum amississe; deinde iratum, omne militum robur (ducenta enim, & amplius milia virorum in exercitu ferre habuisse) muros adire, atque ascendere scalas iussisse; insimulque inter pugnatōres profectum, alijs minatum, alijs, premia pollicentem, tertium insulsum magnā vi, summoque conatu aggressum, tandem fatigatis magis, quàm victis oppidam, rupto cuiusdam veteris portæ muro, vrbem introisse; datis edictis, vt à sex annis supra, omnes vrbisq. sexus persone necarentur. Imperator nouæ Romæ captus, mox capite truncatus affertur. Sacerdotes, & vniuersi Monachi, diuersis tormentorum generibus lacerati, necarique sunt. Reliquum omnia vulgus gladio datum: tāta sanguinis effusio facta, vt riuus cruoris per vrbem currerent. Sic nobilissima vrbis per Constantinum primum condita, in manus infidelium venit, ab eius conditione, anno. M. C. XXX. vel circa: tantoque tempore, aut paulo plus senior Roma steterat, quando primum à Gotis capta est. Athalaricus enim anno ab vrbe condita M. C. LXIII. Romam irrupit. At hic ne Basilicæ Sanctorum effringerentur, edixit. Quid autem factura sit Turcorum rabies in vrbe Regiâ, non scio. Supplicari facile est. Inimica gens nostra religioni, nihil ibi sanctum, nihil mundum reliquet. Aut destruet nobilia templa, aut certe profanabit. Heu templum illud Sophiæ toto orbe famossimum, noningentis quondam Sacerdotibus celebratum, mirabili opere, pretiosa materia constructum, vel ruina iam patet, vel Mahometi spurcitiæ subiacet. Monachorum abdita, Sanctorum Sancta, lupanariibus seruiunt. Aut delebitur ciuitas nobilis, aut in manus Christiani populi detrimentum Turcorum Sedes efficietur. O insignis Græciæ, ecce iam tuam finem. Quis non tuam indolentem & plurima olim vrbes in Græcia fuerunt, fama, rebusque potentes. Legimus Thebanorum res gestas, Lacedæmoniorum, & Atheniensium Illustria facta. Fuit Corinthiorum non contemenda Reipublica. Clare olim Micene, Larissa potens, pluresque memorabiles Vrbes, quarum si nunc requiratur muros, nec ruinas inueniunt. Nemo solum, in quo iacuerint, queat ostendere. Sola ex tanta ruinâ vetustatis Constantinopolis superabat, quæ de paruo Byzanti ambitu à Pausaniâ quōdam constructa, per Constantinum Cæsarem in emulationem vrbis Romæ ad incredibile fastidium euecta; tantum mirabilium operum, tantum armorum, tantum litterarum, tantum gloriæ habuit; vt omnium ciuitatum danna, hæc vrbis sola recompensare videretur. Hinc post pacem cum Gratiano factam, & à Theodosio confirmatam, veniens Constantinopolim Rex Gothorum Athanaricus, miratus vrbis Regiæ splendorem, ac magnitudinem, velut stupens dixisse fertur. Deus terrenus est Imperator, & quisquis aduersus eum manum mouerit, ipse sui sanguinis reus existit. Et licet post diuisum Imperium, sive translatum ad Francos, vt melius loquamur sepe Constantinopolim in manus hostium venerit, vt etiam vestram dignationem dicere soliti memini, nunquam tamen illa vrbe Christiani nominis hostes potiri sunt, neque Basilicæ Sanctorum destructæ, neque Bibliothecæ combustæ, neque despoliata penitus Monasteria.

Itaque mansit vsque in hunc diem vetusta sapientia apud Constantinopolim monumentum, ac si ibi domicilium litterarum esset. Nemo Latinorum satis videri doctus poterat, nisi per aliquot tempus Constantinopoli studuisset, quodque deflorente Romæ doctrinam nomen habuerunt Athena, id nostrâ tempestate videbatur Constantinopolis obtinere. Inde nobis Plazo redditus, inde Aristoteles, Demosthenis, Xenophontis, Tucididis, Basilij, Dionysij, Origenis, & aliorum multa opera diebus nostris manifestata sunt nobis Latinis. Multa præterea in futurum manifestanda sperabamus, nō verò vincensibus Turcis, & omnia possidentibus, quæ Græciæ poterat tenuit, actum esse de litteris arbitror. Numquid mea sententiâ maior Græco nomini iactura, quàm modo contigit. Xerxes & Darius, qui quondam magnis cladibus Græciam afflixerunt, bellum viris non litteris intulerunt. Romani, quamuis Græciam in suam potestatem redegerint, non solum Græciæ literas asseruati non sunt, sed vtrò amplexi, veneratq. referuntur, aded, vt tum quisque doctissimus haberetur, cum Græcissimum sese ostendebat. Nunc quod Turcorū Imperio secus eueniet, sanctissimorum hominum, bonorum morum, atque litterarum hostium. Non enim, vt quidam vident, Teucrorū sunt soboles, neque Persarum, qui nunc Turci dicuntur. Scitharum ex media barbarie genere profectū est, quod vtrâ Euxinum, Pirrhiobisque mōtes, ad Oceanum Septentrionalem Sedes prius habuisse traditur, vt Euthimo Philosopho placet. Gens ignominiosa, & incognita, fornicaria in cunctis stuprorum generibus, lupanarium cultrix, quæ abominabilia quæque comedit; ignara vini, frumenti, atque salis. In horum manus venisse Græciam eloquentiam, nemo est, qui non doleat: Magnum (and hoc est detrimentum; sed multo maius illud, quod Fidem Christianam comminuit, & in angulū coarctari videmus. Nam que totum olim orbem occupauerat, iam ex Asia, Lybiaque profugata, neque in Europa quiescere permittitur. Multum est, quod Tartari Turci que tenent, citrà Tanaim, & Hellespontum. Sarraceni quoque apud Hispanos Regnum occupant. Parum est, quod in orbe Christianum nomen obumbrat. Terram, in qua visus est Deus noster, & annis XXX. & amplius homo cum hominibus conuersatus, quam miraculis illustrauit; quam proprio sanguine delicauit; in qua primi resurrectionis flores apparuerunt, iam diu propter peccata nostra Crucis inimici conculant. Terra benedicta, terra promissionis, terra fundens lac, & mel, sclerata gentis imperio parer. En ipsam Dei vniuersi Ciuitatem, officinasq. nostræ redemptionis, sanctaque loca agni immaculati purpurata cruce, Sarracorum iam diu manus, pedesque polluerunt. An non, sium religionis Sarracorum, sanctumque lectum conculant Mahometi satellites, in quo propter nos vita nostra obdormiuit in morte? At tolerabilis fuit ciuitates, quas inter hostes habuimus amittere, quàm bis expelli vrbibus, quæ nostro in solo fundata Christianisque cinctæ fuerunt. Quid est, quod modò amittimus? quippe Regiam Ciuitatem, Orientalis Imperij sedem, Græciæ gentis columnam, secundam Patriarchæ solium. Heu late patens Christiani quondam religio, quomodo coarctatis, & deficiat: Ex quatuor maximis Patriarchis, solum tibi Romanus superest. Quo pacto iam stare potes, ex quatuor columnis, quibus omne stetit Ecclesiasticum adificium, tribus ademptis; Ex duobus oculis vnum amissis. Nisi diuina te miracratio respicit, parum est, quod de tua salute speremus: quippe Turcorum Imperator Constantinopolitana potius victoria, non vt plerisque veterum fecisse legimus, desidia sese tradidit, sed Peram mox aggressus vicinam vrbem, & à Leguribus longo tempore possessam, in deditonem accepit. Classem, quam Summus Pontifex Nicolaus, cum Venetis, ac Ianuensibus, & Carthalanis in auxilium Græciæ struxerat, sive tempestatibus iactatam, sive per ignorantiam locorum inclausam, sive alio quouis infortunio malè defensam, vt rumor est, interceptit: maximas ibi opes, bellicorum instrumentorum vim summam, armorum omnium generis ingens pondus adeptus est. Puberes omnes occidit, tan-risque iunc cladibus Christianum populum affecit, quantis autè hæc multis seculis inauditum arbitror. Triplicem ille sub vno tempore gerit triumphum: nos triplici conflictu conseruati iacemus. Ferunt, qui de Venetis ad nos veniunt, omnia in cunctis plena esse, nullamque domum vacare merore; hinc matronæ, inde viri lugent. Alie maritos, alie filios, alie fratres desunt: nulli non propinquus ademptus est. Præuarim, & publice lamenta auduntur. Conseruatus Senatus, iam non Ponticam, aut Sirciacam, seu Creticam solum, sed Adriaticam quoque nauigationem ami-



siue videtur. Neque abs re. Albania partem Turci tenent. Quid si nunc victoriam prosequantur, quo pacto Turcorum potentie Dyrrachium resistet? cui Constantinopolis par esse non potuit. Inde Brundisium ex parte Italia vicinum, quis tuebatur? Claudens Adriaticum sinum. Magna iactura Veneti nominis, sed maior Christianitatis, que superatis Venetis, non habet amplius maris Imperium. Neque Cathelani, neque Ianuenses, quamuis potentissimi sint, sine Venetis, pares poterunt esse Turcis. Satis erat illis Africanorum molestos, & asiduos compescere impetus, quibus cum, perpetuis contentionibus agitauerunt. Hac mihi, pie Pater, & acerba, & miserrima videntur, ex quibus habemus de preterito, qua doleamus, & de futuro, que timeamus. Res mala est, multo deterior. Videmus cladem Græcorum, nunc Latinorum ruinas expectamus. Excussa est vicina domus, nunc nostra praesolatur incendium. Qui sunt iam medij inter nos, & Turcos? Parum terra, parum nos hinc atque inde disungit aquarum. Imminet iam nostris ceruicibus Turcorum gladius, & nos interini intestina gerimus bella. Fratres persequimur, & hostes Crucie in nos grassari sinimus. Theutonibus cum Theutonibus irati sumus: Italum sanguinem, manibus Italia fundit, neque Galli, neque Hispani inter se conueniunt. Inter finitimos, viget vbique simultas, immortale odium, & male sanabile vulnus. Opportunum tempus, Turcorum ductor sibi elogit. Tunc Græcos inuasit, dum Latinos inter se diuisos accepit. Auferat sibi mentem Deus vadendi in nos vltimus, dum sumus discordes, neque frater fratri, neque filio pater fidet. Actum de nobis est, nisi diuina pietas adiumento fuerit. Sed vigilantibus, atque agentibus superi fauent, ignaues fugiunt: nisi se quisque inuict, frustra diuina fatigauerit opem. Audentes fortuna tuat, timentes, negligentesque procul abigit. Ob quas res, licet Sanctissimum Dominum nostrum, vniuersumque Sacri senatus ordinem, ad reipublice Christiana salutem, Summo nunc studio intentum fore confidam, magnopere tamen optarem, hoc tempore vestram prudentissimam dignitatem esse Roma. Scio, currentem equum calcantibus vigeretis, neque illam in tanto negotio negligentiam patere. Nunc istum, nunc illum Cardinale alloqueremini, neque Apostolicas aures sineretis esse quietas. Sperarem vestra sollicitudine breui pronitionem fieri, qua non solum aduersus infideles Christianas res defendi, sed suis in sedibus Turci quasi, contere atque deleri possent. Puto autem in tanto negotio, aut reuocabitur ad vrbem vestra dignitas, communi salutis consultiura, aut certe iubebitur, suscepta Legatione Germanicam gentem ad succurrendum labenti Fidei excitare. Quod si neutrum horum fieret, licet ego Mineruam instruere praesumam, optimum tamen factum putarem: vltro dignitatem vestram, Summo Pontifici, ac sacro collegio litteras dare, vt nunc in tanta rerum asperitate, totis assurgant animis, neque pecunijs, neque personis ignoscant. Dum noua sunt vulnera remedium querant, neque putrescere per incuriam sinant vulnus. Vocent Reges, & Principes, in certum aliquem locum: dicant conueniendi diem, mittant Legatos de latere Summi Pont. exponat mala, qua passa est modò Christiana Respublica, qua futura timeantur pericula, prouidendi modos aperiant; inter Christianos, aut pacem, aut inducias belli componant, Crucem praedicent, remissionem peccatorum polliceantur. Intonet Apostolica tuba, nihil negligat, nihil hoc tempore omitat. Non est mihi dubium: si locus rebus accommodus nominetur, quin Reges, aut veniant, aut mittant, bonisque animis hoc Fidei negotium amplectantur. Ego quidem iam Casari non clanculum, sed in publico consilio de hac ipsa re, non pauca verba feci. Inueni mentem eius & voluntatem apprimè ardentem. Sanè multi ex Senatoribus, qui aderant, diuine hortantem, Casaremque respondentem audirent, vberes lacrymas emisere. Vidisset senes venerandà canicie, suas manus in hanc expeditionem prompto corde afferentes, & qui se mori beatos dicebant, si militantes aduersus impiâ barbarie caderent. Taceo robustos viros, & feruenti sanguine iuuenes, quibus vnus diei mora in tali negotio animus esse videtur. Arbitror, & in aliorum Principum Curijs itidem inueniri. Neque Rhenensium nobilitatem, neque Gallorum magnanimitatem, neque prudentiam Italicorum, neque Hispanorum fortitudinem, aut Anglorum audaciam in tali necessitate futuram, vel ratio suadet, vel animus timer. Bohemos, Vngaros, Polonos, ipsa loci propinquitas adnovebit. Fiet, mihi credite, fiet commune omnium Christianorum passagium, si Romani Pontificis hoc

tempore surrexerit auctoritas, ac bonorum Predicatorum, inter quos esse vestram pietatem, commune iudicium habet fideles, ac diserte voces in fines orbis terrarum sonuerint. Neque necessarium erit de Matathia, vel alijs exempla proponere, qui pro patris legibus, cum paucis aduersus hostium innumerabiles copias pugnao vicerunt. Est terra nostra secunda virorum fortium; exercitum innumerabilem componere potest. Robusta inueniuntur pectora in armis habentur: sine viros, sine equos, sine arma requiras. Superiores Christiani sunt Turcis. Nihil est quod nobis obstit, nisi vel negligentia, vel dissenso nostra. Sive mari, sive terra pugnandum est, velimus solum, victores erimus. Sola quondem Italia, Graeciam, Asiam, Lybiam, Aegyptumque armis vicit. Quid nunc adiunctis Germaniae, Galliaeque viribus ager? Scimus, maiorum nostrorum memoria, quotienscumq; Latinorum vires conuenerunt, Orientali populo contremuisse, semperque nostros exercitus remeasse victores: nisi forsitan aliquando peccatis populi Deus iratus, vel pestilentia nostras, vel fame contriuit. Nam Marte manifesto semper victoria penes Latinos fuit. Quod si nunc bonis animis Christianus populus, non tetra auaritia causa, non inanis gloria cupidus, sed Dei solum zelo succensus, pro fratribus salute, pro lege Christi, pro augmento Catholicae Fidei sumpsit arma, respiciet, non est dubium, ex alto Dominus plebem suam, letisque super filijs hominum, hereditatem suam tuebatur, ac non solum de Turcis, si perseuerantes erimus, sed de Sarracenis quoque ceterisque Barbaris gentibus, victrici dextera sua triumphum nobis largietur. Ex Graeco Stira. XII. Kal. Augusti. M.CCCC.LIII.

Hæc Aeneas Syluius, priuatim, publiceque agebat, si quomodo Summum Pontificem, Imperatorem, Sacrum Collegiū, Reges ac Principes Christianos contra Turcas excitaret. Non suado Imperatori Friderico narrauit. Quid hic decreuerit: placet ex eius ad Nicolaum Pont. Max. datis litteris cognoscere. Ita habent. Beatissime Pater, & Domine Reuerendissime.

Cū nobis renunciatum esset his diebus, Constantinopolim Graecia caput, & Orientalis Imperij quodam Sede, per Turcorum dominū expugnata, & in seruitute redacta, multumq; ibi Christiani sanguinis fuisse, grauitèr quidē, vt debemus, & molestissime tulimus; commune Christianae religionis calamitate atq; iactura, intelligentes, non de preterito solum, quod doleamus, sed de futuro quoque, quod timeamus, tanta vrbis amissione fidelibus Christianis abundè patere. Namque si verus est rumor non de delarum, hominum quadraginta millia cōsa sunt: anima plures in seruitium miserabile ducta. Tempora nomini diuino dedicata, funditus diruta: naues non paucae captae, amissa ciuitas famosissima, & ratione sitis, & ex alijs conditionibus ad tutelam Christianitatis admodum necessaria, in quaper multa secula, & Patriarchalis dignitas claruit, & Imperialis Maiestatis insignia floruerunt. Taceamus de litteris, ac bonorum omnium arrium studijs, quae veluti domicilium proprium ex tota Graecia Constantinopolim habuere. Quibus modò cum ciuitate caderentibus, nullum profecto credimus esse Christiano nomine insignitum, qui de tanta vrbis ruina supra modum non angatur, & doleat. Maximum certe, atque horribile vulnus illatum est Ecclesie Catholicae nostro tempore, ac maius, quam scriptis possit, aut verbis exprimi: cum potentissimus, crudelissimus, immanissimusque hostis in manu victoriam hanc, vrbemque nactus sit, ex qua Fidei Christianae, quam persequitur pro sua libidine multum possit officere. Quis enim eum in dies non plura conaturum existimet, quibus Christianorum gentem in perniciem desolationemque adducat: quippe victoria ex sua natura insolens, etiam si ad mites veniret, feroces eos, impudentesque redderet: quid cum his agat, qui supra ingenio soliti sunt sauire? An putare quisquam potest, iratorum hominum, cupidorum, atq; acerbissimorum quieturam esse victoriam? Enimuerò qui ex illis partibus ad nos veniunt, & Peram aunt Christianis perdidit, & alia pleraque loca vicina Constantinopoli per Turcos occupata; qui proximatam quamque victoriam, non desunt, aut scordie ductus, sed instrumentū sequentis habent, studiisque omnibus entuntur, vt Christianū nomen ad interreionem redigant. Nescimus, an vera sint, quae auctore non certo dicuntur, timere tamen magis, quam sperare multa nos vrgent rationes: Eama, quae de venturis Turcorū exercitibus erat, ciuitas Regia pro magnitudine sua parū populo, hostiū propinquitas, auxiliū spes remotior, & infelix, ac dolorum nunciū, optato, & sancto semper creditū. Quibus ex

XIII. Friderici Imperatoris ad Nicolaum V. Epistolam.

rebus, & si non dubitemus Sanctitatem vestram his cognitis excitatam esse ad cogitandum, inueniendumq; modos, quibus tam periculoso & potenti hosti, ne amplius noceat, opportune resistatur; tamen quia nos quoque velut Imperatorem, & Aduocatum Ecclesiae, res ista concernit, haud abs re credimus esse, si Clementiam Vestram pro communi salute fidelium accensam, magis, ac magis inflammare nitamur. Neque enim res est, quae vel negligi debeat, vel differri. Occurrere oportet, priusquam vulnus altius insigatur, aut veneni labes in corda descendat. Ceterum cum tanto negotio, non vnus Prouincia, aut paucorum Principum, sed omnium Christianorum Regum, seu certe magna partis eorum necessaria vires excitant: dicemus confidenter, quod nobis ex vsu videtur, neque dubitamus, quin dicta nostra, Vestra Sanctitas in partem recipiet meliorem. Sanè pro tanto, & tam necessario opere, optimum factū censemus, Clementiam Vestram, quae locum tenet in terris Saluatoris nostri IESV CHRISTI, eius res agit, nunc exurgere, scribere Regibus, Legatos mittere, monere, hortari Principes, ac Communitates, in aliquem commune locum, vt aut veniant, aut mittant: nunc dum malum est recens, Christianae rei consulere festinent: Pacem, aut inducias inter socios Fidei componant, atque iunctis viribus, aduersus salutiferam crucis inimicos, arma promoueant. Quod si Vestra Sanctitas, toto peccore, suoque more, ad rem hanc tam piam, & vtilem intendat, non est nobis dubium, quin plures et Reges, & Principes, in quibus zelus domus Dei, & ardor Fidei Orthodoxae non est extinctus, ad vestrum mandatum, voluntarios & obsequentes se praebeant. Nos certe pietati Vestrae vt libuerit, & assistere, & cooperari, pro nostri officij debito minimè omittemus. Solum precamur, vt vestrum in hoc negotio consilium, & intentum communicare dignemini. Namque si opus fuerit, nostra nationis, & Imperij Sacri Principes ad hoc ipsum conuocare, & alia, quae iuxta consilium Vestrum putauerimus opportuna, implere non negligemus. Quia verò ad huiusmodi negotiorum maxime conducere arbitramur, ita licet bella quamprimum sopiri, quamuis Beatitudinem Vestram ad hoc conari; & per se sufficere non ambigamus: tamen quia anno proximè decursu, & Neapoli, & Ferraria, & Venetis de hoc plurimum egimus, licet frustra: Si pietati Vestrae in praesentiarum quouis modo expedire vidatur, quod Oratores, aut ad Sanctitatem Vestram, aut ad partes contendentes mittamus, siue alio modo pro pace celerius concilianda laboremus, vt Vestra Sanctitas fuerit visum, eo modo faciemus, omnique cura, & studio promerimus ad ea intendere, per quae pace ita ut alis, quam ceteris Christianis data, & furori Turcorum resistatur, & Christiana Religio in suo statu conuiescere possit, & debito sub splendore foueri. Datum Rom. Syluius epist. 135. 140. 162. 163.

XIV. Nicol. V. clade Constantinopolitana audita, in morbu incidit.

Hortari tamen Principes Christianos in Turcas non desistit.

XV. Similiter Fridericus Caesar.

norum Principum, qui Turcarum nomini infestissimū sese ostendebat; siue patrem vltimus, quem Turca olim captum, multo auro vendiderat; siue religionis amore, quod hac potissimum viâ, aeternam vitam quaereret; siue rumoris populi hinc venaretur, cui mortaliū pars maxima inferuit. Multum ex eius aduentu auctoritatis accessit Ratisponensi, Concilio. Nam & Baioariae Dux Ludouicus, & Albertus Marchio Brandenburgensis, & alij complures Principes, audita Burgundi protectione excitati, Ratisponam petiere; qui alioquin domi remansissent. Imperator quamuis spem fecerat sui aduentus non teneum: mutato tamen consilio, in Austria commoratus est; veritus, ne vicina Hungariae flamma, in suam domum incenderet. Gilles, & Hantrauter latronum Principes, per id temporis Austriae, Stiriaeque proximi, Hungariam vastabant; aduersus quos Ioannes Hunnidae Regni Gubernator propediem conflicturus existimabatur. Vt victor quisquis esset; Imperatori timendus erat. Itaque is more hominum, res proprias per seipsum, communes per Legatos curare statuit. Militi igitur Ratisponam egregios ex Curia sua Oratores, Barones duos; Episcopos duos, quorum alter Vricus Gurgensis, alter Aeneas Senensis fuit; & his adiunctus est Nicolaus Sancti Petri Cardinalis, qui tum apud Ecclesiam suam Brixinensem morabatur. Nicolaus Pontifex Maximus, Ioannem Episcopum Papiensem eò tranfmisit, qui defensionem fidei Catholicae Comitio commendaret, & opem suam offerret. Conuentu iam pleno, cum Praelati Ecclesiarum, & Principes Christiani multi adessent, concione in praetorio Ciuitatis vocatâ, Aeneas vice Imperatoris verba fecit: quibus, quantum detrimenti Christiana Respublica, in expugnatione Constantinopolitana accepisset; & quantum immineret periculum, nisi Turcarum conatibus occurreretur, planè; dilucideque monstrauit, capiendaque arma pro communi utilitate suavit: excusato Imperatore, qui domi necessario remansisset. Habuit orationem, & Apostolico nomine, Ioannes Episcopus Papiensis; & pro Burgundo loquutus est; Ioannes Tullensis Episcopus. Nicolaus quoque Cardinalis Sancti Petri, non nihil ad persuasionem Sacri belli effatus est; & alii non pauci, pro suo quique captu perorarunt, vt assolet in multitudine congregatâ. Philippus Burgundio, cum Aeneam addidisset: Quid opus est, inquit, multis verbis? Satis Aeneas ostendit, quae nobis incumbunt. Dicant de cetero, quae volunt, ego de meipso loquar. Noui, in quo discrimine Christiana res est. Si Fidem nostram, si libertatem, si vitam retinere volumus, necesse est obtiniam Turcis ire, eorumque vires opprimere, priusquam amplius inualeant. Cui rei, neque corpus meum, neque facultates negabo: modò etiam Principes alius ad eam rem idoneus sese accingat, cui possem comes ire. Laudatus est à toto Conuentu Philippus, & vnus omnium iudicatus aptus, dignusque, qui Republicam administraret. Exinde sententia cunctorum dictis, in verba Aeneae decretum factum est: nec quicquam fuit, qui non expeditionem in Turcas ducendam censeret. Placuit tamen auxilia Francorum imprimis exquirere, qui equites expeditioni adiungerent; & Italicorum, qui classem validam, in Graeciam, Asiamque traducerent, ac Turcarum praecipuas infestaret Sedes. Germanorum verò alium Conuentum cogendum esse apud Franckfordiam Mogano adiacetem, qui Rhenum è regione Moguntiae influit; vt ibi delectus militum fieret, & altitres bello pecunias perquirerentur. *Gobellius libro primo, Commentariorum p. 7. Secundo.*

Diū est aliquid, de Phil. Burgundiae Duce. Eū, quod fecit Nicol. Pontifex virū esse bonū, amantissimūq; religionis, ac potentissimum totius Christiani nominis Ducē, certiore fecerat omnium, quae in Oriente acciderant: sc. captam esse Constantinopolim, post quartū &

Inter Christianos principes Dux Burgundiae laudatissimus fuit.

XVI. Idem alio teste adstruitur.

quinquagesimum obsidionis diem; ingentem eadem editam; in omnem sexum, & aetatem sauitum; pueros, virgines, matronas ad stuprum raptas: Templum augustissimum Sophiae, Iustiniani Caesaris opus omnibus sacris, profanisque rebus spoliatum, cum ceteris spurcissimis inquinatum, factum lupanar scortorum, equorumque stabulum; Raptas Sanctorum reliquias; Sanctorum Martyrum ossa canibus suisque obiecta; Signum Domini Cruci affixi, omni genere turpitudinis (horreo dicere) conspurcatur; per totum triduum foedissimae direptioni nobilissimam Urbem patuisse; Constantino Augusto caput recisum, & hasta infixum, ludibrio per exercitum, perque totam Graeciam circumlatum; Chir Lucam secundum a Constantino in conuiuio cum duobus filiis decollatum; Constantini coniugem, ac filias, aliasque splendidissimas matronas primum eodem conuiuio stupratis, inde frustulatum dissectas, formosiores nobilium liberos, abominandae tyrannorum libidini destinatos, omnem ferè nobilitatem trucidatam, multos Genuensium, Venerorum, aliorumque Latinorum partim ferro caesos, partim multo auro redemptos; Peram vicinum oppidum, eandem tulisse fortunam; hic Ioannem Iustinianum Genuensem, Theophilum Palaeologum Graecum, & Ioannem Sclauum Dalmatam, fortissimos Duces occubuisse: Isidorum Episcopum Ruthenae, & Cardinalem, a Sede Apostolica Legatum eodem missum, aufugisse; Gregorium Patriarcham, aliquando ob fidem orthodoxam a Constantino Imperatore domo exactum, gladio Turcico caesum; Orientalem demum Imperium, alterum Christianitatis oculum amissum. Ita cum Nicolaus Papa Philippo renunciaisset, operaque ab eo postulasset; è vestigio is ad Pontificem misit quatuor triremes, milite, com meatuque bene instructas, maioraque auxilia promisit. De hinc paulò post grande dedit Insulam nobilitati suae conuiuium, in quo ad appetitum phasianum, conceptis verbis de more iuravit, voutitque Deo Patri, & Filio, & Spiritui sancto, gloriosae Matri Dei Virgini Mariae, ac vniuerso coelestium choro, si Rex Gallorum vellet ditiones ipsius seruare in pace, se profecturum omnibus viribus in Turcam, neque cessaturum, donec aut omnibus copijs in illum pugnet, aut duellum cum illo committat. Proceres quoque alii alia voverunt. Meyerus Annalium Flandria lib. 16.

XVII. Gallorum subsidia expetit Nicolaus Pontifex.

Consentit Gallorum Rex è contra Anglorum superbiam tumens.

que Scholastici Magistratus tenebantur; ne solito strepitu, atque largitione officia venirent. Dum haec à Legato geruntur, Iacobus Cuerus, Caroli argentarius, cum Turcis commercium habens, delatus est, quod omnis generis arma, contra Ecclesiasticam prohibitionem ad illos importaret, opificesque, & fabros eiusmodi artium, ad eos demississet. Christianum insuper è Turcorum seruitute fore elapsum, Domino suo captiuum remisisset, & ingentem, per linguam Occitanam, pecuniam exegisset. Eas ob res, Caroli Imperio, in carcerem coniectus, deinde graui aere multatus, in exilium deportatus est. Quo etiam tempore, Guilielmus Edelinus, Theologus Doctor, Sancti Germani de Laia Prior, apud Ebroicas, ad perpetuum carcerem damnatus est, ob falsam religionis causam. Nam cum illius cuiusdam sceminae amoribus teneretur, neque consuetudine eius frui facile posset, demonem sibi patronum adhibens, eum in arictis specie adorauit; à quo postea edoctus, scopam sumere, & inter femora equitis instar ponere, qua volebat, breui momento se traducebat. quod impietatis genus Valdensium esse dicitur. Otho quoque Castellanus Florentinus, & Guilielmus Gonfierus, simulachra quaedam, Magicà arte confecerant; quorum nixu (vt ipsi stultè sperabant) praecipuum apud Regem inter aulicos auctoritatem consequerentur. Eius rei causa apud Carolum delati, alter Tholosae, alter Turonis in carcerem coniectus est. Inuenio Ludouicum Sabaudiae Ducem per id tempus, in Carolum non nihil commisisse, & propterea Regem irritatum, expeditionem in illum duxisse. Delictum, quod Guagninus in scriptoribus se non potuisse reperire asserit, erat, quod duo millia equitum, quae permissu Regis in Francia cõscriperant Florentini, aduersus Alonsum Regem Aragonum bello Hetruriam vrentem, Duce, Imperatoreque Renato in Italiam descendente, Ludouicus Sabaudiae Dux transiit Alpium prohibuisset, professus se Alphonso, ac Alphonso federatis Venetis amicum, Florentinis, ac Franciscis Sfortiae hostem. Ita P. A. Emilius. In Forestam Carolus cum venisset, vnde decessit in Sabaudis est transitus, Cardinalis Legatus Deseuillius ad Nicol. Pontificem reuertens, cognito Caroli aduentu, ad Ducem primum conuerso itinere, mox ad Carolum Regem venit; atque ita egit, vt commissorum penitentiam Ducem, omnia satis Carolo facturum iureiurando promitteret. Delphinus filia Sabaudae Caroli ducta, socrum exorauit, vt per suae ditionis fines, transitum daret auiulo, quem Altam vsque ipse duxit, peruicique, vt Ferratenis ante Sfortiae infestus, armis abstineret, Societate Venetorum relicta. Ea expeditione, conante Legato, qui ad Nicolaum reuertebatur, nihil memorabile gestum, nec in Alonsum ductus Franciscus equitatus, sed in Venetos, quod turpe sibi ratus Renatus, non suo bello, sed alieno se res gerere, ac alienis auspicijs quasi mercenarium, ne imperare quidem, sed Mediolanensi mereri, in Franciam se recepit.

XVIII. Inter Carolum, ac Philippum, cur nihil certi conuenit.

Inter Carolum, & Philippum Burgundum nihil certi poterat constitui, propter Ludouicum Delphinum, qui in patrem contumax, in Burgundiam secesserat. Is cum natu grandior esset, occasione ex aulicis, qui patri, & rebus publicis inferuient, sumpta; ex Curia in Delphinatum abire à patre impetrauerat, constituto ad hoc tempore mentium quatuor. Id seu suapte natura, seu suorum prauis consilijs fecerit, non facile scripserim. Illud certum est, Ludouicum molestissimè tulisse, quod à patre non satis pro suo arbitrio pecuniae, & prouentuum sibi suggereretur, & domesticis eius dolebat, tantam regendi auctoritatem penes quosdam aulicos fuisse, qui publicis officijs, atque Magistratibus praefecti, diuitijs abundarent; Ludouico verò, primogenito scilicet, Caroli obsequentibus, praeter quotidianam impensam, nihil illis superesse. Hac opinione ducti, Delphinatum petiuerant, prementes omnia vestigalibus, & ab opulentioribus pecunias exigentes. Nihil enim est, quod indigens nobilitas sibi non licere putet. Huius rei con-

Selestorum quorundam gestare confentur.

cius tactus Carolus, Delphinates petierat, vt Ludouicum apud Viennam, vbi propugnaculum in colle sibi edificauerat, comprehenderent. Ludouicus patris aduentu perterrefactus, ad Philippum Burgundiae Ducem, in Brabantiam perfugerat, ab eoque receptus, & debito honore habitus permanserat. Ibi Legatos Regum, Ducum, liberorum populorum admittēbat; altera prope Regia apud eum visebatur. Carolus illum ad necessitatem implorandae clementiae paternae subacturus, exercitum cõscripto, bellum Philippo antequam intulisset, postulatam ab eo filium submisserat. Expostulanti per Legatos Regi Dux respondit; se beneficiarium Regis, non posse pro Regis filium propinquae cognatione iunctum, sibi prohibere, qui maiestati nominis, quocumque; hinc pulsus pergeret, receptum sibi sit magnificè inueniturus. Non potuisse illi vlla ratione deesse, trepidanti quidem & patris irā potissimum formidanti; cupienti quoque in Turcos expeditionem ducere, si coadiuuaret pater. Auditis Legatis Carolus Rex respondit; honoris plurimum Ludouico quidem deberi, si in patrem, debitam pietatem exsolueret; neque Philippum magnoperè errasse, quod eum hospitem haberet. Verū mirari se, quae causa timoris Ludouico fuerit, quod tantoperè trepidaret; cum patrem facilem, & mansuetum maximè fuisset expertus; cuius rei testes locupletes essent, Gabriel Vernus, & Caestiniensium Auinionensis Prior, qui ob rem ipsam, Nicolai Pontificis Romani auctoritate, ad eum Oratores aliquando conuenerant. Quod verò postulatorem (flagitabat Ludouicus, preter veniam, vt ei liceret in patris cõspectum per aliquot annos non venire) nõ acquiesceret, minimè mirandum esse, propterea quod eius postulatam, optimorum virorum sententiae repugnarent; qui sentirent, nequaquam decere, vt filius à patre, atque à Regno procul abesset; cõsiliū secutus hominum improborum. Expeditionem verò in Turcos in Ludouici metem incidisse, se profectò admirari; cuius ipse antequam à patre discederet, nunquā meminisset. Id ipsum nihil aliud esse, quā dilationē verae erga patrem reconciliationis; eo maximè tempore, cum hostis Anglus vigilantissimus esset, Regnum Francorum repetere; aduersum quem milite opus erat. Ita Ludouicus, neque litteris, neque legationibus moueri potuit, ad patris cõspectum redire. Vnde Carolo Regi iustus metus, ne aliquid ope Philippi nouaret; & hinc excusatio nõ iniusta, ne in Turcos moueret praesertim, quod à suis intutus esset. Ioannes enim Alconii Dux, remporum tranquillitatis inuidens, & partem per victorias aliquot recentes à Carolo, quietis impatiens, nouos belli motus ab Anglia procurabat, missisq; ad hostem frequentibus nuncijs, hortabatur apperere Normanniam, se illis adiutorem fore pollicitus; castella, arcesq; habere se, quae omnia veniensibus proderetur. Carolum procul abesse, & tribus diuersis regionibus copias suas continere. Loca multa prius occupare posse, quam Carolus sentiat. Et vt firmiore fide consilia procederent, filiam suā Eboracensis Ducis filio, in matrimonium dare constituerat. Ad hanc prodictionem vsus fuerat ministerijs, Iacobi Hai Angli; Thomae Gilletti Sacerdotis; Danfrōti, & Montifonsis caduceatoris Angli, & Emondi Calletti; quibus occultum hoc signum dederat; pollicē eius dextrum manu praehendere, ad quem vel verba, vel litteras esset de hisce rebus reddituri. Beneficio Regi fuit, insidias manifestari praeter omnem spem atque expectationem. Illas postquam testibus, & ipsius Alconij, quem Parrisis comprehensum, Melduni in custodiam miserat, spontanea confessione cognouisset, Vindocini procerum conuentu habito, Alconium maiestatis damnauit; sed clementiae memor, homini supplicium remisit, eiusque liberis fortunas, quas fisco addixerat, restituit. Guagninus lib. 10. P. A. Emilius in Capolo V. II.

XIX. Italorum auxilia postulat Nic. P. P.

nam omnibus veniam dedit, qui in publicum Christiani nominis hostem arma caperent; insuper anathematis spiculum in eos detorsit, qui iam decreuerant, vel impedirent militiam. Ardebat interea, vt si quando antea, Hetruria, & Gallia Cisalpina bello sociali. Nam Sfortia Franciscus, super ea loca, quae pridem caperat de Venetis, post Renati in Italiam accessum, Martingium, Camonica vallē, Vrceos, Soncium, & quicquid Veneti intra Alpes, Padum, Clesium, & Abdum flumina tenebant, partim armis, partim voluntaria deditione in potestatem redegerat. Contra hunc Veneti foedus cum Alphonso Rege percusserant, eodemque Allobrogem, & Ferratensem eo consilio traxerant, vt Rex Florentinos Sfortiae amicitia coniunctos, bello vexaret, Veneti Mediolanum aggredirentur. Habebat Rex in armis equitum millia XVIII. peditum III. Veneti equitum XVI. peditum septa, eratque tota citerior Gallia in magno motu. Alter ex Sfortiae fratribus Guilielmum Ferratensem haud procul Alexandriam praedio vicerat; vicissim alter ab Gentile Leonessa, exercitus Veneti Imperatore, in agro Cremonensi susus, fugatusque fuerat. Corrigatus ab Alphonso sollicitati, Parmensium fines incurserant; contra Sfortia multa prosperè in agro Brixiano gessit, & propinquo hosti pugnandi potestatem fecit; quo quidem praedio, vel tota continenti Venetos expulisset, vel Galliae Cisalpinae Dominos imposuisset. In Hetruria ingentem motum excitauerat irruptio Ferdinandi Calabriae Ducis Alphonso nati, qui Florentini Sigismundum Malatestam summo cum imperio praefectum opposuerant. Iidem auctore Sfortia, cum Legatos in Galliam ad Carolum Regem misissent, vti Renatum Andegauensem Lotharingae Ducem ad recuperandum Regnum Neapolitanum transmittere alpes iuberet, ipsique in eam expeditionem quotannis florentinum nummum circiter millia CC. pollicerentur, Italiani maiorem in modum concusserant, ac ne quid calamitati deesset, omnes ferè exercitus auxerant. Nec quietiores Genuae res erant, Florentini Fano, quod est oppidum in Insula Corsica, à Ferdinandi classe expugnato. Marchio Mantuanus, in fide, & castro Sfortiae erat. Borhis Aeglinus, superiore anno à Frederico Imperatore Dux Mutinae, & Regii renuicius, cõsulto vnus bello abstinere; ita vt per fines suos iter com meatuque, prout opportunum videretur, his illius modò praerberet, modò negaret; nec Alexandri Sfortiae litteris quareretur plenis, de eiusmodi proposito depelli vnquam potuit. Pontifex tum praerium tenuitate, tum quod suae tantum iurisdictioni tuenda vacare opus haberet, ab his turbis avertus fuerat. Sed enim Constantinopoli à Mahometo occupata, animaduertens, dum Christiani intestinis sese odijs conficerent, Turcorum opes supra modum excrescere, ac miseratus religionis causam, Ioannem Caruagialē Cardinalem, Mediolanum legauit, qui Franciscum ad pacem hortaretur. Nec deerat spes eam conuenturam, quod Veneti propter Mahometi victoriam magno in periculo versarentur; ne Alphonso quidem Rege omnino experte. Borhis quoque eum Pontificis conatum adiuit. Nec frustra hoc anno. Sapē Nicolaus Papa, ab his, qui armis contendeant, Legatos, quibuscum de pace ageret, accesserunt. ac nihil dum Romae tam cito expediri poterat; quod Alphonso ab Hetruscis bellu aduersus eos suscepti impensam posceret; contra illi oppidulum Castilionum Piscaliae vocatum, & damna sibi illata sarciri postulant; Veneti Cremonam à Sfortia, vtque Abdua, & Ollium vtriusque Imperij finis esset peterent; ipse vicissim Brixiam, Bergomum, & Cremam intercepta in antiquum ius repereret. Pontifex ratus aliquid se profecturum, si Alphonso animam ad concordiam perpulisset, Legatum ad eum decreuit Dominicum Capranicum Sanctacrucium, Cardinalem, Firmantum Antistitem, vocatum ante pacis internuncium, Borhisque, vt & ipse

Omnes sermē Italiae vniuersae, nullo excepti.

Ad pacem & cetera eundem à Nicol. P. P. factum.



XX. Accuratio rei praefata Narratio.

huic rei adesset, per litteras rogavit. Quid isti effecerint mox referam. Sabellius Enneadis 10. lib. 5. Pigna de rebus Atefinorum lib. 6. Iustinius hist. Veneta lib. 8. Bartholomaeus Facius, paulo accuratius rem narrabat. Causa tractata pacis, a Nicolao Pontifice Romam euocati fuerant Alphonsi Regis, Francisci Sfortiae, Venetorum, Florentinorum, Genuensiumque Legati. Alphonsus Rex, Alfonsus Luspanum Archiepiscopus, ac Nicolaum Filiacum; Veneti Triadamum Gritum equitem, & Zachariam Triuifanum, vna cum Ioanne Mauro, alii alios miserant. Sed hi rebus infestis, nihil coram Pontifice conficere potentes, tandem discesserant. Inter haec Ioanni Caruagiali Legato Cardinali, ex sententia id, quod tentauerat, succedit. Praeter omnium enim opinionem, pacem inter Venetos, Sfortiam, ac Florentinos, ad Laudum oppidum conciliavit. Ea quod inconsulto Alphonso facta fuisset, vbi is id rescituit, valde quidem primo commotus est: nec quam indignationem animo conceperat, apud Ioannem Maurum Legatum dissimulantem tulit: quiduis aliud potius se auditorum credidisse, (propalam dixit) quam se in re tantam, quaeque sua tantoperè interesset, a sociis neglectum esse, pro quorum statu conferuando, tot tulisset labores, tot sumptus fecisset, atque in Hetruriam traicere parasset: quorum denique rogatu, multam iam pecuniam in militum stipendium effudisset. Non potuisse saluo foedere, absque suo consensu pacem fieri. Legatus placare Regis animum, magis, magisque nititur; causari id a ciuibus iuis necessitate factum, nec aliter existimandum esse. In ipsa tamen pace honestam, de eo mentionem non omittam. Licet illi, in ea comprehendi, si velit, salua dignitate, trium mensium spatium ei ad deliberandum dari. Paratos esse Venetos praestare omnia, quae eius honoris, & existimationi conducant. His, atque huiusmodi verbis aliquantum mitigatus, post aliquot dies, cum eius voluntas de pace exquireretur, pacem quidem non abnuere se dixit, at pacis conditiones (quippe cum ne sciret, quanam, aut cuiusmodi essent. Neque enim ab iis, qui pacem fecerant, aut per Legatos, aut per Nuncios, aut par erat, delata ad eum fuerant) non admittente. Si quis pacem a se petat, se non tam inhumanum esse, vt eum a se reiiciat, aut aspernetur. Non esse eo ingenio, vt non concedat, si honesta postulerent. Idque per pre-conem pronuntiar iussit. Senes, Alphonsi socii, simul atque iis denuntiatum est, pacem auctoritate Pontificia ad Laudum factam esse, iisq; integrum esse ea comprehendendi, si velint, confestim, vt quos belli societates dudum ceperat, pacem se accipere dixerunt. Quo facto, postea passi non sunt, Ferdinandum Alphonsi filium, ex reipubl. suae finibus, Florentinos vexare. Quare cognita Alphonsi, Ferdinandi moram in Senensi agro superuacuum iam esse intelligens, cum copiis ad feruerti iussit. Per eosdem ferme dies, Franciscus Sfortia, ac Florentini, quo magis res suas confirmarent, Legatos ad Venetos miserant, qui suaderent, vti pro communi Italiae quiete, confecta paci societatem adiceret. Hanc rem Veneti confestim nunciari Alphonso placuit, & quo magis lenirent animum illius, honestas eius rei causas afferebant; atque vt eius societatis particeps fieri vellet, orabant. Cumque multa eam rem agitando in dies occurrerent, quae partium animos distrahent; tantum valuit Ioannis Mauri Legati prudentia, nunc Regem, nunc Venetos, hortando, monendo, orando, vt pristinam inter Regem, ac Venetos amicitiam redintegrarit. Persuasit Venetis, vt in ipso foedere cauerent, Regi honoris causa, vt Legati a Francisco, ac Florentinis vna cum suis, ad regem oratum mitterentur, vti communem pacem, ac Societatem, honestis conditionibus datis, acceptisq; ne recitarent. Misit in id a Venetis, Hieronymus Barbadius, ac Zacharias Triuifanus; a Francisco Sfortia Bartholomaeus Vicecomes, Nouariensis Episcopus, & Albericus Mallectus; a Florentinis Petrus Medices, & Dietesaluus Nero, viri in agendis rebus probè cogniti. Per id etiam temporis,

Nicolaus Pontifex, misit ad omnes Christianos populos, ac Principes Legatis, vt imminenti Turcorum periculo occurrerent, Alphonsum, ac Franciscum ad pacem, item Florentinos, ac Venetos magnoperè hortabatur, ac pro ea re iam prius ad regem miserat, qui diffidium cum Genuensibus occasione quorundam nauium mutuò interceptarum, componeret, Dominicum Capranicensem, Cardinalem Firmatum, qui pro ea re postea ad Genuenses se contulerat. Qui quoniam dux, & auctor Italiae pacis, ac societatis inter Principes fuit, ac pro ea efficiendâ vnus omnium maximè laborauit, aliquid mihi hoc loco de eo dicendum putauit, vitâ fuit imprimis emendatâ, & quae honestate, ac probitate omnibus exemplo esset. Frugalitate eximia, neglecto suppellectilis luxu quem ceteri adamarent: pietate, fide, atque innocentia singulari; doctrinâ, ac iuris Pontificii scientiâ, imprimis excellens; de quibuscunq; posset, benè mereri studebat. Is susceptâ Prouinciâ componendâ inter Principes pacis, ac societatis, postquam Legati, quos supra memorauimus, Romam conueniunt, vna cum ijs iter ingressus, rege prius de omnibus certiore facto, Caietam venit. Rex venandi studio Traiectum oppidum petierat, quod a Caieta, decem millibus passuum abest: cognitoque Legatorum aduentu, Caietam versus proficiscitur, qui cum illi obuiam, honoris gratiâ, plus duo millia passuum extra urbem processissent, ijs perhumanitè susceptis, Caietam adit, vbi omnibus hospitium, pro ciuitatis copiâ parari iusserat. Hic enim mos regis semper fuit, omnibus Legatis, quicumque ad se proficiscerentur, diuersoria, & quotidiana cibaria, non minore elegantia, quam copiâ, & lautâ praebere. Eo die nihil de communibus negotiis tractatum. Postridiè, cum omnes Oratores ad Pontificis Legatum conuenissent, ad regem profecti sunt, remotis arbitris, cum omnes Dominico Cardinali primas dicendi partes concessissent, ipse pro omnibus hunc in modum disseruit.

Rem sanè facilem, & tibi vltro expetendam (vt pro omnibus his Legatis verba faciam) ad te Rex, oratum venimus; pacem scilicet, ac societatem tuam, quorum vtrumque, & dare, & accipere tua bonitas est: praesertim hoc iurissimo tempore, quo vniverso Christiano generi, ac religioni nostrae sanctissima, periculum a barbaris nationibus impendit. Quae causa imprimis hosce populos, ac Principes mouit; vt armis positis, communi quieti consulerent. Nec verò putas, te ab hisce in agenda pace contemptum esse, aut neglectum habitum, quod eam te inconsulto fecerint. Ita enim fieri necesse fuit, quo facilius conficeretur; quae fortasse aliquando plus difficultatis aliquot fuisse habitura. In ea verò haud praerita est honestas de tua dignitate mentio; sed & tibi relicta, & concessus eius inuoluntate locus; ne tu id in Regem tui detrimentum, aut dedecus vllum factum arbitreris. Quod si te non alia ratio moueret, quam Italiae quiete, quae prouincia diutissime exagitata atque intestinis bellis vexata est, ita vt qui vicit, similior victo videatur esse; tamen & equitatis, & humanitatis tuae esse communem hanc pacem, & societatem amplecti; vt tandem aliquando, quantum in te esset, requiesceret, atque vt hanc ex ea pacatâ, laudem, gloriamque tuarum laudum cumulo adijceres. Vt cum in praesentia non de ea pacandâ, sed potius de reuandâ, & conseruandâ agatur, multos magis debet communis huius foederis, & consentiendi ceterorum populorum, ac Principum voluntati acquiescere. Imminet enim nobis bellum, & graue, & periculosum, quale a multis iam saeculis in Italia non est auditum. Agitur salus Italiae, agitur salus totius Christianae Reipublicae, agitur salus totius Religionis nostrae. Mahometus atrocissimus Christiani nominis hostis, non contentus captâ Constantinopoli, qua Vrbs à Constantino potissimum aduersus Barbarorum impetum condita est: in cuius expugnatione quas cedes, quae incendia, quae rapinas, quos incestus, quas templorum violationes, quas sacrorum profanationes, quae Christi Dei nostri, quae Virgini sanctissima ludiabria commiserit, non est nescius. non contentus, inquam, Graecia oppressa, quae aut iam omnis parer, aut metu eius contremiscit: non contentus denique finitimarum gentium obsequio,

Dominicus Cardinalis Capranica qualis.

XXI. Eiusdem ad Regem Alphonsum sermo.

emergere.

emergere iam à Graecia clausura, atque in Italiam erumpere, Romanque, caput, ac Sedem Religionis nostrae petere se vellet minitatur; nec solum nullam abduc accepit pro tantis sceleribus suis poenam, sed tertium iam annum Thracia, Graeciaeque dominatur, omni interim, post captam Constantinopolim tempore, ad comparandos exercitus, contrahendasque vires ex quibuscumque gentibus, collato. Persuasit sibi hostis callidissimus, si dissentientem Italiam inueniret, eâ se facile potiri posse: hac autem subactâ, ceteros Christianos populos, ac Principes imperata facturos properat hostis immanissimus, quo nos bello contententes improuisè opprimat: nullum tempus pestiferis suis consilijs exequendis aptius existimans. Nec fallent eum profectò cogitationes sua, si otiosi, conatus illius spectabimus, si non occurrerimus eius furori. Tanta est eius potentia, tanta auri atque argenti vis; tanta classium molientiarum opportunitas, tanta denique hominum in bellum multitudo. Clausum est iam Aegeum mare nauibus nostris, nec amplius, nisi plures simul oneraria, eaque magna, Aegei maris insulas, & Orientales oras, quibus in locis Christianis negotiatoribus vberimus quaestus solebat esse, adire iam possunt. Clausum est nobis mare Ponticum, & ipsum nostris hominibus fructuosum castellis transtrum impendentibus, in ipso Bosphoro Thracio ab utroque litore excitatis. Habet praeterea in id bellum consentientes Scythas, genus hominum, & multitudinem, & corporum robore, & bellandi vsu formidabile, qui Christianorum oppida, quae in Ponto sunt, aut breui opprimunt, aut cerè quiescere non sinunt. Dimisit iam in omnes partes Barbarorum, & exterarum nationum Oratores, ad eos maxime, quos mari viciniores expeditioni sua prodesse posse intelligit, vt illorum auxilijs, atque opibus suffultus, incorruptissimam nostram Religionem euertat funditus, ac sacri-legi illius Mahometi, quod Deus auertat, nefandis legibus subiciat. Nec dubium est, quin & Syros, & Afros, & Mauros Reges, & ceteros etiam a mari remotiores, aduersus Christianos in belli societatem trahat. Mira enim est vis Religionis, quae etiam si mala, ac detestabilis sit, tamen animis semel infra, ac penitus impressa, inflammarè homines, & concitare ad sui timorem solet. Omnes enim, quam ipsi colunt Religionem, potiores, ac sanctiorem athenâ putant. Hac tot mala, atque pericula Italia impendentia, sola pax, atque consensus, vel tollere, vel subleuare potest. Tantum enim est in armis Italia nomen, vt vel solo rumore confecta pacis, ac publici foederis, possit insolentissimum hostem à pernicioso conatu suo deterere. Sed ne hoc quoque satis est. Duce enim, & auctore opus est; praesertim bello maritimo, in quo maxime victoria reposita videatur. Qui enim plus classe potuerit, facilem profectò terrestri belli victoriam ceteris reliquerit. Nam quamdiu mare tutum, ac liberum illi fuerit, nec commeatu, nec milite, propter vicinitatem terra Asia, ac paterni Regni prohiberi poterit. Quo commercio, atque opportunitate subactâ, aut fame, aut ferro vincatur, necesse est. Te autem vno neminem aptiorem ad tantum imperium gerendum arbitrantur. Omnes ad te, summo consensu, hanc Praefecturam deserunt. Vident in te omnia abundè esse, quibus eiusmodi imperatorem prae ditum esse oporteat. Summam scilicet bellis scientiam, egregiam virtutem, amplissimam auctoritatem, maximam felicitatem, quarum omnium rerum mirifica exempla ijs, quae gestisti bellis, demonstrasti, Neapolitano, Massiliensi, Hispaniensi, Africano. Vident etiam, (id quod maxime huiusmodi bello requiritur) te maritimis copijs, ac nauibus plurimum posse, tantumque Maestati Tuae tribui, vt nulla Italia ciuitas, nulla classis futura sit, quae tua signa non libens sequatur, quaeque mandatis tuis parendum sibi non existimet: quare maxime in hac expeditione, necessaria existimatur. Ceteris enim aequalitas ipsa inuidiam excitat, nec alios alijs praesertim patitur; tibi omnes promptissimè, & absque inuidia obtemperaturi sunt. Nec verò (& si magna antehac, & praedua facinorosa gestisti) superiora bella tua, cum hoc vno bello, comparanda gloria sunt. Illa enim habent fortasse aliquid, quod non omnes aequè probent: quoniam non sine Christianorum sanguine confecta sunt; hoc autem

veram, & solidam, & constantem, opinione omnium gloriam in se habet; quod contra Barbaras gentes, contra Religionis nostrae hostes atrocissimos suscipitur, ac geritur; in quo qui interficitur, magnum pietatis locum sibi apud Deum immortalè vendicat. Hoc tuum factum omnes vno ore laudabunt, & consentienti fauore prosequentur. Nec erit vllus tam iniquus rerum estimator, qui non illud omnibus rebus hac aetate nostrâ ab omnibus Regibus gestis merito anteponendum iudicet. Hanc igitur prouinciam, quo possis suscipere, communem hanc Italia pacem, ac foedus inueq; nequet. Nam absque hoc, nec Italia vires componi, neque magnum aliquid mari geri potest; praesertim contra hostem potentissimum. Qui postquam Constantinopoli potitus est, nihil omnino praetermisit temporis ad adificandas classes; cuius rei magnam ei commoditatem praebet, & loci situs, & materia copia, quae in ea regione permagna est. Hoc vt agas, à te peti vehementer Nicolaus Pontifex Maximus, à quo ego ad te Legatus venio. Hic imminenti tuis tantis vniversae Reipublicae Christianae periculis, obuiam iri quamprimùm expetit. Hoc te orant hi Legati, clarissimi viri. Hoc te vniversus Christianus Orbis, vt te duce maritimi belli, in communibus periculis vri queat. Noli obsecro Italia deesse. Rempubicam Christianam, Religionem hanc sanctissimam, quantum in te est, tuere, ac serua. Noli parie ea ruere, quibus omnium nostrum salus consistit: occurre impendenti malo. Noli, inquam, expectare, dum immanissima gentes, Christiano nomini inimicissima ad tantum bellum coeant, quod sustinere tota Europa nequeat. Nam quota pars Orbis terrarum Europa est; cuius etiam magnam partem Scythae tenent. Tantos autem possunt haec gentes exercitus conficere, vt illorum modò aspectum Christiani homines ferre vix possint. At si maturauerimus, omnia nobis secunda erunt. Receptâ enim maris possessione, cum in Graeciam, Thraciamque exercitus nostri transiuerint; & Mahometi seror cobibebitur, & caetera gentes rei euentum tacite spectabunt. Caue, Rex, praetermittas hanc sempiternam, ac vera gloriae occasionem, quae tibi à Deo immortalis permissa, ac etiam parata est. Cogita, quanta gloria eorum principum sit, qui pro Christiano nomine, vel amplificato, vel conseruando, aduersus Religionis nostrae hostes bella gesserunt. Carolus ille Gallorum Rex, qui Aquitaniam, & Galliam togatam in Italia, & Saxonas, & alias quasdam gentes, è manu barbarorum ereptas, ad Religionem nostram redegit, & Magni appellacionem meruit, & quandiu Orbis terrarum stabit, ab omnibus mortaliibus pleno ore laudabitur. Gothofredi nomen, qui Hierosolymas, & Christi Dei nostri sacratissimum monumentum, eiecit Syris, aliquando recepit, (qui postea locus rursum in eorum potestatem nostrâ neglectâ recidit) in omnibus gentibus per quam illustre est. Sigismundi Imperatoris gloriam, qui contra hosce eosdem Turcas sapiens prosperè pugnavit, nulla vnquam aetate conticet. Ioannis Vauoda, qui toties sua virtute, atque consilio, huius Mahometi patrem praelio sudit, ac vicit, multis Turcarum millibus caesis, quanta sit fama apud omnes? Vides. Sed nihil te magis commouere debet, quam Religionis nostrae sanctissima discrimen, in qua animorum nostrorum felicitas sempiterna continetur. Pro hac decertandum, pro hac effundenda vires; pro hac denique vita ipsa exponenda est. Si pacem hanc & foedus Italicum aspernabere; reliqua Italia obtorpescet, ac de bello intestino sollicita erit. Quae cessante, aut de maritimis apparatibus nihil cogitante, ceteri Christiani Principes, qui sibi remotiores ab hoc incendo videntur, & ipsi quoque omnis belli curis, domi se continebunt. Quamobrem, amplectere obsecro hanc communem pacem, ac societatem, quae communis non solum Italiae salutis, sed & totius Christianae gentis, atque ordinis, causa instituta est: teque ad benè merendum de tota Reipublica Christianâ, de Italia praesertim, quae te tamquam Ducem, & Imperatorem suum respicit, natum esse ostendit. Pro qua quidem re componendâ, in ijs, quae aequa, & honesta postulaueris, hosce Legatos, & eorum ciuitates, ac Prin-

XXII. Alfonsi ad Cardinalem Firmianum Responsio.

cipes, eam ob rem ad te profectos, faciles reperies. Hac Cardinalis Dominici verba, alii Legati multis verbis confirmaverunt.

A dea Alfonsus Rex respondit: Nunquam mihi aded secunda res, aut domi, aut foris fuere, quin si cum bella pacem commutare licuerit, bello pacem praeulerim. Nec vero, nisi, aut lacepsus, aut pro sociis, ad hunc diem arma suscepi, ac gesti bellum: nec me tam ratio vlla movit imperij, aut Regni augendi, (quod Dei munere, satis est amplum atque opulentum) quam mea ac populorum quietis, atque tranquillitatis, qui nostro imperio parent. Ique semper finis consiliorum meorum fuit, ut absque iniuria, in pace viverem. In bello pacem, non in pace bellum quarere soleo. Et si quando a nobis hostis pacem petijt, numquam eum aspernatus sum, nunquam reieci, sed honestis conditionibus, petitus, pacem dedi, proque amico postea habitum passus sum Regnorum meorum commercio perfrui. Hoc posterus bellum Florentinum, iam neminem nefcire arbitror, Venerorum Sociorum & amicorum causam, non vlla cupiditate mea, a me susceptum esse. Quos cum vrgeri, premique ab hostibus cererem, non fuit equitatis mea, in tanto status discrimine eos desituerit. Ita si a me esset petita pax, ut a Venetis, non fuisset profectus durior in ea concedenda, quam ipsi Veneti, quorum gratia bellum susceperam. Nec debuit cerere, ut Venerorum pace loquar, res tanta, praesertim, qua mea tantopere referret, me inficio, atque inconsulto agi. Sed qua acta sunt, redargui magis, quam emendari queunt. Ego, per me stare nolim, quin hoc pax, & Societas communis fiat. Nolo consentienti Italia deesse potissimum, cum hanc ipsam Societatem, ac pacem, quem admodum ipsi discernistis, ad totius Christiana Republica salutem, & conservationem pertinere agnoscam. Video enim, quorsum tendant Mahometi huius insolentissimi conatus. Video, quid struat, ac moliat, tantarum clasium, atque exercituum apparatus. Video, quod spectet illius audacia, quove sit pertinacia, & cupiditas eius eruptura. Si fuisset bello vacuus, omnes profectum vires in eius perniciem conuertisset: nec essem passus (quantum in me fuisset) eius furorem euagari latius. Sed bellum, consilia mea perturbavit; quo nunc liberatus, Deo volente, propositum meum persequi poteram. Ego enim Labanti Republica Christiana deesse, nec volo, nec possum; & vel dux, vel comes huius gloriosissima expeditionis ire non recuso. Tantum abest, ut eam deservere in animo habeam, ut omnes copias, ac facultates meas, in eam rem collaturus sim, ne vica quidem pariter. Statui enim pro illius Religione defendenda vitam exponere, qui pro hominum genere conservando, vitam exponere non dubitavit. Sic maiores mei, sic ego ab adolescentia institutus sum, ut Sanctissimam Religionem, omnibus rebus anteponam: & si honesta concedatur, atque postulabuntur, nec Pontificis Maximi, cuius auctoritatem, uti debeo, plurimi facio; nec studijs populorum; nec Principum voluntati resistam, atque hinc necessaria expeditioni feruam.

XXIII.

Ista cum Alphonfus Rex respondisset, cum de pace, & societate agi incipit, & quidem Rex postulare, quae consultatione Civitatum, ac Principum egere videbantur, Legati, ad respondendum tempus petierunt. Facus de rebus Alphonfi, libro decimo.

XXIV.

Legatum ad Pontificem destinavit Rex Alfonsus. ut ad bellum Turcis inferendum necessaria quaedam essent.

fidia inter Imperatorem & Ladislaum Regem componeret; Alemanos Principes ad concordiam reuocaret; hos, & Bohemos, atque Hungaros proceres ad arma excitaret; Scandeburgio ad minus mille equites tantisper submitteret, donec sacri belli socij ad fines Hungariae confluerent: quos quidem limitis operaretur, quum festinatissimè munire: ipsum pace, & societate stabilita, florem veteranorum, Fridericum Vrbinatem, Montefeltrium, Auerfum Vrsum, Vrsum Vrsum, Neapolitaneum, Hildebrandum Comitem Pitiliani, Gabrielem Ducem Venulinum, Ioannem Antonium Principem Tarentinum, Pyrrhum, & Franciscum Duces Andriae, eiusdem familiae Vrsum potentissimos, Leonellum Aclozamuram Comitem Celani, Carolum Marchionem Campobassanum, Iacobum Caetanum, & alia militie robora, ad eam Sanctissimam expeditionem excitaturum. Surita lib. 16. Annal. c. 20. & seq.

Erat Alphonso Regi, & Ferdinandus filius, ingenio eximio, & ad cunctas artes optimas docili, liberalibus disciplinis apprime inflitutus; qui cum iuri quoque civili operam dedisset, vt vnà cum legibus, arma quoque quae duo ad Republicas gubernandas aptissima putantur, coniungeret, armorum quoque tractandorum scientiam didicerat; equitandi peritissimus, iucta, saltu, iactu, equestrique certamine, vel cum veterinis contendere; facilitate, ac modestia cum omnibus certare; calorem, frigus, inedia; laboremque facile pati: cumque aequales gloria, & dignitate superaret, ab omnibus tamen, quod rarum est, valde diligi, atque obseruari. Eum confecta pace, Alphonfus pater, Sacrae militiae destinabat. Quibus vero praecipit iuuenem bellicosum, ad victorias non incertas consequendas imbuerit, adeoque armauerit; non est abs re, ad Christiani Imperatoris vel Ducis exemplum proponere. Ad hunc modum monebat, quando contra Florentinos dimitteret. Veteranos commilitones meos, mihi charissimos, quos tibi magne gloria, se eorum vti consilio noueris, futuros reor, tua fidei commendo, tradeque. Hos velim, vt imprimis ames, charosque habeas; putesque nihil, ne vicam quidem ipsam, a te tibi commendari posse diligentius, quod cum feceris, meam ad te gloriam amari, & expecti, tum demique existimabo. Horum enim virtus, ac fides, multus meus laboribus, ac periculis, superioribus bellis mihi nota, & spectata est. Horum opera, omnes ad hunc diem victorias, & Neapolitanum hoc Regnum, triumphumque adeptus sum. His adiutoribus, bellatoribusque, magnam Italia partem, maiorum nostrorum imperio, & gloria adieciimus. Hos igitur praeter ceteros diligas, obseruaque. Hos vide, ne temere in discrimen mittas. Nec vero multum a te cohortandi, ut oratione incitandi erunt. Si quid subeundum periculi fuerit, magis a te reprimendum moderandusque, quam verbis accendendus animus erit. Tales tibi vires ad necessarios casus referues facito: in quibus scilicet de dignitate tua agatur, aut fama, vel salute publica. Nec vero apud me dubium relinquitur, cum eos ita habiturus sis, quin Imperatorem eundem habere se sentiant. Id autem te ante omnia motum velim, ne tantum tua, aus horum militum fortitudini fidas, vt arbitris absque diuina ope, a te hostes superandos. Victoria enim, non ex hominum consilijs, sed ex Summi Dei voluntate, ac potestate proficiscitur. Tum demque tibi militares artes profuturas scito, cum Deum tibi pietate, ac iustis factis propitium reddideris. Eum igitur, si vincere expetis, pura mente colito; spemque omnem victoriae in eo reponito. Et si quando (quod saepe in bello contingit) tibi quibusdam aduersi acciderit, quo existimare possis, ipsum Deum tibi adiuuatum esse. Vide, ne ab eo per impatientiam, atque animi perturbationem discedas; sed potius satisfaciendo, ei reconciliari stude. Solet enim Deus, quos diligit, inter alia malis afficere; & quos constantes in aduersis videt, rursus in meliorem fortunam restituere. Estimatio praeterea tua diligentissima ratio habenda erit, uti admodum quae nihil ea re in humanis rebus plura esse, aut fieri debere, quippe, cum victoria nonnunquam magis existimatione, &

XXV. Regis Alphonfi filius Ferdinandus, armis, & litteris ornatissimus.

Eiusdem Alphonfi filio data instructio.

fama,

XXVI. Casarem cum Bohemis, & Hungaris concordare iussit Syluius curat Nicol. PP.

Axamitus Latio, Hungaris formidabilis.

fama quam militum robore, & virtute comparatur. Et victoria quidem saepe claudibus mutatur: at fama si cum probitate, ac fide coniuncta fuerit, & permixta, & cum omni aere perdurat. Honefati itaque a te incumbendum erit; quod detrahit, nec principum principi Deo placere, neque apud mortales, auctoritatem vllam stabilem, aut gloriam consequi possimus. Illud postremo obseruato, ac memoria mandato, in quo tua laus, & gloria elucefcat; si qui ex hostibus, antequam oppugnentur in ditionem veniant, eos benigne in fidem tuam recipito. ac si qui fortasse obstinationibus animis, diuturnam obsidionem pertulerint, cum in potestatem tuam venerint, clementiam tuam prius, quam illorum pertinaciam respicias; magisque, quid te, ac gentem nostram, quae semper crudelitatem odio habuit, quam quid illis dignum fuerit, cogites. qua si obseruaueris, & nobis laetitiam, & tibi gloriam paries.

His instrumentis Ferdinandum filium, belli futurum Ducem Alfonsus armabat: apud Lucium Maritimum Siculum de rebus Hispan. lib. 11.

Nicolaus porro Pontifex, non ignarus, quantum momenti ad Sacrum bellum conferret, si Friderico Imperatori cum Ladislao, & huic cum Bohemis, & Vngaris, quibus Rex praerat, bene conueniret, ad omnes conciliandos atque contra communem hostem armandos, omnes conatus adhibuit. Posonii, conuentum Procerum Ladislao Rex ad festum S. Bartholomaei indicerat, quo Vngari, & Austriaci conuenirent, de Republica tractaturi. In eo, vt pacta Ladislao inter, ac Fridericum nondum confirmata roborarentur, paxque mutua coalesceret, Aeneas Syluius, Nicolai iussu, atque auctoritate plurimum laborauit, & ex voto omnia obtinuit. Non erat difficile puerum Regem in sententiam adducere; cui plurimum vbique incommodi. In parte Vngariae aliqua, nouus quidam latro Bohemus, obscuram domo, vilibusque parentibus ortus, sed manu audax, ingenio promptus, laboris patiens, periculorumque contemptor, domicilio collocato, latrocinia regni infestabat. Axamitum, quod Latine villorum fericum sonat, appellabant, propter fericeam diploidem, qua domino, cui seruebat, olim furto abstrulisset. Is congregata non parua latronum manu, regionem imprimis Sepusiensem inuasit, duabusque arcibus natura, & arte munitis, partim vltimam dolo receptis, mox ruricolis in apertis villis coeuntes, ferro, atque igno deterritos, ministrare vicibus necessaria, pecunias dare mensuras, ad omnesque praestitutum esse coegit. Deinde aduersus homo, quia in potentissimo Regno, diu grassari sine magnis capis, se non posse intellexit, ad ingenium Bohemicum rediit, pulchram fallaciam commentus est, qua latrones vniuersos ex proximis regionibus ad se traheret. Omnibus enim, qui sub ipso militare vellent, stipendia publicauit, homini equestri in hebdomadam aureum nummum, pedestri mediam partem, & tributorum, ac spoliolorum omnium, aequam cuiusque distributionem. Quicquid enim ex tributis, rapinisque apud haereticos Bohemos, siue Thaboritas, siue Hussitas, siue Orphanos corraderit, in communi reponitur. Cumque praesentis diuisionis adest tempus, emerita cuiusque stipendia persoluntur, quod superat, virum diuiditur; atque vt mos eorum est ad Euangelij corticem cuncta referre, tantum consequuntur, qui vltima die mensis in societatem belli veniunt, quantum, qui mensis integri arma tulerunt. Sic enim Euangelium velle, aiunt, in quo vltimi venientes, qui prima hora, venerant operarijs coparantur. Ea re cognita, oes, quos flagitium, egestas, concitatus animus oculo expulit, ad Axamitum confugebant; ex quibus ille iam quinque millium pugnatorum confuso exercitu, iam non Sepusin tantum, sed vniuersis Vngaris terribilem, formidabilemque se ostendebat. Neque Ioannes Hunia des gubernator, eius impetum poterat competere; qui & si maiores saepe motus sedauisset, maioresque hoies Regnum ingresses delessent, non tam modo huius latronis obuia eorum ausus, Regis ope implorauit: maxime cum sciret, nonnullos Regni Barones, quibus sua

administratio diuturnior, grauiorque videbatur, cum manus latroni porrexisset. Itaque Ladislao interpellauit, vt in Vngaria properaret; nisi Regni magnos motus, subditorum varias clades, ac proinde Turcorum etiam incurfiones audire vellent. Erat & istud, quod Ladislao vrgeret. Ioannes Hunia des gubernator non multum ei parebat, nec amplius, quam xxiv. m. florenorum, in annos singulos regali arario contributebat; quod supererat, sibi retinebat, regnumque pro suo arbitratu gubernabat, hunc extollens, illum humilians, vt imperium apud eum, Regni titulus apud Ladislao esse videretur. Ad hunc deliciendum, Comes Cilicia loco illius inhiat, Regem incitabat. Rex delictum militum apud Austriales, habere se velle significabat. Eum cum isti negarent, atque ille inter malleum, & incudem se vultu intelligeret, facile aures praebuit Pontificio Nuncio, pacem perpetuam cum Imperatore suadenti. Motus quoque Bohemiae, non parum impulerunt puerum, ad concordiam confirmandam cum Caesare. Georgius Podiebracius Regni gubernator, factionis suae homines, Hungariae labe infectos, ferè in eam sententiam pellexerat, vt Ladislao abrogandam, alium vero Regem legendum esse, in Comitio conclamarent. Quamquam enim Ladislao Rex, omnem illi potestatem in Clericos, laicosque concessisset, parum tamen sibi videri istud, nisi oppresis Catholicis, Regem quoque regno exueret. Quamplura is in Orthodoxos quotidie admittit. Fratres S. Francisci, quos Sigismundus Caesar, post multas Hussitarum clades Pragae reduxerat, conante Rokezana pendoarchiepiscopo, eiecit. Sacerdotes, de Fide Catholica bene sentientes, infinitis contumeliis affecit: Wencislaum Crunauitum Decretorum Doctorem, Decanum, & Administratorem, atque Praelatos, Canonicos, Clerumque Ecclesiae Pragensis vrbe exegit: omnia Ecclesiasticorum bona eripuit, haereticisque ea distribuit, aliaque multa indigna fecit; adeo vt nunquam illic Catholica Religio, postquam Bohemi baptismum susceperunt, magis oppressa fuit, quam Georgij gubernatoris temporibus, a cuius tyrannide, neque praedia, neque corpora tueri poterant, qui Fidem Orthodoxam sequebantur. Ex arbitrio perfidi, & hominum, qui viuunt, sceleratissimi Rokezanae caucta gerebantur. Georgius, quia communionis labem induit, Rokezanae quem maxime timeret, cotra dicere solebat. Temporalia solum curabat, Rokezanae spiritualia permiserat. Sic Regnum illud nobile, & olim opulentissimum, ex ingenio haereticorum gè bernatum, sus, deque agebatur. Quamuis enim Hussitarum rabies, primas in Regno partes aliquando possedisset, semper tamen aliquot ciuitates, atque Barones Ecclesiae Romanae ritum seruantes, extra imperium illorum manserunt. Hoc tempore omnis nobilitas, omnique plebs Georgio parebat. Hic Princeps, hic caput habebatur: mores dominantis, seruientes imitari studebant. Inde malum ingens regno imminerebat, & vicinis regionibus immensa calamitas. Placuit tandem Bohemis, Ladislao Regem euocare. Euocatio tamen fuit, certa quadam praescriptio; ad quam si ille respexisset, precario imperaret. Podiebracius praesatus: mature prouidendum esse; ne hoc solum agerent, vt quamprimum Regem haberent; statuebat; vt rebus quoque suis, Hussitas, consulerent, ne de superflitione, statumque suo, & libertatibus, ac maxime de Calice periclitaretur. Itaque per capita distincta descriptis ijs, quae videbantur, ea Ladislao obtrulerunt, quae is seruaret, atque confirmaret. Ianus Smiritius, procerum Bohemiae haud postremus, & consiliorumque vtriusque factionis conscius, quid haeretici moliretur, quantumue periculi tam Ladislao, quam Religioni Catholicae impenderet, illum monuerat epistolio concepto, his iplis verbis:

Venturum te quamprimum in Regnum tuum probossi modo venorū imperaturus, non parturus. Inveniem, inopotentem, te intrare non laudo, nisi hic pitem te forte mater pepererit, vt ex unoquoque vnum Vienna apud amicos dimittas, alterum dubia Bohemorum fides, apud remere credas. Volo.

Podiebracius tumul-tuosus in Bohemia.



XXVII. *Lam Smiritio propter fidelitatem in Regem mors infertur.*

*Variatis Fortuna exempli.*

XXVIII. *Bohemi heretici multa à Rege extorquere moluntur.*

*Ladislau Rex Catholica Fidei tenax hereticis iniuitus.*

Peperit hæc scriptio, Smiritio quidem periculum capitis, Ladislau autem cautelam, ne se præcepit, si uolisset, daret. Eas litteras, Ladislau, Comiti Cilie, puerili uidelicet animo tradiderat, illeque perlectas, ad Georg. in Bohemia remiserat. Necis moratus, illas in Concilium Procerum in quo Smiritius quoque adfuit, secum attulerat, suppressoque auctoris nomine, sensum illarum cum magna indignatione recitauerat. Ibidem omnibus, supplicium eum meritum, quisquis litteras scripisset, censentibus, seorsum quoque Smiritii sententiam rogauerat; illoque respondente simpliciter, tamquam huius facti ignaro, Nihil se aliud, quam quod ceteri omnes, censebat; litteras obtruserat, signumque, & manum agnoscere iusserat, ac statim eodem die supplicio capitali subiecerat. Magnum hic quiddam, uiciscente Deo accidit. Enimuero uidit ista ultor Deus, qui insolentiam fortunæ, arrogantiamque punire solet, ipsum Vricum Cilie Comitem, qui litteras prodidit, repente de statu suo florentissimo deiecit; ut ei auala, omnibusque aulicis honoribus, & ipsa Vienna vrbe interdiceretur: & nisi ab Alberto Marchione Brandeburgensi ad portam uelique Vrbs deductus fuisset, lapidatus erat. In exilium ad paternum solum proficiscentem, quatuor tantum equites, comitati sunt; cum aliis frequentiore satellitio, quam Rex ipse cingeretur. Casus Smiritii cautiorem Ladislau, & Auliacos fecit. Ille enim tanto facilitate ad pacem cum Imperatore confirmandam inclinauit: Si nihil non egerunt, ut maximo hominum, equorumque apparatu, Ladislau in Bohemiam deducerent. Erat, quod illi meruerent. Namque Bohemi heretici, auctore Podiebracio, omnia, quæ in rem eorum essent, à Rege puero extorquere: & si recusaret, illum opprimere cupiebant. Imprimis compactata Basileensia, quæ tamen minimè hæcenus seruassent, confirmata esse volebant. Vtque usum Calicis, absolute, atque promiscue omnibus communis esset, sanciebant. Rokezananam, ad Sedem Metropolitanam Pragensem trahebant: Vtque Clerus Praganus, ad diem coronationis Regiæ adforet, superioraque capita admitteret, confirmaretque, compellebant. Quod bona Ecclesiarum attineret: In speciem quidem illi pollicebantur, partem rerum Ecclesiasticarum redimere, ab his, qui possiderent, & pro Regis arbitrio Ecclesiis satisfacere: ceterum, cum fuisset durum, veteres possessores expellere: clam inter se muslabant; Tenentes, reneant. Multa deinde ad opprimendos Catholicos, auctoritatemque Regiam imminuendam commenti sunt, quæ titulo capitum libertatis insignita, Ladislau ad fines Bohemiarum iam appropinquanti, obtulerunt; ut is iurando de more præmissio, rata illa haberet, atque approbaret. Dedit hoc Ladislau specimen insigne pietatis, atque prudentiæ. Cum enim nobilitas, & plebs Bohemiarum ad fines Regni obuiam progressa, confirmationem capitum ab omnibus Ordinibus missorum vrgeret, respondit benignè non minus quam prudenter adolefens, se, quæ pater, auusque suus Bohemis indulerint, cuncta illis integra præstare, & confirmare uelle; ita ut de se nemo iuste queri possit. Postea, cum in ipso introitu Vrbs, Rokezana cum suis, officii gratiâ in conspectum illius prodisset, eumque salutasset; Ladislau valde frigidè apostatam resalutauit. Cæterum occurrente ex arce Pragenfi Sacerdotum cœtu cum Sanctorum reliquiis; ipsos Sacerdotes Catholicos hilariter affatus, reliquias veneratus & osculatus est; quamquam iniquo animo ferente aduersariorum factione. Ipso deinde SS. Simonis & Iudæ Apostolorum die, in Basilica Praganâ, ab Ioanne Episcopo Olomucensi, præsentibus aliis Episcopis ex Vngariâ, & Austria, utpote Strigonien, Patauien, Varadien, Viennens, Principibus item multis, Proceribus, Baronibus, Oratoribus Regum, Prouinciarum, & Ciuitatum innumeris, ritu solenni Ecclesiæ Catholicæ vnctus, coronatus, & inauguratus, omnia ex præscripto Catholicorum Sacerdotum perfecit; Rokezana, cum suis, nul-

lum apud eum honoris, aut gratiæ locum habente. Inuitatus à Rokezana, & rogatus à quibusdam proceribus, numquam hereticorum sacris aut conuenticulis interesse, aut Ecclesias eorum intrare sustinuit. quinimò, cum à Rokezana, quidam Sacerdos subornatus esset, ut locum sacrificandi in eo sacello, in quo Rex facris adesse solebat, occupasset, nec idem cedere legitimo sacellano uellet; Ladislau, statim, atque accepit, hereticum esse, misit ad eum Magistrum militum, qui abstractum ab aris, si nollet discedere, de proximâ rupe præcipitaret. Cum Podiebracius illum promissorum, quorum non vltimum esset, de corroborando Rokezanæ Archiepiscopatu, admoneret; ille dedit Podiebracio negotium, ut protinus Legatio Romam ad Nicolaum Pontificem mitteretur: non ignarus, quid in rebus grauisimis Pontifex statuere deliberaret. Qui misierant, retulerunt: Pontificem Romanum decessisse Legatum suum in Bohemiam destinare, qui præsens inspiceret, an pacta Basileensia à Sacerdotibus seruentur. Illo comperito, futurum officium suum, ut Bohemis Archiepiscopum constitueret, non qui hunc honorem ambiret, sed qui dignus officio illo existimaretur. Et istud non postremum est signum, quod Ladislau non nisi XII. annos natus, Catholico zelo demonstrauit. Rokezana freris potentiam Podiebracij, auctoritatem sibi Archiepiscopi Pragæ inter suos omni modo usurpabat. Pro hoc beneficio, ut prophanus prophano gratiam referret; honoremque illius inuicem apud Pragenses amplificaret, diem eum, quo ille Pragæ per prodigionem portus est, alio tamen palam festiuitatis titulo inducto, festum, & celebrem indixerat, omnibusque Sacerdotibus mandauerat, ut postridi mane ad inuendam solemnem processionem præsto essent omnes. Gestabat ipse, dum per plateas ueteris, nouæque ciuitatis procederet, diuinam Eacharistiam, ueniensque ad portam, quâ Georgius in urbem clam intromissus est, hymnum uictoriæ, Te Deum laudamus canere incæperat, deflexeratque inde ad domum Regiam. Prospexit ad istud spectaculum Ladislau Rex è fenestra: sed, neque caput nudauit, aut inclinauit, aut alium solum honorem habuit. Cum sui quoque illum tanti contemptus arguerent, respondit; An ego uobis tam uenerandum omnibus Christianis Sacramentum contemnere uideor, quod quotidiè illud per rem diuinam certum; postquamque adorare cernitis? Sed non erat hic uenerationi eiusmodi locus; ne, dum Christi corpus honor, simulque probare sacrilegum sacerdotum putaret. Dixit; & Catholicis quidem pietatem suam valde probauit; apud factiosos uero maximam sibi inuidiam mouit; quibus ea res altius adhæsit, quam ut euellit, uel probabilis excusatione dilui potuerit. *Dubravims lib. 28. & 29. Cochleus li. 11. Syluius epist. 152. 155. 156.*

Erat & istud, quod Fridericum angebat, distinebatque, ne tantas, quantas uolebat, copias, contra Turcam contraheret. Principes Germaniarum, qui in partibus Rhenanis potentissimi fuerant, inter se dissidebant. Non ignorauit Nicolaus Pontifex dissidium. Ergo, ut eos ad concordiam reuocaret, Nicolaus Cusanus Cardinali Legato munus pacarii iniunxerat; qui vnâ cum Ludouico Bauriæ Duce, & Alberto Marchione Brandeburgensi præclare nauatâ operâ, tandem pacem inter disidentes composuit. Grauius erat, quod inter Magistrum militiæ Marianæ, & Ciuitates Prusiarum id temporis intercesserat. Oppidani, tyrannidem Religiosorum Præfectorum ferre non potentes, conspiratione factâ, quinquaginta quinque Ciuitatum, & oppidorum, tumultum contra Magistrum excitant, & defectione ab eo factâ, Regis Poloniæ opem aduersus tyrannum interpellauerant. Hinc inter eos, & Magistrum ortâ grauisimâ dissensione. Magister, ad tribunal Friderici Imper. Prutenos euocare non distulit. Ciuitates Imperij, quas uocant Itagnales, cum his sentiebant, opemque pollicebantur. Casimirus Rex, Mariano Ordini, & Magistro inestus, partes ciuium tuebatur. Viri seniores, cum vetera men-

XXIX. *Dissensionis inter Principes exercitus multitudinè impediunt, illas tollere satagit Nic. PP.*

*dissidij Cruciferorum & Prutenorum Narratio.*

XXX. *Ne Anathema in Prutenis feratur, suadet Syluius.*

te reuoluerent, admodum uerebantur, ne Bohemis Pruteni similes fierent, indeque Ordo Theutonico- rum aliis magis, & clarissimis pelleretur. Non deerant, qui Fridericum impellerent, ut Nicolaum Pontificem, ad ferendam contra confederatos anathematis sententiâ concitaret: præsertim quando ciuitates, quæ contra eum Ordinem fædus inierant, iudicij Imperatoris recularent. Eius rei factus certior Aeneas Syluius, Nicolai Pontificis nuncius, alicui amicorum Romam scripsit, qui Pontificem moneret, ne in processu contra eas ciuitates confederatas festinaret. ne uidelicet, ceteris Apostolicis, sicut id temporis in Austria factum est, contemnerentur. Ita neque Imperator milites Theutonicos, neque Rex Poloniæ auxilios multo plures, poterant submittere contra Turcas, dissidij illo gliscente. *Syluius ep. 151. & seqq. Tribemius in Chron. Sponheim. Cromerus, paulo luculentius ea narrabat. Ludouicus Erlichausius Magister Ordinis Cruciferorum, miserat Oratores ad Casimirum Regem, quæstum de secessione, & motib. Prutenorum. Prusi quoque; mittere non omiserunt, aduersus iniurias, & impotentem dominationem Crucigerorum opem Regis imploratum. Dum Crucigeri ne Rex aduersus fædera Prusis adesset, postulare; responsum est Prusis, & Crucigeris; Regem ueluti Christianum Principem dissidia nolle alere. Si eo arbitro uelissent, non recufaturum. Inter hæc maiores in Prussia motus, à nobilitate, & oppidanis contra Crucigeros emerferunt, cum Imperator Fridericus, quem iudicem arbitrarium partes sibi sumperant, illos non modò non vindicasset ab intolerabilibus iniuriis Crucigerorum; uerum etiam sexcentorum millium florenorum multam eis absentibus, inauditis que (Oratores enim eorum ad Fridericum destinati, in Morauia intercepti, detentique uenire ad diem præfinitum non potuerunt) irrogasset, ac Magistro eos denique tamquam seruos addidisset. Itaque illi magnitudine iniuriarum, & contumeliarum permoti, conspiratione inter se factâ, plerasque omnes munitiones, & oppida sex, & quinquaginta, in potestatem suam, eiecit Crucigeris redegerunt missaq; ad Regem Casimirum splendidâ legatione, ea omnia, seq; & omnem Prusiam, Pomeraniam, Culmensem, & Michaeliensem terram ei debebant. Rex in mensis Februarii consequentis anni eos adesse iussit. Quod ibi actum constitutumque fuerit, suo tempore dicemus. *Cromerus de rebus Polonorum lib. 22.**

Cupiebant aliqui, Nicolaum Pontificem ad ferendû cõtra eos anathema impellere. Cæterum Syluius prudenter dissuasit, ne exemplo Patauiensi, censura Ecclesiastica contemnerentur. Per id enim temporis, electo quodam ad Episcopatum Ecclesiæ Patauiensis, cum illum ciues, & nonnulla pars Cleri admittere, iam à Nicolao Pontifice confirmatum recusarent, neque Fridericus Imperator prohiberet, quin potius aduersus electum, ne ad possessionem Ecclesiæ admittetur, multa tum apud Sedem Apostolicam, tum in Prouincia taret, ageret; atque ex aduerso multi principes pro electo apud Sedem Apostolicam interpellarent: Nicolaus Pontifex, in subsidium iuris, contra reculantem Episcopum electum suscipere, sententiam excommunicationis protulerat, quam tamen illi flocci facere uidebatur. Post multas deinde trimque ortas concertationes, cum electus ius suum tueretur, Fridericus autem in ciuitate Imperiali feudi, contra uoluntatem suam electum obtinere Episcopatum ægrefere, & ex aduerso Nicolaus Papa, pro auctoritate & iuribus Sedis Apostolicæ constantissimè persisteret, tandem Fridericus Imperator ex sententia sanctioris consilij inclinauit, Ioannem que Hinderbachium, Secretorum Doctorem, ad Pontificem Max. destinauit, qui Nicolao arbitrium deferret componendi cum electo, & inducendi eum ad satisfactionem pro damnis & iniuriis, quibus Maiestatem Imperatorum affecerat. *Syluius epist. 140. & 148.*

Iuuit Aeneas Syluius Senensem Episcopum Nicolaus Cardinalis Cusanus sedis Apostolicæ Legatus, in-

conciliando Imperatore, cû Nicolao summo Pontifice, non minus quam in aliorum Principum Germaniæ dissidijs tollendis, inq; ueteri restituenda disciplina. Is enim hoc tẽpore Legationis Apostolicæ officio in Germania defungens, multa in Prouincijs constituit; quæ si obseruaretur, melius se in plerisq; res haberent. Litteræ seruatur in archiuis Ecclesiarij; hoc satis esse plerisq; putat: ceterum in executione operis nihil apparet. Fertur idẽ, inter alia salubria cõstituisse de venerabili Eucharistia, cuius erat tum quidã abusus, cû in publicis singulis diebus Iouis per anni circulum deferretur. Res à principio fuit deuotioni atque uenerationi parata: cæterum, ut euidetè claruit, per crebram eius ostentationem, quæ semper ardẽs, & summa debuerat esse, uiluerat reuerentia. Constituit ergo, ne præter solenitatẽ ab Urbano III. institutã, atq; eius octauas solennes, in publico ostentaretur, aut passim circumferretur: quod tre mendum Sacramentum, supremum honorem exigeret. Iuuit Cusanum in reformandis moribus, & conciliandis dissidentibus, F. Ioan. Capistranus Minorita, qui per Germaniã, atque Bohemiã usque ad eam commouit populum; ut omnia uana ludorum genera, scachos, aleas, taxillos, & quicquid eius generis est, conferrent in forum; famina toralia, & structuras capitis, atque alia uana redimicula, vno igne, inspectante populo concremarent: longo tempore olim dissidentes, inimicitias deponeret, luxu dediti ad meliorem frugem redirent; & quod caput est, contra Turcas non tantum cõmeatui necessaria, uerum etiã nomina darẽt, præsertim hi, qui bello gerendo apti. *Kranzius metropol. lib. 11. c. 39. scriptum est uita Capistrani.*

Id enim vnicum Nicolaus Papa curabat per Legatos, ut homines positis odiis intestinis, communes vires in hostem communes conferrent. Huic rei, Ioannem Kempium, uoluntate Henrici Regis Angliæ, ex Archiepiscopo Eboracensi, Canthuariensem electum, non modò confirmauit, transtulitque, uerum etiã titulu S. Balbinæ, in S. Rufinæ cõmutauit, ut Cardinalis Archiepiscopus ampliore auctoritate apud Regẽ, & Proceres Angliæ esset, eaque propter maiores conatus adhiberet; ad domesticas, quæ gliscebant, discordias tollendas, ad pacem inter Francos, & Anglos componendã, & ad copias ex utroque Regno contra Barbaros comparandas. Dedit etiã de re sex diplomata; vnum Archiepiscopo, alterum Canthuariensi Capitulo, tertium Prouincialibus suffraganeis, quantum Canthuariensi Ciuitati, & Diæcesi Clero, quantum eiusdem populo, sextum Ecclesiæ Canthuariensis uasallis. His fretus Ioannes Cardinalis, Archiepiscopatum ingressus, Crucem Canthuariensem in ædibus Thomæ Kemp. Episcopi Londinensis, sui consanguinei die xxiii. Septembris Fullamiæ accepit, atque ibidem postridi, Præfulibus ac Proceribus multis præsentibus, pallium à Nicolao Papã missum, ex manibus eiusdẽ Londinensis Episcopi induit: ac tandẽ vndecimo mensis Decembris hac solennitate inthronizatus fuit. In processione occurrerunt ei Prior, & Monachi Canthuarienses in albis Cappis, clamantes, Pastor noster, Cardinalis Sancte Rufine, & Archiepiscopus Canthuariẽ, &c. His obuiã fuit Archiepiscopus, Thomã Londinensi, Wilhelmo Wainflette, Wintoniensi, & Ioanne Koffensi Episcopis illi à lateribus. Episcopos, tres Abbates secuti sunt. In tertio ordine nobiles, Comes Wignoniensis, Vicecomes Lysley Dominus Moleuy, & Prior Sancti Ioan. Vltimus ordo uenerabilib. uiris tã Clericis quã Laicis, Decano Lincolnensi, Archidiacono Elinensi, aliisq; permixtus fuit. In Ecclesiã introductus, solene iurandũ præstitit, moreque Catholico in Sede Archiepiscopali collocatus, synodo Londini celebratã, auctoritate Nicolai Pontificis multa pro reformatione Cleri, & populi, pro reconciliandis Regibus, proq; auctoritate belli sacri tẽtuit. *Audor antiquitatum Britannicæ Ecclesiæ. Polydorus lib. 23. Ms. Bibliotheca Vaticana de rebus Anglicanis.*

In Hispanias quoq; & Occidentalia Regna Nicolai Page

XXXI. *Aeneas Cusanus Pontificis ac Imperatorum conciliator.*

XXXII. *Discordias Anglorum tollere curat Nicolaus Pontifex.*

XXXIII.

Smilitor Hispanorum, & aliorum.

Aluari Luna Casus mirabilis.

cura perasit. Regnabat apud Vascones, Ioannes Rex. Contra hunc Carolus filius Vianæ Princeps arma sumptulenter. Beamonij Proceres incitauerant. Iniriã interceptum Regnum, bello vindicandum diuinas & humanas leges à patre violatas. Si vires humanæ deessent, tamen æquissimam causam superis curam futuram.

His rationibus excitatus Carolus, cum Castellæ, Gallicæque Principibus societatem armorum constituit. Hinc belli flamma in vasconibus concitata, ciuilibus, sæuisimi. Quinto die Octobris, castra vtrinque posita acies ad pugnam productæ. Dalmatius Archiepiscopus CæsarAugustanus, & Georgius Episcopus Turiasonensis, cum aliis viris sanctis, quibus postulante Alfonso Aragonum Rege Nicolaus Papa negotium demandauerat, inter vtrosque commentantes, tentabant, si recõciliatã gratiã consensu ponerentur arma. Frustra. Carolus spe ferrox, pugnandi initium, sed damno suo fecit. Captus à fratre à Alfonso, in que custodiam à patre datus, fædissime pugne infamissimum exitum habuit. Aluarus Luna (de quo supra non semel diximus, & cuius tragicum casum proponere in exemplum lubet) in crimen vocabatur, quasi is fraudes miscuisset irritando in patre Carolo. Quæ antea sæpius cesserant prosperè, nunc exitio fuerit Aluaro. Fata vix sinunt artes impunè abire. Immerito rerum humanarum inconstantiã mortales accusant; quasi fluxæ, caducæ, incertæ, paruo momento in contraria vertantur; temeritateque potius fortunæ, quã certo consilio regantur: cum contra vitia & mores accusandi essent; quæ prauos homines in præceptis sæpe agunt. Quid enim mirum si inerti iuuenta senectutem egeitas premit? Si luxu gulæque maiorum opes effunduntur, perantque? Si potestas sordidè habita aufertur? Si superbiam inuidia sequitur, certa tempe pernicitas? Nimirum vera rerum vocabula amissa sunt aliena largiri, sua prodigere liberalitas vocatur. temeritas in laude ponitur, præsertim euentu secundo confirmata: ambitio decori ducitur: impotens dominatus, atque violentus, seueritatis nomen induit. Rarè à moribus fortuna discrepat. Nos inepti rerum æstimatores, alienas infelicitatis causas pericrutamur; quæ latent sæpe, nonnullæ tamen existunt. Hæc præfari volui, funestum Aluari Lunæ exitum scripturus. Ab humili ducta fortunã, ad summum peruenerat; in præceptis ambitio dedit. Bona inerant in natura, moribusque inerant mala. vtra magis? euentus indicat. Ardens ingenium, perpicax iudicium, aptus sermo, & cum aculeo factus, quadam tantum hæsitantiã tardior. profunda calliditas, atque simulatio, audacia, superbia, ambitio; ex quibus, atque ex fraude compositus videbatur corpus, exiguum, sed firmum, & bellicis laboribus idoneum: facies minuta, venusta tamen, cum dignitateque. Hæc à primis annis suscepta, confirmauit ætas, auxitque. Accessit contemptus hominum, commune potentium malum, aditus difficiles. cum ætatis flexu, ira peruiacior fuit. quasi fera in cauea perita iaculis, deinde emissa, inimicorum odio exacerbatus, impotensque successu, quas non strages dedit vindictæ studio ardens? His moribus non corruisse mirum est, sed tamdiu perstitisse pudendum. Sæpe antea occultis criminationibus de maiestate postulatus fuerat, tamquam ingentes ope; supra fortunam, supraque conditionem nactus, augere non desisteret. euersã nobilitate graue etiam imperium in Regem exerceret. Nihil illi ad Regnum præter nomen decesse. Studia ciuium habere, munitissimas arces; auri, & argenti immensam vim; exhaustum esse publicum ararium. Vera esse, quæ obiciebantur, Rex Castellæ non ignorabat: Sæpe etiam apud Regnam de iniuria, ignominiaque conquestus erat, cum aliis communicare non ausus; liberã etiam gemitus sublatã facultate. Euerendi hominis opportunitatem exoptatus casus attulit. Petrus Stunica Placentiæ Comes, se Begiare ditionis oppido continebat, publico in ea temporum colluuiõne ablinens. Id Aluarus odium interceptatus, eius perniciem molitur. Garfias Albani filius

è Petrasita, quæ arx vicinis locis sita est, prædas agere non desistebat, paternæ iniuriæ, quoniam vincus tenebatur, vindex. Aluarus eius oblidendi consilium dat, improuidè etiam Placentiæ Comitum occupaturus. Sic animas erat. Numina, quod parabat aliis exitum, in eius caput verterunt: fraus fraude petita. Hari Comes, Santillanus Marchio Placentiæ Comitibus suasi, factã conspiratione in Aluari necem coniurant, quingenti equites missi Vallisoletum sunt; quod Rex Burgis venerat in bellum intentus, quod inter Vascones gerebatur, incautum Aluarum oppressurum; tametsi alias species erat, Beneuentano opitulandi, aduersus Petrum Osorium, Trakamaræ Comitum cum quo disidi-um erat. Procerum consilio indicato Burgos auctore Aluaro reditum. Quod saluti fore credebatur, maturauit exitum. Arcem eius vrbis Dieghus Stunica obtinebat. Dieghi frater Placentiæ Comes, cum præfidio militari hostem oppressurum euocatur, quo res occultior esset, legata abs Regina ad auunculum, Ribadei Comite, principe seminã, prudentique. In cales Aluarum incidisse, irretitumque teæri: omnium telis quasi feram petendam, communesque iniurias vindicandas eius interitu. Neruis æger Comes venire non potuit. Aluarus filius missus, dum Curie oppido Burgis vicino euocat equites, Aluarum Lunam Rex mouet, vti in ditionem discedat. quantã inuidiã flagret, nõ ignorare. Sibi in animo esse, procerum consilio rempublicam gerere consilij nimirum suscepti panitentia subierat; aut rei exitum formidabat. Recusat ille nisi Toletano Archiepiscopo euocato; quem pro se vicarium substituere cogitabat, præterea Regis ex sermone (neque enim temerè fuisse putabat) odoratus infidias, nouum facinus designauit. Deus illi mentem eripuit. Alfonso Biuerum, qui Regi à consiliis erat, domi obruncat, atque è cancellis, in subiectum fluium præcipitem dat, nihil temporis sanctitate motus, tertio Kal. Aprilis, ipso die Venæ Christi cruciatuum memoriã facio, salutis anno M.CCCC.LIIII. Extrusus continuò, qui Aluari Stunica aduentum videret. Præcessit is obuoluro capite. Sequébantur modicis intervallis octoginta equites ad arcem, noctu ciues nonnulli euocati, monitque, vti cum armis vrbis plateas obfiderent. Rumores rotã vrbis iactati, Aluaro proximã luce parari vincula: nemo tamen renunciat. Stupor animos occupauerat. Vnus è familia Gotor, denunciato periculo, vt nocte in suburbanum hospitium se subduceret, hortatur. Salutaria momenti, non parat. Variis consiliis agitur, quod probaret, non habebat. Quò enim se reciperet? vbi lateret? cui salutem crederet, vrbis auxiliis infidis, longinquis arcibus quas habebat fortissimas? Gotore ablegato, rei euentum expectare constituit. Si verum fateri conuenit, quoniam sibi confidebat, contemnebat hostes: vtrumque in periculo nimirum, exitialeque malum. Rebus comparatis, nonis Aprilis, cum dies Iouis lucefceret, ædes Petri Carthagenæ, vbi Aluarus Luna erat, armati obfident. Vim adhibere non est visum, nonnullis quamuis militibus è fenestris ædium vulneratis. Interuenticis commeatibus, quod necesse erat, Aluarus Luna ditionem facit, syngraphã à Rege missã: nihil eum per iniuriam pallurum. Speciosa verba, rebus vacua. In eisdem ædibus custodiã mandatur, Abulensem Episcopum è fenestra conspicatus Regis lateri adhærentem (nam eisdem ædibus pransurus, sacris operatus veniebat) apprehenso mento suo. Pænas, inquit, sacrificule huius iniuriæ nostræ dabis. ad quem ille: Deum testor, respondit, nullam me huius consilij partem fuisse, nondum domita malis Aluari ferocia erat. Peractõ prandio, remotisque mensis, cum Regis conueniendi potestas facta vinculo non esset, codicillum in hanc sententiam mittit. Quintus, & quadragesimus annus, Rex est, ex quo in eius obsequio sum. De præmiis non queror maior a meritõ, maior a expectatione fuerunt: non negabo. Vnum felicitati meæ defuit, tanta fortuna tempestiua moderatiõ. Dum

XXXIV Aluari codicillus ad Regem

otio,

XXXIV. Aluari Codicillus ad Regem

Adillum Regis responsum.

Dum otio, quod magnorum virorum exemplo petendũ fuit, negotium præfero, à me debitum, tibi vt putabam necessarium, in hanc incidit calamitatem. Eripi libertatem, quam tibi non semel vt redderem, magnis periculis, vitam, & fortunam obseci, graue est. Plura dicere, dolor prohibet. Multis meis peccatis numina irritata certò scio. his malis, si placamur, satis habeam. Ope vitra sustinere non possum, quarum tantam copiam in me cumulasse malo fuisse. is libens cederem, nisi in tua potestate omnia essent: ereptã notè facultate, hominibus probandi, eum ad summa euexisse te, qui res humanas vt parare sic possit contemere, atque vnde acceperit resignare. illud obtestor, vt quoniam ararũ inopiã inductus, vnde minime debui, decem, aut duodecim milia redege, quæ in oculis seruauerunt, ea reddi, quibus sunt ablata, cum sile facias. Hoc si nostris officiis, qualiacumque fuerunt, non impetro; aequi vt postulati concedere sæcelsarium arbitror. Ad hæc Rex: quod de obsequio & præmiis diceret, non negare. maiora tulisse, quàm ab illo Rege, aut Imperatore ab vlla memoriã priuato contigissent. Eius causã ereptam sibi libertatem, eo adiutore redditam, non minus mereri vituperationis quàm laudis. Regiæ inopiã ab eo potissimum factæ, suis copiis opitulari æquius futurum fuisse, quàm alienã iniuriã. Se tamen ex eius bonis iis, qui damna pertulerant, facturum satis, maiore in eo conscientiã ratione habitã, quàm iniuriarum. Mirum est, in tanto numero eorum, qui Aluari beneficiis obstricti erant, nullum in periculo ad præfidium accurrisse; verum miseris studia destituerunt, cum aulæ gratiã in contrarium circumactã. Vno tempore à Rege Castellæ, Aluari oppida, & thesuri occupabantur, ipse è vinculis causam dicere compulsus est: quæ bona esse non poterat aduersum Regem tantis iniuriis exacerbatum. Dati iudices, maiestatis damnarunt. Portilio, quò deductus erat, Vallisoletum relatus cum panitentia, & Eucharistiã procuratus esset, ad supplicij locum, nullã veetus est per plateas voce præconis sententiæ summam de more inclamantis his verbis: Hoc supplicium huic crudeli tyranno abs Rege esto. Quod præcipi temeritate, & amentia, cum Regiæ maiestatis diuina in terris vicaria iugillatone, & aulæ in potestatem redactã, republicaque vniuersã ad arbitrium reuocata, supra conditionem, supraque priuati hominis modum elatus superbiã, in Deum, Regemque, contemptã Regiã maiestatem, Regij patrii magni iudicij aulæ, fædã iudiciorum perturbatione, ea crimina, flagitia, maleficia, pecculatus perpetravit, pro quibus securi subijctur: vt diuina, Regiãque vindicta sancita vnus supplicio, ceteris documentum detur similis audacia vitanda. Sic qui deliquit, pænas dato. In medio foro suggestus erat amplius, Cruceque in eo, & geminæ faces accensæ tapete substrato. Eo consensu, Crucem veneratus, aliquotque passibus cõfessis, amanuenti puero signatorum annulorum, galerumque dat. Hæc, inquiens, postrema à me munera habeo. Ingens pueri ploratus, circumstantium gemitus consensutus est. Variæ rerum imagines mentibus occurrebant, proximæ felicitatis cum præfenti fortunã comparati, inimicis etiam excusserat lacrymas. Aderat Barrafa Henrici Principis Stabulo Præfectus, Huic ad se vocato; Vade, inquit, Principi ex me dicto, famulis gratificandis ne Regis hoc exemplum sequatur. Erat vnus ferreus sublimi ligno confixus. Rogat carnificem; equem in vsu paratus esset? Se iuncto, ille, à trunco imponendo capite. Post mortem, subdit Aluarus, de corpore, vt libet, facito. viro forti mors turpis esse non potest; neque immatura tantis honoribus defuncto. Hæc dixit, simul dilicatoris tunicis, intrepidè securi caput subiecit, tertio nonas Iulij, vir verè magnus, ipsaque fortunæ varietate admirandus. Tringenta circiter annos ita in aula dominatus est, vt nihil, neque maioris, neque minoris rei, nisi eo arbitro gereretur: ne vestes quidem Rex, aut cibi genus, aut aulæ ministeria, nisi eius voluntate mutabat. Sed exemplo tamè calamitatis, quò monendi alicui, vt amari à Principibus quã metui malint; quia metus domini, exitium ferui est; & fata vix sinunt, superbos famulos feliciter mori. Alfonso Spina monachus Franciscanus morienti

Morienti Aluarus ad se Al. fonsus Spina admo. rita au. ditor For. jiii.

affuit: is qui Fortalium Fidei edidit, splendido utu- lo, voce barbarã, eruditum opus, & diuinarum rerum cognitione præstanti. Truncus tribus diebus in suggestu relictus pelui iuxta positã, stipe colligenda, qua sepeliretur homo, paulò ante Regibus potentia exaquãdus. Sic res humanæ variant. In Diui Andrea, vbi ceteri supplicio affecti, sepultus est. inde in Diui Francisci translatus, intra idem oppidum annis consequentibus in templum Toletanum, instaurato ab amicis funere Regum permisso. Vulgò fertur, consulenti Vatem Aluaro, prædictum, Cadahalsum exitio fore, eum quod ad suggestum referre debuisset (id ea vox Hispanis significat) oppidum interpretatum illo in Carpetanis nomine, suum quãuis, per totã vitã vitasse. Nos hæc, vt nã, parum curanda putabamus. De Aluari casu hæc enus.

Carolo Vianæ Principi, cum Cæsaræ augustã deductus esset, agentibus XL. viris Aragoniis cū patre reconciliata gratia, libertasque reddita X. Kal. Iulij: eã conditione, vt ipse in patris potestate esset: & ex vrbibus, atque arcibus, quæ in eius fide erant, præfidia deducerentur. Inter hæc alia doloris materia Ioanni Regi Vasconum accidit. Blacam eius filiã, Henricus Princeps Castellæ in matrimonium ferè à duodecim annis ante acceperat. Ea hoc an- no ab illo repudiata, remissaque ad patrem est, quasi maleficio, sacrifque magicis, veneris vsu prohibita. Is dicebatur prætextus, rem alij putabant, alienæ culpæ pænas dirempto coniugio dedisse, viro præpostera libidinibus auido (quod sæpe vitium castigare pater conatus erat) concessã, neque cupido, neque potenti, præsertim vitandis virginibus. Sic cõstans opinio fuit, multis argumentis cõfirmata. A Ludouico Aconio, Segobienfis Ecclesiæ, pro Cardinale Ioanne Ceruante Administratore, diuortij sententia pronunciata primũ; confirmata deinde ab Archiepiscopo Toletano, Nicolai Pontificis permisso; datis ad eum litteris ea causa: non sine admiratione terrarum, dimissa Blanca, neque Henrici toro diu cõlibe. Ex præscripto de frigidis & maleficiis decreto, iudicatum.

Lusitanis hoc tempore præerat Alfonso Rex, eo nomine Quintus. Ab eo in Lusitania nummi auri recens percursi sunt hoc anno, cum primis probis. Cruciatum ex eo dicti, quod venia concessã Lusitanis esset, quicumque Cruce insigniti, aduersus Christiani nominis hostes, pro religione arma sumerent. Aluarus Gonfaluus Lameci Episcopus, eam veniam à Romano Pontifice Nicolao Quinto derulit, vir in ea genere clarus prudentia, doctrinæ opinione præstanti. Id tẽporis cæperant Lusitani extrema Africæ littora, annuercariis navigationibus tẽtare, aperireque longissimo tractu vsque; ad Bonæ Spei montorium: quod littoribus vtrinque in cuspidem extenuatis, vltra mediam cæli plagam, triginta quinque gradibus porrectum est. Vnde genti magnæ opes accessere, gloria par. Henricus Lusitani patruus, cognitis astrorũ conuersionibus, cuius rei peritissimus erat, & in Studiũ incitatus Christianæ religionis amplificandæ, auctor primus extitit. quo nomine immortalem laudẽ habeat, necesse est. Castellæ Rex eã Africæ littora, ad sum ius pertinere existimabat: neque interceptum à Lusitanis iri passurum. Legatus de ea re Ioannes Gufmanius, ni mutarent, minas addidit, bellum seuissimum sinibus illaturos. A Lusitanis mite responsum datum; Putare se nihil contra ius factum esse, atque fidere, nisi re diiudicata Castellæ Regem haud moturum arma. Mariana de rebus Hispan lib. 22. c. 12. 13. 14.

Fiduciam Lusitanis faciebat, non tam temporis, quã iuris præscripto, cum illi primum Romanæ Sedis auctoritate innixi, vñ cum negociatione, Euangelium in illas oras iam pridem intulissent, Enim verò, si vrbe Romam, Deus, idè exfurgere, & à paruis initiis ad summum in terris imperium euehi passus est, vt Ecclesiæ Principatum, ac Religionis Christianæ domicilium ibi aliquandò locaret; atque, vt vnde omnes populi, & nationes tum iura ciuilia, tum nescarios ritus, ac superstitiones antea petissent, inde in omnia Regna, prouin-

XXXV. Vitiã Principis cum Patre reconciliator cui aliud accidit infortunium.

XXXVI. Alfonso Lusitania Rex Cruciatum in hoste, Fidei curat.

XXXV. Lusitanis auctoritas eã Sedis A. postea Fidem prædicant exteri. Nationibus & negociantur.

ciaseque



claque, sine vilo erroris metu Sacrosancta Christiani-  
tatis scita, & castissimae caeremoniae, & bene, beatęque  
viuendi verissimae praecipua, per Summos Pontifices de-  
riuantur; poterant, & possunt, illi, qui Christi, cui a Pa-  
tre dictum est, *affer filios meos de longinquo, & filias meas  
ab extremis terra;* Vicariā inter mortales potestate fun-  
gantur, Regibus Christianis potestatem facere, ad i-  
gnotas regiones nauigandi: quo per mutua commercia  
dum peregrini cum incolis, vel terrā nata, vel manu fa-  
cta, vel alia quālibet in vsum vitā, pro locorum, & re-  
gionum varietate, permutant interea occasionem nacti  
Sacerdotes & vitae innocentia, & Christianae facundiae  
laude praestantes, ex auctoritate Romani Pontificis, ver-  
bum Dei longē, latēq; disseminant, errantesq; mortaliū  
greges, ab infelicibus vepretis, ac salubris, ad laeta Do-  
mini pascua, caulasq; traducunt. Possunt deinde Pontifi-  
ces Romani, illis Christianis Regibus, quorum operā fa-  
lutaris Christi doctrina in aliquas remotissimas natio-  
nes, quae lumen Euangelij vel antea nunquā acceperant  
vel acceptū incuriā, seu longinquitate restinxerant, pri-  
mum propagata fuerit, indulgere ne cōmerciorū gratiā  
alij Reges, citra illorū voluntatē, in eas regiones aliquid  
iuris habeant; ne scilicet per eam occasiōē, dissidia in-  
ter Principes Christianos oriantur; ne hinc fructus  
Euangelij apud gentes barbaras impediatur, aut omni-  
no tollatur; Et quia Lusitani haecenus, per summā ani-  
mi contentionem, perque summa pericula, & difficul-  
tates, pertinacissimo studio, ad meridiē, & Orientē, i-  
gnotas ad id tempus terras, ignotiora maria reperissent  
inque eas Euangelij facem primū intulissent, & maximos  
progressus, in vniuersae Dei gloriam, & Solatium Ecclesiae  
Christi vniuersae fecissent, iure optimo, a Martino Quin-  
to Pontifice maximo probato, tam fidenter Regi Cas-  
tellano responderunt. Id porro quomodo acciderit,  
sc. quomodo primi terras illas aperuerint, operae pretiū  
est aliū repetere.

XXXV  
III.  
Quomodo  
Lusitani  
nouas  
Terras  
inuen-  
erint.

Orbem terrae vniuersum tres in partes diuisit anti-  
quitas. Inuenti demum noui tractus quartam adiecerunt,  
si quarta appellanda est, quae vna reliquis omnibus ma-  
gnitudine fermē par est. Neq; tamen haec recentiora tā-  
tummodo, sed veterum quoq; finium haud exigua spā-  
tia prisci homines ignorarunt. Siquidem & in multis  
regionibus describendis, Prolomeus vir caetero qui sum-  
mus, & alij geographi insignes hallucinati sunt; & Africae  
terrae, quidquid a Pralō promōtorio, & interiore Aethi-  
opiā, & Lunae montibus in Austrū extenditur, mul-  
taeque & ingētes tū Africō, tū Indico littori obiacentes  
insulae, quamuis accuratā eorum diligentia, notitiamq;  
subterfugere. Nauigati verō ante cōtesimum annum &  
supra, vel apud Hesperios populos tanta fuit inficitia,  
maritimo videlicet vfu altrolabij nondum excogitato,  
vt ab ora discedere, & alto Oceano se cōmittere nequa-  
quam auderēt; sed littora cautē legētes, vbi ad aestus ma-  
ris, aut breuia periculosa perueniant, quasi repagulis  
quibusdā à natura, seu numine obiectis, reciperēt illud  
sefe, & longius tēdere quodāmodo nefas arbitrarētur.  
Itaq; promontoriū ad Atlantid radices, & aquarū impe-  
tu, & Syrtibus vicinis infame cui nomē olim fuit extre-  
mae Chaunariae, rudi sanē vocabulo, caput non, eā tem-  
pestate vulgus nautarū appellare solitū est, propterea, qd  
si quis id promontoriū superare male sano conatu esset  
aufus, eū ad suos vltra esse rediturū negaret. Haec igitur  
loca, gentesq; linguā, moribus, superstitionibus adeo  
dissona, Lusitanorū armis tandē aperta, & Christi E-  
uangelio collustrata sunt hoc modo. In iis Lusitaniae  
Regibus, qui prospero euentu rem, & suam, & Christiana-  
nam auxere, praecipuā celebritate fuit Ioannes eo nomi-  
ne primus; qui, transmissio in Africam exercitū, Septem  
urbem (quam Procopius Graecē, Septon, alij septē fra-  
trum ciuitatem appellant) de Mauris cepit inigni vi-  
ctoriā. Huic ē Philippa Alencastriā, Eduardū sexti, Bri-  
tanniae Regis nepte, filij fuere quinque; quibus, tertio,  
vel vltiū affirmant, quarto loco natum Henricū, scri-  
ptores meritō in caelum vsque laudibus ferunt, quādō

praeter bellicam virtutem, quam in eius vrbis expugna-  
tione cunctis admirantibus explicauit, eā fuit Sancti-  
monia vitae, eaq; in Deū & superos omnes, ac Beatissi-  
mam praecipuē Dei matrē obseruantia, vt in summa  
corporis firmitate, summaq; licentiā, illibatū virginita-  
tis florē ad extremū vsq; Spiritum retinuisse credatur.  
Is, Ioanne patre, post fractā Maurorum audaciā, vitā fū-  
cto, licet perfidum, & cōfcleratū genus hominū por-  
ro infectari, nec tantum ē Mauritania, sed ex Africa to-  
tā exterminare percuperet; tamen, quod ad haeredem  
Regni Eduardum fratrem natū maximum, eiusmodi  
expeditio pertineret, ipse interim ad alia non minū  
praclara sese conuertit, quae suis, & auspicijs aggregari,  
& sumptibus tolerare se posse consideret. Praeter quippe  
nobilissimorum equitum Ordini, quem Dionysius tri-  
tauus, Christi nomine contra barbaros instituerat; et  
eoque Magistratu non lexiuos annuos redditus & ve-  
tigalia capiebat. Haec illi dies, noctesq; apud animum  
suū agitanti, nihil omnino vel ad nominis Lusitani  
famam illustrius, vel immortalit. Deo gratias visum est,  
quā incognita scrutari maria, nouas in Oceanum clas-  
ses mittere, & rectam religionem in omnes partes, quo  
ad eius fieri posset, extendere. Cuius rei perficiendae eū  
maiores veniebat in spem, quo se acrioribus quoti-  
die Stimulis in hanc mentem sentiebat impelli; & per  
illos fortē dies allatum erat, quosdam ē Britannia, &  
Calliā mercatores, vi tempestatum ad noua loca dela-  
tos, quae à feris & barbaris daemonum cultoribus tene-  
rentur. Haec igitur maxime sententia Henrici animo  
insedit. Quare cōfcleratis Mathematicis, multa  
de situ orbis, deq; caeli plagis exquirere, multa etiam,  
vt erat acri, & solerti ingenio, partim legere, partim cō-  
mentari ipse per se; multa praeterea de captiuis Tingira-  
nis, & accolis interioris Lybiae sciscitari. Deniq; dū cun-  
cta circumspicit, rei q; magnitudinē ac difficultatē apud  
se diligenter expendit, intentus interim oppido nouo  
ad sacrum promōtorium condendo, Terzanabale (quā  
deinde Villam infantis dixere) fama est, per quietē cae-  
lelli monito clementer increpitum, quod cogitātā, cō-  
quisitione tamēdiu superfederet, remque adeo piam, &  
laudabilem vltra differret. Itaque mane, vt primum e-  
uigilauit, sine vlla dubitatione duas in praesentia naues  
omnibus rebus ornari celeriter imperat, precatuq; cae-  
li Reginam, vt volens, ac propitia ceptis adesset, cursū-  
que dirigeret, lectissimos ē copia Turdetanā Magistros  
vtriq; praepōnit, & ingentibus oneratos promissis, quā  
longissimē prouehi, & extimos Africae tractus ac gētes  
accuratē explorare iubet. Ii, licet laboris, & periculi,  
magnitudinem animo cernerent; tamen Principis au-  
thoritate, & insitā Lusitanis gloriae cupiditate per moti  
(agebatur autem annus huius seculi decimus) rem ala-  
cres fidenterque suscipiunt. Itaque populo faustis om-  
nibus, & acclamationibus prosequente, cum in Austrū  
vela dedissent, vltra Atlantis radices, quae terminum nau-  
igationis ad eā diē fuisse diximus, leucas circiter sexa-  
ginta (recentioris mensurae id nomen est, quattuor ferē  
millia passuum singulae continent) ad Ganariam pro-  
montorium deuenere, quod ne longius tenderent, par-  
tim nouis aquarū aestibus, vadisq; partim etiā procur-  
tis promontorij longitudine deterriti sunt. Eadē causa  
decennū fermē totum alios deinceps, aliosq; prohibuit  
quo minū ē sententia nauigare. Sed nequaquā idcir-  
cō Hēricus à suscepto cōsilio desistit, quippe, tū ex Afro-  
rum sermone, tum ex Mathematicā ratione certissimis  
cōpererat argumētis, ab ora, Mauritaniae, cōtinentes, ac  
perpetuas regiones vltra Aequatorē extēdi, quae si pedi-  
bus peragrari, ardore, aut solitudines vetuissent; mari  
certē, modō per seueratā nō deesset, adiri, cognoscique  
posse consideret. Nec eū spes fellit. Siquidē ante annos  
XXXIII. scil. anno à partu Virginis MCCCC XX. cū  
sefe intrepidē Nauarchi alto mādassent, multis, & peri-  
culosis iactati procellis, varias primū insulas, ac deinde  
remotiora in singulos annos Africa littora, ad vsque  
Leanā (id monti nomē est, leucis à Ganaria trecētis, &

Henricus  
Portu-  
gallia in-  
fians ad  
nouas re-  
giones in-  
ueniendas  
annua-  
tur.

Nomina  
inuen-  
tū Noua-  
rum re-  
gionum.

(sexaginta) singulari Dei beneficio cognouere. Horum  
ē numero viri tres praecipuē meriti felicitate, virtuteq;  
sunt, vt eorum nomina litterae omnes ab interitu vindica-  
rent. Fuere autem Ioan. Consaluis, & Trifstanus, Va-  
saeus qui omnium primi longē à cōtinenti recedere, & va-  
sto, ac furenti Oceano sese credere minimē dubitarunt:  
ac partim ventis ablati, partim animi robore, consilio-  
que prouecti; infulas aliquot, in iis vnam hodiē nobilif-  
simam, ditissimamq; cui à materia nomen est, ad Lusi-  
tanicū imperium adiunxerē; itemq; Aegidius Annus,  
qui Syrtibus euitatis, & accuratē obseruato maris aestu,  
recessuque, Ganariam promontorium eximīā nauigan-  
di arte, ac scientiā deniq; flexit; & Christianae Fidei, ad  
Hesperios Aethiōpos, aliaq; inaccessas antea nationes,  
aditum aperuit. Hos autem, Henricus, & qui deinceps,  
eorum industriam subsequuti sunt, pro cuiusque meri-  
tis, ac laboribus amplē remuneratus est. Ne autem con-  
quirendi ardor in posteris refrigeret, à Martino  
Quinto Pontifice Maximo impetravit, quod ipsum ab  
alio deinde Pontificibus confirmatum est; vt quicquid  
à Canaria ad vltimā vsq; Indiam patefieret, id quam  
optimo iure, & conditione Lusitanicae ditiois esset.  
Plures annos prima ista nauigatio tenuit; cum Hēricus  
omnibus in locis quae acquirerebatur templā construeret, ac  
variis in regionibus Euangelio viā munitā, plenus glo-  
riā, & rectē factis in caelum sibi viam pararet.  
Eam gloriam inuidens illi Rex Castellae, id, quicquid  
dixi, controuersiae Lusitanis mouerat. At Alphonsus  
prudentē responderet, fretus iure suo quam optimo,  
quod illi tum à laboribus in propagatione Euangelij  
primū susceptis, tum à Sedis Apostolicae acquisitis  
decretis. *Maffem hist. Ind. lib. 1. & Nicolai V. Pontif. di-  
ploma pro cruciata.*

XXXIX  
Bessario  
s. R.  
card. fit  
Patriar-  
cha Con-  
stantino-  
polis.

Hoc anno Nicolaus Pontifex, Bessarionem Cardina-  
lem Nicenum, Patriarchio Constantinopolitano praefecit.  
Graeci, permisione Mahometis, Gennadium Scho-  
lariū Patriarchā ex hac occasione, ordine, quem auctor  
Patriarchiae Constantinopolitanae historiae elegerūt. Ista  
habet auctor, ex traslatione *Emanuelis Malaxi Poloponesij.*

Quo anno Turcicus Rex Mechemeta, Constantinū  
urbem expugnauit, sciens Romanis, seu Graecis, semper  
fuisse Patriarcham; propterea quod eā in vrbe, antequā  
eam cepisset, ipse maiorem temporis partē exegerat, res  
que Romanas, & ordines gubernationesq; Romanorū  
probe, & exactē nouerat; mirabatur, quid cause esset, qd  
Patriarcha non veniret ad se suppliciter honoris causa,  
pro Domino agnosceret, & qd commotus, cogitabat, quid  
hoc rei esset: ac continuo accitis Ecclesiasticis viris, dixit  
vbi est, qui Patriarcha munus gerit. Quare nō accessit,  
vt mihi tāquam Regi, reuerentiā debitā exhiberet? Haec  
Sultanus. Magna. n. eius animū inceslebat cupido vidēdi  
Patriarchae & cū eo de religione colloquēti, vt ex eo quae  
res, res diuinas cognosceret. Tūc responderūt illi Clerici  
illi: Jā à longo tēpore nō habemus Patriarchā. Qui enim  
Patriarcha fuit, sua spē, adhuc viuē, Sedē suā reliquit:  
& ab eo tēpore, nullū aliū sufficimus. Hoc Rex audito,  
cessauit ab ira, quā conceperat; suāq; voluntate potestatis  
eis creādi aliū dedit, dicens; Vos verō facite Patriarcham  
quēcūque volētis, ex praescripto Religionis vestrae. Hoc  
autē, quod ita de faciendo Patriarcha dixit, nō amore Re-  
ligionis ab eo dictum fuit, sed callidē. Voluit scilicet, vt  
Christianis vbiq; dispersis innotesceret, iterū praesente Pa-  
triarchā; quo sic ad conferēdū se in vrbe alliceretur. Ac-  
ceptā igitur hac facultate, Clerici de mādato Regis con-  
gregarunt certos quosdā, qui in vicinia erant sacrorum  
Antistites. Hoc modo Synodo coactā, elegerūt vnā mē-  
te, & voce doctissimū, & prudentissimū virum, Geor-  
gium Scholarium, qui tūc adhuc Imperio Romano,  
in iudicio Imperatorio iudicē egerat: ac quo tēpore Rex  
Ioannes Palologus in Italiā profectus fuerat, vbi Flo-  
rentinae Synodus facta est, secum illū inter alios duxerat,  
vt eruditione praestati praeditū. Erat porro idē, pietate,  
sanctitateq; insignis vir. Vt autē significationē (sicut in  
Patriarcharū creatione fieri solebat) minorē, quae appel-

latur, illi dederunt, vt scilicet ipsum contructura  
Patriarchā, nullo modo eā audire voluit, nec acquiescere il-  
lorū suffragiis, vt Patriarcha fieret. Pōtēstas verō & Cle-  
rici, & populus totus, etiā inuitum, & reluctante creatū  
data quoq; alterā, quae maior vocatur, siue voluntatis si-  
gnificatione. Ordinās renouauit eū Heraclēs Antistes,  
praesentibus aliis Pontificibus multis, in tēplo Sanctorū  
Apostolorū, quod olim à Regina I. heodorā Iustiniani  
magni coniuge conditū fuerat, eiq; Gennadium dixere  
nomē. Eū statim vt Patriarchae dignitatē accepit, Pōtē-  
stas, & Clerici, Primoresq; populi, ad Sultanū deduxerūt,  
quē etiā ille adorauit. Tum Clericos interrogauit Sulta-  
nus, Equā consuetudinē habuissent Romani Impera-  
tores, in creatione alicuius Patriarchae? Responderūt il-  
li, quoties aliquis futurus esset Patriarcha, donasse Im-  
peratorē ei pretiosum pileum cum velamento sub pileo  
pallium itē vndulatum, nec non albū equum, cui Patri-  
archa insidens, circumiēs vbiq; huic faulta praecatus sit.  
Datū praeterea esse manu Imperatoris ei pedū, integre  
curae pastoralis in gregē pium. Ita Sultanus, his auditis,  
pedū manu suā accepit, idque in manū Patriarchae dedit;  
mandatoq; eiusdē Sultanī, omnia illa modō dicta, qua  
Patriarchae honoris, beneficiique causa ab Imperatorib;  
accipere soliti fuerant, ritē administrata sunt. Clemētiā  
porro, & benevolentia magnā, idem hunc Patriarcham  
prosecutus est, quod cognouisset, sapientia, pietateque  
singulari praeditū esse. Concessit quoque eidē celeberrī-  
mum Sanctorū Apostolorum templum, in quo hic Pa-  
triarchicā Sedem locauit; quā postea in monasteriū Dei  
parae Pamacaristae, concedente Sultano transfuit. quo  
tēpore idem Sultanus ipsemet intrauit Patriarcheum,  
cumque in Templū Sanctissimae Dei genitricis Pama-  
caristae venisset, in Sacellū eius ingressus, cū Patriarchā  
Gennadio clementer sermones cōtulit. Tūc omni me-  
tuposito, vniuersam ei Patriarcha veritatē Fidei Chri-  
stianae aperuit, scripsitque pro numero Quāstionū eius,  
Capita viginti, quae singula inferius ordine sequuntur,  
sententiaque eorum perspicitur, quae & de diti Sulta-  
no. Eorum Caput inscriptio, initiumque sic habet.  
Sapientissimi, & Doctissimi viri, Domini Gennadij,  
Scholarij, Patriarchae Constantinopolitani, nouae Roma-  
e, sermonicatio, habita de rectā, & inculpatā Christiano-  
rum Fide. Interrogatus enim ab Imperatore Mecho-  
metā, Quid creditis vos Christiani? respondit ei adhuc,  
qui sequitur modum.

CAPVT I.

Credimus, esse Deum, qui omnia quae vsquam sunt,  
cum non essent, fecerit. Hic quippe nec corpus est, nec  
corpore indutus, sed actu intelligendi viuus: & est mens  
optima, perfectissima, & sapientissima. Nihil in eo cō-  
positū reperitur, nullū principium, nullus finis. Est in  
mundo, & supra mundum. Non est in vilo loco. Et tamē  
est in omni loco. Haec sunt proprietates Dei, quibus à re-  
bus, quas condidit, ipse distinguitur, quibus etiam alia  
generis eiusdem notae propriae accedunt.

II.

Est Sapiēs, & bonus, est verus, atq; ipsa veritas. Que-  
quid cōmodorum, & praerogatiuae singulari ipsius crea-  
turae seorsum habet id ipse omne solus in se cōtinet, sub  
limiore quodā modo. Et haec cōmoda, quibus perficitū-  
tur, habet & creatura ipsius, quod ipse eis haec dat, & de-  
que bonae sunt. Et quia ipse Sapiēs est, haec sapientes sunt:  
quia ipse verax, haec veritatem habet eodēq; in caeteris mo-  
do; illo dūtaxat discrimine, quod in Deo haec primū, &  
proprie sunt, in rebus verō creatis participatione.

III.

Credimus in Deo esse alias tres proprietates, quae sunt  
tāquā principij, & tons omnium aliarū eius proprietatū.  
Hisce tribus proprietatib;. Deus aeternū viuus in seipso,  
etiā antequā cōditus ab ipso mundus esset, & per has pro-  
prietates cōdidit mundum, his, quoq; gubernat eū. Ha-  
tres proprietates, nominamus tres hypostasēs, seu per-  
sonas. Quia verō haec ipsae proprietates, non partium  
vnicam illam, & simplicissimam Dei essentiam;

XL.  
Fidei do-  
gmata  
aui a  
Gennadio  
Turcarū  
impera-  
tori.

ided ipse, licet tribus his proprietatibus praeditus, vnus Deus est; no aut tres Dij sunt, sicut quida dicere audebat.

IV. Credimus, ex natura Dei oriri Logu, seu Verbu, & Spiritum; sicut ex igne, lux, & caliditas existit. Et quemagmodu ignis, etiam si nihil subiciatur, quod illustretur, & calefiat ab ipso, tam ipse per se semper habet lucem, & caliditatem; & haec ambo emittit ad quos; eodem modo, etiam antequa fundamenta mundi iacerentur; erant Logus, & Spiritus, personae Diuinae naturales; quandoquid Deus mes est, sicuti antea dictu est. Haec tria, Mes, Logus, & Spiritus vnus Deus est: Sicut in vna, eademque hominis anima, est mens, est ratio meute intellecta, est voluntas ite meute percepta: & tam haec, quae tria sunt, vna est ratione essentiae suae anima. Rursus, Logu Dei, nuncupamus sapientiam Dei, & potentiam, & virtutem, & Filium Dei quia genitum quidda est ex natura eius; sicut quod est natura hominis generatu est, hominis vocamus filiu; & sicut hominis cogitatio, seu animi sensus, est quidam animae eius partus. Rursus, Dei voluntate appellamus spiritum Dei; & charitatem. Sed ipsam mentem, patris nomine vocamus: eo quod ipse nec genitus sit, nec causam ante se habeat: causa autem sit Filij, & Spiritus Sancti, Quoniam igitur Deus non solum res se creatas intelligit, sed multo magis intelligit, & nouit seipsum: ideoque habet Logum, & sapientiam, qua seipsum intelligit seorsum, & propterea: Simili modo non tantum vult, & diligit ea quae fecit, sed vult & diligit seipsum multo magis: ideo, ab aeterno procedunt ex Deo, tum Logus, tum Spiritus ipsius; & in aeternum sunt in ipso: atque hi ambo, cum Deo Patre, vnus est Deus.

V. Credimus, Deum Logo Sapientiae, & potentiae suae, condidisse Mundum; ac spiritu bonae voluntatis & charitatis suae, providere, gubernare, & mouere, omnem naturam suam in mundo, ad bonum, pro cuiusque naturae ordine. Ideo credimus, Deum, quando voluit, sola misericordia sua conuertisse homines, abduktione a seductione, & errore Daemonu, & cultu idolorum: propterea quod excepta angusta regione Iudaorum, in qua vnus adorabatur, & credebatur Deus, ex lege Moysi, reliquis omnibus terrarum orbis colebatur Dei creaturas, homines ite, multos Deos, qui non sunt, pro vno solo vero Deo adorabant, vivebant denique secundum suas singuli concupiscentias, non secundum aliquam Dei legem.

VI. Tunc Deus talem efformationem humani generis, per Logum, perque Sanctum Spiritum suum fecit. Idcirco Logus Dei induit humanam naturam: vt, qua homo esset, versaretur cum hominibus, qua autem Logus Dei, & sapientia Dei, doceret homines credere in hunc vnum, & verum Deum, & viuere secundum legem, qua ipse dedisset. Rursus, qua homo, vt mores, vitamque suam exemplum daret doctrinae suae, primus enim ipse seruauit legem, quam hominibus dederat: Qua vero Logus Dei, & potentia, posset illud toti mundo salutare bonu, cuius causa venerat, conficere: quia fieri non poterat, vt simplicis hominis viribus, ad Deum conuerteretur orbis terrarum. Ita, Logo quidem suo seminauit, Omnipotens ille, & oculorum effugiens obtutum Deus, veritatem Hierosolymis: Spiritu autem suo illuminauit, & roborauit Apostolos suos, vt veritatem in totum etiam terrarum orbem disseminarent, propter charitatem Dei, qui ipsum miserat, & propter cupiditatem, qua flagrabat salutis humani generis; secundum exemplum ipsius Iesu, qui, qua humanam assumpserat naturam, pro communi salute hominum vltro emortuus est. Sic nos credimus vnum in tribus personis Deum Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, quemadmodum Dominus noster Iesus Christus docuit. Et, quia verax est, credimus, eum esse ipsam veritatem. Discipuli etiam ipsius, sic nos latius docuerunt. Sic ex vi quoque sapientiae intelligimus.

VII. Credimus, Logum illum Dei, & hominem a Logo in-

ductum, esse Christum, sanam vitam Christi, quam in carne sua ducebat, erat vita hominis, plusquam Sancti. Vis autem sapientiae, & operum eius, erat Dei potentia.

VIII. Credimus, quemadmodum anima & corpus vnus hominis, constitunt vnum hominem, ita Logum Dei ab vna parte ab altera vero, animam, & corpus, esse perpetuo duas naturas, perfecte diuinas in vno homine. Sic & humanitas, & diuinitas, sunt in vno Christo natura perfecte diuinae: tantu hypostasi, & personaliter coadunatae. Ac neque Logus Dei mutatus est in carnem, aut in animam Christi: neque caro Christi, aut anima eius, couersa in Logum Dei: sed erat, & est in Christo, post illam eius summam admirandam dispensationem, tum Dei Logus, Logus, tum humanitas, humanitas. Nec etiam humanitas Christi, diuinitatem assumpsit: sed diuinitas Logi Dei, naturam humanam assumpsit, in ipsa assumptione actione coagmentatam. Quicquid in Deo est, & ex Deo, natura Deus est: quia in Deo nullum accidens est. Ideo, qui sub intelligentiam cadit, Logum Dei, Deum nominamus, & credimus. Et quia hic Dei Logus erat in Christo, ideo Christum, Deum, & hominem confitemur: hominem quidem, propter animam, & corpus Deum vero, propter Dei Logum, qui in ipso est.

IX. Credimus, Logum Dei fuisse in Christo, & in mundo, atque in caelo, & in Deo Patre: quoniam Logus Dei est infinitus, sicut Deus nullo fine clauditur, qui generat eum, id est intelligit, & infinitam potentiam habet. Verumtamen, in Deo, alio modo erat, & in Christo, alio: itemque in mundo, alio.

X. Quando Deus de bonitate sua, & gratia cum aliquo creato comunicet, eum tunc prorsus nihil deperdere, sed magis magnificari: propterea quod ex praesentia reru conditarum, celsitudo Dei manifesta sit. Ac, quate maior creatus praesentiae accessio fiat, ex maiore bonitatis eius comunione, tanto magis bonitas, & potentia Dei illustretur. Hinc adeo factum est, vt bonitas Dei, & potentia, & charitas, humano generi maior, & illustrior extiterit, quando ipse Dei Logus, qui Deus est, cum tota sua potentia descendit in Iesum, quam cum ad Prophetas, vnam, aut alteram gratiam misit: & quidem eorum alij, atque alij, maiorem, aut minorem.

XI. Credimus, Christum esse Crucifixum, & mortuum suam propria voluntate, ob multas, magnasque utilitates in quibus explicandis, longa oratione opus esset, & id omne, ratione humanae suae naturae. Logus enim Dei, nec Crucifigitur, nec moritur, neque a morte relurgit: sed ipse potius alios mortuos resuscitauit: sicut etiam carnem, quam ipse gestauit, Credimus, Christum post resurrectionem suam, assumptionem esse in caelos: & inde cum gloria, ad iudicium de mundo faciendum redituru.

XII. Credimus, animas humanas esse im mortales: corpora Sanctoru resurrectione, corruptioni non obnoxia, lucida, lenia, nec cibi indigentia, nec potitionis, nec vestitum, nec aliaru corporis voluptatum. Animas item, & corpora, eorum, qui se bene gesserint, in Paradisum abitura: Impenitentium vero, malorum, & infidelium, id inferorum cruciatus. Quod item Paradisus Sanctorum, & beatitas, in caelo sit; sceleratorum vero poenitentia, in terra. Praeterea, beatitudinem Sanctorum, nihil aliud esse, nisi quod perficientur animi tales ratione cognitionis. Tunc videbunt arcana Dei, quae nunc non noiscunt, nisi fide in Iesum Christum.

XIII. Quare aut necesse fuerit, carne vestiri Logum Dei, Deu; id necessarium & multarum rationum est: ac quando necesse fuerit, parati sumus eas dare. Praeter autem illas rationes, certitudinem, & veritatem Dei nostra praeterea confirmant haec septem.

XIV. Pri-

XIV. Primu, quod praedixerunt Prophetae Iudaorum (quoru vaticinia, & nos approbamus) de Iesu, & de rebus eius gestis, & quae sub ipso facta sunt; quae item posteri discipuli eius huius potentia, & munere gesserunt. Similiter praecinerunt & Graecoru oracula, permittu Dei. Sed & Astronomi Perfaru, ac Graecoru. & haec omnia, cum illustri laude, praedicationeque Iesu. Omnes etiam has Prophetias, & praedicationes fuisse veras, ac minime adulterinas, demonstrare possumus.

XV. Deinde, quod omnes Religionis nostrae libri, & scripturae, per omnia inter se consonant. Nec mirum. Qui enim eos scripserunt, vnum, & eundem Doctorem habuerunt, ipsam gratiam Dei. Quod, nisi fuisset, certe, in quibusdam, vt dissonantem, futurum fuisset.

XVI. Tertio loco, quod receperunt hanc fidem, licet noua esset, & praeter comunem opinionem, ac mira, homines vbiq; locorum, magno studio, multis cum periculis, nec idiotae solum, & nullam doctrinam eruditi, sed etiam qui prudentes, & sapientes habiti fuere. Dissoluti hinc prorsus doli, & deceptio Damoni.

XVII. Quarto, quod nihil impossibile, nihil dissentaneum, haec fides continet: nihil corporale, sed omnia Spiritualia. Et via est, quae animas hominum ad charitatem Dei, & futurae vitae aeternae ducit.

XVIII. Quinto, quotquot susceperunt hanc fidem, & cum virtute secundum Iesu legem, & instituta vixerunt; hi magnis donis a Deo ornati fuerunt; & miracula multa potenter, nomine, & concessu ipsius Iesu fecere: quod profecto, si veritati haec fides aduersaretur, secuturum non fuisset.

XIX. Sexto, quicquid ab aliquibus aduersus hanc fidem asseritur, id tum facile tum veritati congruenter, solueri possumus.

XX. Postremo, Fide hanc olim oppugnarunt multis supplicis, & caedibus Reges, & Praesides eoru, per orbem terrarum cccxviii. annis; vt multitudinem scilicet Deoru suoru, & idola sua, quorum cultui dediti erant, tuerentur, nehilum profecerunt; sed elucata vicit Fides, in hunc vsq; diem permanens. Sed & Dominus, quado venerit, reperiet eam. Quod nisi in voluntate Dei fuisset haec Fides fundata, facile tunc veluti nebula dissoluta euauisset. Ipsi huic Domino nostro Iesu Christo gloria, Amen. Haec sunt, quae de Religione Christiana dixit, & scripsit Scholarius.

Tunc Sultanus, hifce ex ore Patriarchae auditis, & in scripto etiam acceptis, magnopere admiratus est illius diuinarum rerum cognitionem, & Sapientiam; certusq; de Religione Christiana factus est, tota esse verissima; mysteriaque eius non modo vera, sed etiam mirifica, nullumque his subesse dolum, sed puritate, & splendore vincere aurum; amore profectus est gentem Christianam, benignoque aspexit vultu. Hac de causa, edicto proposito, grauia minatus est illis, quicumque molestant, aut calumniarentur aliquem Christianum, in eosque grauitur animaduerti iussit. Nec ipse solum Sultanus diligebat Christianos, sed cuncti etiam Turcae (qui ipsoru lingua Musulmani, hoc est circumcisi, appellantur) propter edictum Regium. Enim vero magno gaudebat opere, oblectabaturque Sultanus, quod se talis nationis Dominum Regemque fieri contigisset. Haec enim auctor hist. Ecclesiast. de Gennadio Patriarcha, cum Sultano. Is ipse Gennadius, cum nonnullis ex Graecis, supremam in omnes Ecclesias, Romani Pontificis auctoritatem agris oculis aspicere, adeoque neque ferre velle animaduerteret, Catholicam de Prima-

tu Petri, ac Romani Pontificis, in Concilio Florentino factam diffinitionem, quinque editis libris propugnauit, variisque argumentis vndequaue petitis, Romanae Ecclesiae summi Antistitis Primatum, praesentiamque demonstrauit; magnopere contendens, Graecorum gentis reliquias, huic lapidi pro angulari coniungere. Praeter haec, libris aliis editis, dogmata in Concilio Florentino controuersa solidissimis rationibus stabiluit, vt Graecis a Marco Ephesio seductis ophthalmu detegeret, vnumque sapere cu Ecclesia Romana condoceceret. Thomas Bozius de notis Eccles. lib. 6. *Et auctor vitae Gemadij.*

Ex Graecis, plurimos profugos, Nicolaus Romanus Pontifex, Romae benignè habuit, multaque pecunia ad redimendos captiuos iunxit; cum etiam eis Franciscus Philadelphus Pontifici a secretis non deesset; sed datis ad Guillelmum Vrsinum, Franciae Cancellarium, qui apud Regem Carolum pro eis intercederet, ad Ludouicum Mantuae Marchionem, ad Ioannem Palaeologum Motis ferrati Marchionem, & ad alios Proceres litteris calamitosos commendauit. Ex his praecipui fuere, tres nobiles Constantinopolitani Diplouatazj, Manuel Agallus, Manuel Hagapenius. Dionysius Hieromonachus Abbas, qui lytron querebat pro suis Monachis redimendis; Nicolaus Trachaniotes, Alexander Cananus. Michael Dromachates Chrysolora, Manuelis Chrysolora, qui extincta litterarum studia apud Latinos reuocauerat, necessarius; Demetrius, & Michael Allanas, Ioannes Argyropyus, Philoporus eloquentissimus, Demetrius Palaeologus, Andronicus Trychas, Spantunen: Georgius Lucas Armenen: & complures alij opulenti, ac principes, in miseriam delapsi. *epist. Philadelphii.*

Et quia in bellum Turcicum, Nicolao Pontifici Max: classem paranti ingentes suppetias, & in his multa millia aureorum contulerat, Matthaeus Boianus ex Marforum Comitibus Carolinis in agro Reatino Bodij Baftonici, ac plurimoru oppidorum, & arcium Regulus, fidei constantia erga Sedem Apostolicam, circumspeditione, industria, virtutum meritis, & rerum pro Nicolao, & Statu Ecclesiae gestarum gloria nobilissimus; Nicolaus Pontifex grati animi ergo, illum, ac successores ipsius, filios, nepotes, pronepotes, & alios ex eo descendentes, masculos, legitimos, & naturales, seu legitimos, & alios quoscumque haeredes in perpetuum, Vicarios Castris Pedis Luci Interamentis diacelsis, dato diplomate Romae apud S. Petrum anno 1453. x. Kal. Maij, Pontif. VII. scripsit, atque creauit. Manlit Castru Pedis Lucanum in possessione Poianorum vsque ad Iuliam Poianum, ex quo Dorothea virgo, Benedictinum Ordinem inter Sanctimoniales Reate professa, ingentia Sanctitatis exempla reliquit; & soror huius Victoria, Ioanni Baptistae Castello, de S. Eustachio a Nahartium principibus Marchioni Castris fortis nupta: cuius occasione, descendentes Castellii, maxime quia ante nati illorum essent eiusdem Castris aliquando domini, sed propter caedem Blachi Belusii, Ducis Spoletani, nepotis Cardinalis Aegidij totius Italiae Legati, quem Blachum & Garfiam eius filium, & Gubernatorem, atque alios complures, conuratione facta die VII. Decembr. anno 1367. non impune occiderant, eius iure priuati, ad idem ius, se habere praeserunt. Ducis Spoletani Sepulchrale extat apud S. Francisci Afsinatam Basilicam Sacellum, magnifico opere extructum; Victoriae vero, & Dorotheae in musaero Marchionum Castris fortis prostat caenotaphium, his verbis conceptum.

Deo, cui omnia viuunt.  
Marchionissa Victoria Magdalena, Poiana. Castello, de Sancto Eustachio.  
&  
Dorothea germana, Sacrae virginis Sanctimoniali, Ordinem S. Benedicti in Monasterio Reatino professa.  
Iulij Pedis Luci FF. a Magnis Marforum Comitibus Carolinis redita linea oriundis  
Matri & Amatae, Pij, illustriss. Clariss.

XLI. Nicol. PP. plures ex Graecis captiuos redimit.

XLII. Nicolaus PP. grauis in bene meritis.



XLIII. Nicolaus PP. vix conuictorum manus euadit.

XLIV. Vita & Obitus B. Laurentij Iustiniani.

Magna classis Ve.

Gabriel, & fratres Marchiones Castellae de S. Enstachio, à Nabariu Principibus, Marchionis Ioh. Bapt. filij ex splendidiſſimo sanguine heredes. Ad sempiternam memoriam, signa aeterni amoris collocarunt. Viator ad occasum humana trahi omni. hi edificae cum carolinorum, per plurima secula factis nobilitate, am familiam in Magd. Victoria, & Dorothea desisse Anno Repar. Sal. M DC. II. X. per noueris. ex Monumentis familiae Castellae. Eodem anno, Nicolaus Pontifex, dum reipublicae Christianae procurandae incumberet, vix non occubuit à perfida manu conuictorum. Erat in vrbe Stephanus Romanus, familiae Porcari, tenui quidem censu eques vt supra diximus, at maioris animi, quam potentiae, materno idiomate eloquentissimus: ac praetextu libertatis patriae, cuius indicia multa praeferebat, res nouas saepe in vrbe molitus eaque propter Bononiam relegatus, ea conditione vt singulis quibusq; diebus, Nicano Cardinali vrbis gubernatori sese offerret. Hunc, simulatam aegritudine decipiens, Romam, admonentibus conuictis, propter redit, hanc mente, vt sumptis armis, populatur ad libertatem conuictaret, Pontificem verò, & Cardinales in vincula conuictaret. Dicebat conuictis; Turpe esse, eam vrbe, quae totum sibi subiecerit orbem, nunc sacerdotum Imperio subiacere, quos rectius faminas quam viros quis appellasset. Venisse se paratū patriae iugum excutere; rem factu facile, si viri essent. Nicolaum Pontificem celebri Epiphaniarum die, in aede Beati Petri sacra facturum, haud magno negotio comprehendit posse: populum libertatis amore, quā proclamari audeat, mox opem audentibus daturum. Ad colligendum porrò Pontificē, catenam aureā secum attulit, à se iam pridem paratam, quam conuictis ostendit. Nec enim mox occidendum illum ex usu esse dicebat, sed obseruandum, donec arcem S. Angeli per eum recuperaret. Facile vt erat homo facundus in suam sententiam quam plurimos traxit; maxime inopes, aere alieno grauatos, & qui ob patrata scelera, iudicij formidabāt Praesentis infidias Nicolaus, & illum comprehendit, inq; castris S. Angeli suspendi imperauit: cum eodem supplicio addixisset, Angelum Massam cum filio, ac socio Sauro, Franciscum Gabadeum, Petrum Monterotundum, & Baptistam Sciarram, à Venetis deditum, Cia. conus in Nicolao V. Syluius de Europa. st. c. 3. 4. Eodem anno, in caelestem patriam comigravit, Beatus Laurentius Iustinianus Patriarcha Venetus: de quo infra scripta, aliquis eius gentilis memorabat. B. Laurentij Patriarchae Veneti. I. Genus Patres, A dolescētia, Monastica disciplina. Natus est Laurentius, Venetijs, Bernardi Iustiniani Patre, matre verò Quirina. De vtriusq; familiae nobilitate neq; multa dicere, neq; omnino silere licet, sine illius iniuria. Nā sicut his fortunae donis gloriari superbae leuitatis est, ita fortiter contēpisse, quod Laurentius fecit summae grauitatis. Celebre igitur est, & in antiquis Venetorum monumentis extat Iustiniana familia à Iustiniani posteris defluxisse, tres Cōstantinopoli pullos per seditionē, venisse in Italiam atq; Venetijs cōsedisse. Huius familiae virtus cū multis in bellis, tū in eo maxime claruit, quod à Vitali Michaelē, Duce Veneto aduersus Emmanuelē Imp. Cōstantinopolitanum feliciori initio, quā euentu gestū est. Classē nobilissimā centū triremiū, & viginti nauium Dux Venetus cētum dieb. cōfecit, & in altū deduxit: quae cū omnē orā illirici maris, portus deinde Epiri, atq; Achaiae, & deinde maris Aegaei insulas penē omnes recepisset, captāq; deniq; ac spoliatā Chio, ad insulam, quae nūc dicitur sanctae Panagiae, diuertisset, & delectisset aquarū (seu pestis illa fuit, corrupto celi tractu, seu q magis creditum est, infectae ab hostib. veneno aquae) sanē incredibili lue vastata est. Iustiniani quicunq; per atate potuerat capere arma, classē eā cōstēderant, quasi patrias sedes bello repetētes, sed tātū conatū in felix exitus excepit. Nā ad vnū omnes, sic volēte Deo, aut ferro, aut morbo extincti sunt domi, praeter aliquo senes, iusticiāe soboli frigidiores. Fortē euenit, vt vnus tātū

superesset adolefcēs. Nicolaus nomine apud Monachos sancti Nicolai. Vitalis Dux lacerā, & tā milite, quā remigē vacuā clasē trahēs, in patriā reuerfus, & cū praeter alia publica incōmoda, tū etiā quasi excidit illius familiae causa fuisset, quae toti ciuitati fuerat charissima, incidit in populi odium. Et vt quoquomodo posset, recōciliaret, statuit nō solum restituerē illam in lucē, sed copulare etiā sibi sanguine. Impetrat ab Alexadro tertio, Pōtifice Maximo, vt liceat adolefcēti Monacho soluere Vinculum religionis, ad reparandā sobole suae gētis, eiq; vnicū filiam despōdet. Annā nomine Faulstae fuere nuptiae. Donauit illos Dominus marib. sex, & tribus fœmellis. Lætus tam prosperā sobole Nicolaus, & Deo gratias agēs, voti veteris, religionisq; nō immemor, ad monasterium reuerfus est; ad hinc prius apud Amianum cœnobio virginum, sub nomine sancti Adriani: in quo, vix ipsa Anna quoq; monastica cepit vitā. Multis miraculis ambo claruerunt atq; eorum imagines apud aedē sancti Nicolai in testimonium sanctitatis ad nostrā vq; atate perstitere. Quod ne cui fortē mirum videatur, iisdē tēporibus, idē Alexadro Pōtifice, Cōstantiā, Guilelmi Siciliæ Regis filia, & plus quā quadragenariam Hērico Imper. Friderici Barbarossae filio, nupti cōcessit, ad sobolē Guilelmi Patris, qui Siculis fuerat charissimus, fuscitādā. Ex hac igitur Sacerdotis propagine Laurētius ortus. Bernardus Pater iuuenili atate ē in mediō magnorum honorum cursu furripitur. Quirina mater, & ipsa clarissimo genere anno ætatis quarto supra vigesimum, amisso viro, & quinq; susceptis liberis, reliquā atate cœlibē duxit, domum suā regēs, vt Apostoli verbis vtar, & filios in timore Dei & mādatis in stituit, instā orationib. die, & nocte. & ne in delitiis mor tua esset, cilicium, & catenā areā, quoad vixit, circumambos gestauit, ieiunijs, & vigilijs florētē atate castigās praecipuē autē in pauperes misericors, & benefica, & quae ad eleemosynas, filios semper, & verbo infuere, & exēplo. Accessit ad eximium Laurentij ornāmētum, germanorum fratrum par memorabile. Marcus, & Leonardus, quorum necessaria mētio me diu tenuit accipit, scribere nehic aliquid de illorū vitā, moribusq; sed cum magni res operis videretur malui nunc soli Laurētio dare operam. Vnum tamē illud nō silebo, cum bona veniā legēdum, tres eiusmodi fratres, tātā virtute, Sacerdotiā, & omnium bonarum artium sciētā prae ditos (quod quidē scriptorum monumentis extet) vix vlla vnquā secula tulisse. Nec falli me amore, neq; fallere prolixo scio. Natus est Laurētius sub finē belli Genēsis, illius Maximi & periculossimi, & natus, quo die pro insigni apud Clodiā victoria, vniuersa ciuitas supplicationib. & omni laetitia genere redundabat. Anno 1379. Dicere solet Quirina mater, dum in cae laetitia pareret, gaudio quodā animi perfusa, Deo primum gratias egisse, quod eum partum, quē tātis in laborib. periculisq; gestasset, in lucē ederet, cum tāta ciuitatis laetitia, deinde Deum suppliciter orasse, vt hostib. aliquādo formidini esset, & Saluti ciuib. quod certē euenit bello Mediolanēsi, sicuti suo loco dicemus. statim autē primā aetate declarauit mōrum elegantissimū. Nihil eo venustius, aut amabilius, cum maiorib. natu libētē esse, cum aequalib. facilis, minores amplecti. Ceterum excellētē videbatur animi magnitudine, & ad summas res semper intentus. Nihil illum ludicri delectabat, vt solet ceteros iuuenes, sed ad magnas res diuina Sapiētia rapiebat vt aliquādo Quirina mater metus, ne aliorū eruperet ille ardor animi, & mundi honores amplecteretur plus quā par esset, quin tu, inquit hāc mi fili insāniam mittis? in infernum sapit ista superbia. Cui subridēs Laurētius veluti per iocum. Noli timere, ait, mater, magnum me Dei seruum adhuc videbis. Hoc de seipso puerile praesagium haud multo post dominus impleuit. Annum erat natus vnde uigesimali, eius scilicet ætatis, in qua carnis illecebrae accipite facere solet humana vitā viā. Dominus autem Iesus manum illi adhibere volēs, apparuit illi, sicut ipse in eo libello, qui fasciculus amoris inscribitur, meminit. Ipsius verba subiicemus: Erā vestri similis, quare āstutiā desiderio pacē in reb. extrinsecis

netorum excidium

Summi Pater cificis in Continētia Monachali dispensationes.

Quo anno natus D. Laurentius cuius etiam mores scribitur

Christus Dominus ei apparet & ipsum consolatur

Mundi illecebras contemnit & Religiosus efficitur.

Eius Abſtinentia, & mortificationes, & exercitia admiranda.

ne inueniebam. Tandem quadam virgo sole splendidior mihi apparuit, cuius nomen ignorabam. Hæc propius accedens, venusto vultu, placidoq; affatu. Oiuuenis, inquit, dilectio cur effundis cor tuum, & pacem sēdando per multa variaris? Quod quæris, penes me est, quod concupiscis, tibi polliceor, si tamen in ipsam me habere volueris. Cum verò nomen ipsius, & genus, & dignitatem scire peroptarem, se ait Sapientiam Dei esse, quae propter hominum reformationē humanam formam suscepit. Assensu igitur, & dato pacis osculo letā discessit. Hac igitur viatione percussus, rem detulit ad Marinum Quirinæ matris conuictum, qui fuit tam vitā, quā doctrinā sanctissimus. Is quamquam magnum aliquid portenderet, & ardētē iuuenem ad omnem altissimā vitæ rationē intelligeret perspicere tamē penitus illius animā, & corporis firmitatē experiri maluit, de vestitu nihil mutauit, ne cultus sordidior proderet animi profectus: sed matri nimitū amanti secretū esse nō potuit. Quæ cū praeter suspitiones alias, ligno rudia fedia super lectū sternere, superq; his lignis cubitare filii deprehendisset (vt est matrū natura mollior) metus, ne filius nō satis diffcultates religionis intelligeret, induxit in animū, tētare illius propositū, & nuptias apparare. Et quidē virgo offerrebat formā, nobilitatē, & amplis diuitiis praestans. Id cū animaduertisset filius, & fratres cū matre cōiurasse perspiceret fugam maturauit, atq; ad Marinū aunculū se cōtulit in religionē Canonicoꝝ Collegiatorū, qui S. Georgij in Alga nuncupatur. Dicebat autē initio cōuersionis proposuisse animo, hinc omnia bona fortunae, nobilitatē, Magistratus, honores, vxorē, liberos, pecuniā, & omnis preterea generis voluptates, illinc inedia, vigilias, æstus, algore seruitutē, sedisse deinde quasi iudicem inter ista, & ab sese ita exegisse. Cōsidera nunc, etiā atq; etiā Laurenti, quid agas, putas ne hæc perferre poteris, aut illa contēneris? Dum sese ad Domini crucē cōuertisse. Tu es domine spes mea, ibi posuisti certissimū refugium tuum. Sic confirmatus animo, relicta matre, fratribusq; calcatis praeterea opibus, & honoribus, & florentis ætatis illecebris, ad caelestem militiam profectus est.

II.

Sitis famies, vigiliae, attritio corporis, ac dolorum tolerantia per omnem ætatem declarata

Primum igitur sibi certamē instituit cū corporeis illecebris, cuius via breuissimā iudicauit, si nihil illis molle concederet, sed bellum gereret quasi cū hoste capitali, Nihil dicā de cibi paritate, quē nunquā saturit, sed vix vltimā necessitate definiret, nihil de sitis tolerantia, quam quā sic torredi visus est, vt vel perieuitū, vel manu operationē, vel peregrinationē, vel valetudinem adduci potuerit, vt potum deposederet, quin si intuitaretur a fratrib. dicebat, Quo igitur pacto feremus Purgatorij calores, si parū hāc sitim ferre non possumus? Vigiliās a Patribus institutas, nō solum ita seruauit, vt ad matutinā primus veniret, vltimus discederet, sed cū omnium Monachorū mos sit, post matutinū ad somnum redire, donec sol illucescat, Laurentius per omnē vitā nūquā de Ecclesia discessit, donec ad primā fratres conueniret. Rigētē hyemē, accedere ad ignē nūquā visus est, quod fuit admirabilis propter corporis imbecillitatē. Accidit autē, vt Pater quidā ad ignē inuitaret, recusante illo, palpauit Pater illius manū, cumq; obrigentē frigore sensisset, admirans, inquit: O fili, magnus calor est, quo mitis ardes. si frigus a ista non sentis, quibus obriguisi. Quid illud, vt ne in hortum quidē remittēdi animi causa vnquam accesserit, quod vnū solet esse Monachorū remediū. Stabat gradu nixus, dum diuina caneretur officia: non dextra, nō leua fedilibus hærebat, quē statim semper in pallēdo seruauit. Vidētur hæc fortasse minis admirabilia his, qui nunquā experitūtur. Vos autē nobiles Christiani athletæ, qui quotidiē facitis harum rerum periculum scio factū difficiliora quā dictū iudicatis. Huius propositi, atq; constantiae perleueravit vsq; ad vltimā senectutē vt in ipsi aegritudinibus vix vllā corpus remissiori ra-

tione foueret. Nam cum medicus, eum laborantē iam ferē septuagenarium ad edēdas carnes inuitaret Quadragesimæ tēpore, & quō facilius suaderet, afferret exemplum Sancti cuiusdā ex his recentioribus, qui ob aegritudinē, haud maiorē, die Dominicā passionis, pulpā phasiani comedisset, petiuit primū Laurētius, an abstinere posset sine vitæ periculo, cū ille nō negasset. Vnusquisque, inquit, abundet in sensu suo: sed vt vitium fatear, valdē me delectant veterum exempla sanctorum. Vdeo autē Conuictos per carnis macerationem, Martyres autē per sanguinis effusionem ad caelestem patriam contēdisse. Itaq; vt ad priores annos redē, cum factus esset ætate vergētē debillior, cogebant eum Patres ex Capituli decreta, vt cibo, & somno, & veste moderatissimē vteretur. Quod ille agrē ferrens, quasi ad delicias cōpelleretur. Iubet, dicebat, vt iuberet, parebo iussis: scire tamen vos velim, ei, qui pro Christo pateri decernerit, patiendū viam non desuram. Quærebā autē ea patre, qui hæc narrabat, quid his verbis significare voluisset: Disciplinas credebat, id est, verbera, & plagas, quibus solebat affligi vehementiū. Notas quippe & autem quibus maculas seplissimē apparuisse. Non solum autē euit has communes naturæ necessitates, sed dolorum patientiā admirabilē vbiq; praestitit. Incidit inquit religionis in morbum fistularum, quās medici appellare, scrophulas, solent. His omne collum repletum est, desperabāt medici de iuuenis salute. Vnum remediū dabāt si fetis equinis per trāuersū collū sepe deductis corrupti humores edicerentur adureretur deinde ferro cādēci. Verū timebāt, ne dolorē ferre non posset. At Laurētius vultu, quo semper erat, æquali. Quid dubitātū, ait, fratres, secet & veat medicus, vt libet, an non poterit Dominus mihi dare fortitudinē, qui tribus pueris dedit in fornace cadentē. Traiectus itaq; & sectus, & adustus est. Vbi illud admirationē dignum, quod praeter vnā vocē Iesu semel emisit, ne minimum quidē gemitum edere deinceps ausus est. In vltima ætate, cum Pontifex esset, eandē animi firmitatem, & cum guttur intumuisset maiorem in modum, ac resolutio tardior appareret, eadēque difficilis, angeretur autem animo piissimus Pater, domi atque in cubiculo inclusum vacare non posse quibus suis ad iētū ferri sterisse penitus immobilē cum timenti medico dicebat: Incide audaciter, neq; enim laimindē Martyrum nouacula tua superabit.

III.

Humilitas & mansuetudo, contemptus ignominiae, paupertatis amor, donum Orationis & constantia.

Hæc de Corporis attritione, & quidē pauca de multis sed veniamus ad animū, vbi plus negotij videtur. Incipimus autē ab humilitate, quā ipse carerarum virtutum reginā appellabat. Sirector erat Monasterij, velut id sibi mueris contēptū potius esset quā honorū, infima quoq; ministeria diligere, quæ relatu etiā sine indigna: nihil nisi de peccatis suis loqui, sua detestari, contēmi, ac despici cupere, semper de humilitate Domini Iesu, aut beatissimē Virginis loqui, sed omnis quotidianis istis, videamus, quomodo contumelias tulit. Cū de Monasterij negotijs aliquandō in Capitulo ageretur, frater quidā simplicioris ingenij, ac uisus nescia quid à Laurentio factum; Laurentius autē quamuis intelligeret hominis ingenij, & purgare facillē posset, quod obiecerat, subleuit primū, quasi non audiret: tandē leni gradu in mediū procedēs, genibus flexis, Ignoscite, inquit, Patres: peccati in calum, & cōt am vobis ecce penitentiā, quam dederitis, agam. Tactus penitentiā frater ille, ad Laurentium accurrat, & veniā petēs eius pedibus aduoluit est. Iteum autē, cum simile quippiā falso obieceretur, compressā Laurentius mordicus linguā, nihil respondit scilicet, ne aut mendax confessio malum exemplum proderet, aut negatio contentione gigneret: loquendi & tacendi tēpora prudentissimē discriminas. Mundi vte d fastus, atque superbiā, quā magnificē perdomuit? Non dico, vt opes reliquerit, & honores: Neque enim tantæ

Ingens Dolorum Tolerantia.

Eius Humilitas.

virtutis est, honores continere, quā contemptum appetere. Plus est enim, ut male affici negligas, quā ut bene affici nō cupias. Caterum illud summū perfectionis, ut male affici desideres. Itaq; nō silebo, quod Maphæus Patriarcha, qui illi successit, & fuerat eius discipulus, mihi narrauit. Nā cū de more exissent ad petēdū panē, forte accidit, ut frequentiora vrbis loca penetraret. Sensit eum Laurētius motū loci celebritate, & declinare homines cupiētē: Maphæe, inquit, quid moueris vadamus constāti gradu. Nihil enim profecimus, si reliquimus verbo mundū, nisi etiā opere declinemus. Eamus cū facis istū quasi crucibus, & gloriosum hodie de seculo triumphū referamus. De paupertatis autē amore, quid dicā? Accidit forte, ut tectū Monasterij ignis cōflagraret. Aberat eo die Laurētius. Adueniētē vero mōstrat, triste nunciū cū attulissent, hilari vultu Laurētius: Eia filii, quid mali actū est nobis? Nōne paupertatē uouimus Benedictus Deus, qui nos voti cōpotes facit ipse qui dat semē ferētī panē etiā ad mādūcādū prae stabit tantū ne amittamus cōfidentia nostrā filij, quae, ut inquit Apostolus, magnā habet remuneratiōem. Sicut igitur omnes & carnis & mūdū illecebrē viluerāt, ita vna illi voluptas erat, ex Ecclesia, aut cellā nō discedere. Et Orationis quidē & cōtēplationis gratiā eū nemo superauit. Qualis enim veneratio subibat animū, cū illū ad altare cōspiceres, quae corporis immobilitas, quae vultus intētio, quae lachrymā? Ex fratre quodā auditum est illius in primis familiari, dū celebraret missam nocte Domini cā Natiuitatis, post cōsecratiōem Eucharistiā solutū in mētis excessū. Cumq; diutiū perseveraret, accedit Diaconus semel, atq; iterū. Ille persistit immobilis. Tādem casulā tractus a fratre, velut a somno euigilās Excepse quor, inquit, frater: sed quid de infansulo isto tā pulchro faciemus? Quid modo solū, & nudū in tanto frigore relinquemus. Cōstantiā autē fuit admirabili. Postquā Deū secutus est, maternā, aut fraternā domū ingressus non est, visus est aliquādō panes petere, domū tamē, aut limē nō ingredi. Mater autē filiū agrefereis tāto onere grauē, diutiū per vrbē vagari, iubebat ministris, ut faccum illi panibus impleant. Recurare semper Laurētius, & panibus duob. cōtēp discedebat, ut operā nauaret humilis medicatiōnis, & nō domelici questūs Matris dormitioni interesse pietatis esse putauit. Ibiq; noctē egit, ut materni amoris praeceptū adimpleret. Dignū illud memoria, qd matre quā vnicē dilexit, morientē videre potuit sine lachrymis: & plorantibus aliis, ipse siccis oculis vltimum persoluit officium. Idē vbiq; erat nunquā eum quinquā aut lētitiā exhilaratū, aut irā cōmotiorem, aut solutiorem remissione animi videre potuit. Non vllum denique veltigium metus, cupiditatis, doloris, voluptatis.

Paupertatis amor.

in Oratione, Attentione, & deuotio.

eius Constantia.

Donum, & efficacia verbi Beati Laurētij.

Donum & efficacia verbi, Spiritus Prophetiae, & vocatio ad Pontificatum.

Erat autē illius cōstantia (quod rarō solet accidere) mira simul humanitate, & ueneratione cōdita Sermone fuit. suauis, breui, & pōdere plēno: & (ut scriptum est.) verbum, quod ex illius ore egrediebatur, vacuum nō redibat. Fuit illi praeceptus in adolefcentia socius, tā genere quā diuitiis clarus: Is forte aberat, & in Oriēte negotia, gerebat, quādō Laurētius Dominum Iesum, secutus est hoc cum accepisset & iuuenis, & ignarus, quid esset animus diuino spiritu afflatus, pergit ad Monasterium cum cantoribus, & citharadis, & cum aliquibus armatis planē non dubitās, sociū ad reditū pellicere: etsi fratres, planē negarēt, tū vi & armis vsur, accersit Laurētius quē cū vidisset nō tā habitu vestis mutatū, quā oris, & gestus, & incessus, obstupuit. Laurētius benignē salutati, incipit illius animū blādo prius sermone tractare: tum paulatim a mundi rebus ad caelestia deducere. Quid multa? impulit iuuenē, & qui laqueū ad amicū capiendū terenderat, in rete improuisus incidit. Respōdēs autē Laurētio inquit, Frater, verba aeterna vitae habes: & quoniam frater, mea spes est, vobis, ex hoc loco educere nō possunt in sanē ex hoc seculo, me ad te deducere poteris, statuti est te-

cū viuere, tecumq; mori. Prædicationis facultas ei ad populum defuit: quia nec spiritu, nec lateribus esset benē firmis: Sed nihil fuit suauius, quā sedentem inter fratres audire. Aliquandō cum sedisset inter Fratres Carthufianos ad vmbra patulā fagi, & dicere aliquid pararet ex templo nimbis & tonitruis incredibili cum fragore miserī cælū visum est. Cum verō fratres hinc pluriā, grandinemq; metuerent, hinc agrē ferens cōcupitā prædicatione fraudari, subridere cepit Laurentius, & manu monere. Quiescit e, inquiens, fratres, haec sunt satana ludibria, qui mendax fuit ab initio, & in veritate non stetit nunquid verbum Dei alligare poterit? Vix igitur sermonem instituit, & ecce cælū visum est aperiri, diesq; lætissimus pio fratrum desiderio obsequentissimum præbuit officiū. Nō minori præterea curā fratribus aderat, mōstos consolari, curare infirmos, laborantibus subuenire, cogitationes, & diabolicas insidias exquirere. Vexabatur frater spiritu ad seculum redeundi, & aliquoties a Laurētio cōfirmatū, nō cessabat diabolus instigare. Ferre ille amplius tentationē non poterat. Ad Laurētium autē se cōferēs. Succibo Pater, ait, ser opē. Ecce nisi aduenieris, ad seculū redeo. Tū Laurentius, inenodō, mi frater, & tantum hodie ne ab eis, cras ut libuerit, deliberato. Nox vna in orationibus, ac lachrymis assumpta sic diabolū fugauit, ut nunquā deinceps eam fit ausus impugnare. Sed quod sequitur admirabilius quod quidē narrare dubitā, nisi accepissē a patre venerādā fidei, & auctoritatis. Cū frater quidā simili instigatione premeretur, & ad certissimam Laurētij opē recurrisset, accepit Laurentius laurimulū, qui decoctus aquā, relictus erat in vasculo. Ad fratrem autē cōuerfus. Accipe, inquit, frater, & in hortu planta, & siquid reuerecet, securus esto de perseverantia rad. Abiit ille, & plātauit, & reuirit, & de miraculo gaudēs, memoriam virgæ Aaron, & palmā Macharii reuocauit. Caterum Prophetiae spiritu, vberimā quādā mētura Dñs eū donauit, & hoc ita celebre, & diuulgatū fuit, ut nō aliter ad eū, quā ad oraculū cōcurreretur. Innumera bilia dicuntur, & aliqua dicemus sparsim, vbi res postalabatur. Interea vñ eligemus ē multis, vñ homine, in quo accidit, vel multiplici varietate, vel certitudine rei præstātissimū. Fantinus Dādulus, genere, dignitate, vitā & doctrina præstantissimus, qui fuit Episcopus. Patauinus. Hic dū secularis esset adhuc, & primariū in Repub. locus teneret, primodie Quadragesimę, ad suscipiendū de more cinerē, accedit. Suscepto cinere, & benedictione, Laurētius ait. Memoro frater, quia futuro anno, tu alius horū cinerū officii impendes. Quod, ut audiuit homo secularis, & plus quā quinquagenarius, surrexit admirās, neq; aliud tamē ibi percōtatus est propter loci maiestātē, sed in claustrō prætereuntē expectat. Factus autē ad illū ppior, rogat, quid illis verbis significare voluerit. Laurētius subsistit aliquantulū cogitabundo similis, deinde subiecit: Dico tibi frater, quod cinerem quidē non impones, sed certe populo distribues ramos oliuarum. Fantinus quāuis maiori adhuc admiratione teneretur, quonā modo hoc posset accidere, tamen aliud sub his verbis latere dubitans, discessit. Ecce autem haud multo post Martino defuncto, Eugenius Venerus Pontifex eligitur. Ad eum Fantinus legatus, a Senatu destinatur. Suscipit eum Eugēnius maximō cum honore, & inter sacros ordines initiat. Deniq; ante vertentē annum, Legatum Apostolicum, Bononiā mittit, quod cum venisset, & primo die Quadragesimę imponere cinerē populo necesse esset, inuitatur Legatus ad id muneris. Ille recusat, quod ab alio, quā Sacerdote, fieri nō liceret. Instāt enixiūs illi dicētes, id muneris a Legatis semper exerceri cōsueuissē. Fantinus in proposito permanet, atq; id officii nō paruo tādē labore deprecatur, nihil adhuc de Laurētij verbis aduertens. Die verō Palmariū, cū similis cōtētio oriretur, & Canonici peterēt, ut oliuæ ramos populo distribueret, ille autem ex humilitate eadē sacerdoti excusatione vteretur: tandē Canonici summis precib. postulat, ut si in cinerib. sese Legatū cum gerere noluit, saltem nō recuset oliuarum officium. Quid multa? Victus Fantinus, illud

in verbis suauissimus fuit. precū eim apud Deū efficacitas.

Spiritu Prophetiae præditus.

officium

Officiū, ut prædixerat Laurentius, propriis manibus absoluit. Has autem Sancti viri virtutes Eugenius Pontifex cum audiret, animum induxit, Venetis Episcopum dare. Quo animo acceperit, iudicatur, Bis fugiēdi cepit impetum, & in adbita aliqua loca secedēdi: Bis restitit, & stare demum in patrum suorum sententiis deliberauit. Erant autem ex iis, qui suaderent, non esse Summo Pontifici obliuiscendum, sed parendum Christi Vicario. Nonnulli verō, ut nullo modo susciperet, suadebant, mundi factus, onera in saeta, & corporis imbecillitatem memorantes. Fuere etiam, qui suaderēt, ut fugeret, & afferebant singuli exempla sanctorum, qui vel susceperunt, vel renuissent, vel incogniti profugissent. Indictō tamen ieiunio, & oratione sole mni, & decreuerunt Patres conari apud Eugēnium, & literis, & nunciis, nē sibi Patrem, Ducemque suam auferret, sine quo Societas illa planē periclitaretur, Bis misere, bis rescripsit Eugēnius: & extant, illius Epistolae, quibus dulcissimis verbis Patres illos consolatur. Rationibus præterea grauisimis, & Sanctorum Patrum exemplis admonet, ne diuinæ voluntati aduersentur. Non parere igitur non potuit Pontifici ter iuuenti.

Eius in Episcopatu virtus, & mores.

V. Assumptio Pontificatus, familia, vestis, vitus, & pecuniæ contemptus.

Anno ætatis quinqueagesimo primo inuit Episcopatu, & quidem non Pompā, aut comitatu, ut fratres etiam germanos adesse noluerit, & aduenisse priūs nouū presulem omnis vicinia cognosceret, quam penē intelligeret aduenturum. Eā noctē duxit in somnē. Deum precatōnis, & lachrymis, ut si id muneris ad ipsius honorē susceperet, nolens altoquin, & inuitus, nē se de fereret: scire se, quantum negotij susceperet, nosse populi multitudinē, ordinū varietatē, amplitudinē principa us secularis, quale, & quā crebras discordias habuissent eū superioribus Episcopis, cōtra verō vires sibi tenues, & imbecilles, quippe nusquā nisi in monasticis cellulis exercitatas. Cum hæc, & pleraq; alia cum lachrymis effunderet, dicebat, se, tātā animi luce repletum, ut nō aliter deinceps illius Episcopatus, quā alicuius monasterij munera obierit. Familiā si instituit. Elegit duos de suo cætu fratres, quorum altero utebatur ad officia diuina, cum altero partebatur curas maiores. Quinque præterea ministros habuit per tres, & viginti annos quibus fuit in eo Pontificatu, quanquā per liberales iocum dicere solebat, familiā sibi grandē esse, cuius curā premeretur, pauperes Christi significās. Veste vsus est colore, quē dicunt, caelestino, iustā lōgitudine. Tapeta, & aulea, & cætera ornāmēta adium omnino spreuit. Mēsa nō fordida, sed summa mūdities ad quā de more monastico legebatur, nihil omnino argētī. Vescēbatur in vitreis, & fidelibus, cibo vulgari semper vsus, amauit, o. uas, quod & Ithomacho amica esset, & voluptatē nō irriterent. Nihil appetere aut dānare: Quicquid apponeres, sumere, Accidit semel, ut pincerna deceptus colore, & acetum pro vino apponeret. Cum Laurentius ad mouisset ori, ut acetum esse sensisset, nihil vltra questus prandium exigebat sine potu. Pincerna ut aduertit, veniam suppliciter deprecatur. Cui Laurētius placido vultu Eia, inquit, curato diligentius deinceps officium tuum. Cubile habuit vix sex pedes protensum, tormēto palari, & opertorio, quod veteres centonē nostrī sclauinā vocāt, exclusis semper de thalamo omnibus, ut liberius vacaret lachrymis, & Orationi. Statim autē operā dedit, ut Pontificalis Ecclesia, superiorum Episcoporum, aut incuriā, aut auaritiā neglecta, pro dignitate sedis excoleretur. Canonicoꝝ Ordine, ad nihilum redactū restituit, addidit Sacerdotes, catores instituit. Eandē adhibuit curā circa alias Ecclesias, ut plurimā, in quibus vix missa dicebatur, postea videbatur Pontificales. Mores de indē clerici nō cōstigare prætermissit, deq; iis edidit pulcherrimas cōstitutiones. Sed nihil erat, quō nō facile impetraret liberalitate, & bonitate naturæ. Erat enim alio-

quin nō grauis. Frui clerū suis fructib. patiebatur, ut nihil illi oneris imposuerit vnquā. Pari curā psequēbatur monasteria, præcipuē sacrarū virginū ob sexus infirmitatē, quibus nihil deesse pateretur, vel ad corporis necessitates, vel ad regulares etiā disciplinas. Collapsa restituit, noua cōstruxit Pulchrū huius rei testimoniū, quod cū initio, viginti, aut circiter, obseruatiā suscepisset, mores reliquit quinq; supra triginta. Nō minori studio aliarū etiā ouium curā gerebat. Nō fuit credibile, quātus quotidie cōcurfus fieret mæstorum, & laborantium, qui cōsolari cuperēt, qui iuuari ope, oratione, cōsilio. Ad eū omnes cōfluere. Plebanos quidē sedulo monere, reddi tuos aliquādō, proprij officij rationē. Caterum pecuniā cōtēpfit, ut neminē vnquā magis cōtempserit crediderim. Domus erat apta omnibus, omne penu pauperibus patebat. Si procurator rationes afferret, nihil accepti, vel expēsi videbat amplius, quā qd esset, aut superesset, indignum omnino ratus, ut qui animarū quæ sui præfectus esset, sederet ad calculos. Primum illi de pecuniā institutum fuit, ut nullū penitus sibi cū fratrib. esset cōmercium, quia nihil exilitimauit ad amorē suæ plebis cōciliādum, fidemq; cōparandā efficacius, quā si tolleretur prorsus omnē ex animis omnium de hac re suspiciōne. A qua ut lōgiūs abesset, cum Leonardus frater aliquādō pauperē, elemosinā petentē, Laurentio commēdasset, Vade, inquit ille, & responde Leonardo meis verbis, ut tibi ipse subueniat, postquam a Domino habet, ut de suo dare possit. Illud in amoris fraternali signum retinuit, ut in Paschate, & in Natiuitate Domini, & festo Apostolorum Petri, & Pauli eos donaret duobus panibus, ex farina flore cōfectis. Post mortē autē fratrum, idē tributum aliis pēdebat, quin potius & a fratribus iuuatus ipse est pecuniā gradū in Bullis Apostolicis episcopatus, preferit cum ad Patriarchatū euectus esset. In cognoscēdis autē penuriis hominum, adhibere solebat viduos aliquot spectatā virtutis, & fidelis, quod & ille sexus esset ad humani modi misericordiae opera feruētior, aptior etiā ad indagandas paupertates occultas, eorum præcipuē, qui ex opibus, in inopiā decidissent, quorum generi hominum maximē miserabatur. Mallebat autem aliquādō decipi, quā nimis esse in examinādo, ut si in alterutro esset offēdēdum, mallet, cui nō oporteret dare, quā nō dare cui oporteret. Libētius dabat res humanas, vni necessarias quā pecuniā, & plures libētius summas, quā maiores, ut esset cōmuniō in tāto populo beneficētia. Orauit aliquando Laurētium cōsanguineus eius nō ita pauper, ut pecuniā eum iuuaret in filia dotē. Respōdit Laurētius: Cōsidera, quæso, frater, si parum dederis, non est, quo opus habes, si multū defraudaba multos, ut vni satisfaciat, & præterea quicquid illud est, quod est, ad cibos potus pauperū, quā ad inportas crines aut margaritas, ab Ecclesia vraditū est. Igitur ignosce, si dare nō possim. Sed nihil fuit ciuitati gratius, quā lignorum nauis onustæ, quas sæuiste hyeme distribebat pauperibus. Pecuniā ad eum quotidie cōfluēbat, vnde nō erederes. Vidi aliquādō, cum ab eo Elemosina peteretur, quod pecuniā nō posset, promissione satisfacere: sēpē cum domi nihil reliquisset, æs alienum contrahere. Et cum Procurator rogaret eum, quā spe faceret Domini, me dicebat, qui pro me dissoluere facile poterit. Nec spes illum fallebat. Nam continuō submittebat illi Dominus pecuniā in speratō, multis de locis. His moribus, & disciplinā incredibile est, quantum beneuolentiæ, & auctoritatis apud omnes Ordines comparuerit.

VI. Gratia verbi, consilium, sapientia, prudentia, iustitia, conscientia, & infusa scientia.

Habuit autē hoc diuinitus collatum, ut omnes, cū quibus esset, lætos semper, placidosq; dimitteret, omnibus satisfacere. Boni iuxta, maliq; modesti, facinorosi sine vilo penē discrimine illū colebant. Sic verba, & oculi, & motus, & omnia quæcunq; aut diceret, aut faceret, (tāta erat virtutis, & gratiæ vis) rapiebat animos omnium in amorē. Initio quidē Pontificatus cum de mulierum or-

Vade & eius virtutū veneratione.



natu decretū edidisset, vxoris quibusdā matris ingrātū, dux illorū querelis deceptus, quasi libertati seculari mēruēs, accessit iuber. Queritur eā de re verbis acrioribus, vt fuit naturā vehemētor. Tū Laurētius Pater māfuetē simul grautēq; respōdens, sic illius animū demolluit, vt dux cōuerfus ad adfātes, neq; lachrymas continens, Angelus, inquit, non homo, locutus est: Vade Pater, & fungere officio tuo. Illū deinceps velut Apostolā veneratus est, vt aliquādō per iocū dicere soleret, prater Laurentiū neminē esse mortaliū, cū quo animam commutaret. Consultebatur autē dubiis in rebus, & quāquā irent quasi ad hominē diuino potiūs, quā humano Spiritu respondentē. res tamen humanas, tā publicas, quā priuatas, quas nondū illi experiri cōtigerat, (siquidē ante vigesimū annū cōfugit ad solitudinē, primo, & quinquagesimo rediit) sic calle-re videbatur perindē, ac si semper tractauisset, vt dicere nō verear, nihilo mihi minus prudētiorē esse visum quā meliorē, si tamen prudētia, bonitatis pars non sit. Iā verō in iure dicēdo sapiētia illi dicant, qui viderūt & præsertim curia Romana, quā nihil vnquā ab eo iudicatum rescindi passa est. Sententiā illius inappellabiles habebatur, & quāquā in irrogandis pēnis, elementior est habitus, iustitiā tamē fuit, quā neq; precibus, neq; lachrymis frāgi pōset. Nulli illius cōgnaculū, vel cubile nō paruit. Nō causarū multitudinē potuit nō proteruitate litigātū defatigari. Stabat veluti rupes immobilis ad turbines causarū, quibus nulla serē, vt opinor, in orbe Ecclesia magis agitatur, cōpter amplitudinē ciuitatis, & Cleri. Gratissima in primis fuit breuitas respōdēdi, quā & paucis absoluebat, & ceteris aduentibus, satis faciebat facilius. Sed quā iustitiā luce afflatus, ad iudicādū venire præsertim maioribus, in causis, erit satis apertū testimoniū qd referemus. Matrimonij lis orta Paduā est inter haud vilgares familias. Ad Fantinū Episcopū, de quo dixi, de fertur. Ille causā cognitā, cū leges fauere mulieris, quā virgo aderebatur, p muliere pronūciat. Iuuenis, qui spōsiōnē factā pernegabat, cōfcius innocentia, aduersus tātā auctoritatis iudicē, Laurētii, p secundo impetrat. Laurētius autē cū videret ad Sapiētissimū, & optimo alioquin iudice secundū mulierē iudicatū, tamē lachrymis iuuenis per motus, opē implorantis causam nō suscipere non potest. Ad Orationē autē se cōfert, quā grauioribus, in causis habebat pro fidelissimo cōsiliario. Hac diligētius facta, iudicā secūdū virū Propinquū mulieris nihilo se-gnū, tertiū iudicē petunt, & impetrāt Episcopū Tarui-sanū. Is quoq; pro muliere pronūciat. In discrimine vi-debatur Laurētii sententiā duabus aduersis, & expectabāt omnes attētūs, tantā cōtētōnis exitū, cū iudex a quibus-mus Deus ipse, se pro quarto gerere voluit, & lirē omnē dirimere, in lucē prodit incāntū mulieris, quā ex cōlo-brino, & eodē clerico grauidā cū partū amplius differre nō posset emissio pudore, & patelactio flagitio diuinā fū-tile nō humanā, Laurētii sententiā cōfessa est. Cōficientiā autē fuit ex pteatā, purā integrā, quā omnia dirigeret æ-quitate, Sciētia verō potiūs diuinitūs infusa, quā hu-manitūs acquisita videri pōset. Vix enim elementa prima didicit à præceptore, & tamen nihil est in sacra scriptura disputatū, de quo nō posset grauisimē respōdere. Dicā, qd accidisse ferunt. Venit ad eū Theologus, qui audierat de illius doctrinā, & præsertim, qd didicisset sine doctō-re. Audire voluit, & periculū facere. Mouet illi quæstio-nē de diuinis relationibus. Respōdet Laurētius. Ille respō-sūm laudans, repetit adhuc, velut cū circulatorē Sophi-stā, sibi res esset. Tū Laurētius, scriptū est, frater, cōuentio-nes, & pugnas legis deum, sum enim imiles & vana. Dixi quid sentire, si satis feci placet sin minus, quare, qui tibi respō-dēt sapiētius. Cōpunctus ille, & gratias agēs petitiā bene-dictione discessit. Scripsit autē volumina quindecim, & sermones quadraginta. Crebra illius scripserunt vlti-patio, deuota traditio, stylus redūdans, & copiosus qui si-gentiliū literis dedisset operā, potuit inter scriptores e-legātes annumerari. Voluminū tituli hi sunt. Lignū vi-tæ. De disciplina Monasticā professionis, de spiritali, & casto cōnubio verbi, & animæ. De humilitate. De spiri-

Sententiā à D. Lau-  
rentio  
data di-  
uini  
compro-  
batur.

Scientia  
infusa  
ornatus  
fuit.

tuali interitu animæ. De triumphali agone mediatoris Christi. De interiori cōfictu. De cōplanctū Ecclesiæ. De corpore Christi, & sanguine. De vitā solitariā, De cōre-  
ptu mundi. De sermone Domini in cæna. De officio Pa-  
storali. De obediētā, De gradib. perfectionis sermonū  
autem titulos apponere, operæ precium non iudicatur.

VII.  
Mansuetudo, & donum lachrymarum, & cor-  
poris figura.

Quanto autē magis auctoritate, & gloria crescebat, eodē in dies fiebat humilior. Audite mansuetudinē, nā cū Præ-latus quidā magnē, plus ob pecuniā, quā vitā auctorita-tis, ductus inuidiā, variis eū quotidiē calumniis lacera-ret, vt expleret animi malitiā, indicit, cōuētum plurimo rum præstantiū, & doctrinā, & dignitate virorum, quasi de Theologica aliqua quaestione disputaturus. At cōclu-siones quāsdā proponit, decretis illis cōtrarias, quā Lau-rētius ediderat de sumptu, & ornatu mulierum; Ridere partim qui aderant, partim mirari, quam ad rē essent cō-  
uocati. Qui verō grauiūs sentiebant, indignē admodum pati, qd illud spectaculū nō honor Dei, sed maledicēdi cu-piditas coegisset. Tādē bonus pastor manu silētiō indi-  
cto, longam pro mulieribus orationē habet cuius epilo-go cū misericordiā & lachrymas mouere vellet, pluribus simul locis excitatus risus est. Gratia iis, qui venerāt, ac-ta. Assuit quidā, Patris nostri dilectus in spiritu filius, qui huiusmodi re mirificē cōmotus, qd homo petulās san-ctissimum virum huiusmodi cōtumeliis incedisset, & ac-currat ad Laurētium, cum hic & ira, & via sessus. Et quid, inquit, Pater? Patris ne honorē tui, ab iis improbis lacera-ri? Tū Laurētius. Quid est fili? Ille re omnē, vt se habet nar-rat, nō verbis solum, sed & ore, & oculis, & manibus in-dignatibus, vt nō eum solum, in quē essent illa iactata, sed quēuis aliū immunē ab iniuria, faciliē cōmoueret. Quid tum Laurētius? Putatisne aliquid irati animi signū proualif-  
se? Vt scriptores referunt, nihil mutationis in eo vultu perspicere potuissent, nihil indoluit, aut quæstus est, immō noluit scire, quis affuit: Quis dixit, non fronte, aut vultu aut signū vel minimū edidit animi cōmotioris. Vt autē mæretē filium solaretur, placido vultu. Noli inquit, te af-flicere fili. Dominus Iesus, cuius negotiū est, ipse aderit honori suo. Neq; sanē in eo salus est. Nā paucis, post mēsis. dux ipse cum satellitibus, partim exilio, partim vinculis, morte nōnulli affecti sunt. Quāquā autē nihil videtur addi posse ad hāc mansuetudinē, nescio tamē, an id, quod accidit iterum in simili genere, sic admirabilis. Nā cū solēnipōpā Eucharistiæ sacramētū festo Corporis Chri-sti circumferretur, comitatu (vt solet) totius populi fre-  
quētissimo, heluo quidā, qui clerici scelerā ab episcopo dānata impudentius defendēderat, ante ostium propriæ domus coliffēs: dum inde Laurētius trāsit, Deum nihil reinitus, qui ante oculos eius incedebat. En, inquit, qui pro Sancto colitur. O insani, qui talem hominem adoratis. Audit Laurentius. Sed quid arbitramini? Gradu, quo vadebat, perseuerat, nō vultum, nō oculos defleat à Sacramento, & cū aliquot pij homines cōmoti, rei indignitate, cū facibus ad illius domū vellēt cōcurre-re, vix repressi sunt. Quod tū facinus vindicauit paulō post Senatus, maiori Laurentij gloria, illā pter ceteras inflicta pœnā, vt pditus ille, frequentiori populo in Ec-clesia pōrticali, sup pulpito publicē mēdaciā fateretur. Certauit autē Dñs cū Senatu nostro in pœna, supplicioq; miseri. Nā paulō post pulsus vrbe est. Sed penē infinita sunt talis mansuetudinis testimonia. Erat autē verborū, ac-tionūq; tāta mētura, vt si inferiora hęc cœlestib' con-ferri fas est (cœlestis, n. certē animus esset) vix motus cœ-lorū, & reuolutiones, & gyros agi maiori ordine, atq; mētura credi pōssēt. Ipse qdē discipulo reuelauit, sibi à Deo datū fuisse, vt quouis loco, aut tēpore se colligere vellet, & in cœlum mentē erigere, tēper posset. Quōd si forte aliquibus, vt solet, imaginib' turbaretur, nō aliter abigere se diceret phantasias illas, qd si muscas oberrantes pelleret ab oculis. Erat in illis casularum actionum tur-binibus semper quietus, & immobilis. Nihil audire

Mansue-  
tudinis e-  
ius exem-  
pla.

Speciale  
vixi  
donec  
Recolletti  
eius omnis  
loco, &  
tēpore.

diceres

diceres, quati in cælo esset animus, corpus in terris. Rur-sus autem in stylo, aut Orationi sese dedisset, & inter-pellaretur, vt tæpe fit, ab aliquo eum aduente, videres sine vlla molestiā, cæpto opere intermisso, quasi ocio-sum iocundo vultū venientem excipere, quoad vellet, audire, rāta profectō animi pace, vt Angelica interdum videretur potiūs, quā humana. Hanc tam admirabilem constantiam sola diuinā bonitatis meditatio poterat emollire. Dictum est superius, cum de matris dor-mitione locutum fuit, in illius funere lachrymam non emisisse. Videamus, vbi lachrymæ profuerent. Donum enim habuit lachrymarum, vt nemo ferē alius. Cum post prandium aliquandō sederet, & de Diuinis, vt so-lebat, sermonem haberet familiarem, conuersus ad eos, qui aderant, feruentiori quodam mentis affectu. Quid, inquit, agam. Fratres, quid agam, cum ad iudicem deducar? Quid ego miser, in quo sperare possum? Nihil habeo nisi, quod ad illius sanctissimi ligni radicem prouoluam, & plangam. Hęc cum dixisset, totus solutus in lachrymas est, quas cum persulatus emisisset, & erectus vidisset eos qui aderant compungi, & illas lachrymas admirari. Veritus, ne quid ex his laudis humanæ surreperet. Videtis ne, inquit, has lachrymas? Affectus cuiusdam, consualis fuerunt, non vera de-  
uotionis, à qua absum longissimē. At quā pulchrē diuina bonitas conuenientem illi animo Sedem tradiderat. O-mittite virtutes, aut Sanctitatis nomen, facite tunc pri-mū eum videre, Angelum, non hominem. Fuit pro-  
ceritate corporis altiore, quā luitā gracilioribus mē-bris, colore cædido, statura erectus, & celsus, omni facie admodum decorā. Oculis verō vnuerfum corpus ita moderantibus, vt venerationem, & Sanctitatem vndi-que spirare viderentur.

VIII.

Amor fraternus, Prophetia, eiectio dæmonio-  
rum, Misericordia, & communicatio Eu-  
charistiæ Moniali.

Sed quia de Marco, & Leonardo fratribus nihil ha-  
stentis dictum est, ne aliquis existimet, villos vnquā se-  
re maiori charitate dilexisset. Visebatur ab his quotidiē, ad eum publica omnia, & priuata deferebāt, sed omnes ferē illorum sermones erant de æternā vitā. Ceterum quā diuino Spiritu omnibus in actionibus suis agere-  
ret, vltimis illorum horis apparuit. Laborauerat Mar-cus valetudine diuturnā, domo per annum nō exierat, cupiebat fratre videre, quo nihil in terris charius habe-ret. Recusabat Laurent. venire. Domo n. fraternā, sicu-  
maternā, semper abstinuit. At ille orare exiuit, & ob-secrare per fratrem iura pietatis, vt mori eū non vellet sine suā benedictione. Consolabatur eum, & promitte-bat venire Laurētius, sed tamen differebat. Ibat ad eum Leonardus Pater, orans, vt veniret, si quidem viam re-perire vellet. Dicebat, bono animo essemus venturum se, cum tempus exigeret, & certē aliquoties videbatur meliūs habere. Cum autem apparuit hora, quam expec-tauit, fallere charissimum fratrem noluit. Ecce venit ad eum iam propinquus erat emissioni Spiritus. Ingres-sus, & super lectulum fratris incumbēs, salutauit eum dul-cissimis verbis, quasi promissum persolutum venisset. Marcus hilariori vultu conuersus, significato gaudio de illius aduentu, intrer eius amplexus latus, & voti cō-  
pos, in Domino requieuit. Ne tamen aut forte, aut casu hoc accidisse aliquis existimet, idem penitus nono post anno in Leonardo fecit. Quintum ferē mensem domo exire, & Laurentium videre non potuit. Nunciabatur ei, fratrem, extremum spiritum agere. At ille reddebat, horam adhuc non esse, sic per multos dies fecit diffe-rendo. Horā eā, qua promiserat, venit, cumque summa cum lætitiā, eum pater excepisset, vespera eius diei in-ter illius brachia spiritum feliciter emittit. Addam illud etiam ad eius gloriam. Oravit pro Fratre illis diebus, precibus ardentissimis, & cum post aliquot dies ad eum venissent quidam ex amicis, afflicti adhuc mœrore re-centi, post prima verba salutationis. Gaudere, inquit,

Lachry-  
marum  
donum.

Statura.

Amor  
eius in  
Fratrem.

Et Pro-  
phetia.

Leonardus saluus est. Hoc cum ingenti gaudio excepisset. Er quomodo, inquit, scis Pater? Saluus, inquit, & aliud ne cureris. Quid autem alia innumerabilia confes-  
ter de Spiritu Prophetiæ? In eodem monasterio fo-  
rorem miræ Sanctitatis comploraram, etiam penē exa-nimem, lugentibus aliis, bono animo esse iussit, & illo triduo omnino libera euasit. Propinquam scum, qui trirremem conduxerat ad conuehendas ex Ponto mer-ces, cauere iussit, nē trirremem in Ponto dimitteret. Ille verō non solum trirremem dimisit, sed maximo etiam fortunarum naufragio est affectus. Ceterum & filio-rum orbitates, & lucra, & damna, & honores, repulsa-  
que, & gritudines, & incolumitates, aliaque tum prospe-ratum aduersa, quæ quotidiē accidunt, innumerabilia ante dicebat. Filium suum desperatum à medicis, ex-tremum spiritum agere ad eum detulit, vt consuleret de loco sepulturæ. Ille suspensio aliquantulum, & vultu, & sermone, respōdit, tempus adhuc non esse talis consi-  
lii. Ille admiratus huiusmodi respōsum. Quoniam, in-  
quam, modo potero Pater tempus delibere, quem iam expirasse existimo. Rursus ille: Redi bono animo, tempus ad-huc nō est, Reuersus igitur domum, reperit puerum præ-ter omnem spem meliūs habere. Sanē ipse suum obi-  
tum prædixit virginibus S. Crucis per dies aliquot an-  
tequam accideret. Neq; minor in eo fuit dæmoniorum pellendorum, & discernendorum gratia spirituum. Nar-ratur de quadam muliere ad eum deducta, quæ spuma-bat ore, & dentibus frendeat. Quod ille videns. Acci-  
stis ne, inquit, mihi hunc Dæmonem, tanquam ad Apostolum? Ite fratres, & quare, qui sit me Sanctior sum enim homo pœ-  
cator. Enimvero illi magis orabant, genibus prouoluti, Age, inquit, valeat fides vestra, qua Chananaea profuit. & Ce-  
turioni. Impositā arreptitiū capiti manu. Quid, inquit, ma-  
le Dæmon venisti pauperulam hanc vexare? Vbi nūc super-bia tua, cum de cælo decidisti? Non te pudet depugnare cū muliercula? Age, dimitte illam, Dominus Iesus te præcipitem agit. Signaculo suo insignita est. Videres inter hæc verba illam contumaciā, atque oris distorti prauitatem explanari, illum tremorem palloremque in naturalem verti fa-  
ciem. Admirantibus omnibus, & Omnipotenti Deo gloriam reddentibus, liberata est. Spiritum verō cogitationumque discretio vbinam maior apparuit? Deceuerat Monasterium Monialium reformare, quod vt facilius assequeretur, assignare vo-lebat illis in. Cōfessorum virum fidelem, & sanctum. Is autem, vt erat bonus & simplex, recusabat, timens cum mulieribus implicari. Postquam negauit, tæctus pœni-tentiā est, delibere redire. Hunc autem cum Laurētius procul venientem conspexisset, priusquā verbum pres-byter ille faceret, aut diceret, ad quid veniret, dextrē cingulum tenens. Bene facis, inquit, frater, noui ad quid ve-nis. Velim autem scias, veluti cingulum istud (manu siquidē cingulum suum tenebat) sic à Deo, te mihi esse permis-sum. Admirans ille, & magis corde compunctus. Accipe pro seruolo me, inquit, nunquam mandata tua vniquam.

Gratia  
eius, in  
expellen-  
diis, vel  
diuidi-  
candi  
Spiritu-  
bus.

Duobus locis eodem tempore adesse cernitur.

Narrabo hic quoddam miraculum genere præclarum & magnitudine rerum, & famâ notissimum. Sacra quædam virgo erat magnæ Sâcilitatis. Hæc per multos annos abstinentiâ, Vigiliis, Orationibus, steterat ante Dñm. Accidit autem, vt solennitate Corporis Christi, neque sorores aliæ, neque ipsa communicare diuinis mysteriis possent, & cum ægredere ferrent, & illa in primis sanctissima mulier, oratum Laurentium mittunt, quia propè esset monasterium, vt si gratiam comunicandi eo die habere non possent, ipse saltem dignaretur, dum celebraret, pro ancillis suis orare. Promittit Laurentius. Cum ante celebraret ad populum, post eleuatum Sacramentorum, factus extra seipsum est, detulitque eum Spiritus ad illam mulierem in cella clausam, & contemplationi vacantem: quæ fortè tunc miro quodam desiderio comunicandi tenebatur, & sacra illi mysteria comunicauit, siue in corpore, siue extra corpus. Deus scit. Ab oculis quidem totius populi non discessit, donec ad seipsum reuersus, ab illo pietatis officio, reliquum Missæ peregit. Cum autem virgo illa, quod acciderat, Sacerdoti nuntiaffet, Sacerdos Patriarchæ iussit illi, vt gratias Omnipotenti Deo ageret, & vt nunquam donec viueret, cuiquam manifestaret. Hæc & huiusmodi alia multa à Laurentio fieri, Optimum Deum voluisse, siue vt suam bonitatem, atque pietatem, nec temporum edacitate consumi, nec immutari malignitate morum, ne fidei nostræ tepiditate imminui crederemus, siue vt ea etiam, quæ sacris literarum monumentis edita sunt, & alioquin videri solent impossibilia, facilius crederentur à nobis; quippe cum legerimus Ambrosium, cum esset Mediolani, Martini exequiis interfuisse apud vltimas Gallias: Seuerum ite Rauennatem Episcopum, ad Geminiani exequias, Mutinam in spiritu concessisse. Inrebecere tanti viri famam quoridie, & latius diffundi cepit. Habere eum sæpe apud se Eugenius Pontifex voluit, semper excusauit, metuens, ne quid ei noceret curia Romana. Cum autem Eugenius vrbe pulsus, Bononiâ venisset, efflagitatus ab eo, refragari non potuit, quod amplius, neque alpes, neque itineris longitudinem, sicut antea fecerat, causari posset. Exceptus est à Summo Pontifice, præsentibus Cardinalibus, his verbis: *Salue docus, & gloria Præfulum* ab vniuersa autem curiâ, maximâ veneratione habitus. Voluit eum Eugenius apud se retinere, sed imbecillitatem corporis excusans, paucos ibi moratus dies, rediit inde lætior, quàm ierat. Reliquit ibi maximum odorem Sâcilitatis. Pari amore, seu maiore etiam Nicolaus V. Pontifex nobilissimus eum dilexit, vt in illo ornando certauerit cum Eugenio. Nam sicut ille Episcopum, cum primùm potuit fecit, ita hic Patriarcham; cum primùm oblata occasio est, creauit. Gradeni siquidem Patriarcham mortuo, Patriarchatum à Grado, nobili quondam vrbe, transtulit Venetias, idque nec cognitâ, nec postulatâ Senatus voluntate, quippe qui non minus hominè, quàm ciuitatem eo facto exornare cuperet. Allata res haud satis placuit Senatui, verenti, ne spiritalis, & Ecclesiastica dignitas aucta opibus, & auctoritate, veteres, quas cum superioribus Episcopis discordias habuerat, reuocaret, beatissimi tamen Patris mansuetudo diremit facile dubitationem. Adit enim continuò Ducem, & collegium, sese dixit abhinc duo de viginti annos inuicem Episcopum factum, & à quiete suâ in hos turbines seculares iniectum, deliderare nunc quietam, & minui magis pondus præfulatus, quàm augeri, sibi esse in animo, hoc oneris, quibuscunque posset modis deprecari, nisi ipse Dux, ad quem ciuitatis suæ dignitas pertineret, fortè sentiret aliud, pro cuius honore, quoniâ ita de se merita ciuitas esset, nullum laborem recusare deberet. Excitauit omnium lachrymas Sanctissimi Patris mixta charitatis humilitas. Dux, qui rem hanc agerrimè antè rularat, & ab Eugenio tentatâ sepe impugnauerat, statim ex sua, totiusque collegii sententia enixè eum rogare cepit, vt libenti animo id munus susciperet. Sic quod inuidiosum fuerat in dignitate, ex mansuetissimis sancti viri moribus gratissimum factum est.

Quomodo ab Eugenio IV. & Curia excipitur.

IX. Dicta memoratu digna, & summa nominis celebritas.

Sed quia mores, & actiones illius hætenus profecuti sumus, subiciemus etiam de dictis aliqua memoratu digna, quantum meminisse ex domestica consuetudine potuimus. Dicebat, serui Dei non esse, à magnis peccatis cauere, id enim esse secularis hominis: sed parua vitare, ne charitas refrigeret. Non simul, ac corpus extenuatum fuerit, de abstinentia remittendum, propter eam enim abstinentiam. Tribus Monacho opus esse, desiderio, moderatione, & gratiâ. Nam ubi horum aliquid desit, ibi perseverantiam esse non posse. Humilitatem esse torrenti similem, qui æstate tenuior, quasi serperet: hyeme verò, atque vere inuidaret. Sic humilitas in prosperis quidè exigua, in aduersis magnanima esse debet. Minimè sibi placebant in monasteriis, ampla ædificia: & cum videret latiora, cellas ampliores, caput quassans, dicebat: *Non sic Patres nostri, non sic.* Dormitorium ipse fecit apud Leonicum ex sepe, & creta, cum tamen lateritium facere faciliè posset, propter monasterii facultates. Dicebat enim, nullam rem monachum aspicere debere in hoc seculo, quæ desiderium illius teneret. Maximè pensanda esse eorum proposita, qui se conferrent ad religionem, ne, dum ineptus suscipitur, ab eo aptus corrumpatur. Dicebatque cum augetur nimium numerus, rigiditatem vitæ, atque monasticum vigorem diutius non posse consistere. Raram siquidem esse perfectionem. Memini adulescètem nobilem, ad monasterium confugisse: quem cum intellexisset fratrum nuntiis suasionibus pellectum, patri flagitanti reddidit, dicens: *Accipe filium tuum, religioni propositum à sancto Spiritu est, non ab humana suadela, & est longe deterior, ab religionis vitâ desistere, quàm eam nunquam suscipisse.* Ex quo die factus est Sacerdos, quotidiè Missam celebravit, nisi valetudine impediretur. Dicebatque qui cum posset Domino suo frui, non frueretur, facile se declarare. Domini sui curam non habere. Pudicitiam cum carnalibus blandimentis, nihil aliud esse, quàm ignem extinguere velle, & ligna superiniicere. Paupertatis donum, quantum esset, neminem nosse, nisi qui secreto cubiculo, & contemplatione delectaretur. Consultò Deum gratiam religionis hominibus occultasse: nam si cognosceretur illius felicitas, omnes ad eam concurrerent. Neminem bene scire, quid esset humilitas, nisi qui à Deo accepisset, vt esset humilis. In nullo enim tam falli homines, quàm in vera humilitate cognoscendâ. Veram scientiâ esse, scire hæc duo. Deum esse omnia, & se nihil. Sæpe monebat, nunquam mittendam de Deo fiduciam. Illa esse, in qua animæ vitæ consisteret. Diuitem dicebat, non posse saluari, nisi per eleemosynam. Tantò facilius esse munus Imperatoris, aut Ducis, quàm Episcopi, quanto difficilius esset, quæ non videas regere, quàm quæ videas. Inter labores publicos bellorum, quæ eius ætate plurima fuere, dicebat Senatoribus, *si vultis Dominum vestri misereri, nihil vos ex vobis, aut esse, aut posse inducere.* Bonum Principem assimilabat capiti: quia sicut caput, & lingua implorat auxilium pro reliquo corpore se non mouente, ita Principis oratio potest placare Dominum, quamuis populus aliis intendat. Vitandâ monebat, quæ multis oblectulis impediretur: quia opera Spiritus Sancti facilia essent, & æquabilia, diaboli aspera, & plena sentibus. Et cum de rectoribus ciuitatum secularibus loqueretur, quasi illorum laboribus condolens, non sine clementiâ Dei fieri putabat, vt virtutis comes esset gloria, & quasi laborum, curarumque delinimentum aliquod: tantisper autem gloriæ cupiditati ignoscendum, dum virtutem velut ancilla sequeretur, non autem quasi Domina præcederet. Innumerabilia alia sapienter, & dixit, & sensit, quæ quidem referre, infinitum est. Cæterum iam plenus erat dierum, nomenque illius & fama latius quotidie fundebatur. Nemo veniebat ad hanc Vrbe, qui non vel imprimis specta-

Aliquot eius dicta recensentur.

Quotidiè Sacrum Missæ legit.

culis ap-

Omnem eum videre cupiant, & eius domum visitare.

Eremita cuiusdam de B. Laurentio testimonium.

Septuagenario maior cupit dissolui, & esse cum Christo, & exaudiri.

culis appeteret hunc Patrem videre. Taceo vulgus, & turbam sine nomine, qui quacunq; incederet, ad eum visendum, veluti ad Angelum de celo demissum, per vias, & compita concurrebant. Cardinales omnes, Duces & Principes domi eum inuisere, vitam inuestigare, thalamum, cubile, cænaculum, omnia lustrare oculis, & venerari, Franciscus Sfortia Mediolani Dux, & Blanca vxor, Galeatium maiorem natu, & magnæ spei filium adhuc impubem, Venetias cum mississet, illud imprimis mandauere, vt puerum ad sanctum virum deducerent, vt imponeret illi manum, & eius orationibus commendarent Bartholomæus Collionus, clarissimus illa ætate Dux, magnam ad eum vim auri detulit, quam in pauperes disperiret. Quod fuit & in militari viro propter deuotionem, & in Patre Sancto propter opinionem, rarum, & singulare. Iam aduenæ, & peregrini omnis Ordinis, & generis, Pannonæ, Germani, Galli, Hispani, vel qui Romam ad limina Apostolorum, vel qui in Orientem ad Dominicum sepulchrum pergerent, tum felices auras sperabant, si benedictione huius Patris acceptâ discederent. In maximis verò patriæ periculis, Dux, atque Senatus non aliter ad illius Orationem confugere, quàm ad oraculum quodam. Quantum autem illius Oratio proficeret, vnum aliquid prius, quàm partem hanc claudam in testimonium referemus. Est prope Corcyram locus asper, & incultus, ubi vir habitauerat Eremita triginta, & amplius annos, vitæ abstinentiâ, & Orationibus, & quod primùm ferebatur, prophetiæ spiritu insignis. Gerebat fortè Corcyræ negotium vir quidam, tam genere, quàm moribus præstans: qui cum arderet bellum, quod cum Philippo Mediolani Duce gerebatur, & afflictiores res esse viderentur, adit virum Dei: rogat eum, nunquid Veneta Respubl. vt ferebatur, deplorata esset. Ad quem eremita: *Commotus est furor Domini, inquit, contra vos, quia Verbum Domini proiecistis: & nisi Pontificis vestri lachrymas interpellarent pro vobis, iam dudum quasi Sodoma perissetis.* Tale de Laurentio testimonium retulit eremita in mediis Corcyræ rupibus, & spelancis. Cui non solum Laurentius, sed omnes ferè mortales incogniti erant, & inauditi. Porro charitas illa, quæ suas oues prosequebatur, vix animo concipi posset, nedum verbis explicari. Totus illi Pontificatus inter grauisimorum temporum, maximorumque bellorum turbines consumptus est. Non erat contentus propria Oratione: animabat hortando, monendo, obsecrando, iubendo, vt profecto tantæ charitatis, & ardoris, vel minima pars vim celo inferre poterit. Insuper fuisse Quirinæ matris suæ præfagium, quod filio nascenti præcata est: ijs præcipuè temporibus, quibus ter, quaterue in præcipiti fuit Venetum Imperium.

X.

Vltima valetudo, & ea quæ in ipsa dixit, aut fecit.

Agebat annum quartum supra septuagesimum, corpore quidem imbecillo, & tenui, sensibus autem integris, & sine vllto vitio valetudinis: nisi quod ingravescens ætas, additis inedia, vigiliis, algorisque ab ipsa adolescentiâ susceptis incommodis, totum corpus pariter attriuerat. Amici autem de eius vitâ plura quàm de suâ solliciti, horrabantur, vt audiendi onera deponeret. Quibus ille, *Vultione locum, qui mihi commissus est, deseram?* Nam quod ad ieiunia, vigiliis, & castigationem carnis attineret, senescere corpus, spiritus iuuenescere videbatur: & aut Paulum referebat, qui nonagenarius vescebat palmulis: aut Hilarionem, qui octogenarius farinula, aut alium de patribus antiquis: Vt autem nihil ad cumulatum gloriam deesset perseueravit scribere vsque ad eam diem. Fortè tunc librum de gradibus perfectionis absoluit. Dum autem post cibum de more ambularet: *Quàm libenter abirem, in-*

quebat, si domino placeret. Neque enim melior sum, quàm Patres mei: sed tu bone Iesu non debes obsequi voluntati meæ, sed vtilitati populorum. Voluit autem Dominus preces eius audire. Febri post paucos dies acerrimâ corripitur. Lectum parant: ille commotior, & indignanti similis. *Mihi ne plumam paratis?* Quæ molibus sternuntur, in domibus Regum sunt. Non in pluma Dominus meus, sed in durissimo ligno cubauit. An non meminisset, quid Beatus Martinus in re simili responderit: *Non decere Christianum dominum mori, nisi in cinere, & cinereo?* Nichil igitur tunc proficiebant amici eius, victique ad eius matram detulerunt inter brachia. Cum autem neque medicis, neque pecuniâ parceretur, & ministrantium circa se studium videret, compungebatur animo: *En quanta, dicebat, ob huius sacri vili sanitatem parantur? quanta perduntur? cum interea pauperes Christi, non panem, non fructum, non ignem habeant, ubi calefiant?* Intellexit autem vir sanctus migrationis diem aduenisse. *Hactenus, inquit, filij per locum res acta est, sed nunc agitur. Propè est sponus: eundem ei obuiam.* Et sublatis in celum oculis. *Venio, inquit, ad te bone Iesu.* Obseruatum est autem ab iis, qui ministrabant ei, quod aliquando plenus animi, ardore quodam spiritus in celum ferri gestiebat: interdum verò in profundum sese humilitatis abiiciens; pertimescere videbatur diuinum iudicium. Nam dum amici ad eum non sine lachrymis dicebant. *Quàm lato animo migrare debes? vater, cui palma celorum parata est: necernite, inquit, filij fortibus solet hæc palma, non ignauis meique similibus.* Hæc humilitatis: illa verò quàm plena fiducia? Nam cum illos lachrymari videret. *Abire, ait, hinc cum vestris lachrymis, tempus latitæ est, non lachrymarum.* Sic in fiducia Macharium, in timore Arsenium referens: inter vtrumque incedens, vt cum fiducia metueret, nec sine timore consideret. In campum igitur cum morte descensurus, armari se Sacramentis Ecclesiæ, & ad sacellum inter manus deferri postulauit. Et cum è strato subleuatus, paululum resedit. Ille autem, qui eum tenebat, effundebat lachrymas, quod ille aduerteris. *Quid ploras, inquit, fili, da mihi dexteram.* Quam cum ambabus suis tenuisset. *Confide, inquit, & dono animo esto: nunquam enim te deseram.* O vocem dulcem, pariter, & acerbam. Quam verò supellestem creditis fuisse compertam in his ædibus? Putatis ne aurum aliquid, aut argentum? Illud admirabilius, quod nullum omnino librum possederit. Cum quotidie legeret, aut scriberet, librum tamen vllum possidere noluit. Testamentum omne, quod fecit, efferri sese iussit nullâ pompâ ad monasterium suum, quod abest duo millia passuum extra ciuitatem, ibique in sepulchris fratrum reponi. Neque femel præcepisse contentus, quasi diuinaret, quod contentio de illius sepultura esset futurum, vocari amicis iterum iubet. *scitis, inquit, quæ de sepultura mandauit? facite quod iubeo: nolite pompam parare.* Neque enim is sum, quem fortè exultimatis: Antonium imitatus, & Hilarionem, qui in locis obscuris sepeliri voluerunt, ne colerentur à vicinis.

XI.

Oratio habitâ ante migrationem de vita, & duo miracula.

Susceptâ verò paulò ante diem sacri olei vñctione, sermonem habuit de mortis vtilitate, ac de cælesti vitâ, miro quodam sensu, ac grauitate verborum. Nam vt erat supinus, aliquandiu tenuit in celum oculos: Tum denuò semiclausis, in hæc sententiam fari cepit (verba etiam, quantum potuimus tenere, subiicietur.) *Videtur à filij, horam meam aduenisse benedictus Deus, qui eam tandem venire voluit, cum nulla sit alia via, quæ ducat in celum. Illo enim venit nobis via, veritas, & vitâ, vt eiectis de paradiso miseris exulibus, viam signaret in patriam redeundi. Si enim in hæc vitâ tantum sperantes*

sumus,

Resugit lecti commoditatem.

Timor eius & fiducia.

Pæupertas & contentio sui corporis.

De bono mortis concionatur.



sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Sed absit a nobis tam stulta cogitatio. Quid enim vita haec, nisi lamina quadam (ut ille inquit) & veluti memoria hospitii vnius diei praeferentia? Christus pro nobis mortuus est primitiis dormientium. Pudeat nos mortem timere, cum Dominus nos propter nos mori voluerit. Hunc diem semper ante oculos habui: tu scis Domine, quamquam diu vitam meam confidero, confusio sit mihi potius appellanda, quam vita: sed in spiritu humilitatis suscipe me, bone Iesu, vita & salus anima mea. Neque enim in iustificationibus meis proferno preces meas ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Illa ego ovis amissa, ad te Pastorem redeo. Vocem tuam noui, non alienorum, pero Domine, vt ad ouile me reducas. Potes ne spernere vocem clamantis, & confugientis ad te? Nonne tu ille, qui dixisti: Clamabit ad me, & ego audiam eum, cum ipso sum in tribulatione? Ecce clamo plus corde, quam ore Domine, ecce tribulatio proxima est, & non est qui eripiat, nisi tu bone Iesu. Sed neque felicitium spirituum sedes affectare ausim, qui speciem intuentur sanctissima Trinitatis. Portio tamen aliqua creaturae tuae postulet micam suauissima mensurae. Nimum mihi fuerit, & heu quam nimum, si subitus calceos ipsum electi tui, loculum aliquem huic pusilloruo seruulo non negaueris. Conuersus deinde paululum ad altantes, ait, Vos interea fratres seruate Domini precepta. Omnis enim caro fenum, & omnis gloria eius, tanquam flos feni. Contemplamini me, Ecce aruit fenum, & flos eius cecidit. Horam hanc quis poterit euadere. Sed mihi credite, filij, nihil est praesentius, quam seruire Domino. Hanc cum dixisset, subdito paulisper brachio, quod denudatum tenebat, caligantibus oculis, vt Isaac illum antiquum videre te diceret, altantibus Crucis signo, Benedicat, inquit, vobis, Dominus Iesus, frater, & viscera mea, & benedicat illis meis, qui absunt, quos in Domino parturij. Det vobis cor, vt colatis eum, aperiat animum in lege sua, neque vos deserat in tempore malo. Benedicat Principi nostro, & vniuerso Senatui, vt sortem commisi sibi Principatus ad honorem Dei, & commune omnium Ordinum bonum, sibi tradidit am recordentur. Benedicat denique populo meo, cuius amorem, pacem, concordiam Dominus in dies magis, atque magis conseruare, & augere dignetur. Diluiscere ceperat, & iam antea percubuerat videre diutius eum non posse. Mota igitur vniuersa Ciuitas est. Canonici quidem primo diluculo sunt ingressi, quos dulcissimè recognoscens, ab his veniam petebat, si muneris suo non satisfecisset. Diuinum honorem commendabat & Ecclesiae cultum, tum quoque, vt mutuum inter se charitatem seruarent. Postremò rogabat, vt in diuinis officijs sui meminissent. Quid ibi rursus lachrymarum, bone Deus, quid clamorum edebatur? illum patrem, illum Dominum, praepceptorem, Ducem, paulò post Procuratores S. Marci ingressi sunt, & alij Principes ciuitatis, Sacerdotes, & religiosi viri. Nullus denique ciuitatis ordo arceri foribus potuit. Loquebatur vnicuique aliquid ad salutem. Procuratoribus, & Principibus pauperes, iustitiam, Sacerdotibus honorem Dei, negotiatoribus charitatem, aduocatis pauperum causas, singulis denique officiorum suorum munera commendabat, vt admirabile fuerit, artus illos penè exanimos, intento semper spiritu laborem loquendi, benedicendi per totum biduum (tantum enim superuixit) perferre potuisse. Nusquam magis enituit illa puritas, & altitudo animi neminem respuit, omnes pari fronte susceperat, vt neque pauperis, neque diuitis, neque seculi: ris vlla apud eum videretur esse distinctio. Plura interea tum praedixit, tum fecit digna memoratu, quorum duo tantum subiiciemus, vt appareat omnem humani sanctissimae vitae partem signis, atque portentis, sicut caeteris claruisse virtutibus. Erat ei charissimus in Christo filius Marcellus nomine, clarus genere, sed vitata clarior, vir bonus, & iustus. Laurentium autem sic diligebat, vt palam diceret, si quid de eo accideret, se nullo modo superuicturum. Cum audisset igitur de illius valetudine, continuo accurrit, introducit ad eum, cui ad eius osculum inclinato Laurentius submissa voce, Marcellus, inquit, quid de discessu meo cruciaris? Ego quid

Suis moriturus benedicit.

Omnes ad bonum hortatur, & singulos ad sua officia.

praecepo, sed tu me propediem sequeris, sic nomina placitum est, vt hoc Paschate nos iterum mutuo amplexeremur. Lætor ille huiusmodi verbo, quam tristior, initio quadragesimae acri valetudine, corripitur, & in Paschate, vt praedixerat, ad sepulturam elatus est. Dilectissimo autem filio Hieronymo, grauitèr laboranti, salutem, & praedixit, & reddidit. Nam cum deflitutus à Medicis pro mortuo haberetur, mater autem, & sorores, nihil iam spei, nisi in patris huius Orationibus haberent, misit ad eas sanctus hic Pater, qui dicerent, bono animo essent: neque enim illa ægritudine moriturum. Quod sicut dixit, ita factum est. Paulò enim post reliquit eum febris, & pristina valetudini restituitur.

XII.

Deuota spiritus emissio, & inhumati corporis diuturna permanſio.

Sed iam dissoluebantur sanctissima illa vincula carnis, & spiritus, & quæ indissolubili pace, per tot annos, atque concordia vixerant iubente Deo, illa terræ, Spiritus cælo reddendus erat. Claudere paulatim cepit oculos facie quadam hilariori, & mæbra omnia explicare, quasi de labore ad requiem transiret. Quas ibi cateruas Angelorum aduenisse vidisset, si corporeis oculis potuisset videri illa societas? Tali igitur comitatu inter eorum cælestes voces, & cantus felicissimus ille Spiritus, velut igniculus in cælum emicuit. Hic finis Sanctissimi Patris verè felix, verè beatus. Ortà alterà luce, est uia incredibili concursu tota ciuitas est, vt penè fores effractæ, vt in Ecclesiam subitò deferri necesse fuerit, ad oculos populi depascendos. Tanta autem continuo circumfudit feretrum multitudo, vt à gradibus chori, vbi positus fuerat, raptus deinde sit, non hominum manibus, sed solâ sese compimentum atque impellentium turbâ, vsq; ad valuas Ecclesiae. Discissæ vestes, sublati calcei, quonia ob veneratione dircepta. Caeterum vt primitiæ aliquæ sanctificationis, & publicum iam apparere testimonium inciperet, scholæ illæ quatuor celeberrimæ (sic enim eas appellamus) non quasi ad mortuū, sed ad viuentem, & Sanctum, & viris frequentissimæ, & ornata, ac pompâ quidem lugubri, aut funebri, vt solet in mortuorum elationibus, seu processionibus, ac supplicationibus, cū gratia publicè Deo redduntur: sic nullo publicè, aut priuatim iubente, suadente ve, sed ipsæ per sese sic instructæ auratis cereis, & omni honoris, ac lætitiæ significatione accurrere. Quale illud etiâ testimonium, quod bini ex fratribus Carthusianis, cū ad illud officij, vt caeteri adissent, audire sibi visi sunt suauissimos quosdâ cantus, & inauditas modulationes? Reduunt tibus autem ad monasterium, & illis nō cessantibus, tū alter ad alterum, Audite frater has melodias? Quid inaudiam, inquit alter, angelicus planè mihi videtur iste concentus, non humanus. Item affirmare alius cepit. Vtrisque igitur admirantibus, nunquam illi cantus, quoad vsque ad monasterium peruenerunt, conticuere. Expletis officiis, cum efferendi tempus aduenisset, ecce quo pacto: præcipuo quodam Dei iudicio, tūc quidem occulto, sed paulò post aperiendo omnibus, lis oriri cepta inter Patriarchales Canonicos, & fratres S. Georgij. Hi cū ex præcepto Patris nostri repeterent, quod madauerat de loco sepulture illi sacros Canones afferunt, vt Prælati in propriis Ecclesiis sepelirentur, neque semper defunctorum ordinationibus parendum, ex Marcellini Pōtificis exemplo: qui quanquam corpus suum inhumatū sub anathemate permanere iussisset, visum esset tamen Sanctis Patribus, non tam hominis, quam Pōtificis habere rationem. Interim autem sacrum illud corpus in Ecclesiae sacrario reponitur, quasi litis euentū expectaturū. Accidit autē res omnibus retrò seculis inaudita, pace dixerim Sanctiorū aliorum omnium, quod quidē extet ex eorū monumentis. Nā ibi corpus illud dū reponitur, altero, ac tertio die, nec corruptionis aliqui, nec factoris apparet. Itemq; & quinto, & sexto nihilominus integrū perferuat. Tāræ rei miraculo excitata, accurrit

Vni obitū alteri sospitatur prædicat.

Deuote in Christo obdormit.

Audita caelestis modulationes.

vniuer-

vniuersa ciuitas videt, & exquirunt diligentiùs, nunquid sit delibutâ vnguentis: omnia mæbra cōtrectat. Nihil pigmenti, aut artis, nihil rigoris in mæbris, factoris longè minus, quin potius odorè suauissimū mæbra illa spirare videbantur. Additur miraculum miraculo. Nā post biduū rubescere genæ, & vnus per mæbra sanguis cōspici cepit. Et iā capere nō poterat sacrarium illud cōcurrere turbâ, & sese inuicè cōprimere, vt octauo tandè die necesse fuerit in Ecclesiam publicè deferri ad oculos populi exfatiados. Tū verò, & admiratio, & stupor, & clamores. Igitur qui litigant, & hi instantiùs postulant, hi custodiunt diligentiùs. Deponitur iterum in sacrarium, vbi per dies 40. perseverauit incorruptus, & integer. Omnibus illis diebus nunquā nō visitatus est, nunquā sacrarium illud non apertum omnibus fuit, videre, & venerari volētibus, donec septimo supra sexagesimum die, cum aliquo fatis cōmodè seruari posse nō videretur, sepultura traditus est, officijs, & honoribus, non quibus caeteri solent, de quorum virtute, & meritis ambigatur, sed quasi Sancti cuiusdâ reliquiæ, sic cum omni honore collocatæ, 16. videlicet Cal. April. cum 6. Idus Ian. migrasset ad Dominum. Multi non solū ex Italia, sed Illyrico etiâ, atq; Epiro ad id ostentum domo profecti. Medici oēs, praesertim Gerardus Veronensis, medicus ætate illâ omnium nobilissimus, qui eum in hac ægritudine visitauit, naturæ nullâ vi fieri posse testati sunt, pferim cum putridâ febri laborasset. Diffusus n. per venas putridus, & corruptus humor corruerit, necesse fuit, reliquum corpus, vt impossibilitè penitus extiterit absente calore naturali, vel parum aliquid teporis integrum, incorruptumq; manere. Quā igitur, quamq; admirabile spectaculum fuerit, aliorum sit iudicium. Nā si Beati Bernardi honori datum est, vt dandum erat, q; corpus eius triduo inhumatum subsisteret, quid Laurentio nostro tribuendum, qui tot dies, & pene menses integer, & incorruptus euasit? Mota ciuitas tātæ rei miraculo, dare operâ voluit, ne eiusmodi Ornamento, se. SS. Patriarchæ reliquijs Patriarchalis Ecclesiae spoliaretur. Hoc factò relictum in memoriâ illud Beatissimi Martini Turon. Episcopi, qui cum apud Condantensem Pictaunorum urbem, diem obiisset, & Pictaui, apud quos obisset, retinere vellēt: Turonenses autem repeterent proprium Antifistitè, tādū in cōtentione res illa verfatâ est, donec à Turonensibus furto sublatus, ppriè Ecclesiae restitueretur. Quæ autem miracula deinceps acciderint, quæq; accidant quotidie, ad sepulchrum illud diuinâ opè poscentibus, ea nō aggredi fatius existimaui, quippe quæ innumerabilia sunt. *Sumus in vitis SS.*

Hoc anno, in Hispanijs, in diocesi Placentinâ, in Patriarchia S. Martini, villæ Fromesæ, ditionis PP. Benedictinorum, ingens, q; narrabo, in Sacros. Eucharistiâ accidit miraculum. Præter rei familiari Xenedochij S. Martini, Pet. Fernandez, cognomento, Teresa. Is aliqñ p vrbibus quotidianis pecuniæ egentissimus, eâ à quodâ Hebræorū, Salomon Matutiel dicebatur, mutuo ad diē cōdictâ acceperat. Die designatâ, cum soluendo ille nō esset, Iudeus ad Ecclesiasticum tribunal hominè vocauit: Iudex porro anathematis sententiâ, in cūctantem debitorem pmulgauit. Eâ hica adūs, æs quidē cōtractum dissoluit, caeterum à vinculo Ecclesiastico, quo innotatus fuerat, absolui minimè curauit; sicq; paulò post in ægritudine incidens, cum moriturū se certò certius pspiceret, Sacerdotē, & S. Eucharistiâ flagitauit. Adiuit, & attulit Sacerdos diuinū panem: quem, vt ægroto porrigere voluit, sacra hostia ad eū modum patenæ sacratæ adhesit; vt nequaquâ diuelli poterit. Hinc ingens omnibus stupor, Petro autē singularis anxietas, & intusus pudor, simul, ac dolor, quasi non dignus cælesti edulio, eaq; ppter dignos vtricibus flāmīs, Sacerdos, id, quod erat, suspicatus hominem alicuius fortè culpæ, vel censuræ obnoxium esse, semotis, qui conueniant de morte comitibus, percontatus illum; & equid peccati admittisset? & num conscientia alicuius criminis vrgeretur? Minimè sibi illum esse cōscium, audiuit. Num vinculo

XLV. Miraculū in SS. Eucharistiâ.

Ecclesiastico aliquandò se irretitum meminisset? Tum ab immemore, confessionem extorsit, qui dixit: se quidem Iudæo pecuniam restituisse: veruntamen nunquā illo nodo exsolutum fuisse. Mirum, mirandum. Statim atque fatentem, censuræ exemit, Sacerdos manum vni ex tribus Sacratæ hostiæ, quæ patinæ tenaciter adhaerant ad mouens, eam obsequentem accepit, infirmoque obtulit altera, quæ supererat in aera aliquantū supra patinam elatâ; tertia, ad perpetuam rei memoriam, etiâ nūm patinæ adhaerente. *Ille casus, Abbas S. Frontonis, qui duas hostias vidit, lib. 6. hist. Pontif. in Nicol. V.*

Hoc ipso anno, insigne aliud miraculum in Sacramēto Eucharistiæ, ad 6. diem Iunii accidit Taurini apud Pedemontanos. Gliscentibus bellis inter hos, & Gallos, aliquis militum profanus Sacrum ferculum, vna cum sacra hostiâ, ex Templo recipit, & falci inuolutum muloque impositum Taurinum iuit. Cum primum ciuitatem per portam Templo S. Syluestri proximam ingressus est, statim mulus in terram se prostrauit, Sacrum ferculum miraculose ex illo inuolucro se euoluit, & in aere præstiliens, sese eodem miraculo librauit, permagno splendescens lumine, ita vt ad instar Solis alicuius radios emittere videretur. Barthol. Cononus istud primum videns Ludouico Romagnano Episc. Taurinensi renuntiauit. Is porro Solennem pompam indutus, & populi, clerique multitudine comitatus, Crucis vexillo Prælato ad locum venit. Aliud mirum. Tabernaculum, in quo S. hostia conclusum fuerat, siapte in terram decidit, hostia verò diuina in aere suspensâ insolito lumine radiauit. Episcopus interim calicem delatum ei supposuit, in quem illa descendit: Is porro maximâ cum deuotione excepit, & in Cathedrali Basilicâ deposuit. *Seraph. Razus in hort. exempl.*

XLVI. Itē aliud.

Eodem ipso anno 1453. Sacra Iesu Christi Sindon, in qua ille in sepulchro inuolutus, parte anticâ, & posticâ totius corporis, imaginem suam sanguine, & vnguentis ad viuum impressit. Camberium A Illobrogum transfertur. Quâ Dei Optimo Max. prouidentia, paucis dicam. Cum Orientalis Imperij Sedes vi, & armis à Turcis occupata esset, cædibusque omnia vastarentur, Illustri matrona Margarita Carna à Regibus Hierosolymitanis orta, atque Hectori Lusignano Philippo filio nupta, collectis sarcinis, inter quas Sacram hanc Sindonem reposuerat, in Galliam profecta Camberii à Ludouico, & Annâ Cypriâ Ducibus, splendidissimè, vt tantam Principem, & affinem decebat, excepta est. Quibus tādē hoc sacrosanctum munus discēdens, non sine magnis obsecrationibus, immò non sine mirabilibus diuinæ voluntatis argumentis contulit. Instructissima enim cum esset ad longum viaticum, his copiis fures allecti scrinia quorū effringunt, & nocte intempestâ quantam possunt suppellectilem subducunt; inter quam veneranda Sindon capulâ deauratâ includebatur. Hanc dum illi per medium discēdere cupiunt, forfices tenenti, tentantiq; contortæ sunt manus, conuersumq; protinus collum, & ipse quasi cliticus obstupuit. Alter, vspatâ sibi integrâ Sindone, dum sudoris, cruorisque humani stigmata vndis abluere conatur, vt redderetur res venalior, eo magis vtraq; pars hominis impressa apparebat: cuius etiâ radijs vtroq; orbatu est lumine. Interea præconis voce per compita graue supplicium receptoribus indicitur: furtum autem indicantibus, aut restituentibus, non modò impunitas, sed & præmium promittitur. Ipsa quoque Carna reddita sibi Sindone, caetera vt ut pretiosa, munificè concedebat. His omnibus adducti fures, furto restituito pœnitentiâq; expiato præsentis iam salutem consequuntur. Illic omnes Principes matronæ impensè gratulari, & Sindonem maiore veneratione profequi. Quos inter ardens animo Dux, Anna Cypria munus illud obnixè postulat. Sed promptâ efflagitationem proprior secuta est recusatio. Quodcumq; aliud illa postulari, se non denegaturam hæc respondit. At hæc tamen officiosè dimissa, dum muli scrinij onerati à

XLVII. Sindon Dominica Ducibus Sabaudia datâ, fulger miraculis.

vetce-

veterinariis aguntur, in ipso vrbis egressu, nunquam cogi potuit mulus, cui sacrum onus impositum fuerat, portarum valvas prætergredi, ut mulos alios sequeretur. Quo miraculo agnouit tandem Margarita deberi diuinum illud pignus Sabaudis Principibus, & Camberio. Exorata igitur immortales gratias egere Duces, indicibus supplicationibus, tantum donum marmoreo Arcis Sacello in perpetuum conseruari reposuere. Quod Sacellum postea Paulus Papa II. in Ecclesiam Collegiatam erexit. Ipse etiam Ludouicus Dux, ex auro, ære, argento numismata cudi iussit, quibus vna ex parte Ducis effigies, ex altera Angelus (qualis ferè in Christi tumulo apparuit) Sindonem pafis vlnis ostentans representatur. De hinc non est dictu facile, quot nuctupata vota feliciter successerint, quot miraculis illustratus sit locus, comprobata, conseruataq; loco synccera fides, & maiorum pura Religio. Vnum dumtaxat recensebo. Die Decembris S. Barbaræ sacro anni 1532. nocte mediâ vix illabente, illud Arcis Sacellu, in quo Sindon asseruabatur, flammis incognitis exarsit. Accurrerant omnes, sed omnium diligentissimè Philibertus Lambertus, qui Duci erat à Clauibus & Consiliis, ascito secum ferrario fabro Guiljelmo Puffodo, & Franciscanis duobus. Hi imperterrito animo per medios ignes gradiuntur, cancellos ignitos Aræ maximæ affixos, ferasque effringunt, Sindonem liquefactâ iam capsâ argenteâ extrahunt, & integram, cedente circum flammâ reportant. Nec multo post, Sindon publicè reperta est, integerrima, nisi quod (extra Sacræ Iconis partes) in complicatu exiguè quædam ambulationis notæ, velut miraculi testes remanserunt. Quia tamen ex Satanæ scholâ non defuerunt, qui exultam Sindonem mox falsò prædicarent, diuinâ factu esse prouidentia, vt anno 1534. Clemens Papa VII. rem Ludouico Corruodo Cardinali Sedis Apostolicæ Legato commiserit, qui diligenti inquisitione factâ, eam ipsam Sindonem esse, quæ ante fuerat, obfignatis tabulis affirmavit. Mitto innumeras ad Sacram Sindonem peregrinationes, tum ab aliis, tum à viris Principibus susceptas, vt à Francisco I. Galliarum Rege, qui cum ad Marianum in summo belli discrimine votis ad Christi Sindonem directis, victoriam mox ab Heluetiis reportasset, in Galliam reuersus anno 1516. Lugduno mouens, Camberiu pedibus iter fecit, Sacramque Sindonem religiofissimè inuifit, & humillimè veneratus est. Nec non à Carolo Sabaudie Duce, qui anno 1522. Taurini agens, læuæ pelfis elapsus periculo, traictis pedestri itinere Alpibus, Camberium ad Sindonem accessit, assumptis secum duodecim sacræ peregrinationis comitibus. Immo & à S. Carolo Borromæo Cardinali S. Prædixis, ac Mediolanenfi Archiepiscopo, qui pedestri quoque itinere, partim Prælati, partim aliis viris Religione claris, ac doctrinâ comitibus, & his quidem omnibus tum peregrinantium habitu ornatis, tum baculo benedicto subnixis, 8. die Octobris anni 1578. Mediolano profectus, Taurinum se contulit, Camberium etiam progressurus, nisi Dux Emanuel Philibertus Sacram Sindonem, Camberio, Taurinum transportandam curasset. Vbi solennitèr propofitam cum peregrini, tum reliqui omnes singulari pietate, ac religione venerati sunt. Sixtus IV. anno 1480. dato diplomate, Sacellum Camberienfe, in quo Sindon asseruabatur, Sanctum dici voluit. Iulius II. datâ bullâ Romæ VII. Calend. Maij anno 1506. conceffit vt in eo Sacello Sindonis officium ritu peculiari celebretur, diemque Sindoni sacrum statuit quartum Maij; Philibertus Pingonius Baro Cufanenfis, de ea Sindone librum integrum conscripsit. Gualterus in Chronol. seculo xv.

XLVIII Dissertatio petita à Nicolao PP. denegatur.

Eodem anno, Iacobo Comiti Douglasio, qui fratris sui nuper à Rege Scotiæ interfecti coniugem, ne fratris dominia aliquò distraherentur, contra ius, ac fas vxor dominæ duxerat petenti apud Sedem Apostolicam eius rei licentiam: Nicolaus Pontifex Romanus negauit: obnixè his, qui à Rege ad Pontificem Legati missi e-

rant, resistentibus. Wilhelmum eius fratrem, maifestatis, atque aliorum criminum conuictum, Iacobus Secundus Scotorum Rex propriâ manu confoderat: quod se sibi parem faceret; quod in fratribus, necessariisque ditandis insolentèr se habuisset; quod ex infima sorte homines in magnam, ac opulentam dignitatem suffulisset, qui licentiâ elati, passim quosuis cedere, stupra, furta, flagitia, sacrilegiaque vulgò facere, iuris, iniuriæque nullum discrimen facere: & quicquid peccassent, in iudicium non comparere, aut vocati, impunè discedere consuetudinem contraxerant. Dabatur etiam crimini, quod latronibus, prædonibusque amicis, viros bonos, non solum fortunis, sed etiam vitâ plecere, haberet pro voluptate: nec modò castella nobilium cædibus atque agros aggressum depredatione fæderet, sed sacrilegas quoque manus ab Ecclesiis haud continuisset; veniæ quoque diplomata cædis, cuiuslibet alterius facinoris, vel maximi suis partiaris conferret. Istud autem fata Wilhelmo accelerauit, quod iniussu Regio in Angliam ita egressus: ac inde reuersus, Regi, modestissimè de omnibus exposulanti, superbè respondisset, quibus Rex irritatus: Quandoquidem, inquit, preces meae te exorare non potuerunt, vt à sceleratis desisteres consilijs; hic efficit, impijsque vestras conuersiones dirimit, quo dicto, gladium in ventrem illi defixit; simulque ad tumultum, qui ad ostium stabant fatellites, accurrentes, Comitem occiderunt, monumento viris Principibus, qui à latere Monarcharum, vt fortunam reuerentèr habeant, neque per contumelias alienas, citam sibi perniciem accersiant. Helctor Boeth. Scotor. hist. lib. 18.

Vilhelmus Douglasius, occiditur, & cur.

ANNO CHRISTI

1454.

NICOLAI PAPAË V.

Anno 8.

FRIDERICI ROMANORVM IMPER. Anno 15.

CAPTA superiore anno Constantinopoli, qui vel fugâ euaserant, vel seruitutem feruile seruire cogebantur viri insignes, cladem illius longè maximam deplorantes threnodias quoque, vel monodias lacrymis madidas extruserunt; vt Christianorum Imperatorem Fridericum, ac Europæ Reges, ad misericordiam permouerent, atque ab eis auxilia extorquerent. Gennadius Patriarcha Constantinopolitanus, vir Orthodoxus, monodiam in primis de eâ calamitate vulgavit. Post eum Matthæus Camariotes (vt alios omittit) epistolam fati lugubrem de illa ipsâ captiuitate exarauit. In ea, postquam patrem Sacerdotem hostili ense trucidatum desleuisset, rædem prorupit in hæc quæ ad scribo: cuncta nobis præsidia, & ornamenta, simul vno impetu erepta sunt. Patria captâ est, cuius vrbis in terris, similis nulla: sed eiusmodi, qua non humanâ potest extrui manu. Eadem, magnitudine, & pulchritudine præstabilis, situ, & venustate splendens: quam affirmare omnium vrbium maximam, pulcherrimamque auisim: quam vnam omnes sperabant, & credebant, in perpetuum ab omnibus mansuram inexpugnabilem: cui secundum Deum, vniversi salutem credebant suam, qua si oculus appellatur Orbis terra, aut cor, à vero non aberrabitur: de qua nemini non gloriari licebat: in qua ciuem ascriptum esse, non parum argumenti ad commendationem, gloriâque, habebat. Illa igitur talis, ac tanta patria nostra, captâ est: Romanorum sublatum est Imperium, Imperij decus, & re, & nomine venerandum. Ecclesiæ diuina, & sublimis dei cælestis species: hymnus, qui de terrâ sursum ad Deum mittebatur, & cum Angelicâ certabat vitâ, & cantu, cõsultit. Templâ Dei euerfa sunt, altaria profanata, Sacra conculcata.

I. Plures ex vrbe Constantinopoli, profugi, Principes Christianos ad misericordiam extorquerent, & scriptis curant.

Canities

Canities contempta est, inuentus dispersita. Qui per aratis vigorem arma ferre potuerunt, eorum pars maior ferro concisa iacet, alij seruitutem turpem tolerant. Matrone, addecorata. Ex prole, non femina tantum, sed masculi etiam, libidini barbarorum dediti. Horum non nulli quog, ad impium Mahometi cultum conuersi. Cuncta, ad interitum redacta; ad ignominiam, qua honorata erant; nec est, qui succurrat, quisquam. Terrarum orbis, hominum ex nostrâ ciuitate dispersorum, & mendicando victum querentium, plenus: in omnium nostrum oculis ærumne posita. Omnes excidium nostrum miserantes, plorant: sed nemo consolari miserias potest. Insultant barbari nostræ pernicii; ludos faciunt, nostras calamitates, in sua impietate gloriantur; in Religionem nostram irascuntur; contumeliam in nostras res, honestas, & Sanctas inuehuntur. Sanctum Dei nomen, propter vitiositatem nostram, malè audit. Vociferantur contra nostram Religionem. Quibus in locis, vero Deo, verum nos cultum præstamus; ibi nunc desolationis abominatio stans conspicitur. Christianorum antea Vrbs, nunc impiorum Vrbs est: non iam amplius magna rebus bonis, & latis; sed calamitatibus, & miserijs maxima. Quis splendidior olim erat; tanto nunc miserior redacta est. Quemadmodum nihil illa beatius antea; ita contra nihil nunc eadem miserius. Poterat ipsa vel celo comparari; vt potè, quæ tantquam Sole, & Lunâ, & Stellis, vario Temporum, & aliorum adfectorum splendorem pulchritudine, & amplitudine, omnibus alijs extra omnem comparationis aliam antestaret. Nunc verò nescio, quid de ipsa dici queat, vt non aberretur à vero. Cuncta namque deteriora, deinceps in eam quadrant. Præstaret, eam incendio consumptam esse, aut inundatione aquarum abreptam, aut terra motu humi prostratam; quàm adhuc extare, & in terra conspici, dignitate suâ, & ornamentis spoliatam. Magna Christiano uonini ignominia, ex eius quisione accidit: quanto scilicet antea salus eius, maiori gloria erat. Non iam dubitant, qui ipsam expugnauerunt, in totum terrarum orbem, excursionem facere, eumque subire. Quam etenim solam, in omne seculum inuictam existimabant, vt ceteri in terra vrbibus, humanâ manu extructis præcellentem omnibus: cum hac iam ab ipsis præter omnem spem capta, & direpta est, quid deinceps omnium se non subacturos sperent. Vnde quoque magnos conceperunt animos, minasque contra vniversos spirant; & magnâ contempnitione eorum, impetuque intoleranda, quosuis inuadunt. Huius principis Vrbs ruina, omnium animos deiecit, & afflixit; ac prinde sibi metum omnes. Nemo amplius libertati sua confidit; sed cuncti à barbaro se inuissum iri metunt. Hinc fit, vt partim eorum, tributum ei pendant: quâ ne ipsi quidem re, se tutos mansuros confidunt: alij verò hoc parati sunt facere, nisi ante oppressi, de terra delecti fuerint. Sic enim ignis violentia, passim ad omnem congestam, obuiamque materiam gressatur: ita barbaricum in omnes impetum, nemo cohibere potest. Semper ad maiora, barbarus cogitationes intendit: cupiditatem suam, ad extrema usque terræ extraxit; & quod minus in omnes cæca impetu incurat, termino vrbis sui res esset, defendit. Ab altera parte, metu prostrati sunt omnes: & non se quisque solliciti, expectatione futuri, quod nam res euasuræ sint, languentes cessant: cum contra oporteret, in vnum conspire vniversos, communibusque opibus, & armis, hostem propulsare: ac penas scelerum, qua in Christianos, Christianique nomen contumeliose, & perpetravit, & quoridè perpetrare non desistit, de illo sumere. Sed hoc nemini nunc cura est: neque post hæc etiam cura erit, nisi tum quando Deus volet, nobis dignis factis. Singuli verò, se postremos ad calamitates referuatum iri putantes, malè interea hoc mora in lucro ponunt. Vbi certe seipos decipiunt, suarum rerum studio, vt negligentiâ, alijs interea pereuntibus, aut dum nunquam ad se ventura similia mala putant: aut tunc demum se arma, & defensionem susceperunt, cogitant, quando in ipsos etiam barbarus inuaserit. Præuicquam verò hoc fiat; se nunquam, quicquid etiam fiat, surrecturos, vindictamque paraturos. Nec interim hoc saltem quicquam cogitat: sibi cauendum esse, ne ante opprimatur, quam ferè vllum sensum capiat interire. Causa huius mali, est cum reliqua omnis, cum qua consensescunt, stoliditas, & socordia: tum, quod hic plerorumque, etiam charitas refrigit, & Religio zelus expleuit. Quod si vnusquisq, improba fa-

cta, & sceler a deest atus, mala, quibus singuli Christianorum ab impia gente afficiuntur, sua existimasset: emulationemque pro Christi nomine se dignam suscepisset; non autem crimina alia alijs indignè obiecit; non tantum ipsi barbarum nunc reformidarent, sed ne nos quidem iam in tantam incidiissemus calamitatem: penas autem iam dudum hostis se dignas dedisset. Nunc verò, quoniam nemo voluit officium facere: diuinaque nos prouidentia destituti sumus: opedum nostrâ culpâ vitæ nos nos ab eo exclusimus: quoniam item magna prohibentium hostem, aut saltem resistentium penuria existit: factum est, vt & vrbem nostram; imò communem vniversorum Christianorum patriam, barbarus euerterit; omniq; generis horrenda exempla in nos ediderit captos, vt in ceteros magnâ audaciâ effrenatè inuadat. His de causis ego lacrymor, & ploro; nec lacrymandi finem faciam, quàm diu impiorum felices contra Christianos successus videbo. Ista, in commune plorabat Camariotes. Addebat, & alias aucti doloris, ex amissione domesticorum, & necessariorum causis: hoc vnicum in epistolio ad omnes Europeos vulgato spectans, si quomodo illos ad communem hostem oppugnandum excitaret.

Non surdâ aurè eos ploratus Orientalium Nicolaus Papa audiuit, sed ad conciliandos disidentes, & ad cõuocandos armandosq; Reges ac Principes amplius exarsit. Itaque Dominico Cardinali Sancta Crucio, quem anno superiore, Legatum, Neapolim, ad Regè Alfonso, stabilendæ inter eum, ac Venetos, Florentinos, Genuenses, Franciscum Sfortiam, & alios, pacis & societatis causâ destinauerat, tanto amplius operi insistere iussit, quàm maiora pericula vniversis à Turca imminere accipiebat. Recentibus litterijs Dominicus Legatus, à Pontifice incitatus, omnem diligentiam ad communem pacem conciliendam adhibuit, tantumq; prudentia & auctoritate, cunctarum partium Oratoribus, qui Neapolim conuenerant, summis precibus oratibus effecit, vt pax ea, quæ apud Laudum oppidum à Venetis locis, cum Sfortia, ac Florentinis, eorumque fœderatis facta fuerat, paucis quibusdam in ea moderatis, à Rege Alfonso comprobata sit, ac simul societas communis ab eodem confirmata est, quàm Veneti cum Francisco, & Florentinis sanxerant; quibusdam etiam correctis, atque immutatis quæ Regi non satis placebant, in hæc fermè verba:

- 1. Amicitia, fœdus, ac Societas, Venetis, Francisco Sfortie, ac Florentinis, eorumq; fœderatis, cum Alfonso Rege, pro communi Italia quiete, & salute, potissimum pro reprimendis Turcarum conatibus, à quibus graue bellum Christiane genti immineret, bis legibus inuolabilis in annos quinq; & vnginti esto, & eo amplius quod cunctis socijs placuerit.
- 2. Alphonsus, Venetorum, Francisci, & Florentinorum, ac fœderatarum statum, aduersus eos, qui bellum inferant, aut laceasant, siue Italicis, siue externis hostibus fuerit, tanquam iuris sui res esset, defendit.
- 3. Rebus quietis, mutua opis causâ, si qua fortè repentina vis ingruat, Alfonso, Veneti, ac Francisco, singuli octo millia equitum, peditum quartuor millia; Florentini quina millia equitum, duo peditum in armis parata habent, singulisq; militibus, & copijs suis stipendia persolupto.
- 4. Si bellum alundè oriri contingat, nulli partium, nisi de communi omnium consensu, pacem componere liceat.
- 5. Nec Regi, nec Socijs, cum vlla Italicâ natione societatem, aut fœdus facere, absque communi consensu fas esto.
- 6. Prement e seipos, singuli dimidiâ saltem equitatus partem, & peditatus, auxilio ad eum, quem lacepsi contingerit, impigre mittunt, nec illud, donec patrum sit bellum, inde reuocant.
- 7. Si contingat auxilia ad aliquè de socijs mitti belli causâ, qui auxilium acceperit, auxiliarijs copijs loca, in quiete diuertant assignato, amonantq; & cetera necessaria, eadeo pretio, quo popularibus suis, venundato.
- 8. Si quis fœderatoru bellu intulerit, fœdus ex eo violatū, quoad ceteros pertineat, non esto, sed iniqui, & inuicem habent, ceteriq; lacepsi auxilium præbent, non minore flu-

II. Excitatur in primis Nicolaus Pontifex.

Stabilitur pax inter Christianos Principes, & quibus cõditio nibus.



dio, quam si is, qui lacefat, in ipso federe comprehensus non esset.

9. Si cui sociorum bellum inferatur, nulli reliquorum per eorum fines transitum concedere, aut commeatus prabere fas esto, sed omni vi lacefatentis conatibus obstanto.

Hæc sic Venetiis inter Venetos, Franciscum Sfortiam, ac Florentinos acta fuerant. quæ ab Alphonso hunc in modum correctæ sunt.

10. Quoniam dubitari possit, oriente bello inter aliquos ex fœderatis, quisnam lacefisset, aut lacefitus esset, optimum esse statuit ad tollendam omnem iniuriam causam, cæterorum fœderatorum iussu arma deponi, controuersisque eorum cognitum, per iniuriam ablatam, quibus erepta sint, restitui, & cognitionem causæ intra triginta dies finire, eamque cognitionem haberi apud Sedem Apostolicam, ubi Pontificem maximum esse contigerit.

11. Si quis sociorum qui arma ceperit, sententia lata per reliquas partes parere recusauerit, eo casu delectis ad eam rē statueret liceat, qui auxiliariū copiā numerus, aduersus cōtumacem, à cæteris sociis mittendus sit, nec tamen eis liceat, maiorem militum summam iniungere, quam quibus sociorum ex fœdere, pacis tempore tenere debeat.

12. Idem ipsi delecti deseruant, & iudicent, quoniam modo cauere, ac satisfacere armis lacefito debeat.

13. Qui absque reliquorum omnium sociorum consensu, pacem, aut inducias fecisset, qua triginta dierum terminum excederent, si fœdus violasse iudicetur.

14. Si quis è sociis, aut fœderatis bello petitus sit, siue is, qui lacefuerit, ex sociorum, & fœderatorum numero vnus fuerit, siue sit externus, & alienigena, intelligatur lacefito auxiliū prestandum esse.

15. Rex non minorem equitum, ac pedum numerum, per pacis, ac belli tempus, quam Veneti, ac Franciscus in armis habeat.

16. Nec Veneti Regi, nec Rex Veneti, auxiliū maritimum (si qua maritima vis ingruat) prestare teneantur.

17. neque huius fœderis iuribus, qua Rex aduersus Ducē, & ciuitatem Genuensium habere præcedat, neque itam is iuribus, qua contra Sigismundum Malatestam, atque Hostorē Manfredum copiarum duces, pro pecuniâ iis creditis habere afferit, præiudicium vllum esto.

III. Inter Genuenses, ac Regem Alphonsum dissidium durat.

His conditionibus pax, atque societas composita est, omnibus Italiae ciuitatibus, ac Regulis præter Genuenses, in ea comprehensis: quibus tamen eius incundæ locus, in certâ diem referuatus est. Hoc itaque vnum opus restabat, vt res Genuenses componerentur; quod omnis Italiae fœditas, sublatique discordiis, tandem requiesceret, ac Maritimæ contra Turcos expeditioni deseruaretur. Namque inter Italiae ciuitates, quæ mari pollerent, Genua non in postremis habebatur: Itaque & Pontificis Romanorum, & Venetorum, Florentinorum, & Sabaudienfis Principis Legati, qui tum aderant, cæteris iam curis soluti, in eam rem incumbentes, nunc sigillatim nunc vnâ omnes cum Oratore Genuensi, Gottardo Donato, viro facundo, orare Regem pergunt, vt Genuensium postulatis aliquo modo compenatis, iis pacem in miseris, afflictisque Turca temporibus, det. Quibus Rex, sicut antea, non abnuere se pacem respondit, si aut Genuenses ab eorū postulatis desisterent, ac superiorum temporum nescio quas patras aureas, quas sibi ex fœdere deberent, ad se deferant, aut si damnis acceptis satisfieri velint, & ipsi damnis, quæ sibi, ac populis suis intulissent, satisficiant. Scilicet in hæserat Regis animo, & captiuitas & Corsicana clades non vnâ, vt vindicias non deposuisse videretur. Hæc res, cum componi nullo modo posset, Genuensium Orator, nauim, & res à Regis ablatas, aut earum pretium deponi apud sequesterum debere afferente, neque æquum esse, Regem sibi ipsi, nauis captâ ius dicere, nauimque ipsam, quæ appareret, ante omnia restitui oportere, Cardinalis Dominicus Pontificius Legatus, vnâ cum cæteris, omnibus nequequam tentatis, abeundi consilium cepit, & ille quidem Romam rediit, cæteri domos suas petierunt. Genuensium

Orator suafu Pontificii Legati, Romam concessit. B. Facius de rebus Alfonso lib. 10. Ad Cardinalis Legati reditum, die secundâ Martii, Romæ, communi omnium lætitiâ, pax Italiae, quâ nulla aeternam memoria firmior, & societas contra Turcas, & quosuis Italiae hostes, quâ nulla vnquam desiderabilior, publicata est, inde supplicationes à Pontifice ad præcipuos vrbs Basilicas decretæ; & subindè ad bellum sacrum promouendum cogitationes, & consilia directa. Ciacconius. & Mf. Vat. Nicolai V. Pace Italiae stabilitâ, Nicolaus Papa, Franciscum, Concilium Generale indixit, in quo de Sacro bello deliberaretur.

Et monitis eiusdem Friderici Imp. Principibus Imperii comitiū adhortante Nicolao atque obsecrante ibidem indixerat: ad quod non illi tantum, sed etiam aliorum Regnorum Proceres, vel ipsi venierent, vel Oratores destinarent, pro communi Reipublicæ Christianæ salute. Adueniente Concilii die, Fridericus Imperator non adfuit; sed AENEAM Syluium, Senensem Episcopum, & Gurgensem item Antifitem, nec non Brandeburgensem, & Badenensem Marchiones pro se delegauit. Hi ad 3. Calend. Octobr. Francofordiam accedentes, admodum paucos ibi inuenerunt, & eos ipsos Nicolao Pontifici, atque ipsi Imperatori infensos. Post dies aliquot, affuerunt Theodoricus Moguntinus, & Iacobus Treuerensis Archiepiscopi, & Legati ex tota ferè Germania. Ex Italia, Nicolaus Pontifex Maximus, & duo Marchiones, Estensis, & Mantuanus, Oratores miserunt. Alfonso Rex Siciliae, & Veneti tardiores fuere quorum Legati iâ dimisso cōuentu, Germaniam ingressi sunt. Hungari, & Burgundi affuerunt, illi petentes auxiliū, illi offerentes. Aderat & Ioannes Capistranus Ordinis Minorum Professor, vitæ sanctimonîâ, & assiduâ Verbi Dei prædicatione clarus, quem populi veluti Prophetam habebant; quamuis in bello contra Turcas suadendo parum proficeret. Mutati erant Theutonum animi; nec cuiquam placebat expeditionem in Turcas fieri. Infectæ veluti venenis quibusdam aures, neque Romani Præsulis nomen, neque Imperatoris ferrè poterant, dicebantque, eos corradere aurum velle, non bellum gerere: vnde alium futurum Concilii exitum, quam sibi persuasissent: nec pecuniâ, collatorum Germaniæ populis, nec in militia duros nomina. Atque in eam sententiam persuasi omnes, Papæ, & Imperatori maledicere, Legatos eorum contemnere, Burgundos irridere, qui prouid ad expeditionem videbantur, Hungaris durissima verba dare; qui cum suis Regnum tueri nequiuissent, nunc Germaniam suis calamitatibus inuoluerent. Nec vlla spes reliqua erat rei bene gerendæ, cum decretum Ratiſponense prorsus reicere. At cum in Concione itum esse, locuto AENEAS, omnium repente animi in priorem belli gerendi ardorem rediere. Oravit ille duabus fermè horis, hunc in modum:

Constantinopolitana clades, Reuerendissimi Patres, Illustrissimi Principes, cæterique viri genere, & doctrinâ præstabiles. quo Turcorum grandis victoria, Græcorum extrema ruina, Latinorum summa infamia fuit, vnumquemque vestrum, vt arbitror, tantum magis angit, magisque cruciat, quanto & nobiliores estis, & meliores. Quid enim viro bono, & nobilitate congruit, quam curam gerere Fidei Orthodoxæ, fœdere religioni Christi nomen saluatoris pro sua virtute magnificere, atque extollere, sed amissa nunc Constantinopoli, tantâ vrbe in potestatem hostium redactâ, tanto Christianorum sanguine fuso, tot animabus in seruitutem abductis, vulnerata est miserabiliter catholica fides, confusa turpitudo nostra Religio, Christi nomen damnificatum minus, atque oppressum, neque, si verum fateri volumus, multis ante seculis maiorem ignominiam passa est quam modo Christiana societas. Retroactis namque temporibus in Asia, atque in Africa, hoc est in alienis terris vulnerati sumus: nunc verdè in Europa, id est in patria, in domo propriâ, in sede nostrâ peruersi, casti, sumus. Et licet dicat aliquis, ante plurimos annos ex Asia Turcos in Græciam transfuisse, Tartaros contra Thanaim in Europa concessisse, Sar-

Pro pace Principi Roma lætitiâ ingens.

IV. Nicol. V. & Frideric. Imp. pro bello in Turca laborant.

Germani à bello illo videntur alienari.

V. AENEAS Syluius eos ad bellum ardorem reuocat.

Sarracenos Hercules mari traiecit, Hispania portuam occupasse: nunquam tamen aut Vrbe, aut loci amissus in Europa, qui Constantinopoli positus aquari. Est enim Ciuitas illa totius terræ, quæ commode colitur, penè centrum: portumque habet, & amplissimum, & turrisimum, in quo non dicam naues, sed numerosas classes armari, sustentarique possunt, atque inde per Bosporum, hinc per Hellespontum ad omnia Medieterræne maria, siue tuenda, siue vexanda litora transmitti. At hic locus tam cōmodus, tam vrtilis, tam necessarius, nobis & acerbis, ne dicam dormientibus, amissis Christo Saluatori lucrit actus Mahometo seductori est. Quis quæ ibi ex duobus Imperatoribus Christianis alter occisus est; nomen ex duobus Christianitatis oculis alterum erutum, ex duabus manibus, alteram amputatam dicere possimus. Adde, quod ex quatuor Sedibus illi Patriarchalibus primis, & principalibus, quibus veluti solido basibus Christiana subnixæ fides, in omnem terram ramos suos extendit, maiores nostri duas simul cum Hierosolymitanâ per ignauiam, atque locordiam perdidit: unam terram, & illam quidem, cui omnes Rutheni, multi ad Boream, multi ad Orientem, multi ad Thanaim sacentes populi seruebant, non minore desiderio, maiore tamen in famia prorsus amissimus. Nimirum principes, doletis omnes de tanto Christianitatis vulnere, quo ceci diste Græcos, superasse Turcos, confusos esse Latinos animaduertere irris, consternati, atque ætoniti estis. Sed non est minor Diui Caesaris Friderici, Domini nostri gloriosissimi, quam vesper maror. Vidisset eum, cum tãti mali factus est primum certior, in cubiculo stentem, in aula mæstum, in consilio sollicitum, in Ecclesia supplicem, in quouis loco turbatum, & anxium. Varum, cum res Christiana non tam dolorem, & lacrymas, quam vigorem, & arma requirit, (nâ Turci maiorem mala minatur) opera pretium existimauit sua Serenitas, nâ Principum, tum Ciuitatum accersiri Conuentum, in quo de tuenda Christiana Republicâ, consilia caperentur. Nam priusquam inciperet, consultæ, & vbi consultauerit, maturè factæ opus est. Fuit itaque Concilium apud Ratiſponam conuocatum, quæ ibi gesta sunt, omnes tenetis. Ex autoritate illius congregationis, hic nunc Conuentus habetur. Cur non fuerit apud Nurembergam iudicium conuentus; & cur nequiuert ad hæc negotia Caesar descendere satis his diebus expositum est: ille quidem pro tanta Christianitatis necessitate in hoc Conuentu minime defuisset, si domum tantam reuerentiam potuisset. Sed cum eius desiderium ab his impediatur, quibus non tam pax, & otium, quam contentiones, & bella sunt vsuimisti hosce præstantissimos, & celeberrimos Legatos, qui suum locum tenerent, suas, vires implerent, cum plena, & amplâ potestate, siue res imperij siue commune Fidei tuenda negotium tractare libet, præsto erunt. Cæterum, quia super articulis Ratiſpona meditati, hæc potissimum congregatio cōsultura est, eo que Caesaris animus circa illos cognoscere cupit, quo sit eius mens, qua sententia, que voluntas? aperire me nunc Collegarum meorum auctoritas iubet. Ego qui malo per obedientiam parum prudens, quam per contumaciam videri sapiens, vnus meis humeris peni intollerandum subui, confusus in eo qui vultum obedientiam prætulit. Nec timeo sub tanto fasce deficere, quando præsto sunt, qui cadenti mihi manum porrigant. Pareo quoque in hac re tantum libentius quantò & conuenit vestrum frequentem intueor, & mihi benignorem autumo. Nec ego de omnibus articulis verba facia, sed illum, qui est principalissimus aggredior, hoc est, An contra Turcos, qui Constantinopolim per iniuriam inuaserunt, Nobilitatem cum Imperatore Græcorum occiderunt, sacra nostra omnia polluerunt: & vltra vincula, verbera, cades Christianis omnibus mittuntur, sit bellum suscipiendum: Quo persuasus, quantas habere copias necesse, quomodo legendi milites, qua stipendiâ danda, qua præiudicia concedenda, vnde commeatus, habendi, qua bellica instrumenta paranda, quo tempore, quâ viâ sit eundum, facile concordabimus. Capitaneum quoque, seu belli Ducem, quem prius Romanorum Imperatorem appellare consueuerunt, non erit arduum nominare. Neque dubitabit illum eligere, in quo sit scientia rei militaris eximia, virtus excellens, auctoritas euidentis, præsumpta felicitas, qui sit laboriosus in negotiis, fortis in periculis, indystrus in agendo, celer in consiliendo, consultus in prouidendo; qualem reperiri apud vos, minime dubitauerim. Nec de pace domi tuenda mul-

tum laborabit, si foris bellum gerere decreuerit; vt postea suo loco dicemus. Intelligite iam, Principes, orationem, quibus in rebus radices agat, & qua sit causa in manibus, videtis. De bello gerendo, tota consultatio est. Ego qui nomine Caesaris bellum venia suscipi, nequaquam hoc oneri suscipiessent, nisi rem dignam vestri virtute, vestri nobilitate, vestraque natione, manifestissime prius intellexissem. Agite igitur, audite, & cognoscite: An bellum hoc, pro Fide vestra Christianâ suscipere debeatis.

Omnis Senatus, omniaque populus, cui de bello gerenda consultatio est, Clarissimi Principes, tria diligenter, ac rigide, & præse discutere debent: quid agat, quibus denique pertinendo sequatur. Turpe est enim, vt Scipionis proverbium fuit, postquam erratum est, dicere, non puteram. Bellum ergo gesturus primò quærat: An sit iustum: Secundò, an vrtilis: tertio an facile. Nisi enim hæc tria concurrant, non est, cur bonis, atque prudentibus viris belligerandum sit. Discutiamus & nos hæc ex ordine, Principes: ac primum, de belli iustitiâ cognoscamus.

Bellum, quod pro tuenda Religione, pro saluandâ patriâ, pro consequendis fociis, ex auctoritate superioris gereretur, nemo vnquam veterum reputauit iniustum. Hinc Moysi, hinc Iosua, hinc Saulis, hinc Davidis, hinc Maachabæorum prælia commendantur. Hinc illi Demosthenis clamores, quibus plenum exultabat apud Athenas theatrum, in Maratone, in Arthemiso, in Salaminâ pro patriâ defunctos commendant. Hinc ex Romanis, Horatij, Decij, Fabij, & alij penè innumera-biles celebrantur, qui pro salute suorum Ciuium sese deuouere. Hinc vestris Germanis Caroli, Rolandi, Raynaldi, Conradij, Ortiones, Henrici, Friderici, æternis præconijs extolluntur, qui pro tutandis Christianorum finibus, maximè se periculum obieçarunt. Nunquam tamen vestris progenitoribus, tam iusta pugnandi causa, quam vobis obiecta est. Nunquam illi tam atrocem iniuriam, tam infamem contumeliam ab infidelibus acceperunt, quemadmodum perpessa est hoc nostro tempore Christiana communitas. Reperenda est breuiter hoc loco Constantinopolitana calamitas. Si enim & iniuria magnitudo notior, & belli iustitiâ manifestior erit. Nullâ pulsatus iniuriâ Mahometus (sic enim vocatur, qui Turci imperat) bellum Græcis indixit, Constantinopolim obedit, ac male defensam oppugnauit. Vbi Constantinus Græcorum Imperator intrantibus vrbs Turcis, in extremo patriæ suæ periculo fortissime pugnant obrucatur: caput eius lancea infixum pro spectaculo fertur, sit miseranda Græcorum cades; occiduntur non solui, qui se tueri conantur, verum etiam qui proiectis armis sese dedunt. Nec ego hoc magni duca, in ipso furore primi introitus trucidatos esse quamplurimos; illud horreo, illud abominari, illud omnino detestari, captâ ciuitate, depositis armis, comedita in vincula ciuibus, tum maxime sentiam est: tum sily ante ora parentum occisi, tum viri nobiles, velut bestia mactati, tum sacerdotes laniati, tum Monachi excarnificati, tum sacra Virgines incestatæ, tum matres, ac nurus luxuria habitæ. O miseram Vrbs faciem. O infelicem populum. O sceleratum Mahometum. Quis talia sando temperet à lacrymis. Omnia luctu plena, cades, cruore, cadaveribus erat cerneret. Mahometus ipse terribili facie, terribili voce, crudelibus verbis, nefandis nutibus homicidia mandat; nunc istum, nunc illum ad cadem poscit, manus in sanguine Christianorum lauat. Omnia fœdat, omnia polluit. Tempia Dei nostri pseudo-prophetarum, diuina altaria proteruntur, ossa Martyrum, & aliorum Sanctorum iam cum Christo regnantium, aut porcis, aut canibus obijciuntur, franguntur diuorum statuae, picturæ sacra delentur. Nec Mariæ Domini Regine colorum gloriosa Mariae Virginis imago parciatur, quin & ipsum Saluatoris Christi crucifixi simulacrum cum magno clamore, maiore irrisione, præcedentibus tympanis, ac tubis in castra deferretur, huc, atque illuc rapitur, conspuitur, luto promouetur, O nefas inexpugnandum. O ignominiam Christiana gentis, O dedecus nostri nominis sempiternum. Huic signo, in quo redens pti, & saluati sumus, Turcorum fetidum genus illudit, & qua finos signum non signatum colamus; Hic est, inquit, Christianorum Deus. Sentio, quia commouimini Principes, dum Saluatoris iniuriam refero, dum tanta ciuitatis damna commemoro. Sed quis cladem illius Vrbs, quis funera sando explicet, aut

Tria in belli consulatione atque agenda.

Turcarum in expugnatione Constantinopolitana scelerata.

Caesar cur ad Comitiam non venerit.





est ei, qui hano piscare auro. Facile namque plus amittit, e quam lucrari potest. At mihi sui nota confido anti, seu v. r. a mente repetenti, inter omnes nationes, quas bello idoneas iudicant, nulla expeditior, nulla fortior, nulla peritior, nulla audentior, quam vestra videtur. Vobis homines, vobis equi, vobis arma, vobis pecunia sunt. Nulla natio tam grandis sub caelo est, que habeat Deos appropinquantes sibi, sicut adest vobis Dominus Deus vester. Et vbi obscuro tot clarissimi Principes: tot generosi Proceres: tot fortissimi Equites: tot potentes Caudices: tot diuitia: tot aurum: tot argentum: tot ferri mimera? Vbi tanta populi multitudo: tanta inuentus: tantum animi tantum roboris? Germanie fines, vt veteres tradunt, ab Oriente, Viscella fluitis, & Vngaria, limes fuit: ab Occidente Rheus: à meridie Danubius: à Septentrione Oceanus & mare Balticum, quod Prutenicum vocare possumus. Nunc quantum extra hos terminos possideatis, ipsi videntis. Vos Angliam, pulsis Britannis, occupastis. Vos Belgarum, Heluetiorumque fines electis Gallis, obtinistis. Vos Rheriam, & Noricum inuastistis. Vos vsque in Italia pedem extendistis. Vos Hibernicos, qui nunc Pruteni vocantur ex manibus insidelium detraxistis. Soli ex alienis in vestro solo Bohemi sedent, potenter autem Regemque habent vestri Sanguinis, nobilissimum Ladislaum. Vos igitur magni, vos bellicosi, vos potentissimi, vos fortunatissimi, ac Deo accepti Germani estis, quibus adeo fines extendisse licuit, & super omnes mortales Romanae potentie latit fuisse obsequere. Nam terrarum ille calcator omnium, & orbis dominator Iulius Cæsar, quamuis subactis Gallis sapè Rhenum transiuerit, relique maximas in Germania esse ferit. bella osam tamen, & asperam Sueuorum gentem dimisit indomitam. Augustus Octavianus, cui & Parthorum, & Indorum Reges munera miserrunt: qui vnus omnium Romanorum fortunatissimus creditus est, de quo illa sunt metra:

Augustus Cæsar Diuim genus aurea condet. Secula, qui reuersus Latio regnata per arua Satur: quondam superat Garamantas, & Indos, Proferit imperium tacet extra sidera tellus. Extra anni, solisq; vias, vbi colifer Atlas Axem humero premit stellis ardentibus aptum.

Ille, inquam, felicissimus Imperator nullibi vnquam, nisi apud Germanos succubuit. Nam Lollianam, & Variam clamdem in Germania perpeffus est. Lollianam maioris infamie, quã detrimenti: Variam penè exitialem, tribus Legionibus cum duce, legatis, & auxilijs omnibus cepit. Longum esset referre, quas intulerunt Romanae Reipublice molestias Germani: qui & si Romanorum fortune aliquando cessarunt: postea tamen & ipsi, de Romanis, de Gallis, de Hispanis, de Hungaris, deque alijs diuersis gentibus sepe numero triumpharunt. Nec Romani, cum rerum potirentur, res magnas sine Germanis auxiliantibus peregerunt: quorum tanta in bello virtus, tanta domi fides fuit, vt Cæsari corporis custos cohors ex Germanis potissime legeretur. Conseruamus nunc Turcos, ac vos inuicem, & quid sperandum sit, si cum illis pugnetis, examinemus. Vos nati ad arma, illi tractati. Vos armati, illi inermes. Vos gladios versatis, illi cultris vtuntur. Vos balistas tenditis, illi arcus trahunt. Vos lorica, thoracesque protegent, illos calcitra regit. Vos equos regitis, illi ab equis reguntur. Vos nobiles in bellum ducitis, illi seruos, aut artifices cogunt. Vestri milites nati, atque nutriti in armis sunt: illi copias suas, exceptis quindecim millibus pugnatorum, quos expeditos habent, ex agris, atque officinis petunt. Vobis flectere ludos, equos, & tendere spicula cornu, vos omne seuum terrore completis; vestra iuuentus torneamentis intentata est, aut quatit oppida bello: nec tarda senectus, vestras vires debilitat, mutatque vigorem. Canicem galatæ premitis, semperque recentes bellorum habere causas cupitis, & viuere in armis. Illis pictæ croc, & fulgenti murice vestes, despectus cordi sunt: Summa voluntas est, indulgere choreis. Solus Mahometus, & quos dixi quindecim M. expediti sunt, quos sonus detectat armorum, & animus in bella paratus exhibet audaces. Ceteros inexpertos, timidos, effrenatos, nullius pretij iudicatis. Quid si manus cum illis conseratis, nihil est, quod de victoria dubitetis: si modò, quam gesturi estis pro Deo pugna, aduersus Deum non conseratis, mala mente procedentes. Cum ergo maiores vestri, Principes, omnes vicinios, ac lögè postros populos armorum gloria superauerint: cum timentes ipsi nullos om-

nibus terrori fuerint: cum vos ipsi nihilo minores estis vestris progenitoribus: cum omnibus his rebus abundetis, quas bello necessarias putant: cum vobis fortissimi milites, peritissimi Duces, ac satis fortunati sint: cum Deum in causa sua proprium sperare par sit: cum vestri hostes longè inferiores nobis existant, non est, cur tam honestum, tamque vtile bellum pro Deo vestro gerendum detrectare quoquo modo debeatis. Dicat hic fortasse quispiam: Rem non esse cum Turcis tantum, sed cum Tartaris simul & Saracenis, cumque omnibus gentibus, & quas illi subiectas habent. Huic ego contra iusto. Nec etiam vos soli Theutones pugnabitis: ex Italia, in Gallia, ex Hispania multi concurrunt, nec Vngari deerunt, nec Bohemi. Fortissime gentes, Rastiani, Bulgari, omnes Illyrienses, omnes Graeci, sumpta occasione consergent. Vicini quoque in Asia dabunt manus. Nolite existimare, Principes, ita omnem Asiam Mahometo parere, vt non multi sint Christo seruientes, multi in Cilicia, Bithinia, Cappadocia, Ponto, Syria, Christiani sunt, quãuis iugo seruitutis oppressi Hyberi, qui & Georgiani vocantur, Trapezanti, Armeni, Christum colunt: nec cuncti abuntur arma sumere, si vos viderint audentes. Veni quoque, & Iannem potentes populi, quamuis pacem cum Turcis habent, partes tamen vestras clastibus adiunabunt. Coacti enim, nec Cunitates Orientis amitterent, pacem fecere. At quod homines inuiti, ac necessario faciunt, neq; diu, neque diligenter facere possunt. Veni certe fidem Imperatori dedere, facturos se, quod deceat Christianos: bellum communi fidelium consilio contra Turcos decernerent. Ego, & si certe scio, Proceres, vobis arma sumentibus, ex tota Christianitate assitura praesidia; nihilominus, & illis domi manentibus, huic bello solam Germaniam sufficere non dubitauerim. Scio enim Gothofredum, qui fuit Lotharingie Rex, cum solis trans Rhenanis Theutombus, & aliquot Gallis, pacis Italia, Hungariam percurrisse, Graciam penetrasse, Hellepontum transiisse, Asiam permeasse. Hierosolytam ex potestate infidelium vendicasse, victis, ac prostratis omnibus, qua occurrerent in medio gentibus, quamuis & Turci, & Saraceni numero resistere conauerunt. In eius exercitu ducenta millia pugnatorum fuisse dicuntur: at multo maiores copias sola Germania colligere potest. Sed dicatis, vt existimo, quomodo foris bellum geremus, qui domi contendimus? nec portio est Germanie vlla quæta. Sit pax inuis; non recusabimus extra bellare. Prius Turca Rhenum attingat, quam lites omnes excipiantur. Respondeo: Idcirco Sapientes illi, qui Ratissime fuerint, indicandos in tota Germania quinquennales inducias putauerunt. Id nunc explendum est. Omnes, qui contendunt Imperij Principes, aut vassalli, aut subditi sunt. Nisi Cæsaris mandata custodiant, fidem frangunt, honorem maculant, Rempublicam ledunt, sibi ipsi nocent: quod ego detanta nobilitate minime putauerim. Nam quis erit adeo durus, adeo obstinatus bonis, adeo aduersis moribus, vt inducias pro communi Christianorum salute violare presumat? Est hic Legatus Apostolicus, qui censuras Ecclesiasticas interponet. Legati Cæsaris, Imperiale bannum, & alias penas adijcient. Proh Germani nobiles, gens bellicosa, gens alti cordis, an modò in tanta, & vestra, & omnium Christianorum necessitate deficietis? Eritis adeo incauti, adeo caci, vt rana, murisque sabulam in vobis impleri sinatis? qui dum inuicem se morderent, prada militi fudere. Nonne cernitis, dum simul contenditis, venientem Turcum, & omnia rapiemem? Quæ vos litigare compellunt? Expellit prius communem hostem; tum si pacem tenere nequitis, de terra, de dominio, de ceteris bonis pugnat; qua non Tucas, sed vestri filijs relinquere valeatis. Equidem si has inducias amplectimini, Principes, non est mihi dubium, quin validissimum, & copiosum exercitum comparare possitis; quo educto, & pacem in Alemannia necessariò relinquere. Latrones enim, & raptores omnes exhibent, agricola & artifices domi manebunt; paratum genus hominum, quemadmodum tempore coronandi Cæsaris euenisse constat, cum ille copias aduersus Saracenos, & Turcos eduxit. Et fortasse hac vna est pacanda Germanie via: nescio, an vos aliam habeatis. Sed dicitis: Quid cum Pruteni agemus? qui rebellantes, suis dominis, relicta Religione Theutonica, ad Magnum Regem Poloniae defecerunt. Tria hic remedia sunt. Duo dicam, tertium in aliud tempus retinebo. Aut seruentur hic inducia, sicut in ceteris Germanie libris. Aut si hoc durum Religioni videtur: finire, Fratres Religiosorum

cum Saxo-

Laudat Germanos.

Describitur Imperator Mahometus.

cum Saxonijs, Bohemis, & alijs, quos possunt allicere, suam Provinciam vendicare. Neq; enim propter e vester exercitus magnopere impediatur. Nã & Imperante Cõrado, cõ tertius Eugenius Rom. Pont. Christianos excitaret, pro tutela terræ sanctæ, quã Saraceni euertere conabantur, Pruteni cum ceteris vltioribus idola colebant, ac crebris excursionibus, nunc Saxoniã, nunc alios vicinos Christi cultores infestabant. Conradus autè dimissis Saxonijs, ac ceteris vicinis, qui domi cõ Prutenis, ac ceteris barbaris decertarent; ipse cõ Rhenensibus, Sueuis, Fracombus, Bavaris, Hierosolyman penetravit. Idem, & nunc vobis agere licet. Ceterum, quia nonnullos esse audio, qui Mahometum deinceps quietum existimant, neq; vt ego dico, tanopere festinandum censent: Referabo vobis aliquã de consuetudine, & naturã huius hominis, qui mihi per vos nota sunt, qui secum aliquãmodi conuerfati fuere, vt, quid sperandum, quidue timendum sit, eo certius habeatis. Est autem Mahometus adolefcens, annos natus quattuor, & viginti, animo trucis, & gloria cupido, robusto corpore, ac laboris patiente, neq; vino, neque canis indiget, & quamuis more gentis libidinosus, non tamen inter vixores languet: choreas fugiat, vnguenta deuitat, raro induitur mollibus, non sono, non caru delinuit, non canes alit, nec azes nutrit; vna ei voluptas, non arma tractare. Honorat milites, equos amat; naues, currus, machinas bellicas formosis mulieribus praefert: & quamuis est natus barbarus, abhorretque literas: gestu tamè maiorem cupitè audit: ac Iulium Cæsarem, & Alexandrum Magnum omnibus anteponebat, quorum illustria facta se sperare posse confidit, atque contendit, nec se minus aptum ad subigendum orbem dicit, quam illi fuerunt: cum sua sint longe maiora principia, quam illorum referantur: & quoniam Iulij Prophetæ, suo Mahometi credit: ex quo Constantinopolim subiecit: non dubitat, quin etiam Romanos sibi subiret: barbara temeritate, & superbia Asiana plenus. Hic est vester hostis, Proceres. Existimate nunc, an talem naturam quis scire, sit vero simile. Sed quid, coniecturis, aut argumentis, in rebus viximus manifestis. Nõne hic videtis Constantinopolim, nos Peram deiecit, propinquas ciuitates oppressit, Cyclades insulas maris Aegæi magna ex parte diripuit? Despoit ex Rastia populat: & quãuis essent cõ Vngaris inducia, eorum tamè fines ingressus, nonnullos agros depopulatus est. Ecce pacè Turcorum, optimi differtis. Ecce quietem, quas sperare potestis. Nolite considerare: nolite differre. Consultate vobis ipsi, & vilitati libertatig; vestre, aut repus habetis. Causa, belli, vt intelligitis, & iusta est, & necessaria, & maxima. Vobis ad pugnam omnia, quam Turcis meliora superant. Orat vos, Cæsar: Orat Pontifex Maximus, ne Christiana Reipublica, ne vobis ipsis, hoc tempore destitit: sed quemadmodum, Ratissime conditum est, quos potestis milites equos, arma, currus, instrumenta bellica, conuocatus preparatis. Nam & ipsi, qui sunt, in eorum potestate, ad hoc omnia promittunt, quacuicque illis, alteri vt Pontifici, alteri vt Imperatori Rom. vt Austria Duci, vt Religioso Principi, vt homini Christiano incumbunt: ex quo, praesertim, & voluit: tantum vos, Principes, in hoc loco, de bello gerendo concordetis sitis. Nam si vnquam pugnandi tempus fuit, profectò nunc est; quando non solam honor, & status vester, sed ipsa libertas vestra, ipsa Fides, ipsa vita in dubio ponitur. Neque enim, si Turcos ad vos progredi sinitis, querendum erit, quomodo statu viuere, in qua Fide, aut religione viuere, sed vtrum viuere debeatis. Memento, Patrum vestrorum, generosi Proceres, ponite ante oculos illustria facta maiorum, recollite, quotiens progenitores vestri, cum magnis exercitibus Alpes Italiae transfere. Astulphum Longobardorum Regem, Stephanum Papæ molestum, Pipinum coërcuit. Desiderium eius Prouincia Regem, Hadrianum insulãntem, Carolus Magnus compescuit. Romanos, Formoso Pontifici, rebelles, Arnolfus edomuit. Berengarium, qui se Regem Italiae iactabat, vocatus à Ioanne Papa Otto primus, magno bello contriuit. Referre quidem grauius fuerit, quoties vestri antecessores, pro Romana Ecclesia, pro Fide Catholica, pro salute communis decertauerunt. Illi quidem, dum parato, & fortissimo animo Christianam religionem tuerentur, Romanum Imperium ad se traxere. Vt deo nunc, quem vobis animum suscipiendū esse putetis: Patres vestri, pro suis, non dicam ciuibus, sed agricolis, paulo contumeliosius tractatis, bella gesserunt: vos, vno Imperator Orientis, cum tota Gracie nobilitate crudelissime necato, non putabitis esse pugandum? Illi sequeuer sitis ministris parum reuerenter compellatis, non dubitarunt arma recipere: vos, Deo vestro, probrose contempto, non amabimini: Illi pro amplectendū Christianorum

fimibus, durissimis se prelijs cõmiserunt: vos pro tuenda Religione, fideq; vestra, recusabitis arma capefere: nõ est pro rebus leuioribus hoc bellū. Pro patria, pro liberis, pro vxorib; pro socijs, pro libertate, pro vita, pro Fide, pro Religione pro SS. martyribus, pro magnis Apostolis, pro gloriosa Matre Dei, Aduocata nostra, Regina caeli Maria, pro filio Dei, pro Redemptore, pro Salvatore, pro maximo, & certissimo Deo vestro, pro Spiritu, direttore, pro Patre eterno, pro diuinitate, quã spiritus ille Mahometus persequebatur, committendum est prelium. Cogitate Principes, quò redacta est Christiana Religio: quantum in Oriente, quantum in meridie dimi-nuta est nostra Fides. Sumite alta corda, induite fortes animos, defendite Matre vestra Ecclesiam, qua vos Christo regenerauit. Ac-cingimini gladio supra femora vestra potestissimi: occurrere inimicis Crucis Christi. Nolite esse vlcimi, quos Imperij dignitas, iubet exire priores. Carolus Rex Francorū, & nobilissimus, & potestis-simus pugnaturū se dicit, si vos armemini. Quæ sit mens inlyri Ladislai, Regis Vngar. & Bohemie, ex suis Oratorib; audietis. Regis Dacie, Suecie, Noruegiae literas habemus, quæ mentē illius optimã exponit. Alfonso Rex Aragonū & Siciliae, nostri seculi clarissimū Sydus, etiã silentibus ceteris, hoc magnificū bellū, hanc gloriosam expeditionē pro Christi nomine vltro suscepit: se pollicetur. Philippus Burgum, Dux nõ minus animo, quã sanguine clarus, potentatū, ac dominatū par magnis Regibus, nõ modò se irurum ad hoc bellū promittit, sed alios quoq; vt se accingant, magnopere adhortatur. Intueamini hos duos Principes Alfonso, & Philippū, maximos dominos, terra, marig; potentes: ambo exate prociucti sunt; ambo sexagesimum annū transierunt, ambo tamè certamini sese offerunt, neq; in proprijs personis pro Deo suo pugnare recusat. Quid vos faciat electissimi Principes, quib; atas florida est: quibus ebulit sanguis, quibus Martius labor iocundus, quidã ludus videri debet. En milites, en Duces, en robustissimi iuuenes, sinistris Senibus maiorē, quã vobis animū esse? Dormietisne domi, cū illi foris militent. Marcebitisne otio, dū illi in negotio vigent? Minimè de vobis talia suspicor. Regeneret solus animos, timor arguit. Vos autè erecto animo alacres intueor. Incipio iã bene sperare. Sero iã titillari pectora vestra, ac flagrare ardore belladi. Nec miror vos etate florida militis sectatores huius belli cupidos. Nã & ego ipse quamuis Senio grauis, quãuis Ecclesie deditus, incendor, & estio nimio feruore talis visende pugnae. Vteribus illis, ex quibus vobis origo est, Principes, cū essent adhuc gentiles, nullam fuit graue bellū, & pro patria suscepissent: nullã illi mortē miserã parauerit, quæ pro Rep. subiretur. Sed q; Resp. maior, aut melior, quam nostra Christiana? Quæ patria dulcius, aut nobilior, quã nostra illa, caelestis, ad quã cuncti alpinanus, formosa Hierusalẽ: illi cū pro patria moreretur, tamè maxime exultabant. Nos cū morimur, cū finimus exiliam, cū patriã ingredimur. O felix mors, quæ vitã promittit prolem, cõcedit eternã. O faustis, ac desiderabile bellum, in quo si vnicus in terra, si verò vincetis, in caelo triumphas. Quid ergo ardeat pugnumus animo, quibus tanta promittuntur emolumenta. Ecce Dominus noster SS. Christianorū Summus Pater, NICOLAUS PP. V. vniū Christi P. & R. Roman. Pontifex, Successor B. Petri, Christi Dei N. Vicarius, omnibus, qui hanc expeditionē sequentur, delecta remittit, culpas abluat, veniam præbet, caelum promittit. Nec de promisso est dubiū, quando is est, qui potest atē habet ligãti, ac sol-uendi, qui locum illius tenet, cui data sunt Clauis Regni caelorum. Ecce nunc caeli aperti sunt: ecce nunc iter in patriã, ecce scalam, qua super omnes pl. metarū orbes scãdere valeatis, atq; ad ipsam galaxiam pertinere, quæ nos ad Regiã Magni Dei recto tramite ducat. Quid si omnibus, vt inquit Orator, qui patriam dilexerint, iuuerm, defenderint, certum est in caelo definitum esse locum, in quo beato aeo eternum fruatur; quid de vobis putandū est, Principes, qui nos pro terrena, sed pro caelesti patriã pugnaturi estis? Quid dicat: Multa dicere possem, sed hoc tempore Apost. Pauli Doctoris gen-tium verba commemorasse satis erit: Quia neq; oculus vidit, neq; auris audiuit, neq; in cor hominis ascendit, quæ promissit Deus diligentibus se. Quales vos futuros esse, ò Germani nobiles, nemo dubitauerit, si hoc bellum, vt Papa petit, Imperator, admonet, Christus iubet, pro diuino honore, atque amore suscipietis. Exat inter epist. Syluij, num. 131.

Ad hunc modum Aeneas orauit duabus fermè horis; ita intentis animis auditis, vt nemo vnquam ex-puerit, nemo ab orantis vultu oculos suos auerterit, nemo non breuem eius orationem existimauerit, ne-

V I.

L 4 non non

Summa cum admiratione auditis fuit Aeneas, & cum fructu non exigu.

mo non inuitus finem acceperit. Fuerunt & alii quamplures auditi; verum tædio, & irratione. Orationem Aeneas ab omnibus laudatam multo transcribere; & secundum eam Ratisponensem decretum, de bello gerendo, innouatum est, & Vngaris auxilium promissum, equitum decem millium, peditum triginta duorum, statutumque, vt ad Casarem, Electores Imperii, ceterique Germaniae Principes, pro festo Pentecostes proximo sese conferrent, vt quæ reliqua essent ad expeditionem maturandam, ibi absoluerent. Nec diu post noui Concilij tempus affuit, veneruntque ad Imperatorem in nouam Ciuitatem Iacobus Archiepiscopus Treuerensis, Albertus Brandeburgensis, & Carolus Badensis, Marchiones, & alii nonnulli Germaniae Principes; reliqui Legatos miserunt. Ex Vngaria Episcopi & Barones præcipui auxilia petunt venere, multaque de gerendo in Turcas bello, & de spe victoriae differuerunt. Ex Italia Legatus Apostolicus affuit, idem qui Ratisponam & Francofurtiam adierat, Ioannes Episcopus Papiensis, quem sequebatur Michael Picus, Alphonsi Regis Siciliae & Aragonum, in vituperando, quam in laudando Orator vehementior. Nec Ioannes Capistranus defuit, assiduis prædicationibus populum contra Turcas ad arma excitans. In hoc Concilio, ille ipse Aeneas, iubente Imperatore, Legatis Hungaris publice responsum dedit, omnia contra Turcas abundè promittens. Gobelinus Comment. Pij II. lib. 1.

VII. Principum consensus existimatus impossibilis.

Admirationi fuit, tam facile, post innumeras difficultates, Principes in vnam sententiam, in Francofurtiensi illo Concilio conuenisse. Ille ipse Syluius, rerum omnium Europæarum, inter Reges, & Principes sciens, fore impossibilem consensum, antequam dicendo persuadisset, diuinabatur. Placerat adscribere, ea, quæ is Leonardo amico scripsit, vel ad statum Christianitatis, quis hoc tempore fuerit, cognoscendum. Ita habet epist. 12. 7.

Laudatur Dux Burgundie Philippus.

Arbitror re iam cognouisse, quæ sunt apud Ratisponam gesta, & quam negligenter ad conuentum est. Ex Italia comparuerunt, quam Banariam ingredierentur. Vnus mihi videtur super omnes laudandus Princeps, Philippus Burgundie Dux, quia & si esset Britannico bello occupatus; vocatus tamen ad Conuentum, qui pro salute populi Christiani erat indictus, noluit excusari, noluit Republica deesse. Congregationem, quæ commune bonum tractare videbatur, sua presentia noluit esse priuatam. Venit igitur Ratisponam, iururumque se contra Turcos in persona propria pollicens est, si vel Casar, vel Rex Hungaria, vel alius magnus Princeps exercitum duceret. Si minus, missurum se, quas posset copias, neq; bis in rebus excusatum se habere voluit, nisi tale sibi superueniret impedimentum, quod tota Christianitas legitimum reputaret. Quis hunc satis commendare Principem possit? Nemo est inter Christianos, cui minus timendi sunt Turci, & infideles ceteri, quam Duci Burgundie; nemo tamen est, qui pro depulsandis, atque comprimendis hostibus Fidei, sollicitior eo reperitur. Vnde ista mens homini? Non cupiditas rapendi, hunc trahit, cui opes sunt infinito: non spes vlla voluptatum, quibus sui victores putant, qui est iam auoprouectior. Et si delicias amet, nusquam maiores, quam domi reperiat. Non augendi domus ratio, qui se nouit in Græcia, aut Asia nequam regnare posse. Sed est hic Religiosus Princeps. Amat Ecclesiam Matrem suam. Caput Fidei nostræ consilium esse. Dolet, cum audit, Christianum nomen blasphemari. Misereatur infidelibus animabus, quæ diuini in captiuitatem à barbaris rapiuntur. Pudet cum ignominia, quam Turci nobis inferunt. Est enim ei nobilis animus. Non potest mens alto sanguine nata, non alta meditari. Nihil turpe ferre potest generosus spiritus. Videt se dono Dei amplissimis, & populissimis regionibus præfectum, multaque beneficijs circumlatum. Non vult ingratus videri. Recognoscit, munera in se diuina esse quamplurima; vult pro sua facultate vices reddere. Meminit Ioannis patris sui, quem Turci pugnantem pro Fide Catholica captiuauerunt. Caput vltimi

paterum vulnus, imitarique maiorum suorum vestigia, quos pro Fide Orthodoxâ, constat fuisse ardentissimos. Huius opera factum est, vt in Concilio Ratisponensi nonnulli articuli conciperentur; quorum si fieri executio, nihil erit nostre Religioni timendum. Scripsisti vocandos esse multos ex Italia ad Concilium Ratisponense. Patasti id futurum Constantiensi simile, ne dicam Basileensi, quod in annos viginti protensum est. At nostrum, exacto mense, finem accepit. Indignum est aliud Francofurtiam ad III. Calend. Octobris. Huc rursus vocantur ex Italia, Rex Aragonum, Veneti, Lanuenses, Florentini, Senenses, Lucani. Comes quoque Franciscus, quamuis non est inuestitus de ducatu Mediolanensi acceptus, & Dux Mutine, Marchiones insuper Mantua, Montisferrati, & Salutarum. Videmus, quantum erit seruos nostrorum Italorum. Regibus quoque Francie, Anglia, Bohemie, Hungaria, Polonia, Danie, Sueuie, Noruegie, Scocie, littere dantur, vt ad Conuentum mittant. Principes Alemantie adesse, Communitates vestre Legatos iubentur. Si erit conuentio grandis, spem bene gerende rei summam. Si pauci conuenerint, obrigescam. Dicit. Quid sentis? quid putes futurum Mallem tacere. Mallem opinionem meam esse falsissimam, ac mendacis, quam veri Prophetæ me nunciandi nomen. Dicam tamen, quod meus præfagit animus. Non spero, quod opro. Nihil boni menti meæ persuadere possam. Quare inquis? Quare, inquam, ego bene sperem? Christianitas nullum habet Caput, cui omnes parere velint. Neque Summo Sacerdoti, neque Imperatori, quæ sua sunt dantur. Nulla reuerentia, nulla obedientia est. Tanquam sicca nomina, vel pida capita sint; ita Papam, Imperatoremque respiciunt. Sicut quæque Ciuitates Regem habet. Tot sunt Principes, quot domus. Quomodo tot capitibus, quot regunt Christianum Orbem, arma suadebis afferere? Age dicitur; Concurrere in bellum cunctos Reges? Cui ducatum dabis? Quis ordo in exercitu erit? quæ disciplina militaris? quæ obedientia? Quis pacet tantum populum? Quis intelligit varias linguas? quis reget diuersos mores? quis Anglicos amicitur Gallis? quis Lanuenses coniungat Aragonensibus? quis Theutonios Hungaris, Bohemiosque conciliabit? Si paucos contra Turcos ducis? facile succumbis. Si multos! confunderis. Vndique sunt angustie. Perge vltra, atque inspicere Christianitatis vultum. Pacata, inquis, Italia est: facile aduersus externos arma sumer, domi quæta. Nescio, quam quietam. Inter Regem Aragonum, & Lanuenses adhuc belli reliquia manent. Nec Lanuenses hi sunt, qui contra Turcos pugnaturos credantur; quibus tributa pendere dicuntur. Veneri cum Turcis fœdus percussere: & quamuis, aut, se sumptuos arma pro nostra Fide, si ceteri Christiani bellum Turcis indicant: quis hanc conditionem implebit? Vocare nunc, rogare, atque excitare Venetos oportebit, qui ceteros imitari essent, si pax eis cum Turco non esset. Quid ergo cum Italis facies, quando dua nauales potentie, & quidam maiores desunt? Rex Aragonum quamuis est potentissimus, & ad commune bonum, ardens, haudquaquam solus bellum nauale contra Turcas agitat Summi Pontificis classis, quanta sit, non ignoras. Desicit igitur nobis altera pars belli. Nam cum terra, vnaqueque Turcas vexare propositum esset, deficientibus Italis, nihil est, quod de maritimo bello speremus. Parebit Asiatis Hellestus: & si terra bellum geratur, infinitas ex Asia copias in Græciam Turci traducunt. In Hispania, nostri, quam multi sunt Reges, potentia, regimine, voluntate & opinione dispares? Neque illi in extremo iacentes, Occidente, ad Septentrionem, vel Orientem trahendi sunt: estque quod domi cum Granatensibus agant, Rex Francie, & si toto Regno populit hostem, marinas tamen oras inquietas habet, nec militem extra Regnum audebit mittere, dum classis ex Anglia repentinas timeret. Anglici nil aliud animo gerunt, quam vt repulsam ex Francia vindicent. Scoti, Dani, Sueci, Noruegii, in vltimis oris Orbis sitis, nihil est, quod extra domum queant. Theutonice inter se diuisi, nulla in parte coherent. Ciuitates, cum Principibus disident. Et ipsi Principes, nullo concordie vinculo tenentur. Sutores, cum Ducibus Austrie vetus odium tenent. Comes Palatinus, Archiepiscopo Moguntino infensus est. Lutzelburgensis inter Regem Bohemie, & Ducem Burgundie litigiosus pendet,

quamuis

Simon Camerinus Ord. S. August. auctor creditus pacis in Italia.

quamuis sunt ad Calendas vsque Nouembris in eam rem inducia. Dices Saxonia, de sexaginta castellis cum Bohemis, licentiam habent. Vratilauiaensis requisiti per Bohemiam Regem, homagium facere recusarunt, nisi ad se Rex proficiscatur. Pruteni, qui Religioni Sanctæ Mariæ Theutonico-rum subiecti fuerunt, excusso priori iugo, ad Regem Poloniae defecerunt: isque nunc regionem ingressus cum coniuge, sacramenta fidelitatis accipiunt. Lignicenses, quos Ladislaus Rex gubernatori Bohemie dederat, subire iugum recusant. Nec Budurucenses parere Domino de Rosis voluntarij sunt, quamuis dono Regis ad eum pertineant. In Austria, nihil quieti est. Baronem Eichinger dominantem spernant, ciuitates armant, seditiones frequentes aguntur. Vuancho Bohemus, cum duobus millibus latronum regionem longè, latèque vexat. In Vienna crebra sunt incendia, nec auctores in famam veniunt. In Hungaria Pralati & Barones infensi sunt Ioanni Vauoda, qui quondam gubernator fuit, nunc Capitanei nomen tenet, Regni que maximam partem occupat. Messore Rastia quamuis Turcis vnitus putetur, auxilia tamen Regis Hungariae petit, & Turcos asserit bello paratos. Ede nunc tanta rerum varietate, quid sperandum, aut timendum sit. Intuerede deinde mores hominum, ac nostrorum Principum facta considera, quantum auaritia finis patet? quanta inertia? quanta voracitas? Nemo litteris, aut bonarum artium studijs intentus est. Et tu cum hisce moribus deleri posse Turcorum exercitus putas? Vt in dicitur tu verax inueniaris, ego fallax. Vt cumque res sese habent, maneo tamen iussu Cesaris, qui me retinet, ad dictam diem Francofurtia. Impartiar meas operas in commune bonum. Et si nequeo grandes manipulos in arcem ferre Dominicam, ac saltem spiculas aliquot in horreum Ecclesie referam. Neque enim Deus noster tam facta hominum, quam mentes respicit, & laudatam in Evangelio mulierculam legimus, quæ duo ara mimulam in gazophylacium intulit. Tu porro Leonarde amantissime, ne vel passagium contra Turcos instituumdum ita liceat paci compares, vel me Monacho, qui illam vna cum cardinali Legato conclusit, æquiperandum putas. Namque si pulcherrime, & verè dicit, nullam esse personam adeo tenuem, per cuius manus nequeat, si velit diuina misericordia, res maximas conficere, & addis exemplum huius nostri temporis. Nam pacis Italica, humilis, & quodammodo despectus Heremitarum Sancti Augustini Monachellus Simon Camerinus auctor habetur. Non est tamen æqua rerum, & personarum proportio. Pax enim Italica, & si, vt ais, Romæ ad maturitatem perducere non potuit; adeo tamen in alto illo Summi Præsulis igne Consistoriali delecta fuit, vt paruo postmodum solum potuerit mature scere. Erant & partes, quæ contendeant longo deesse bello, contra ita, atque exhaustæ: intelligebant que, nisi concordiam amplecterentur vtrique, funditus esse peritendum. Nec plurima erant capita, quorum sensus combinandi ad consociendam Italianam pacem viderentur. At negotium hoc gerendi contra Turcos belli, rude adhuc, indigestum, & penè intratum est. Nec Germania, aut Galia Principes, quorum potissimè memores excitanda sunt, satis intelligere possunt, quid sua inter sit, contra Turcos arma mouere, qui sunt ab eis remotissimi. Quis insuper Galliam, aut Germaniam armet, nisi cæcra penè infinita contingat. Adde, quod omne Italia vires ad maritimam classem sunt vnienda. Quis deinde inter me, & Monachum Italica pacis inuentorem, comparatio cadit? Fateor, quia nihil est creatori, ac Reçtori Orbis factu difficile. Velle illi, & posse, vnum est. Nec insicias eo sperare vbi velit Spiritum Dei, qui & aliquando infima mundi eligit, vt fortia quæque confundat. Sed audi, personæ, quam dispares adnectis. Ego illum Monachum, qui parte Italia disidentes composuit, à crimine mundum, longè à vite Sanctimoniam comprobatum, doctrinâ plenum, nihil miror, si Deus instrumentum elegit, per quod pacaret Italiam. At isthac, quamuis turpitudinem prodo meam, longè à me absum. Habet in me Deus multa, quæ puniat; nulla, quæ præmit. Quo igitur pacto me velut organo magni in rebus vtratur. Vereor, vereor, vt reuera non ceterum, ne dum me grandibus in gero negotijs, impedimento magis, quæ promotioni aptus inueniar. Tu ergo desine de me tibi multa promittere. Dum fortasse magis, quam fors cimbam non mutilitè regam. Nauis magne, si clauum tenero, & me simul, & nauas perdam.

Hæc Syluius amico significans, & à parte sua, & ex natura rei, impossibilem, aut fusu, aut factu, eam contra Turcos expeditionem fore prædicabat. Perfuasit tamen illè feliciter, & ex sententia Pontificis, ac Imperatoris, societatem Principum Christianorum, quem admodum narrauimus conciliauit; adeoque Crucem eos induit aduersus Crucis hostes. Nondum inchoato Francofurtiensi Concilio, intererat Pontifici Nicolao, Regem Hungariae, atque Bohemiam Ladislaum, in cuius præcipue gratiam bellum sacrum parabatur, cum nonnullis Principibus, disidentem conciliare. Wihel. Dux Saxoniae, aliquid controuerfiae de nonnullis pagis, cum illo habebat: Rochezana pseudopontifex omnia porro in regno miscebat, adeoque hæreticos, in Catholicos inflammabat. Itaque, iussu Nicolai Pragæ iuit, Ioannes, Episcopus Papiensis, Pontificius Legatus. Venerunt eo etiam ad diem condictum, Fridericus Archiepiscopus Magdeburgensis, Germaniae Primus; item Gaspar Episcopus Mûnensis; Wihelmus Dux Saxoniae, Landtgravius Thuringiae, & Marchio Misnæ; Henricus Dux Glogouiae maioris, & Fridericus Landtgravius Hafsia, vna cum aliis Proceribus. Re in disceptationem propofita, munus Pacarii, Legato Pontificio permissum est. Ad iungere visum illi, Georgium Podiebracium regni Bohemiae Gubernatorem, & aliquot Barones. Isti dum officio incumbere, Rochezana Archiepiscopus videri voluit, sanguineque innoxio manus inquinavit. Inciderat eo tempore festum dedicationis Ecclesie Beatae Mariæ ante lætam Curiam, vbiis præsidebat, celebrandum Dominicâ proximâ ante festum Sancti Michaelis, quod Sancti Venceslai tutelaris Bohemiae annuefaria solennitas immediatè antecedit. Illud, vt quam magnificentissimè perageretur, vniuersis in vtraque Ciuitate Pragensi Ecclesiarum Rectoribus, & ad hærentibus Rochezana præcepit, vt in omnibus suis Ecclesiis eadem Dominicâ die, festum Dedicationis celebraret. Factum inde est, vt per omnes Ecclesias prætenderentur de more patriæ vexilla, festum Dedicationis indicantia. Istud hæresiarum ingentis gloria loco ducebat, quod ei veluti Archiepiscopo ita obtemperarent Ecclesiarum Rectores. Non potuit hunc nouæ superbiam saltum tolerare, aliquis Frater Ordinis Prædicatorum; quin pro concione in Ecclesia Sancti Clementis, quæ est eius Ordinis, hominem arrogantem exagitar, dicens, non esse simplicis Sacerdotis, qualis Rochezana, festo pro libitu suo instituere, aut transferre. Audiuit ista Rochezana, & Concionatorem, siue in profuentem demerit, siue alio modo extinxit. Namque nullibi, postea quam inuectus est, comparuit. Grauius est, quod in Landtgraviu Hafsia, id temporis admisit Rochezana. Aliquis è familia Principis in ægritudinem incidens, vbi periculum mortis sibi imminere præsentisset, Sacram Eucharistiam postulauit. Aduolauit Rochezana cum sectarijs, vtque sub vtraque specie, moriturus communicaret, inuitauit. Renuit ille mentis, & Fidei compos: Mortui cadauer, Rochezana, sepulturâ Ecclesiasticâ prohibuit: adeo vt oportuerit clam, de nocte, in Ecclesia Sancti Iacobi Fratrum Minorum, sine vlla funeris solenni pompâ, gemente Principe cum Catholicis; hominem sepelire. Quantumvis autem potestatem sibi usurparet Rochezana: Rex tamen Ladislaus licet adolefcens, nunquam persuaderi potuit, vt Ecclesiam eius intraret. Cumque ille in celebritate SS. Corporis Christi, Sacram Eucharistiam per vrbem hocoano deferret, Rex illum è fenestrâ conspicuas, nullum reuerentiae signum edidit. Percussantibus amicis, vt quid Sacramentum inhonestasset: Non me latet, inquit, diuinitimum CHRISTI Corpus dignum esse, quam vt per me satis possit honorari; nec mea reuerentia gloriam eius auget, neque de honestate, decus imminuit; verum mihi cauendum est, ne dum Christum honore sacri regum presbyterum Rochezanam popularibus itis approbasse videar,

Vili. Nic. PP. Regem Bohemie & Ducem Saxoniae conciliare studeat.

Frater quidam Ord. Prædicat. Rochezanâ exagitat, à quo neccaus illi est.

Rex Ladislaus Rochezanam

quorum



quorum plerumq; mores ex Principe pendunt. Nec illi me Deū contempisse putabunt, cuius sacrificium Corpus in Catholici presbyteri manu, me summis semper honoribus profectum fuisse viderunt. Cum igitur viderent hæretici, sua Sacra à Rege despici, grauis illis caput esse eius mora. Vnde contigit, vt cum Australes, & Hungari eius præsentiam cuperent ex Husitarum perfidia, nemo intercesserit, ne pedem retrò referret cochleam hist. Husitarum, lib. II.

IX. B. Capist. à Polono valde honoratur.

Penetrauerat etiam, hoc ipso anno, in Poloniam, ille ipse Capistranus, vt Polonos contra Turcam excitaret. Quanta reuerentiâ Poloni hominem exceperint, vel ex hoc vnico facto coniciere non est difficile. Casimirus Poloniæ Rex, Elisabetham Ladislai Regis Bohemiæ sororem, in matrimonium experierat. Non à die Februarii, noua nupta Cracouiam splendido comitatu aduenit, à Rege ipso vnâ cum matre obuiam ei profecto deducta. Postridie inter Ioannem Odrouanum Archiepiscopum Gnesnensem, & Sbigneum Cardinalem Episcopum Cracouensem, contentio fuit de nuptiali ceremoniâ, vter eius administer esse deberet; quod ille Archiepiscopus & Primas, hic Cardinalis, & Cracouensis Episcopus, vbi hæc agebantur, esset. Redi agitâtâ, conuenit tandem, vt Ioanni Capistrano eū honorem deferrent. Erat autem is, quæ admodum narrauimus, Italus non ignobilis, de Sodalitio Franciscanorum, qui se Obseruantes, & Bernardinianos appellât, doctrinâ, facundia, & sanctimonîâ vitæ pollens, vsque adeo, vt multis miraculis eam comprobaret. Susceperat autem peregrinationem Bohemorum, maximè ad rectam Religionem reducendorum gratiâ; & cum in ea re, apud Bohemos non multum profecisset, à Sbigneo Cardinali accitus, anno superiore Cracouiam, effusâ obuiam omni penè ciuitate, cum Sacerdotibus, & Episcopo, atque ipso etiam Rege, & Reginâ, aduenerat: & postâ in foro, ac deinde hiberno tempore, in æde Virginis Matris cathedrâ, quotidie per interpretem ad populum Conciones habebat, & multos ægrotos diuinâ virtute sanabat; auctorque fuit Sbigneo, vt cænobium, omnium primum in Polonia, suo Sodalitio, sub arce ad Australem portam vrbis conderet. Huic ergo tunc datum est negotium, nouos coniuges ritu solenni cõiungendi. Sed cum is, neque Polonicam, neque Germanicam linguam calleret, ac Sbigneo numeris eius functionem adiudicaret, Sbigneus, vtriusque linguæ peritus, cedente Archiepiscopo id peregit, Archiepiscopus vero sacris operatus, nouam reginam inuinxit, ac diademate cinxit.

AE difica- ri cu- rat cænobium sui ordi- nis in Po- lonia. X. Negotiū pruthenorum quomodo gestum sit hoc anno.

Plurima dicta sunt hæcenus de Pruthenis, quibus controuersia cum Magistro militiæ Mariana. Eorum negotium, hoc anno sic habuit. Post sacra nuptialia, Casimiri, & Elisabethæ, peracta, Prussorum Legati, quorū princeps Ioannes Bussenus erat, in Senatum introducti, factâ audientiâ prolixè exposuerunt, quâ improbitate, & quibus artibus Cruciferi, Pomeraniam, & Michalouicem tractum olim Polonis interuertissent; quæ crudelitate in Dobrinum, Cuiuuiam, Mazouiam, cæteraque Poloniam, parentem suam ferro, & igni debacchari, in solitudinem ferè eas oras redegressent: quàm infidam, incertamque pacem, cum Polonis colerent, semperque coluissent: deinde quàm acerbo, crudeli, contumelioso, & impotenti dominatu in se vli essent, atque etiam tum vterentur: commemorabant eorum rapinas, stupra, & libidines in vxores, liberosque suos, è complexibus maritorum, atque parentum abstractos, quod si qui mutire contra ausus esset, in eos verbera, vincula, & sexcenta tormentorum genera, capitis denique supplicia deprompta esse. His tot, ac tantis malis, vt occurrerent, se consederationem quãdam inter se fecisse: eam verò à duobus Magistris, Paulo, & Conrado approbatam & cõfirmatâ, à Ludouico, qui tunc Cruciferis præerat, abrogari cepisse, & Imperatoris Friderici opem contra se, quasi rebelles subditos, imploratam, esse: ad eum se Legationem splendidam, purgandi sui, Cruci-

ferorumque accufandorum causa misit, Legatos suos, per Morauiam iter facientes, à latrunculis, quos Cruciferi subornauissent captos, & in vinculis aliquandiu asseruatos, & ad extremum dimissos, ad Imperatorem peruenisse. Ibi, cum is ex compromisso iudicium instaurasset, nihil æqui se impetrare potuisse, eoque re adhuc integrâ, iudicem illum recusasse, nihilo tamen minus instantibus aduersariis, & Legatis Principum Germanorum, quos ii corrupissent adiuuantibus, non modò abrogatum esse fœdus suum, verum etiam sexcentorum millium florenorum multam sibi dictam esse: atque adeo infamiâ se notatos, & libertate, priuilegiisque spoliatos, seruatorum, aut pecudum in morem, tam impotentibus dominis addictos esse, & ab iis deinde trecentos morti destinatos. Eam tyrannidem se diutiùs ferre non potuisse, sed sumptis armis, Cruciferos, eorumque Magistros, & præfida, ex vrbibus, oppidis, atque arcibus plerisque omnibus eiecisse, neque deinceps in potestate eorum fore. Scire autem se probè, à Polonia, se, orasque illas à se cultas, & habitatas, olim partim dolo, partim per vim, ac summam iniuriam auulsas fuisse. Non ignorare, Cruciferos initio Polonorum beneficio in illis oris concessisse. Ad illorum igitur, qui & Cruciferorum patroni, & iusti sui Domini essent, opem, se supplices confugere, eisque se suaque omnia dedere; orare, ne se in extrema suâ necessitate despicerent, neue opprimi, & ad extremum excindi paterentur. Nihil autem esse, quod Poloni vererentur, ne eâ re fœdera cū Cruciferis violarent. Iam ab illis prius violata, cum ciues Chosnenses, propterea quod ii, se yrbeq; suam bello adacti Polonis dedidissent, contra quam cõuenerat, capitis supplicio affecissent, non voluntate Cruciferos, neque pacis colendæ studio, sed vi à se adacti, pacem cum Polonis fecisse, & in eam diem seruasse. Se enim cunctam superiorum bellorum molem, dum illi Mariæburgensis arcis manibus sese ferè continere, sustentasse; defessos autem, & exhaustos, ad pacem illos impulisse. Non aliena Polonos occupaturos, verum sua recepturos esse, quæ ipsi Sedes Apostolica aliquoties adiuudicasset. Spondere autem sibi fortunâ Regis, & Polonicæ gentis virtutem, illa omnia è sententiâ suâ, ipsorumque processura esse. Nec se sibi, defensoribusque suis esse defuturos. Huiusmodi ferè fuit Prussorum oratio. Relata re ad Senatum, vera esse quæ dicebantur à Prussis, omnes recognoscebant. Meminerant multi Cruciferos quater ictum cum Jagellone Rege fœdus rupisse, & ad extremum, vt Pontificis Max. & Batileensis Concilii auctoritate id sibi facere liceret, elaborasse. Ciues Chosnenses, propterea quod se Regi in bello dedidissent, cõtra pacta, & iusiurandū suū immaniter interfecisse. Cõmercia cū Polonis capitali supplicio Prussis interdixisse. Memorabât Seniores, eos cū hostibus Polonorum cõsilia, & arma socialia, nõ semel cõiunxisse, Polonitq; piū aduersus barbaros bellū, diuersâ parte gerentibus Poloniæ fines impiè, & perfidè infestasse: nulla cū eis fœdera, nullâ certam pacè esse. Hęc tunc in Senatu cõmemorabantur: sed tamen de acceptanda ditione variabât sententiæ. Censebant multi: nõnulli, quorū princeps Sbigneus fuit, dissuadebât: alii verò ad Comitiam re integrâ reuicabant; cuius sententiæ Thëcinius Palatinus Cracouensis auctor erat. Nec deerat suis ex altera parte Cruciferorū Legatus, Fhesaurarius eius Ordinis, qui ad cohonestandas Regias nuptias missus, 50000 flor. ad corrupendos proceres Polonos secū attulerat: atque is cū vniuersos publicè veterū admoneret, tū priuati singulos orando, & pollicendo præfabat. Ad extremum clientes, ac vectigales Regi, Polonisq; Magistris, atque Cruciferos in futurum omne tempus fore promittebat. Quocirca 15. plus minus dies cõsultado ablutū fuit. Legati Prussorū, vbi cõperendinari re animaduertè, contenderunt à Rege, ne differret: alioqui se alios dominos, & patronos sibi quæsituros, qui obuiis, quod aiunt, vliis tam lucu-

lentam

lentam conditionem accepturi essent. Apparebatque eos in Bohemiam ad Ladislau regem profecturos esse. nam id se cupere is significabat. Interim afferebatur è Prussia, nobilitatis, & Ciuium partes in dies meliores fieri: Magistrum, & Cruciferos in angustum redactos, Mariæburgæ, & Stumæ ferè munitionibus sese tueri: Brodniciam arcem, ne in aduersariorum potestate veniret, Ioanni Cofelecio Inouadislauensi Palatino à Commendatore, siue Præfecto traditam esse: nã oppidum in fide Cruciferorum mâlit. His igitur impulsis Rex, atque Proceres Poloni, ne tam luculentam, & insperatam occasionem recuperandi ea, quæ maiores suolim amiserant, vix vniquam postea redituram sibi elabi pateretur ditionem Prussorum acceptere: tametsi præuidebant nonnulli motus bellorum, qui inde confecturi, & Poloniam, atque Germaniâ inter ipsas collisuri essent; verèbaturque, quorsum tanta illa, & inopinata prosperitas ad extremum euaderet. Thesaurarius, vbi acceptam esse ditionem didicit, absq; mora, Crocuiâ discedens, in Silesiam, indeque in Misniam, atque Saxoniam, mercenarios milites conductum cõtendit. Prius tamen aculeum, & veluti feminariū quoddam intestini mali, atque disidiū, quo distinerentur Poloni immisit, cum Petrum Saffranicum, hominem callidum, audacem, factiosum, & latronum, furum, atque sicariorum, vt ait Dlugossus, socium, & fautorem, donis, promissisq; clam corrupisset, vt bello, & latrocinio Poloniam exagitaret. Et facile id erat persuadere homini turbulento, & huiusmodi rebus adueto, & qui se ob id regi bonique omnibus inuisum esse intelligeret. Non latuit hoc Regem, atque proceres: verum nõ nullis res vîa incredibilis, alii porrò disimulando sanatum iri insaniam eius iudicabant. Misi extemplo in Prusiam Andreas Episcopus Pofnaniensis, & Ioannes Cõnepolus Cancellarius Poloniæ, iusiurandum ab vniuersa Nobilitate, ac Ciuibus, conceptâ formulâ in verba Regis datum acceperunt. Episcopi, in aduertum regium dilati sunt; arces, quibus rex iusserat traditæ. Quancum Thorunenses, Elbingenses, Gedanenses, & Kynixbergenses, iue Regiomontani ciues, eas, quæ vrbibus suis immincebant, diuerant, quæ res neque Polonis, neque Prussis ipsi nobilitati placuit. Sed neque aduersandi, neque tactum reprehendendi tempus tunc erat. Per idem tempus Fridericus Marchio Brandeburgensis, nouam Marchiam, quæ Casubia fuit antiquitùs, dotre tantem & ipsam Cruciferorum Imperium, in ditionem accepit; missaque ad regem Legatione, vt cum bona eius veniâ id esset, petuist auxilia contra Cruciferos pollicens. Sed nihil certi respõsum est; propterea, quod S; polensium quoque Pomeranorum Dux eam petebat, & suo quodam iure sibi vendicabat; & in clientela, & fide regis fore se vnâ cum ditionibus suis, duoque millia equitum ad quodvis bellum Regi Polono adducturum, promittebat. Ne huic quidem certum respõsum datum. Tametsi Vapouius, Marchionem occupatione Casubia, quæ iuris fuisse Polonici antiquitùs, ab itinere iustum esse scribit: ni faceret, vi, & armis depulsum inde iri.

XI. Rex Poloniæ ad Pontif. & alios Principes destinat Legatos.

Misit deinde rex Legatos, ad Nicolaum quidem Pontificem Max. Ioannem Brezium Luteci filium Iureconsultum: qui etiam ad Imperatorem diuerteret; ad Ladislau verò Bohemiæ Regè, Nicolaum Chranstouium Tribunalium Cracouensem, qui factum suum defenderent, & Cruciferorum querelas resellerent: i; se Brete Lithuanicum, ad conuentum Lithuanorum excurreret, & cum his constituit, vt Liouoniensium auxilia transitu in Prusiam prohiberet: inde mox Lenciciam ad Comitiam, ad Calend. Maias indictâ contendit. Ad quæ pauci de minoribus Polonis, & Russis conuenire Decretum autem ibi est, vt rex Throniâ se conferret, pacandè Prusiam causâ: Cuius pariter in Comitibus de republica consultarent; ad honores Regni, & Magistratus admitterentur; ius creandi Regis pariter haberent; cæterum suo quisque iure, seu Culmensi mallent, seu

milite è Polonis, & Bohemis collecto, obsidebant, adiungeret. Ma noui verò Duces frustra iterum à Rege, & Lithuanis sua ibidem repetuerunt: quamuis omnes copias suas regi ad Prussicum bellum pollicerentur. In Prussia deinde itum est, magnâ, & splendidâ Procerum cateruâ regem comitante. Throniâ, Elbingæ, & Gedani iteratum publicè à Proceribus nobilitate, & Ciuitatibus ritu solenni iusiurandum, in verba Casimiri, & successorum eius regum Polonorū, tribus Palatinis, in sua quoq; Satraperiâ, præuentibus, Episcopi quoque tres, nepe Arnoldus Culmensis, Gaspar Pomefaniensis, & Nicol. Sambienensis, cū suo quisq; Sacerdotum Collegio, in verba regis iurauerunt; abieciq; regis permisso, cultu Cruciferico, veterem habitum D. Augustini, regulam profitentium, resumpserunt: quartus Fraciscus Varmiensis apud Cruciferos Mariæburgierat; sed Collegiū tamen eius vnâ cum cæteris iusiurandum dedit. Ladislai deinde Regis Legati, Bohemi, Ioann. Perstinius siue Rosenbergius, & Sdencus Cõska (nã Chranstouius nihil certi retulerat) iudici, expostularunt cum Rege, quod suo rege incõsulto, Prussorū ditionem fecerit, quâ Cracouia in nuptiis pollicitus erat, accepisset: postularuntq; vt Pragâ Legatos mitteret, cū luculētis mandatis, ad constituendâ de rebus Prussicis; quarū cura magnoperè ad regè Bohemorū pertineret, quod & patronus Cruciferorū esset, & Prussia omnè nuper interueniente Alberto, Friderici Marchionis Brædeburgensis, fratre Germano à Cruciferis in ditionem accepisset. Interim autè, vt Casimirus obsidiones institutas solueret, belloq; Cruciferis inferèdo superfederet. R. idiculus è superba, & arrogans Polonus vîa est ea legatio, neq; à miti, ac ciuili Ladislai ingenio profecta: id q; paulò post secreto ipsorū Legatorū iudicio cõpertum est. Nã ii Georg. Podiebracium, penes què tunc summa rerū apud Bohemos erat, eius Legationis auctore prodiderunt. Itaq; ad eâ nihil aliud respõsum est, quâ Casimirus nunquam recepisse Ladislau, quod ipso inficio Prussos in ditionem accepturus non esset, ad cætera eū per suos Legatos respõsurū esse. Ita dimissi Bohemi, nec permisi Mariæburgi, ad Cruciferos ire. Ladislau verò cū è Legatis suis reuertentibus legationis sue summam, respõsumq; Casimiri cognouisset, Ioh. Rabenkenium ad eū properè misit, priore legationem corrigens, & pollicens, non obtaturū se esse, quo minus ille omni Prussia potiretur. Grata hæc fuit legatio Regi, cunctisq; Itaq; missi in Bohemiâ Ioh. Tencintus Palatinus Cracouicis, & Petr. Samotulius Castellanus. Pofnaniensis, vt voluntatè illâ Ladislai confirmarent. At Casimirus comitia Prussorū, apud Grudèrū habuit. Ibi tributū, siue exactio certa in capita constituta est; vnde emerita stipendia Bohemis mercenariis, quos primo motu Prusi acciuerant, & qui Mariæburgi, etiâ tum ignauè obsidebât, soluta sunt, dimissiq; ii sunt, siue quod ambigua fidei esse viderentur, siue quod nimio conducti essent. Nam sex, & viginti floreni in tres menses equitū numerabantur. Id adeo necessitas Prussis expresse rat, ne militari præsidio nudi, à Cruciferis opprimerentur, & vt iis secum potius contra Cruciferos, quàm cum illis contra se essent. Pro Bohemis verò, aulicum suum comitatum Rex ad continuandam obsidionem Mariæburgi milit, præfecto ei Ioanne Scococino, Præfecto Lublinensi. Decretum est etiam, vt sexdecim ex Nobilitate, & Ciuitatibus allecti, à consiliis Regi essent, qui cum eo de Republica Prussicâ consultarent, summoque iudicio præsiderent: itèque, vt arces, & munitiones Episcoporum, atque Ecclesiarum, quoad bellum duraret, in potestate Nobilitatis essent. Hęc adiuctæ ad illas prærogatiuas, quæ initio ditionis, Cracouia, ipsa à Rege datæ erant; quibus Prusi cū Polonis quasi in vnum corpus redacti sunt; nimirum, vt eorum Consiliariū cum Polonis pariter in Comitibus de republica consultarent; ad honores Regni, & Magistratus admitterentur; ius creandi Regis pariter haberent; cæterum suo quisque iure, seu Culmensi mallent, seu

Rex isem Bohemiæ ad Polonorum Regem Legationem mittit.

Saxoni-

Saxonico, seu Prussico, seu denique Polonico viueret. Quae bona quisque antiquitus, siue priuatum, siue publicè obtinisset, deinceps quoque retineret. Telonea cuncta, & portaria, nominatimque id, quod liberale, seu Pfuntzol Theutonice dicebatur, quo hini oboli à marca exigebantur; & pensio ea, quae à Polonis Principibus in Pomerania olim instituta, Narzas siue porcus vulgò vocabatur, remissa, & sublata. Merces, naufragio eiecta, iis, quorum fuissent, aut legitimis eorum hereditibus remissa: nam eas antea Cruciferorum praesides, iniuste sibi vèdicabant. Honores, & magistratus publici, & Praefectura arcium, ne cuiquam externo, secundum sum, & consuetudinem caeterarum regionum Poloniae mandarentur. Lus monetae, Thoruniae, Elbingae, Kynixbergae, & Gedani cudendae, cum imagine, & inscriptione Regia, quoad bellum duraret, in commune eis concessum. Finito vero bello, vt Thoruniae modò, & Gedani, Regio nomine, sumptuque, ea cuderetur. Mercatoribus, etiam potestas facta est, quoque versus in Poloniam cum mercibus proficiscendi, easque deponendi, & vnum exponendi vbicumque vellent. Ad extremum, Ioannes Basenus, Vicarius Regis, & Gubernator, cum Rex abfuturus esset constitutus: Cedanensi vero Ciuitati, cum ea splendide, & honorifice in primis Regem cum omni comitatu ipsius accepisset, peculiariter, census septingentarum marcarum remissus; moletrinae omnes vrbae, & insula minor adiacens, quam Vistula, mare, & montes in medio concludunt, & efficiunt, addicta, & attributa, tredecim modò pagos, ac duo praedia Rex sibi excepit; & pro his omnibus annuum pensionem duum millium aureorum Ciuitati, vnde Cruciferis sexaginta aureorum millia quotannis prouenisse scribit Vapouius, imposuit: itemque vt ea quotannis quatuor dierum sumptus sibi vnà cum omni comitatu suo aulico praebere; pro arce vero diruta, vt magnificum Palatium Regi in vrbe, horreumque, siue granarium, & stabulum cocto latere edificaret.

XII. Ad Polonos Principum Legatio.

Poloni victi, & cur.

Conuentu Grudèrino soluto, Thoruniam Rex rediit, cum quinque Legatos à Comitibus Ratisonensibus, Nicolai Pontificis Max. Friderici Imperatoris, Principum Electorum, Philippì Burgundionum, Ludouici, Bauariae Ducum, actotius Germania nomine, ad se venire cognouisset; atque ii cum ad Regem in Senatum introducti essent, petebant à rege; vt Cruciferis datà venià, si quid deliquissent, Prussia omnem redederet; atque ad bellum Turcis inferendum, recuperandamque Constantinopolim arma secum, & cum caeteris Christianis, Principibus coniungeret. Imperatori, & Germanis, quae esse res Prussicas, & earum causam maximè eos alia Comitibus Francofordiam ad Maenum, ad 3. Calend. Octobr. indixisse. Rex, quò diutius Germanos contra se bellum molientes, suspensos teneret, nihil aliud responsi Legatis dedit, quam suos se Legatos ad illa ipsa Francofordiensi Comitibus de rebus iis missurum esse, Petebant deinde Legati, vt si Magistrum Cruciferorum adire liceret, atque vt rex Marienburgi, Stumae, & Brodniciae obsidionem solueret. Sed neutrum impetrarunt. Stumenfes, paulò post fame coacti, deditonem fecerunt. Marienburgenses obsidionem sustinuerunt. Thesaurarius Ordinis, mercenario milite vndequaue collecto, in auxilium suis venit. Rex Calimirus, nonnulli maiores Polonos, paucos equidem secum in subsidium ex suis sumpsit. Apud Chroniciam pugna cum hostibus conferta primum vincens, deinde victi Poloni audaciores, truculentiorque Crucigeros experiri sunt. Eius cladis culpam, opinione hominum, Ducum imperitià, qui neque idoneum praedio locum capissent, neque leuiorem equitatum ad turbandos, & perrumpendos hostium ordines praemississent, neque quicquam omnino prauidissent, sustinuit. Sed fortasse scribis, & euilatis Sacerdotum, Monachorum, & religiosorum, viduarum, pupillarum, & agrestium, quorum facultatibus maiores Poloni ad id bellum proficiscentes, cru-

deles, & sacrilegas manus iniecerant, id supplicium expensum est. Sunt, qui regis facinoribus eam cladem acceptam referant; atque id postea Sendiuoio cuiquam Theologo, Canonico Gnesnensi, homini pio, & religioso, diuinitus reuelatum esse, eumque ad regem venisse, & assurgere, stareque iusto, dum Dei mandata audit, semotis arbitris magna Dei beneficia, & ipsius ingratitudinem, peccataque exprobrasse: & ni mutaret, grauiora comminatum esse. Ab hac victoria Cruciferi gloriosi, vniuersam Germaniam eius famam immensum extollendam impleuerunt: Prussos vero dimissis quoque versùs nuntiis, venià, & impunitate propostà, vt ad se rursùs à rege desicerent, sollicitabant. Sed furdis haec auribus canebant. Nam praeter Sambiensem Episcopum, quisquam inuentus est, qui fidem illis haberet: atque is porro perbenigne, scilicet ab eis acceptus est. Marienburgum enim venientem, cunctis facultatibus priuatis pariter, & Ecclesiasticis, quas secum apportarat, Magister exiuit: deinde vero, & ex imaginibus, aliaque suppellectili facta, aurea, & argentea vndique comportata, & conflatà, exigua quamdam partem emeriti stipendii militibus cum iurgio, ac tumultu efflagrantibus, soluit. Irritatus, non fractus, eà clade Calimirus, non impune tuc Cruciferos, reliquit; nisi ad subitas Tartarorum excursionis reprimendas, qui id temporis Russos, & Podolios inuaserant, opus milite habuisset. Cruciferis, quasi iam debellasset, nimia latitit exultantibus, Marchallus eorum vir prudens, tristior vereri se, dixit, ne plus illa victoria victoribus, quam victis mali afferret. Ladislaus posthac Legationem aliam ad regem misit, petens, vt ad diem Nonarum Decembrium, Vratislauiam veniret, & archiepiscopus fecus iniret; deinde controuersiam quandam permagnam de finibus inter ipsum, & Marchiones Misnenses, ex compromisso dirimeret; postremò vt ipse quoque omisso bello cum Cruciferis, compromissum faceret, omnemque causam illi arbitrandam permetteret. Excusauit Calimirus, se ab incepto bello abesse non posse; missurum tamen se primores de Senatu, Misii Archiepiscopus Gnesnensis, Castellanus Iublenensis, & Ioannes Brezcius, Archidiaconus Gnesnensis: tamen controuersiam illam cum Marchionibus non diremunt: negantibus iis, se in alium quempiam, quam in ipsum regem Polonorum compromissum fecisse. De bellis quoque, Cruciferis quidem finiendis, Turcico autem iuuando, suscipiendoque nihil ferè decretum: Nicolao Pontifice, ad dissensionem horum Principum Christianorum tollendam, frustra conitante, Cromerus lib. 22. & 23.

XIII. Dux Burgundiae pecuniam pro bello exigit.

Philippus Dux Burgundiae, contra Turcas moturus, conuocatis Artium Ordinibus, centum viginti coronatorum aureorum millia, in illud bellum, stupentibus cunctis poposcit. Verum nò amplius 17. (Meyerus 42) millia Francicorum monetarum regiae promiserunt, adiecta conditione, vt nihil penderent, nisi in Turcas proficisceretur. His Philippus; nihil aliàs se velle respondit; eademque lege, per omnes ditiones alias, & ciuitates, grandem pecuniam obtinuit. Caepa tunc sunt fieri miracula ad Sanctam Mariam in Ceraso, in Parochia Elaræ, iuxta Aldenardam. Ferreolus Loricus in Chron. Belgicor. Meyerus Annal. lib. decimo sexto.

Turcico praeterea bello iuuando, operante Nicolao Pontifice, & Alfonso Aragonum Rege, de Hispania pace denuò agi captum est abs Regina Aragoniae, penes quam viro, & Vasconum rege deferentibus, decernendi potestas erat. Scriptae sunt ab ea conditiones, quibus Principum consensu firmandis, in annum proximum induciae prorogatae. Tentatum est praeterea, eadem de causa, si bellum Vasconum, quod patrem inter, ac filium gliscerat, pace mutaretur. Minor spes erat, prouentus nullus, quoniam maioribus odiis gerchatur, quippe inter filium & patrem, quò maior necessitudo, eò similtas grauior. Priorem pacem propè confectam,

XIV. De pace agitur in Hispania opera Nicolai PP.

Henri-

B. Sendiuoio Caenonicus Gnesnem quam liber in Regem Polonia.

Henrici Regis Castellae obitus moratus est. Ingrauescente valetudine, cum sacris omnibus procuratus esset Vallisoleti decepsit ad 13. Kalend. August. Corpus in Burgensi Caenobio, quod à patre extructum, Carthusianis ipse monachis dederat, vt tumularetur, testamento cauit. Extemporale sepulchrum apud Dominicanos in Diui Pauli Vallisoleti paratum funus magnifice factum; iusta exequiarum per oppida, & vrbes persoluta; ipsa etiam vrbe Neapoli, mense proximo ab Alfonso Aragonum Rege: vbi inter atratam cohortem vnus Venetus Legatus in ostro pompae funerali praesens, insolenti spectaculo, lacrymas omnium, in risum mutauit. Alfonso Infanti nuper nato, cum Sancti Iacobi militia testamento à patre commendata esset, Nicolaus Pontifex miseratione pupilli motus, ista in parte Tabulas confirmavit, tutoreque probauit, Conchensem Episcopum, priorem Guadalupeum, Padilliam Cubicularium. Eum ne Regni successorem nuncuparet, imbecilla aetas tenuit, & magnum motum metus. Castellae res, in Henricum filium, vt erat necesse, trās-latae sunt. Is in contentu Procerum, quorum pars aderat, alii ad rei famam confluerat, quarto post die infusis, & caeteris Regni insignibus in Basilica principe, à viris sacratis exornatus est. Mariana lib. 22. c. 14. 15. Alphonfus à cartagena in iohanne. Surita lib. 16.

XV. Miracula sunt ab imagine Beatae virginis.

His temporibus, in diaceli Treuirensi, in loco, qui clausa Eberhardi dicitur, ad imaginem Beatae virginis ingentia miracula patrari ceperunt. Aliquis pauper colonus de villa in littore Mosellae constituta, quae Pizbort nuncupatur, paruum ibi tugurium fecerat, ac in eo imaginem Beatae Mariae semper virginis, filium in sinu horà vespertina tenentis collocauerat. Ad eam cum fierent plurima miracula, quam plurimi populi ex longinquis etiam regionibus ex eo tempore confluebant. Ex eorū elemosinis caenobium Canonicis Regularibus extructum, Jacobus Archiepiscopus Treurenensis confirmavit, & nouam ibidem Ecclesiam solemniter consecrauit, Tribem in Chron. Sponheimen.

XVI. Friderici Archiepiscopi Magdeburg. Vita, & mores.

Superius mentionem fecimus, Friderici Archiepiscopi Magdeburgensis Praeclarum est, quod de eo memorat Crantzius. Magdeburgensi Ecclesiae post Guntherum prouenit Pontifex optimus, Dominus Fridericus, natus de Comitibus à Bichlinge, antiquo Saxonum stemmate. Praefuit Ecclesiae summo, sed fructuoso labore per annos 20. Erat ad speciem, cum in Curia sui praedecessoris ageret, vir feculo, vt apparuit deditus; venari, aucupari, volare in iumentis, eius cura: capillis longis, veste breui, ad omnem seculi vanitatem videbatur compositus. Erant in extremis Archiepiscopi Guntheri, ad lectum eius viri, alloquio eius fructuri, vt semper, familiarissimi. Oritur ipso inchoante sermo de termino, qui adelfet, calamitosa huius vitae. Quis inquit, post te hanc Ecclesiam excipiet quis tuebitur? Tum ille, si me consulitis, ostendam vobis, Ecclesiam, ac isto Pontificatu dignum successorem, Fridericum de Bichlinge, non hoc intus, quod foris praefertem. Ego noui optimum cor viri ad Dei timorem, eiusque religionem. Nolite, quod foris apparet, intueri. Illustrem virum habetis, animo & corpore integrum. Abiit Guntherus viam vniuersae carnis, qui audire sententiam morituri, non contempserunt; Fridericus eligitur; subito in alium virum commutatur. Literis quidem non vsque adeò ad necessitatem erat imbutus: adhibuit magistros, sed magis animum, breuique profecit in eum modum, vt multis doctior haberetur. Officium diuinum ipse executus, deuotissimum se ad omnia praeferebat. Maior illi cura in reformandis moribus, quam aedibus, in quam rem, nullum recusauit laborem. Aggressus est ductu bonorum, & zelo Dei viuentium virorum, à Religiosis vtriusque sextus inchoare, vt ad seculares deinde perueniret. Dici non potest, quantus inde labor, quanta surrexit aduersitas, Armis tueri, se multis locis contendente. Adebat, vbi maior apparuit contradictio; nam

ibi rem bene processuram fidebat & dicebat: ibi abundantiam gratiam, vbi exuberabat pertinacia. Nec cessauit, donec effractus superbia ceruicibus, ad iuga militatis & religionis perduceret repugnantes. Interea sibi rigidus, nihil indulgebat: in victu parcus, ieiuniis assiduus, vestitu ad carnem cilicino, quam rem externa velabat honestas. Id egit, vt Cardinal. de Later. Legatus, Dominus Nicolaus de Cusa testaretur, vnum se per Germaniam reperisse Pontificem. Vestigia sanctitatis & optimae aetate vitae plurima repererunt eo moriente; ita vt sui desiderium diu relinqueret in Ecclesia. lib. 11. c. 38. Metropoli. Saxoni.

Pluribus etià egimus, de Alphòso Aragonum Rege, Nic. Pontifici ad sacrum bellum cooperante. Is quanto eius desiderio teneretur, vel ex adiuncta, quae Cardinalibus S.R. Ecclesiae, scripsit epistolà, euidentis est. Digna est, quae ad laudem eius Regis legatur. Ita habet:

Reuerendissimi in Christo Patres & Domini, amici nobis singulares.

Post memoriam nostram, nihil profectò accidisse recordamur, quod nos ad eò commouerit, aut tantam indignationem, animo iniecerit, quantum Constantinopolitana vrbs casus, & Graecorum miseranda, atque in audiam calamitas, neque vero oia id solum indignamur, quòd Graeciam, quae magna pars est Christianae gentis, amissam libertate oppressam ac in manus, & seruitutem infidelium per Christianorum negligentiam redactam, & à Christiano corpore distractam, atque discessam videmus (quamquam est id grauissimum, quòd & omnium mentes, atque animos magnopere commouere, & atque excitare in uisionem debet) sed etiam quia turpissimam, & indignissimam notam nomini Christiano ob eam rem iniustam cognoscimus, & quae vix vnquam vili consilio, periculis aut laboribus aboleri posse videatur. Quid enim tam indecens, tam turpe, tam pudendum Christianis, quàm pati Christianos à barbaris opprimi, & acerbissimo seruitutis iugo subici. Eidemque nostram labefactari, atque funditus eueri? pro qua tuenda, atque conseruanda dubitare debet nemo, qui Christianus se sit, mortem impigre oppetere. Sed haec communis culpa sit. Dum enim alii alios intuemur ante Constantinopolis calamitatem, si quis in eius defensionem arma capiat, & obistere iniuria conetur, illa interim ciuitas capta est: & cum illa, omni Graecia cecidit, Capite enim confracto, & caetera membra quassata sunt. Cum autem quotidie in ell gamus ex multorum sermionibus ac literis, ipsum Turcorum Principem in eam insolentiam, ac furorē prouectum esse, ob res secundas, quae solent animos extollere, atque inflammare, eumque non contentum Graecia captiuitate, caeteris Christianis atque à Graecia claustris in Italiam velle irrumperere, imperium Orbis terrarum sibi promittentem, & Christianam fidem euertere molentem: infirmitus animo, & ilius furori pro viris, nostris obistere, conatusque eius nefarios, quantum in nobis fuerit, reprimere, atque infringere, sperantes in Christo Deo nostro aut hore, atque favore, pro cuius Fide defendenda, hanc expeditionem gloriosam suscipere sumus, vt & alii Principes, & populi Christiani vnà nobiscum ad salutem Sacrosanctae Romanae Ecclesiae exemplo nostro excitentur; ac fore, vt illum atrocissimum Fidei hostem, non solum vlciscamur, & intra Graeciae terminos cohibeamus, sed etiam recuperatam omni Graecia, ipsum è tota Europa à depellamus, ac ne in Asia quidem sua, quierum esse sinamus. Quae cum ita sint, R. P. Vestrarum orarum esse volumus, primum, vt vos ipsi, qui Christiana Fidei duces estis, ad eam tuendam, & conseruandam omnes vires, & studia vestra conseratis, nec eà ruere patiamini, cuius protectores acerrimi meriti esse debetis: vt alijs exemplo sitis, qui ad vos oculos referunt, quicquid agitis intuentur: cum ad vos primum qui estis religionis capite, acceptam iniuriam, & cladem hanc perterriti existimant. Deinde vt cunctos populos Principes ac Reges Christianos, per Legatos ac litteras, quoad fieri possit, exhortemini atque excitetis, vt & ipsi exemplo vestro, nostroque hoc, & necessarium, & maximè gloriosum bellum suscipiant, & pro eo gerendo, quas possint copias, classes, arma, & commeatu parent. Si enim pro Fide nostra tuenda, in qua est salus nostra reposita, non depugnemus, pro quo sustinebimus dimicare? si feramus iniuriam Christo Deo nostro factam, cuius ille imagines delectant sancto-

XVII. Alphonsi Regis pro sacro bello zelus, & ardor.



rum Apollonorum, ac Martyrū statuis eueyfis, reliquis S. Ancto- rū in luto prouolutis, sacra Virginitas inuesti, filiabus cō- plexu parentum, ad stuprum rapti parentib. ipsi crudelissimē necari si has, inquam feramus, cuius tandem iniurias vicisci- mur. Si religionem nostram per negligentiam ruere patimur, vt omittamus ignominias, vincula, cades, qua Christianis im- pendent, quidnam sperare amplius de animarum salute pos- sumus? Multis sanē maximis, ac summis Principibus, (vt Con- stantinum, & Iustinianum omittimus) domus nostra, qua barbarorum semper oppugnatrix fuit, cum aliarum nationum, ac gentium, maximē honorificum, ac gloriosum fuisse scimus, Christianum nomen auxisse, ac defendisse: quanto igitur nobis omnibus honestius, & gloriosius fuerit, illud à ruina, & mani- festo interitu vindicasse? Quod si nulli nobis adiutores fuerint, ad tantam iniuriam vindicandam, malumq. propulsandam, quod existimare non possumus, nos tamen propositum nostrum exequi contēdamus, sperantes in Christo Deo nostro, vt prospere successerit. In qua, & si mori contigerit, leto, & constanti animo moriemur. Datum in Castro nostro Neapolis, die 1. Apr. Anno 54. Ext. at inter epist. Syluij, num. 129.

XVIII. Triarchi clasie Pō- rificis puniti, & cur.

Triarchi eius clasie, quæ Nicolai Pontificis Maximi nomine apud Venetos extructa in Turcos est, quia Lau- retani Præfecti in iussu domum rediissent, carcere, & pecuniā multati sunt; qui secūdam illos dignitate præ- stabant futurario admoti, præcisique naribus in exi- lium acti. Sabellius Ennead. 10. lib. 5.

ANNO CHRISTI

1455.

NICOLAI PAPÆ V.

ANNO 9.

FRIDERICI ROMANORVM IMPER.

ANNO 16.

I. Conclusa de bello in Turcas mors Nicolai V. interrup- tit.

APUD Nouam Austriæ Ciuitatem, initio huius anni, Comitum Principum indixerat Fridericus Imperator, in quo ea, quæ in superioribus Ratisponēli, & Francofordiensi Conciliis de bello Turcico decreta fuerant, probarentur. In eodum omnia propemodum, presentibus Ioanne Papiensi Episcopo, Sedis Apostolice Legato, Iacobo Archiepiscopo Treueren. Alberto Brandeburgen. & Carolo Baden. Marchioni- bus, nonnullisq. aliis ex Germania Principibus, & Lega- tis, cōclusa sunt, & spes pulcherrima esset, æstate pro- xima ingentes copias in hostes eductum iri; ecce mors Nicolai V. Pontificis Max. renuciata est, quæ telam longo iam tempore ordiri captam, vno momento in- terrupit, vanasque cogitationes hominum ostendit, & inanes curas. Nam quæ futuri cognitio, quæ consilii ca- piendi certa ratio? Decidunt omnes humani conatus, quos dextera Dei nō adiuuat. Non placuit diuinæ piae- tati per id tempus extirpari Turcarum Imperium. Ad correctionem nostrarum iniquitatum diutius con- seruatur. Sederat Nicolaus in B. Petri solio annos octo, dies 19. non tam genere clarus, quàm doctrinā, & ani- mi dotibus excellens. Sarezana oppidum in Tuscia, nō procul à Macra fluuio situm, illi patria fuit, quamuis antequam originem ex Luca ducens. Patre medico na- tus, ipse in Theologica doctrinā, & omni fere scientia- rum genere præstantissimus, primū in Germaniā Lega- tus, inde Episcopus Bononiensis, paulō post S. R. E. Cardinalis, propter res feliciter gestas ab Eugenio cre- atus, eoque vitā functū, in illius locum, à Patribus pro- pter insignem virtutem susceptus, talem se Pontificem exhibuit, qualem in oratione post Eugenii exequias ad Cardinales habitū ipse optauit, aut prælagiuit. Francisc. Philelphus, libellum de vitā, & moribus huius sanctif- simi Patris, ac sapientissimi viri, pientissimi que Ponti- ficis, quem à Blasio Giglino, Abbate S. Ambrosii cui

commodatō illum miserat tam auidē repetit epistolā- rum 13. scripsit, eiusque vitam vnicā ad Calixtum III. datā epistolā paucis perstringens, hæc de illo reliquit: Nicolaus V. cum ad ceteras virtutes suas vitāq. sancti moni- tani à eruditione, tantā sapientiā, tantā eloquentiā polliat, vt omnibus beneficeret, omnes ad se accerferet, quos vllā vel in- genij, vel doctrinā præstantiā insignes esse audiret. Vnius eius optimi, sapientissimiq. Pōtificis, vel diligentia, vel munificentia, insinua penē Græca volumina, qua Latinis hominibus erant ig- nota, de rebus maximis, atq. clarissimis à Græcis Philosophis, Historicis, Oratoribus elegantē scripta, in Latinum traducta sermonem sunt. Idem factum est de libris Theologicis, atque Mathematicis: adeo, vt non multum iam inuidendum sit Gra- cis auctoribus. Ita multos apud Latinos legere liceat. Quod si diutius aliquando fuisset in viuis, cum reliquis rerum, aut op- timarum, aut admirabilium scriptoribus, tum Poetis ipsi, ma- ximeq. nobilissima illa duo Homeri carmina, quibus ille homi- num vitam in omnem partem instituit, arg. ornat, Latinita- tem induisset, qui post vrbis Constantinopolitana captiuita- tem, atque miseram illam, & infortunatam depopulationem, Nuncios suos, & negotiatores clam misit per vniuersam illā, & Europam, & Asiam, qua Turcis parer, ad conquirendos, e- mendosq. Græcos codices; nulli neg. labori parcens, neque im- pensa. Neg. id negotij frustra susceptum est. Nam innumera- bilia prop. volumina, ingenti etiam pretio aduecta sunt in It- aliam, vt optimo iure dici possit, non perijisse doctam Græciam, sed in Italiam, qua olim magna Græcia dicta est, vnius Nicolai Pontificis clementiā cōmigrasse. Et ne omnino solos Græcos au- ctiores, non verō etiam Latinos illum ambuisse putes, Nun- cios, & negotiatores misit quamplurimos per vniuersam Eu- ropam, cum grandi pecuniā, qui diligenter vbiq. odorarent, si quid Latine grauitatis & elegantia vsquam lateeret, idq. nul- lus pretij habentes rationem, omnino ad sese deuehendum cu- rarent. Ex his vnus Enochus Afulanus, in Daciam vsque pro- fectus est, imo in Hirlandiā vsque qua quam longissime vl- tra reliquas omnes insulas, de quibus extet memoria apud priores rerum scriptores, post a est in mari Oceano, & regione Germania, ad Septentrionem scilicet, nihil potius fuit Nico- laus, quàm consulere communi omnium bono, prospicere publica Christianorum omnium vtilitati, & gloria, eaque sequi atque complecti, qua Romano Pontificatui, & ornameto, & splen- dori futura essent. Non suos ille curabat, aut locupletare, aut magnos reddere, qui sciret iam sibi nullam esse sui profectam, intelligeret quo turpissimum duci in viro graui, & sapiente, mentem cum ore nō conuenire. Porō cū etiam non ignoraret, nihil absurdus esse, quàm eum agere quicquam imperiosus, & pro animi impotentia, qui se in omnibus litteris scribat, ser- uum seruorum Dei: in omnibus actiōibus suis, assidue Deum præseferēbat, suorumque omnium obitus commodorum, om- nia ad dignitatem, & amplitudinem Romani Pontificatus re- ferebat. Et ne vllam sapientiā partem neglexisse videretur in vitā, intelligeret que non solum duo esse viuendi genera, alterū contemplatiuum, alterum actiuum, ac rursum, actiuum alias esse bellicas, alias vrbanas; quicquid temporis ab intelligentia verum admirabilium, atque diuinarum supererat, id omne ita ad virtutes bellicas, pro reipublica Christiana necessitate tra- serebat, vt vrbanas nunquam à se reciperet. Iam ad Dei glo- riam, & Christiana religionis dignitatē, parabat magno co- natu, & viribus bellum aduersus Turcos; quos animaduerte- ret, quoti die magis magisq. inualecere, nec aliud animo va- lutare, quàm perniciem, & exitium nominis Christiani. Itaq. belli neruos, hoc est pecunias, & ab aliis comparabat, & sus- ipse nō parcebat. Intelligebat enim omnia oportere esse cōmu- nia pro Christo Iesu. Classē dandā adornabat ingentem, & validam, copias vndique accerferat: nihilque prætermittebat quod ad belligerandū, & ad conseruandā victoria rationem attineret. Neque tamen hac dum ageret, litterarū & huma- nitatis studia à quotidiana suā conuersione, aliena faciebat; qui sciret, eum se virum, qui diuinum in terris solum regeret, atque gubernaret. Eaque propter omnem in sese hominis ex- cellentiam representabat, vt non minus in omni vitā actiōne, quàm in vniuersa intelligentia studio reliquis mort alibus præ- staret, itaque viros doctos, & Eloquentes assidue apud se ha- bebat; neque vllum omnino negligebat, in quo preclarā inge-

Nic. PP. describitur.

II. Elogium Nicolai PP. V. ab AEn. Syl- uio de- scriptum.

ny vni aliquam intueretur. In omnes deinde eos homines mu- nificus erat: scilicet prudenter, & recte, cum nosset nihil esse ad excitantia ingenia, alenda, & que disciplinas accommodatus, ho- noratione, ac beneficentiā: Quo quidem consilio, atque benigni- tate effectus, vt non Latini modo, sed cetera etiam nationes, in omni orationis, ac doctrinā cultu excoleretur. Hæc & alia Phi- lelphus, qui Pontificem pernouerat. Aequalis Philelpho, Aeneas Syluius, Episcopus Se- nensis, qui Nicolai intimē cognoscebat itud ei de- functo, elogium inscripsit. Nicolaus Pontifex, Vrbem Ro- manam multis, ac maximis adificiis mirum in modum exornauit; cuius opera si compleri potuissent, nulli veterum Imperatorū magnificentiā cesserat viderentur: sed iacent aditus adificia in- terrupta, ruinaeque murorum ingentes. Scibimus, quod apud Sabaudienfes abduc in Ecclesia vigeat, expositus: Amadeū Pa- patu renunciantem, in gratiam recepit, eique Cardinalatus honorem, & in paterno Dominio, Legationem reliquit: Car- dinalibus aliquot ab Amadeo creatis dignitatem dimisit: Roma- nos longā pace ditauit. Iubileum feliciter gessit, nisi quod in ponte Sancti Angeli ex concussione populorum improvidē fa- ctā, ducentos circiter homines, aut conculcatos, aut in flumen eiectos, perijisse constat. Bernardinum Senensem Ordinis Mi- norum professorem, qui paulō ante obierat, in numerum San- ctorum retulit. Fridericum tertium Imperatorem, & Leono- rum Augustam maerimonio iunxit, ac de more inuentos coro- nauit; eorum familias abundē & multa cum laetitia pauit: Bis cardinales creauit; & primo quidem vnum tantum An- tonium natione Maioricensem, ad ritulum Sancti Chrysogoni, quem sibi Philosophia studus, & arcanorum sacra Theologia cognitione ex omnibus parē elegerat: Secundo, sex creauit, aut doctrinā percelebres, aut generis claritate insignes, inter quos, & germanum suum Philippum, placidis moribus, & in- corruptā fide virum, Sancta Susanna Cardinalem assumpsit. Libros ex tota Græcia perquisitos, ad se iussit afferri, & in Li- rianam conuerti linguam curauit, magnū præmij translatōri- bus collatis. Acceptissimū ei fuerunt in transferendis operibus, Georgius Trapezuntinus, Laurentius Valla, Petrus candidus December, Gregorius Castellanus, Demetrius item natione Græ- cus, qui solutā oratione vrentes, cum Pontifici aures misisse oblectarent, nihil ex eo, quod peteret, non abstulerunt. In Homeri verō poemate, quod heroico carmine Latinum fieri ma- gnopere cupiebat, cum plurimi morem ei gerere conarentur, vnus tantum inuentus est, qui acri eius iudicio satisfeceret. Ho- ratiū Romanus, qui scribatum Apostolicum eā de re consecu- tur, magnūq. pollicitationibus illectus, illudem aggressus, non- nullus ex ea libros fecit Latinos, dignos, quos nostra mirare- tur, prisca non implorasset etas. Nicolaus quoq. Perotus, Poly- bio de Græcis commode, atq. ornate ad nos traducto; Ioannes Tortellus Aretinus libro de Orthographia peritissimē conscri- pt; Albertus Florentinus conditis de Architectura egregijs vo- lumibus, aliq. penē innumerabiles noua cudentes opera, eius Pontificis gratiam meruere. Aded enim ingenia excitauit, fouitq. Nicolaus, vt vix autum inueniri possit, quo magis, hu- manitatis, & eloquentia, ceterarumq. bonarum artium stu- dia, quàm suo tempore floruerint. Illud certē nemo negauerit, tot ei à doctissimis viris inscripta esse volumina, quot neg. stu- rium prædecessorum, neg. Imperatorum cuiuspiam nomini di- ctata competimus. Vnum tamen de doctis ab eo neglectum mira- mur, Blondum Flauium Tolouiansem, qui res à declinatione Imperij, vsque ad atem nostram toto orbe paratas mirabili ordine intras digestis decadas, Romam describendo illustra- uit. Italiam illustrauit, deinde triumphantem Vrbem scribere adorsus, omnem nobis vetustatem aperuit. Sed ita fuerunt ho- minum mores; per arde quemquam extollit Pontifex, quem præcessor amauit. Ceterum Nicolaus & veteribus, & nouis codicibus ornatissimam Bibliothecam Vaticanam instruxit, in qua circiter tria millia librorum volumina condidit. Sacra- rium Apostolicum vasis aureis, atque argenteis, Sacerdotali- bus indumentis mirifice decorauit. Altaris ornamenta, aulea quoque ex auro contexta, mirandi operis coemit. Suppellecti- lem toto Palatio necessariam, magnificentissimē comparat an- duplicatam, triplicatamque. Legationibus, quas publicè audiuit, ita respondit, vt dubium esset, sapientiam eius, aut eloquentiam magis admira. Si quos esse in vrbe peregrinos, existimatio-

In Biblio- theca V- ticanam 3000. volumina condidit.

dignos accepit, confestim eos missis xenis honorauit. Nobles domo sua extorres, qui ad se venerant, benignē confouit. Pau- peribus Christi largas elemosinas dedit. Religiosis mendicanti- bus nihil ad necessitatem deesse sustinuit. In Ecclesiis vrbis plurima dona contulit. In patrimonio Beati Petri plurimas, ac munificentissimas arces, opportunis locis erexit. Seditionem contra se à Porcario Romano meditaram, prudenter auertit. Pacem Italia conciliauit. In Turcam auxilia misit, classemque ingen- tem parauit. Principes Italia contra Turcos fadere deuinxit. In bellum Turcicum 120000. aureorum reliquit, Cumque do- loribus arbitricis per omnem fermē Pontificatum vehementer laborans, in dies magis, ac magis opprimeretur, nec iam am- plius mortalem, pollurumque comitatum candidior anima di- gnaretur, e vitā decessit. hæc Syluius de Nicolao lib. de re- bus Europais c. 54.

Platina, & post eum Alphonsus Ciacconus Domi- nicani instituti professor, ista de Nicolao Pōtifice, quæ adiungo. Porcariā conituratione oppressā, Nicolaus, qui hætenus Romanos omni genere officij, & libera- litatis inuenerat, quique liberius, quàm vllus antea Pō- tificex incedere per vrbe consueuerat, sibi ipsi deinceps cauens, morosior cum in omnes, tum verō maximē in Romanos factus, accedentes alloquendi causā, nō ita fa- cilē deinceps admittebat. Accessit & podagra, quā tum maximē laborabat. Sed nihil fuit, quod æquē hominē cruciauerit, quàm Constantinopolis, atque Peræ amif- sio. Post eam calamitatem, nullus vidit ridentem Ni- colauum, neque diem amplius prosperā valetudine fu- isse. Accessit & istud. Comes Auerfus iniussu suo, Nur- sinos bello vexauerat, à Spoletinis mercede cōductus, qui de finibus certabant. Ad hunc comprehendendum, Angelum cognomento Roncomem, cum militibus Ecclesiasticis miserat. Per quem quod steterat, quo mi- nūs redeuntem Auerfum milites caperent, hominem ad se vocatum, in Basilica Hadriani, tertiā horā noctis, capi- talem supplicio affici imperauit. Hinc penitentia, & do- lor animi grauis illum oppressit, quod adeo accuratē Præfectus arcis egisset, quod ille irā percitus mandauit. Angebat & illud; quod in tractatione pacis, & Ge- nuensēs exclusi fuissent, & ansa quædam ad bellum, quo Alphonsus Rex postea Sigismundum Malatestam persequutus est, relicta esset. Vnde tam animi, quàm cor- poris doloribus excruciat, Pontificatus sui anno o- ctauo, die xix. Nono Kalend. Aprilis, horā inter quin- tam, & sextam noctis sequentis, anno M. CCCC. LV. obiit: sepeliturq. in Basilica S. Petri Vaticana honori- ficentissimā funerali pompā. Eius sepulchro hoc epita- phium insculptum est.

Hic sita sunt Quinque Nicolai Antistitiū ossa, Aurea qui aderat secula Roma tibi. Consilio illustris, virtute illustrior omni Excoluit doctos, doctior ipse, viros Abstulit errores, quo schisma infecerat Orbem, Restituit mores, moenia, templa, domos. Tum Bernardino statuit sua sacra Senensī Sancta lobilis tempora dum celebrat, Cincti honore caput Friderici, ac coniugis auro. Res litalas icō federe composuit. Astica Romana, complura volumina lingua Prodidiit in tumulo funditis hura sacra.

Laudabatur eius liberalitas, quā in omnes vsus est: maximē erga litteratos, quos & pecuniā & officiis Cu- rialibus, & beneficijs mirifice iuuat. Eos enim præmis, nunc ad lectiones publicas, nunc ad componendum de integro aliquid, nunc ad vertendos Græcos auctores ita perpulit, vt litteræ Græcæ, & Latinæ, quæ sexcentis iam antea annis in situ & tenebris iacuerant, tum de- mum splendorem aliquem adeptæ sint. Misit & litte- ratos viros per omnem Europam, vt libri conquire- rentur, qui maiorum negligentia, & barbarorum rapi- nisiam perierant. Poggius, Quintilianum inuenit; Enoch Afulanus, Marcum Cælum Apicium, & Pom- ponium Porphyriōnem. Laurentius Valla vertit He- rodotum, & Thucidinem; Perotus, Polybium: Candi-

Multa quæcortā nulla pro bello in Turcas relinquit. III.

Post cla- dem cō- stantino- pol. nun- quam ri- sit, sed neque valuit.

IV. Nicolai V. gesta recensentur.

136 dus, Appianum Alexandrinum; Poggius, Diodorum Siculum; Theodorus Gaza libros Aristotelis de animalibus, & Theophrastum de plantis, Guarinus Veronensis, Geographiam Strabonis Cappadociae. Etis demum diligentiam, & sumptibus multi alii libri comparuerunt: cum adhuc ars impressoria incognita in Italia foret, multos excubari, ne perirent exemplaria, curauit. Libros Sacros suo iussu descriptos, auro, & argento redimituit. Bibliothecam Pontificiam sua sedulitate, & magnificentia auxit: Aedificauit magnifice & splendide, tum in Vrbe, tum in Vaticano. In Vrbe aedes Pontificias S. Mariae ad Praesepe restituit, & templum S. Stephani in Caesio monte, Templum S. Theodori, inter Capitolinum, & Palatinum montes, a fundamentis erexit. Pantheon, plumbo texit. Pontificias in Vaticano aedes, in formam redegit. Muros Vaticanos praeruptos, & latos inchoauit, iactis fundamentis ad turres, & maiorem molem superaedificandam, quibus hostes arcerentur, ne Pontificias aedes & S. Petri templum, quod antea faciebant, amplius diriperent. Ad caput Basilicae Principis Apostolorum, amplissimam testitudinem, quam vulgo Tribunaliam vocant, quo templum ipsum augultius, & hominum magis capax esset extruxit. Pontem Miluium restituit. Aedes Victorianas aedificauit. Aedificantes in Vrbe pecuniis iuuat, vias, & vicus vrbicos lapidibus strauit. In nobiles ad extremam inopiam redactos, plurimas elemosynas contribuit. Virgines inopes, data pecunia in matrimonium collocauit. Legatos aliunde venientes, munificens, & liberaliter semper habuit. Ad iram aliquantum pronus, facilius ad benevolentiam fuit. Avaritiam adeo expers fuit, vt neque officium vllum vniquam vendiderit, neque beneficium propter munera, aut pecunias vlli collocauerit. Gratus erga de se, & Ecclesiam Dei merentes, amator iustitiae, pacis auctor, & conseruator, clemens in delinquentes caeremoniarum diligentissimus custos, nihil, quod ad diuinum cultum pertinere, omittens. Extant adhuc vasa aurea, & argentea, Cruces gemmis ornatae, Sacerdotales vestes auro, & margaritis insignitae, peripetagnatae, & aulea auro, & argento intertexta, ac mitra Pontificia, quae hominis magnificentiam, & magnificentiam ostendunt. Religiosos ita amauit, vt eos & beneficentiam iuauerit, & ad Ecclesiasticas dignitates eueheret. Militares copias, quas ad frenandam insolentium audaciam necessarium alebat, persolutis mensuris stipendiis in officio continebat. Bernardinum Senensem quod praedicando, docendo, monendo, castigando, factiones Italiae Guelphae, & Gibellinam magna ex parte extinxisset, Christianis omnibus bene beateque viuendi viam ostendisset, & multis, etiam post mortem miraculis claruisset, numero Sanctorum adscriptis. Patriam suam, Episcopali sede auxit. Treueri, Academiam, seu gymnasium in Sacra Theologia, iure canonico, & ciuili, & alia qualibet honesta facultate instituit, istudque Colonienfi Studio generaliter, a Sede Apostolica dudum instituto per omnia exequauit, ac bonis, & redditibus Ecclesiasticis ditauit. Pro insignibus gentilitiis est clauibus S. Petri. Latina & Graecum in Nicolao V.

V. pro nouo Pontifice eligendo Card. intram conclauem.

- Mortuo Nicolao Pontif. solennibusque ei funebribus peractis quidecim numero Cardinales conclauem ingressi sunt. Episcopi. 1 Georgius Fliscus de Saugnano, Ligur Genuensis, Episcopus Cardin. Ostiensis & Veliternus, Collegii Decanus. 2 Ildorus Thessalonicensis, Graecus, Monachus S. Basilii, Archiepiscopus Ruthenorum, Episcopus Card. Sabini. 3 Bessarion Trapezuntius, Graecus, Monachus S. Basilii, Patriarcha Constantinopolitanus, Episcopus Card. Tusculanus. presbyteri. 4 Fr. Ioannes de Turrecremata, Ord. Praedicatorum, M. in Theologia, Hispanus, presb. Card. et S. Sixti.

- 5 Ludouicus Scarampus de Media Rotâ, Patauinus, presb. Card. S. Laurentii in Damaso. 6 Dominicus Capranica Romanus, Episcopus Firmianus presb. Card. et S. Crucis in Hierusalem. S. R. E. maior Penitentiaris. 7 Alfonso Borgia, Episcopus Valentinus, Hispanus, presb. Card. et SS. Quatuor Coronatorum. 8 Antonius Cerdanus, Maioricensis, Hispanus, Episcopus Illerden. presb. Card. et S. Chrysoconi. 9 Latinus Vrsinus, Domicellus Romanus, Archiepiscopus Tranen. presb. Card. SS. Ioannis & Pauli et Pammachii. 10 Alanus Catinus, Brito, Gallus, Archiepiscopus Auenionensis, presb. Card. et S. Praxedis. 11 Philippus Calandrinus Sergianensis, Episcopus Bononiensis, presb. Card. et S. Laurentii in Lucina. 12 Guilhelmus Hugonis de Stagno Gallus, Virdu-nensis. Archiepiscopus Metensis, presb. Card. et S. Sabinae. 13 Petrus Barbus Venetus, Episcopus Vicentinus, presb. Card. et S. Marci.

Diaconi. 14 Prosper Columna Domicellus Romanus, Diaconus Card. S. Georgii in Velabro, prior Diaconorum. 15 Ioannes Caruagial, Hispanus, electus Placentinus, Diac. Card. S. Angeli.

Hi peracto funere, de successore solliciti, variis consultationibus inprimis agitati sunt, eratque admodum difficile, duas collegit partes in vnum conuenire: scrutinioque semel, atque iterum in casum peracto, collocuti inter se aliqui extra locum scrutini, Bessarionem Cardinalem Nicenum eligere decreuerant; quod is omnium aptior ad Rempublicam gubernandam vide-retur, conueniebatque in eum numerus sufficiens; nec dubium videbatur, quin sequenti scrutinio Pontifex a duabus partibus eligeretur; iamque ad eum supplicatio-nes deferrebantur. Istud vbi ad alios alterius partis de-latum est, Alanus Cardinalis Auenionensis, nunc istum, nunc illum circumiens; Ergo inquit, Ecclesia Latina, Graecum Pontificem dabimus? & in capite libri neophitum col-locabimus. Nondum barbam rasit Bessarion, & nostrum caput erit? quid scimus an vera sit eius conuersio? Hec & nudius tertius Romanae fidei Ecclesia impugnavit; & quonia hodie conuersus est, Magister noster erit, & christiani ductor exerci-tus? Tanta ne pauperi Ecclesia Latina, vt vni non reperiat sum-mo Apostolatu dignum, nisi ad Graecos recurrat. Sed agite, Patres, quod liber ego, & qui mihi credent, in Graecum vsu-slem nunquam consentiemus. Mouerunt ea verba nonnullos, adeo, vt duae partes Collegii nullo pacto ad Bessa-riorem accederent. Qui cum nocte vna pontifex con-stituti omnium opinione habitus esset, adueniente luce, Cardinalem sese reperit, aliquanto minoris famae, quam antea fuerat: vt his accidere solet, qui magna spe ceciderunt. Cum ventum est denud ad scrutiniu, & via quae per accessu vocatur tentata; in eum duae partes cõsensere, de quo minor erat expectatio populi. Is fuit Alfonso Borgia, Cardinalis SS. quatuor Coronatorum, natione Hispanus, ex oppido insigni, & antiquo Setabes-si, Xatina, vulgo vocato, in agro & dioecesi Valentina-sito, patre Ioanne, matre Franciscâ, generosis paribus anno 1378. vlt. die Decemb. natus, paratumque curâ opti-mè in bonis moribus, & virtutibus educatus. Annum enim xv. agens, in Illerdeni Gymnasio, diuinis huma-nisq; litteris adeo accuratè vacauit, vt breui V. I. D. fa-ctus, easq; facultates publicè professus fuerit. Eius do-ctrinae opinione adductus Benedictus XIII. eum Cano-nicū Illerdensem vltro creauerat. Paulo post, Alf. Rex Aragonū, & vtriusq; Siciliae, a secretis sibi hominè adiu-xerat, eiusq; studio precipue, Clemente VIII. adulteri-um Pontif. qui Benedicto XIII. in schismate successus fuerat, ad abdicandum Pontificatu, schismasq; tollendum vsus fuerat. Cum n. mortuo Benedicto XIII. duo eiusq; de Anticard. A. Egidiu quondâ Canonico Barchino-nensem, in locum demortui Benedicti, Penicbolae anti-

VI. Pontifex post va-ras con-sultatio-nes eli-gunt.

Ni colao v. suffi-citur Ca-lixtus III.

Pontificem creassent, quem Clementem VIII. appel-labant, Alfonso Rex, qui cum Martino V. Pontifice iam in gratiam redierat, eo Alfonso Borgiam misit, atq; is non sine magno suo, suorumq; comitum discrimine (locus ille Penicollae custodiebatur tyrannice) eo pe-netras, ad rationibus, & auctoritate ipsum A. Egidiu ad sanitatem reduxit, vt postea superueniente Petro Fu-ro Martini V. Legato Cardinale, Pontificio nomine sese abdicauerit, inq; potestatem Pontificiam deuenerit. Hanc ob rem Martinus Pontif. & A. Egidiu Maioricēsi, & Alfonso Borgiam Valentinae Ecclesiae praefecit. Orto deinde bello inter Alfonso Aragoniae, & Ioan. Cas-tellae Reges, solus Alfonso Borgia delectus est, qui ad pacem Reges adhortaretur, quâ septenio, post inchoa-tum bellum tantâ cum diligentia composuit, contractâ etiam inter eos affinitate, vt hodie quoq; aliquot illius foederis pacta feruentur. Alfonso Rex deinde hominè ad Eugenium misit, qui tum Florētia erat, quo cum de pace ageret. Vitellescus enim Eugenij Pontif. nomine, Regnum Neapolitanum cum armato milite ingressus, loq; ac late omnia tunc populabatur, prohibetur, quo minus Rex Neapol., quam tunc oppugnabat, potiretur. Cum autem res in longum protraheretur, Eugenioq; in-mente venisset, viginti Card. creare, Alfonso quoq; Valentini Episc. in horum numerum retulerat. Eam dignitatem Borgia constantissimè renuit, quod diceret, id sibi nequaquam integrum esse, re propter quam vene-rat, infectâ. Redeunte deinde Romam Eugenio, cum Patriarcha Aquilegenfis, Terracina ad Regē missus, pacem inter Pontif. & Regem composuisset, foederatq; vterq; inter se iussit, quibus Borgia Valentini Episc. semper interfuit, auctoritatemq; suam interposuit, ad eum Pontificem sibi deuinxit, vt eum paulo post Cardi-nalem tituli SS. Quatuor Coronatorum creauerit, Ro-mamq; vocauerit. Cardinalis factus, nō minore mode-stitiâ, quam antea in Episcopatu vixit, ab omni pōpâ, & gloria alienus; in dicenda publicè sententiâ ita grauis, vt nihil vniquam ad gratiam locutus sit. Hic itaq; scientiâ iuris eminentissimus, & multarum rerum experientiâ praeditus, verum senio grauis, ac propemodū decrepi-tus, qui septuagesimum annum transcederat, Pontifex renunciatus fuit, qui etiam aliquot annos, & vacante nunc Sede Apostolica suam assumptionem ferè omnib. praedixisset, seq; proculdubio futurum Pontificem Max. affirmasset, nullius tamen opinionem prius ad se traxe-rat, & delirare potius more senum existimabatur: nisi dum vaticinū, quod a B. Vincentio Valentino, Domi-nicano, se habuisse narrabat, verum esse, euetus docuisset. Mirum est; illum ipsum ante aliquot annos, quâ Pontificatum inuissit, sibi nomen indidisse, votumq; belli contra Turcos, quod postea Pontifex factus inno-uauit, quasi tunc Pontifex esset, conceptâ formulâ scri-pisisset, inque quodam libro reliquisse, istis verbis: Ego Calixtus Pontifex, Deo Omnipotente voueo, & sancte indui-turae Trinitati, me bello, maledictis, interdictis, execrationibus, & demum quibuscunq; rebus potero, Turcos christiani nomi-nis hostes fauissimos persecuturum.

Ex vati-cinio S. Vincentij Ord. Prae-dic.

CALIXTI PAPAE III. Anno I.

VII. Itaque cum illum Pontificem renunciasent, tunc de-mum omnes admirati sunt, & quod dignitate futurae praenunciasset, & ante adeptâ, nomen sibi Pontificatus delegisset, & quod senex decrepitu, tantum animi ad in-ferendum Turcis bellum habuisset, & haberet. Namq; nō minus, factus iam Pontifex, quâ antè habuit: ac in primo Cardinalium consensu, post solenne iururandum, istud votum concepit: Ego Calixtus Papa III. promitto, & voueo SS. Trinitati, Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, Dei ge-nitrici semper Virg. Mariae, SS. Apostolis Petro, & Paulo, totiq; curia caelesti, quod, etiam ad effusionem sanguinis proprij, si opus fuerit, dabo operam, & adhibebo omnē diligentiam, quan-tum potero, iuxta consilium venerabilium Fratrum meorum S. R. E. Card. pro recuperatione ciuitatis Constantinopolitanae,

Calixti III. votū.

na, quae heu peccatis hominum exigentibus, nostris temporibus occupata, & euersa est, per Iesu Christi crucifixi Saluatoris nostri inimicum, filium Diaboli Mahometum, Turcarū Domi-num. Pro liberatione deinde captiuorum Christianorum, nec non ad exaltationem Fidei Orthodoxae, ad exterminationem Diabolicae sectae, reprobi, perfidij, Mahometi, in partibus Oriē-talibus, vbi maximè lumen Fidei occubuit. Quod si obtutus fue-rit etiam tui Hierusalem, obliuioni detur dextera mea, & ad-heret lingua mea faucibus meis, si non meminerit tui, & si nō propofuero Hierusalem, in principio latitiae meae. Sic me Deus adiuuet, & hac sancta Euangelia.

Renunciatum Pontificem, Prosper Columna S. R. E. Archidiaconus, in gradibus antè fores Basilicae Principis, Apostolorum, Cardinalibus, Episcopis, Clero, Se-natu, ac populis ferè innumerabilibus adstantibus, Cal. Maij, die Dominico, ritu solenni impositâ tyarâ inligniu-it. Inter inaugurationis solennia, duo inausita accide-runt. Inprimis ipse Calixtus, semel ac iterum ex sincope defecit, ita vt mortuum esse existimarent. Duo deinde milites, quorū alter sub Comite Anguillarā Auerfō, alter sub Neapoleone Vrsino, diuersarum partiū duci-bus militabat, de adolescente armigero cõtendentes, ita se mutuis vulneribus confecti, vt vterq; statim periret. Inde occasio dissensionum Vrbicarum; & hinc non modica rebus gerendis impedimenta, cū Neapoleo fa-ctione Vrsinâ ad arma conuocans, aedes, vbi Comes A-uerfius diuertere cõsueuerat, diripuit, & Lateranū pro-fecturus vix Auerfium nō interemit, nisi à Latino fa-ctione Vrsinâ ad arma conuocans, aedes, vbi Comes A-uerfius diuertere cõsueuerat, diripuit, & Lateranū pro-fecturus vix Auerfium nō interemit, nisi à Latino fa-ctio Columnensium pro Auerfō iteet, & in Vrsinos exarlit; adeo si Neapoleo pedē domo extulisset, magna vrbi calamitas accidisset. Pontifex inter hæc sollicitus Ioh. Baroncellum, & Læliū de Valle, Aduocatos Cõsi-storiales, qui pacē inter eos cõponerent, ire iussit, atque Pontificiâ auctoritate omnia sedauit: non tamē inue-teratam inter eos simulatē auferre potuit; quin magno suorum incommodo, sæpius bello inter se decertarent. Accesserat & istud ad interurbadam Ecclesiae quietē. Rustici aliqui Palumbaræ oppidi, quod in Sabina est, à Iacobo Sabello loci domino, extorres facti, domū red-euntes, duobus Iacobi filijs obruncatis, oppidū ipsū se Ecclesiae dedituros polliciti fuerant. Calixtus Pontif. nō modò accipere detrectauerat, verū etiâ eō Prosperū Card. Columnensem, qui eos in gratiâ Iacobi reduceret, destinaret. Neapoleo Vrsinus, veritus, nē Columna suo nomine Palumbam occuparet, eō cū militib. suis pro-fectus, locum ipsum aliquot dies obsedit. Hinc grauis cura Pontifici incesit, nē inter se Columnenses cū Vr-sinis concurrerēt, conatibusq; ipsius de Rep. Christianâ susceptis, impedimētum aliquod adferret. Itaq; Marth. Poianum, Francisc. Sabellū, ac plerosq; alios copiarum Ecclesiasticarū ductores, ad soluendam oblidionem, li-berandumque Prosperum Card. ablegauit: qui solutâ oblidione, Palumbaram ingressi, ad viginti rusticos, ex his potissimum, qui tumultum concitauerant laqueo enectos, membratim diuisere, in exemplum alij, nē tā grande facinus in suos dominos moliantur.

VIII. Pontificiâ tyarâ insignitur à Prospe-ro Card. Columna.

IX. Principes contra Turcas mouet.

Inter eorum multus, Regibus ac Principib. Christia-nis assumptionē suam ad Pontificatū renuncias, eos ad sacrâ militiam, quâ aduersus Turcas vouerat, inuitauit: deinde triremes sexdecim instruxit, eamq; classem cõ-tra hostes Fidei Ludouici Patriarchae Aquilegenfi cõ-misit, quae toto triennio vniuersam Asianâ hostiū oram multis cladibus afflixit, insulas quâdam de hostibus cepit, illisque magnas calamitates intulit, auxilio et Ge-nuefium, qui Perâ amissa, classem studio cõparauerant in communem tyrannum. Alfonso Rex Siciliae, id te-mporis Romam Legatos misit, Arnaldum Rogerium Pa-triarcham Alexandrinum, Episcopum Vrgellitanum, & Cancellarium Regni, Ioan. Vintimillium, Marchionē Hieracensem, Petrum Vrræ Archiep. Tarracon. Ho-noratum Cætanū, Comitē Fundanū, Archiepiscopum Salepolitano, Ioan. Raymundū Folchium, Archiep. Neapolitanum, Guilhelm. Raymundum Moncadam,



Alfonfus honorificè legatione destinatus ad Calixtum Papam.

Comitem Aterni, Iusticiarium Regni Siciliae, Georgium Bardaxinam, Episcopum Turalionensem; Ludouicum Despachium Magistru Militie Montefanæ; Carolu Lunã, Comitem Calatabeloti; Comitem Oliuanum, Episcopum Tricaricensem; Ioan. Solerium Canonicum Illerdensem, & Petr. Villarasium, Decanum Valentinu. His iniunxit, vt recens creati Pontificis pedes, nomine suo deoscularentur, obedientiam, & obsequium recepto Christianorum Regum more deferrent operamque suam omnem ac vires in hostem Christianitatis offerrent; simulque postulerent, in alium Sanctorum referri, Beatum Vincentium Valentinum, Dominicanum, quem Martinus V. Eugenius IV. & Nicol. V. antecessores eo honore dignari volentes, cognitionem vitæ, ac miraculorum illius diuersis Prælati iam pridem commiserant. Grata fuit Calixto tam numerosa, tamque ornata Legatio. Ergo collaudatâ Alfonso pietate, quam in Catholicam religionem, in que celsitus demonstrauerat, illum ad suscipiendam Crucem pro Christi nomine, misit ad eum Legato hortatus est: vt eius exemplo, ac monitis, Proceres Regnorum Siciliae, contra infestissimum hostem arma sumerent grauentur. Incitatus auctoritate Apostolicâ Alfonso, omnibus ditionum suarum cis, & ultra fretum Principibus, comitum indixit, in que eodem præfente Apostolico Legato, (non verò Romæ ad Cardd. vt Marinus Siculus insinuare videtur) orationem habuit, his ipsis verbis:

Oratio Alf. Regis ad Legatum Apostolicum.

Scio plerisque vestrum demirari, & aros venerabiles, & incliti Proceres, quod cum toties de expeditione in Teucros verba fecerimus, eamque miro consensu omnes capefendam censuerimus, cur illa hæcenus à me dilata, ac penè derelicta videatur. Quod equidè nolim: arbitremini, an negligentia meâ, aut pusillanimitate fortassis accidisse. Nã & bellu hoc nobis necessarium visum est, & vtriusq; tandem suscipiendū. Veru diu alios Europæ Principes respicio, ad quos huiusmodi belli curâ, vel auctoritate, vel potestate, aut reru peritâ magis pertinere videbatur, in hunc vsq; diè vè distulimus, certè ne infolentia aut arrogantia argui possemus. In presentia verò cum illorum neminè, ad hæc vè animu intenderè animaduerti, ac propterea hostiu animos indies magis crescere, atq; insolecere, statuo, si id quous, vobis visum fuerit, bellu in Christi Domini, ac Christianoru hostes vltèrius nò differre. Non quod ad tantâ belli molè per me ipse satis omninò esse confidat. Sed quod in Christo, cuius res maximè agitur, quâ plurimū sperè. Hic n. & vires nobis, & opes, & industria, & deniq; victoria suggeret. Nam si nunquã sperantes in seipsum dereliquit, cur nos, qui nū in nostra potentia qua nulla est, sed in eius brachio, & benignitate confidimus desinat, præsertim eius ipsius iniurias vicissitè. Bellu liquidè in eos suscepturi sumus, qui Christi Summi Dei singulare tēplum sedauerunt, Maria matris effugit sagittâ per ludibrium transierunt, S.S. Martyrum reliquias partim igni exusserunt, partim canibus rodendas abiecerunt: quo quidè in bello si vicerimus, Orbis terraru præmium erit: si vili fuerimus, cæli. Vt cuiusq; res cedat, magna nobis, & immortalis gloria paratur. Veru ego beneficia Omnipotentis Dei non nunquã necè reputans, tria illa, vel præcipuè cōmendare, ac præferre soleo. Primum, quod me non bellu, sed hominem, hoc est animal ratione præditum, fecerit: alteru, quod Christianum; tertium, quod tot, & autorumq; Regnoru Regè, & Dominum. Sileo præter hæc plura. Sed his tribus tantum Deo Opt. ac benignissimo me obligatum, & obnoxium sentio, quibus mihi, nisi mort alium ingratis sumus, esse, & haberi velim, haud amplius oscitandum, aut torpescendum sit, neq; expectandum, an quid aliq; molantur, aut parent, sed rumpenda potius mora, clasq; habere. Lazanda. Nam per immortalem Iesum, quid est, quod vere ar, quo minus bellum hoc honestissimum, ac piissimum amplectar? An ne corpusculum hoc? An regna, & reliqua bona? An deniq; animam ipsam amittam? Veru hæc omnia vti à Deo mihi concessa, ita ipsi Deo tandem restitenda sunt; vt planè profitear, quicquid huic bello destinandum sit, meum non esse, atq; ei cuius id est, iure, ac merito reddi debere. Bellu itaq; vobis proponitur, in quo nihil quod nostrum est perdere possumus, sed in quo etiam perdendo vincamus, perpetuamq; felicitatem adipiscamur. Sat mundo seruimus; sed voluptatibus concessimus, reliquum atati Deo dandum, & consecrandu est. Videriam olim de seculari Regno dimicantes, consecrati sumus, quid speramus fore, si de Christo, & pro Christo pugnamus omnium

pulcherrimâ suorumque peripueum iam Christianos, & Christianorum principes, tot populorum à Mahometanis debellatorum, tot Regum, procerumq; interemptorum, tot hominum in seruitutem abductorum, aut in Mahometanam perditissimam hæresim redactorum, virginum stupratarum, Dei veri, ac S.S. imaginum subuersarum, atq; huiusmodi propè innumerabiliu contumeliarum. Cogitemus, iam capti à Constantinopoli, hoc est clausis Europæ distractis, nisi hostium conatibus statim obsterimus, de nobis, deq; Christianâ religione proinus actum esse. Hic, atque alijs rationibus adducor, si vos item annueritis, bellum pro Fide Christianâ contra Teucrum, quod nobis, atque vniuersè Christianæ Reipub. fauissimè, felix, ac fortunatum sit confestim suscipere.

Dixit Alfonso, & vna cum Philippo Burgundionu Duce, Cruce signatus, sacram malitiam vterq; professus est: quanquã tunc ambo negotiū nò obiuere, incertum difficultate rei terri, an domesticis curis grauius impliciti. Calixtus tamè Pontif. non intermisit, quod potuit. Nam pontificiam decimam vniuerso Clero & personis Ecclesiasticis per totum Christianum Orbè impofuit: deinde præter classem ad id bellum missam, per omnes Christiani nominis terras, Legatos, Nuncios, diplomata, & Prædicatores, ad Principes, & populos in Turcas concitandos, adque elemofynas conquirendas destinauit. Magnâ ex parte id negotium Euangelicæ prædicationis hominibus iniunctum est, qui per Ciuitates, & castella discurrentes, prædicarent Crucè contra Turcas: qui exhortarentur populos ad contribuendas elemofynas, pro tâ pio, tâ sancto, tamq; necessario bello: in quod si quis piâ aliquid contulisset, particeps eius gratiæ spiritualis esset, quam Pontifex conferentibus largiebatur in subsidium Terræ Sanctæ. In Germania, & Vngariâ destinauit Io. Caruagialum, Diaconu S. Angeli Card. Legatum, qui terrestres coptas Crucisignatorum congregaret. In Gallia, Alanu Cætinum Card. Archiepiscopu Auenionensem pariter Legatū de Latere ire iussit, qui Carolu Regem, & Principes Galliaru armarer, necnò decimas ex beneficiis Ecclesiasticis pro sumptibus belli sacri colligeret: ac si quos discordiarum semina, inter Carolu, ac Regem Angliæ remansissent, extirparet, amboq; Reges ad concordia, & societate armoru contra eodè Turcos adduceret. S. Antonii. 3. part. tit. 22. c. 4. Marin. Sicul. de reb. Hisp. lib. 11. Surtia annal. lib. 16. c. 33. Gobellin. lib. 1. Syluius de statu Europæ. c. 54.

Præter hæc ad Vsum Cassanū Perfarū, & Armeniæ Principè, itè ad Regè Tartarorū, F. Ludouicu Bononiensem Ord. S. Francisci professorè cum multis, & magnis munerib. Calixtus misit, qui vtrumq; contra Turcu excitaret. Ab eo illecti illi, multas clades Turcis intulere, & ad Calixt. Oratores destinauere, qui renūtiarēt, illos per sepe victoriâ de hoste reportasse, non tam viribus propriis, quâ orationibus, & precibus, ab eo, ad Dei pro salute Christianorum profusus. Platina in Calixto III.

Eas preces, vt efficaciores efficeret Calixtus, hoc anno, ad diem 29. Iunii, ipsâ festiuitate S.S. Apostoloru Petri, & Pauli, Sanctoru Cathalogi inscripsit, illum ipsum quem diximus Vincentium Ferrerium magnum olim Prædicatorem: peractâque solenni ceremoniâ, supplicationem numerosissimam Cleri ac populi, à templo S. Mariæ ad Mineruam, vsq; ad Basilicâ Principis Apostolorum habuit; inq; ea opem diuinam ingentis cū deuotione omnium, qui incedebant, implorauit. Creditu est, eas preces maximū momentū attulisse ad hostes frenandos, iterandosq; citatissimè in Cal. III. & Surtia sup.

Hæc dū ageret sollicitus Pontifex, non nullas adueritates, ex Germania parti poterat, nisi A. En. Syluius auertisset. Fuerunt ibi aliqui non pauci, qui Frid. Casari suaderent, nunc tempus esse coercendi Apostolicâ Sedè; ne tantū in Germania posset: Cōuentiones, quæ cū Eugenio IV. factæ fuerant, dimittas esse; nec prius obediendum Rom Pontifici, quâ ea concederet, quæ natio Germanica optaret, ancillâ eâ videri, libertatè aliquâdò mereri. Atq; hoc ipsum Iacob. Treuerensis Archiep. obnixè requirebat, qui ex lite lucrum aliquid expectabat. A. En. Syluius Episc. Senensis, Sedis Apostolicæ apud Imp. aliquando Nuncius contra stetit, dixitque; Nò

X. Cruce signatur Alf. Rex Dux Burgundia, & Calix. PP. omnè etiâ adhibet operam.

XI. Legatione etiam & ad infideles eandem ob causâ destinatur.

XII. adscribit B. Vincetium Ferrerium S.S. Catalogo.

XIII.

Quidam inter Pontifices Imp. distindas feminare nituntur sed frustra.

XIV. Legati ad Pontificem oratio.

Laudes Calixti III.

esse è re Imperatoris, Rom. Pontificis auctoritatem reprimere, vt populi gratiâ iniretur, quæ sui naturâ incōstantissima est: nec multitudinè relinquendas habenas, quâ noscent Principibus inimicam. Inter Principes aliquâdò amicitiam inueniri, inter plebem, & Regè odiu immortale. Papam Imperatoris, & Imperatorè Papæ auxilio indigere, stultum esse illi nocere, cuius expectes opem: Cū Pontificatus nouus initur, tunc Romani Præsulis gratiam beneficiis emendam. Quòd si ab iniuriis incipias, difficilè in beneuolentiam patere aditum. Mittendam more maiorum obediētiam, fœdusq; cum nouo Præsule honestum in eundem, eoq; pacto Germanos Imperatori obedituros. Vicit A. En. sententia, atque ipse missus est, qui ea perageret quæ suaserat, & cū eo profectus Ioannes Inderbachius Iurifconsultus. Cū Romam venissent, tanto maioribus honoribus excepti sunt, quâto diutius, & auidius fuerant expectati. In eorum aduentu, coactum est publicum Consistorium; in quo A. En. præstitit pro vetusta consuetudine obediētia, orationè habuit, de Imperatoris & Imperii laudibus, simulque de bello in Turcas gerendo. Dicebat: Solent plerique omnes, Beatissime pater, maxime Pontifex qui ad tradendam obediētiam huic Sacrosanctæ Romane Sedis mittuntur, non solum persona sedentis in ea, sed eius etiam, qui se mittit amplissimis verbis exponere laudes. Idem & nunc mihi faciendum est, qui cum collegâ meo præstanti, & optimo iuris interprete Ioan. Hinderbach. Casareo nomine obediētiam ad te defero. At cū sim certus in hac Tui summi præstulatus adoptione, quam diuinitus inspiratam cuncti fatentur, confluisse ad Te huc quamplurimos, tum Principum, tum ciuitatum Legatos Tui consocios, & dicendi peritos; nò sum nefcius illos Tibi & Romane Ecclesiæ congratulatos, & Apostolicu Sacru senatum qui Te delegit, & pietatè Tuâ qua demãdauimus susceperit, magnificè, atq; ornatisimè cōmendasse. Per hocce homines vt arbutur, & veteris profapia Tuae altâ nobilitas, & maiorum Tuorum illustria facta, at omnis vitæ Tuæ cursus ita in lucè prodierit, vt nemo in hoc Auditorio sit, qui nesciat, quâ præclarè sis natus, quâ scholaris acutus fueris, quâ disputator subtilis, & vehemens, quâ doctus Doctor, & eminens, quâ prouidus apud Reges Cōsiliarius, quâ iustus in magistratibus iudex, quâ castus in Ecclesiâ presbyter, quâ seuerus, & amabilis Episcopus, quâ verax, & incorruptus Cardinalis. Non est igitur cur tempus in exponendis Teram reus laudibus. Nam etsi vita tua in hanc vsque diem huiusmodi fuerit, vt vel mille dictata delectet, non sum tamen ego, qui Tuas eximias, ac penè diuinas virtutes, a quo præconio celebrare populum: neque Tu is es, qui tumulos queras, & inanes populi auras captas. Sufficit Tibi conscientia Tua, qua non ab homine, sed ab ipso Rege secularum iusto iudice, qui non fallitur, coronam expectat meritum. Nos igitur de Tua Beatitudine nihil aliud dicemus, nisi quid Te veluti sydus quoddâ clarissimam, & saluberrimam e celo missum credimus, sub quo B. Petri nauicula, qua miserè iactatur, feliciter emerget. Cōsuevit n. terrâ Hispaniâ nobilissimam, vnde Tibi origo est, industrius semper & fortissimus viros Apostolica Sedis, atq; ipsi dare, quibuscumq; admodum Damasi, & alijs manifestant quibus Te nullo pacto censemus minorem; nunc potissimū, cum vrbis illius imperialis Senarum, matris meæ, litterarum cultricis, & orij, tam acrem defensionem, & certissimam conseruationem à Te profectâ, susceptamq; adnerimus. De Casare verò, à quo sumus missi, dicere nōnihil eorū emeritis vget, qui nesciunt verbis extollere suos Dominos, nisi deprināt alienos, sed horremus ingredi cum paruo nauigio magnam mare; neq; enim nostra oratio est, qua maiestatem tanti Principis pro sua dignitate valeat explicare; cum non vno tantum, sed quatuor ex fonsibus nostri Friderici laus abundè manat: ex Rom. Imperio, cui præest, ex natione Germanicâ, qua sibi præ ceteris obsequitur, ex Domo Austriae, qua se genuit; & denim ex persona propriâ, qua corporis, & animi dotibus egregie pollet. Si quis igitur Fridericum nostrum, vt par est, cōmendare voluerit; huic primo vetustas Imperij, & amplitudo, & auctoritas, & potestas, & magnificentia, & gloria in medium adducenda erit; deinde quid sibi velit ingens Danielis statua propter ferreas vrbis quatuor inermia conterentes, quid grandis Exechielis importet Aquila,

La, cur Assyriorum Regna mittentur ab Italia. Item Balaam enarrandus, & Salomona Aquila omnis volatus, vt Cretensem illum Loui fultè creditum Deum, & Phæacum, vel Troianos reliquos, vt potissimè pium A. En. in bellis adiuuaret, vt Regibus Albanis aliquandò fauerit, vt Romanos rerum Dominos, gentemq; togatam, vt Gracos Imp. vt Germanos Casares, victores hostium, & mundi Rectores efficit. Quacumq; n. de Rom. Imperio præclarè dicuntur, ad Reibrem eius proculdubio cum laude redundant. Nam sicut Apostoli Petri, & Apostolorum Syluestri, Leonis, & aliorum Pontificu laudabile nomen, Te qui loco eorū Sedes, agit sublimè, ita & Augusti I. & Constantini M. & Caroli victoris, & aliorum Casarum Casarum excellens gloria, Frider. nostrum, qui eis successit, in altu collit. Secundo exponendum erit, quâ ligâ, & lata sit Germanica natio, quâ religiosa, quâ verax, quâ iusta, quâ promissi tenax, quâ populosa, quâ diues, quâ in ea nobilitas, quâ fortis, quâ experta militia: quantum Ecclesiæ ornatus, quanta gloria Cleri, quanta Principum magnificentia, quantum splendor vrbium, qua celi facies, qua terra vberitas, cum Prouinciarum & populi decus, cum principe sit commune. Tertio describenda succurrit inclita Domo Austriae, ex qua hic Fridericus propagatus est: Mater etiam ipsa Regum, & Imperatorum, qua sepe Hungaria, sepe Bohemia, & aliquandò Polonia Reges dedit demonstranda; & quantum fuerit magnus ille Rudolphus Imperator, qui & Bononiam Rom. Ecclesiæ restituit; & Orto, qui Carolum potentissimum Bohemiam Regè, qui Austria & Styriam Rom. Imperio surripuerat accipere bello victum interemit. Tum duo Alberti occurrent, duo Marti filij, duo fulmina belli, quorum vnus Alfonso de Nassau, saxes Imperij vsurpantem, apud Rhenum magno prelio vicit, & occidit: alter impius Hussitas Ecclesiæ nostræ sacra bella mouentes, quasi malleus contriuit. De patre Ladulai loquor, incliti Regis Hungariae, atque Bohemiae, Casaris nostri patruo, de cuius admirandis probatis, nihil satis potest dici. Ponendi etiam ante oculos essent Ernesti, Leopoldi, Friderici, & alijs quamplures; anima candidissime huius excelsæ familiae, quarum virtutem non admiri magis, quàm recensere valeamus. Postremò quia non imitari maiores, de decus est paterna lau filio. A. Fridericum ipsum conuertenda erit oratio. De mansuetudine suâ, de religione, de iustitiâ; de prudentia faciendum verbum, exponendum eius itè in Terram Sanctam, declarandus felix reditus, enarranda pacis consilia, commendanda peccatis opera: dicendum, quo pacto ad Imperium vocatus fuerit, vt coronam Regni Germanorum apud ciuitatem Aquisensem Imperatorem in hac vrbe, summo cum honore susceperit, vt coniugem nobilissimam ex Domo Portugallia duxerit, Alfonso præclarissimi Regis neptem; vnde sibi omnes Hispania potentissimos Reges affinitate coniunxit; vt neutralitatè Rom. Ecclesiæ nocentissimam, ex natione suâ sustulerit; vt obediētiam Germanici populi, magno labore, maiore sumptu, atq; industria, Tuis prædecessoribus Eugenio, & Nicolao restituerit; vnde secuta est, quâ nunc fruimur, & quâ tantopere cōmendamus Ecclesiasticæ societatis vnitus: quâuis eius rei gloriam pleriq; in alios deriuēt, quorū opera ea fuit, quæ solet illorū esse, qui fugati ab alijs secessum, terminum intercipiunt. De his ergo, & alijs quamplurimis rebus cumulatissimè disputandi illi erit, qui Frider. nostru dignè pro meritis laudare decreuerit. Sed nò sunt hæc onera, qua nostris humeris cōmitti debeant. Satis est tacere, quâ maiestati tanti Principis, leui, vt nostra est, oratione percurres. Præmittimus igitur ordinem ab alijs seruatum, & omisissimè hoc loco Tuis, ac Casaris nostri laudibus, ad ea venimus, qua coram te dicere, & agere iusti sumus, munusque nostrum, quàm breuiter ab soluemus.

Sanè, cum accepisset Fridericus Imperator, Sanctissima, atque indelebilis memoria Nicolai Papam Quintum, prædecessorem Tuum, ex hac mortali luce migrasse, complurès illum diem laicit; non quidem eius causâ, quem pro suis gloriosis operibus, & animi rectitudine, in concilio beatissimorum Spirituum, & in Regno Dei, cum Principibus Apostolorum Petro, & Paulo iam receptum non dubitabat; sed propter Rempublicam Christianam, cui mortem Nicolai Pontificis hoc tempore sanctissimam existimabat; timens, ne pro successoris electione sacri Senatus opinionibus in diuersa tenderent, inconsultem CHRISTI tu-

Casaris maior ex obitu Nicolai PP. & gaudium ex electione Calixti.

nam scinderent, & imminenti cervicibus nostris hostili gladio vites adgerent, quod licet de tanto culmine non esset credibile, quia tamen acciderant aliquando peiora, non fuit absonum formidare similia. Sed quemadmodum ex preamata, & infaustra predecessoris Tui migratione dolorem accepit Caesar ingentem, ita ex tempore, & Felici vocatione Tua, summum gaudium, maximamque letitiam adeptus est. novit enim Te Caesar, cum adhuc in minoribus ageres, & cum se vistrati in hac Vrbe sua coronationis tempore adesses, quantum intelledu, & doctrina, & praesertim civili sapientia, que mundi gubernatrix existit, quantum consilii multitudine, & vitasantimoniam valeres, diligenter expendens. Te vnum esse iudicavit, qui Beati Petri locum merito aliquando teneres, quod nunc ex concordia voluntate Sacri Senatus impleri cognoscit, & gaudet: atque cum serenissima cithonali sua Leonora, prudensissima, & sanctissima femina, qua de Tuo pontificatu incredibiliter exultat, festos dies egit, quod secundo reperit, quia Tu solus es, qui post Gregorium XI. per annos 80. & apertius, sine competitoris, certus, & indubitatus B. Petri Successor inveniaris: Ea propter latus de nuncio Tua assumptionis, Caesar, ac sollicitus pro debito recognitionis, nos duabus de causis ad Te misit. prima est, ut pro vetusto more, sanctitatem Tuam recenter assumptam, suo nomine veneremur. Secunda, ut defendendam contra Turcos Catholicam Ecclesiam Tua Beatitudine commendemus. In primo negotio, non est, cur immoremur. Faciat imper quod se decet, accipiat Tua pietas, quod Tibi debetur. Nos iustioni eius pariter, eius nomine qui sacro Romano Imperio praesidet, sanctitatem Tuam, Domini nostri Iesu Christi loci tenentem in terris, Magistrum, Patrem, & Ducem vniuersalis Ecclesiae, certum, & indubitatum Beati Petri Successorem, & Pastorem Domini Gregorij, Te sanctorum Evangeliorum verum Interpreterem, Te Doctorem vniuersalem, ac salutarē, Te Clauigerum aeterni, caelestis Regni presitemur; Tibique omnem reverentiam, & obedientiam exhibemus, quam Romanorum Imperatores predecessoribus Tuis canonice intrantibus, prestare comperit sunt, siue iure, siue consuetudine suadente. Nunc de secunda nostrae commissionis causa transigere oportet, hoc est de tuendo nomine Christiano contra Turcos, non dico Theucos, nunquam ego hac erroris prolabor, ut genti barbarae, atque immundissimo nomini Mahometanorum attribuat Theucos, qui Romanam populi Patres habentur. Theuci enim ydem, qui Troiani fuerunt, a quibus exortum genus Aeneadae, & gens Iuli profecta Romanum fundauerat Imperium. Turci autem & si nunc occupent loca, ubi fuit Ilium, & Troia, Sryta tamen ab origine sunt, qui regnata apud Francos Hispano, in Asiam migrante, eamque Orbis partem pedetentim sui iuris fecere: gens spurcissima, & ignominiosa, fornicaria in cunctis stuprorum generibus, tunc quidem idolorum cultrix, nunc impij Mahometi sectatrix. Hac hostis pessima nostra Religio. Quomodo autem debac hacti sint temporibus nostris Turci in Graecia, quo impetu Constantinopolim expugnauerint, Galatham deleuerint, Rhodum, qua superior olim Myria dicebatur, opprefserint, in Peloponnesum, in Eubaeam cum exercitu venerint, cunctaque per circuitu Christianis vincula, verbera, neces cominati sunt, non est propositi nostri nunc commemorare. Satis enim, & in Hispania, & in Franksfordia, & in noua ciuitate Apostolici, & Casare, & aliorum Principum Legati, ruinam Graeciae, & Ecclesiae nostrae vulnera desceuerunt. In hoc etiam Auditorio, non me fugit, saepe de his rebus orationes habitas esse, & ab illis quidem discretissimis viris, quibus si velim equari dicendo, manifeste desperere. Nunc vero non verbis, nec lacrymis, sed armis Regū, & populorum est opus. Quae autem hactenus aduersus hanc Turcorum insolentiam, pro tutela fidelis populi ventauerit Imperator: optime nouit Tua Beatitudo. Nec te latet, promissa fuisse Vngarū subsidia, quae petierunt. Sed quana ratione perturbata sint eius consilia, & quibus anibus impedita sit hoc anno in Turcos expeditione, malo tecum cogites, qua a me publice audias. Illud tamen non reticebo, qua Franksfordense Concilium faciendū decreuit, duabus conditombus submixta fuisse, altera, ut certitudo clausi Italicae, qua cū terra exercitu concurreret, suo tempore haberetur: altera, ut Germanorum controuersia, qua possent impedire pacem, de medio tollerentur. Primam conditionem irritam fecit Tui predecessoris obitus: secunda, ne forte possent impleri, ab his hactenus procuratum est, qui ex publico malo propriū commo-

Quid Fortis Romanus sit.

Turcarū origo.

Laudatur Hungari.

Belli in Turcas facilitas.

Inuehitur in Christianorum socordia.

Quid Imperator sit.

aurum quarunt: atque ita, ut in christiani, unctantur, Turci properant, Religione magis, nostra funditus euertere nituntur, qui non contenti vicisse Graeciam, Vngaria nobili regno imminet. Vngari vero magnanimi, & fideles populi, annis supra 70. hunc hostem perpesti, nunc victi, nunc victores, suum sanguinem fundentes, nostrum tutati sunt: & dū nos seruam, Optimates suos cum Regibus, & Pontificibus amiserunt. Nulla domus in Vngaria est, digna hoc nomine, qua duobus nouissimis bellis contra Turcos habitis, egregium, & fortem aliquem suum virum non deplorauerit. Hodie hoc Regnum, non est vt amplius Turcorum imperium sustinere possit. Atenuatum est supra modum; extenuat indiget ope Legati eius, & in Frankfordia, & in noua Ciuitate, cum Casarem, tum Superos, atque homines testati sunt, si Christianorum reliquorum praesidia sentiant, se iterum atque iterum belli pericula subituros. si relinquuntur a nobis, leges accepturos, qua Turci dederunt. Neque, autem consilium eorum est, sine animo, aut spe victoria: quippe qui prius omnia perpeti proponant, qua vberes, & agros igni, vercores, & filias lupanari, sua, & liberorum capita, hostili ferro committere. Iam si illos deseruerimus, quocumque tandem modo ad hostes Vngaria deseret, siue ita aliam, siue Germaniam percurrere, ac praedari voluerit, in vramque terram patenti portā aditum habet. Murus Vngariae est, & antemurale fortissimum, siue clypeus nostrae religionis, sub quo longissimo tempore protecti viximus. At hic nunc clypeus nobis subtrahitur, murus hic iam bombardis, & arceibus quatitur: & nos de remedio conscientia nulla remoret. O ingratitude nostram. Quam nūc vicem defensoribus nostris reddimus Vngarū? O stultitia populi Christiani. O caecitatem, atque amentiam! Ab externis inuadimur hostibus, & nos in ciuitas arma conuertimus. Sed dignē patimur, pro nostris iniquitatis. Nulla inter nos concordia, nulla obedientia est. Neque spiritali, neque temporalis paremus capiti, aet. sprete religio. Insuper, nullus honor, fides, penē incognita. Rex quāque sibi, aut pontifex esse videtur. Quos capit, tot sententia. Scinditur incertum studia in contraria vulgus. Illic Germaniam mille cōturbant lites: inter Galliam, & Angliam verus odium viget. Hispania Reges, immutat ambitio. Italicam magno labore patat am, nouis iam turbo concutitur: noua excutit apud Senas incendia. Quid speremus? His moribus, procuratores Mahometi sumus. Nam ipsi patet facinus hosti, & terga nudamus quae ferunt. Quid, quod tantum est inter aliquos inuidia, tanta malevolentia pestis, tantum odij venenum, tanta rabies, vt videre videat complures nostrae religionis homines feruere Turcis malle, quā Christianum aliquem Principem ferre? Tot demum sunt in populo Christiano vicia, tot pecunia extorciones, tot rapinae, tot Principum ne dicam tyrannorum nostrorum in subditos contumeliae, vt magnopere verear, ne venient Turco, & onera relaxanti, plebes nostrae libenti animo colla subiciant: maximē, vero, si, vt est callidus hostis, libertatem de Fide fecerit. Sed & Christianum populum, & plebem electam, & vineā Domini Sabbaoth, & Christi hereditatem, & testamentum, & Regni Dei! Quod nunc redacta e Christianorum societas? Ex quatuor Patriarchalibus Ecclesijs, Christiana submixta Fides, in orbem vniuersum palmites extendit. Maiores nostri, duas per ignauiam, & socordiam cum Hierosolymitanā Sede turpitē perdididerunt: nos tertiam, & illam quidem, qua post Romanā secunda fuit, in qua tot nobilissimi Imperatores, tot SS. Pontifices claruerunt: tot Generalia concilia celebrata, tot sacri Canonones editi, tot sacratissima leges promulgatae sunt, nō minore damno, quā defidia prorsus amissimus. Euangelium Saluatoris, quod in omnē terram intonuit, sola iam audit Europa, nec ipsa quidē omnis. In Occidente, a Sarracenis premimur. Septentrio nis magnam partē, caca gentilitas tenet, ex Oriente, qua Graecia protenditur, Turci nos cōpulerē. Prope est, nihil vigilamus, nisi consurgimus, nisi Deus adiuet, nisi Tua Sanctitas tempore, & animosē occurrat, vt & hic tuum ibronū, & quicquid restat Christiani nominis Mahometus occupet, qui iam sine resistētia terra, ac maris dominus esse videtur. Aduersus hanc pestiferam belluā, & aduersus hoc impendens mala, conatus est Imperator, vt nostri, auxilia cōgirerent. Sunt precepta, sunt eius, vt ante dixi, consilia. Nō ad propositum cadit, neque, animo decidit, aut desicit. Deceptus est, non defatigatus. Hac nō successit, alia aggredietur via. Quocumque, vt Imperatori Romanorū, vt Aduocato Ecclesiae, vt protectori Fidei Orthodoxae, vt Austriae Duci,

vt reli-

vt religioso Principi, vt homini Christiano incumbere videntur, pro curanda religione, minimē postergabit. Sed quoniam propulsare Turcos, & illatam Christianae plebi contumeliam vlcisci omnino opus est, omnium fidelium ope, magnoque sumptu, & magnis viribus indiget. Supplex orat Tuam Beatitudinem Caesar, vt pote eam, que Vicarium Christi agit, vt antiquam hostis appropinquet magis, vna secum ad ea intendas animum, per que Christiani potentatus inter se pacem tenentes, aduersus infideles arma conuertant, & communem hostem ex Europa deturbent, quod licet difficile videatur hac nostra tempore, in qua antepere diuisi sumus, nihil est tamen, quod diligentis hominis studium non perficiat, vigilanti, instanti, vigenti, pro voto cuncta succedant. Labor improbus, omnia vincit. Incidisti, Beatissime Pater, in hac luctuosa, & vt ita dixerim, fastidiosa tempora, qua fidem Catholicam penē concussam, & vndique laniatam Christianam plebem ostendunt. Tu ne cede malis, sed contra audentior ito. Quo difficilius, ed praclarior ages. Non est impossibile, si mihi credis, Constantiopolim, totamque Graeciam de manibus Turcorum eripere, si modo his itineribus incedamus, qua sunt aptissima, neque maris, neque terrae, Christianae potentiae sunt pares. Et hominibus, & equis, & curribus, & nauibus, & quibuslibet armis, & rei militaris peritia, & auro, superiores sumus. Quod si armetur Christianum robur, fugient hostes sicut stipula ante faciem venti: mauortiaque nostris relinquent spolia, sine vulneres, & sanguine. Neque facultas nobis deest, qua postsumus Turcos exterminare, neque voluntas. Nam viribus multo praestamus, & nemo est Christiano nomine insignitus, qui nolit Turcos perire. Quid igitur obstat? Cur si amicus, cur non extirgemus? cur non defendimus plebem nostram? cur non propulsumus iniuriam? Sed vnum nobis de istis inquirendum est: quo habito, facile terrebrimus, & prosternemus hostem. Hoc vnum, est ordo, sine quo nihil est, quod valeat rite expediri. Ordine caremus, Beatissime Pater, & modo. At nunc Tua interest, & nostri Caesaris attendere rebus agendis. Nisi enim vos duo Luminaria magna, vos prima orbis capita, vos sal terra, & mundi Praesides ordinem ponitis, quo Christianae vires in hoc opus vniantur, non est quod vel nos speremus, vel Turci metuant Christianum constari exercitum. Age igitur, Summe Pontifex, fortis sume animum, nobilissimam erige mentem, laudatissimum illud, in omni gente vulgatum, quod in assumptione Tuā votum emissisti, ante oculos semper habeto. intellige, quid Caesar promittit. Clarissimum illum Aragoniae Regem, potentiam, & sapientiam incomparabilem, in hoc opus valentissimum iam habes. Philippo Duci Burgundiae, nobilissimo, & pssimo cultibet maximis rebus comparando, nihil magis cordi est, quā pugnam in Turcos. Vngari auxilia expectant, belli fortunam sub Tuo vexillo iterum experiri. In Germania multi sunt Principes, qui corpora sua aduersus istos hostes deuouerunt. Carolus Rex Francorum, & re, & nomine Christianissimus, suorum progenitorum vestigia non deseret, quorum fortia facta omnis decantat Ecclesia. Neque fortes, vt opinor, Anglorum manus deerunt. Hispanis, & Portugallensibus rerum gestarum gloria clarissimus, innatum est pro fide certare. Voluntarij sunt, & prompti omnes populi, pro christi fide arma suscipere. Omnes in Te oculos direxerunt, omnes ex Te modum, atque ordinem expectant. Exurge igitur, aperi Ecclesia thesaurum, aperi caeli portas, promitte dignam laborem mercedem. Effunde largitē spiritus Italicae dona in christi milites, mitte operarios in messem, Domino eam durissimam metent. Hoc tuum est opus. Hoc est, in quo Deo posui, & hominibus complacere. Scio multos debere Tibi titulos, sed nullus illustrior sacrosancto Tuo nomini inscribi poterit, quā si perditae sub predecessore Tuo Constantinopolis Recuperator, & communis iniuria vltor voceris. Atque vt aperit dicam, quod sentio, hac certissima via est, per quam Christiani Reges, & fideles cunctae nationes, Tibi vt christi Vicario occupes suas libertates inuestant, si defensionem fidei nostrae fortiter, & magnifice suscipias, & quemadmodum fouendo Italiam, pacem inuando, & sapientissimos Legatos designando. spem dedisti extirmandi Turcorum sedem, & impiam gentem, ita ad reliqua totius conatibus consurge, certus victoria, qua ab alto. Pleraque alia ad rem hanc idonea, semotis arbitris, cum Tua Beatitudine videbitur latius exponemus. Extat inter epist. num. 398.

Belli in Turcas facilitas.

Principū & Nationum in illud consensu.

Dixit Syluius: Callistus autem, promptitudinem pietatemque Imperatoris multis laudauit, & quae postulat ille, decreuit, concessitque. Increbuerat per id tempus fama, Callistum in quatuor temporibus aduentus, qui propē aderat, nouos Cardd. creaturum, inter quos affumendū Aeneam constans extabat populū rumor: adeo, vt quocumque iret, digitis monstraretur tanquam Cardinalis propediem affumendus, & id ipsum Callistus affirmauerat. Cumque dies adesset, Conclitoriumque eius rei causā secretum haberetur, exiit sermo ex Palatio, aliquos in Ordinem Cardinalatus esse assumptos, atque inter eos Aeneam, ad quem multi congratulatum venere, dolore pedum in lectulo laborantem; qui accepto nuncio, nullā in parte mutato vultu, sed atoque proforus animo: Si verum est, inquit, quod fertur, ante horas duas innotescet. Interim in vtramque partem ero accinctus, neque metu frangar, neque spe ludar inani. Ioan. autem Zamorensis Episcopus, pari modo salutatus: Iam eadem, inquit, affectus sum, quod annis vno de quadriaginta expectaui anxius: & donato nuncio, ante B. Virginis effigiem genua flectens, ei ac Filio gratias egit. Tam dispar hominum natura est, alii, quod cupiunt, facile credunt, alij, quod metuunt. In Conclitorio verō, cum diu res agitata esset, tres Cardd. creati sunt, quorum duo nepotes ex fororibus Papae fuerunt, Ludouicus Milanus Valerinus Sanctorum Quatuor Coronatorum presbyter, & Rodericus Lenzolius Borgia S. Nicolai Diaconus; tertius eiusdem Ordinis Iacobus S. Eustachii ex Regia Portugallensium Domo natus; iuuenes omnes, quamvis indolis optima. Non tamen statim publicata est eorum creatio, sed in aestatem, ante sequentis dilata, in qua paucis Cardinalibus astantibus, cum caeteri caumata effugissent, publicationem fecit. Gobellinus lib. 1.

Aeneam Syluium, inter Cardd. quāquā pollicitus fuerat, eo tempore non recensuit, quod eū ad Imp. remitteret, vt de rebus, quae in deliberatione venerant, ratione redderet, & ita illi, quā Vngaros, Bohemos, Austrios, & inprimis Germanos, ad factā militiā inflāmaret. Reuertentē autē illum in Germaniā, noua curae pro patria excepere, ac Romā redire, Neapolimque ad Alphons. excurrere coegerunt: maximē quod calamitas Senenlibus per eos dies illata, pacē vniuersalem Italiae ante aliquot menses bono publico stabilitā, inturbaret, & expeditionē contra Turcos susceperat, interuere videretur. Res est, Iacob. Picininus, Nicol. Picinini filius, qui iā pridē Venetis militauerat, copiarū ductor, non ferens otij, cui infuetus, magnā equitū manu, transmissa Pado in Romandiolā penetravit, ac deinde in Etruriā, aduersus Senenses, omnino Italiae potētatum minus validos, signa cōuertit, vt eorū occupatā Republicā, nobilibus verbis tyrannus fieret. Praetextus erat, quasi Senenses, multa millia nunnū aureorū, quae vt dicebat, patri Nicolao, qui eorum auspiciis aliquando militauerat, ipsi merito deberent. Postquā Sartoranū deditioe incolarū capisset, alia quoque loca armis tentabat, & iam sese Ducem Senarum appellari sinebat. Senensem agrū, vastantem Picininum, Alfonso Rex fouebat, in Senenses subirato animo, quod si sibi quondam fcederati, bellique socii, se minimē consulto, Franc. Sfortia Duci Mediolanensi, Florentinisque pacem reddidissent. In hoc rerum inexpectato turbine, Senenses, suae Reipubl. consulturi, omnes Italiae Principes ex fcedere in auxilium vocauerunt; maximē verō Callixtum Summum Pōtificem, velut controuersiarum omnium arbitrum, & pacis Italicae Seruatorem misso ad eum Augustino Burghesio cum aliis. Iam Alfonso Rex, Callisto Pontifici non omnino aequus fuit. Ingenitibus meritis, quasi creditor, multa, & inprimis, vt nouo diplomate Regni Neapolitani iura sibi, filioque Ferdinando confirmaret, postulat. Plura ex eis, Pontifex, & praecipue illud extremum vt concederet, adduci non potuit: quin etiam multa, qua Sedi Apostolicae, ac Romanis Pontificibus, ex pacto, & de iure, in vtroque Siciliae Regno, & praesertim circa prouisionē Ecclesiarum, reformationē morum, & ex-

A. V. Lauda Calixtus Caesaris propositū & vocis animus.

Tres Card. creati Calixtus PP.

XVI.

Noti tumultus in Italia.

citium



Inter Calixtum & Alphonsum Regem non convenit, & cur.

citium iurisdictionis Ecclesiasticae deberent, repetiit; adeoque hominum & homagii conditioni Regem admones, rerinendi iuris Ecclesiastici, seu potius usurpandi cupidum, non nihil irritavit: adeo ut is, quasi ingratus Pont. fuggillare non dubitaverit, plurimamque & egerit, suis rebus stabilendis, illi vero invidia adducendo. Callistus porro, animo sublimi, erectoq; ac maximis rebus apto, Alphonsum in primis officii admonuit; & ne vel Picinini iuaret, vel Senenses turbaret, vel facie belli extincta reaccenderet, quin potius in Turcas, quem admodum professus fuerat, arma converteret: ite ne iuribus Sedis Apost. in regnis Siciliae praedudicaret, interpellavit: deinde tergiversante, & vnu ex alio texete illo, Senensibus, nequid Picinino daret, insinuavit: praeterea fcedus commune violari ab illo ipso coquefctus, tu milites suos contra Picinini miste, tu Principes Italiae, vt id e facerent, hortatus est; ne videl. aliquod graue incendiū, quod non ita facile posset extinguī, in Italia excitaretur. Veriti omnēs, ne id certe eueniret, quod Pontifex praedicebat, auxilia Senensibus, quā rociūs misere. Alphonfus nec quicquā Pontificiorū monitorū memor, nō modō a vexadīs Senensibus, iuandōq; Picinino nō desistit, imo vero Aldobrandini Vrsini Comitē Petilianū in eos ita cōcētauit, vt tanti mali prima causa inae exorta videatur. Volebat tū videri, pacis Italicae cupitissimus. Nā ad Callist. misit, qui suaderet, pertinere ad publicā vtilitatē, in primis verō ad personā, quā ipse sustineret, pacē a Superiorē Pontif. vix cōpositā tueri; & ad flāmam, quā maximū incendiū excitare facile poterat, extinguendā animū aduertere; quod facillimo negotio efficeret, si Picininiū, militiā Sacrae inuictoraret, inq; Dalmatiā classe transmitteret, contra Turcos. Ceterū qñ Pontifex illū eiufdē expeditionis admebat, & Cruciatā, quā vocāt, diploma, ex quo illi ingentia emolumenta, & ornāmenta accederent, eidē misit, atq; ab eodē vulgatū, Cruciusq; susceptae memoriā reficabat: reponēbat ille, maiora, quā diploma Cruciatā, requiri ad id bellū; nepe cōcordiā, & subsidia Principū Europaeorū, qui haecenus inter se disidentes, cōmune reip. Christianae negotium posthabebant. Se quidē prōptum esse, vires, quas habebat, illis cōtingere; si modō illi ipsi depositis odiis, voto ab eo suscepto satisfacerēt. Inter haec autē Picinino, triremes, pecunias, & cōmēatū submittere non distulit; Senis, intestinū bellū inter ciues procurauit, atq; nonnulli os, qui spretā libertate factionē suā sequebatur, adeoq; bellū externū cōciterent, sibi cōcillauit: vnde factū, vt Picininus Cironio, ac monte Marano, nō ignobilib. Senensibus agri oppidis, cum arcib. occupatis, ad tyrannidē Senensium properaret, neq; dubio procul vim maiorē illis intulisset, nisi affuissent illicō Callisti Pōr. Max. Franc. Sfortiae Mediolanens. Ducis, ac Venetorum auxilia, & insignes copiarum duces, qui Picininum vrgentes, in fugā verterunt. Celsit Picininus fortioribus, adeoq; terribus est, vt nunquā se tutum putarit, donec ad castrum Leonis, quod Alphon. in maritima Senensium obtinebat, celeri cursu puenit, quo in loco clausus, dies aliquot syluestribus tātum in prunis vitā tolerauit. Saluti ei fuit Lucas Sclausus, qui Vrbellem pro Senens. Reip. cui hodiens, auro corruptus, decepto, captoq; arcis Praefecto, Picinini praesidium, & ipsū mari aduectū in-tromisit. Eo in loco a copiis fcedatorum rursus obfessus Picininus, poterat facile expugnari, nisi aliqui vincere noluisse; qui se animaduertēbāt, expugnato, captoq; Picinino, sibi ad excolendos agros redeundū fore; cum pax vbiq; in Italia vigeret, & contra Turcum profecti minimē cuperēt. Eapropter Picininum quasi Deum colebant, qui solus belli materiam ministraret. Suggerebant itaq; fame laboranti necessaria, cōsilia ducum ad eum deferēbant, neq; dicto maiorum parēbant. Alphonfus quoq; mari alimēta, & auxilia mittebat, prō-ducebatur indies obfidio, & iā oēs in cassum conatus i-bant. Senenses, iā exhausti auro, atq; frumento, sumptū-ferre amplius nō poterant. Callistum tādēbat expensa-rum: nec ceteri belli focii, vt ab initio alacres, ferebant

Discordia alit Rex.

Picinini fugatur.

luppētias; eoq; res deducta erat, vt nō minis obfellores, quā obfessi periclitaretur. Vnicū igitur salutis iter, Senensī populo visum est, Alphonsum rogare, vt pacē elargiretur; opemq; ab eo petere; cuius societas contēpserant; quādo is vnus erat, qui Picinino posset imperare. Redierat iā Senas, in Germaniā profecturus, A. En. Syluius. Eum itaq; orare placuit, ne grauaretur pro patria iter ad Alphon. facere, pacēq; Etruriae ab eo petere: rogato prius Callisto Pont. vt equo animo ferret, Legatos Senensium, Alphonsum adire. Annuī A. Eneas, ne patriā, ac Reip. Christianā in maximo discrimine deesset. Nāque nisi Senenses pacē assequerentur, Italia minimē quieuisset, vnde non minis Vngaria, quā Sena libertatē quāprimū necessariō esset amissura. Rediit ergo Romā, Pontificēq; non sine magno labore in sententiā traxit, vt pacē Senensī populo ab Alphonso peteret, qui Io. Selerium insignē Theologum, quē postea Pius II. Barcinonensī praefecit Ecclesiae, cum A. Enea misit, vt suo nomine de pace ageret. Senenses, duos A. Eneae comites addidēre, Galganum, Burghesū Ictum, & Leonardum cognomento Beneuolentē. Cum esset eundā, podagra A. Eneae arripuit, atq; octo diebus Romae retinuit. Praecesserunt collega, & Alphonsum apud Traiectum cōuenēre. Auditos Galganum, & Leonardum, durissimā excepit oratione. Multa de Senensib. quāstus est, nec Oratores ipsos, pacificis oculis voluerat intueri. Cum accessisset A. Eneas, hilari cum vultu, & honesto sermone excipiens, Nunc, inquit, libet de pace loqui, quando mediator, quem diligimus accessit. moxq; tractatum inuit. Sed cū res multos haberet nodos, & nouae indies emergerent difficultates, ad mēses aliquot producta, & modō Neapoli, modō Puteolis, & aliquādo apud Turrin Græcā protracta hoc anno cōponi non potuit. Eo tēpore, dum obtinendā pacis gratiā venantem Alphonsum sequebatur, Baias inuisit, & Cumas, & antiquarum cadauera ciuitatum, adiit & Salernum, & Amalphium, atq; Apostolorū Andr. & Matthaei venerabiles tumulos, in quibus sacra corpora exfudare nobile Māna experiuntur. Vidit & fontē Sarni fluuii, cuius tanta frigiditas est, vt missa in eo vina nigriora, partu albescant tēpore: exinde Nolā venit, Paulini Cōfessoris sanctissimā vitā multo magis, quā Romanorū historiis, & Marcelli morte nobilitatā. Vidit praeterea, inter illecebras, quae Alphon. ab expeditione belli sacri remorabantur, Lucretiā, speciosam mulierē seu virginē, nobilibus inter Neapolitanos, quāquā pauperibus natā parentibus, quā Rex adeo perditē amaui, vt in conspectu eius cōstitutus, extra se fieret, neq; videret quicquā, neq; audiret quēquam, nisi Lucretiā. Enimuerō oculos in eā semper habebat intētos, laudabat verba eius, sapientiā praedicebat, & speciem admirabatur, probabat gestus, excellentiā formae rarā esse iudicabat, & cum multa ei donasset, & quasi reginā honorari iussisset, ad extremum sese illi permisit; neq; n. exaudiri quicquā eā nolēre potuit. Mira vis amoris: Rex magnus, nobilissimae Hispaniarū partis dominus, cui Baleares insulae, cui Sardinia, & ipsa Trinacria parēbāt, qui plurimas Italiae Prouincias sibi subiecerat, viceratq; potētissimos in armis duces, ad extremū victus amore, quasi captiuus mulierculae seruiebat. Nec tamē eā (si verā est fama) cognouit: quam dicere solitā ferunt: Virginitatem nolenti mihi nunquam Rex auferet, quod si vim inferre contauerit, nō imitabor Lucretiā Collatinū coniugē, quae admissio scelere morti sibi cōsuet, ego facinus morte praenūciā. Ita quidē illa differere vulgabat; Alphonfus tñ eius illecebris demētatus, ac praeterea venationib. continuis occupatus, de salute Reip. Christianae, ac de pace Italiae minimē cogitabat; vt autē Senensib. auxilia Sfortiana detraheret, affinitatē cum Franc. Sfortiā Duce Mediolani expetiit, atq; Alphonso quidē ex Ferdinādo filio nepoti, Hippolitā Francisci filii, Sfortiae autē Mariā tertio genito Francisci, Leonorā Alphon. nepotis sororem, matrimonio deuinxit: quasi ea res, ad pacē Italiae stabilendam, & ad tranquillitatem Apostolicae Sedis conduceret. Pontifex eius rei certior factus, Marianum

Pax cum Alphonso patitur a Senensibus.

Manna ex corporibus SS. Apostol. Andreae & Matthaei exfudat.

Rex Lucretia amore victus, & venationibus delectus.

quendam

Calixto auertitur.

XVII. Alia distulit causa.

XVIII. Laurentia

quendam religiosum, sanctitatis opinione celebrem, ad Regem ire voluit, qui reuelationes de his cōiugijs sibi diuinitus factas, Regi renunciaret, eaq; potius dissolueret, quā m probaret. Contra Alphonsum, datus ad Pontificem litteris, factum excusauit, deinde paulō post Ioan. Ferdinandum Isarium Oratorem destinauit, qui Calixtum a persequendo Picinino auerteret; & quāta detrimenta Christianae Reip. ab ea persecutione nasceretur, ostenderet; simulq; illū ipsūm Picininum Pontifici conciliaret: quo duce, si copias militares in Epyrum transmitteret, magnam cladem Turcis posset inferre. Quod si difficilem Callistum experiretur; conaretur vniuersum Apostolicam Sedem Senatū in comitium congregare, & sacro Card. Collegio renunciare, per Pontificem stare, quo minis pax Italiae restitueretur, & arma socialia in Turcos non expeditur. Haec Alphon. agebat, quando Picininus Vrbellem Senensibus intercepisset. Gobellin. lib. 1. Platina in Callisto 3. Pigna de reb. Aetern. lib. 7. Malauoli a de reb. Senens. part. 3. lib. 3. Surtia Annal. lib. 16. c. 33. 34. Marian. de reb. Hispan. lib. 22. c. 17. Collenutus addebat: Istud initū, seu indicium fuisse, nō multum beneuolentis animi Callisti, erga Alphonsum, quod cū Oratores Regij, Callistum, quā ratione illē cū Alphon. viuere decerneret, interrogassent, ille responderit, Admitti retile Regnū: mihi curam Pontificatus relinquat. Colletur lib. 6. Ioan. Simoneta, qui de rebus Francisci Sfortiae scripsit, istud quoc; Callistū, contra Alphonsum irritasse. Non destiterat Alphon. missis sepe per Italiā legationibus, id magnoperē conari, vt pro perpetua Italiae totius quiete, aureum nummum centum M. stipendia Picinino quotannis penderentur; diuisiq; anni temporibus, in singulorum finibus statua militib. eius darentur. Eam rem & Callist. agrē adiebat, & Sfortia quā molestissimē ferens, sic & Regi respondebat, & socios idem facere edocebat: Non decere Italicae societatis dignitatē, vt vnus perditissimū latrunculi, qui ausu temerario Italia inuassit, tot nobilissimos, potentissimosq; principatus efficiat: neque Regi esse arbitriū, vt vnueris Italiae praescribat, & vt pro iniurijs, malefictisque illatis, beneficia ministro scelerum reddantur. Quod ad se pertineret, nequam tanta se, & tam manifestā ignominia assensurum. Non decere Regem, aut auctorem, de peccatore meo agere, aut auxilia ferre Picinino, quibus fretus tamdiū se bellū in Italia ducere, speraret, quoad usque stipendium annuū ab Italicis potentatibus extorqueret; eosq; in seruitutem redigeret. Simoneta lib. 25.

Callistus post reliquas cōmunes curas, nihil habuit antiquius, quā vt Lauretanā D. Deiparentis cellā in Piceno agro celebrē, turaretur: haud dubius, quin illā saluā, Deiparae praesidio cetera in Italia salua esset futura. Itaq; Roderic. Borgiā, & Ludouic. Milanū nepotes, cum Legatorū Pontificiorū munere, ac nomine, Ecclesiasticis copijs praefecit. Horum alterum in Picenum, Lauretanā Domopraecipuē eius curae demandatā, alterū Bononiam ē vestigio destinauit, qui cum suis copijs Lauretum veniētes, postquā pacem, veniamq; a Deo, Deiq; parente Virg. Mariā comprecati essent, Sacram aedem a meris, & propugnaculis nudam reperissent, eam tumultuario opere aggeribus cinxerūt. Inde ad stationes suas digressi, istud vnum agitarunt, ne qui motus noui in Italia excitarentur. Twissell. lib. 1. c. 25.

na uonno cura, est Calixto Papa.

XIX.

XX.

Decretū Calixti PP. de censibus.

bus, &

Et quia fama erat, Turcas victoriā vfos, magnā Peloponēsi, Epyriq; parte in suā ditionē redactā, in Dalmatiā, atq; in ipsam Italiā furorē, ac rabie instinctos rapi,

bus, & hereditariis pradiotis, qui in huiusmodi contractibus expressi fuerunt, pradiotum solutione reddituum, & censuum efficaciter obligantes, in illorum venditionum favorem: hoc adiecto, quod ipsi pro rata, qua huiusmodi per eos recepta ementibus restituerent in toto, vel in parte pecuniam, a solutione reddituum, seu censuum huiusmodi restitutam pecunia contingentium, liberi penitus forent, & immunes. Sed idem ementes, etiam si bona, domus, terra, agri, possessiones, & hereditates huiusmodi processu temporis ad omnimoda destructionem, siue desolationis reducerentur opprobrium, pecunia ipsam etiam agendo repetere non valerent: Apud aliquos tamen habitations versatur scrupulus, an huiusmodi contractus liciti sint censendi. Vnde nonnulli illos usurarios fore praevalentes, occasionem querunt redditus, & census huiusmodi ab eis debitos non soluendi. Quare pro parte Episcopi & Cleri pradiotorum afferentium, quod in talibus sic emptis censibus, & redditibus, fructus, redditus, & proventus plurimum Ecclesiarum, monasteriorum, hospitium, & Ecclesiasticorum beneficiorum civitatis, & diocesis, ac partium predictarum, nec non ferè omnes quotidianas distributiones, qua in plerisque ex Ecclesiis ipsi diuinis interessentibus ministrari solent, consistere noscuntur; nobis fuit humiliter supplicatum, ut super his, Apostolica Sedis declarationis oraculum impertiri, & adicere, paternam dilectione curarem. Nos igitur huiusmodi in hac parte supplicationibus inclinati, & factis ex commissione felix recordationis Martini Papae Quinti praedecessoris de super examinationem, & eiusdem praedecessoris nostri declarationem attentius perstringentes, (suaque vestigia inhaerentes, ad omne super his ambiguitatis tollendum dubium, praefatos contractus licitos, iurisque conformes, & vendentes eosdem ad ipsorum solutionem censuum, & reddituum, iuxta a dictorum contractuum tenores (remoto contradictionis obstaculo) efficaciter teneri, auctoritate Apostolica praesentium serie declaramus. Nulli ergo hominum liceat, hanc paginam nostrae declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Roma apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicae M. CCCC. LV. pridie nonas Maii, Pontificatus nostri, anno primo.

Volentes itaque, quod praedicta littera debitum foriantur effectum, Fratrum vestra per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum, per vos, vel alium, seu alios, Praeposito, Decano, capitulo, ac aliis beneficiis opportuna defensionis praesidio assistentes, dictas litteras, vbi, & quando, ac quatenus expedire videritis, auctoritate nostra solemniter publicantes, faciatis, & eadem auctoritate per venditores, seu debitores reddituum, & censuum huiusmodi dictis emptoribus, seu illis, quibus ipsorum reddituum, & censuum solutio prestanda fuerit, de eisdem censibus, & redditibus, iuxta contractuum conventionem super his habitatum formam & tenorem, plenam, & debitam satisfactionem impendite: contra adiectores vero per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita a compescendo non obstante, si aliquibus communitate, vel diuisione, a Sede Apostolica indultum existat, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum vt supra. lib. 3. extrauag. commun. cap. 2. de empt. & vendit.

XXI. renouat item constitutionem Eugenij contra errores Ioan. de Polliaco.

Et quia id temporis, nonnulli zelum habentes, sed non secundum scientiam, vt Parochis, seu Rectoribus Ecclesiarum, quorum est cognoscere vultum pecoris sui, gratificarentur, errores quodam Ioannis de Polliaco, & quorundam Doctorum, indoctorum aliàs afferentium, quod conficentes peccata fratris Mendicantis, tenerentur postea suis Parochis confiteri, reuocabant, atque populos a Confessionibus, ne eas Fratres Mendicantes amplius facerent, retrahebant: ad eoque clauium Apostolicum vsu, ac potestatem, non sine scandalo, & detrimento reipublicae Christianae, pro cuius subsidio Fratres Mendicantes a Sede Apostolica missi, plurimam operam maximè in confessionibus audiendis nauabant, refringerent, vel potius

in dubium vocarent: Callistus Pontifex diuulgato hoc anno edicto, Constitutionem Eugenianam contra illos Ioannis Polliaci errores confirmauit, eosque iterum condemnauit. Mich. Pius part. 2. lib. 3. de viris illustrib. Ord. Prad.

Hoc anno, defuncto Traiectensium Episcopo, nonnulla difficultas in electione noui Episcopi, sublata est à Callisto Pontifice. Philippus Dux Burgundiae, Comitem Massouiae miserat oratum Canonicos, pro filio suo Dauide, Episcopo tunc Morinorum. Arnouldus Dux Ghelriae, Stephanum Bauarum etiam, atque etiam Collegio commendabat. Neutrū horum, sed vnanimi consensu illi elegerat Praepositum suae Ecclesiae Ghilbertum Brederodum. Eum non ferentes factio, mox speciosis titulis effecerant, vt per aliquos postmodum eligeretur Dauid Burgundio. Ioannes Heinsbergius, Leodiensium Episcopus, Ghilbertum cognationis affectu diligens, cum pro eo apud Philippum frustra interpellasset, ad suscipiendum bellum hortatus, mille equitum subsidio se illi ad futurum promittebat. Re ad Callistum delata, quoniam Philippo ad expeditionem Hungaricam opus haberet, Pontificatum Dauidi contulit. Cum eum, quod illegitimum natus esset thoro, sperneret Traiectenses, & quae propter admittere recusarent, Philippus, id obstaculi solutum, ac remotum esse à Pontifice, respondit, magnisque copiis in Hollandiam mouit, tum vt Dauidem intrormitteret, tum vt factiones gentis compesceret. Praefuit Dauid amplius quadraginta annis, suis charus, ac Reipublicae utilis. Leodiensium quoque Episcopus, & etiam confectus, & curis defatigatus, cum priuatam vitam publicae praeposuisse, neque importunitates Leodiensium amplius ferre posset, Ludouico Borbonio, Caroli filio, Philippique ex sorore nepoti, adolefcenti decem, & octo annos nato, tunc temporis Louanii studij litterarum, incumbenti, hoc anno renunciauit. Ferunt, cum politici Magilistratus Leodiensium, non solum magnam ex parte Regalia Episcopis sibi arrogarent, sed etiam litteris suis ipsium ex Brabantia, vbi libenter versabatur, imperiois domum crebro reuocarent, ea adiecta clausula, vt aut lectis litteris de vestigio domum rediret, aut in aeternum extra Leodium maneret, indignatum dixisse, se talem eis Pastorem procuraturum, qui eos virga ferrea regeret, atque litteras tam procaces scribere dederet. Quamquam autem totum negotium inter illud, & Philippum Ducem, secretò, & paucissimis quibusdam, iidemque fidelissimis testibus ageretur, donec Callisti Pontificis consensus Borbonio in Episcopatu confirmasset, tamen antequam diploma ex Vrbe allatum esset, ipse Episcopus factum suum vltro confectus, in pleno consensu Ordinum patriae Leodiensis propalaui: cumque, contristatis omnibus rogaretur: Efflet ne huc vi, aut metu adactus; offerentibus vindictam subditis certatim vnuerfis, respondit, se & fecisse, quod actum esset libero arbitrio, & facti necdum penitere. Huic resignationi, Calixtus Pontifex, primam faciem lebat, prestare assensum. Victus tamen precibus Caroli Regis Galliarum, & Philippi Ducis confirmauit. Suf-fridus de Episcopis Leodien. Tom. 3. Meyerus lib. decimo sexto Annal.

XXIII. Assenti- tioni Episcopi Leodiensis.

Quo etiam anno, festiuitatem Sacrarum Reliquiarum Atrebatensium, quam illi Secundam à Paschate, Dominicam per singulas Octauas ferias celebrant, Indulgentiis ornauit, dato isto diplomate. Calixtus Episcopus, Seruus seruorum Dei. Vniuersis Christi fidelibus, praesentes litteras inspecturis, salutem & Apostolicam benedictionem. Si populus Israeliticus, qui sub vmbra Legis, frequenter accedens, oraturus ad locum, quem elegit Dominus, vota sua, & donaria plurima ibidem offerebat: tanto fortius populus Christianus, cui apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris, tenetur Ecclesias, praecipue Cathedralas, in quibus Christus, ad abolendam criminum nostrorum corruptelam immolatur quotidianè, congruis honoribus frequentare, & offerre munera cum

XXII.

Difficultatem in Episcopatu Traiectensi orantem sedat.

XXIII.

Assenti- tioni Episcopi Leodiensis.

Ecclesiam Atrebatensium indulgentiis decorat.

animi puritate, quanto certiora sunt experimenta rerum, quomodo anigmata figurarum. Cum itaque, sicut accepimus, in Ecclesia Atrebatensi, qua mirificè adificiorum fabrica constructa est, atque pretiosissimis Sanctorum Reliquijs, capsis & loculis decorata, inter caetera quoddam vas insignè, auro, argento & gemmis coruscans existat, in quo non modica Crucis, in qua Saluator noster se obtulit Patri hostiam vnam, particula, & velum, quo caput suum texit intemerata Virginitas, nec non cingulum, quo vterus Virginalis, Templum Dei, Sacrarum Spiritus Sancti circumamictus erat; ac de illo manna, quod velut lanam albam pluuia mixtam, apud Atrebatas, è calo desluxisse celebres testantur auctores, & recondita sunt; quodque, propter singularem sui astimationem, vnuerfus illius, aliarumque regionum populus, feretrum sanctae uirginis nominat, ac veneratur: in cuius descensu consuevit caruam habitationes regionis, pia existimantes deuotione, suas animas ad gratiam, terrensque, & pluuia ad fructus suos ministrandos, diuina misericordia aptiores esse. Quibus praemis, vt similiter accipimus, tradidit antiquitas, vsque ad moderna tempora protensa, quod olim populo fame peruenit in regione Atrebatensi Dominus misericorditer visitans illam, hoc manna aemulè ex alto: ex cuius praesentia, terra prius arida & sterilis, fertilis effecta est valde, & ipse populus saturatus, pane quasi de calo misso, cuius portionem, ne memoriam tanti beneficii vlla deleteret obliuio, in loculo illo pretioso Patres eorum seruauerunt; ad instar Moysi famuli Dei, qui procepto eius, ex manna, Patribus in deserto aliud concesso, Gomor in vrna aut oco posuissent, vt seruaretur in futuras generationes. Et vt has Dei miserationes, incolae regionis cantem memoriter, & teneant, Dominicam, qua in sancta Dei Ecclesia, in introitu Missae canitur, Misericordia Domini, plena est terra cum ipsa Atrebatensi Ecclesia, suarum Reliquiarum, atque huius diuini muneris, sancti scilicet Manna solennia deuotissime celebrat, submitendo cuius gaudio reuerent ex capsum ipsam hor à nona vigilia praecedenti, eamque, per totas Octauas conuertari, osculari, à populo permittent; ac vbi die Octauo diuinum Officium decenter exsoluit, suo in loco, cum subilo diuina laudis deuotissime reponit.

Nos igitur cupientes, vt ipse Ecclesia, cui, sicut Venerabilis Frater noster, Ioannes Episcopus atrebatensis, Reuerendarius noster, & dilecti filij, Praepositi, Decanus, & Capitulum dictae Ecclesiae nobis exposuerunt, licet per horas Octauas ipse populus olim offerret munera pretiosa, vt Ecclesia memoria integra consisteret, & ne vlla ex parte pateret vniuersi, nihilominus tamen instantibus nouissimis temporibus, populi charitas aded refriguit, quod eorum oblationes, ac eius Ecclesiae facultates, qua exiguae sunt, ad reparandam, & mantentionem tam altè fabrica, tamque mirificè, qua manumilla Regum, & lacte populi retroactis seculis nutrita integra permanebat, non suppetant; quomodo ad hoc Christi fidelium suffragia sunt quamplurimum opportuna, à populo praedicto, ac alijs fidelibus, congruis honoribus frequentetur, & etiam pijs eorum suffragijs, in usum praedictum reparandae, pariter, & conseruatur; & ipse populus, ac alijs Christi fideles ed libentius, causa deuotionis confluant ad eandem, & ad illius reparandam, restaurandam, & conseruationem, manus promptius porrigeant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gratia vberius conspexerint se refectos; & Omnipotentis Dei misericordiam, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vero patientibus, & confisus, qui in vigilia memoratae Dominicae, nec non ipsius, ac Corporum Domini nostri Iesu Christi, ac Assumptionis, & Natiuitatis Beatae Mariae festiuitatum diebus, quibus illud pretiosissimum feretrum, per populum, & fideles ipsos venerandum submittitur, & per singulos dies Octauarum eandem festiuitatum, nec non alijs diebus, quibus etiam ipsum feretrum ob aliquam causam, iudicio, & arbitrio dicti Capituli rationabilem deorsum mittitur, eandem Ecclesiam deuotè visitauerint annuatim, & ad reparandam, ac conseruationem huiusmodi, manus adiutrices porrexerint, vt praefertur, pro singulis diebus praefatis, quindecim annos, & totidem quadragenas, de munitijs praesentibus, misericorditer in Domino relaxamus praesentibus post quinque annos annos minime valiturus. Datum Roma apud S. Petrum, Anno incarnationis Dominicae, 1455. 17. Cal. iulij. Pontificatus nostri, anno primo.

Quod manna istud attinet; narrat Ioannes Molanus grauisimus auctor, accidisse cum anno 403. Atrebatense solum, caelo aquas negante, miserandè sterilitatis fastidio consenuisset, lanam, quam manna vulgò vocant, pingui rore permixtam, caelitus cecidisse, ac per totum territorium diffusam, miro modo profus fecundasse: ad cuius beneficij à Deo Opt. Max. eiusque Virgine matre, Diuà tutelari Atrebatensium accepti memoriam, Lanæ istius pars sacris Reliquijs adiuncta, haecenus magna cura, & honore seruata est. Commonstratur statuto tempore, nempe in maxima aeris, terraeque siccitate, ac siccitate, ad eliciendam implorandamque à superis pluuiam. Molanus in Natali SS. 6. Febr. Ferreolus Loricus in Chron. Belgico ad hos annos.

Quibus temporibus, scilicet circa annum 1455. in dicecesi Herbipolensi, non procul ab Hippohen, in quodam loco, qui Birolingen dicitur, in solitudine, quaedam imago Beatae Mariae semper Virginis, in quadam arbore posita, multis cepit conseruare miraculis, ad quam maximus populi concursus factus est, & multae fidelium oblationes impensa, ex quibus successu temporis, Monasterium Canonicorum Regularium de reformatione Vindeshheimensi fuit constructum, atque ditatum. Tanta fuit pietas, & liberalitas Germanorum, erga Diuam Deiparentem ac religionem Catholicam, id temporis à Praedicatoribus Crucis Christi excitata. Chron. Sponheimen.

Longius aberant ab ea religione Bohemi, à Georgio Podiebracio Governatore, & Rochezana pseudopontifice in transfuersum acti. Argute perfrinxit Podiebracij vanaeiam, aliquis Kilianus parasitus, solens simulare stultitiam, vt alios stultos, vel faceret, vel ostenderet. Ladislaus, Vngariae, & Bohemiae Rex, rebus Pragae constitutis, vt à Silesijs Ordinibus iusiurandum acciperet, ac inde Vngaris opem contra Turcos laturus, Budam excurreret, Vuratslaurum concesserat. Ibi à Clero, Senatuque, & populo, quam honorificentissimè susceptus, cum in comitatu plurimum Episcoporum, ac Procerum, in Cathedrali Ecclesia festo quodam die se contulisset, ac diuini rebus interesset, Kilianus, Podiebracium, inter frequentes Principes eminentem his verbis compellauit: Quo vultu sacra nostra inspicias, plane aduerto, animum non mutator. Tamen dis obsecro; Nonne satis nitida tibi nostra videtur religio? Videsne, quam multi, & magni Principes, & ipse Rex noster vnum ritum sequuntur? Cur non his potius, quam Rochezanae consensu? An plus sapere paucos Bohemos, quam veltiquam Christi Ecclesiam censet? Quin reliqua in condit à plebe, nobilitate iungis nobilem? Ad tam acutum Kiliani sermonem, ferunt Podiebracium recepto haereticorum more respondisse, Ecclesiasticas ceremonias sua quemque profide gerere; non esse arbitrij humani, quod velit credere: victimam magnis rationibus mentem humanam, volentem, nolentemque capi: sibi per suam esse suorum Sacerdotum religionem. Catholicam si sequeretur, homines fortè falleret, animae suae contrarius. Deum, qui corda inspicit, se non posse fallere. Nolle Kiliano simile esse. Aliud histroni, aliud nobili conuenire. Haec vel tibi haberet, si sciret; vel his referret, si qui eum submisissent. Ista Podiebracium animo pericacè, totius antiquitatis, & vnuerfitalis, quin & vnitatis orthodoxorum contempserat. Vuratslauri porrò dice-dens Ladislaus, Viennam, & hinc Budam, comitantibus Archiepiscopo Strigoniensi, Comite Palatino, alijsque Praelatis, Proceribus, & Nobilibus Regni Vngariae, ante octauum mensis Februarij venit. Budae, de nulla re prius, crebriusque, quam de bello Turcico consultatum fuit, ac currentibus alijs post alios nuncijs, terribilia de copijs Mahometis, eiusque minis nuncijs, quomodo videlicet Regno Vngariae par exitium, atque imperio Constantinopolitano interminaretur, paratamque se iam victoriam habere iactaret. Factum Senatusconsultum, vt Oratores ad Callistum Romanum Pontificem mitterentur, oratum, vt curam adhortandi Christianos Principes, ac populos, ad fe-

XXIV. De Man-na Atrebatensi Narratio.

XXV. Miracula fiant ab Im-agine Deiparae.

XXVI.

Kilianus quidam perfringit Podiebracium pertinacem Hufitatum.

Calixtus pro subfugatione Hufitatum.



XXVII. Calamitatis, & inconstantia Aulica exempla

renda contra Turcas auxilia, sua auctoritate suscep- ptam, non modo non intermitteret, sed etiam maio- rem adhiberet; quandoquidem Vngarorum precibus clausas illi aures haberent; spe tantum, & vanis pro- missis Vngaros laetarent; Nihil in Calisto defuit; qui & triremes continuo sedecim quibus maritima hos- tium vexarentur, aduersus Turcas transmisit; & Lega- tos, ac Praedicatoras ex primoribus Christiani orbis pro- uincias, subsidiis contrahendis, omnibusque ad sacram militiam excitandis destinauit.

Dedit id temporis Regia Ladislai, exemplum in- constantiae, & calamitatis aulicae, dignum quod a Prin- cipum assentatoribus, praesertim his, qui aliorum ruinam quam veram virtute crescere volunt, legatur. Duo erant Vltici in aula Ladislai, alter Comes Ciliq, Regi fan- guine coniunctus, alter Eizingerus inter Austriacos proceres facile primus. Vterque apud Regem in gratia; alter alterius amulus; sed primum Eizingerus extra gratiam Ladislai, a Comite electus. Variavit inde vtri- usque fortuna. Eizingerus Comitem, Comes Eizin- gerum aulam & fauore Regio exclusit, hoc ordine. Comes, vt quam splendide Regem in Bohemiam duceret haud ignaue operam dabat. Ad eam rem non parum auri necessarium erat. Publicum avarium exhaustum: qui eam summam crederent, neque negotiatores, ne- que proceres inuocantur. Mos est Australibus, quo- ties repentina Principi necessitas ingruit, ex subditis pro modo facultatum pecuniam exigere, quam vo- cant. *Stauram*. Id tamen iniussu provincialium haud permittitur. Huc ergo recurritur. Conuocantur apud nouum Triticburgum pro veteri consuetudine quatuor ordines Sacerdotes, Barones, nobiles, ciuitates. Ibi Comes praesente Rege, conuocationis causam edicit: iter in Bohemiam Regi necessarium ostendit; qua pecunia sit opus, exponit; Principi suo vt subueniant, hortatur. neque inopem, mendicantique similem ad coronam suscipiendam ire permittant. Conuentus deliberandi copiam petit. Ibi Eizingerus, iam pridem a Comite spretus, & extra gratiam Regis factus, occasionem, qua se vindicaret, expectans, idoneum nactus tempus, vo- catis scorsim primoribus, quos sibi fidos, Comiti in- tensos credidit, ita locutus fertur. *Quid agimus, viri Au- strales, semper Ciliensis mancipia erimus? Imperatoris in- grum excussumus, vt Comiti seruiremus? Moderari certe illius regnum fuit, tolerabilior dominatio. Ille in Austria natus, nostrorum Principum sanguis erat: & si verum scire libet, nostri domini dominus. Quia tamen ex re sua magis quam Principis nostri prouinciam rexerit, arma sumpsimus, praese- ctos eius eiecimus, Regem nostrum vindicauimus. Huc alieni- gena, nostra a demum a tate principatus honore donauit, nos omnes pro seruis habet. Cui nostrum de Repub. consilium cre- ditur? In iussu nostri Rex in Hungariam ductus est. superis gratia, qui remisit incolorem. Nunc ne scientibus nobis, promissis Bohemis Hungarica, Bohemica, negotia, so- lus Comes pro libidine sua ducit. Neq. contemtu duorum Re- gnum Gubernatores, vestigales sibi fuisse, Austriam solus exhaeruit. Nam quot a portio est, quam Regis sumptus ac- cepit? Quicquid reliquum est, Comiti cedit. Maior est, qua Regi fa- milia seruit. Taceo concubinam in star Regina cultam, cuius vtrum, conciuem nostrum, v. Venenses inter fecit. Plena pra- domibus & meretricibus domus eius. Inter eas, & illos Regis opes effundit. Magistratus, praesertim as, Sacerdotia vendit. vbi non sufficiunt publica furta, ad priuatas facultates manus admovent. Quicquid olim peccauerit opulenti, hodie plebs vult. nulla vetustas impunitatem criminum habet. Neq. tua inno- centia est inuicta puniunt scelera. Et offendisse maiesta- tem conuincitur, quisquis diues habetur. Nemo sine sustinere certus dominus. Equi, serui, liberi, coniuges vestra pro libidine Comitis auferuntur, omnia ei licent. neq. pauciora vult, qua potest. Nunc sumptus Regis petuntur, quibus in Bohemiam pergat. Fateor non iniqua postulatio est, si fraus absit. Cau- tiorem me, Comitis artes ac versutia redant. Sibi hac pecu- nia, non Regi queritur. Nouum aliquod bellum, nouum argen- tum pariet nostris altum malis sua quae. pax eius nostrum bellum est. insecutum facit nostra securitas. Pudet me*

patientia nostra, qui si viri essemus, facile opprobrium hoc a nostris oculis eiecimus. Sed fuit haec prohibita con- uentio; nunc simul congregatis, licet Respublica consulere. Resumite alacres spiritus, amicos vestros quisque cummoni- tos reddite, ad imperium praesto cum armis adfuit. Accingimini mecum; aut vobis libertatem, aut mihi mortem parabo. Illud imprimis mihi ex vfu videtur, multitudo, ne Regi postulata denegat: tum paucos ex primoribus delegat, qui Regem aduenies, semotis arbitrio, prouincia necessitates expo- nant. Non dubium, quin vobis, mihi, id numeris dederit. Ego, si Regis alloquendi facultas datur, exclusurum me comi- tem nequaquam ambigo. Placuit Eizingeri consilium. Dat inuicem dextras, iureiurando se astringunt, alterum alteri non defuturum, donec Comites eiciantur. In con- uentum prouincialium, quae volunt, ex sententia ordi- nant. Nec morati. Regem aduenies, daturos argentum prouinciales offerunt. esse tamē, quae soli mandata per- ferat, Rempub. Austriacae concernentia. Iussis exire cae- teris, soli apud Regem manent. Ibi Eizingerus Regem Australi sanguine natum dicit, nullos sibi fideliores Australibus esse. Imperium eius illis naturale, caeteris violentum. Consilium ab his auditum rei nouitate, sibi quisque fugam consuluerant. Tacitus igitur, & confuso similis, cum quatuor tantum comitibus ex aula discedens, in patriam suam concessit. Albertus Marchio Brande- burgensis, ne populares saxa in eum iacerent, ad por- tam vsq. turam iter fugienti praebuit. Verum quibus manus prohibita fuere, lingua libertate vsu, probrosa in abeuntem maledicta omnis generis congestere. In- constantis fortunae singulari documentum. Nam qui paulo ante tutor Regis, & secundum in Austria caput erat, in quem oculi omnium respiciebant, qui belli, pacis que munia solus agebat vnico Regis verbo, potestate priuatus, inops consilii, & animo confusus abiit. Sed tamen Eizingero, non diu benignior aura aspirauit. Postquam Ladislaius diademate Regio apud Bohemos suscepit, Vietinam reuersus est Comes, per amicos re- conciliari illi quasuit. Nec amplius aduersa fortuna est. Inuisus Baronibus Eizingerus, quorum auaritia, atque rapina obstitabat, conseruare gratiam Regis ne- quebat: quum ille modo per seipsum, modo per filios, qui Regi diu, nocteque affabat, Eizingerum crimina- rentur, & indignè pulsus Comitem dicerent. Regi propinquum, & qui sibi Regnum restituisset. Libuit igitur ab exilio reuocare Comitem. Is ergo clam per ami- cos Regi reconciliatus reuersusque, Viennam mag- num, & splendidi apparatu, mille ducens equites expe- ditos in armis, adit. Aduenienti Rex obuiam extra vr- bem factus est. Proceres, nobiles, populares omnes festi- cuti, salutare, amplecti, laudare Comitem; certare in- uicem, contumeliosius eiecerint, in magnificentibus re- uocauerint. Mira rerum mutatio qui paulo ante ma- stus, in exilium ierat, in triumphantis modum reuer- titur. Eizingerus, qui culmen potentiae consecutus eu- deiecerat, quod in alium statuit, in seipsum pati cogi- tur. Intraente namque vrbe Comite, ipse cum amicis egreditur; spontaneum exilium eligens. Lubricus apud Reges primus est locus, nec solida potestas, vnus vo- luntate subnixus. Ferunt Comitem, Eizingeri cognito recessu, laudabile hominem, qui fortunam ludibrio se subtraxerit. paratam ei turpissimum mortem fuisse, si iudicium expectasset. Vt enim optimo consilio si curiales procel- las perpetuo declinauerit. Nec etiam sibi ipsi Curia mores pla- cula, acceptam superiori anno ignominiam, mens sua semper haerere; semper ante oculos esse turpem electionem, contumelio- sium exilium, probrosa verba: mirari, quod non peiora tulerit. Deo gratias agere, qui pristinum sibi statum reddiderit: satis factum honori suo esse, nec plura cupere. Mansurum tam- diu apud Regem, donec electionis infamiam gloriosi reditus rumor extinguat: potentiam deinde & Regis amicitiam, & popularum auras malle se dimittere, quam perdere. Non ta- mititer ea fecit, Comes, quam dixit sapienter. Potenti- m qui consecutus fuerit, nemo tam facile deponit, quam damnat. Retinent amici, implicat glorie cupi-

SENATI

Senatu, an Rex in sententia persisteret; & mutatum e- ruit animum ratione Comitis verebatur, inclinatur, quod illi esse verteret, ex cuius nutu pendere victoriam norant. Eizingerus, de statu suo sollicitus, nihil cun- ctandum ratus, priusquam Rex Comiti responderet, ita inquit; Ego mandante Rege verba feci, nihil de me loquutus sum, ipse adest, ipse me iudicat. Dabo merito penas, si me a- rbi, Comes, non Regis voluntatem exposui. Effare tadem, Rex optime, nec nos vltra suspensos teneto. Tum Rex placide, vt consueuerat, Ex mea, inquit, intentione, ac volun- tate loquutus est Eizingerus. atque his dictis subicit, Videre erat erectas Australium mentes, & iam Comi- ti tamquam victo, eiectione insultantes. Ille ad Pro- ceres extens, quos in aula congregatos diximus, eiectioni- nis suae contumeliam exposuit, consilium, atque auxi- lium expetens. His in voluntate Regis omnia sita res- pondentibus, ad sororem Regiam se contulit: ab ea praeter lacrymas, & muliebre eiulatum nihil extor- quet; & iam vndiq. per palatium ire armatos animad- uertit. Cedendum itaque potentis inuidiae censuit; neque parum putauit, ex inimica ciuitate, saluum corpus educere. Clientes eius auditae rei nouitate, sibi quisque fugam consuluerant. Tacitus igitur, & confuso similis, cum quatuor tantum comitibus ex aula discedens, in patriam suam concessit. Albertus Marchio Brande- burgensis, ne populares saxa in eum iacerent, ad por- tam vsq. turam iter fugienti praebuit. Verum quibus manus prohibita fuere, lingua libertate vsu, probrosa in abeuntem maledicta omnis generis congestere. In- constantis fortunae singulari documentum. Nam qui paulo ante tutor Regis, & secundum in Austria caput erat, in quem oculi omnium respiciebant, qui belli, pacis que munia solus agebat vnico Regis verbo, potestate priuatus, inops consilii, & animo confusus abiit. Sed tamen Eizingero, non diu benignior aura aspirauit. Postquam Ladislaius diademate Regio apud Bohemos suscepit, Vietinam reuersus est Comes, per amicos re- conciliari illi quasuit. Nec amplius aduersa fortuna est. Inuisus Baronibus Eizingerus, quorum auaritia, atque rapina obstitabat, conseruare gratiam Regis ne- quebat: quum ille modo per seipsum, modo per filios, qui Regi diu, nocteque affabat, Eizingerum crimina- rentur, & indignè pulsus Comitem dicerent. Regi propinquum, & qui sibi Regnum restituisset. Libuit igitur ab exilio reuocare Comitem. Is ergo clam per ami- cos Regi reconciliatus reuersusque, Viennam mag- num, & splendidi apparatu, mille ducens equites expe- ditos in armis, adit. Aduenienti Rex obuiam extra vr- bem factus est. Proceres, nobiles, populares omnes festi- cuti, salutare, amplecti, laudare Comitem; certare in- uicem, contumeliosius eiecerint, in magnificentibus re- uocauerint. Mira rerum mutatio qui paulo ante ma- stus, in exilium ierat, in triumphantis modum reuer- titur. Eizingerus, qui culmen potentiae consecutus eu- deiecerat, quod in alium statuit, in seipsum pati cogi- tur. Intraente namque vrbe Comite, ipse cum amicis egreditur; spontaneum exilium eligens. Lubricus apud Reges primus est locus, nec solida potestas, vnus vo- luntate subnixus. Ferunt Comitem, Eizingeri cognito recessu, laudabile hominem, qui fortunam ludibrio se subtraxerit. paratam ei turpissimum mortem fuisse, si iudicium expectasset. Vt enim optimo consilio si curiales procel- las perpetuo declinauerit. Nec etiam sibi ipsi Curia mores pla- cula, acceptam superiori anno ignominiam, mens sua semper haerere; semper ante oculos esse turpem electionem, contumelio- sium exilium, probrosa verba: mirari, quod non peiora tulerit. Deo gratias agere, qui pristinum sibi statum reddiderit: satis factum honori suo esse, nec plura cupere. Mansurum tam- diu apud Regem, donec electionis infamiam gloriosi reditus rumor extinguat: potentiam deinde & Regis amicitiam, & popularum auras malle se dimittere, quam perdere. Non ta- mititer ea fecit, Comes, quam dixit sapienter. Potenti- m qui consecutus fuerit, nemo tam facile deponit, quam damnat. Retinent amici, implicat glorie cupi-

do, obstat inimicorum metus: semper est, quod pro- craftinare compellat. Facilius Gordii famosum in A- sia nodum quis solueret, quam potentiae, Regni que blanditiis sese explicaret. Perdere magis, quam dimit- tere voluit videri, quemadmodum iterum, & ipse Comes, rursus dignitate, & vita priuatus ostendit: vt anno insequente dicemus. *Syluius hyst. Bohem. c. 61. 62.* Procerum ista inter se velitatio, non minimum rei- publica Christianae detrimenti attulit; dum illi inter se emulationibus certantes, opes, vires, & consilia, per- dendis sibi ipsis, ingenti suo probro impendebant, ac interim Regem contra haereticos in Bohemia, contra verò Turcos in Vngaria imbellem, inopemque, peri- culis multis exponebant, adeoque & rempublicam, & se imprimis per mutuas vindictas perderent. Vt terra; cuius Rex, puer est. Felicior, quia for- tere cautiore, an modestiore, apud Henricum Regem Cas- tellae, Paciecus rerum arbiter, siue electus, siue a pro- ceribus datus. Nam & Henricus, non minus, quam Ladislaius puer, quamq. aliis de causis alieni ingenii non minus egens. Prudentia, non magis ciuibus in pace re- gendis, quam intelsumis Regni motibus pacandis He- rico defuit. Defuerunt & alia quam plura, maiestati, & auctoritati conciliandae, seruandaeque. Toruus ei alpe- ctus, ac ferus; venationis, & mulices potius quam al- terius Regiae virtutis studium. cultus moderatus, aqua potus, cibis nimius, mores dissoluti, atque omnibus turpitudinū maculis vita deformis; quibus rebus corpus labefactum, atque morbis obnoxium fuit. So- cordia patri persimilis, neque impendenda mala con- siderare neque satis animo prouidere tempestates. Ardenti quidem ingenio, pusillo tamen atque opple- to farditate. Inde nulla actionum constantia. Liberalis illi, atque Impotentis cognomina vulgo afflicta; alte- rum naturae vitio, alterius causa profusa liberalitas exi- tit: prorsus, vt donandis oppidis, profundendis sine iudicio, eoque nulla gratia, quos auidè cogerent the- sauris maiores omnes superasse videretur, imperii etiā maiestatem imminuisse, vires debilitasse, alieni appe- tenses, sui prodigus. Data beneficia obliuiscita accepta re- cordari, eaque properantius compensare, quam aequi- tum. Mitis sermo fuit, atque comis: quosuis benigne appellare, clementia nimia, quae nisi feueritate astrin- gatur, non minora saepe mala, quam crudelitas affert. Legum contemptus, impunitatis spes, prauroum auda- ciam alit, atque confirmat. Hac morum varietate fa- ctum, nulla vt turbulentiore tempora extiterint, qua Henrici Regno. Apud hunc tamen Paciecus, ad vitae vsque finem in gratia perfluit. Eius arbitrio, inter Cas- tellam, & Aragoniam, quemadmodum Callistus Pon- tificex desiderabat, pax firmata: Eiusdem formidantis, (ne rebus tranquillis, minus ipsi potentiae, & auctori- tatis esset) artibus inter Regem Vasconum, & Carolum filium Vianq principem, conuenire non potuit: quam- quā Rex, Carolum, & Blancam filiam, satis idonea cau- sa, cum in patrem rebelles existerent, repudiaret; & cū Euxeni genero fœdere iuncto, Vasconum Regnum in eum transire cogitaret. Illius ipsius audentis confi- lio, Henricus Rex bellum mauricum suscepit. Primo quoque tempore validis copiis contractis, in quibus quinque equitum millia erant, semel Granatae subur- banus ager, mox noui irruptione Malacitani fines omni belli iniuria vexati, tantā celeritate, quantā vix eques in pace tantum spaci oculis lustrare, pedibus peragra- re potuisset. Ad eius belli famam, nouae militum manus conuenere, equites quattuordecim millia pedites ad quinquaginta millia, rebus magnis perficiendis exer- citus par. Cum iis copiis testid in Maurorum fines penetratum: ipse Granatae vrbs ager in ciuium oculis incensus. Vt iusta pugna confingeretur cum hostibus, se ex omni parte ostentantibus, consilium non fuit: a- nimus modo erat, triennio corruptis segetibus barba- ros, ad supremam annonae inopiam redigere. Vulgo milites in consiliis rapidi, ac lingua immodici, ignaui am interpretari: seque, quando tantae commoditates

XXXVIII. Procerum dissensio- nes regni- noxiae.

Paciecus magnā pollet an- thoritate apud He- ricum Castellae Regem

eius Con- silio Mau- ricii bel- lum au- spicatur.

XXX. Poloni in Turcas crucefi- gnantur.

Poloni & Cru- ciferi di- sident.

amitterentur, cum vellent Duces, ac iuberent, non esse pugnatos. Proceres etiam inter se conturari; Rege capto alia ratione bellum administrari. Coniurationis auctor precipuus Petrus Gironius, Calatrae Magister. Enecus Mendoza tertius Santillani filius, Regi suavit, vti Alcaudeto, ubi vis parabatur, se cito Cordubam transferret, alii conficiis causis. Sic periculum in praesentia vitatum, infamia nondum indicata, quibus cognitis, tandem Cordubae, propter anni tempus milites quidem perfoluto stipendio in hiberna dimissi sunt, ad prima veris, signa redire iussi proceribus vero missio data vacatioque. Ea vindicta concepti sceleris fuit. Rex ipse Abulama, & Segobiam venatione remissurus, animum contendens, in studium tamen concitatus, Baticam primo tempore repetendi ad clypei limbum geminos malignanti ramos affingi iussit inter se complicatos; quoniam Regum Granatae insignia sunt, quasi destinata voluntate, nisi Mauricio bello confecto, genteque ab stirpe excissa, ab armis non discedendi. Tantis ardor fuisse, in Comite Cilix, vel proceribus aliis qui Ladislao Regi assistentes, dubio procul de bellatu de Turco id temporis fuisset. Mariana de rebus Hispan. lib. 22. c. 15. & 17.

Poloni, non legiores ad Turcicum bellum. Ioannes Capistranus Minorita, nouo diplomate Pontificis Calixti incitatus, nihilque moratus, Cracouiam reuertens, concionibus saepe saepius de more factis, plurimos equites, ac pedites in eam expeditionem hoc anno Cruce signauit: ac multo plures conuocasset, nisi bellum Prusicum, Regi Cazimiro, cum Cruciferis non intermissum, impedimento fuisset. Frustra conatus est Calixtus illud dirimere, Cruciferis quidem insolentes conditiones proponentibus; Rege autem de gloria, & de Prouinciis Regni hereditariis dimicante. Friderici marchionis Brandeburgici fraus tunc apparuit. Is ad magistrum Cruciferorum cum quingentis cataphraetis equitibus profectus, & complures dies ibi commoratus, relicto apud hostes equitatu, ad Regem in castra venit, petens, vt se arbitro, Rex cum Cruciferis pacem faceret. Id autem non ex animo faciebat, sed vt aptum bello gerendo tempus eximeret. Vbi non abnuere Regem sensit, reuersus ad Cruciferos, Regi renunciarit iussit, optimas, & vltro ipsi expetendas, meritisque eius maiores conditiones se allaturum esse. Itaque condita ad Coscelecium pagum die, missa Rege Ioannes Episcopus Vladislauensis, & Cancellarius, Ioannes Tencinius Cracouienis, Petrus Opporouius Lencicenis Palatini, & Hincia Rogouius Castellanus Siadiensis, vana fuisse Friderici promissa repererunt. Postulabant enim Cruciferi, vt Rex omni Prusia, (quo nomine Pomeraniam, & Culmensem, & Michalouiensem Prouincias complectimur) sibi decederet: tum demum, quocumque vellent iudice fecum disceptaret. Incepit a Polonis Fridericus, quod non bona fide cum Rege ageret; ne tamen nihil egisset videretur, pollicebatur, Cruciferos, Culmensem, & Michalouiensem regiones Polonis concessuros, ac impensas belli soluturos esse. Quas conditiones cum Poloni non acciperent, re infecta discessum est, ferocioribus factis Cruciferis, quingentorum cataphractorum equitum accessione, quos Fridericus discedens in castris ipsorum reliquerat. Inita tunc erat ratio paranda in stipendia militum pecunia, neque honesta, neque vtilis, scilicet Ecclesiarum vasa, ac donaria conflandi, Archiepiscopo, & Poshanienli, Vladislauensique Episcopis assentientibus. Quod cum in tribus dicecesibus, quarum Episcopi consenserant factum esset, sola sex millia florenorum redacta sunt. Nam de Cracouienis nihil ablatum est, non permittente Episcopo. Decretum postea, vt Ecclesiastici ex agris pensionem duplicem; ac praetera, vniuersis Ecclesiasticis ordo, dimidius redditus suos conferret: atque in eam sententiam editum factum, Cracouiae, & in aliis oppidis promulgatum; non sine summa prophana tyrannidis infamia, & Ecclesiastici ordinis iniuria, cui

inuito, immunitas, dimissis, humanisque legibus concessa eripiebatur. Tamen retractatum id decretum est in Comitibus Petricouiensibus independentis anni 1456. principio, contendentibus Episcopis, atque ostendentibus, magno cum detrimento a Polonis aere sacrilego conductis contra Prutenos hoc anno pugnatum fuisse. quo anno, Sbigneus Olesnicus Cardinalis, & Episcopus Cracouienis, cum Sandomiriae Quadragesimam ferè omnem arcuore abstinentia peregrisset, ac die Palmarum nomine apud Christianos celebri, publice sacris operatus esset, sequenti vero die Consopoli Cancellarii exequias peregrisset, ex lassitudine morbo contracto, cruorem expuens, praefocato anhelitu, postridie, quae prima dies Aprilis fuit, vitam cum morte commutauit, cum triginta duos annos Episcopus fuisset, vixisset sex, & sexaginta, vir magnus inter Polonos, pupillorum, & viduarum patronus, in egenos liberalis, Ecclesiasticae libertatis vindex, & defensor accerrimus, Reipublica studiosus, & constans Aduocatus, minarum, periculorumque contemptor. Hic Sandeciae nouae Collegium Sacerdotum cum praetatis instituit; facultates suas amplissimas, omnes egenis, & studiosis adolescentibus, Ecclesiis item, & monasteriis, propinquis praeteritis, testamentis legauit. Successorem accepit Thomam Strempnium Theologum, Procancellarium, non tam Regis fauore, quam vniuersi Sacri Collegii studio designatum, & a Calixto Pontifice probatum. Non mihi taceanda est rara fides Tartarorum Ducis Ezigeris quam is hoc anno erga regem Poloniae milla legatione demonstrauit. Is Cazimiro faderatus, propter auxilia, quae contra Cruciferos promittit, vt Podoliam atque Volyniam se viuente Rex arcibus & oppidis, contra impotentiam liberorum, gentisque suae muniret, admonuit, suavitque; se enim tenuisse, illos autem quietis, & otii impatientes esse. Cromerus, Michalouius, & Dlugosius de rebus Polonorum.

Eodem anno Calixtus Pontifex, Thomam Bourghierium, ex Eliensis sede ad Cantuariensem Archiepiscopatum euectum, confirmavit ac misit in Angliam Archiepiscopo Rauennate Legato pallium honoris illi contulit, Cardinalemque S. Cyriaci in thermis renunciauit: quo ad consiliandos Reges Galliae, & Angliae, eosque ad sacrum bellum excitandos tum ad mores Cleri, ac populi Anglicani reformandos, vteretur. Indicta synodo edixit; vt religiofi, qui abiecto suae professionis habitu, seculari amictu vestiti beneficia acquirunt, beneficiis priuentur, & apostolicae poena plectantur.

2. Ne Ecclesiastica bona, sine licentia Episcopi locentur.
3. Vt de syluis, arboribus, fasciculis, & biletis decima soluatur, quacumque consuetudine non obstant.
4. Vt nuptiis contrahendis, testamentisque conficiendis, duo pluresue testes adhibeantur.
5. Praetera, de variis Clericorum, atque laicorum excelsibus corrigendis, multa decreuit, quae ad crucem Paulinam publicari pro concione mandauit. Auctor Antiquitatum Ecclesiae Britannicae.

ANNO CHRISTI

1456.

CALIXTI PAPAE III.

Anno 3.

FRIDERICI ROMANORVM IMP.

Anno 17.

Quis Mahometum Turcarum principem, in Christianos amplius irritauerit, non illud co- gnoscere Bandellus narrabat, quod adiungo, factum immaniissimum. Cum Mahometes 1453, expugnasset Constantinopolim, cum aeterna Principum Christia-

Ezigeris Tartarorum Ducis in Poloniae Regem Fides.

XXX. Arch. Cantuariensis fit Card. & eo vitur Calixtus Pp pro pace Anglorum & Galliarum, & reformatione Angliae.

Turcarum Rex mo- re famina irenes flagrat.

ab eo a- mouere illum cu- rat Mustapha.

Obedit illi sed cum sanctia.

norum infamia, fuit inter spolia huius magnificae vir- bus inuenta, virgo quaedam eximiae pulchritudinis. Nomen ei erat Irene, quae annum aetatis xviii. agebat; eamque Dux aliquis Mahometi donauit. Hic, vt iuuenis lasciuia plenus, vixi virginis formam, eam sibi asseruari iussit, donec belli turbas componeret. Imperii rebus ordinatis, illam sibi adducendam curauit, atque ita ardentem amauit, vt nec dies, nec noctes, sine ea posset esse. Durauit hic amor triennium, ad eum augef- cens; vt plane habenas Imperii laxans, negligeret Ma- hometa, curam eius Bassis committens. Vulgus, rem- egre ferre, quod non tantum Imperium negligetur, sed Bassae etiam, iniuriis in populum ditescerent. Clamabant, & Ianizzari, Imperatorem inutilem esse. Vi- debatur denique res, non murmur, sed potius seditio, appellanda. Nihil tamen magis quisque monere au- debat, metuens crudelitatem hominis; qui venustate illius Graece ita demetatus erat, vt Zelotypia flagraret & citius imperio, quam illi renunciaisset. Interim, cun- cti in ipsum conspirare, flagitantes alium magis indu- strum Imperatorem; qui bona parta non tantum conseruaret, sed etiam augeret. Ambulante autem Ma- homete quodam die in horto; accessit Mustapha, vir magnanimus, cum Imperatore educatus; indicans, si liceat, se velle, quid falutare exponere. Clementer a Mahomete acceptus, modestè ei exposuit conspiratio- nem cunctorum; propterea, quod triennio adhuc rens blanditibus feminae, remiserit omnino suum genero- sum animum. Cogitet, quam peccet: cogitet gloriam maiorum, tanto sanguine, partam. Vbi nunc, inquit, ar- dens illa cupiditas est ita aliam subiugandi, & Roma coronam accipiendi, tam Occidens, quam Orientis. Non sic amplifi- car imperium, sed praedae relinquitur. Si Ottomanus, ille ge- neris vestri auctor, sic amoribus indulisset; non haberet tu- hodie superbum Graeciae imperium, nec ille Galatiam, & Bi- thyniam subiugasset. Non etiam Orcaes, Lyciam, Phry- giam, Cariam, ad Hellepontum vsque. Non Antiochiam, Thraciam, Rasciam, Bulgariam. Non se opponere ausus fuisset Baia- zetes Tamerlan, 400. millia Scythiarum equitum, & 600. milia peditem ducenti. Omittit expeditiones Mahometis in Ser- uiam, V Valachiam, Lydiam, Ciliciam. Omittit Amuratis pa- tris tui, qui tantopere Graecos contulit: domans Phoenices, Beotiam, Aetoliam, Atticam, Cariamaniam; qui etiam signifi- candum Regem vicit, Burgundiae Duce capto, & Vngariam inuictum. Hinc tu aduocaris aliquid, Graecula lenocinis do- ment uti tuan potius viribus exhaustis, eneruat a militari for- titudine, maiestate per libidinationem imminuta, & domi- intestinum, & foris exterarum bellum contra te expectas? Graeci non tuo imperio obtemperabunt, si remissus ageris? Chri- stianorum principes, non de tuo exito cogitabunt? Quid, quod & Papa dicitur illos contra te excitare? Quid si vires suas, cum versa, tuo capitali hoste, aut cum Soldano iungant. Ex- pergitur tandem ab hoc veterano, & ad ingenium tuum redi, gloriam antenatorum, quam illi amplissimo imperio, nomini Ottomanico pepererunt, aut reliquerunt, noli amplius de- formare; quin potius illustrare, atque augere fortioribus fa- ctis perge. Porro, si ista Graeci tantopere delectaris; quid te impedit, quominus eam tecum in militiam ducas? Potes simul & formam eius frui, & arma exercere. postremo, ne in malam partem accipias, quae; quae pro debito tibi offi- cio, salutis causa dixi. Hic auditis, mire tortus fuit Ma- hometes: hic veritate orationis fidi serui Mustaphae; illic, venustate illius Graecae. Mustapha, inquit, est irre- uerentem mecum locutus es; tamen conseruabit te communis mecum educatio, & haec tunc presertim a fides. Anso Solis per Zo- diacum circuitum tibi & alijs demonstrabo, me posse Mithri- lpsi imperare. De operam, vt cras omnes Bassae, ducesque co- piarum mearum, sint in magna aula palatii mei. Tunc abiit cum Graecis; & blandissimè se cum ea, plusquam a- lias vniquam, per illam noctem oblectauit: atque maio- ris etià clementiae ostendit causam cum ea prandere voluit; iussitque, vt post prandium, se pretiosissimis suis vestimentis, & ornamentis decoreret. Obediit missella, nesciens tuncis apparatus sui. Aula Principibus completam; mirantibus singulis, quid hoc sibi vel-

let; cum tamdiu Imperator inclusus, in publicum non prodiret; ecce tibi Mahometes ingreditur, manu Graecam tenens; quae praeter exquisitissimum orna- tum, naturam quoque bellissima erat. Ipse, tenens sinis- tra manu Graecam, stetit in medio Aulae, reuerentia suorum vitata exceptus. Vos reprehenditis me, (inquit, oculis in gyrum furenter conuersis) quod amore vitus fuerim. At quis vestrum, si haberet tantam pulchritudinem in potestate, tam in amore frigeret; vt non citius ter de ipsa cogitaret; quam semel obliuisceretur? Quisque mihi liberè suam sententiam dicat. Illi cuncti admirari, & stupefescere; clamare, omni ratione excusandum, qui cum ipsa tempus consumeret. Tum barbarus ille immanis Nunc vobis notum faciam, inquit, nullam re humanam me sic capi posse, vt non sequar vestigia maiorum meorum; cum glo- riam Ottomanici nominis, adeo impressam animo meo ha- beam; vt nihil, nisi sola mors, illam inde delere possit. Hoc ita dicto; vna manu comam Graecae praehendens fla- uam, digitisque implicans; altera verò ensem de latere suo rapiens, illam vno ictu obruncauit, cum horren- do spectantium tremore. His adiecit. Videtis nunc, num Imperator vester possit suis affectibus imperare, an non? Mox vt suo furori satisfaceret, magno exercitu pene- trauit totam Bosnam, & obsedit Belgradum, ubi ab Ioanne Huniade, memorabili pugna profugatus fuit, hoc ipso anno. 1456, Bandellus in hist.

Itud porro quomodo acciderit, & quam nobilem victoriam, Christiani, de immaniissimo tyranno obtinuerint, Calixtus Pontifex, omnibus Christi fide- libus significabant.

Mahometes Constantinopolitanam victoriam super- bus, congregatis ingentibus copiis, in Hungariam properans, 10. millia pugnatorum ducere ferebatur, & inflatus opinione sua, nihil dubitare, quin deuicta Vngaria, Illyricos penetrare sinus, atque intima rura Liburniorum, & fontem superare Timari, rerumque caput Italiam, atque Romam vno imperu subigere posset. Verum parua vrbs tantos eius conatus retinuit Alba. Hanc primum expugnare statuit, propter op- portunitatem transeundi fluminis. Ioannes Capistranus Ordinis Minorum professor, vix sanctimoniam clarus hac tempestate, discursus iam pridem sinibus quibusdam Germaniae, Hungaros in arma publicis sermonibus excitauit; qui, vt appropinquare Turcos accepit, nil moratus, Albam se contulit; haud paruum Crucifignatorum manum adducens, auctoritate fre- tus Calixti Pontificis Ioannes quoque Cardinalis Sancti Angeli, Legatus Apolliticus in Germaniam missus, vt Septentrionis vires in Turcos excitaret, iam Budam manens, auxilia vndique ciebat. Ioannes quo- que Huniades contra hostis raptim copiis, ad Albam pro- fectus est. Turcus interim apud Albam castrametatus, summis viribus eam vrbs partem oppugnare a- doritur, quam planus patuit aditus; dispositisque tor- mentis rarè, atque insolite magnitudinis, priores mu- ros amouit. Vacuum haud paruum spatium intus erat vsque ad murum alterum. hic Crucifignati stationes habuerunt, parum tecta armis acies, gladiis hastisque tantum, & caelesti auxilio tuta. Ingressi per muri rui- nas Turci, atrox cum his praelium commiserunt. Capis- tranus ex turri clamitans, Christianos hortari, vex illum Crucis ostendere, opem de caelo promittere, maledicere hostibus, Dei praesentiam implorare. Huniades modò huc, modò illuc, cum globo militum currere, instaurare ordinem, pro fessis validos, faucis integros sufficere, Imperatoris, ac militis officium exequi. Pugnatum est summam vtriusque vi, modò no- stri, modò Turci pedem referre: hinc viuendum cla- mor, inde morientium exaudiri gemitus. Audaciores primique bellatores confessi gladiis cadere, super ca- dauera passim strata belligerari. Pulsi extra mœnia hos- tes, instante suo Imperatore, vrgente, castigante, Turci iterum irrumpere, iterum pugnare, acriter Christianos in vltimum discrimen adducere. Postre- mò Christiana virtute repulsi denuò, periculi magis,

Mouet in Christia- nos, sed damnata suo.



quàm pudoris anxii, oppidum fœdâ fugâ reliquere. Rursum sequentibus Cruce signatis, extra muros pugnam inflaurare, mox ex proposito diffugiunt Turci, & quàm remotissimè ab oppido Christianos trahere satagunt. Interim aciem à latere immittunt, quæ reditum in urbem egressis intercipiat. Furentes nostri, ac victoriâ exultantes, in quod præcipitentur discrimen, non aduertunt: paululum processuris, & à fronte, & à tergo periculum imminere vidit ex muris Capistranus; transierat hostiû aciem, insidiasque cognoscens, reuocare suos conatur. Cum parum exaudiretur, tympanis, ac tubis confudentibus vocem, præcepit pugnam ipse delabitur, ac in ter duas acies, inter tela volantia discurrens, clamoribus, ac signis Cruce signatos redire coegit. Fraudari magnâ spe Turci, in castra redierunt, verisque in fugam sunt visi. Nostri animositate resumptâ, & quasi nouo cœlitus spiritu adiuti, in ore gladii persecuti sunt illos tamdiu, donec cunctæ machinæ, cæteraque tormenta sunt nudata custodiis: lato in campo, donec nox superueniret, vtrumque hostem se iunxit caligine, multâ cum seueritate pugnatum est. Qualiter autem Imperator Turcarum fugâ elapsus sit, pro comperto dicere præsumit nemo. Quidam tamen ferunt, quod seruate pugna, dum suos hortatur, sagitta in pectore vulneratus fuerit, cecideritque, ac à suis raptus, & nocte profundâ, fugâ factâ absportatus, & dum extra conspectum in locum tutum venisset, rediisse Imperatorem Turcum ad se, interrogasse, cur ad hunc locum venerit; *Dei iudicium*, inquit, sui, omnesque duces, exercitus, paucis fugâ elapsis, interfecti. Quæsiuit, an & machinæ, ac tormenta amissa essent: *omnia*, inquit. Ad quæ is; *Afferte mihi venenum, ut moriar potius, quàm cum dedecore reuertar in Regnum.* Tali exitu Imperator Turcarum cum Christianis præliatus est: & qui tumidâ mente, solus cuncto terrarum orbi dominari volebat, iudicio diuino, rusticânâ manu deuictus est; & qui multarum turbarum sonitu lætus venerat, tristis, humiliatusque noctis silentio turpiter aufugit. Multi ex utroque exercitu cecidère, de hostibus, supra quadraginta millia periisse, Calixto scriptum est. Gesta sunt hæc isto anno 1456. in festo S. Sixti. Hæc breuiter narrat Calixtus in Bulla Institutionis festiuitatis Trâsfigurationis Domini nostri Iesu Christi, quam tunc instituit, celebrandam per vniuersum orbem sub duplici officio, die 6. Augusti, concedens indulgentiam, presentibus ipsi officio, sicut in solennitate Sacratissimi corporis Christi. Officium, pro eadem celebrata, ipse Calixtus, in memoriam tantæ victoriæ composuit. *Naucl. v. volum. 2. generatione 49.*

Christi-  
anorum  
de Turcis  
Victoria  
ante ad  
eam B.  
Capistra-  
ne.

III.  
Milites  
Christia-  
ni vix ar-  
ma habe-  
bant.

Syluius, & Dubrauius, ille Senensis, hic Olomucensis, Episcopi, qui de rebus Bohemicis scripserunt, memorant, exercitum Christianum fuisse, non tam armatum, quàm fidelem. Vulgus incompotum, populares, inopes arma sumperant, quos æternæ vitæ præmia commouerant; opulenti homines præsentium rerum statu contenti, domi mansere. Odiosus plerumque potentibus sermo diuinus; quibus desunt facultates, leuis in cælum volatus. Eorum Crucesignatorum pars vix tertia armis militaribus instructa fuit; cætera turba, vt mos in Vngariâ habet, fœles & ludæ portabat. Vis tota in exercitu Regis erat, quem sibi raptim ex Regnis suis cõtraxerat, cui Huniadem præfecit, sed nihil cum Turcis simile, qui omnes circa Bellegradum, aliis Albam Regiam, veteribus Taururum appellatum, campos & agros innumerabilibus copiis compleuerant. Non eo tamen terri, quia pauci erant, ferre obfidionem fortissimo animo Huniades & Capistranus, qui suis Cruce signatis signum Crucis præferebat, decreuerant. Nam Rex Ladislaus consilio eiusdem Huniades, Budæ substiterat; ac idem paulo post suasu Comitum Ciliæ per speciem venationis fugâ elapsus, Viennam ad locum tutiorem sese contulerat. Mahometes, quia primo impetu, quem admodum sperauerat, Bellegradum non cepit, ac præter castra, na-

uium quoque stationem, quam in Danubio habuerat, vt ab obfessis peti, turbarique vidit, dentibus infrendens tantulum oppidulum sibi cætera, quæ conceperat peragenda, impedimento fore, admoueri mæribus, aenea tormenta, quorum neque plura, neque maiora vniquam aliâ habuisse dicitur, iussit, murosque, & turres sterni, diruique. Deinde per strata ruinis, totâ suorum mole aggredi obfessos impellit. Ingens malis vis Christianos vrgebat, multitudine Turcarum nimis premente. Sed mirum dictu, quod pauci nulli malo cedebant; præsertim cum oppugnatio per diem, noctemque continuata fuerit: quam Christiani, tam strenuo, atque constanti animo, cum Huniade, & Capistrano ducibus suis, egregiè munera ducum pro functione vterque suâ fungentibus, sustinuerunt, vt ad extremum hostes maximâ strage prostratos à manibus repellerent. Inter duces autem reddendus est cui-dam militi Bohemico debitus militaris gloriæ titulus; qui cum vidisset Turcam cum signo, vexilloque Turcico murum iam conscendisse, eoque metu plerisque militum perculosos, fugam in arcem parasse, complexus lucâ Turcam, rogat Capistranum inferius stantem; vt inquit, *sponte meâ cum cane isto me de muro præcipit auero, illi commoriturus, quid de anima meâ censet futurum?* Illo respondente: *Saluum sine dubio fore:* eiecit se protinus, & Turcam, morteque hostis & suâ vitam sociis incolumem reliquit; ita vt persequi quoque Turcas fugientes, rebusque suis illos spoliare audent, quæ ab igne integræ remanserant. Tanta namque post rem malè gestam Mahometis animum desperatio inuasit, vt castris, quæ facillè tueri poterat, ignem subicere, indeque fugere, maluerit nullum inter alios insequente signifero cum signo Crucis, quod signum illi nuper contumeliosissimè tractauerat, vt maiore vicissim contumeliâ ipse confunderetur. Memor enim Dominus erat opprobriorum eorum, quæ ab insipiente fuit totâ die. Sed nec amplius idem cladis, ignominiaque suæ obliuisci potuit, quin ad mentionem illius barbam manu demulcens, & caput quassans, pugnam, diemque fuerit detestatus, quâ cum Christianis certamen ad Bellegradum inierat, & plusquam centum aenea tormenta raræ magnitudinis illis reliquerat. *Syluius cap. 65. Dubrauius lib. 29.*

S. Antoninus, qui id temporis res contingentes perscripsit, eiusdem victoriæ, & apparatus, qui præcesserat, meminit istis verbis. Anno secundo Pontificatus sui Calixtus Papa, mandauit per solennes litteras Apostolicas vbi que terrarum fidelium, singulis diebus inter Nonas, & V. speras pulsari in omnibus Ecclesiis, ad *Aue Maria, ter.* In qua pulsatione quicumque diceret genibus flexis *ter Aue Maria, & Pater noster,* consequeretur indulgentiam trium annorum, & trium Quadragenarum. Item, quod omni prima Dominica mensis fieret Processio generalis, ad quam conuenirent Clerici, Religiosi, & Laici, & cantaretur Missa, cum prædicatione ad materiam pro victoria habendâ contra Turcas. Et qui interesset, haberet septem annos, & septem quadragenas indulgentiæ. Item, quod in Missa quilibet, qui celebraret, diceret orationem pro victoria contra Paganos; & qui hoc faceret, consequeretur tres annos indulgentiæ. Cum autem immanissimus hostis Christianorum Mahomet, post hostiles discursus & de populationes in regionibus Christianorum, cum exercitu suo castrum Belgradi in Vngariæ Regno ad ripam Danubii situm, obsidisset, manique eius per bombardarum, & machinarum ictum conuassatis, iam cum suis intrasset, Crucesignati, & Vngari, populares, & quasi inermes, sine comparatione Turcis pauciores, contra eos procedentes, pro cæti fœto fidei, & consili de Domini adiutorio, eos de castro propulerunt. Et Domino Ioanne Diacono Cardinali Sancti Angeli Legato de Laterani ibi destinato existente, sub strenuo Fidei no-

Audax  
Bohemi  
cuiusdam  
facimus.

Pugna, ac  
Victoria  
Navatio  
ex S. An-  
tonino.

stræ Catholicæ acerrimo defensore, & pro Fide, & Christicolis feruentissimo propugnatore, IOANNE VAIVODA, Christianæ cohortis Duce dignissimo, præsentique venerabili Religioso, Fratre IOANNE DE CAPISTRANO Ordinis Minorum, viro optimo, & meritorum apud DEVM, & homines eximio; nomine DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI, in quo salus nostra consistit, fiducialitèr & assidue cum omni populo circumseptor voce vnanimi inuocato; vexillo quoque sanctissimæ Crucis cum magnis clamoribus, & lachrymis ad cælum eleuato, inde, vt à cunctis dari sperabatur, obtinuerunt ineffabile auxilium. Mira res, & semper memoriæ commendanda. In die Beati Sixti, cælesti præsidio communitus populum fidelium, impetu in hostes factò virilitèr, ipsum ferum principem Turcorum, cum suis sacrilegis complicitibus in turpem, & damnosam fugam conuertit: deditque ipse misericors, & miserator Dominus in manus paucorum, tam ferocis, munitissimi, & innumerabilis exercitus cum maxima strage victoriam, vltra quàm mens possit æstimare humana. Dominus enim fortis, & potens in prælio super omnes exercitus, & tyrannos, qui Madian, & Orientales populos ad numerum locularum in manus tradidit Gedeonis, cum ccc. solis viris pugnantis; Oniæ quoque; Summæ Sacerdoti, contra Heliodorum, templi Sanctum prophanare molientem; præsidium tribuit, & iuauit: pro suis fidelibus cõtra insolentissimos hostes miraculosè pugnavit; & gladium suum super capita inimicorum fugientium intromittens, cum nõ pauciores lese nullâ cade maculasset, quàm à nostris casti iussissent in prælia, profligatos occidit. Nam vt à fide dignis accepimus, in ea pugna xl. millia occisi, totidemque in fugam versi, sese mutuo trucidarunt. *S. Antoninus 3. p. III. 22. 6. 4. 5. 1.*

v.  
Alia fu-  
it & Cris-  
tullior  
ex Bonif-  
nio.

Iacobus  
Picens  
Capistra-  
ni socius  
miraculo-  
sè super  
aquas  
ambulât.  
& ordi-  
nem Mi-  
norum  
propagât.

Bonifinius, rerum Vngaricarum *Decad. 3. libro octauo & septimo*, luculentèr, copiosèque; antecedentia, & consequentia eius prælii, & victoriæ narrabat. Ad Constantinopolitanam excidij nuntium, omnium fidelium animi consternantur, & præcipue finitiorum, qui instantem propius ruinam intuebantur. Nicolaus Pontifex maximus, studiorum parcens, & Catholica plebis Pastor pietissimus, quum Pannonijs admodum Myrsinæ timeret, quibus amissis, iam de Christiana Republicâ actum esse rebarur, sacrosanctæ militiæ saluberrimum promulgauit edictum: quo quidem omnes, qui sanctissima Crucis reuerentiam in Turcas vltro fumerent, gratuitaque stipendia facerent, integrâ delictorum omnium impunitate donauit: quin & Ioannè Capistranum & Samnitibus editum, ac Diui Francisci sacris initiatum, præterea virum sanctissimum, & ad excitandos ad id populos ditendi copiam, & vitæ probitate nimis idoneum, in Alemanos, Vngaros, Polonosque miserat, qui ad salutarem expeditionem sacris declamationibus homines hortaretur. Hic ne minore quidem sanctitate præditum, Iacobum Picentem eiusdem Collegij Sacerdotem, sibi socium adsciuit: qui in sacra peregrinatione, quum Padum ambo trajicere vellent, & à portitore pertinacissimè repellerentur, qui interdiciâ à diuo dogmate pecuniâ carerent, quam pro nauolo darent, in diffusum super vndas pallium, cum comitibus conserere; & veluti quadam naufragij tabulâ, in ripam alteram, non sine avari stupore portitoris, diuinâ ope, tuto translati sunt. Quum in Austriam & Germaniam venissent, in primis Diui Francisci religionem mirificè propagarunt. Multa in Noricis, Germanis, Sarmatis, & Pannonibus huiusce religionis collegia, templaque fundarunt; languentem iam Dei timorem, cultumque diuinum instaurarunt. Cum Ioannes Coruinus, pro diuina charitate succensus, ad exhibendum Ladislao Regi obsequium, Viennam profectus, Capistrani, Iacobique sanctitatem prægaustasset, & ad inferendum Turcis bellum ab his velut à Dei interpretibus inflamaretur, compositis ibi rebus, ambo in Vngariam secum adduxit. Dum Cilianis artibus, & criminibus cû

Ladislaus puero fluctuaret, maximam illi Crucesignatorum manum coegere. Post Constantinopolitanum exitum, ad contrahenda ex edicti autoritate vniuersa auxilia multò vehementius excitabantur: quin & pecunias oppidatim cogebant, vt è collatâ stipe, communiti salutem succurreretur. Mahometes Græcorum imperio nimis elatus, spes multò maiores concipit; suasque vires emensus, nauali bello se Italiam inferiorem esse non ignorat; & à sollicitandâ interim mentem amouet Italiâ, se terrâ præpotentem intelligit, Illyricum, & Dalmatiam Regulis obnixam, & in pagos, paruaque oppida diffusam, quotidianis incurfionibus, & labefactari, & facillè capi posse præsumit. Despotem tantum, Vngarumque; veretur, quum auro, militèque; vtrumque; præpollere sentiat: quos si expugnare contingat, audacius posse reliqua adoriri existimat. Itaque superiore prius Myrsiam ingressus, fodinas argenti, quæ Despotis erant, occupare nititur: nouum montem, Trepeiam, & Prifren eius oppida, argenti metallorumque; feracissima, obsidet, & expugnat. Despotes grauitèr angitur, quod eius viribus obitare non potest: & cum opimi prouentus, preciosaque; sibi vestigalia erepta sint, in munitiona se Castella recipit, Vngariæ vicina, vt sua cum Vngaris mala communicet, quos propugnatores optimos sapius esse nouerat. Differuntur mox vsquequaque ruinae; Turcam ad Albam Græcam, quam, Belgradum, nunc dicunt, indies castra moturum. Maximam fortitudo successum audaciam addidisse, ni occurratur: cuncta propè diem ruitura, neque vllam ab hoste veniam tolerabilem conditionem sperari posse; Constantinopolitanam cladem omnibus exemplo esse. Coruinus autem, qui ad protegendas inferioris Vngariæ oras Regiâ autoritate constitutus erat, & in puero Rege, ac pernicioso Ciliæ Comite, parum sperare poterat; in tanto tumultu, neque animo excidit, neque consilio defuit. In primis Capistranum ad hanc obfidionem sibi Collegam adsciscit, vt alter humanis, diuinis alter viribus niteretur: consilium, quid potissimum videatur agendum. Ille bono animo esse iubet: quando non me diocrem Crucesignatorum exercitum è Germania, Bohemiâ, & Poloniâ se conuasse fatetur. Interim Coruinus cætera, quæ ex belli vsu sunt, curare iubet. Hæc in tempore auxilia daturum pollicetur: demum ad hanc capessendâ, immortalitatis occasionem incendit. Us veteranos omnes, ac alios spectatæ virtutis milites cogit; classem mirâ celeritate in Danubio parat; quando Turcam quoque; multa in Ponto nauigia parasse, maddasque; per exploratores acceperat, vt istrum propè diem subiret; & vbi castra esse senserit, ibi cõsisteret.

Hunga-  
ria robur  
studet  
Calixtus  
Pontifex.

Calixtus Pontifex, qui Nicolao successerat, imminenti periculo non ignarus, Ioannem Sancti Angeli Cardinalem, virum sapientiâ, & magnanimitate præstantem, in Germaniam Pannoniamque miserat, vt septentrionalis plagæ gentes, quantum in se foret, in dirum hostem concitaret. Interim rumor affertur, Mahometem iam superato Hemo, per Triballos, & Istrum centum, & quinquaginta millia hominum ad oblidendam Albam ducere. In summâ rerum omnium trepidatione versatur Hungaria. Coruinus, & Capistranus forti animo, cum suo vterque exercitu, ad protegendam Albam properarunt. Classem commentibus, milicibusque oneratam deducunt. Cardinalis Budæ substitit, vt apud Regem cætera curaret. Ladislaus, & Ciliæ Comes, audito Turcarum aduentu, vsque adeo consternati sunt, vt simularâ venatione, Budâ egressi, Viennam continuo sese receperint: quin & Budinam arcepm omni præsidio destitutam relinquere, quæ diebus circiter triginta, etiam hosti patuit. A Turcis interim Alba obsidetur, quod Idibus iunijs accidisse ferunt. Vrbs est in angulo sita, vbi Danubium Sauus illabitur: à Septentrione, Danubio, ab occasu verò, Sauo abluitur. Arx monti præfidet, loco, & arte munitissima: ad radices montis, ciuitas in amnis vtriusque; ripas effunditur, crasso muro confluentibusque; obfirmata: à continente duplici vallo,

fossa, mœnibusq; munitur. Mahumetes in duo castra exercitum diuidit; altera præter Sauum, quibus Basseus Asia; altera præter Danubiū, quibus ipse præerat, ritè locat. In suis castris tormēta tūc bellica à frōte disponit, locum vallo, fossaq; circummunit, nē eruptionibus hostiū foret obnoxius. Reliquā multitudinē per campos effundit, quæ omnia complere videbatur. Quum à continente continuatis ferè castris vr̄bem obledisset, ne quid efferri, inferriq; posset, Sauum, & Danubium classe compleuerat. Quum expugnatio ciuitatis insanam machinarum magnitudinem postularer, ac illæ ob itineris difficultatem, facilè trahi non possent, hoc barbarus animo commentus est: machinas diffregit, antequam iter iniret, vt in leuia frustra redactæ, facilius per ardua loca ueherentur: mox ubi in Mysiam superiorem ventum est, ad Chrysonicum statim è conflato ære instaurauit: quas quum vr̄bi propius admoisset, & munitionibus, quibus opus erat obstruxisset, mox oppugnationē adortur: quatit die, noctūq; mœnia; nihil oppidanis ocij iam indulget. Coruinus, & Capistranus vr̄bem acerrimè dudum obsessam esse sentiunt; classem Vngaris Crucesignatisq; completam secundo amne deducunt, vt Albanam arcem aqua, terraq; obsessam, factò impetu ingrediantur. Quum appropinquauēre, vr̄bem asidue quatit, arcem iactis in altum lapidibus sublimi, regionem sulphureo latè fumo caligantem, perpetuis feruere tenebras conspiciunt. Sociorum miseratione correpti, qui acerrimā obsidione torquebantur, animos ingentes sanè concipiunt, & ad certamen irritantur. Sexcenti dè Polonis erāt equites, qui religionis ardentissimæ gratiā, sumptā Crucis tessellā, stipendia faciebant: item Germanorum ingens numerus, qui Sacram expeditionem vltro susceperant, & certatim vtrique obsidionis accurrendum esse censebant. Tormentorum crepitus æneorum ad Segedinum vsq; exaudiebantur. Quare instructā classe, terrestribusq; copijs in aciem eductis, secundo amne descendunt. Mahumetes his occurrere ausus, suam classem opponit, nē quid laborati Ciuitati afferat subsidij. Collatis in Danubio signis fluuiialis pugna confertur. Effertur immensus vtrimque clamor, & crepitanitium fragore tormentorum Danubius intonat, ac vtriusque classis grauitate subgemit. Christiana in quadratum agmen effusa, ripam vtramq; legebat. In ripis quadrata cataphractorum equitum agmina vtrumq; classis cornu protegebant; in dextro Coruinus, Capistranus in læuo præsidere. Hic à prorā Crucifixum amplexus, ac supplex, ad salutare prælium suos hortari, promittere diuinam opem, & prophanis hostibus maledicere, ac imprecari. Coruinus acerrimè pugnare, ac exemplo suo ad pugnam Vngaros incendere, iubere, vt remis incumbant, & suffragante Danubio cominus dimicent. Quod ubi factum est, multis nauigijs catenis vtrique colligant. Coruinus in prætoriam nauim insilij; sequuntur socij, ensem latè ducunt, Turcasq; faucios, seminecesq; in Danubium deturbant; idem reliqui faciunt. Feruens vbiq; colluctatio cernebatur; multi vtrimque cadunt; & quum dirā se omnes cæde competerent, cruore Danubium totum inficiunt. Quum secundi amnis subsidio nostri niterentur, Turcarum classem inclinant, cæduntq; illi obstanti fluuiio cedere coacti, proras auertunt: multa inter fugiendum intercepta nauigijs, vndisq; demersa; cæteri ad suorum præsidia confugere. Coruinus, fusā, fugatq; classe, quum Albæ appropinquasset, eam referat, vr̄bemq; ingreditur; quam armis, milite, commeatibusq; complet; faucios, ægrosq; oppidanos educit, arci supplementum suggerit validissimum, obsessorum animos recenti victoriā instaurat, & ad propugnandam ciuitatem vnā cum Capistrano viro sanctissimo, omnes hortatur. Mahumetes, ad nuncium profligatæ classis: *Quamuis grauius, inquit, nostro tamen voto omnino potiemur.* Quod è classe superfuit, incendi iussit, atque obstinatissimum ad

expugnandam vr̄bem animum intendit. Quum patrum sibi amici retulissent, Amurathem olim septem in Albana obsidione menses triuise, ac irritò tandem conatu abiisse: multis paternos manes, probris affectis, & ante quintumdecimum se diem vr̄be potiturum gloriatus est. Basseus fortè aderat Asiaticus hic vt glorioso principi magis assentiretur, certam imminere victoriam pollicetur, quando Byzantium ipse vi cæperit, veteri arte, ac munitione quoq; maximā præditum: neque ab Vngaris validissimè agmē instaurat; superatā mortuorū strue, quæ in ruinis excreuerat, in Ciuitatem inclinat; oppidanis irrumpt; penetrat in forum, & in medio foro prælium redintegrat. E Turcis plerique in forum signa inferunt, alii nonnulli turribus vexilla Regis deponere conantur, quæ adhuc in mœnibus integra superuerant. subeuntem cum vexillo Turcam memorant, qui vt signa sui Regis, ad irritandum in vr̄bem sociorum animos, qui nondum penetrant, pinnaculo turris imponeret, & ad examinandos metu Christiano, Vngaria deturbaret, turrim altissimam repente subit. Hunc Vngarus ilicò sublequitur; ac antequam patria signa deponeret, cum hoste in turris fastigio colluctatur. Quum alio modo id prohibere non posset, se cum Turcā, quem apprehenderat, ex altissimo vertice præcipitem dedit. Coruinus in summum periculum, adductam vr̄bem conspiciat, accito Michaelē Zilagio auunculo suo, & Ladislao Canisā, item, & Sebastiano Rofogonio, cæterisque fortissimis Vngarorum proceribus, ab arce ruens, in forum Turcas inclinat. Hic tanto furore congregiuntur, vt multis in platea, vicisque cæcis, extra mœnia extemple reicerint. Crucigeri diuinā se ope adiutos rati, ad actis animis extra mœnia, prodeunt, & in hostes suā cæde grassantur. Mahumetes ubi se iterum, iterumq; reiectum esse cernit, ex composito fugam simulat, & planè terga vertit, ac eos educit. Insunt tergo Crucigeri, & aridente fortunā pellecti, pertinaciter insequuntur. Iamque ad Bassei Asiatici castra peruenerant, quæ in Savi ripā collocat. Capistranus prospectis ab arce Mahumetes insidijs, confestim suis exclamat, vt retrò cedant. Quum præ strepitu, & tumultu magno exaudiri non posset, tergo recepti signa dat: contra illi victoriæ intenti, nihil exaudiunt, hostilia castra adoriuntur, & incendunt. Pater cum Sacerdotum collegio illuc per medios enses ab arce decurrit, reuocatq; Mahumetes, qui ad machinarum bellicarum munitiones confugerat, quum Bassei castra cremari, diripi; respiceret, cum equitatu, quem à tergo reliquerat, vt reditum oppidanis obstrueret, ed succurrere contendit. Ad hæc iam dies inclinabat. Coruinus, desertas à Mahumete munitiones, & bellica tormenta conspiciat, cum socijs ex vr̄be prorumpens, repente capit; machinas auas, adactò mox clauo partim obstruit, inutilesq; reddit, partim in hostes conuertit, incenditq; Turca reiectis è castris Crucigeris, qui à Capistrano reuocati facillè cesserant, ad munitiones redit; eas à Coruino occupatas comperit. Quum instante crepusculo, recuperandi gratiā prælium instauraret, obuersas in se machinas reperit: à quibus cum socijs grauissimè laderentur, ingruente nocte, se in posteriora castra, non sine factā fugā recepit. Alij pectore laucium sub papilla, in castra pedem retulisse memorant. Coruinus munitionibus potius, eas incendit. Quum adurgente nocte machinas æneas exportare non posset, obclusis foraminibus irritas prælitit, victorque, ac ouans in vr̄bem redijt. Turca, vt se ab vr̄be sæpe reiectum, & Asiaticis castris, ac munitionibus exutum conspiciat, in tempestā nocte versus Macedoniam, iter intendit. Referunt nonnulli, cum à sagittā laucium, seminecemq; in castra relatum, aliquantisper iacuisse; Turcas, ad Sarnon oppidum, motis hinc castris Imperatorem transtulisse; veritos, ne intercedente ipsius morte, postero die ad interitum cæderentur. Ad Sarnon, quum ille aliquantulum respirasset, de

Turca maximo impetu in vr̄bem irruerant; sæpe etiam eieci, aridente subinde Marte, instaurato cuneo, amissam obstinatissimè victoriam repetebant. Itaque cum pari spe vtrimque pugnarer, Mahumetes præstanteum consiliū intr, quàm validissimo potest agmine in vr̄bem irrumperet, pertinacissimèq; tenere, quod si nequeat, hinc reiectum fugam simulare, quā oppidanos allecos in campos educat; mox irrumperet à tergo immisā equitū multitudinē reditū interceptat, vt à tergo & frōte Christiana gēs iuxta cædatur. Quare validissimè agmē instaurat; superatā mortuorū strue, quæ in ruinis excreuerat, in Ciuitatem inclinat; oppidanis irrumpt; penetrat in forum, & in medio foro prælium redintegrat. E Turcis plerique in forum signa inferunt, alii nonnulli turribus vexilla Regis deponere conantur, quæ adhuc in mœnibus integra superuerant. subeuntem cum vexillo Turcam memorant, qui vt signa sui Regis, ad irritandum in vr̄bem sociorum animos, qui nondum penetrant, pinnaculo turris imponeret, & ad examinandos metu Christiano, Vngaria deturbaret, turrim altissimam repente subit. Hunc Vngarus ilicò sublequitur; ac antequam patria signa deponeret, cum hoste in turris fastigio colluctatur. Quum alio modo id prohibere non posset, se cum Turcā, quem apprehenderat, ex altissimo vertice præcipitem dedit. Coruinus in summum periculum, adductam vr̄bem conspiciat, accito Michaelē Zilagio auunculo suo, & Ladislao Canisā, item, & Sebastiano Rofogonio, cæterisque fortissimis Vngarorum proceribus, ab arce ruens, in forum Turcas inclinat. Hic tanto furore congregiuntur, vt multis in platea, vicisque cæcis, extra mœnia extemple reicerint. Crucigeri diuinā se ope adiutos rati, ad actis animis extra mœnia, prodeunt, & in hostes suā cæde grassantur. Mahumetes ubi se iterum, iterumq; reiectum esse cernit, ex composito fugam simulat, & planè terga vertit, ac eos educit. Insunt tergo Crucigeri, & aridente fortunā pellecti, pertinaciter insequuntur. Iamque ad Bassei Asiatici castra peruenerant, quæ in Savi ripā collocat. Capistranus prospectis ab arce Mahumetes insidijs, confestim suis exclamat, vt retrò cedant. Quum præ strepitu, & tumultu magno exaudiri non posset, tergo recepti signa dat: contra illi victoriæ intenti, nihil exaudiunt, hostilia castra adoriuntur, & incendunt. Pater cum Sacerdotum collegio illuc per medios enses ab arce decurrit, reuocatq; Mahumetes, qui ad machinarum bellicarum munitiones confugerat, quum Bassei castra cremari, diripi; respiceret, cum equitatu, quem à tergo reliquerat, vt reditum oppidanis obstrueret, ed succurrere contendit. Ad hæc iam dies inclinabat. Coruinus, desertas à Mahumete munitiones, & bellica tormenta conspiciat, cum socijs ex vr̄be prorumpens, repente capit; machinas auas, adactò mox clauo partim obstruit, inutilesq; reddit, partim in hostes conuertit, incenditq; Turca reiectis è castris Crucigeris, qui à Capistrano reuocati facillè cesserant, ad munitiones redit; eas à Coruino occupatas comperit. Quum instante crepusculo, recuperandi gratiā prælium instauraret, obuersas in se machinas reperit: à quibus cum socijs grauissimè laderentur, ingruente nocte, se in posteriora castra, non sine factā fugā recepit. Alij pectore laucium sub papilla, in castra pedem retulisse memorant. Coruinus munitionibus potius, eas incendit. Quum adurgente nocte machinas æneas exportare non posset, obclusis foraminibus irritas prælitit, victorque, ac ouans in vr̄bem redijt. Turca, vt se ab vr̄be sæpe reiectum, & Asiaticis castris, ac munitionibus exutum conspiciat, in tempestā nocte versus Macedoniam, iter intendit. Referunt nonnulli, cum à sagittā laucium, seminecemq; in castra relatum, aliquantisper iacuisse; Turcas, ad Sarnon oppidum, motis hinc castris Imperatorem transtulisse; veritos, ne intercedente ipsius morte, postero die ad interitum cæderentur. Ad Sarnon, quum ille aliquantulum respirasset, de

belli exitu fuisse percontatum. Quum illi responderent, Basseum Asiaticum, & cunctos ferè proceres optetisse, magnam partem exercitus esse caesam, Kurleutoam Prætorianarum cohortium Præfectum, sub mœnibus fuisse trucidatum, item munitiones omnes ab hoste captas; ad hæc, aiunt, hominem vsq; ad eadē ingemuisse, vt venenum præ vitæ molestiā, propinari sibi iusserit. quod quum amici reculerent, timidum, & demissum, incensis castris, turpem arripuisse fugam; neque tam elatum animo venisse, quàm conternatus abiit, & qui se Terrorem orbis edixerat appellari, à parua manu fufum, fugatumq; fuisse. Basseum Asia, cui Caracæ nomen erat, ad munitiones paucis ante diebus ab vr̄be ictum obiisse plerique ferunt. Sexro igitur, & quadragesimo obsidionis die, diuinā potiùs, quàm humanā ope vr̄bs Albana, Turcarum è manibus liberata. Quamquam autem multi vtrimq; cecidissent, plurimi tamen è Turcis occubere: multi quadragesimo hostium, alij sexaginta millia perijisse, prodere. Quanta clades illa fuerit, potentissimi Regis fuga testatur. Turca quoque ingentem & incredibilem fuisse nequaquā diffitentur; quin & Dei ex se plures, quàm Christianorum manu eo die cæcos fuisse asseuerant; quia multa mortuorum corpora sine vulnere comperta fuere, quæ diuinā potiùs, quàm humanā vi cecidisse reputabantur. Capistranus, & Coruinus insigni victoriā potiti, per se vterque ad Calixtum Pontificem de hoc bello scribere; suis vterque litteris, tam clari facinoris gloriam sibi vindicare nititur, quum alter mentionem alterius minimè fecerit. Præstantes nimirum viri, potiùs se Regnis, quàm debita laude defraudari patiuntur. Verum quum duo Duces, alter oratione, manu alter strenuè dimicant; idcirco hoc à sanctissimo viro plerique factum arbitrantur, vt in eo prælio diuinā potiùs, quàm humanæ vires, quod Turca non inficiantur, enituisse viderentur. Prælium id atrox, & inauditum fuit, quando horis quattuor, & viginti, sine intermissione vllā pugnatum fuisse tradunt. Ne quid vtriusq; Ducis felicitati posset adijci, ne multis quidem post diebus, diuina vtrumque benignitas, non modò mortali, sed cælesti quoque gloriā donauit. at Coruinus, id prius assequutus est; quippe, qui longo, in tollerabilique labore belli defatigatus, in astantissimam febrem incidit, quā paucis diebus abstumpit est. Medicorum iussu, quorum adminicula cuncta irrita fuere, in Semlyn oppidum, eum amici contulere, ubi cæli benignitate se, corpusq; multo facilius à languore redimeret. Aderant filij duo, Ladislaus, feroci animo, & robusto corpore iuuenis, & Matthias adulescens, acri ingenio, & præstanti indole præditus; item cognatorum, & amicorum non mediocri numerus. Capistranus, à latere numquam discessit. Senuit ipsa febris indies, & nulla arte modicā salutem remittit, desperatur viri salus, & medicorum eluditur opera. Capistranus demum Coruinum hortatur, vt quando diuinæ fortasse tempus euocationis instaret, testamentum edat, humana disponat, saluti consulat, & quæ ad animi emigrationem pertinent, veluti sacra munia iubent, cuncta pareat; ne minus nunc, quàm opus est, quàm olim industrius, & prudens sibi esse videretur. Arrisit ad hæc vir ille fortissimus, & pia patris consilia commendauit: se tamen cuncta multò ante hac disposituisse respondit: ignaum, & imprudentem illum reputauit, qui ad extremum vitæ, ubi sui compos præformidine mortis vix aliquis esse possit, officia ista distulerit. *Ne me, inquit, velim vsq; ad eadē incautum, & imprudentem putes, Capistrane, vt quæ probè suades, hæc ad mortis agonem, & tempus emigrationis ipse distulerim. multò ante hæc cuncta constitui; iam diu, quæ ad emigrationem facerent, comparau; testamentum du condidi: & quid liberis, & amicis; quid Deo, & calibus, & sacris vr̄s vris, luciq; legandum fuerit, sat benè (nisi fallor) profacultatum copia prouisum existimo. Curam salutis emigrantis meæ nequaquam liberis delegandam esse censeo; pro meo facultatibus nonnulla remota fundau; ditauiq;. Eroga...*

Decumbit Coruinus.

Coruini ad suos exhortatio.



corum ad suos exhortatio.

pauperes, qua humanitas & pietatis ratio iusserat, & ad peragendum quod iussit, iter, viaticum quoque mihi comparatum, firma, constansque fides, & spei ingens; item & tot excepta pro fide Orthodoxa, vulnera, laboresque; & praesertim diuina mihi toties explorata benignitas, & praesentia me bene sperare iubet; haud insuam; Coruinum in hac misera vita mortalium tot insidiis peritum, tot periculis & tempestatibus agitatum, felicem denique quietem inueniunt. Id vnum me angit & cruciat, quod pro temporis angustia, nondum profusa in me diuina beneficentia mihi satisfacere licuit. Verum hac in parte Iesu Christi Saluatoris exuberans clementia, pietasque succurrit; quippe qui sine animi versura a me sibi satisfieri parietur. Totam vitam sub eius ductu auspicioque, militavi, quamquam stipendia gratuita facerem: multo plus tamen rependit in vita, quam merita postularent: fidelissimi veterani fidem dux ille non deseret. Vos autem filij amici, charissimi, huiusce me vita miseris eximi, equo animo, queso, patiamini. Fluxa hic, & caduca sunt omnia, nihil est quod quicquam, praeter vnam, habeat boni. Militauimus hic satis, superque; militiae premia apud superos exigemus, & ea quidem commoda a diuina liberalitate consequemur, quae sunt perpetua duratura. Si recte sapitis, & solida mortaliu charitas vos non fallit, interurbatque, fortuna mea inuidendum esse potius quam miserandum reputabit. Dux ille praepotens gratissimusque, sub cuius auspicio sacra stipendia feci, veterani sui labores miseratus, militia vacationem indulget: & quae olim proposuit, nunc emerito magna praemia tribuet. Proinde hunc necessitatis abium patientissime tolerate. Si quid abituro muneri in hac pompa, & emissione Coruino tribuendum esse censeris, quod sit grauisimum futurum; vestigia, dulces filij, paterna sequimini; cum paterna virtute, gloriaque certate; experiamini, si superare liceat, quod mihi per mortem interceptum est. Turcarum bellum continuato, consiciteque. Id firmum, constans, & gloriosum existimate, quod honestatem foueat, & pietatem, quam Deo gratissimam reperitis. In diuino cultu, & religione Catholica persistite, & quod mihi assequi non licuit, per debiti Turcarum nominis memoriam decora sempiterna reportate. Nec indignum quidem, & indecorum est studiorum, militaque paterna iuxta ac legatarum fortunam hereditate accipere. Idque in primis precor, ne degenerando per negli gentiam, & ignauiam, paternum nomen debonestare videamini. Te in primis facere iubeo, Matthia dulcissime, qui natu quod minor es, sed melius bona indoles de te sperare cogit. Proinde valete omnes, Coruini memores. Tu quoque, Capistrane vale; pro salute nostra patris preces effunde; & quando sub eodem imperatore militauimus, ad accipienda mecum stipendia properato. Quum haec dixisset, praesentibus liberis dato osculo benedixit, amicis circum collachrymantibus eos commendauit, omniumque dexteris prehensit: exorauit mox eos, ac in primis Capistranum, vt in proximam Diuæ Genitricis aedem, ad rem sacram faciendam se deferrent. Quum enim Sacra Eucharistiam accepturus esset, ac minime pateretur illam ad se in cubiculum deferri, quod indignum diceret Dominum maiestatis, ad viliissimum seruulum venire; orauit, vt se ad Dominum in aedem Deo sacratam deportarent. Translatus in templum, cum increpato sacrificio ingenti cum deuotione adiuisset, accepta Eucharistia corporis Domini, placatoque caelestium numine, animam efflauit, perpetuumque sui desiderium Vngaris reliquit: vir magnus & felix, cui cum singulari virtute viuere, ac summam gloriae morti datum est; qui dum vixit, ab omni periculo Pannoniam, Christianamque rempublicam liberauit. Quum adhuc animam ageret, Capistranus ingemuit; inuideo, inquit, Coruini morti tuae, qui consummato quoque praestantissimi Ducis officio, & fuso, fugatoque, hyste, quem Terrorem Orbis appellabant, ne qua, tua felicitas, labe inficeretur, extemplo ad superos euolas, & amplissima virtusque, via gloria potiris. Nos miseris, qui remanemus; quibus si quid nominis recentis gloriae partum est, superfluum facile ad fortune inconstantiam periclitari potest. Vt nam te sublequi concedatur; vt qui pariter sub caelesti Imperatore meruimus vna quoque, in caelis triumphemus. Promulgata

Magna Coruini humilitas.

eius morte, non immerito per vniuersam Vngariam ab omni aetate, & sexu diu est deploratus. Aliqui propugnatores fortissimos, milites inuictissimos Imperatores, omnes Patrem Patriae, certatim lugendo ingeminabant; quod sibi beneficiis Vngaris immortalibus obstrinxerit. Quantum autem amoris & gratiae, praegestorum rerum gloria comparauit, rei exitus ostendit; quippe quum post Ladislai Regis interitum, Matthiam eius filium, Regio haudquaquam genere natum, & adhuc puerum, ac rerum impotentem, omnes vna voce Regem exclamarent. Mahumetem, aiunt, ad nunciandum Coruini mortis, confestim oculos humi defixisse, & conuersum in lacrymas dixisse; Neminem vnquam a mundi principio illi sub aliquo principe fuisse, merito, ac iure sibi indolendum, cui tantam ex accepta clade turpitudinem amplius vlterius non liceret. Viri fatum vniuersa deplorauit Europa. Calixtus Pontifex auditus eius morte, non parum lacrymarum effudit, ac solennia iusta in Diui Petri Basilica tamquam Defensori Fidei persoluit. Ladislauus Rex auditus insigni Turcarum clade, admodum exhilaratus, consensuatum quidem resumpsit animum; sed Coruini mortem non ea, qua debuit pietate honorauit, ab Vlrico Ciliae Comite dementatus qui non tam Turcarum conflictu, quam Coruini morte laetatus est: vt potest, qui vniuersam, sublato a medio aduersario, Pannoniam se pro arbitrio suo temperatum esse consideret. Caecum profectio humanae mentis iudicium, quae dira quandoque libidine ita rapitur, vt pro bonis mala, pro malis bona desideret. Fuisset Vlrico nimirum longae salubrius, vixisse Coruinum; quippe necem ab Vngaris illi destinata auertisset. Atqui litior eius & odium, vnde mortem sibi comparauit, non modo in patrem, verum etiam in filios, amicosque profunditur. In causa non solum ambitio maxima, superbum ingenium, & inuidia fuerat: verum etiam alia intercessit. Imprimis aegerrime tulerat, Coruinum ignobiliore genere ortum, totius Regni gubernatione fungere, pro Rege haberit quo quidem munere se, Ladislai Regis auunculum, multo digniorem esse censebat. Neque vafationes, incendia, & rapinae, quos a Coruino in pueri, & diadematis repetitione quondam acceperat, quia regno Vngariae infestus, Friderici Caesaris partibus adhaesisset, memoriae exciderant. Haerebat praeterea tentata nuper in Coruinum vindicta non modo frustraneus, sed etiam Coruino gloriosus exitus; quando Ladislauus cognita viri probitate, summam belli Coruino permisisset. Res est. Cum Ladislauus Regem, Vienna Pragae reducem, ad inuadendum Hungariae regnum missi Oratores vrgerent, erat tunc in manu Coruini summa reipublica, ac vniuersa Vngariae potestas; item regales arces, praesidia, exercitusque omnis, nec plus quidem fortunae, quam tunc acceperat inuidia: quippe quod nonnullis Pannoniae principibus inuidiosum, & molestum erat, & praesertim Ciliae Comiti, qui eius locum occupare auebat. Pactam quotannis largitionis loco pecuniam, post exilium, a Coruino non acceperat. Criminibus igitur grauisimis falsis virum afficere ceperat, vt Regi redderet infensum. non Ladislauum, sed Coruinum esse Regem: illum honores, sacra munia, praefecturas, ceterosque magistratus pro libidine sua tribuere; illi vestigia cuncta pendi; parere legiones, & praefectos; illius arbitrio iudicia fieri; illius denique ductu, & auspicio cuncta geri. In potestate Coruinam, munitissima oppida, arces, ararium, arma, ac demum omnia esse sita: nihil praeter nomen, & coronam Regis illi defore. quin etiam nemini esse dubium, indies eum ad tyrannidem aspiraturum: quod si Christianorum ope id sperare non licet, ad Turcarum auxilia confugiturum; quibus iam bis validissimos Vngarorum exercitus plane prodidisset. Clandestinam cum prophanis amicitiam olim iniuisse; item perniciosiora crimina commisisse;

Vngari eius mortem deplorant, imo Totam Europa.

Ciliae Comitis in Coruini odium & inuidia.

In eundem Comitem Coruini ingenuitas.

VI. Coruino defuncto, B. Capistranus, nunquam videre visus est.

VII.

VITA BEATI IOANNIS a Capistrano ex Ordine Minorum.

CAPVT I.

Genus eius, patria, parentes, educatio, et atatis prima studia.

eum bis violasse fidem; Regiam, introducto Rege Poloniae, praeter aequum, & fas repulisse: Polonum, quem accituerat, in acie deseruisse; nunc Ladislauum in Vngariam aduocare, vt vi, aut insidijs peritum, a medio tollat. Proinde Regiae salutis consulere oportere; scelus in auctorem esse conuertendum. Id facile fieri posse, si promissa aduentu, is interim sub pacandi Regni praetextu ad Regem prius Viennam euocetur. Perfuaserat Ladislauo, Comes; adeo vt ille Coruinum literis ad se vocauerit. Detecis insidijs, Coruinus, se Regi semper in Vngaria pariturum, & quaecumque iusserit facturum; extra Regni fines, quando nulla officij conditione cogeretur, numquam egressurum responderat. Postquam id non successisset; ipse Comes cum aliquot Proceribus a Rege missis, conabatur illum in fines Regni eligere, aut Viennam trahendum, aut ibidem obruncandum. Venerat Coruinus ad oppidum Coche vsque; sed iam stipatus duobus millibus equitum. Comes, vt ad se in oppidum ingrederetur, inuitabat: ille cautus, Comitem ad se sub diuo vocabat. Cum nullum oppidum munitum se ingredi velle renunciaisset, adeoque calles Comitris tunc elusisset; hic rursus proceres, qui Coruino, vt Viennam ad Regem se conferret, persuaderent, subornauit. Eo virum adduxerant, vt Viennam se profecturum receperit; per diplomata, promissam a Rege, principibusque suis incolumitatem assequeretur. Rursus hic insidias tendit illi Comes. Viennam iter intendenti, ad octauum lapidem obuiam venit a Comite missus Ambergerus eques, qui ad properandum incitaret; Ciliae Comitem diplomata ferre; Regem ipsum in occursum iam diu prodijisse. Credulus Coruinus, iam ad quartum lapidem vbi appropinquauerat; cum nullum per late patentes campos ire obuiam vidisset, in proxima villa confederat, suspitione fraudum laborans. Mox detecta fuerat. Aduolauerat Comes cum quadraginta equitibus, & ad profectioem inuitabat; Regem cum suis inter vineas, aetis vitadi causa latitantem, expectare securitatis litteras apud eum remansisse. Ibi Coruinus, intellecta repente fraude, in Comitem conuersus; Sicine, inquit, bonos viros perdere conentis? Dolo me peris? At ego te vi posse perdere, veteraror selesissime. Nimirum in iocueam, quam alij paraueras, incidisti: & nisi me reuerentia Regis, & me aprobitas inhiberet, dignis te panis afficerem; quando nemo est, qui de meis te manibus eriperet. Non tibi proinde, sed Regi vitam dono do tuam, si vnquam post hac meum veneris in conspectum, moriar, ni vltimo te supplicio multatum dederis scelus. Patet factis ijs insidijs, Ladislauus mitius cum Coruino agendum esse statuerat; quem scilicet puderet, pigeretque non parum, dolo se nialo fortissimum, clarissimumque Regni propugnatores, Ciliae Consilio petijisse. Reconciliato denique illi, atque Budam absque litteris incolumitatis venienti, Rex benignam frontem ostenderat, summamque belli contra Turcos gerendi permiserat. Quomodo liuidum Comitis animum amplius exasperaret, atque is per Coruini in bello suscepto absentiam solus Rege potiretur, facile peruenit, ne Rex tantam, quantam Coruinus meruerat, mortuo illi pietatem ostenderit; quin etiam in eius filios seuerius animaduernerit: quaedam modo accidit, in subsequente ostendemus vita Capistrani.

Hic defuncto Coruino nunquam amplius videre visus est, veluti qui sub iisdem auspicijs militasset, & insigni victoria potitus, triumphante collega, ipse debito triumpho fraudaretur. Noctes aliquot in omnes exegit, inter contemplantum saepe cum Deo conuersus, quare cum collega sibi obire non liceret. In languore subinde corporis incidit, quem ex illius lethi dolore contraxerat, elusisq; medicorum adminiculis, ad triumphandum accitus, paucis post diebus in Domino obdormiuit: ad Villachum, in Syriacensi agro, in Diui Francisci aede sepultus.

Hac est eius vita, ex varijs auctoribus, ab Henrico Julio scriptis, digna, quae propter notitiam huius tempestatis rerum simul habendam legatur.

Beatus Ioannes a Capistrano, oppido non longe ab Aquila, Marforum vrbe, nobili genere natus est, anno millesimo trecentesimo octuagesimo quinto, die vigesima quinta Iunij, patre heroe quodam Germanico, qui cum Andegauenfium Duce in Italiam venerat; matre vero Capistranensi honestae familiae, atque optimae conditionis. Et quoniam generis honestas propaginem proferre solet ingenium; idcirco defuncto patre, matris tutelae educandus traditus est: quam licet puer esset, assidue hortabatur, ne spreto viduali vita, transiret ad secundas nuptias. Itaque sub eius custodia, capere operam illis artibus, quibus per illis aetas ad humanitatem informari solet, optimis imbutus institutus; ob ingenij solertis acumen, & innatam memoriam, vsque adeo liberalibus profecit disciplinis, vt omnibus relinqueretur firmum argumentum, magne futurae segetis aetatis adulta. Expurgata tirocinij rubigine, Perusiam se contulit, vbi Iuris vtriusque peritiam ad decennium ita absolute adeptus fuit, vt non modo coartaneos suos superaret, sed non videretur habere aequales: cum non studentes modo, sed & Doctores consilium ab eo capere non erubescerent.

B. Capistranus matrem a secundis nuptijs deterret.

Doctissimi eius erudit.

CAPVT II.

Perusia seditione mota, carceri inclusus, ad iustitiam Seraphicum capiendum diuinitus fuit monitus.

Quicum redire vellet in patriam, tantum accepturus pecuniam, quantum sufficere posset ad assequenda Doctoratus insignia: orto diro scissimate, inter Perusinos, & Malatestas: studuit eos ad concordiam adducere, & ad inuendas pacis conditiones: quod prudenter fecisset, nisi captus a Perusinis in Castro Brusae fuisset asseruatus, anno millesimo quadringentesimo tertio decimo: vbi iacebat in gloriosius, qui imperiose gloriari solebat. Deinde cum a carcere liber euasisset: a quodam agricola valido clamore patefactus, iterum captus est, turriq; strictioribus vinculis constrictus, librarum quadraginta duarum ponderis, vbi parum panis, & aquae vix ad sufficientiam subministrabatur. At diuinitus turrim videns, in qua erat, splendore quodam insolito circumfusum: tanto timore percitus fuit, vt instar coronae caput illi detonsum videretur, audiuitque vocem cuiusdam fratris ex Minorum Ordine; Quis tuus? quid moraris? quid praestolaris superbes? quo insigni portento, intellexit se debere Fratrum Minorum habitum assumere, tantumque eo vilo spiritum concepit, vt ei caro, & mundus penitus desperet.

In carcere conuersus ad Ord. Minorum capescendum diuinitus monetur.

CAPVT III.

Vitam in melius commutans, patrimonium dispersit pauperibus, miro schemate, mirantibus Perusinis factus Minorita.

Carcere liber, reuersus est in patriam, vbi veditis quae habebat, pauperibusque distribuit, redijt Perusiam sordidis, & lugubribus indutus vestibus, per media vrbe vectus a stello, tiam papiraceae redimitus, in qua scripta erant sua peccata: quae res non paruum Perusinis, qui eum in fastidio dignitatis nouerant, admirationem attulit. Paulo post, annum aetatis trigessimum agens, Per-

Suis venditis sic Minorita, omnibus suis penitibus.

rufæ ingressus est Ordinem S. Francisci : sed his tanquam in sanis, & emota mentis fuit à fratribus, ut eius constantiæ periculum faceret, expulsi sunt: sed tandem à F. Marco Bergomenfi Guardiano loci receptus. Nec vana fuit F. Antonij Pereti Generalis prædictio, quæ eum Ordinis decus, & totius Religionis exemplar futurum præviderat.

CAPVT IV.

Virtutes eius à professione, atq; laudabilis conversatio.

Humilitas & alie virtutes eius recensentur.

Post professionem ex humili factus humilior, ex feruente feruentior, verberat pauimenta, lauabat coquinæ paropides, seruiebat fratribus, ostiatim quærebatur panem. Cibi, & potus parcissimus erat, ut vix posset vitam transigere. Si quid autem de mensa supererat, volebat pauperibus impendi, illud sæpe repetens, si pauci, paucis: si multi, multis affluamus bonis. Humi cubabat super nudam tabulam. Vacabat Orationi assidue, dum per tempus licebat. Ab ingressu eius ad Ordinem nisi semel in die comedit: & ne quâ viâ hostilibus insidijs pateret, ieiuniorum, & vigiliarum frequentia, carnem sic compressit, edomuit, quæ, ut quotidianis laboribus vix sufficerent vires, contemptissimisq; escis, & potionibus famem, sitimq; depelleret. Habebat angustè, crassiorè, arctiorèque vestitu utebatur. Magna inerat ei pecuniæ contemptio: ob eamq; rē omnes ferè voluntariam eius paupertatem admirabantur: cui erant crebræ lachrymæ, honorum fuga, summa in Prælatos Ecclesiæ reuerentia, suavis in omnes humilitas. Ambulabat nudis pedibus, aspero cilicio indutus, domesticum hostem frænabat.

CAPVT V.

Vita B. viri tenor, vnam prementis vitam.

Assidua vita eius tenor.

Atq; hæc quidem primordia fuere primogenitæ pietatis, quam è vestigio conantem ad aliora, maiores virtutes consecutæ sunt. Referam ex Hartmanno Scheydel, qui B. Ioannem Noribergæ coram vidit, qualis deinceps eius vita tenor fuerit, nempe continuus, & per omnia sibi similis, tum maxime, cum ex Italia gentium multarum saluti, ad exteras regiones excurreret, ait: Vitam in hunc modum duxit. Vestitus dormire, ante lucem surgere; Matutinum, Laudes, Primam, Tertiam orare, diuina deinde celebrare; his peractis sermonem ad populum Latine pronuntiare. Post hæc interpretis, quæ dicta sunt ab eo, quantum capax fuit, exponere populo, finito sermone ad populum ad cænobium Ordinis sui reuertii: ac Sexta, ac Nonâ completis, infirmos visitare; diu apud eos morari: manus omnibus imponere: biretum Sancti Bernardini, & cruorem, quem illi mortuo è naribus fluxisse ferunt, singulis egrotantibus admovere: precari supplex pro omnibus, exinde cenare: demum his, qui se accedebant, audientiam præbere. Mox vespere dicere: hinc, completis ad egrotos reuertii, atq; cum his vsq; ad noctem se exercere. Cumq; demum Completorio, & alijs delectis precibus expletis, corpus quieti daret, minimum esse, quod somno, ferme nihil: ad reuendos Sacra scriptura codices pusillum furari temporis. Sic homo quasi celestem vitam agere in terris immaculatam absq; sordè.

CAPVT VI.

Magnus fructus frequentium eius concionum, quæ miraculis à Deo fuerunt confirmatæ.

XL. annis concionatur magno cum fructu, & miraculis.

Vitam igitur cum duceret omni virtute conspicuam, & singulari doctrinâ nobilem: Ioannes necdum initiatus Sacerdotio, missus in Dominicam Messem, magna cum admiratione audientium, & fructu cæpit concionari. Fuit ei vox clara, sermo purus, lingua disertâ, & ad summam: quadraginta annis facras habuit conciones, ad Christianos, Iudæos, Saracenos, & alios, magno plausu, & frequenti auditorio: solus viri aspectus, mouebat auditores. Enimvero, arido, & exili erat corpore: sola cute, & neruis ossa hærebant,

spiritu vegetante. Fertur energiam in dicendo habuisse mirabilem, ut semel pro Rom. Ecclesiâ, duodecim millia hominum ad fidem veritatem reduxerit. Garelum Hebræum Romanæ Synagogæ Principem, traxit cum alijs quadraginta, ad lumen fidei Christianæ: aliosque plurimos in Valachia, Russia, alijsque nationibus concionando, Christo lucrificet, maxime in Germania, postquam totâ Italiam syderis instar pererrasset, & illustrasset docendo. Cum aliquando prædicaret populo Tiburtino in horto Fratrum Minorum, cicadæ impediabant verbum diuinum, quæ indico ab illo silentio, statim euauerunt. In Ecclesiâ S. Angeli Lauciani prædicans silentium imperauit hirundinibus, quæ suo garritu impediabant, & statim illæ recesserunt. Venetijs cum ex Apostolico præcepto concionandum ei esset, nec populus vellet audire, exclamauit. *Aqua multa non poterunt extinguere charitatem*: atque ita tantus populi concursus fuit, ut non sufficeret amplissimum forum S. Pauli: cum etiam quidam puer de Mergeria, contractis manibus, & pedibus sanus recessit, Crucis signo ab eo consignatus. Tanta Sanctimonia inclaruit, ut Nicolaus Papa Quintus aliquando dixerit. *Si contingeret eum tempore meo discedere: ascriberem eum Catalogo Sanctorum.*

CAPVT VII.

B. Ioannes S. Bernardino Senensi vsus Magistro, multum in pietate promotus: & illius in D. Virginem affectus.

Permagni refert, & interest iuuentutis imbuendæ disciplinis optimis, quo vtatur præceptore: cum ille sit instar statuminis, & palli, ad quem se mores erigant discipulorum. Ioannes dirigente Deo nactus S. Bernardinum Senensem Ordinis Fratrum Minorum, virum omni opinione maiorem, illius factus discipulus, illo Magistro multum profecit: ab hoc Sole trahes colores omnium virtutum. Pertinax, & assiduus comes eius fuit, & auditor: de quo Capistranus ipse hoc elogium scripsit: *Creuit quotidie in Bernardini tenello, Sanctog, pectore, erga Virginem benedictam seruens, & ignita deuotio: ut, cum in festiuitatibus eiusdem B. Virginis sermocinaretur ad populos, & laudes explicaret Virginis gloriosissimo accenderetur sermone, vix facies eius, tanquam alienus Seraphim, solari videretur irradiare fulgore: quod quamplurimi sapinus id viderunt. Fælix eiusmodi contuberniū proborum: cum idem & docenti & discipulo propositum sit: ut ille prodesse velit, hic proficere.* Et verò B. Ioannis vita, moresque declarauere, quantum illo Doctore promotus in Sanctitate.

CAPVT VIII.

Nominis Iesu ostensio S. Bernardino usurpata, fuit grauior à B. Capistrano defensa.

Nobile par amicorum S. Bernardinus, & B. Ioannes Capistranus, amici, sinceræ fidei conciliante virtute, per mutuam charitatem adeo fuere deuincti, ut alter se discrimini, in quo verus probatur amicus; obijceret pro altero. Etenim cum nihil tam sacrum, nihil tam integrum atq; ab omni vitio tam purum sit, cui liuore malignorum calumnia non strui possit, etiam vir Sanctissimus Bernardinus, cum à Concionibus suo more, salutare nomen Iesu, aureis literis in Sole scriptum, auditoribus demonstraret adorandum: quia nouum id, sed tamen piuum: adeo calumniosè fuit acceptum, ut à Martino Quinto Pont. Romam arcessitus, inuidis struentibus in hæreseos suspensionem duceretur. Sed cum in eius doctrinam, & mores diligentissimè fuisset inquisitum: doctissimis viris, atque Ordinibus Franciscani diuinitissimis Theologis, illum propugnantibus, S. Bernardinus, sententia Pontificis tandem ab omni sinistra suspitione dictus fuit liber. Inter Franciscanos D. Bernardinum defendentes, emiuit B. Ioannes: cui cum esset datus disputandi locus, strenuè fuit argumentatus, ut nullus ausus fuerit quicquam

B. Capistranus Bernardini Senensis virtus magisterio.

Magistrum suum S. Bernardinum strenuè defendit Capistranus.

quam obijcere, in cuius rei memoriam ordinata fuit processio ad honorem nominis Iesu. Vnde maiori honore, & reuerentiâ B. Ioannes fuit habitus apud illustres viros.

CAPVT IX.

Quomodo supra Caput S. Bernardini Laudes D. Virginis Predicantis Aquila, visa est stella: ita supra caput B. Capistrani, cum ibidem de B. Maria concionaretur, confecta fuit.

Apparet stella in meridie prædicare S. Bernardino, & B. Capistrano.

Cum S. Bernardinus biennio ante mortem, in platea S. Mariæ Collis Maij Aquilæ, pro concione frequentissimâ tractaret illud Apocalipsis: *Signum magnum apparuit in celo: Mulier amictu Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim*; singulas Deiparæ Virginibus attribuens virtutibus stellarum, sub meridiem visa fuit publicè stella, Sole splendidiore cælitus demissa super caput S. Bernardini: atque tum ex aduersum, faciem eius mirandum in modum irradiasse: indicans virum sanctum, audiendum esse, & sequendum: post excessum B. viri, simile contigisse B. Ioanni à Capistrano, cum eodem loco laudes B. Virginis matris prædicaret, verbis ipsius Capistrani commemoro: sic habet: *Nec parvipendendum esse considero, quod cum felicem S. Bernardini obitum in Insula Sicilia, tunc existens, ex mandato sanctæ memoriæ Eugenij Papa Quarti, sensissem: ad Aquilanam Ciuitatem pergens festinasset, ut tunc viri huius magnificis coruscantis, diligentia quantâ possem, canonicam rationem procurarem: pari modo in platea, & campo Ecclesiæ supra dictæ, adstante etiam multitudine popularum, horâ quasi eadem, ibidem apparuit stella præfulgida: in quam aspicientes, qui aderant, cum admiratione alter alterum excitabat: nec tamen eam tunc ego ipse, qui etiam de B. Virgine prædicabam, stellarum differentiam, & varietatem considerans, cum non haberem de apparitione dictæ stelle notitiam per fide dignam relationem: de remotione adstantium admiratus, quid inter se quererent, per scrutabar, cum stellam supra caput aspicere non valerem: tunc mihi indicauerunt apparentiam eiusdem stelle, quæ super caput S. Bernardini coruscauerat, ibidem eundem sensim declararam, cumque caput exissem, & Virgini benedictam sperans, & confidens ex diuina bonitate, & Virginis benedictæ præsidij, me felicem successum, & latum effectum in Canonizatione Sancti Dei viri infallibiliter obtenturum. Itaq; factum est Domino disponente, ut mane sequenti ex Aquilâ, ad S. Romanam Ecclesiam gressus dirigens, præfatam stellam, tanquam ducem itineris, & comitem, pluries itinere non ego solus aspererim, sed quamplures socij, qui mecum erant, porro Canonizatio S. Bernardini celebrata fuit à Nicolao Quinto, salutis nostræ Anno millesimo quadringentesimo quinto, quarto.*

CAPVT X.

Ab Eugenio Quarto missus, Legationem ad Burgundiam Ducem obuii, ne Amadeo Antipapa adhaereret.

Legatus mittitur ab Eugenio IV. ad Ducem Burgundiam.

Sanctitas igitur eximia B. viri, & doctrina singularis non latuit, sed ut lucerna super Candelabrum collocata longè diffudit sui nominis splendorem, die publicante prudentiam eius in rebus agendis: quæ omnia B. virum ed producerunt, ut honestissimas obierit legationes ad Reges, & Principes magnâ cum laude. Eugenius Quartus Basilienfè Concilium indixit: sed post, eius decreto reprobatum fuit: quare Concilium post diuinam moram priuato demum Eugenio, Amadeum Sabaudia Ducem, ad Pontificatum elegit, quem Felicem Quartum vocauerunt. Eugenius Pontifex Concilium Florentiæ celebravit, in quo Græci, eorum Imperatore præfente, de Processione Spiritus Sancti, idem, quod Romana tenet Ecclesia, confenserunt. Interim Eugenius Papa Quartus misit B. Ioannem ad Philippum Burgundia Ducem, ne schismati Amadei de Sabaudia Antipapæ adhaereret: quem re-

bus benè gestis Pontifex voluit Aquilana, & Reatina Ecclesiæ præficere: sed renuit, dicens, se paruis oris nolle concludi, cum sibi ad disseminandum verbum Dei, totius mundi latissimum Dominus dedisset orbem, & hæc quoque fuit sententia B. Bernardini, cuius ipse fuit præcipuus imitator. Cæterum Fredericus tertius Imperator Nicolao Quinto precibus procuratè assiduis Amadeum Sabaudia Ducem in Pontificem, sub nomine Felicis Quarti, per Concilium Basileæ electum, coegit Pontificatum deponere, quem annos nouem, menses sex, dies septem tenuerat, reliquâ illi Cardinalatus dignitatè, Germaniæq; legatione.

CAPVT XI.

Ad Germanos vir Beatus à Pont. missus est in arma mouendos contra Turcas: ad Bohemos ab hæresi ad fidem Catholicam reducendos.

Renuit Episcopatum.

Legatus item in Germaniam & Bohemiâ destinatur.

Commemorandæ nunc veniunt, qua fieri potest, temporum ordine seruat, res gestæ B. Ioannis à Capistrano in Germania, & Bohemiâ, quorum gratiâ illis in locis laudes consecutus est immortales. Bis videtur missus in Germaniam; prius à Nicolao Quinto Pont. paulò post Canonizationem S. Bernardini: deinde ab eius successore Calixto Tertio Pont. ad Germanos in arma contra Mahumetem Turcarum Imperat. inhiantem Hungariæ, concitandos, cum gentibus vicinis: nisi vir Beatus, ab anno salutis quinqueagesimo primo, supra millesimum quadringentesimum, vsque ad quinquagesimum sextum, quo Mahumetes infeliciter Taurunum obsedit & oppugnauit; syderis instar cunctas illas Prouincias circuisse, sanctitate vitæ, & salutaris fidei doctrinâ collustrasse, atque adeo continuasse in Germania, Polonia, Austria, donec ingentem exercitum Cruce signatorum, quem ipse concionibus suis coegit, in Turcas duceret, dicendûs sit, Et licet verò B. vir, à Pontif. multa habuerit in mandatis: eò tamen spectauit ipsius potissimum legatio, ut Bohemorum moribus exitiosissimis, & Regno, & vicinis Prouincijs ab hæreticorum furore concitatis, compositis, cunctos reduceret ad fidem Catholicam, & communioni Ecclesiæ Romanæ, piorum omnium matrem, quod tamen pro voto non successit: quod ex Epistola Casimiri Regis Poloniae, & literis Nicolai Quinti Pont. manifestè colligitur, quæ subsequuntur.

CAPVT XII.

Hæresis Ioannis Vviclefi Angli à Bohemis exsulta, pestis fuit Bohemiæ, & propemodum totius Germaniæ.

Hæresis Vviclefi inficit Bohemiâ & alias Prouincias.

DE hæresi itaque Bohemorum, quæ Hussitarum est, ut nonnulla repetamus altius, historiæ ratio postulat. Anno salutis Christianæ circiter millesimo quadringentesimo, vehementer inualuit hæresis pestifera Ioannis Vviclefi, Oxoniæ in Anglia, Carolo IV. Imperatore, & quanquam ea hæresis, Londini publicè concrematis Vviclefi libris, tum etiam Oxoniæ fuerit condemnata: tamen ut est humanum genus ex se malum, ad mendacium, & prauitatem magis, quam ad veritatem, & virtutem proclinans: plurimi hæreseos istius exitiale venenum ita suserunt, & in alios transfuderunt, ut non modò Bohemiæ, vicinifq; Prouincijs excidium, & vastitatem; sed etiam toti propemodum Germaniæ dederit ansam deficiendi à verâ religione, factum igitur, ut post mortem Vviclefi; quidam ex discipulis eius nomine Petrus Payne Anglus, Pragæ cum libris illius profugerit, regnante Venceslao, eâ forsitan occasione permotus, quod ante eum Bohemus quidam genere nobilis, ex domo, quam Putridi piscis vocant, apud Oxoniam in literarum studio constitutus, libros Vviclefi, quibus titulus est, de Vniuersalibus reallibus, inde in patriam secum intulit, velut pretiosissimum thesaurum; quos Pragæ diuersis transcriptionibus multis hominibus communicauit, & iuxta nomen suum,



putridi haeretici, laetale virus ciuibus suis infudit. Commodavit verò libros illos, ijs potissimum, qui Theutonicorum, (vti refert Aeneas Syluius) odio tenebantur: vt illi per noua dogmata vexati, Academia Pragensem, in qua praeualebant, Bohemis regendam discedentes relinquerent, id quod paulò post, dolo Ioannis Hus factum: cum Theutonicis frustra contra haeticos auxilio Venceslai Regis inuocato, in toto communi inter se consilio, statuerunt abire, & alium publicis studijs quærare locum. Requiriti itaque ab eis illustriissimi, ac religiosissimi Principes, Lantgrauij Thuringiae, & Marchiones Misniae, assignauerunt pro publicâ studiorum professione locum per quam idoneum, celebre oppidum Lipsiam, vbi & ager fertilis & aer salubris existit. Turmatim igitur abeuntes Pragâ Doctores, & magistri, cum duobus millibus studentium, peruenerunt Lipsiam, Anno Domini M.CCCC. IX. Et hæc quidem fuit prima ruina floris, & decoris Bohemici, & primus fructus arboris malæ doctrinae Vviclefi, per quam ruit alto à culmine Praga.

CAPVT XIII.

Ioannes Hus, Vviclefi haereticos Prædicator, multos magnates in errorem pertraxit, & à Clero Hieronymum à Praga, Iacobellum Misnensem, aliosq; qui asseruere Communionem sub vtraq; specie laicis necessariam esse.

Profligatis itaque Theutonicis ex Academia Pragensi, quam Carolus Quartus Imp. institutam à se, florentissimam filio Venceslao Regi inertissimo reliquit, tum Ioannes Hus occasione datâ, dolis & technis pro haeticorum more instructus, inertiam Regis abusum, quam peccore coquebat haesim, iam vt liberio publicè fundebat à suggestu; præ cæteris faciendâ valebat in dicendo, & famâ clarus vitæ mundioris, non solum sibi conciliabat populum concionibus, & magnates librorum Vviclefi in vernaculum versionibus: verum etiam ex Clero magnam ad se partem trahebat. Nam plerique dissolutionis vitæ, alieno ære grauari, & Ecclesiastico iudicio propter scelera obnoxii, eâ nouitate pænas se sperabant euasuros. Nonnulli verò doctrina celebres, & morum honestate præditi, iniquo ferebant animo. Sacerdotia maiorum censuram ijs committi, qui quamuis nobilitate præirent, scientiâ tamen inferiores longè essent. Excæcati itaque inuidia, ac nouarum rerum studio, iunxerunt se Ioanni Hus, à Catholica Ecclesia deficientes, cumque illi in quosdam vitiosos, & indoctos Sacerdotes verè possent inuicere odio, & inuidiâ perciti, in omnes generaliter latrare cæperunt, adeò, vt etiam Sedi Apostolicæ non parcerent. Inter quos sanè, post Ioannem Hus, doctrina, & eloquentiâ præeminebat Hieronymus Pragensis, & Iacobellus Misnensis, concionatores egregij, qui populum in odium Sacerdotum, & Monachorum concitabant. Itaque procedente tempore, cum Regis foecordiâ malum inualeceret, grandis erat vbique in Bohemia Regno discordia, maximè in Ciuitate Praga, vbi noua prædicabant Hus, Hieronymus, & Iacobellus, nam vltra Vviclefi articulos (qui quadraginta quinque damnati leguntur) nouum superaddidit. De Communicandis, sub vtraque specie panis, & vini, in Euchariistica Sacramento Laicis, quidam Petrus, ex Dresda Misniae oriundus: de quo maximè exultabant omnes, quod reperissent iam articulum in Evangelica lege fundatum, dicente Domino, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem: non habebitis vitam in vobis. Quapropter ille, cum suæ sectæ concionatoribus communicato negotio, cum istis nouitatem illam auide arripere, & in populum latè diuulgarent, vehementissimè plebem aduersus Clerum concitauerunt, tanquam Clerus per inuidiam, & contemptum, laicis alteram Sacramenti partem subtraxerit, & non dederit eis integrum corporis, & sanguinis Christi Sacramentum. Itaque miserimè vexabatur Clerus Catholicus, intus, & foris, à laicis, & à Clericis,

Pragâ abeuntes professores cum duobus millibus studioforum ad Vrbem Lipsiam.

Vniuersitas Pragensis fundata à Carolo IV. Imperatore.

Notitiam studentes, & inuidiam perciti, haereticum amplectuntur.

qui sese Euangelicos vocabant: quinetiam à mulierculis, & pueris. Ita factum, vt ex parua scintilla, flamma nata sit, quæ totum populata est Regnum.

CAPVT XIV.

Constantiense Concilium, tollendo schismati, diligentia Regis Sigismundi coactum: in quo Hieronymus à Praga, Ioannes Hus in haerese peritimos combusti sunt.

Anno Christi M. CCCC. XIV. Synodus Oecumenica fuit inchoata Constantiæ; nobili Sueuorum Vrbe: cuius præcipua causa fuit, grauis Ecclesiæ vniuersalis perturbatio per abominabile schisma, quod annis triginta pias fidelium mentes vexauerat; dum Cardinalis discordia, plures eodem tempore, in Romanos Pontifices eligere. Nam tres vocabantur Benedictus XIII. Gregorius XII. Ioannes XXIII. Nec vlla debet ætas obliuisci, quod Sigismundus Romanorum, & Hungariæ Rex, antequam esset Imperator salutatus, triennio magnam Europæ partem ipse peragravit, dum Principes Christianos, ac Pontifices adit, quo schisma Christiano nominis calamitosissimum tolleretur: nec alterius Principis opera magis enituit in vera pietate vindicandâ. Enimvero huius ergo peragravit, primò Italiam, deinde Gallias, Hispanicas, & Angliam. In Italia à Ioanne XXIII. obtinuit, vt Concilium indiceret Constantiæ celebrandum: in quo postea effecit, vt reiectis istis tribus Pontificibus, qui Papæ sibi auctoritatem arrogabant, vnus legitimè in Concilio crearetur, qui fuit Otho Cardinalis de Columna dictus Martinus Quintus. Itaque schismatis tam diuturni tollendi gratiâ Concilium hoc fuit celebratum: atque adeò non haereticis Vviclefi irroborantis in Bohemia iam aliquoties prædamnatæ, sed tamen de rebus Bohemicis cum etiam ageretur in Synodo, Patrum mentes ingenti curâ confectis, voluentium animo, quoniam modo Prouincia sanari posset: placuitq; tandem, Sigismundo Imperatore suadente, Ioannem Hus, & Hieronymum de Praga ad Synodum vocari, qui tum cæteris eiusdem regni Doctores, tum populi auctores, ac haesum Principes habebantur. Venerunt ambo, non tam verecundè aliena discere, quam sua impudentè ingerere parati: docendi, quàm discendi cupidiores, & populares amantes aures. Auditi sunt in consessu Patrum. Ioannes ætate maior, & auctoritate habitus: doctrinâ, ac faciendâ superior Hieronymus, ambo in haerese pertinacissimè obstinantes, quare latâ sententia, viui comburi iure merito puniti sunt. Sed nec in Husium tamen animaduertent fuisse, nisi homo perfidiosus, & pestilens retractus ex fuga, quam ei Sigismundus periculo Capitatis interdixerat, violatis etiam conditionibus, quas scriptis pepigerat cum Sigismundo, vim omnem illius diplomatis eneruasset. Fefellit Husium præcipitata malitia. Iustus enim, cum barbaras in sua Bohemiâ tragœdias excitasset, semetipsum sistere Constantiæ: desepxit prærogatiuum Concilij, securitatem petiit à Cæsare. Cæsar obsequiuit. Christianus orbis resignauit maior Cæsare, redire ad mentem haereticarcha noluit, perit. Hieronymus verò Pragensis furtim venit Constantiam, protectus à nemine, deprehensus comparuit, perorauit, habitus est per benignè liber ablit quò voluit; sanatus est, haesim eiurauit, relapsus est, exultus est.

CAPVT XV.

Haereticorum Hieronymi Pragensis, & Ioannis Husij Magistrorum suorum, Duce Ioanne Ziska caeco, canonicorum templorum, agrorum, vrbiumq; vastationibus crudelissimè vindicauerunt.

Creuit igitur ex pestifero Vviclefi dogmate secta Bohemorum, qui Husitas vocabantur. Ioanne Hus, atque discipulo eius Hieronymo à Praga, præcipuis propagatoribus. Quibus in Concilio Constantiensi sublati è medio, mortem illorum discipuli in

Laudatur Sigismundus Romanus Imperator.

Io. Hus, & Hieronymus de Pragâ haeretici combusti.

Bohemi haeretici religiosi infestis præferunt FF. Ord. Prædicatorum & Minorum.

Ziska haereticus sediciosus homo.

X. vrbes euerit plures Ecclesias ac Monasteria, & religiosos occidit crudeliter.

Bohemia vindicantes, crudelissimè Catholicos vexauerunt. In ipsa Pragâ factis concursibus, per agmina inuadunt fideles, Catholici adproperant, quos reperere oberunt, ipsam à fundamentis euerunt. Idem in omnia religionum loca fecerunt, nulli parcentes ætati, aut sexui, vt erat genus Bohemorum semper ferum, & crudele; nunc autem accedente perfidiâ haeretica adeò in cruduit, vt intolerabile fieret vniuersis. Magna semper odio religiones illi haeretici prosequuntur, infestis ante omnes Prædicatoribus, & Minoribus, quorum operâ periisse Ioannem Hus Constantiæ quærebantur. Magnam Christiani sanguinis vim profuderunt, magnam Christi sanguini iniuriam intulerunt, magnam reliquæ Sacramentorum contumeliam. Nec Pragâ modò hic furor fuit, sed etiam per totum Regnum, & longè positas regiones peruasit. Nam exusta oppida, direpta vrbes, & vici Ecclesiæ concrematae, monasteria omnium Ordinum (quibus infestiores fuere penitus deleta. Sacerdotes Virgines consumptæ, occisi sine numero Monachi, & Sacerdotes. Nulla vis obstitit. Sed neq; potuit cum illi se penumero impares viribus, superatis maioribus euasere victores. Recens obierat Venceslaus, cum Ioannes Ziska nobilis genere, census tenui, in Curia Regis à puero enutritus, & bellicis rebus exercitatus, vno carens oculo, quem strenuè pugnans iam pridem amiserat, infestis Husitarum veneno, & rapinarum audis, collectâ perditorum hominum multitudinè, in Ecclesiâ, quæ Pragâ restabat, impetum fecit, simulachra sanctorum, & imagines Dei perferre. Venere per idem tempus Pragâ ex montibus, quadringenti circiter viri cum mulieribus, lepra Husitarum infecti: atque in foro sedentes, cibum à Magistratibus petere. Qui metu plebis, quæ aduenarum miserabatur, cibaria illis publicitè ministrarunt. Ziska hos sibi adiunxit: arcem Vviclegram discessit, quæ negligenter custodiebatur, inuadere cupiens, ad locum, quem Crucis appellant, profectus est. Ibi supra quadraginta millia virorum ex haeticis conuenerunt: qui suam multitudinè spicati, animum ad omne facinus audacem sumperunt. Multa tibi aduersus Sigismundum auxilium, quem Regium haeredem suis conatibus insensum norant, excogitata, atq; decreta, quæ successerunt ex eorum sententia. Vastant Bohemiam, ducunt exercitum in vicinas Prouincias: obsidentur Ciuitates; & sunt sepulchra suorum ciuium. In sola Moravia per vnam eorum decem vrbes muratas: subterterunt. Semper Duce Ziska Husitas victores redierunt. Igitur victoribus elatiore Ziska, magis ac magis in Ecclesias, & monasteria, ac in omnem Clerum seuiebat, statuas, & imagines vbique abiecit. Sacerdotes, & Monachos, qui alicuiuserant ex istimationis apud Catholicos, aut cremabat viuos, aut aliis exquisitis suppliciis interimebat: viliores ex sectis testiculis dimittebat, vt plebi ludibrio essent. Erat ius in nominibus nouis quidam superbia: in eo factus. Nam vrbes ædificans pro refugio suorum, eam vndiq; munitens, nominauit Thabor, à qua dicti sunt Thaboritæ: tanquam diuina reuelatione, acceperint veritates suas: quem ad modum in monte Thabor, vbi Christus erat cum tribus Apostolis, diuinitus facta fuit Transfiguratio Domini. Alii simili superbia vanitate, se Orebites dixerunt, à monte Oreb, in quo legem à Deo Moyses accepit; tanquam & ipsi præ aliis gentibus nouas veritates à Deo accepissent. Martinus Quintus Pontifex Bullâ, quam Cruciatam vocant, & Sigismundus Rex Principes Germanos concitauerunt in bellum contra Husitas, quos etiam Sigismundus Rex postea contra Ziskam suscepit, sed vtraq; fuit infelix expeditio. Porro Sigismundus videns Ziska cuncta ex animi sententia prosperè succedere; etiam illum esse vnium, ex quo res Bohemiæ penderent, clam sibi eum conciliare tentauit, promittens ei gubernationem totius Regni, militiæ quoq; Ducatum, & ingens auri pondus quoannis, si se pro Rege agnosceret, & in verba sua, Ciuitates iurare cogeret. Qui dum iter ad Regem iniret, peste tactus expirauit, Monstrum crudele, & hor-

rendum, quod cum manus humana conficere non valuit, digitus Dei extinxit, ferunt illum cum ægrotaret, interrogatum: Quoniam loco mortuus sepeliri vellet, iussisse cadaueri suo pellem adimi, carnes volucribus, ac feris obici: ex pelle tympanum fieri, eoque bella geri: arripuros fugam hostes, quamprimùm eius tympani sonitum audirent.

CAPVT XVI.

Husitas peiores in dies magis, ac magis, ad Basiliensè Concilium euocati, disputando victi, se semper vicissimè iurati sunt: qui sumpto à Catholicis bello superati sunt, & casti.

Sicut bonorum gloria est, vt quotidiè meliores fiat, sic prauorum ingenium, vt deteriores. Et quæ admodum optimi cupiunt omnium virtutum ascendere verticem: ita plurimùm optant pessimi, scelus vniuersorum sibi palmarum vindicare. Talis erat Ziska, & quos sub signis habebat. Serpebat haereticæ exitiale venenum, vt Cancer: eoq; propagauit dormientibus hominibus, vt non modò Bohemiam intoxicauerit; verum etiam magnam Germaniæ partem. Martinus V. Pont. Bullâ, quam cruciatam vocant, aduersus Husitas promulgatâ, fecit vt Principes Germaniæ, quadraginta equitum millia contra Ziskam, & Husitas armauerint, sed frustra. Albertus Austriae Dux, Morauiam confinem Bohemiæ, armis, & vi coegit stare iudicio Concilij Basiliensis, quod Martinus V. pridem indixerat, & Eugenius IV. eius successore initio cõprobabat. Concilij fuit opera præcipua, motibus Bohemorum compositis, seductos miseris Ecclesiæ matri reconciliare. Principum fide publicâ vocati Bohemi, uenerunt ad synodum: modestè interpellantur, super ratione redintegrandâ cõmouentur: vt Christianâ mansuetudine agant, præsentè Christo, ad cuius honorem conuenissent: & vt quietius res agatur, scripto monentur edere, quibus ab Ecclesiâ discrepent. Multa quidem alia ediderunt, sed quatuor capitum, fuere penè omnia Barones, & Ciuitates Bohemiæ, iam antea concepta Sigismundo Regi præscribere sibi permittenda: quod cuncti mordicus in illa conspirassent. Videlicet. Quod corpus, & sanguis Domini sub vtraq; specie, cunctis fidelibus per Sacerdotes Domini publicè ministraretur. Secundo, quod verbum Dei, sine impedimento vbiq; liberè prædicetur. Tertio, quod donatio Sacerdotum superflua à Clero debet abscindatur. Quarto: quod omne peccatum mortale, in quolibet statu legitime tollatur & destruat, & quilibet in statu suo iuxta legem Dei reformetur, & reguletur. Cumulationem beneficiorum Ecclesiasticorum omninò detestantur, licet esse volentes subditis corrigere suos. Prælatos: deniq; cunctis licitam volunt copiam prædicandi. Disputatum in Concilio diu: sed cum præsentis disputationi Notarii exciperent omnia, sæpe ruborem retulere Bohemi, nihil habentes, quod obicerent. Sæpe victi, manum tamen dare recusarent, multis vtentes tergiversationibus: & ad suos, quod vbiq; vincerent, referbant. Itaque sine fructu discesserunt. Ceterum cum verbo Procures Ecclesiæ non promouerent: Principes viri cum Catholicis, gladio cæperunt agere Pragâ, & quidem feliciter, cum vno die casti sint ad duo, & viginti millia haeticorum. Mouent Catholici castra sua ad vicinos: Thaboritæ cum orphanis ingentem cogunt exercitum: signa contulerunt Bohemi Catholici, cum Bohemis haeticis, immanissimum illum exercitum haeticorum profligant, cadunt, opprimunt, infinitam stragem facientes: ita declarauerunt Orthodoxi, non posse Bohemos, nisi à Bohemis vinci.

CAPVT XVII.

Ioannes Rokytana Husitarum haesim penè extinctam ita Praga resuscitauit, vt illa inualescens penitus extirpari nequiverit.

Magna fit vbiq; læticia, cum non solum multi redirent ad Ecclesiam, verum etiam haeticorum vrbes plurimè suâ sponte sese dedere Catholicis: abiecit erroris nube, rediisse testantur Dei, fideiq; clari-

XL. Equitum millia Principes Germaniæ in Husitas congregant.

Husitarum peritio.

XXII. Haereticorum millia Praga vno die occisa.





CAPVT XXI.

Ioannes Rokyzana, Hussitarum antagonista, provocat in dolo Beatum Capistranum ad disputationem, promissa fide publica: Capistranus cum non posset venire, miris ab illo petitis est conuictus.

DVM ergo huius viri fama, & virtutum claritas etiam apud Bohemos divulgaretur; Ioan. Rokyzana Hussitarum antagonista metuens, ne secta sua tota, ad Ecclesiae unitatem per eum reduceretur: quaesivit aduersus eum occasiones criminandi; & ut esset hereticorum ingenium, fraudes miris modis palliuit. Enimvero vir Beatus iam tum Olomutij in Moravia manens, quotidie diligentissime verbum Dei predicauit per duos interpretes, vnum Bohemum, alterum Alemannum; rationibus euincens. Non esse de necessitate salutis, vt populus laicus sub vtraque specie communicet; sermones suos prodigijs, ac stupendis curationibus infirmorum confirmans. In Moravia ciuitates, & oppida Romanae Ecclesiae ritum tenent, & Catholicae fidei consentiunt. Barones ferme omnes Hussitarum labe infecti sunt. Hic cum verbum Dei praedicaret Ioannes Capistranus, & in errores Hussitarum vehementius inueheretur: Barones non parui nominis, quem Euzernahoram vocant, secuta conuersio est: qui relicta priore perfidia, cum duobus millibus subditorum, veritatem Rom. Sedis amplexus est. Filius eius doctrina, & moribus clarus, non diu postea Olomucensis Ecclesiae Pontificatum obtinuit; ea est vnica Ciuitas Morauorum Episcopalis. Scripsit ad B. Ioannem concionatorem in Moravia Rokyzana, verbis suauem Epistolam, sed technis plenam. Tria oppida praecipit de quibus vir Beatus vnum dicat, quod veniat, disputaturus cum eo, de Communionis sub vtraque specie, quam Capistranus efficacissimis argumentis contutabat, securum esse iubet in itinere, publica fide promissa. Rescripsit vir Beatus, nihil magis in voto se habere, quam indicto loco, & tempore sincere cum illo conferre: quod diuinae sapientiae radiante fulgore, manifesta fiat, & clara notitia veritatis, & via salutis cunctis Christi fidelibus illucescat, Rokyzana struxit interim per nobiles, vri beato viro certum locum disputationi dicerent, Oppidum Cruminouiam; diem, festum Sanctorum Apostolorum Simonis, & Iudae; Iudicem Sacram scripturam, atque interim per gubernatorem vrbs Pragae hoc egit, vt ille scripsit ad Dominum de Ross, ne Capistranum acciperet hospitio, ad quem iam d. uerterat. Itaq; fidei publicae promissa, beato viro non erat confidendum. Innotuerant iam doli Rokyzanae, nihil in nris quaerentis, quam cum eo publice super controversis disputare. Porro Ioannes Rokyzana, vbi intellexit illum recusare disputationem in Cruminou, triumphandus apud suos insultabat abiecti per conuictio: las literas, quibus famam, & existimationem illius deprimebat, quod etiam eiusdem farinae, talis rei valde periti complices vbertim effecerunt. Nec de illius grege soli, verum etiam Gubernator Pragensis, penes quem id temporis Bohemiae regimen, cui nomen Gregorius Gykizo, acerbis literis in B. Ioannem inuectus est, quod pro tuenda veritate, Rokyzanam epistolam reprehendisset, sed & Morauiae Capitanus struente Rokyzana, contemptum per Epistolam vocauit Monachum, Melancholicum, hypocritam, seductorem populi, turbatorem pacis, talibus sumis nomen, & honorem illius obscurans. Et quidem vir beatus non curauit, quae spargebantur conuicta: sed indoluit praesalam spem omnem prorandi Bohemorum salutem; cum etiam postero tempore Rokyzana Fratres Sancti Francisci, qui per Sigismundum Caesarem, post multas Hussitarum clades, in Pragam reducti fuerant, profitigasset, Clero vehementer vexato, fide Catholica vehementer oppressa.

In Morauia conuictus Catholicae fidei adhaerens Barones haeresi.

Rokyzana uersuta, & dolus.

CAPVT XXII.

Cum prohiberetur aditu Bohemia Rokyzana technis, vrbes praecipuas obiens Germania, Norimbergam euocatur: & Magdeburgi concionibus igneis eius moti auditores, vana, ac ludicra publice cremauerunt.

Contulit igitur se vir beatus, vt alijs prodesset, ad vicinas Germaniae ditiones, id quod ex ipsius Epistola ad Rokyzanam manifeste colligitur, cum in haec verba scripsit: Non improborum calumnia estimanda sunt ab ijs, qui pro veritate, fide, religione, pro iustitia, pro virijs extirpandis, & virtutibus plantandis certant: quosq; pro suo arbitrio in alium dicere potest quod placet. Satis mihi est, quod infamiam, quam in me coniecit Rokyzana, tota Italia, Flandria, Burgundia, Alemannia, in quibus iam triginta sex annos continuo Euangelizauit, resellant: vt taceam Angliam, Hispaniam, Portugalliam, Cathaloniam, Dalmatiam, Hungariam, Poloniam: quibus quidem Regnis omnibus, ac Regibus, & Principibus eorundem, si non facie, famam salutem notus sum: In Germania se concionatum dicit, alia Regna se non vidisse, sed in illis innotuisse scribit suum nomen: quod non gratia, aut arrogantia dixit, sed ad propulsandam conuicta Rokyzanae, qui passim virum Beatum vocabat, profugum, seductorem, & Antichristum. Itaq; inuitatus Ioannes, Norimbergam urbem Germaniae petiit, vbi vndique populi motus fuit. Viri, & mulieres impetum fecerunt intueri virum, Iachrymas laetitiae, deuotionisq; mittere, leuare in caelum manus, benedicere venienti, laudare mittentem: tangere osculari, qui propere erant, vestimenta: veluti caelo missum, & Angelum Dei respicere, apud Minores deinde sui Ordinis Fratres exceptus est. Scribit Hartm. Scheydel Historicus Norimbergensis, illius equalis; se beatum virum puillo corpore Norimbergae vidisse, aetate senecta, annos quinque, & sexaginta natum, siccum, aridum, exhaustum sola cute, neruisq; & ossibus compactum: letum tamen, & in labore fortem, sine intermissione singulis diebus praedicantem, altas, ac profundas materias abfoluentem. Ferunt & hunc, Caesarem Fridericum cupide audiuisse, multaque sermonibus eius interfuisse, ac vestimentis eum Sacerdotibus donatum, cum apud Viennam, & Australes avaritiam calcauit, libidinem subegit, & honores saeculi fugit; tandem eum cum honore dimisisse. Haud dissimili reuerentia, & applausu Magdeburgi fuit acceptus, quae nobilis est Saxoniae ciuitas, Archiepiscopali dignitate quondam decorata. Ipsi viri, vt terebant, aspectus mouebat adstantes: ipse dicentis apparatus (nam vernaculae nostrae expers latina lingua utebatur) in populo energiam fertur habuisse mirabilem: cum post illum ex fratribus, qui eum multi, & praestantes viri sequebantur, aliquis interpretaretur populo, quae ille ante enunciasset, vtriusque sermone in quintam horam extracto, cum prior Ioannes tribus, & qui eum sequebatur per reliquum tempus disereret. Commouit vsque adeo populum, vt omnia vana ludorum genera, scacos, aleas, & quidquid id generis est, conferret in forum: scemina toralia, & structuras capitibus, a calia redimicula vana vno igne, inspectante populo, concremarent: quibus similia in alijs Ciuitatibus contigisse ad ipsius B. viri conciones, paulo post referemus.

CAPVT XXIII.

Constantinopolis expugnatio propter haeresim a Rom: Pont. Graecis praedictam qua imperator Graecorum cum imperio perijt, & miserè vastata ciuitas a Turcis, qui breuis magnam orbis partem Christianam ademerunt.

Creuit igitur pleriq; Germaniae nobilissimas, maxime ad Aquilonem iitas vrbes: vt fons dulcissimarum concionum eius, alibi exiliret vberius, cum apud Bohemos, fraudibus Ioannis Rokyzanae, & potentia Principum praesertim Gyzykionis Regni Bohemiae Gubernatoris, & Capitanei Generalis Morauiae, alio-

excipitur honorifice & praedicat in Germania magno cum fructu.

rumque

Iuxta Nic. V. praedictam capitur Constantinopolis, in qua Turcae multa scelera patraverunt.

rumque multorum Baronum, obstrueretur. In hac peregrinatione durasse videtur vsq; ad annum salutis nostrae quinquagesimum tertium, supra millesimum quadringentesimum quo Vrbs Constantinopolis, exacto Romano, non sine maximo Christianae Reip. luctu, barbarum Turcarum Imperium subiuit. De quo Nicolai Quinti Pont. Max. vaticiniu opere pretium est ascribere. Is vbi vidit a Graecis per impudentiam summam, reici decreta Concilii Florentini, literis ad eos datis, apertissime praedixit fore, vt in Turcarum potestatem, triennio exacto, veniret: quod ita profusus euenisse adnotauit Gennadius Patriarcha ipsorum libro, quem aduersus Graecicos edidit. Iterata Graecorum dissidia, cum Apostolica Romana Ecclesia, anno memorato, maxime quod in Spiritum Sanctum nimis impii, ipsum negarent a Filio, sicut a Patre procedere supremum exitum attulit Graecorum Imperio. In Vrbs populatione Constantinus Paleogogus, & ipse matre Helena genitus, Orientis Imperator, in fuga obortus, post Capite truncatus, Regni simul, & vitae finem fecit. Fuit infinita caedes debacchantis in vbe capta Turcarum: profanata sacra omnia, irrisus & confusus in imagine Crucis Christus Dominus, incensae Ecclesiae, occisi Sacerdotes cum Monachis, stupratae virginis sacrae & spurcissimis canibus, omnia Sacra contaminata, Matronae cum puellis ludibrio suere impuriisimis latronibus. Defectum Imperatoris mortui caput, hausta fuffum in Castris circumfertur: & vt omnem protinus nobilitatem extinguat: iubet praconis voce nunciari. Quisquis se nobilis aere perfoluto vollet redimere, in prompto permittere videtur. Erupere de latibulis miseri sperantes libertate: detecti Principes Ciuitatum, suo produntur iudicio: mox omnes gladio iusi ferri. In Christi Sacerdotes crudelius, vltor: Mahometes desuens, plebe iussit in Alsiam venundari, feminas, & puellas, vt mancipia distrahi. Sacra templa contaminans, in praedam, vt caetera permittit: imagines oes exuri praecipit: nobile, ac sanctissimum Aeternae sapientiae dedicatum templum spurcissima Mahometana contaminauit. Continuo in Perem Genuensium Coloniam, Constantinopoli vicinam, delatus, tam horrenda commisit, quae nec literis debent commendari. Itaque ita Tyrannus potius Graeciae Capite, facilius cuncta eius membra potuit subiugare. Prima haec erat illius victoria, quam deinde summam felicitate profecutus est. Nam cum Venetorum Legatus recitauit Carolo Francorum Regi, Turcarum Imperatorem cepisse duo imperia, quatuor Regna, & Vrbes ducentas, Loquebatur autem de Constantinopolitano, & Trapezuntino Imperio, & Syria, & Armenia, & Peloponneso, iuxta quam multas occupauit Insulas, & in his Mytilenem. Albaniam quoque ferè cepit omnem, atque Slaoniam: & haec quidem omnia nobis, qui Christiano nomine censetur, ademuit breui tempore.

CAPVT XXIV.

Nicolaus V. Pontifex in sacram militiam contra Turcos, sub sanctae crucis tessera, multos exiecit in Germania, concionante B. Capistrano: qui Augusta Vindelicorum, Lipsiaeque sermonibus calidis vana, ludicraque publice comburi fecit.

AD Constantinopolitani excidii nuncium, omnium fidelium animi consternabantur, & praecipue finitimorum, qui instantem propius ruinam intuebantur. Nicolaus Pont. Max. studiorum parens, & Catholice plebis pastor piensissimus, cu Pannoniis admodum, Mijisque timeret; quibus amissis iam de Christiana Rep. actum esse rebatur: Sacrosanctae militiae saluberrimum promulgauit edictum; quo quidem omnes, qui Sanctissimae Crucis tesseram in Turcas vltro sumerent, gratuitaq; stipendia facerent, integrum delictorum omnium impunitate donauit. Quin & Ioannem de Capistrano D. Francisci sacris initiatum, praeterea virum sanctissimum, & ad excitandos ad id populos, dicendi copia, & vitae probitate nimis idoneum, in A-

Nicol. V. in Turcas crucem praedictam procurat; Capistranus praeritum pera vitur.

lemannos, Vngaros, Polonosque misit, qui ad salutarem expeditionem sacris declamationibus homines hortaretur. Ille vero incredibili spiritus feruore per interpretem concionatus innumerabiles mortales a vitis ad melioris vitae frugem vertit, multa millia Cruce consignauit, & in Mahumetem Turcarum Tyrannum captam Constantinopoli ferocientem duxit: quorum fortem, & egregiam operam praelio ad Turcarum Christiana Resp. probauit. Augusta Vindelicorum Anno. M. CCCC. L. V. tanto cum fructu visus, auditusq; est; nam frons, os, oculi, & ipse dicentis habitus atq; gestus, ipse etiam, qui, verba parum intelligeren, quandam Sanctitatis auram videbantur inspirare: vt, quod & alibi factum graues auctores memorant; auditores vltro percussis animis, trahas pictas, charulas, & alueos lusorios, caeteraq; id genus inania, certatim ante eius pedes conciperent, flammisq; abolerent. Itaque B. vir iterato praedicaui teruentissimè per Germaniam: & Lipsiae praedicando, aleas omnes post quandam sermonem comburi fecit. Francofordiae quoque magno cum fructu praedicaui, vbi tum agitabatur Comitia Principum, ex his quae paulo post enarrabimus, declarabitur.

CAPVT XXV.

Cracouia, in nuptijs Poloniae Regis Casimiri B. Capistranus dissidia componens, honore acceptus maximo multis miraculis doctrinae suae veritatem, & vitam sanctitatem comprobauit.

IN Poloniae vasto Regno Cracouia est praecipua Regni Ciuitas, in qua liberalium artium schola, floret, Sbigneus huic vrbi praefuit Episcopus, literarum doctrina, & morum suauitate insignis, cui ob singulares virtutes, Romana Ecclesia Cardinalatus honorem, rubentem pileum misit. Rex Casimirus, cuius supra meminimus, ad nuptias constitutas festinabat, quod etiam frequens Senatus conuenturus erat. Non die Febr. noua nupta Cracouiam splendido comitatu aduenit, a Rege ipso vna cum matre obuia ei protecto deducta. Postridie conuentio inter Archiepiscopum, & Sbigneum Cardinalem fuit de nuptiali caremonia; Vter eius admittere esse deberet: quod ille Archiepiscopus, & Primas hic Cardinalis, & Cracouienis Episcopus, vbi haec agebantur, esset. Re du agitata, conuenit tandem, vt Ioanni Capistrano cum honore deferrent: qui erat doctrinae facundia, & sanctimonia vitae pollens; vsque adeo, vt multis miraculis eam comprobaret. Suiceperat autem peregrinationem, Bohemorum maxime ad rectam religionem, reducendoru gratia: & cum in ea re apud Bohemos non multum profecisset, a Sbigneo Cardinali accitus, anno superiori Cracouiam, effusus obuiam omni penè ciuitate, cum Sacerdotibus, & Episcopo, atq; ipso etiam Rege, & Regina, aduenit: & posita in foro, ac deinde hyberno tepore in aede Virginis Mariae, Cathedra, quotidie per interpretem ad populum conciones habebat, & multos agrotos diuina virtute sanabat; auctorque fuit Sbigneo, vt canobium omnium primum in Polonia suo sodalicio, sub arce ad australem partem vrbs, conderet. Huic ergo tunc datum est negotium, nouos coniuges ritu solemniter coniungendi. Sed cum is neque Polonicam, neq; Germanicam linguam calleret, ac Sbigneo muneri eius functionem adiudicaret; Sbigneus vtriusque linguae peritus, cedente Archiepiscopo id peregit. Archiepiscopus vero sacris operatus, nouam Regnam inunxit ac diademate cinxit. B. Capistranus luculentam Orationem habuit, proposito themate; Haec dies, quam fecit Dominus. Duxit in sacram militiam vir beatus sexcentos equites Polonos, quorum non fuit ignobilis opera contra Turcas, ab Alba profligatos.

CAPVT XXVI.

Viennam Austriae rediens euocatur in Nouam Ciuitatem, ad Principes in Comitibus aduersus Turcas conuocandos.

Agitabatur interim diuersis in loci. Principu Comitum, vti communi consilio populo Christiano

Magno cum honore excipitur in Polonia B. Capistranus.

Poloni equites 600. in Turcas strenue se gesserunt.

O 4 contra

ad Comitia Principum accititur B. Capistranus.

cōtra conatus Turcarū consuleretur. Nec B. Capistranus officio suo defuit, sed pleraq; ciuitates Germaniæ circumiedo, postquam è Polonia reuersus est, ingentem exercitum Cruce signatorum, sermonibus, & exhortatione comparauit. Viennam Austria cum rediisset Noua ciuitas haud procul à Viēna, Imperiali, Principumq; Conuentui fuerat destinata, quō se vt conferret, ab Aenea Siluio, id temporis Imperatorem agente per Epistolam euocatus est his verbis: Scripta tua tocundissima & acceptissima mihi fuerunt, qua te sospitem, ac tuo more latum in Austriam reme esse nunciarunt: atque in urbem venisse tibi deditissimam Flauiam, quam nunc Viennam dicimus Scio te illic magno exceptum gaudio multumque illa in plebe proficere: est enim Viennensis apertissimus ager, cui & committere semen Domini, & multiplicatum sperare non frustra possis. Fratres ego tuam presentiam in hac Ciuitate, & in hoc populo semper futuram vtilem: sed multo magis Ecclesia Dei consulat, si congregato Concilio hinc venias. Nam quemadmodum Franckfordia mentes hominum ad tuendam religionem tuis sermonibus erexit: ita & in hoc loco, si qua tepido, & somnolentia fuerit, te vigente, atque increpante pelletur. Ego vi annis mei secretum aperiam, & aliquando dicam manifeste, quod sentio: non sum sine magno metu, ne ruant aedificia nostra qua apud Franckfordiam erexit. Turbant vt video, mentes Principum, torpent Reges, languent populi, nauicula piscatorum grandioribus elisa procellis in medio mari, pendē demergitur, sicut hinc, atque illinc contrarij venti, scinduntur vela, frangitur malus, carina dehiscit: nulla remigibus cura, neque magistro spes salutis esse videtur, omnes quasi stroniti, tempistari cedimus. Opus erit igitur sermone tuo, calcari tuo, igne tuo, excitandi, virgendi, incendendi sumus: nisi compellimur beneficiere, nostropre ingenio nihil est quiddē de Rep. cogitemus, atque vitam vel compulsi aliquando vigilemus. Aderunt hic nisi fallor: ex Alemannia, & Bohemiā, ex Vngaria multi Proceres, ex Italia quoque, atque ex ipsa Gallia nonnulli aduenit abuntes: agitur tuenda religio nostra negocium, qua meditata sunt, que conclusa sunt Franckfordia, in manus recipiuntur. Tam qua mens Principes nostros habeat, intelligemus. Si feruere videbimus animos, agemus Deo nostro gratias, qui suam nobis Ecclesiam nostris diebus exterrimari. Laudabit oratio tua fortes, & magnanimos Proceres, plebsque spes reddet ac bene vadentes in cursum prouocabit. At si vel timidus vel discordes populi nostri duces inuenieris: tunc tuo fungēris officio, tunc sine cessatione clamabis, ac quasi tuba exaltabis vocem tuam, accusabis ignauiam, superbiam criminaberis, auaritiam detestaberis: ha enim sunt tres perniciosissima anima pestes, qua religio nostram Turcarum gladio pendē subiiciunt. Est igitur mea sententia, si voci meae placebit auscultare: huc te demum conferas, cum Principes ad diem constitutam compauerint. Eadem quoque Manifestati Cōsere, quam de re hac consultum habui, mens est medio tempore pulcherrimam excoles Vienna vnam, vbi iam torcular exexisti, quod vna in cellam Domini purissima exprimit.

CAPVT XXVII.

Calixtus III. Nicolai Quinti successor, votum concepit aduersum Turcas: cuius gratia legatos, & Predicatores, miser quos B. Capistranus ab eo Cruce donatus, quaqua versum destinavit, meridie Campanarum sonitu fundi preces in hostes instituit. Ioannes Humiades Coruini contra Turcas Victoria.

Calixtus III. in Turcas bellum gerere cupit, & vult.

HAEC Aeneas Sylvius ad B. Capistranū, anno sexagesimo quinto supra Millefimum quadringentesimum, quo mortuus est Nicolaus Quintus Pōt. Max. haec tenus vsus B. Ioanne, in promulgandis indulgentiis, & nationibus in Turcam concitandis. Post Nicolaum Quintum Calixtus tertius B. Petri sedem adeptus est. Hic fuit natione Hispanus, ex Regno Valentiae, nobili genere natus: vnus omnium, qui suo tempore scientiam Iuris profiterentur, eminentissimus. Is vt primum Pontificatus apicem adeptus est: mox animum ad delendam Turcarum, & legem, & gentem conuertit, votumq; vouit, quod in hanc formam con-

ceptum legitimus: Ego Calixtus Papa Tertius promitto, & voueo Sanctissima Trinitati, Patri & Filio, & Spiritui Sancto Dei Generici semper virgini, Sanctis Apostolis Petro, & Paulo, totique Curia caelesti, quiddē, etiam ad effusionem sanguinis proprii, si opus fuerit: dabo operam, & adhibebo omnem diligentiam, quantum potero, iuxta consilium venerabilium Fratrum meorum, pro recuperatione Ciuitatis Constantinopolitanae, qua, heu peccatis hominum exigentibus, nostris temporibus occupata, & euersa est, per Iesu Christi Saluatoris nostri inimicum filium diaboli Mahumetum, & Turcarum Dominum. Pro liberatione deinde captiuorum Christianorum, nec non ad exaltationem fidei Orthodoxae, ad exterminationem diabolicae sectae reprobis perfidique Mahumeti in partibus Orientalibus, vbi maxime lumen fidei occubuit. Quiddē si oblitus fuero tui Hierusalem: obliuioni detur dextera mea, & adhaereat lingua faucibus meis, si non meminero tui, & si non proposuero Hierusalem in principio latitiae meae Sic me Deus adiuuet, & haec Sancta Euangelia. Porro autem, ad eam rem Solemnem iussit in Galliam, in Hungariam, in Orientem Lagatos primarios. S. R. E. Cardinales Naualia. Quod antea inauditum fuerat, Romae, constituit, triremes, quas plures ad ripam Tyberis in ciuitate Leoninā parauit, armauit, & in Turcas misit. Adhuc etiam predicatorum, per totam Europam statim misit, qui omnes Christianos in Turcas animarent, qui que facultatum aliquid, & opum suarum ad tantam expeditionem conferrent. Inter hos fuit B. Ioannes à Capistrano designatus à P. Iacobo Bufolino, Generali Ministro, cum aliis ex Ordine Minorum, facundissimis concionatoribus. Crucem etiam dedit illi Calixtus Pont. quam pro vexillo hostibus inferrebat: atque in concionibus iuxta proponere solebat: vt hoc saluare signum auditores ad sacram militiam contra Turcas inflammaret. Apparente verò Cometa crinito, & rubeo; Calixtus ad auertendam iram Dei, aliquod diem supplicationes decreuit: vt si quid hominibus immineret, eorum id in Turcas Christiani nominis hostes conuerteret. Mandauit praeterea vt assiduo rogati Deus fieret, in meridie campanis signum dari fidelibus omnibus: vt orationibus eos iuarent, qui contra Turcas continuò dimitabant, quod diuino fauore factum est. Ioannes Comes Biltricensis (qui Huniades, & Coruinus dicitur) vnicus Turcarum metus, ac fortissimus nostrae religionis gladius, triginta duo millia Turcarum superioribus diebus, apud Sendelorum conuicit: Fritzbegum Ducem exercitus vincitū adduxit, eadem magnam fecit: agros hostium vique ad ipsam Zophiam ferro, & igne vastauit. Mahumetes Turcarum Imperator, hoc accepto vulnere, magnam conflauit exercitum: iamque intrā Bulgariam in campo sedebat, hinc Budam, inde Pyrotham respiciens, eo proposito, vt proximo vere Regnum Hungariae popularetur: nihil sibi dubius, qui terram, ac gentem sibi subitū eret: Idem quoque & Hungari tinebant, nisi ceterorum Christianorum manibus adiuuentur.

CAPVT XXVIII.

Magnam Turcarum Imperator expeditionem parauit in Hungariam: Ioannes Huniades à B. Capistrano, eiusque socio Iacobo contra Turcas incensus, vtriusque secum in Hungariam duxit.

MAHUMETES autem Constantinopolitanā victoriā superbas, congregatis ingentibus copiis è Thracia per Triballos in Hungariam properans, centum quinquaginta millia pugnatorum ducere ferebatur: & inflatus opinione sui, tantoque tu mens exercitū, nihil dubitare, quin deuictā Hungariā, illiricos penetrare sinus, atque intima rura Liburnorum, & fontem superare Timauū, rerumque caput Italiam, atque Romam vno impetu subigere posset: fumens animos immensos, in Hungaros expeditionem parare cepit: quā per triennium instructā, acerrimis ex omni Regno Proceribus, cum maximis, atque

Campanas in Turcas meritis pulsari iubet. Calixtus P. P.

Turcarum expeditioni occurrit Coruinus cum B. Capistrano, & Iacobo P. P.

infestissimis copijs . . . appropinquabat spe plenus, & incredibili superbia tumens Mahometes, nec iam sibi vel montes, vel flumina obitare putabat. Gloriarī inter suos. Hungariam iam pendē victam asserere, Latinarum Imperatorem in propinquo esse dicere: delecto Graecorum Imperio, Latinarum inflare finem. Turcis omnia paritura, spolia ingentia promittere, Germaniam, & Italiam militum direptioni offerre, peruia cuncta Turcarum armis iactare. Sed quā gloriofus eius aduentus, tam turpis, atque infamis recessus fuit. Nam parua vrbs, & alioquin nobilissima: tantis eius conatus retinuit. Taurunum appellauere maiores; nostra aetas illam vocat Albam, ad confluentes Danubij, Sautiq; sitam: hanc primam oppugnare statuit propter opportunitatem transeundi fluminis. Verum Ioannes Coruinus, pro diuina charitate succensus, ad exhibendum Ladislao obsequium, Viennam profectus, cum Capistrano, Iacobiq; (quorum supra mentio est) Sanctitatem praegustator, & ad inferendum Turcis bellū ab his veluti à diuinis interpretibus inflammaretur: compositis ibi rebus, ambos in Hungariam secum adduxit . . . qui maximam Cruce signatorum manum coegere: cum exitio Constantinopolitano intercedente, viri sanctissimi ad contrahendam, ex editi auctoritate, vndiq; auxilia multa vehementius excitentur. Quin & pecunias opidatim cogebant: vt è collata stippe communi saluti succurreretur.

CAPVT XXIX.

Centum quinquaginta millia Turcarum Albam venerunt obsessum. Ioannes Humiades exercitu, & Cruce signatus B. Capistrano fortiter urbem defendentibus. Hinc sacris operanti sagitta calixtus lapsa victoriam praesignauit.

Vtriusque Militum Copia congregantur.

Differuntur mox vsquequeque; rumores. Turcam ad Albam Graecum, quam Belgradum nunc dicunt, in dies castra morum: maximum fortunae successum audaciam addidisse, ni occurratur cuncta propediem ruitura: neq; vllam ab hoste veniam, tolerabilemue conditionē sperari posse. Constantinopolitanam cladē omnibus exemplo esse. Coruinus autem, qui ad protegendas inferas Hungaricorum Regiā auctoritate constitutus erat, neq; animo excidit, neq; consilio defuit. In primis Capistranum ad hanc obsidionem sibi collegā adfuit: vt alter humanis, diuinis alter viribus niteretur; consulit quid potissimum videatur agendum. Ille hono animo esse iubet, quando non mediocres Cruce signatorum exercitum, è Germaniā se constasse fateatur, quam hac gens Hungarico, ab antiquo, sit infesta bello: in communi tamen causa, & necessitate minime defuturā arbitratur, quin & totam se Hungariam, post Constantinopolitanā captiuitate, in Turcas concitasse referebat. Interim Coruinus caetera, quae ex vsu belli sint, curare iubet: hac se in tempore auxilia daturū pollicetur, demum ad hanc capeffendam immortalitatis occasionem incendit: is veteranos omnes, ac alios spectatae virtutis milites cogit, classem mirā alacritate in Danubio parat, cum Turca quoque multa in Ponto nauigia parasse didicerat. Calixtus Pont. imminētis periculi nō ignarus. Ioannem S. Angeli Cardinalem, virum sapientia, & magnanimitate praestantē, in Germaniam, Pannoniamque miserat: vt Septentrionalis plagae gentes, quantum in se foret, in dirum hostem concitaret. Interim rumor affertur, Mahumetē centum, & quinquaginta millia hominum ad oblidendam Albam ducere: in summa rerum omnium trepidatione versatur Vngaria. Coruinus, & Capistranus forti animo, cum suo vterq; exercitu ad protegendam Albam properarunt, classem commeatibus, militibusq; oneratam deducunt. Cardinalis Budae subsistit, vt apud Regem caetera curaret. Itaq; Capistranus cum suis bellatoribus, vt alter Iosue procedebat cū baculo, in cuius summitate erat signum Thau, quo eos animosiores, audacioresque reddebat. De quo illud memorabile fertur: cū celebraret Missam apud Belgradū, sagitta caelo delapsa, in me-

dio aere, ante oculos serui altissimi apparuit, his aureis vrbis insignita. Esto constans Ioannes quod quiddē prodigium, memorabilis illa victoria mox consecuta est.

CAPVT XXX.

Alba loco munita & arte, valide fuit à Turcis oppugnata, quorum classis à Christianis superata.

INTERIM à Turcis obsessa Alba est, quod Idibus Iunij accidisse ferunt. Vrbs est in angulo sita, vbi Danubium, Sauus illabitur: à Septentrione Danubio, ab occasu Sauus abluitur, Arx monti praesidet loco, & arte munitissima: Ciuitas in annis vtriusque ripas effunditur, crasso muro, confluentibusque confirmata à continente duplici vallo, fossā, manibusque munitur. Mahumetes in duo castra exercitum diuisit: altera praeter Sauum, quibus Bassaeus A fia. altera praeter Danubium, quibus ipse praerat, ritē locat. In suis castris tormenta bellica in fronte disponit, quatit dū, noctraque mania, nihil otij opidanis indulget. Coruinus, & Capistranus vrbem acerrimē obfessam esse sentientes, classem Vngaris, Cruce signatiq; completam secundo amne deducunt: vt Albanam arcem aquā, terrāque obfessam facto impetu ingrediatur. Cū appropinquauere vrbē assiduo quatit, arcē iactis in altum lapidibus subliidi, regionem sulphureo latē fumo calligantem, parpetuas seruare tenebras conspiciat, sociorum miferatione animos ingentes concipiunt, ad certamen irritati. Trecenti è Polonis erant, qui religionis ardentissima gratiā sumptā Crucis tessera, stipendia faciebant: Item Germanorum ingens numerus, qui sacram expeditionem vltro suscepant, & certatim vtriq; obfessis accurrendum esse censēbant. Quare instructā classe, terrestribusque copiis in aciem educis, secundo amne descenderunt. Mahumetes his occurrere ausus, suam classem opponit, ne quid laboranti Ciuitati afferant subsidij. Collatis in Danubio signis, pugna confertur, effertur immensus vtriusque clamor, & crepitantium fragore tormentorum, Danubius intonat, ac vtriusq; classis grauitate subgemit. Christiana in quadratum agmen effusa, ripam vtramque legebat: in ripis quadrata cataphractorum agmina vtriusq; classis cornu protegebant: in dextro Coruinus, Capistranus in laevo praesidere. Hic à prora Crucifixum amplexus, ac supplex ad salutare praelium suos hortari; promittere diuinam opē, & profanis hostibus maledicere. Coruinus acerrimē pugnare, ac exēplo suo ad pugnam Vngaros incendere: tubere vt remis incumbant & suffragante Danubio cominus dimicent. Quod vbi factum est, mutus nauigia cathenis vtriusque colligant, Coruinus in praetoriam Nauem insiliit, sequuntur focis, ensem late ducunt, Turcaeque faucios, seminecessus in Danubium deturbant: idem reliqui faciunt. Feruens vbi que colluctatio, multi vtriusque cadunt, cruore Danubius inficitur. Cum secundi amnis subsidio nostri niterentur. Turcarum classem inclinant, cadentque illi obstante fluuio cedere coacti, proras auertunt: multisque interceptis nauibus, merlisque, caeteri ad suorum praesidia confugiunt.

CAPVT XXXI.

Albam ingresso Coruino, & Capistrano, Mahumetes vrbem pertinaciter disfectis manibus impugnavit sexta die Augusti.

CORUINUS fusā, fugatāque classe, Albam ingredi cur; quam armis, milite, commeatibusq; complet, faucios egrosq; opidanos educit, arci supplementū suggerit validissimum; obfessorū animos recenti victoriā instaurat: & ad propugnandam Ciuitatem, vna cum Capistrano viro sanctissimo omnes hortatur. Mahumetes ad nuntium profligatae Classis; Quamuis grauis, inquit nostro tamen voto omnino potiemur. Quod è classe superfluit, incendi iussit, atq; obfessorū animos ad expugnandam vrbem animū intendit. qui amicorum verbis etiam accensus, sequenti die omnes arma summas iussit; in tot Ordines digerit exercitum, vt perpetuum praelium continuare, edita subindē festas acies instaurare possit: vti nullā quiete datā opidanis de-

Alba Ciuitas valde à Turcis obfident castrum manali.

Naualis Turcarū classis ce dit classis Christianorum.

Obsidetur etiam classe terrestri.



ficere cogere. Sacer D. Sixto erat dies illa, octavo Idus Augusti, quo deturbatis dudum propugnaculis, ruderibus completâ fossâ, & obrutis, patentibusque mœnibus, hostes in occasu Solis, vrbē adoriuntur. Obstant opidani: & cum completos innumerâ multitudine campos, ab arce prospicerent, confrataque latè mœnia cernerent: salutē desperare cogebantur. Nulla maior spes, & consolatio, quàm desperata corporum salute pulcherrimè mori. Ioannes Capistranus cum D. Francisci collegio Crucigeros ad salutarem pugnam hortatur: & Seruatoris nostri Crucem amplexatus, supplex, Dei præsentiam, opemque pollicetur. Illi appetere magis, quàm formidare gloriosam mortē vili, ad pugnam promptissimi, Turcis occurrunt. Vnum his obrat, quòd animo potius, quàm corpore armati essent, gladiis tantum, & lanceis obnitebantur pauci se galcâ, & thorace protegerant.

CAPVT XXXII.

In vrbis oppugnatione conspicit fortitudo Coruini, Mahumetis insidiosa per Capistranum auersa Consilia. Hungari militū memorabile factum.

Coruini virtus.

Ira nimis, & cruenta supra murorum ruinam pugna conseritur: quando illi vi ingredi, reicere istū nituntur. Coruinus vbicumque laboraretur, accurrens, nūc verbis, nūc factis, omnibus spem suggerit: timidis, & ignauis inlclamat, corripitque, strenuos extollit, hortatur, vt vrbē hanc, Christianæ Reip. propugnaculū fortissimè tueantur: non deesse diuinum auxilium, Christi que præsentiam, sub cuius nomine, ductusque dimicatur, Imperatoris, militūque optimi præstans officium. Contra Mahumetes à tergo suis instare fortiter, & variatè diū fortunâ pugnatum est, quando Turcæ sæpè in vrbem penetrarunt, quando à Christianis magnâ cadere reiecti, pugnatum est extremis viribus, Itaque cū pari spe vtriusque dimicaretur, Mahumetes præsentaneū consiliū inuit: quàm validissimo potest agmine in vrbem irrupere, pertinacissimeque tenere, quod si nequeat: hinc reiectū, fugâ simulare, quâ Opidanos illectos in campos educat; mox erumpentē à tergo dimissâ equitū multitudine, reditum intercipiat: vtrâ tergo, & frōie Christiani iuxta cadantur. Quare validissimū agmen instaurat: superatâ mortuorum strue, quæ in ruinis excreuerat, in Civitatē, inclinatū opidanis irrumpit, penetrat in forum, & in medio foro, præliū redintegratur. E Turcis plerique in forti signa inferunt, altis nonnullis turribus vexilla deponere conantur. Subeunt cū vexillo Turcam memorant, qui vt signa sui Regis, ad irrutandos in vrbem sociorum animos, qui nondum intrō penetrant, pinnaculo turris imponeret, & ad exanimandos Christianos Vngarica deturbaret; turrin altissimam repente subit. Hunc Hungaricus illic sequitur, ac antequam patria signa deponeret, cū hoste in turris fastigio colluctatur. cū alio modo id prohibere nō possit: se cum Turcâ, quæ apprehēderat, ex altissimo vertice præcipitem dedit.

Facinus Vngaricum damnum egregium

irrupentes Turcas Coruinus vrbem fugat.

CAPVT XXXIII.

Turca magnâ in Albam manu irrupentes, fortiter sunt reiecti, Castra Bassæ à Crucigeris Capistrani cremata. Coruinus, machinas captiens, & munitiones, Turcas in urbem fugam comect.

Coruinus in summum periculum adductam vrbē conspicit, accitis fortissimis Vngarorū, ab arce ruens in forū Turcas inclinat, hī tūrore cōgreditur, vt multis in plateâ, vicisq; cæcis extra mœnia extemplo Turcas reiecerint. Crucigeri diuinâ se ope adiutos rati, adauctis animis extra mœnia prodeunt, & in hostes egēde grassantur. Mahumetes vbi se iterū reiectū videt, ex composito fugam simulat. Instant à tergo Crucigeri, & aridente victoriâ pellecti, pertinaciter insequuntur, iamque ad Bassæ Asiaticæ castra peruenerat, quæ in Saui ripâ collocat. Capistranus conspēctis ab arce insidiis, confestim suis inlclamat, vt retrocedat cū præ strepitu exaudiri non posset, à tergo receptus signa dat. Contra illi victoriâ inteni, nihil exaudiūt hostilia castra adoriuntur, & incendunt. Capistranus cum Sa-

cerdotū collegio illuc per medios enes ab arce decurrit, reuocatque Mahumetes, qui ad machinarū bellicarū munitiones confugerat, cum Bassæ castra cremari, diripi; conspiceret: cum equitatu, quem à tergo reliquerat, vt reditum opidanis obstrueret; eo succurrere contēdit. Coruinus desertas à Mahumete munitiones & bellica tormenta conspēctus: cū sociis ex vrbē prorumpens, repentē capit machinas æneas adaucto mox clauo, partim obstruit, inuitilesque reddit, partim in hostes conuertit, intenditque. Turca reiectis à Castris Crucigeris, qui à Capistrano reuocati facillè cesserant; ad munitionē rediens à Coruino occupatâ comperit. Cū instatē crepusculo recuperandi gratiâ præliū instauraret: obuerlas inle machinas inuenit: à quibus cū grauissimè socii laderentur, eadē fugam intens, nō tamen ea letus animo venit, quàm cōsternatus ab iis, qui se terrorem orbis edixerat, à parua manu victus, fugatusque. Sexto igitur, & quadragesimo oblidionis die, potius diuinâ, quàm humanâ ope vrbis Albana Turcarū manibus liberatur. Quanta Turcarum clades fuerit, potentissimi Regis fuga testatur. Ferunt Mahumetem ab eo tempore nunquàm postea eius cladis meminisse, quin mentum, barbâque demulcens, quassansque caput, ei dici maledixerit, quâ pugnam ad Albam conferuit.

CAPVT XXXIV.

Partâ victoriâ diuina virtuti tributa, in gratiarum actionem à Calixto Tertio. Pont. Max. solemnitas Transfigurationis Dominice instituta. Excessus Ioannis Coruini.

Capistranus, & Coruinus insigni victoriâ potiti, Cæperunt vterque ad Calixtū Pont. de hoc bello scribere. suis vterque literis tantâ victoriâ indicarunt: altero nullâ alterius faciente mentionē. Quod non arrogatiam (vt plerique sentiunt) ascribendum, siue gloria, & laudis propriæ cupiditati, sed Dei honorē solius spectasse putandū est. Nam cū duo Ducēs, alter Oratione, manu alter strenuè dimicanti: idcirco hoc à sanctissimo viro, plerique factū arbitrantur, vt in eo prælio diuinâ potius quàm humanâ vires, quod Turcæ non insiciantur, enituisse viderentur. Prælium id atrox, & inauditū fuit: quando horis quatuor, & viginti sine intermissione pugnatum fuisse tradunt. Ceterum ob eam victoriâ, Festū Transfigurationis Domini Calixtus Pont. Max. instituit Octauo Idus Augusti celebrandum, quod hodieque sancta seruat Ecclesia. Verū enim uero, ne quid vtriusque Ducis felicitati posset adici; ne multis quidē post diebus, diuina vtriusque benignitas, non modò mortali, sed cælesti quoque gloriâ donauit, quâ Coruinus prius secutus est, intolerabili labore belli fatigatus, in ætuantissimam febrē incidens, quâ Capistrano ab eius latere non discedente, paucis diebus assumptus est: cuius fati vniuersa deplorauit Europa: & in primis B. Capistranus, qui lugens, & lamentans, in amicissimi Principis obitum, non sine lachrymis hanc natiuitatem accinuit.

Victoria præter Deo attributa.

Coruinus agrotat & moritur.

Capistranus & Coruini elogium.

Prophetia spiritu claret B. Capistranus.

Salus aureola Cali; Cecidit corona Regni. Extincta est lucerna Orbis. Hæc corruptum est speculum, quod inspicere sperabamus: Nunc tu demitō inimico, regnas cum Deo, & triumphas cum Angelis, & beate Ioannes.

CAPVT XXXV.

B. Capistranus illustratus spiritu propheta, multa vaticinatus. Humilis maior nati filio Ladislao mortem citam, nati minoris Mathiam, prædixit futurum Hungaria Regem.

Quod plerisque sanctis Dei gratiâ datum fuit, nēpè donum Prophetiæ. B. Capistranus etiam est affectus. A principio sue Conuersionis prædixit horribile flagellum Dei; Eugenium futurum Pontificem; Martini Quinti obitū Nam exiens ab aula eius, quodâ fulgore præuentus, ait; Hic non videbit lucem surgentis aurore. Prædixit captum iri Alphonsum Regem à Genuensibus. Apud Cæsaream prædixit Episcopo Ticinensi Apostolico Legato in Germania, dormitionem Nicolai Quinti. Verum in eò Spiritus Prophetiæ enitu-

ille comprobatur, cum mirum in modum præsentit, quæ vaticinatus est de duobus filiis Ioannis Huniadi, cuius mortem iam descripsimus. Huic duo filii fuerunt superstites, Ladislao, & Mathias: alter, qui nati maior, militari disciplina, & virtute præstans, item singulari honestate, & magnanimitate præditus erat, alter verò minor, ad mœra fortasse, quàm Pater natus esse videbatur, patri demum vterque similis, ne minima quidem in re, à paterna virtute degenerans. Sed vter, aut longiore vitâ, aut maiore gloriâ functurus esset: Capistranus veluti diuinitus afflatus, optimè auguratus est. Nam cum eum Coruinus, qui Huniades aditurus, vtrumque secum filium duceret: Capistranus Mathiam semper ad dextram, ad sinistram Ladislao, maiorem natu collocabat. Admiratus Pater rei insolentiam, causam sciscitatur, respondit ille; Haud abs re id à se fieri, quando alter immaturâ morte præceptus emergere non poterit; alter Hungaria Regnum sortietur; virtute, ac gloriâ cum Alexandro certabit, futurus Christiane plebis propugnator acerrimus; cui si diu viuere licuerit, omnes Orbis Principes sui admiratione conficiet.

CAPVT XXXVI.

B. Capistranus nec in morte seunctus à Coruino, vixitior, illum præmissum ex hac vitâ, post secutus est.

Cæterum nobile par amicorum, Capistranus, & Coruinus, qui mutuum, vitâ ipsi comite in Christi amore confoebant, hi nec in sæuentis diro examine mortis, ab inuicem sunt separati. Nam Capistranus Catalogo Sanctorum condignè ascribendus, præfatus Domino Comiti Bisircenti, sincerâ charitatis iustitiam dilectione, post discessum ipsius Domini Comitis, non multos sub Sole dies vixit: astrale magis, quàm terrenum peroptans atrium in habitare. Enim uero defuncto Coruino, Capistranus nūquam amplius ridere visus est: veluti, qui sub iisdem auspiciis militasset, & insigni victoriâ potitus, triumphante collegâ, ipse debito triumpho fraudaretur. Noctes aliquot infomnes egit: inter contemplandum cum Deo sæpè conquegit; Quare cum collega sibi obire non liceret. In languorem subinde corporis incidit, quem ex illius leti dolore contraxerat: elusis medicorum adminiculis ad triumphandum accitus, paucis post diebus in Domino obdormiuit. Itaque prorsus existimandum illorum felices animas, quibus tam claro peractō prælio, tanto populorum fauore quæsitō, ægra relinquere corpora datum est, & ad cælum euolare.

CAPVT XXXVII.

Socius B. Capistrani. B. Iacobus Piccus, reuersus in Italiam, Neapoli mortuus, in vitâ ac morte multa stupenda miracula patrauit.

Legitimus B. Capistrani Socius, Iacobus Piccus, vir sanè sanctissimus, defuncto socio, & amplificatâ D. Francisci religione, in Italiam reuersus est: vbi cum diū vixisset. Neapoli demū excessit humanis. an. 1476. Quot viuis, & mortuus miracula ediderit, vniuersa Italia planè testatur. Iacobus Zomazarius, laudes ipsius elegantissimis verbiis prosecutus est. Celeberrima fuit eius fama, in Italia, Germania, Bohna, Bohemiâ, Vngariâ, Poloniâ, Dalmatiâ, propter admirabiles rerum sacrarum conciones, sanctitatem diuinis operibus contestatam. Inter alia, quæ mirabiliter egit, est illud. Brixie Iudeus puerum Christianum stragulauit, mortuumque parieti includit, parentes eum quatuor diebus quæserunt: Sæctus, vbi esset diuulgauit deiecto pariete eduxit, viuūque matri restituit. Brandeburgi cæco lumē, muto loquelam reddidit. In Bohemia plurimi heretici petierunt ab eo, vt poculum veneno plenum, quod ipsi miscuerant, biberet: sic enim, dixerunt, credemus. Bibit ille intrepidus, maximâ multitudine spectante, nihil, læsus est. Neapoli defunctus puella cæcæ lumē, mutęque vsum linguę restituit. In ea vrbe innumera visitū miracula, in tabellis ad eius sepulchrū depicta.

CAPVT XXXVIII.

Dies excessus B. Capistrani. Vilakæ fuit sepultus, post ab hæreticis in Danubium proiectus: qui multis viuis

mortuus hodieque miraculis claret, quorum hic nonnulla recensio.

Sed paulò vberius perscribenda mihi dies excessus, Sepulturæ locus, & miracula B. Capistrani: cuius mortem excepit vigesima tertia dies Octob. an. Millesimi, quadringentesimi, quinquagesimi Sexti, quo victoria de Turcis ad Albam parata est: anno ætatis suæ circiter septuagesimo, de quibus ad quadraginta in Ordine Seraphico exegit: Vilakæ in Hungaria diacchis Quinque Ecclesiensis tumultus in claustrō B. Virginis apud Minores: quamuis eo in loco, nullum appareat vestigium: celebratæque suæ solennes exequiæ septem diebus. Cōditum fuit corpus eius in capsâ ferreâ, quinque clauibus munitâ, & post multos annos, molle, ac tractabile inuentum est: paucis autem ab hinc annis (ab hæreticis) in Danubium proiectum. Illic nō longè à Viennâ reperit. Multis miraculis B. virum viuū, mortuumque coruscasse, æqui, bonique scriptores memoriæ tradiderūt. Vnâ die viginti infirmos viribus destitutos apud Vilakam, primū Alemanicæ opidum satis populosum, diuina gratia sanitati restituit. In Castro Loth. propè Viennam liberauit à morte filiam cuiusdam. In Alemannia sanauit adolescentulam quadriduanam. Aquilæ prædicâs, fecit apparere multitudinem dæmonum in specie Asinorum, eorumque, & Leonum. In monticulo diacchis Beneuentanę, Aquilam à morte liberauit. Vaccariū sanauit plusquâ viginti infirmos. In Morauia quoque, multa fecit miracula. Elizabeth filia Balthazaris pellificis de Roylek, collo, & capite paralytica, tres annos cæca fuit: quæ sacras manus defuncti osculata, statim liberata fuit. Duodecim mortuos liberauit à morte. Cuius Aquilanus annis triginta non confessus, tactus interiūs, & diuino lumine illustratus, volens ad concionem B. Ioannis accedere, grauitè tentatus à diabolo diū persistere nō potuit, sed ad concionem eius abiit, & ad Christum se conuertit. Quin etiam, mortuus, mortuos octo excitauit ad vitam: plurimis cæcis, mutis, surdis, ægrotisque reatum membrorum vsum restituit: vt concludam innumeris claruit miraculis, claretque, non definit, diem vsque in præsentem: adeoque inter Diuos ex hominū opinione relatus, quotidianis in humana auxiliâ votis inuocatur. Miracula templo affixa, magnitudinem Numinis planè testantur.

CAPVT XXXIX.

Inuidens Coruino Cilia Comes, Regem Hungaria ad Albam comitatus, ab Hungaris vrudatus est: in cuius vindictam ambo Coruini filij capti: maior natu Ladislao capitis damnatus, ad vaticinium B. Capistrani è viuis ut emperitū ereptus est.

Inter miracula iure censendum, B. viri vaticinium vtrique filio Coruini, in faustum natu maior Ladislao faustum euenisse minori Mathiæ. Ladislao Bohemia, & Hungariæ Rege admodum adolescente, Comes Cilia magnus erat in aula, & odia sub pectore coquens, diū ambitione maiores nō ferret, hos per calumnias è medio sublato volebat. Ioannes Huniades per idem tempus Hungariâ ferè vniuersam in potestate habuit, Regiæ arces in manu eius suere, equestres, pedestresque, copię vni paruere. Id nonnullis Regni Baronibus inuidiosum, ac molestū erat; atque in primis Comiti Ciliæ, qui locum eius optabat, nec post lectionem ab eo promissum acceperat aurum. Criminari ergo Ioannem, Regi odiosum efficere: illum Regem esse non Ladislao; vtriusque galia ad eum cuncta deferri, munitissima Regni oppida, arces, equos, arma, in potestate eius esse: nihil dubium, quin Regni coronam quærat; si nequeat per Christianos, conaturum per Turcas, Cilia Comes hoc effecit, vt Coruinus Viennam euocatus, quas ad Regis colloquium, comprehensus necaretur, sed per amicos dolus detectus est. Porro autem Rex Ladislao, audiat Ioannis Huniadi morte suadente Cilia Comite Hungariam rediit, duobus, sibi vt videbatur æmulis liberatus: altero, qui fraude, altero qui vi-

B. Capistranus miraculis claruit in vitâ, & post mortem.

regnum suum appetere. Ducitur Rex à Ciliæ Comite campos visurus, ubi prælia gesta, & barbara castra fuere, atque etiam in ipsam Albam, quam Ladislaus Huniadis filius, valido præsidio tenebat. Qui venienti Regi, purpuratis, togatisque portas aperuit: armatorum circiter quatuor millia ab ingressu prohibuit. Hic dum mora trahitur, rem diuinam spectante Rege, consilium de morte Comitum in abdito conclauis proceres ineunt. Vocatus & Comes, an iret aliquandiu hæsitauit. Exin diploide vix penetranda, ferro indutus, proficiscitur. Venientem Ladislaus proditore compellat, qui patri sæpe necem parauerit, infensumque sibi Regem reddiderit: nunc diem venisse, quo scelerum penas luat. Sunt qui Comitem prius arguisse Ladislaus dicant, tamquam Regi rebellem, quietus armatos intrare opidum vetuisset. Illud constat; Comitem arrepto ex manu armigeri gladio, Ladislai Caput petentem, nonnullos interiecisse manus, digitos amputasse: exorto clamore, Hungaros irrupisse, defendentemque se magno animo Comitem, multis cossolum vulneribus obruncasse. Disimulauit Rex supra quam ferret eius ætas, facinus, & dolorem compressit: cum Alba relicta, utroque Coruini comitante filio Budam repeteret. Ibi Comitum Ciliæ fautores, Regis animum contra Ladislaus Coruini filium exasperauerunt, Regis aures pulsantes contumeliosè; Illustrum Principem, auunculum Regium sine causâ necatum, Maiestatem grauissimè læsam: inultum tam atrocis scelus relinquendum non esse: corrigendum audacem iuuenem, ac temerariam audaciam, nisi mature coerceatur, in furorem verti. Arma in manu Nepharii adolescentis periculosa esse, a sursum proculdubio etiam in Regem, qui Regi proximum obruncauerit. Iam illi regnandi spem factam, patrem eius idem concupuisse: animum seni non voluntatem defuisse; grauiorem ætatem, discrimina quæque metiri, iuuenem quodcumque libuit factu facillimum credere, per aqua, & iniqua ad Regnum tendere. Occurrendum, priusquam malum amplius serpat in Ladislaus & facta, & meditata facinora, vltimo supplicio digna. Rex siue iis motus, siue suapte naturâ incensus, designatâ horâ capi iussit Huniadis filios, & incarcerari, cum Episcopo Varadinensi, & plerisque aliis, qui putabantur cædis Comitum, & inidiarum, quæ Regi parerentur, consilii. Lata sententia, Ladislaus quatuor, & viginti natus annos, egregio corpore adolescens, flauis de more crinibus super humeros sparsis, reuinctis post tergum manibus, talari, atque aureâ veste indutus, in publicum producitur. Erat cervice, oculis hinc, atque illinc spectantibus, impavidus, atque intrepidus ad supplicium pergit. Vbi ad locum ventum est, quo ceruix amputanda erat, iussus genua flectere, pauca prius pro sua excusatione locutus, carnifici paruit. Præco, cui damnatorum crimina publicare mos est, imperato silentio nihil aliud dixit, nisi: *Ego modo corrigi, qui Domino suo infideles essent.* Carnifex religatâ Ladislai cornâ, ne collum impediret, iussus percutere, nutans, titubansque, vix tandem quatuor ictibus candidam ceruicem abscidit: atque in hunc modum nobilis adolescentens Ciliæ Comiti parentauit, qui natu maior erat Huniadis filius, iuxta vaticinium B. Capistrani, immaturâ morte periturus.

CAPVT XL.

*Ladislaus Rege defuncto, Mathias natus minor, Coruini filius, prædicatione B. Capistrani, Hungaria Rex inauguratus.*

*Mathias Ladislai frater Hungaria Rex creatur.*

Mathias frater eius minor natu, & Viennam à Rege ductus. Iohannes item Varadiensis Episcopus, & complures alii de proceribus Hungaris in vincula coniecti. Mater Ladislai, & Mathie magnanima mulier, non fletibus, & lamentis indulsit: sed arma contra Regem Ladislaus profertis impetit; maiusque facinus irâ suadente aufusa, ac Turcas in auxilium accitura erat, nisi res interuentu aliorum proce-

rum composita fuisset. Sed prius quam Mathias ex pacto dimitteretur, Ladislaus Rex in ipso nuptiarum apparatu Pragæ obiit, siue ex repentino morbo, seu veneno à Georgii Podiebracii vxore ministrato. Dirra quidem tormina sensit mortens: & Medici Germani, posteaquam Bohemi, excefferunt, vulgauerunt non obscura hausti veneni signa in eo apparuisse. Mortis causam ei fuisse existimant. Podiebracii partim ambitionem, partim offensionem, vel metum. Etenim non obscure Ladislaus iniquus, & infensor erat hæreticis, eorumque cæcus, & Sacerdotes, & inprimis Rokyzanam pseudoarchiepiscopum amicum Podiebracii aspersionabatur. Et sanè adeptus est regnum post Ladislaus Georgius, Rokyzana, & factionis eius operâ. Hungari Mathiam Huniadem annos decem septem natum auctore Michaelæ Saladim auunculo eius, qui cum multis militibus armatorum ad Regia Comitum venerat, Regem creauerunt: & numeratis Podiebradio quinquaginta millibus aureorum, redemerunt. Extincto enim Ladislao, Georgius signatis annulo Regio literis, celerim eum Viennâ Pragam deduci curauerat, magnum inde sperans compendium: quâ spe frustratus non est. Quin & filiam suam ei despondit, sædusque, & societatem cum eo inuit. Ceterum hic mira rerum mutatio. Duo potentissima Regna, eodem tempore Rege orbata, ex nobilissimis, atque altissimo sanguine ad mediocres homines peruenere, quod diuinæ providentiæ rerum cunctarum gubernatrici erit adscribendum. Atqui hæc etiam videmus, iuxta vaticinium B. Iohannis, Coruini filium natu maiorem, Ladislaus immaturâ morte præcepum, emergere non potuisse, Mathiam natu minorem, & carcere Regnum Hungariæ consecutum; quod Sancti viri miraculis iure merito accenseri debet.

CAPVT XLI.

*Annua celebrata honorum, in diacensi Capistrano, à Summo Pont. B. viro decretum.*

Frequentium miraculorum splendor, & illustribus operibus, sanctimoniam vitæ contestatâ, iure Orthodoxos indaxerunt, ut B. viro summos honores exhibeant, & venerationem. Quamquam illi publicè, Canonizationis honor exhibitus non sit: decretum tamen est Summi Pontificis auctoritate, annuam celebritatem eius, in territorio Capistrani seruandam: de qua re sequitur.

Attestatio Bernardi Cardinalis S. Mariæ, de festo B. Iohannis à Capistrano.

*Bernardus, in sermone diuinâ S. Mariæ in porticu Diaceni, Cardinalis de Bibiena, vniuersis & singulis presentibus literas inspicitur, at testatur, fidemque facimus; & sanctissimum Dominum nostrum Leonem. X. Pontificem Maximum, superiori anno, in die S. Siluestri indulgisse, cum quidem presentes ipsi essemus, supplicante id. F. Christophoro Foroluiensi, Ordinis de Observantiâ Vicario Generali: ut in diacensi territorioque Capistrani, celebrari possit festum B. Iohannis de Capistrano auctentâ maximâ deuotione, quâ populi erga præfatum Beatorum afficiuntur: ita quidem, ut illius ipsius festi celebrati impetretur, obijci que nihil possit. Quod quidem festum celebrari debeat ad diem vigesimum tertium Octobris, tam à fratribus ipsius, quam à Clericis, etiam secularibus, alijsque qui volunt, in diacensi territorioque Capistrani, & hoc futuris perpetuis temporibus, contradicentes quoscunque sub excommunicationis latæ sententiæ panâ compescendo. In quorum fidem presentes, manu meâ propria subscripti fueri, & nostri sigilli iussibus approbatione muniri. Datum Romæ in Palatio Apostolico, die 4. Octobris 1355. Pontificatus S. D. N. D. Leonis, diuinâ providentiâ Papa. X. Anno tertio.*

Hæc Sedulius de Capistrano colligebat.

Cæterum, cum ea, quæ de Ciliano in Coruini filios liuore, de Comitum cæde, deque vindictis in Ladislaus Coruini filium, paucis perstrinxit, magno argumento sunt, verissimè illud vulgari, *Quæ quis in alium admittit, ea ab alijs iuste expectat*; Libet ad deterrendos fraudum, & doli architectos, & præcipuè aulæ

*Ladislaus Rex obiit in apparatu nuptiarum.*

VIII.

*Coruini virtus, laus descriptur, & Ladislai Regis in gratitudo & Ciliæ Comitum fratrum.*

afleclas, Bonfinium accuratius ista narratam legere: simul vt & virtus Coruini, & ingratitude Ladislai Regis, coniuncta perfidia, & Legatorum Sedis Apostolicæ auctoritas, & personarum Ecclesiasticarum dignitas, à prolixitate rerum, quæ acciderant narratione ducebat.

Vlricus ergo Ciliæ Comes, quâuis Ioannè Coruini mæris è medio sustulisset, æquo tamè animo parinon poterat, superstitios filios, paterno munere, ac potestate periri, magnæ auctoritatis, & gratiæ adhuc esse; ab Vngaris tantum diligere & obseruari, retinere oppida multa, illas, prædique amplissima, & amicis, opibus, & ciuiculis, cæteris proceribus longè præstare. Quare cum suis eius similitates, & odia instaurare, nouas moliri, hos insidias; & quim principatum ipsum apud Regem retineret, cuius consiliarius, & moderator erat, utriusque cædè omnia rætare, cepit, quin etiâ sæpe glorius est. Se caninū hoc genus prope diem è Pannoniâ e-irparurū. Neclatebat quidè iuuenes, ac cæteros Optimates, infestus Vlrici animus; nequè incautè cū Vlrico versandū esse censebant. Quid sibi cauendum esset, læ patris pridem exemplo didicerat. Parrâ de Turcis victoriâ, Rex cognoscendi loci, pugneque; cū Turcis inuicè audior, Vlrici suafu, Viennâ proficiscitur, & frequetū procerū Ord. magnæque Crucigerorū manu stipatus, Danubiū cõscendit; ac vt Vngariâ inuisat, Budâ secundo amne delabitur, quid dies in arce aliquot exegisset, consilio, ac libidine Comitum agitur, eadè classe ad Fathacū defertur; quod quidem oppidum in Bachiensi agro, & Istri ripâ situm est. Hic Rex, ex arte Comitum, frequentissimū cõsuetū indicit. Conueniunt vndique Principes, ac ingens nobilitatis numerus Ladislaus Coruini, qui Albanâ arcem, & inferiores Vngariæ oras, eadem, quâ pater potestate tenebat, ubi Regè appropinquasse sensit, ad Futhacum, non sine validissimo equitatu obuiam occurrunt, ne quid ab inimico mali pateretur. Excipitur à Rege, gerat vultu, auditque eum ad Albam propediem esse venturum, vt hostium spolia, & castrorum vestigia recognoscat. Hic etiam, vt sibi caueat, admonetur à multis, quos Regis cõsilia non latebat; ac edocetur, Regis animum à Ciliæ Comite infestum sibi esse redire. Regem idcirco Albam venire, cū Alemanorū Crucigerorū manu, vt eiecto ipso, protegenda illis arcem tribuatur omnia oppida, præfecturas, & Magistratus, qui in manu sūt Vngarorū, ipsis eiectis, Alemanis comitatur; atque illud potissimum peragat, vt Coruini liberis paternâ omnè adroget potestati: Vlricū demum malorū omnium esse auctore. Perturbatur his dictis mi ferè Ladislaus, tñ pro virili suâ odiū dissimulat, & sese cõsuet, & communicat hæc amicis, Vngarorūque proceribus, quibus infensum Comitem intelligebat, & ad quos hæc pertinere fenserat. Commouetur nihilo fecius illi, & inimicū ex occasione omnino perdedit esse censent. Ad Albam tandem peruenitur, quam validissimo Ladislaus præsidio tenebat. Aduentanti Regi arcem patefacit, ipsum cum purpuratis, & togatis excipit, reliquis vero armatis, qui circiter quattuor millia fuerat, portas obcludit, prædidiarios admonet, diè, noctuque clandestina arma non deserant, ne quid ab Alemanis sibi infensus, detrimenti patiantur. Clauces arcis ad Regem defert, atque, *Accipe*, inquit, *Rex optime, tuæ arcis clauces, quam tanto sudore, ac sanguine pater meus è Turcarum faucibus asseruit, liberauitque. Quanta molis id fuerit mors insequuta testatur. Satis equidem Maiestati tuæ, ac vniuerso orbi paternam virtutem, fidem, & integritatem spectatam esse puto nos, qui ex eo supersumus, ne degeneres videamur, non minus paternæ virtutis, ac fidei, quam cæterorum bonorum heredes esse studemus. Inuidiâ clam apud te, nos Vlricus oppugnat, princeps clementissime, & non modo dignitate, sed vitâ, si liceat, nos exuere conatur. Proinde si nemini competitori, inimicou clauces daturus es, accipe: quando nos ipsi, & hæc omnia tua sunt. Si inuidi obractatoris consilio, ac libidine auscultatu-*

rus, te Rex obsecro, & obtestor, ne Coruini prolem, quæ suo iure mortalium cuique fidelium, tibi que inprimis (at commendata esse debet, præter fas, & æquum, tam citò de honestam esse censas. Me igitur, vt par est, maiestati tuæ semper esse partururum, sed paterno nunquam inimico cessurum esse scio. Rex extemplo ipsum recipere clauces, arcem curare, patrum munus gerere, & bono esse animo iubet. Dum mora illic trahitur, Comes Ciliæ, Regem in Ladislai irritare, Sollicitare cuncta non desinit, ob non admittam in arcem armatorum multitudinè, audax Ladislai facinus, criminatur. Quotidianis Comitæ paternos amicos cõsultat, inprimis Ioannè Vetesum, Episcopū Varadiensè, Coruini quod cõsiliariū, qui deinde à Marthia Rege ad Strigoniensè Archiepiscop. euectus est. Is religionis gratiâ, ne cædis auctor haberetur, se vt id fiat, ne quaquâ suaderet, si factū foret, improbare nō posse respondit: trucidandum inimicū cæteri suadent. Verum dejectis recentiores insidie, destinarū facinus maturarunt. Ladislaus gnatum Palarini Comitum, è nobilissimo, Gararum, genere nati, nupèr desposarat. Vlrico Despotis filia, vxor erat. Ad Despotem is dudum litteras scripserat, post ubi cū Rege Albam applicuerit, se duos propediem globulos esse missurum, quibus optime sibi ludere liceret. In his amborū Coruini filiorum capita pollicebatur. Intericiuntur à pueris Ladislai litteræ, quæ ad Dominum relata, ac perlectæ sunt. Fortè Rex lacris aderat, ac proceres eodie, qui Diuo Martino sacer erat, in abdito conclauis Senatū habebant. Comes mali conscius eò vocatus, an ne prodiret, aliquandiu hæsitauit, mox lorica tunicâ munitus, antequam prodeat. Ladislaus tunc litteris incensus occurrit, ac postularo colloquio, proditorum ostentatis litteris exclamat, qui patri quodam necem, & nunc filijs indignè moliarur, infensum quoque sibi Regem fecerit, suppliciorum iam diem venisse, ingeminat. Nonnulli Comitem, prius Ladislaus probris læcessisse dicunt; & quod prætorianæ cohortes in arcem non admiserit, eius audaciam admodum incusasse. Illud planè constat, Vlricum arrepto ex armigeri manu gladio, in Ladislai caput eum contorsisse, Ladislaus obiecta repente manu in vertice simul, & digitis vultus accepisse, oborto statim clamore, Vngaros irrupisse, & Comitem accerrimè reluctantem, multique cossolum vulneribus obruncasse. Vlrico cæso, hi cum Ladislai, Regem aduent, in-terfectum Regni hostem, & ocij, pacifque inimicum exclamant: scelerum omnium auctorem, debita supplicia de disse dicunt: Regè nihil timere iubent, quando nunc Rex, & Dominus verus est, nunc sibi pacatissimum pateat imperium, eum dudum non Regem fuisse, sed Ciliæ Comitè pro libidine suâ imperasse. Rex quamuis dolorem, iram, & metum æquè dissimularet, etiam supra, quam aras toleraret, & iure cæsum Comitem profiteretur: audaci tamen facinore nimium commouetur. Quum ad tolerantiam hortarentur amici: *Ferendum esse*, inquit, *quicquid inperiosa necessitas attulerit: ademptam Vlrico vitam reddi non posse: nunc supersursum superesse scio, quæ Deus meliora scxit.* Corpus etiam Ciliam deferri, & in maiorū monumenta recondi iussit. Indè ob eius casum, non longam in Albanâ arce moram traxit: sed hinc profectus, ad Themesium iter intrèdit Turcis obiectum, sitū in amoenissima regione ad Themesium fluua, ex cultu ædificijs, ac multa arte munitū. Ladislaus eū comitatur, multiq; Pannoniæ proceres, inprimis Ladislaus Garæ Palarinus Comes, & Ladislai tocer, præterea Michael Orzagus, de Guttho editus: Paulus Banfi filius, cui de Lyndua cognomen erat: Ianitorū Regaliū magistri, & honestissimus aulicorum ordo. Quum ad oppidum peruenissent, quod Ladislaus cum præsidio tenebat: Elisabetha, Coruini vxor, vna cum Marthia filio, lugubri veste amicta, & cum pulato ancillarum ordine, quæ vultus præ Domini morte de-

*Comes Ciliæ occiditur.*



Ladislai Regis, ad uxorem & filios Coruini affectus.

miserant, Regi occurrit; & cum praevenerat, ut par est, supplex ac lachrymabunda filios commendat; & Ladislao veniam precatur; & ne illustria Coruini beneficia mente excidant, obsecrat, & obtestatur. Rex matronam amplexus, Funesto, inquit, habitu, quotidi-  
*nisq;* lachrymis tui viri anathosin celebrari, summum, crede ne-  
 fas est Elisabetha. Coruinus tu de Deo, ac Hominihus aequè bene  
 meritis, inter Calices relatus est, ubi iure felici, ac sempiterna vi-  
 ra perfuitur. Christo Vngariam, mihi Regnum servavit. in testi-  
 no, & externo bello Pannoniam liberavit, sudit, fugavitq; Tur-  
 cas, & ad intercessionem seipsum cecidit, cum quibus decies col-  
 latis signis, quaterdecies tumultuario, & improviso praelio feliciter  
 dimicavit. bis victus, perniciosam hosti victoriam eluxit. Tor-  
 tēla fundavit, magnificēq; donavit tantum proingente bene-  
 fecente, ac liber alutatis impericalem iustos, & miseris erogavit,  
 vi Regias in eo vires superavit. Christi fidelibus profanoq; metu  
 abfuit. Vngaris pacem peperit, virisq; salutem genuit. Vna san-  
 ctitatem gestorem gloriam, immortalia beneficia, & triphorum  
 feriem, omnes gentes, ac cuncta secula memebant. Talem vi-  
 tam duxit, tot clara facinora gessit, ut totum orbem in sui admi-  
 rationem plene contraxerit, ac eius obitum non magis amici,  
 quam hostes deploravit. Domi equus, & mites, fortis strenuus, ac  
 fortis, nec armis ab hoste, nec officijs ab amico vniquam superari  
 potuit. In vita hostis, in morte seipsum superavit. Quam vltimā  
 vice horam iustare sensit, haudquaquā a suo Domino Salvatore  
 visitari passus est, sed libentibus mēbris, & desecto corpore, in tē-  
 plū sese contulit, ubi a Deo ac Domino suo sub cinis semper ductu,  
 & auspicijs meruerat, delictorum facile veniam imploravit. Impera-  
 tori suo se reconciliavit, sumpsit Eucharistiā, & ea sumpta, a Duce  
 gratissimo ad immortalia mox premia felix, ac oīans euectus est.  
 Quare Coruine forti congaudentium, congratulandumque po-  
 tuit, quam indolendum est, quam optime, ac gloriosissime vixit.  
 pulcherrime diem obiit, & optatē nunc immortalitate  
 fruatur. Proinde dolor omnis abesto, procal esto moror, & lugu-  
 bres habitus deponantur. Super sunt tibi duo filij, qui cum pater-  
 nā virtute certabūt, Hos ego fratres, & te matrem adopto. Ladis-  
 laum Ciliāne cedis impunitate dono, sacrosanctam iniri frater-  
 nis federe, Eucharistiā testem esse iubeo. Pullas ergo vestes vos  
 gemmas exuere edico, & hunc festum diem vobiscum vna celebra-  
 bo. Vix hac dixerat, quum purpūreas vestes auro cō-  
 textas, in medium afferri praecipit. Eas vidua, ac La-  
 dislao, Matthieq; dono dedit. Insigni pietate oēs am-  
 plexatus, ancillarū ordinē indonatū nequaquā pter-  
 imitit, quas mox habitū mutare iussit; lātū ac Hila-  
 ritati diē indixit; oppiparā celebratā conuiuia, q̄ car-  
 minib; & choris excoluere. Ladislai cū Matthiā ad  
 genua in media Procerū turbā in statūm supplicatē,  
 vt patratā cedis venia, vt dudū pmisserat, donaretur,  
 ad p̄c̄t̄ erexit; graui assueuatione, cū iuramento super  
 Eucharistiā sancte, ac reuenter inuito, oēs iniurias, ac  
 inimicitias ex Vlrici morte conceptas remisit; ambos  
 fratres adoptavit, ac Elisabethā piētissimā parentis  
 loco, se sepep habitū esse recepit. Fraternalē adoptio-  
 nis diē publica cūcti letitia celebrarunt; q̄ tamē paulo  
 post exitum cōmune funestavit; q̄ Rex iniri frater-  
 ni sanctē federe iura, aliorum impulsu, facinorose  
 violauit; & ipse non multo post laesam fidem, extre-  
 mi supplicij p̄nas expendit. Quid Regi acciderit,  
 in consequentibus narrabo: quid Ladislao, nunc nūc  
 dicendū est. Ladisl. ergo, & Matthias Regijs donis, &  
 blandimentis allecti, abeuntē Budam Regē, depōsi-  
 tū omni suspicione sequuntur; familiarissimē cum  
 Rege versantur, & habentur inter primos; nec solū  
 ab eo diliguntur; verū etiam obseruantur. Hos Vn-  
 garia rota paternae memoriae gratiā sequebatur. A ma-  
 tre tamen perquam sollicitā his mandatum fuerat, vt  
 numquam simul curiam adirent, nē vna p̄c̄c̄litate  
 cogentur: quod si seruasent, non fortasse fuisset tā-  
 topere laboratum. Vt Budam peruenit, cum  
 honestissimo vterque comitatu, Regiam frequentan-  
 tibus, fauebant apud principem amicis, & patrocinia  
 clientibus promptissimē accommodabant: at contra  
 Vlrici Comitē caesi amici, qui illius interitum aegre  
 tulerant, Regias quotidie aures sollicitare, inconstan-

Qui non desu durat.

tem, & credulum adolescentis animum a bonā me-  
 re diuertere, dicere; praclarum Principem, Regis a-  
 unculum a furioso iuvene indignē caelum; legam  
 hinc maiestatem conqueri, audacissimum scelus nul-  
 lo pacto inultum esse relinquendum. Ingentem iu-  
 uenis audaciam, nī praesenti supplicio coerecatur, ex-  
 euasuram, vt patris exemplo ad regnum anhelat; qui  
 Regi proximum obruncarit, Regem quādo que at-  
 surum: quod pater concupiuir, & praeregrauitate,  
 consequi minimē ausus est, ianenili hunc temeritate  
 facile adoriturum. Malum, antequam increbescat, ef-  
 se curandum, & ab initio incendij occurrentum. In  
 Ladislao quōtidie vltimū supplicij anam deprehendi  
 posse. Praecept, ac formidolosum est, solentium  
 imperium; qui quum sibi constare nesciant, sapient  
 vel suā spontē, vel ad alienum arbitrium, in diem sen-  
 tentiam mutant. Ita que Rex, sine per se auunculi ca-  
 de successus, siue talibus diēctis, citatus, ambobus in-  
 fidias inolit. In horum numero, qui vindictam affe-  
 cebant, inter primarios coles Palatinus erat, Ladis-  
 lai focer, & Vlrici nepos, vt auunculi necem vlti-  
 teretur, generi mortem, quā nondum filiam duxerat,  
 contempit. Item Papas Banff, & plerique alij; qui  
 aut praeriuore Coruini omni obtrebant, & filios  
 infensos habebant, aut assentando, Regi irā; vindi-  
 ctāque deferture studebant. Obduntur ergo iussu  
 Regis, ambobus insidia. Quum in Regiam venissent,  
 ex composito portae clauduntur; & a Praetorianis mi-  
 litibus capiuntur, conijciunturque in carcerem; capti  
 quoque cum his primarij sunt amici, veluti Ciliāne  
 mortis conscii, & insidiarum; quae Regi pararentur  
 artifices; ac in primis Ioannes Varadicensis Episcopus,  
 a Coruino per omnes ordines ad hanc dignitatem e-  
 uectus, ac filiorum quoque moderator, & Magister;  
 vir quidem hac tempestate summae virtutis, & pru-  
 dentiae, & non mediocri eloquentia. Nonnulli quo-  
 que secum proceres in vincula coniecti: ex quibus Se-  
 bastianum Rosgonium, Ladislao Canisam, praesati  
 genere natos, ac domi; militiaeque pollentes; item  
 Bodo Gasparem inter Coruini liberos educatum, vi-  
 rum quidem nobilitate, consilio, eloquentiā, & mul-  
 tarum rerum cognitione praestantem. Praeterea Geor-  
 gium Modracem, virum sanē locupletissimum; duos  
 Paulos, Hornath, & Fradnabar Alemanna genere na-  
 tum, fuisse dicunt. Hi namque militiae, a Coruino e-  
 ducati, militariūque munus, & honoribus aduacti,  
 a Ladislai, & Matthiae latece numquam recedebant.  
 Si Ladislao matri paruisset, vt numquam simul curi-  
 am adirent, iniquitatem huiusce fati fortasse declina-  
 set. Ipse, quum Turcas in Mysis noua moliri rumor  
 esset, a superioribus Vngariae partibus exercitum eo-  
 carat; quum propediem in prouinciam profecturus  
 esset, deprauato Ladislai Palatini foceri sui consilio  
 obediuit; qui consulebat, nē inconstituta Rege abiret,  
 neue Matthiam a Curia procul abesse pateretur; ne  
 qua eius obliuio, contemptusque ex absentia orire-  
 tur; posthabitoque matris prudentissimae consilio,  
 perfidiae foceri credidit infelix. vt cum gratā missione  
 a Rege dūcederet, atq; suae, amicorumque dignitatis  
 patronum, atque veluti suae fidei pignus in aula relin-  
 queret, cum Matthiā, & honestissimo amicorum or-  
 dine, in Regiā vna cōcessit. Aliqui, eo die ad Regium  
 colloquium ex industria vocatū, venisse dicunt. Cum  
 venisset, obstructis a tergo foribus, captiuitatis causā,  
 focer occurrens expo. iuit. Aderat Paulus Banff filius,  
 Ioan. Gisca, Benedict. Thurocius, & Lamberg. Alle-  
 manus. Mox rumor effunditur, Coruinos fratres, cū  
 principibus amicorū esse captos. Cōsternatur admo-  
 dum rei nouitate populus, & omnes vltro commife-  
 rantur. Nic. Vilachus Vainoda, vt aiūt Transylvanus,  
 alto genere natus, Coruinā quondem virtutis, & glo-  
 riae summus aemulator, in Curiam festinauit, quem  
 talium insidiarum haud incūm fuisse vltimū  
 comperit, ex consulto rem successisse. Omnia in

Rex in Coruini filios, insidias molitur.

Capiuntur Coruini filij & amici.

Occiditur Ladislao Coruini filius.

Ladislai necem consilia intenduntur. Matthias a fra-  
 tre seorsum custoditur. tertio die Ladislao capitali  
 supplicio mulctandus, praetori traditur; & inclina-  
 to iam Sole, praetato pullo, lugubriq; vexillo, in pla-  
 team reginē post tergum manibus educitur, quae  
 ante Regis mundi palatia late diffunditur. Demissis  
 crinibus, arduo capite, & aureā veste, quam fortasse a  
 Rege acceperat, incedens, ad necem prodit; huc, atq;  
 illuc gemebundam plebem impavidus inspicit. Quū  
 ad locum mortis praestitutum processisset, lictorem  
 locutus, & genua flectere iussus, paruit, nullumque  
 reprobationis nequam iudicium praetulit. Praeco, qui  
 damnatorum facinora ex more publicat, nil aliud  
 impetrato silentio pronunciauit, nisi; Reges, tales  
 panas è perfidis, infidelibusque suis exigere oportere.  
 Lictor a praetore gladium impavidus inspicit. Quū  
 iuuenis stringere iussus, commiseratione, ac metu  
 iuxta correptus, ictus tres intulit; & nondum caput  
 abscederat, immo nē lethali quidem vulnere laesus e-  
 rat. Constante generoso ictum in ceruicē  
 vulnera exceperat. Sed quum ad tertium pro cubu-  
 lisset, mox vi magnā erectus, Calitum, hominumque  
 iustitiam appellat; se non vltra a lictore petendum  
 exclamat; quartum lictori ictum, ex lege interdicitum  
 esse; miraculum pro laeso innocentiae numine inter-  
 cessisse. Ad hac nonnulli proceres, qui è Sigis-  
 mundi palatio praesidente Rege spectabant, & La-  
 dislai necem anhelabant, lictorem increpitant, en-  
 se ceruicem repetere iubent. Quare vix quinto ictu  
 obruncatur infelix, annos natus quatuor de tri-  
 ginta. Supplicium de ipso, neque in foro neque ad  
 gradus gemitorios, neque legitimā, & vltatā deniq;  
 horā sumptum est. Corpus haud mora, atro paño in-  
 uolutum, ad Diuā Magdalēnā Basilicam effertur,  
 & ante lucem clam euectum, in adicula Corporis  
 Christi, quae in suburbij cliuō sita est, in paricidarum,  
 Regaliumque proditorum monumenta relatum. Id  
 quamuis ad confirmandam necis causam factum es-  
 set, vt iure caesus esse videretur; populi tamen indig-  
 nationem nimis auxit, quum ad iniquitatem mortis  
 infandae, etiam infamia criminis accederet. Ex capti-  
 uis, Ioannes Episcopus Varadicensis, intercedente Io-  
 anne Caruagialo Cardinalē S. Angeli. Legato Ponti-  
 ficis, Dionysio Metropolitā Serigoniensē, Cardina-  
 liq; ac suo iure perpetuo Pannoniarum Legato, tra-  
 ditur iudicandus: quem tamen paulo post, Rex, Vi-  
 ennā reuertens, vbi Strigoniū appulisset, bono esse  
 animo iussit, & factum excusauit; quod se inuito in  
 carcerem incidit. Nunquam tanti viri grauitatem,  
 probitatemque aliquā turpitudine afficiendam esse,  
 suo iudicio censuisse. Id Buda factum esse, vbi quod  
 dirā principum libido tulerat, non solū conuiege,  
 sed tolerare etiam necesse fuerit. Ibinequaquam sui  
 iuris fuisse; nunc se in libertatem asseruisse. Alieno il-  
 lum facinore in carcerem cōiectum esse. Nunc, quan-  
 do sae eius virtus, probitalque spectata sit, non tam  
 beneficio, quā iudicio liberum pronuciare, & pri-  
 stinam dignitatem illi restituere. Haec quidem Ladis-  
 laus Rex Varadiensis Episcopo; forte idem facturus  
 Ladislao, si is superstes, alibi adhuc vixisset. Nam ab e-  
 ius iniquissima necē, perfidiae turpitudinem, infami-  
 am peritij, violatē fidei, & execrabilis inconstantiae  
 crimen subiuit; vnde interceptendae eius vitae, aniam  
 fata sumpserē. Bonifinius rerum Hungaricarū, decad. 3. lib. 8.  
 Hac tunc in Vngaria agebantur, quando fortibus  
 viris contra potentissimos hostes, clade Belegraden-  
 si non nimis fractos, quin potius amplius irritatos,  
 Regnum Turcis appositum, indigebat. Magis adlu-  
 buit procerib; Vngaris per intestinas aemulationes in  
 mutuū exitum ruere, q̄ simul talibus positis, con-  
 cordiaque certē stabilita, aduersus communem ini-  
 micum concurrere. Certē, si tum sopitis odijs intesti-

IX.

nis, vti fuissent illā, quam Coruinus, & Capistranus,  
 pepererat, victoriā, recentem Turcarum cladē pre-  
 mentes, nec fuissent resumptis viribus respirare, non  
 extrā spem fuissent, tum omnem Europā; fugato hos-  
 te, occupare. Erant in Macedonia nonnulli Duces  
 Christiani, quibus animus fuit hosti occurrere, imò  
 fugientem insectari; si victores insequerentur; aut si  
 superpetas vllas a Christianis principibus sperauissent.  
 Sed quemadmodum Vngaris placuit feliciter auspica-  
 ta deserere; ita etiam alijs, quibus intererat, quique  
 sacrae militiae nomina inscriperat, nō modò cunctari,  
 verū etiam auctorib; belli sacri negotium facessere.  
 Iucundum est, quod Gobell. lib. 1. narrat de Alfonso Re-  
 ge Siciliae. Rumore diffuso, Turcarum innumerabiles  
 copias, cum Imperatore suo, & machinarum ingenti  
 vi, terrā, & aquā Thaurinum, seu Belgradum obse-  
 disse; tunc primum anxium eius nuncio Alfonso,  
 percunctarum esse a circumstantibus, quo nam pacto  
 subueniri obfessis posset. Huic Aeneas Syluius; frustra,  
 inquit, de auxilio cogitas; neq; enim Hungarica, atque Turca-  
 nica bella quemadmodum Italica sunt, in quibus pericard  
 confligitur, & quae nostri milites pulcherrimē negotiationes appel-  
 lant. hac ipsa hora, quā loquimur, aut hostes, aut Vngari prosi-  
 gati sunt, cuius rei mox aderit Nūcius. Secuti sunt dies octo,  
 & ecce litterae adfunt ex Vngaria, Christianos Cruce-  
 signatos, qui Thaurini obfidebant, erupisse in Tur-  
 cas, & maximā editā hostium caede, diuina magis, o-  
 pe, quam humana, victoria gloriosissima potitos, sub  
 papilla Turcarum Imperatorem vulneratum; disper-  
 soque exercitu, relictis omnibus machinis, cum par-  
 uo comitatu diffugisse trepidum. Ita quidem Alfonso  
 placuit, in tanto republicae Christianae discrimine sol-  
 licitum esse; & tunc de subsidijs cogitare, & cum iam  
 debellarum fuerat. Non tam negligens, in rebus pri-  
 uatis curandis, inq; Calixto Summo, Pontifice Chri-  
 stianitatis defensore vexando. Non crederem, nisi Su-  
 rita Regni Aragonum Chronographus, in Annalēs  
 Regios retulisset. Narrat factum Alfonso isto anno,  
 quod fidem penē excedit. Destinabat Alfonso, pacata  
 iam Italia, in Aragoniam trajicere: vt autem certior  
 possessionis Regnorum Siciliae esset, Comitem Co-  
 centaynium, Romā ad Calixt. Pont. ad 16. Aug. mensis  
 miserat, qui non tm confirmationem iuris fiduciarij  
 quod ab Eugenio 1v. se habere affirmabat in Regna  
 Siciliae, verū etiam deriuationem eiusdem iuris in Fer-  
 dinandum filium, Ducem Calabriae, ab eo, & a Sede  
 Apostolica impetraret. Recusauit Calixtus, nē Caro-  
 lum Regem Galliarum, ac Renatum Ducem Gothar-  
 ringum, qui aequiore causam se habere asserabant,  
 irritaret; adeoq; nē arma Gallica in Italiam rursus e-  
 uocare videretur. Istud porro tam egrē tulit Alfonso,  
 vt non satis habuerit Calixto nardalium obscuritatem,  
 & beneficiorum, quibus illum ornauerat magnitudi-  
 nem exprobrare; nisi etiam Henric. Regem Castellae,  
 Ioanem Regem Valconum, & forte etiam Alfonso  
 Regem Portugaliae, & alios Principes Europae sol-  
 licitaret, ad defectionem a Calixto Pontifice; adeoq;  
 ad schismā perniciosissimum constandum. Exhorruit  
 ad tam execrandum facinus Rex Castellae; & alij quidē  
 quae interim Ferrerius Nuzā, Regius Orator, pro-  
 fuerat, se facturū recepit; de Calixto autem deserēdo,  
 deq; antipontifice, cōi Regum suffragio, vel tunc, vel  
 post eius mortem designando, constantissime nega-  
 uit; datiq; litteris a tam nefario proposito dehorta-  
 tus est illum, in perniciem Pontificis vehementissime  
 inflammatum. Quanti autem Calixtum fecerat Rex  
 Castellae, vel hoc vnico facto restatum reliquit. Fama  
 vulgauerat, illum a Rege Granatensi, eo tempore,  
 quo Crucesignatorum phalanges contra Turcos Pō-  
 tiffex destinauerat, quōque Mauros bello distinere,  
 atque vexare oportebat, pecuniam accepisse; arma  
 suscepta posuisse; faedus propudiosum icisse. Egre  
 id fuit Calixto, Sacro Senatui, Friderico Imperatori,

Hungarorum de Turcis gloriosa victoria.

Alfonso Rex in Calixtū Pontificē infensissimus.





mare tutandum, & omnem vim hostilem coercenda, e vestigio miserint; eumq; tam procul fuisse profectum, vt in Baiarum sinum euectus, breui post in Neapolitanu portum delatus sit; eo animi decreto, vt Regiam classem, ibi eo tempore in anchoris subsistetem inuaderet, atque si potis esset, incendio absumeret: sed repulsum aenis tormentis, maleq; exceptu, spe illusâ, ingloriam abiisse. Pari modo referunt, classem Regiâ, paucis diebus interiectis, sex ligusticas naues ad motem Circæum, hodie Syrcellum vocatû, fortuito casu delatas, magno cum studio & ardore insecutâ fuisse. Verum cum naues Ligusticæ, ad tantæ classis conspectum valde essent exterritæ, quotquot in eis erant, derelictis nauibus sese per aua, & inuiam montium recepisse; ita vt Aragoni, cum naues ipsas vacuas, & omni prælidio destitutas offenderint, diuitem prædâ, & optimis spoliis, demeritis nauibus potiri sint: eoq; factum est, vt quamquam ferè per totam Italiam pax esset constituta, nunquam tamen propter recentem cladè, atq; iniuriarum memoriam, inter illum Regem, & hanc gentem, bellum consopiri potuerit. Interea temporis, exules, & quibus à Republ. variis de causis, aqua, & igni interdictum erat, hdem Aragonioru secuti, à Rege ipso classe instructi, totam oram Ligusticam ad eod infestam reddidè, vt nulla profus mercimonia, vel tutæ nauigationis ius in locis, cû maximo reueris Reipubl. in cõmodo, sicri potuerint; qua sanè diuexationes tantisper durarunt, donec scilicet, ab Aragoniis longe maiore, quâ antea apparatu, & contentione in Fulgosiûm Ducem, atq; ad eod in vniuersas Rempub. bellum renouatum est. Aragoni namq; tamen viderent fieri nõ posse, vt Fulgosiûs, ab alienatis tam multorum futurum animis, diu principem locum in Rep. retineret; mora tamen impatientes, omnibus viribus illum terrâ, mariq; adoriri, atq; opprimere conabantur. Vnde ingens Calixto dolor, quod recrudescente in: er eos dissidio, cum frustra pro componenda pace laboraret, neuter illorum auxilia Orientalibus submitteret. Bizarijs hist. Genues. lib. 12.

XIV. Polonorum aliquot Crucem accipiunt, & plures accepissent, nisi bellum Cruciferauorū impediisset.

Polonia Rex Casimirus, non contemnendâ Crucisignatorum equitum manum, ad prædicatione Ioannis Capistrani submitit. Octingentos alii numerat, alii sex ceteros. Plures misisset, nisi milites Mariani distinuissent. Nihil hi non agebant, hoc etiâ anno, vt Prussia non ita pridè amissam recuperaret. Copiis enim ex Germania, & Bohemiâ contractis, tam acri bello instabant, vt necesse fuerit, insolens stipendium militibus Polonis decernere, atq; pecuniâ in illud conquirenda, infueta hæctenus onera, vniuersis Ordinibus imponere. Placuit conuentui Petricouiam indicto, vt Rex pariter, & Ecclesiasticus, Equesterq; ordo vniuersus, dimidium annuorū censum cõferrent, ne honorum quidem, & Magistratuum fructibus exceptis: opipidani verò, soli iuxta, ac mobiliu bonorum estimatiõne factâ, vt binos grossos à marca penderent: agrestes verò vnum grossum in capita marium, & fæminarum, & quæstres homines, qui nullos haberent agricolas, & adscriptitios, neque census, videnos quaternos grossos. Ecclesiastici pro immunitatibus suis certates, eâ rē ad Synodum reiecerunt, ac Põstificæ modo, siue vstitatæ estimatiõnis dimidium contulerunt. Quâquâ Cracouiensis Episcopus vltro tres quartas, ceteri verò Episcopi iustas censum pariter ac decimarum pecuniarum dimidias contulerunt. Cum autem ne hæc quidè suffectura essent, aurum in super, & argentum sacrum è Cracouiensi tẽplo à Rege importunè flagitatum, sed cõstanter negatum est; placatusque Rex 5000 flor. Episcopi, & sacri Collegii si de à mercatoribus, mutuo acceptis, vt Rex postea illa perfolueret. Per q̄ rēpus, cum Magistratus vrbis Cracouiensis, Nicol. Turcium presbyterum, & Nicol. Gnoiniûm, & ipsum sacris iniuriatum, furti reos, captos, & questionibus examinatos, noctu clam capitali supplicio affecisset,

Thomas Strépinus Episcopus toti ciuitati Sacris interdidit; tamen non desissent, qui dicerent, Regē, necis eorum imperatq; suspicione nõ caruisse. Neq; prius Sacra restituit, q̄ Rex ipse pro illis supplex Episcopum placauerit: ac illi 3000 flor. multa nomine in pia opera numerauerint. Crom. lib. 2.2. Michonius lib. 4. c. 66.

Hoc anno, Calixtus Pontifex cum adesset Aduentus Christi Saluatoris tẽpora, q̄ Cardinalium propemodum Comitria dici possunt, Cardd. nouos sex creauit, Raynaldum Piscicellum, Archiepisc. Neapolitanum, Lucretie patrum, quē, vt illi morē gereret, enixissimè postulabat Alfonso Rex Sicilia; Ioannē Episcopum Zamorensē, natione Hispanum, sciētia iuris excellentē, qui annis vno de quadraginta in muneribus Curie prædenter, casteq; fuerat cõuersatus; Ioannē Papiensis Ecclesiæ Præsule, Castilionē nobili domo apud Mediolanenses narum; Aneâ Pontif. Senensem, quē non Imperator solum, sed Vngarie quoq; Rex Ladislaus, & cuncti fere Germaniæ Principes efflagitabant; Iacobum Ferrerianum, natione Romanum, Simonis medici fratrem, & Richardum Constantium Normanicum Sacerdotē, quē Carolus Francorum Rex exerebat. Laudata est horum creatio: Aneâ verò, vbi donatum pileo rubeo audiuit populus, mox fama exorta est, successore sibi creasse Calixtum, & ingēs rota vrbe læticia. Fridericus Imper. mirum in modum exultauit, cum accepisset Legatum, & consiliarium suum, ad ordinē Cardinalatus assumptum. Nec Alfonso Aragonum & Sicilia Rex mediocri gaudio affectus est. Sed & Germania omnes Principes. Neq; per epistolâs cõgratulati sunt, rãquâ in eo Germania ipsa decorata fuisset. Neq; fuere decepti. Nam Aneas Germanorum semper, & laudator, & defensor extitit, non modò in Cardinalatu, verum etiam in Pontificatu maximo; & Calixtus Papa cum præ ceteris Cardinalibus in rebus Germanicis adiuuit.

In Prussia, q̄ olim Vmerigia dicta est, & ad mare Balthicum iacet, Ecclesia nobilis est, ac prædius, q̄ Varmiensem vocat. multis arcibus & oppidis, ac latissimo imperio potens. Obierat interea Frasciscus eius Ecclesiæ Põstifex. Canonicorum pars magna, Aneâ sibi Põstificè postulauit; pars altera bifaria diuisa fuit; & quidâ Luticonē Regis Poloniae Consiliarium elegerant; quidâ Sacerdotem alium quendâ, ex his, qui cum Marianis militibus erant. Põstifex Ecclesiæ à principio Luticoni data est; sed cum Calixtus Canonicorum postulationi annuēs, administrationem Ecclesiæ Aneæ cõmendasset, possessionem quoq; eius partis, q̄ Luticon obtinuerat, eius procurator ad se trahebat. Quid subsecutum postea fuerit, in cõsequenti bus dicemus.

Eodem fere tempore, & altera Ecclesia vacauit in Prussia, Episcopo prædita, q̄ vocant Culmensem. In ea Poloni vnum, religiosi Theutones alterum petebant. Dominicus Cardinalis Firmianus, Religiosorum Protector, Polonorum causam profus odiosam Papæ Cardinalibusque reddiderat; Aneâ ex cepit; qui cum animaduerteret eod sententias in Collegio rendere, vt Poloni profus excluderentur, & is promouēdus, qui possessionem minimè affectus esset; cum ad se ventum est, rem ab exordio (sed tamē pro Theutonicis) quomodò inter Religiosos Theutones, & Polonos acta esset, in medio exposuit; ostenditque Polonos, quamuis iniuste, tamen more hominum, in suâ terrâ venisse, nõ quidem amissis, sed accersitis à subditis Religiosorum. Ceterum, quia multa difficultates essent, neutri auscultandum esse, sed tertium vocandum, qui tanquâ Oeconomus Ecclesiæ regeret tam diu, quo ad res in meliorem statum conducerentur, ostenditq; plurib. verbis, nõ oportere fieri, q̄ iâ Collegii pars maior suaserat, & Calixtus amplecti cupidè videbatur.

Vacauit etiam Ecclesia Ratisponensis apud Danubium in Baiaria sita, cui præfuit olim B. Albertus Ord. Prædicatorum philosophus, & Theologus inf-

XV. Noui Cardd. creatur.

AEn. Syluius Germanorum Laudator & Defensor.

XVI. Eidem cõmendatur Ecclesia Varmienfis.

XVII. Quomodo Ecclesia Culmensis prouidit.

XVIII.

gnis,

gnis, quem Orbis Magnum appellat, & quem Doctor S. Thomas Aquinas eiusdem Ord. audisse traditur. Hæc Ecclesiâ petebat Roperus Baiarijs ex Imperatorum sanguine natus. Canonici Præpositum suum elegerant, eūq; in Episcopu dari sibi magnis precibus instabat. Aneas Roperu inuabat, quod eius promotio, & vtilior, & nobilior videbatur. Papiensis electum tuebatur, nõ tã eius causâ quàm vt in rebus Germanicis. Aneâ superare videretur. Calixtus vtriq; causâ audiendâ cõmitit, vt electionis decreto, & vtriusq; cõpõrtoris meritis vtrinq; diligētē pensatis, in Consistorio, ea referrent, quæ inuenissent, & suas dicerent sētēcias. Dum res discaritur, Papiensis Cardinales ambit, atq; vnūquemq; domi cõuenit; electu laudat, merita eius longè maiora esse dicit, quàm Roperi; inquit videri, nisi eligētī capitulo mos geratur; cõuenta exindē nationis Germanicæ in medium astert, quæ magnopere electionibus fauent; hunc aratem habere, Roperum nouidum quinq; & viginti annos natu. Adit & Papâ, atq; eadē reperit; & iam Cardinales in Papiensis sētētiam: pedibus ibant. Calixtus dubius erat. Sed cum in Consistoriū vētū est, & Aneas auditis, repente omnium animi cõmutati sunt, & Calixtus omne dubiū reiecit. Monstratum est enim electionē malis artibus factâ, & electu extrâ cõmuniõne fuisse cum eligeretur, nec frugi cõuersationis esse, nec tantâ Ecclesiâ dignu: cõtra Roperi etatis defectu, & bonâ in dolē, & mores egregios, & maiorū merita abudē supple. Expectabatur Consistorii exitus nõ minore frequentia populi, quâ cum de Cardinalibus agitur. Et Curia in duas partes diuisa, alij hūc, alij illū suis votis exposcebant: sed longè maior opinio erat ad electum. Vicit tamen Roperus defensor Aneâ, atq; is licet annis minor, Ratisponensi Ecclesiæ administrator datus est: quæ res nomē Aneæ inter Cardinales non parum adauxit. Gobellinus Commentariorum Pij 2. lib. 1.

XIX. Eodē año 1456 die 8. Maij, obiit Iacobus de Sirck, Archiepiscopus Treuirēsis, omni laude celebrandus, qui non solum Ecclesiâ suâ in pace, & trãquilitate rexit, sed etiam inter Principes, & aliarum Ecclesiarum Pontifices, pacē sapē reformauit. Eo mortuo, Canonici maioris Ecclesiæ pro eligendo nouo Põstifice ad diem mensis Iun. xxi. cõuenērunt; habitoq; inter se longo tractatu, vna pars Dietherum de Eifenburg, Moguntinēsis, & Treuirēsis Ecclesiæ Canonici, in Archiepiscopu elegerūt; alia pars numero potior, Ioannē filiū Iacobi Marchionis Badensis; fratrem Caroli Marchionis annum ætatis xxxi. agentem. Eius confirmationem apud sedem Apostolicam quamuis Dietherus impedire conaretur, præualuit tamen Ioannes, & à Calixto Papa III. confirmatus, sex & quadraginta annos Treuirēsis Ecclesiæ præfuit, quibus temporibus, magnus puerorum concursus, ad S. Michaëlem in Hispania sitibus, ex omni Alemanniâ oritur, qui relicti, & in consultiis parentibus, cū in credibili feueore simul in ordinem conducti pergebant, nemine eos prohibere potente, mendicantes, de S. Michaële cantantes, sub vexillo eiusdem Angeli depicto procedentes; neq; sciri poterat, quis ille Spiritus, qui tam fortiter iuuenilem artem ad iter tam arduu incitasset, vt per tot milliaria pueri, 10. aut 12. annorū passuū, sine viatico transirent. Postmodò, nõ solum pueri, sed etiam viri, mulieres, seruici, ancille, & virgines, relicti omnibus ad idē iter accurrerunt. Chro. Sponhei.

Eodem anno, F. Lupus Barriensis Ord. Prædic. Episc. Conchenfis, Cancellarius, & Cõfessor Ioan. Regis, Henrici à Villena, Comitris Tinci libros cõbussit in foro monasterij S. Dominici Madritensis, quia plures errores, & superstitiones continebant. Edidit præterea librum eruditū aduersus quattuor species necromantiæ, & contra Chiromantiã. Paranus, lib. 2. lit. 2. c. 2.

XXI. Eodem anno Beatus Nicolaus Prutenus Monasticum instrutum Patauij in Cenobio S. Iustinae pro-

Itum etiâ Ratisponensi.

Iacobo Treuirēsi laudato Archiepiscopo succedit Iob. Marchio Badensis.

Puerorū ingens numerus ex Germania ad Hispania fines vadit.

XX.

feffus, sanctitate, & miraculis spectatissimus, ad Cælos euolauit. Nicolai patriâ vrbe nulla monumenta prouidunt. Prouinciã tantum ipsi habemus Prusiã, quæ ad mare Balticum latè iubeat Regi Poloniae. Adolefcentem traxit in Italiam religio sanctorum locorum, & celebris apud auctores memoria rerum gestarum, & Vrbium, quarū antiquitates, præsertim opes, & elegantia in remotam ad eod prouinciã maiores nunciabantur. Ipse quamuis honesta satis, ac diuite famillia natus esset, tamen pedes Romam venit, vbi Sanctorum Apostolorum vestigia, martyrum trophaea, & ruinas etiam Romanæ magnitudinis iustitit. Inde Pisas adiuuit, vt Martinu V. Põstificē eod paulo antè profectū, veneraretur. Primum in animo fuerat alicui ex Prælatijs adherere; sed cum ibi accepisset, restorere tū Patauij instrutu Sancti Benedicti, eod animu intēdit. Maxima quippè Sãctorū Patrū fama erat, & apprime cõmendabatur, Ludouici Barbi studiu, quo collapsam Monachorū apud Italos disciplinã restituebat. Patauiū veniēs, à Ludouico exceptus est; vbi dū inter hospites aleretur, magnū integritatis, ac volūtatis suæ pigmū de dit, maximū ipse exēplū accepit humilitatis, ac deuotionis. Arrõsus inter tirones, quos Nouitios appellat, sub Theophilo Michaële curatore omni virtutum genere excelluit. Nihil quod diuinis obsequijs deberetur, vel minimum neglexit, nihil quod obedientia congrueret, prætermisit, assuetus etiam in obeundis viliissimis officijs, cum micipijs decerare. Hoc studio diuinarum rerum, & profundâ humilitate, etiam apud Deum ipsum plurimū gratiã inuit, quâ nõ semel legitur cœlestes visiones, & sanctorū colloquia meruisse. Postq̄ solēni voto religione p̄fessus est, inter minores aditus, quos Benedictini lapadarios vocat, iussus arâ maximâ curare, cū aliqñ ad eã operidâ accessisset, cõspexit humani generis Redemptorē innuētē, vt se post arâ lequeretur. Securus Nicol. inter diuina secreta raptus est, quæ nefas esset homini loqui. Obseruauerat illū Patres ab eū, & mirabatur, quod absolutâ in laxi, ibi moras traheret. Itaq; Præpositus eod accedēs, reperit Nicolau expãtis manibus, & oculis in cœlū sublatis, in extasimihil sētētē. Ab eo tadē cõtrectatus, surrexit; atq; rē totâ humili deprecatione silēdâ rogauit. Cõtigir eidē sæpius dū sacrificio intercesset, postq̄ Sacerdos Sacrosanctæ verba cõsecrationis potulerat, remotis Sãctæ Eucharistiæ visibilibus accidentibus, Christū sub infantis specie cernere. Post aliquot años missus ad Monasteriū Mátuanū, vt in cõtētis vitæ exēplo Monachos nuper in Cõgregatiõne receptos edoceret, quadriēniū ibi māsit. Indè Genuâ mittitur in Monasterio Buscheri tirones educaturus. Id onus Nicolaus multos años gessit, ac multis miraculis honestauit. Vnicū afferemus, quod p̄didissimos etiâ, ac desperatos homines doceat Deo, sēper conciliari posse, & miserationes eius esse super omnia opera eius. Genuæ adolefēs quidâ in arctissimo carcere cõstitutus, de imani scelere capitalē sētētia accepit. Dies supplicij opportunus expectabatur. Ipse demone inuocat, & eidē p̄tenti euratâ Christi fide, & reiecto Sacramētõrū præsidio seipsū deuouit, si ope ipsius liber è carcere exeat, & supplicij effugiat. Anquæ pãctis de mō, & Deo permittēte iuuenē ergastulo eduxit. Exactis aliquot dieb. nefandū scelus cogitās adolefēs, & dæmonis micipiū effecit se, nullacum Christi fidelib. hie cõmuniõnem, neq; post obitū spē aliquâ de æternâ felicitate habere posse, miserimè discruciatibus. Sed cum Nicolai fama celebris esset, ad eū tãtâ ruina cõsultrius accessit. Recruduit dolor cum B. Nicol. de iñani sacrilegio, de indignâ seruitute, ac de horribili vrituq; penâ differuit. Artamē ne miserū iâ desperatè in deteriora cõsilia impelleret, subiecit p̄st fēdū naufragiū, tabulam superesse S. penitentiæ, quâ Deo reponeretur. Posse fœdus ietum cum dæmone dirumpere, si facti p̄nitent, & alteru Deo seruitutē voueat vltro-

B. Nicolai Pruteni Ord. Benedictini Vita & Obitus.

Libertatem inuenem, quæ se Deoni dederat.

neâ, perpetuâq. Ex mæore patrati criminis nihil arduû horrebat adolescens, iâq. eremum ac disciplinâ Monachorum cogitabat. Igitur respondet se monachum agere vel e, si Nicolaum auxiliare habeat. Receptus inter tirones, à dæmone infensissimò, non occultis iâ suggestionibus, sed visibili infectione afflictus est. Aliquando ex more dum panem cum Monachis cõficeret, dæmon arreptum illum in ardentem proximè clibanum importabat; sed eum ad vocem clamantis iuuenis Nicolaus signum Crucis edidisset, cogitur hostis arreptum iuuenem dimittere. Verum tantum abest hostem humani generis minis illum appetiuisse, vt etiam Nicolaum acriter vexaret, nocturnâ quietem rumpere, cellulam commoueret, clamaretque contra fas retineri ab eo iuuenem spontè sibi dediti. Sibi deberi quod meritum supplicii effugerit, quod hæcenus viueret. Nicolaus etiam humano iudicio euerfurus iura, quæ hostis ob restitutam adolescenti libertatem repetebat, Genuensem Prætorum adit, atq. de facinore elapsi è carceribus adolescentis iudicium restitui postulat, quale fuerat antequam factus cum dæmone iniret. Iussit etiam ipsi dæmoni diem dici, si qua aduersus tironem vellet. Dictâ die Beatus Nicolaus adolescentem catenis vincitum ad carcerem reducit, & coram Iudice, ac testibus vetus crimen, deinde negatam Christi fidem, & pactam dæmoni feruitutem fateri iussit, eamq. irritare, libertatem respuere, ac vtriusq. sceleris penas dare voluit. Prætor adolescentem capite damnauit; sed Senatus, ratam quidem sententiam Prætoris iussit, verum supplicio intercessit, & pro nece, eundem perpetuò Religionis mancipium decreuit. Itâ reiectâ libertate, quâ dæmonis ope receperat, etiâ dæmonis infestatio cessauit. Inde Nicolaus à multis, etiam arreptitijs rogatus, fusâ ad Deum prece dæmones abegit. Inde maius hostis odium efferebat. Dum Patre lectioi interisset, quam ex præscripto S. Benedicti antè Completorium recitant Monachi, sensu violento rapto se extrâ exedram trahi, mox per aëra ad sublimem fenestram duci præcipitandum. Opinatus eam hostis violentiam esse, & ad orationem cõuersus, Angelos habuit, qui fugato dæmone, se in columen seruauere. Prophetia dono claruit, quamuis id studiosè occultaret. Tandem sanctitate ipsius moti Patres Congregationis, illum ex tironum Magistro, præpositû designant; quam dignitatem etsi moleste feret, tamen ex inuita humilitate, & obediètia, probè explebat. Post aliquot annos priuatam olim vitam suspirans, honestam missionem postulat. Patres eandem ampliori dignitate honestatui missionem negabant, ipse ad orationis præsidium recurrit. Comitibus agebantur, & recitatis Nicolai libellis de abdicatione ipsius relatu est. Patres dissensere. Sed, quia mos est, postulata suffragio committere, de abrogatione Nicolai suffragium inuit. Singuli calculos albos (hi fauent) in vasculum coniecerunt; quod mox apertum, calculos atros (hi aduersantur) reddidit. Vix Patres sibi errasse, rursus in suffragia descendunt. Sed vasculû aduersa omniû vota refudit. Maior deinde admiratio fuit, quod singuli attentius calculos inspexerant, & albos sciebant in vasculum misisse. Placuit tertio de eâ re periclitari. Sed rursus auri calculi Nicolaum à dignitate Præpositi exemerunt. Itaque diuinum id opus, & B. Nicolai precibus accidere arbitrati, illum priuatâ vitâ restitunt. Liber ipse, arctiorem vitam duxit, frequenter in consortium Sanctorum receptus, & perpetuâ ergâ Monachos, & Christi pauperes charitate anxius. Diem sui obitûs Monachis prænuentiauit, ac triduo afflictus dolore laterum, & sacris mysteriis Christiana fidei præmunitus, sanctissimè decessit. Sâctum corpus ipsius iussu inter Monachorum ossa cõmunis sepulchro conditum, multis tamen miraculis insigni effossum est, atque Genuensium Patriorum

Vexatur à Dæmone.

Defenditur ab Angelis.

Prophetia Spiritum claruit.

operâ in marmorum tumulum trãslatum. Plura, ex tantâ miracula B. Nicolai, qui summâ fide res ab eo gestas conscripsit. Horret adhuc dæmones Nicolai nomen, & ad sepulchri eius ex obfessis corporibus depelluntur. *Jacobus Cauacijs, hist. Cenobii S. Iustine. lib. 5.*

Hoc ipso anno rebus humanis exëptus est B. Laurentius Librafactanus Dominicanus, Sancti Antonini Archiepiscopi Florentini aliquandò præceptor. Equabat illum Sanctus, Paulus & Elias; cum appelleret, speculum verissimum sanctitatis, exemplar religionis, fastigiû vitæ regularis, titulum pudicitia, normam virtutum, sigillum patientiæ, vexillum perseuerantia, & facem ardentissimâ charitatis. A primâ adolescentiâ, vsque ad decrepitam ætatem, in laboribus continuis, in orationibus diurnis, ac nocturnis, in cõtionibus faciendis, Theologiâ prælegendâ, confessionibus excipiendis, in Sacramentis administrandis, in visitâdis infirmis, in componendis dissensionibus ciuû, pauper, humilis, abstemius, virgo, in carne supra carnem, cælestem vitam duxit; miraculis illustris. Cum peste infectis, apud Pistorium Etruriæ, opera charitatis impenderet, oëtuagenarius, ad cælum migravit.

Præcessit eum Romæ B. Fr. Ioannes Fesulanus, eundem Ordinem professus, artificio pictor, vitæ puritate tam emaculatâ, vt Angelicum vulgò appellarent. Iratû nullus vidit, nullus, vel minimi Ordinis statuti, vel vsus transgressorem. Pontificum in Vaticano palatio sacellû, cum Nicolao Pontifici Maximo depingeret, ab eodem ad edendas carnes inuitatus, nunquâ potuit adduci. Nunquam manum operi, antequam diutius orasset, apposuit. Nunquam, nisi Sanctorum imagines pinxit. Si Cruci affixi Iesus simulachrum pingeret, millies illud lachrymis irrorauit; Iconas quoq. D. Deiparentis, pari profusio madidabat: has verò, & Crucifixi, genu posito pingebat: & vt prima delineatione emerissent, tales, ceterum sanctitatem spirantes relinquebat. Michael Angelus Bonarota, pictorum facile Princeps, cum Annunciationis Beatissimæ Virginis historiam ab eodem effigiatam Fesulis aliquandò vidisset, demiratus aliquandiu, picturæ maiestatem, ac venustatem, *Necessarium fuisse, ait, Ioannem eas species in celo vidisse.* Nicolaus Pontifex volebat illum Ecclesiæ Florentiæ præficere, at ille constanter recusauit, & Sâctum Antoninum proposuit. Mortuo Romæ apud Mineruam, epitaphium illud inscribere.

*Non mihi sit laudi, quod eram velut alter Apelles, Sed quod lucratus omnia, Christe dabam. Altera nam terris opera extant, altera celo Vrbis me Ioannem, flos tulit Aetruvia.*

*Michael Pius lib. 1. de viris illustribus Ord. Præd.*

Hoc ipso anno 1456. Theobald. Lucemburgensis, frater Ludouici Comitiss Fani Pauli, defunctâ vxore, filia Domini Antonienfis, ex qua plures susceperat liberos, factus est Monachus Cisterciensis. Idibus Iunij apud Venetos Britannie, corpus S. Vincentij Cõfessoris Dominicanus, leuatum de terrâ per Alanum Cardinalem Apostolicæ Sedis Legatum, presente cû multâ nobilitate, Petro Duce Britannia, Archiepiscopo quatuor, Episcopis decem. Nonis Decembris & 11. Calendas Ianuarii, horribilis terræ tremitus variis accidere mundi regionib. Præcipuè regnum Neapolitanum multis diebus agitauere, quales patrum memoriâ, neq. visi sunt, neq. auditi. Neapoli multa, & præclara ædificia corruerunt. Arrianum, & alia pleraque oppida à fundamentis cecidere. Vis mali ad Iserniam, & Brundisium in extrema Italia orâ inualuit maximè: ex Boiano oppido lacus factus, æternum tãtæ cladis monumentum. Magna hominû strages fuit: ad sexaginta millia capitem perisse memorantur. Populi passim relicti vrbibus in agros migrare; & facta est publica pœnitentia, vrbis, ac mulieribus, ieiunio, & verberibus sese macerantibus. Tum quoque,

XXII. B. Laurentii de Librafacta Prædicatorij Ord. obitus, & elogium.

XXIII. Ite B. Fr. Ioan. Fesulani eiusdem Ordinis, & Pictoris aliâs celebrissimi.

Recusat Archiepiscopatum Florentinum.

XXIV. Theobaldus frater Comitiss Fani Pauli sit Monachus Cisterciensis.

Transferunt corpus S. Vincentij Ord. Præd. & plura ceruntur prodigia.

& in Aegeo pelago insula emerfit, nunquam antea vista: parua circuitu, verû alia super aquas quadraginta cubitis arlitque diebus aliquot, donec flammæ defuit bitumena. Varia pariter nunciata sunt prodigia. Cometes mensè Iunio gradu xv. Cancri in Oriente per menium visus. In Sabinis mensè Februario, vitulum capribus duobus natum, Romæ sanguinem, in Liguria carnes pluit. In agro Piceno, infantem dentibus sex, facie insolite magnitudinis. Inter Florentiam, & Senam, apud oppidum, quod Cassiani appellant, nubes viginti cubitis à terra sublimes, inter se mirabili ventorum impetu agitata, depugnantes, & alterâ, alteras pellentes, mutatis sæpè vicibus, vt pellerentur, quæ pepulerant. Intercâ summa, & incredibili spiritus violentia, domorum tecta per inane iacturi, muros deiici, & saxa ingentia loco moueri, verustissimas oliuas, & antiquissima quercum robora radicibus conuelli, atque confringi, homines, & iumenta non paruis spatiis per cælum ferri, atque raptari. *Meyerus annal. lib. 16. Gobellinus lib. 1. Mariana lib. 2.2. cap. 17. Sylluius Europæ, cap. 34.*

**ANNO CHRISTI 1457.**

**CALIXTI PAPÆ III.**

**ANNO 3.**

**FRIDERICI ROMANORVM IMP.**

**ANNO 18.**

**I. Res Vngaricas vrget Cælixus.**

**V**aria, grauissimâq. cura, Calixti Pontificis prudentiam, patientiâq. hoc anno exercuerunt. In primis, die Septima Aprilis, ab Ioanne Cardinali, Sedis Apostolicæ in Vngaria Legato, allata litteræ, illum omnemq. Curiam cõturbarunt; cum referret Mahometem Turcorum Dominum, cum Soldano Aegypti, cum Carmanno Cilicia, cum Tartaro Seythiæ invito foedere, coactis ingentibus copijs ad Vngariam properare, Albam, quam alij castrum Belgradum vocant, tummis viribus obfessurum iamq. iter arripuisse, nec dubium esse, quin diebus quindecim cum toto exercitu antè oppidum sese colloca: fama; vulgatum, eum quoq. iurasse, etiam si Asia maiorem partem amissam audiret, non sese abiturum. Hæc Albanenses Apostolico Legato scripserant, pleni metu: quippe qui vix sola spes, tam de cælo, quam ab Vrbe, esset. Fama quoq. sparsa erat, Despotum Rasciæ seniore, mortem obiisse; filios eius ad Turcos defecisse, iamq. Christianis inlidari. Legatus addebat, non esse Vngaros ad resistendum potentes, nisi habeant externa auxilia eaque propter petebat, classem Apostolicam augeri, & infestare maritimas Turcorum oras. Redibat hostis, maiore conatu, quam prius venisset: & nemo fuit, qui laboranti Vngariæ opem ferret; quique periculum imminens Italia, & Germaniæ auerteret, præter Calixtum; qui pro suo more æstiuans desiderio extermindandi Mahometanum superstitionem, omnia, quæ ab ipso penderent, summâ diligentia, prosequeretur. Namque duas irerum galeas cum pecuniâ ad Legatum Ludouicû Cardinalem misit in Orientem: deinde tum litteris, tum Nuncijs, Germanos, & Vngaros in primis, postea Reges omnes, ac Principes, & populos Christianos, excitare, atque vrgeri nitentur: ac missis vndeque Prædicatoribus, & Qualitoribus subsidiorum, omnes vires contrahere cupiebat. Cæterum, cum ille clamaret, non audiebatur: cum minas intenteret, minimè timebatur à plerisque. Rex ipse Vngariæ Ladislaus, cuius res agebatur, à pro-

ceribus nonnullis exagitatus, vindicias in alios exercebat, cumque Friderico Imperatore simulatibus nondum positis, illum, atque Germanorum, Austriaeorumque plerisque ad communem hostem profligandum, segniores, quam par fuerat, experiebatur. Fridericus non tam ab adolescente, quam ab eius assentatoribus diuexatus: an hosti subsidia submitteret, cunctabatur. Ioannes Cardinalis Papiensis per Germaniam Legatus, quamquam Theurones ad expeditionem, sua opera inclinasset, illi tamen, nisi Cõuentus agere permitterentur, nihil se acturos affirmabant: in Cõuentu porrò Rhenano, non in Turcam, arma, sed in Sedem Apostolicam, quasi oneribus insupportabilibus grauantur, linguas, calamos, stylum vibrabant. Petrus Barbus, Cardinalis S. Marci, in Bohemia Legatus, Bohemos de Archiepiscopo Pragano, deque negotijs fidei certantes, armare cõtra Turcos non poterat. Alanus Cætinus, Cardinalis Aunionensis, non modicam quidem ex decimis, & collectis pecuniam in Gallijs collegerat, sed eam Carolus Rex efferti passus non est, donec classis cõtra Turcos mitteretur. Ea cum à Calixto iam esset in Orientem dimissa, ille tamen pecuniam apud mensarios depositam numerari Pontifici non tolerauit, quippe qui Gallicis militibus Cruce signatis eam deberi præferret. Hos porrò cum sua classi imposuisset, non quidem cõtra Turcos, sed cõtra Anglos destinauit, sacrumque ararium cõtra Christi fideles exhaustit. Rex Portugallia volebat ipse venire, & classim suam alijs coniungere. Aliorum, vel discordia illius diligentiam impediuit. Rex Castellæ in Mauros Granates ducturus, patiebatur quidem & decimas, & indulgentias in suis Regnis prædicari: ceterum non nisi medietatem earum pecuniarum Pontifici permittebat, reliquam in Mauritum bellum præsumebat. Card. Neapolitanus, propediem, Alfonso Regera aduersus Turcas secû iterû pollicebatur: sed pollicebatur. Nam is suo more venationibus tantû, & illecebri operam dabit, parumque aberat, quin ab apro intericeretur, cum cecidisset, in quo sedebat equus. Lucretia quoque maximo Regi iam seni impedimento fuerat, ne expeditionem maturasset: cum eius amore adeo insaniret vt suæ ætatis, dignitatique propemodum oblitus, Legatos etiam ad Pontificem Romanum miserit, vt Mariam cõiugem dimittere, quod sterilis esset, Lucretiamque superducere sibi liceret. Odium præterea, quo Genuenses, & Florentinos prosequeretur, non sinebat Alfonso de republica Christianorum cogitare. Et habebat quidem ille maximam in mari classim, galearum supra xxx. magnarum onerariarum vii. minorum nauigiorum quam plurimum. Dicebat se iturum in Aragoniam, vt inde fortior rediret cõtra Turcos. Inde factum est, vt Rex Portugallia aduentum suum suspendit. Genuenses hanc Regis classim, quod erat, cõtra se armatam putabant, simulque cum eis Florentini, & Senentes timebant. Neque illi sua opinione falsi. Classis enim, quæ in Turcos parata ab eo esse dicebatur, in eos armata, oram omnem Ligusticam afflixit. Neque maritimum, sed & terra, pacem Italia inquietabat Alfonso. Etenim Iacobum Picinimum, cum exercitu circiter duorum millium bellatorû, specie quidem cõtra Sigismundum Malatestam, dimiserat, reuera autem, vt Senenses, atq. Ecclesiæ territaret. Eo auctore, Iohannes, & Octavianus cum nonnullis latronibus, apud Asculum arcem munitissimam Ecclesiæ iam occupauerant. Iam & turba inter Vrsinos, atque Euerfium Anguillariæ Comitum, cui Columnæ senes iuncti, iterum reuiscerentes, non modicum impedimentum præstabant Calixto, in bellum Sacrum intentò. Vrbe seditionibus agrum Romanum cœdibus, & incendijs, Italiana factionibus fœdabant. Latinus Cardin. Vrsinus, cum videret Pontificem, exercitum aduersus fratres suos

Parum proficit disidentibus Christianis Principib.



mississe, veritus, ne quid sibi sinistri accideret, Roma discesserat; Alfonso Rex Vrsinorum familerem in suam protectionem susceperat: vnde magnus metus, motuum maiorum in vrbe, & agro Romano. In his difficultatibus, maior seipso Calixtus, nihil non egit, vt omnia tranquillaret. Eo incettore, Sacrum Collegium, Cardinale S. Marci, ad Vrsinum Cardinalem destinavit, qui dissidia inter principes vrbs familias componeret simulatq; inter se & illum exortas tollerent. Eodẽ autctore, Æneas Cardinalis, Sigismundum Malatestam, ad concordiam cum Alfonso inuitavit. Eiusdem Legatus in Piceno, Asculum recuperavit, cumq; Picinino honestis rationib; trasfegit. De Genuefibus, cum nihil potuerit efficere, non etiam potuit Alfonso ad Sacram militiam elicere. Maluit is Genuefens classe premere, & Ligustici littoris oppida eis eripere, quam contra Turcas educere. Syluius epist. 239. 253. 257. 258. 263. 266. 269. 278. 282. Rosteres cap. 84.

Catenim, cum magnum operæ pretium in concordia inter Fridericum Imperatorem, & Ladislaum Regem Vngariæ, ac Bohemiæ perciperet, Calixtus, Ioannem Cardinalem S. Angeli Legatum ad vtrumque pro dimittendis cotrouerfijs ire iussit. Ita Legato committebat.

Ex litteris tuis Diaci xvii. Iulij datis, intelleximus te in partibus illis moraturum, per aliquod tempus, vt quid Turci agant, quidne parent, facilius intelligas, ac nobis, & filio nostro charissimo Regi Vngariæ, quam celerrime significes. Intelleximus etiam antea, quid egeris in Regno Bosnie. Laudamus opera tua, & omnia per te gesta prudenter, & accuratè recognoscimus. Commendamus quoq; circumspectionem tuam, & animi constantiam, & bonitatem, qua dum Christi Dei nostri negotium agit, nec labore frangitur, nec timore deicitur, neq; periculo vltro a sancto proposito dererretur. Multa tibi debet Apostolica sedes, & quidem pro singulari virtute tua, proq; grauib; laboribus, quos perpessus es. Scimus nos plurimum tibi obligatos, conabimurq; vitã comite pro tuis meritis personam tuam honorare. Nunc tamen necessesse est, vt perseueres in sancto opere, personamque tuam a labore, incepto non retrahas, sed pro tua excellenti prudentia, in his contines, qua salus Ecclesie ex te deposcit. Cũq; ad res Fidei contra Turcos prosperè dirigendas maxime necessarium sit, vt charissimi in Christo filij nostri, Fridericus Imperator Romanorum, & Ladislaus Vngariæ, atq; Bohemiæ Rex inter se conciliati, in Turcos arma conuertant, sitq; modò quadam dieta inter eos indicta ad pacem tractandam, in qua dilectus filius, nobilis vir, Ludouicus Bauaria Dux, tamquam mediator futurus asseritur, vrile nobis videtur, & quodammodo necessarium, vt & tu quoq; eo te conferas, in tam sancto opere, nostro nomine tuas partes adhibeaturus. Ea propter mandamus tibi, vt nisi alia causa magis necessaria in Vngaria te retineat, ad Imperatorem, & Regem presatos, gressus tuos quanto citius dirigas, eos ad pacem ducere coneris, & omnia facias, qua tibi videbuntur ad reconciliationem ipsorum Principũ necessaria. Etenim videtur rebus agendis omnia conducere, quod tu dictos Principes adeas, siue per ipsam Ducentiã tuam aduentũ pax concludatur, siue non. Namq; si pacẽ factam inuenieris, quod Deus pro sua misericordia largiatur, habebis expeditam viam, quã Princeps ipso ad ducendum contra Turcos exercitum efficaciter inuitare possis: & alia multa sunt in Alemannia gerenda, qua tuam presentiam exposcit. Sin vero, quod absit, concordiam nondum factam inuenieris, laborandum tibi erit totis viribus, vt eam perficere possis. Nisi enim Principes ipsi, depositis inter se discordijs, ad commune bonum vnanimis fiant, non videmus, quid per Vngariam contra Turcos parari possit laude dignum, aut existimatione. Verũ quia sepe occurrunt in quibus personaliter adesse non vales, & tamen diligentiam tuam exposcunt, misimus ad te dilectum filium, Laurentium Rouarellam, Sacra Theologie professorem, & Subdiaconum nostrum, quem mittere possis ad ea loca, que tu ipse, adire non vales. Is ubi subimus expenset, nunc in habet, quicquid iusseris exequatur, & a tua voluntate nullatenus denabit. Insuper vt intelligas, que nunc in partibus Rheni per Electores Imperij tractantur, facimus tibi copiam litterarum nostrarum, quas Imperatori trasmissimus, vt secundam scriptam nostram, & tuam singulararem prudentiam eo te melius gerere vales, quod

fuertis de singulis occurrentibus plenius informatus. Datum Romæ pridie Calend. Septembris. Anno 1457. Dictata a per Æneam. Calixtus Episcopus, Seruus Seruorum Dei. Charissimo in Christo filio, Friderico Romanorum Imperatori semper Augusto, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Quamuis, Apostolica Sedes, sicut placuit altissimo presidentes, ea nos semper cura tenuerit, vt inclita nationi Germanicæ pro nostra possibilitate complaceremus, & omnibus illic ad nos concurrentibus, faciles, ac benignas prebecamus aures; nuper tamen, sicut nobis relatum est, nõnulli ex Venerabilibus Fratribus nostris, ac dilectis filiis, nobilibus viris Romani Imperij Electoribus, & alij pleriq; Principes, ac Prælari nationis eiusdem, diuã quadam, seu conuentu inter se celebrato, Oratores suos ad te miserunt, qui de nobis, deque Curia nostra non paruum querelam facientes, inter cetera exposuisse feruntur, quod nos diuersis modis nationem ipsam aggrauantes, que inter te nomine nationis, & antecessorem nostrum, felicis recordationis Nicolai Papam V. concordata fuerunt, minime adimplere, aut obseruare curemus. Quibus ex rebus, est non dubitemus Serenitatẽ tuam pro sua ergã Romanam Ecclesiam eximia deuotione, illorum querelæ acriter, ac debite confutasse, dignum tamen putabamus super his, que nobis obiciuntur, sinceritatem & innocentiam nostram tua sublimitati perspicuam, ac manifestam efficere, vt si quando post hac, similes querimonie ad tuas aures deferrentur, haberes ex nostris litteris, quod murmurantibus, ac detrahentibus hominibus respondere, atque obijcere possis. Equidem cum nos omnes Christiani orbis nationes benigne, quantum cum Deo possumus, tractare curemus, precipue tamen Germanicos Principes, ac Prælatos singularem quadam charitate, & precipuo profecti sumus affectu. Neque enim nos latet, quo fauore amplectendi sint Ecclesiarum Præsules, & seculi Principes honore praueniendi; vt illos Fratrum, & istos filiorum loco, sua cuique dignitate seruat, habere debemus. Sunt Evangelia sacra semper ante oculos mentis nostre, sanctorumque Patrum decreta sedulo in animo voluimus. Nouimus, quid Episcopis liceat, quid Principes deceat, quid officia Summi Sacerdotis incumbat. Neq; cordi nostro quicquam tenacius heret, quam itã sacros Canonones obseruare, vt idonei ministeriorum Christi dispensatores inueniamur. Nota est omnibus Apostolica Sedis auctoritas, manifesta cuique prima Sedis dignitas; vulgata per Orbem Vicarij Dei potestas, cui dictum est a Domino; Pãce oues meas, & Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum, & in cõlis. & reliqua, quibus in Evangelio, Romani Præsulis eminentia diuinitus declaratur. Quibus ex rebus, nec minus, cur aliquis opera nostra criminari possit, tanquam latius euagetur, quam nobis liceat, aut tanquam in alienam messem falcem mittere videatur; cum non huius, aut illius Prouinciæ, sed vniuersi Orbis Præsulatum in Apostolica Sedis specula consecuti sumus. Que cum itã sint, scimus tamen eos, qui vocati sunt in patrem sollicitudinis, non esse turbandos: suam cuiq; iurisdictionem, nisi forsitan abutantur, seruandam esse non ignoramus. Eaque propter itã nos gerere in hanc vsq; diem curauimus, ne de nobis cuius homini querela competere possit, Nec putamus esse aliquos, qui se letos, aut spretos a nobis dicant; nisi forsasse aliqui fuerint, qui desideria non recte metientes, tunc se contemptos, ac grauatos arbitrantur, cum petitionibus eorum iniustus non annuimus. Sed audiuimus rumorem esse, tamq; nos aurum ex natione tua, supra quam deceat, extorqueamus. Iniuriantur profectò nobis, & a vero longe recedunt, qui talia dicunt. Nihil vnquam nostro nomine ab his extortum est, quibus beneficia contulimus, vt illi garrunt. Nihil actum, nihil petiitum, preter amicitiam verisimili iure debitam. At si qui contra Turcos pecuniaria nobis subsidia obtulerunt, non recusauimus, nec recusare quidem debemus, pro tantã Christiani Religionis necessitate. Pecunias autem huiusmodi, & alias vndeunque venientes, non vsurpamus nobis, non recondimus in arca, non exponimus in coralibus, non consumimus in deliciis; sed in defensionem Fidei conuertimus, & in oppressionem perfida Turcorũ gentis, ad nostrum exterminium semper inuenta. Innumerabiles sunt, & inuoluerabiles nobis, quas indies subimus expenset, nunc in Orientem Legato classem nostram, nunc in Albaniam Scanderbechio fortissimo Christi athleta, indefessoque bellatori; nunc Legatis, & Oratoribus in diuersas mundi partes emissis; nunc istis, nunc illis per Graciam, & Asiam laborantibus, ne desituri perirentur, pecunias mittimus. Nec fuerunt inanes huiusmodi sumptus. Li-

Germanorũ querelas exprobat Calixtus Põtifex.

Opera Calixti PP. victoria de Turcis habita & alia bona Christianis secuta sunt.

illos sedate satagit.

cet enim nobis in Domino gloriam, qui per ministros suos, torpentibus, ac penè dormientibus cunctis ferme Christianis Principibus, nobis tantammodò instantibus, atque virgentibus, Turcorum superbisima cornua, & insolentissimas acies apud Hungariam confregit, magnamque illum, & potentissimum exercitum profrauit, qui sibi non Vngariam modo, sed Germaniam totam, Galliam, atque Italiam proterere, legemque Christi funditus euertere promittebat. Itaque liberauit Dominus populum suũ sub præsulatu nostro, plebemque suam ex ipsis quodammodo faucibus crudelissimi, sue inmanissimi draconis eripuit. Nũc quoque classem nostram Rhodum tuetur, Cyprum, Mytlenem, Chium, & omnes in Oriente Christiani nominis insulas, que sine tali presidio haudquaquam Turcorum nauibus indies incurantibus resistere potuissent: quodq; laudabilis est, ac diuino nobis munere concessum, non tantũ quas diximus insulas, Legatus noster sua prudentia, & armorum robore tutatus est; sed alias plerasq; Turcorum dominiõ seruientes, ad Apostolicam Sedem deuotionem, obedientiamq; redegit, nouissimeque non pauca eorundem Turcarum nauigia, ad oppugnandas Christianorum insulas exeuntia, potentè inuasit, debellauit, in potestatem recepit. Nec Albania ingruentes barbarorum impetus proximis diebus inclinare potuisset, nisi nostratum interuenissent pecuniarum auxilia, que Scanderbechio misimus. In his nos rebus pecunias consumimus; in his profundimus, quicquid vndequam corrudere possumus auri, vel argenti: honorem Dei, non nostrum querimus, pro salute populi nobis commissi laboramus, non pro priuata utilitate nostra. Curamus, ne nostro tempore Christianum nomen spurcissimi Turcorum pedes cõcutere possit. Sed non sunt hec onera, que nos soli portare queamus, vel Sedes Apostolica valeat per seipsum tolerare. Facimus tamen, quod possumus, & quiescentibus aliis, qui nobis auxilio esse deberent, instamus, acceloramus, vt genus, nihil omittimus ex his, que facultates nostre permittunt. Necessaria nobis detrahimus, vt incurantibus necessitati pro parte nobis possibilib; subueniamus. Quia cum itã sint, audent tamen nonnulli, parum quidem religiofi, & ad commune bonum minus intenti, nos redarguere, quod ab his pecunias recipimus, qui promouentur, quam spontè oblatas, in classem contra Turcos emissam: quod quam inique agant, iam planè percipis. Sed aiunt plerique concordata, de quibus supra mentionem fecimus, per nos minime obseruari affirmantes electiones Episcoporum, aliorumque Prælatorum, nos parui pendere, ac profus abijcere: quod pari modo, neque verè, neque iustè nobis obijcitur. Neque enim electiones Prælatorum in Germania factas, quouis pacto contemnimus, neque ex concordatis omnes passim electiones confirmare tenemur, sed illas tantummodo, que Canonice experiuntur: quod quidem à nobis diligenter custoditum est. Nunquam enim aliquam electionem reuicimus canonicam. Viros autem quamplures itã Ecclesiis, sive monasterijs præfecimus, in quibus electiones etiam minus Canonice prætedebantur. Quid si aliqui sunt, qui confirmationem petentes non obiciuntur, sunt autem paucissimi, sciant se idcirco ex sua petitione cecidisse, quia nec Canonice fuerat eorum electio, nec promotori Ecclesiis, ad quas vocabantur, fuisse vrilis. Potestate autem illa, que nobis ex diuino, atque humano iure, similitè concordatis ex predictis competit, prouidendis Ecclesiis de persona magis idonea, etiam si Canonice in illis electio facta reperitur, atque non sumus vsi, nec vrì proponimus, nisi ex magna, & vrgentissima causa. Super reservationibus autem, ceterisque beneficiorum prouisionibus, de quibus similitè accepimus querelas coram tua Serenitate fuisse propofitas: non sumus memores, aliquid à nobis esse concessum contra concordata prædicta. Quid si quid tale factum est, vt sepe in multitudinem litterarum, ac negotiorum aliqua transeunt, neque bene digesta, neque bene reuisa, non est intentionis nostre, aut Ordinariorum mensibus derogare, aut concordatis ipsis locum esse volumus: nec patiemur ea Apostolica Sedis auctoritas, nulloque debebat pactioium vinculis coerceri: ex mera tamen liberalitate nostra, ex zelo, quem gentis ad pacem, ex charitate, qua te, tuamque nationem profequimur, concordatis ipsis locum esse volumus: nec patiemur ea temerè violari, dum Romani Sedis gubernacula retinebimus. Si quid præterea est, quod ipsi nationi molestum videatur, ex his, que procedunt à nostro Solio, idque fortasse dignum emendatione censetur; possumus enim & nos, vt homines

aliquandò labi atq; errare, in his maxime, que facti sunt; non deceat Episcopos, aut alios quosuis mortales, super Apostolicam Sedem auctoritatem sibi vendicare: aut illos imitari quoquo modo, qui pessimo more, detestabilique exemplo, in perneciem Ecclesiasticæ hierarchie, in confusionem mystici corporis Christi, in animarum suarum ruinam, leges sibi constituunt, per quas licitum sibi esse arbitrantur, Apostolicæ Sedis mandata contemnere, ac pro sue voluntatis arbitrio, Ecclesiastica disponere, spiritaliaque negotia. Nam qui talia præsumunt, alieni sunt: Deum, patrem suum appellare non possunt, qui Matrem Ecclesiam recognoscere nolunt: sed tanquam membra, vel putrida, vel arida à reliquo corpore abscindi debent. Nulli enim permessa facultas est, vt contra Romanam Ecclesiam omnium fidelium Matrem, ac Magistram recalcitrare possit, vel se ab eius imperio subtrahere. Comedendus est vna in domo Pascha- lis agnus: manere oportet in arca regnante diluuiõ, cui cura est, ne pereat. Vna Deus, vna Fides, vnum Baptisma. Vnus Christus in terris Vicarius est, qui celos bene merentibus aperit, claudit autem malignantibus. Si quis autem arbitrat, se non bene agere Apostolicam Sedem recurrere ad eam debet, grauamen suum exponere, remediũ petere. Nũquam pia mater filiorũ desiderio de-erit, q; viderit ad salutem eorum pertinere. Et tu ergo Serenissime Imperator, si quid arbitraris tua nationis Prælatos habere, quod per nos emendari debeat, admone eos, hortare, & vrge, vt ad nos venientes, suas nobis necessitates exponant, grauamina referant, desideria præferant, Nam votis eorum, que à rationis tramite nõ discordant, tanto libentius annuimus, quanto considerius eos ad nos recursum habere videbimus. Ceterũ, quia charissimi in Christo filium nostrum, Ladislaũ Vngariæ, ac Bohemiæ Regem illustrè mundam reconciliatum tibi esse percipimus, sed adhuc inter te, atq; ipsum lites esse feruntur per nos, quibus non dubitamus pro tua te sapientia, ea diuacat seu querere, seu velle, q; sint equitatis, atq; iustitiæ consona: quia tamen discordia vestra tanto magis nos angit, quanto magis Christiane Reip. dampnum resultat, Serenitatem tuam rogamus, vt ante oculos tuos ponas primũ, cum quo contendis, & vbi contentis: quia cum carne tua, cum sanguine tuo, cũ fratre tuo, & in domo tua, in agris paternis, in hereditate auita, bellum geris, in quo nec perdere, nec vincere tutum est. Considera, quod tu Imperator es, Aduocatus Ecclesiæ, protector Fidei Catholice, primus inter seculi Principes, primus, qui pro defensione Religionis nostre, arma induere debeas. Considera, quod tu ille es, in quem omnium Christianorum oculi coniecti sunt: qui se (quemadmodum tibi ex officio inrumbit) aduersus impiam Turcorum gentem arma promoueris, vniuersos ferme Reges, & Principes vt te sequantur, pronocabis, libentemque rem Christianam magnifice subleuabis. Sin vero domi manseris, alijs occupatus curis, nemo erit, qui bellum Christi gerere velit, ei que tu ipse causa, cur nostro tempore Fides Catholica negligatur. Intellexisti, quæ fecerunt Turci superioribus annis, vt Constantinopolim Orientalis Imperij caput, ac totius Graciæ columnen inuasissent, vt vrbes quãplurimas incenderint, vt Christiani sanguine effuderint, vt altaria euerterint, vt Sanctorum reliquias canibus obiecerint, vt imagines Dei nostri, glorioseq; Matris eius, aut lanceis perfunderent, aut spūs, luroq; deturparit. Scis, que nũc cogitant, que parant, que moluntur. Nulli illis studium ardentius, nulla cura propensior est, quã vt ea agant, per que possint Christianã gentẽ funditus perdere: vincula, verbera, necesse fidelibus omnibus comminantur. Propè est eorum gladius, & adesse festinant tẽpora: & tu interim ac patruelis tuus, arma, que merito in hostes Fidei verteretur, contra subditos, & vasallos vestros exerceris. Dices fortasse, quicquid est, nisi me magna necessitas impulsisset, sed parate fuerunt insule mibi: hereditas mea in periculo posita est: coactus sum arma pro defensione suscipere: inuitus pugno cum sanguine meo. Possibile est, quod ais, nihil inficiamur. Age, sint vera, quæreres omnia: sit infestissima tua causa. Ac iustus est, pro Christo pugnare, & maior est necessitas hereditatem Christi, quã tuam defendere. Si tua perit, est adhuc vbi salueris. Si perit Christi hereditas, (quod tamè nullo pacto futurum putamus) & tuam hereditatem perire oportet, Christianeq; Reip. fundamenta correre. Cogita igitur de cõmuni periculo prius, & maiora minorib; antepone. Exquãto oēs vias, quibus cũ patruete tuo, quenũ sanguine ungeris, carũ dilectione, & affectu sincero copuleris, nec illi impures quoquomodo, q; per alios tenerè atati suggeritur. Audiuimus dilectũ filium, nob. vñ Lud-

Horatius Calixtus Imperatorem ad bellum in Turcas.

Banaria

Bavaria Ducem, inter te, & ipsum patrelem de pace acturum in Austriam descendisse. Crudimus, & dilectum filium nostrum Joannem, Cardinalem Sancti Angeli, Apostolice Sedis Legatum, quemadmodum sibi scripsimus, ipsam tractatibus interfuturum. Age, si de animum, & amplectere bona mente concordiam. Noli omnia, que tibi debentur, exquirere: esto contentus his, que potes obtinere, nec graveris pro bono pacis de tuo iure pauca dimittere. Deus, pro cuius causa pacem accipies, maiora tibi retribuet. Commendant omnes tuam sapientiam, que furor temperantiam, arrogantiam humilitatem, duriciam mansuetudinem, tenacitati largitatem obiecit. Sit finis aliquando civilis, & intestina discordia, ut tandem cum patrelem tuo reconciliatus, & tu, & ipse, caterique Germanice terre proceres, quorum consensu in armis esse iniusta virtus, vniis iam viribus, ac concordibus animis, in Turcos militaria signa feratis: infelices Christianos, qui per Greciam captivi tenerentur, a iugo seruitutis excimatis, ac Regiam Civitatem, que de Constantino Cæsare nomen habet, quam turpiter pridem amissa fuit, tam gloriose recuperatis. Hac scripsimus Tuae Serenitati, non sine fiducia singulari, pro ea, qua tibi, & in clype nationi tue, ingenti charitate sumus affecti. Tuus est, ut hac tam bono animo recipias, quam sunt a nobis optimo corde prolata. Datum Romæ apud S. Petrum, pridie Calend. Septemb. Anno 1457. Dictata per Aeneam, Card. Senensium.

IV.

Scribebat, & Ladislao Regi, Calixtus, istis verbis: Calixtus Episcopus, Servus Servorum Dei. Charissimo in Christo filio Ladislao, Regi Vngarie, & Bohemia illustri. Salutem, & Apostolicam benedictionem. Intelleximus, non sine gravi difficultate mentis nostræ, & amaritudine cordis, quod adhuc inter charissimum in Christo filium nostrum Fridericum, Romanorum Imp. Augustum, & tuam Serenitatem, non solum discordia, sed apertum bellum periret, & hinc inde subditæ vexantur, & lacerantur. Que res tanto molestior nobis est, quanto maius exinde Christiana Reipubl. detrimentum resultat. Est profecto res detestabilis, quod vos, qui ex una familia nati estis, proximi sanguine, fratresque patreles, tantis ad invicem odiis feruetis, ut etiam armis deceretis. Dolendum est, quod opulentiam, & nobilem patriam vestram, nunc ferro, nunc igne dissensio vestra dereliquit: & illa vires inter vos consumetis, que deberetis in hostis Fidei pro tutela Christiana Religione effundere. Et quamvis Imperatori prefato, tanquam primo inter seculi Principes, Advocato Ecclesie, & Protectori Fidei Catholice potissime incumbat, pace in suo Imperio procurata, totis conatibus in eos militaria signa transferre, qui non in Christiano insultare nituntur: tibi tamen non minor cura esse debet, ad hostes Fidei propulsandos, & maxime Turcos, qui Regno tuo Vngarie latissimo, & quondam florentissimo, non solum vicini sunt, illique molestus indices inferunt, sed etiam non parvas eius Provincias sibi insuperaverunt. Dolemus certe, & angimur vehementer, cum indices ex illo Regno Christianos capi, & in barbaricam deduci captivitate accipimus, miramurque te, non maiori studio teneri pro defensione ipsius Regni, quâ videamus: qui dum in Austria cum patrelem tuo contendis, prefati Regni curam postposuisti videris: tanquam plus doceas, quam sibi per Christianos villam asserri, quam si per Turcas una provincia surripatur. Certe illud palam est, quod cum tu, & dictus Imperator invicem discordes estis, & domestico bello implicati, non solum Vngaria, sed etiam fore Christianitas in periculo ponitur. Nam quomodo Galli, & Hispani, vel Angli, contra Turcos exercitum ducere curabunt, in remotis agentes: quod vos, qui propè estis, & quorum potissime res agitur, inter vos discordes, nihil cogitare videmini super his, que Turcorum perfida gens adversus Christianos indices molitur? Est igitur super quâ dicere possumus, periculosa hæc vestra discordia, nec videmus, quin mala infinita prorumpant, nisi quam celerrime tu, & Imperator prefatus simul conciliemini. Audivimus tamen vnum, quam nobis consolationi est, dilectum filium, nobilem virum, Ludovicum Bavaria Ducem in Austriam descendisse, concordiam inter vos, tanquam communem amicum prædicaturum. Nos autè dilecto filio nostro, Joanni Cardinali S. Angeli, Apostolice Sedis Legato, qui iam dudum pro salute Regni tui Vngarie, proque communi Christianorum vtilitate, non sine magnis laboribus, & expensis ibidem commoratus est, literas dedimus, ut ad Imperatorem, & tuam Serenitatem confestim se conferens, omne studium suum ad id conuertat, ut tandem lites vestre tollantur, & penitus sopiantur, redcatque ea inter vos benevo-

lentia, quam propinquitas vestra requirit, & nos desideramus. Interea dilectus filius, Laurentius Rotarella, S. Tholozie Professor, Nuncius, & Subdiaconus noster, simul cum dilecto Duce ad eam pacem pro viribus se iunxit. Felix igitur, ut tua Serenitas ad ea, que pacis sunt, animum inclinando, ita se habere, ut iam denique finis imponatur domestice dissensionis vestre, nec velis audire eos, qui fontem a sugerunt dissensionum, sed modos quoslibet idoneos perquirere, ut in Austria, caterisque tuis dominis pacificatus, ad defensionem Vngarie, prædictorumque Turcorum exitum insurgere possis: & ita efficias, ut Imperator tuam erga se charitatem intelligens, una tecum, vocatis ex Alemania subsidijs, exercitum pro tutela Fidei, & Regni tui salutem, ducere iubeatur. Insuper, quia nonnullos per Germaniam rumores esse audivimus, tanquam nos nationem ipsam diversis modis aggraveremus: mittimus copiam literarum nostrarum, quas Imperatori dirigimus, tam super pace tecum habenda, quam super rumoribus huiusmodi: ut si forte ad aures tuas oblocutiones istiusmodi pervenerint, habeas ex nobis, vnde Serenitatem, & innocentiam nostram tueri, atque ostendere possis. Hæc scribimus tibi pro ea charitate, qua personam tuam prosequimur: qui postquam te hic Romæ in minoribus constituti, vidimus, & tuâ indolem adhuc in ætate tenera consideravimus, ab illo tempore, personam tuam singulari quodam affectu dileximus, & existimantes te pro magno aliquo Christianitatis bono, ad maxima reservari, de bona valetudine tua, ac felici statu semper solliciti sumus. Tuum nunc est, que a nobis scribitur, bona mente recipere, & spem, quam de tua probitate concepimus, adimplere. Datum Romæ, Anno 1457. Dictamen Aeneæ, ext. inter epistulas Sylvijs, 330. 33. & 377.

Postquam priores dedisset literas Calixtus, intellexerat Ladislauum Regem, solennia nuptiarum cum filia Regis Galliarum celebraturum, ad quas Reges, & Principes nonnulli fuissent invitati. His quoque ut Cardinalis S. Angeli, Legatus adesse, & nonnulla negotia Reip. Christianæ tractaret, Pontifex commisit: datis literis hoc schemate:

Calixtus Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Joanni, Cardinali S. Angeli, S. & A. B. Ex literis, que de partibus Austria ad Curiam nostram indices deferuntur, intellegimus dilectionem tuam, cum literæ ille scriberentur, adhuc fuisse in Vngaria de qua re plurimum mirati sumus cum tam pridem tibi scripsimus, ut ad partes Alemanie te cõferres eam discordiam pro tua facilitate sedaturus, que inter charissimos filios nostros Fridericum Romanorum Imperatorem, & Ladislauum Vngarie, & Bohemie Regem versatur: que quantum periculosa sit, & quantum Reipubl. Christianæ damnosa, pro tua singulari prudentia non ignoras. Nescimus, qua te res tam diu retardauerit, cum te non lateat, non minus vtile fore, dictos Principes ad invicem reconciliare, quam Turcorum perniciosos obuiare conatibus. Siquidem nocentiora multum sunt intestina bella, quâ externa: & frustra his, qui foris sunt, resistimus, si ab alijs, qui intus sunt, vulneramur. Itaque voluissimus te, quamprimum recepisti literas nostras, ad Imperatorem, & Reges prefatos iter arripuisse: quod quidem fuisse nostro iudicio expeditissimum. Verum cum nouissime nobis relatum sit, dictum Vngarie, ac Bohemie Regem, circa festum S. Martini proximè futurum, decessisse Bohemiam petere, ut sibi sponfam suam, charissimam filij nostri, Caroli Regis Francie notam, conducere faciat, & cum eadem ibidem solenniter nuptias celebret, pro qua iam fertur Oratores misisse: committimus tibi, & harum serie mandamus, ut omnibus alijs posthabitis, ad ipsum Regem, quam celerrime te conferas, eiusque nuptias tam sui, quam dicti Regis Francie consideratione, nostro, & Apostolice Sedis nomine, ut dignum est, tua presentia honores. Erunt enim, ut fama est, hæ nuptie plurimum excellentes, ac magnificæ, tam respectu personarum invicem contrahentium, quam Principum, qui conuenturi eo dicuntur: cum non solum dilecti filij nobiles viri, Bavaria, & Saxonie Duces, Marchionesque Brandeburgenses cum coniugibus, sed etiam charissimus filius noster, Casimirus Rex Polonia, simulque consors eius Regina eadem nuptiarum celebrationi asserantur interfuturi. Consideramus autè, quod in tantorum conuentu Principum, multa tractabuntur, in quibus erit tua presentia nedum utilis, sed etiam necessaria, præsertim, ut per eos Religio nostra contra Turcorum imperus defendatur. Et cum sint ibi nonnulli malè de Catholica Fide sentientes, eorum mali-

V. Pro negotijs Reip. Christianæ Legatū mittit ad eundem Ladislauū Regem.

VI. In eandem rem scribit Aeneas Syluius.

ita, ne quid in tanta cõgregatione possit nocere, opportune obuiabis. Quibus ex rebus necesse est, ut eadē congregationi forsus interesse cures, & ita nos dilectioni tue iterum, atque iterum committimus, & mandamus, responsum tuum super his, quam celerrimum expectes. Datum Romæ die 1. Octobris. Per Aeneam dictata. In eandem rem, Aeneas Cardinalis scripsit, quæ e negotia indidè tractanda forent luculentius exposuit: Aeneas Card. Senensis, Ioan. Cardinali S. Angeli. S. P. D. Cognoscis ex litteris S. S. D. Nostri, quâ necessaria sit presentia tua in nuptijs, quas Sereniss. Rex Vngarie celebraturus est in Pragâ. Ob quâ re quâvis non puto necessarium, Dignatione tuâ adhortari, ut quâ celerrime eod se cõferat, quia tamè eius rei vtilitate, non solum animo percipio, sed manibus quodammodo, ut ita loquar, palpate videor, non posse facere, quin tanquam seruitor, & filius tuus ea scribâ, q̄ honore tui cõcernere animaluero. Sanè quamuis pietas S. S. D. N. ad iudiciū de tua dignitate eod discorsias, sepositis alijs negotijs preparauisti, cū certè sit illis inter se contendendis, non solum nobilitate illi Austria Provincie conturbari, sed etiam Turcis via præberi, qua facilius ad Christianitatis invasionem prorumpere possint. Videtur igitur mihi admodum expedire, ut tua dignitas ad presertim nuptias iter suū acceleret: qua, ut asfirmatur, mense Ianuario, aut tardius Februarii celebrabitur. Erit conuentus ille celeberrimus, in quo duo Reges, & tot Principes comparebunt. Non dubito, quin magna ibi tractabuntur, & vt arbitror, quia principiter agitabitur eo in loco ista negotia. Cum lites Imperatoris, & Regis nondum cõpositæ sint, erit cura illorum Principi imprimis illas sedare. Inter Polonia Regē, & FF. S. Marie Theutonicorū agetur de concordia Bohemii, de suis articulis carioferunt. Illi, qui sunt in Rheino, & res nouas contra Sedē Apost. prædicare nituntur, non omitteat per Oratores suos, ex conuentu aliquid attentare. Postremo etiâ de defensione Fidei contra Turcos, vt mea fert opinio inter ceteros proceres fiet sermo. Magna sunt hæc, & profectè tuâ presentia merito exigunt. Itaq̄, tanquam seruitor tuus suadeo, na quo pacto ei congregationi absis, q̄ quidem esset, & inuestit, & in modum Apostolice Sedis. Quod si interfractis, cõplacebis proculdubio non solum Regi Vngarie, sed etiam Regi Francie, cuius filie nuptias honorabis. Obuiabis malis, que per nonnullos procurantur: & multa bona opera procurare poteris, tam pro pace Christianorum, quam pro defensione Fidei contra inimicos Crucis Christi: p̄numq̄, S. S. D. N. desiderium hoc potissimum modo adimplebis: & rem facies tuâ virtute dignam, duabusq̄, maximis nationibus, Gallia, & Germania simulq̄, duobus maximis Principibus, hoc est Imperatori, & patriuli suo, & Regi Francie in filie sue honoratione rem gratam faciens, capita maxima demulcebis. Datum Romæ die 1. Octobr. Anno Dom. 1457. Extat inter epist. Sylvijs, 339. 340.

VII. Pax, & Nuptia Ladislai vrgentur.

Duo de vigesimo atatis annu Ladislai Rex attingebat, matrimonio satis habu, de quo maturè cõsiliando, sapius alias inter se Vngari, Bohemi, Austriaci differuerat: tū verò in cõsilio Viennâ coacti, sententiâ suâ Regi aperuerat, placere omnibus dicentes, vt Rex duceret vxorē: hoc solū scilicet, ac maxime necessarium restare ad cõsumadâ Regnorū felicitatē, vt videant ex Rege suo liberos, p̄creatos, qui ius succedēdi legitimū in Regno habeat. Quo audito Rex, haud sanè alienus a re vxoriâ, iussit illos hæc quoq̄ sententiâ p̄mere, quæ nâ ei sponâ, & ex quâ domo esset eligēda, vt eo melius fecu de matrimonio possit deliberare. Vnâ rursus voce omnes nobilitatē, formam, opes Margaritæ Regis Galliarū filie prædicare, nec aliâ digniorē connubio nobilissimi Regis ostentare, nihil dubitantē Regē, qn illam ceteris præferret. Ambigebatur de loco nuptijs legēdo. Vngari Budâ, Bohemi Pragâ, Austriaci Viennâ, appositissimâ ad eâ celebratē pagendam esse cõtendebat. Cõuenit, de Praga, vrgente maxime Podiebracio, qui Regē his diebus conuenerat, vt nē inauditus, indicatq̄, causa, aut inimicorū suorum factione, quorū pleriq̄, tunc in Regia erant, dānaretur: q̄ inter chirographa conuictorū, qui capta, cõsiliaq̄, aduersus Regē Ladislai Huniadis, p̄babant, post mortem e-

iusdē Huniadis reperta, suū quoq̄; extare clanculum inaudierit. Itaq̄; Viennâ cū octingētis equitibus expeditis p̄fectus, exortus, vt Rex ad illū in castra (nam Vrbē ingredi metuebat) iuerit, & maiestatis nullâ ratione habitâ, nō solum suspicione criminis de posuerit; verū etiâ Pragâ p̄ celebrandis nuptijs, se vcturum promiserit. His ita cõstitutis, tres legationes Ladislai destinauit. Ad Calixtū Pont. quæ cõtroversias de Religione dirimeret, Regnumq̄; Bohemiam, Rom. Ecclesiæ ex integro coniungeret. Ad Fridericū Imp. de pace cõponendâ. Ad Carol. Gallorū Regē, pro sponâ pendendâ, ducendâq̄;: Quarta Regis cura erat, de cõparandō cõtra Turcos valido exercitu, quo tandē scelerata Mahometis supersticio ab Europa pelli posset. Iam adnitētib; Legato Apostolico, & Ludouico Bavariae Ducē, grauissima inter eū, & Imperatorē dissensio, cū ingenti Austria cõmodo, & vtilitate, amicissime composita fuerat. Iā Româ, ad reconciliandâ cū Rom. Ecclesiâ Bohemiâ ibatur. Iā etiâ res Austria turbatas, restituerat Ladislai. Ergò ordinatis omnibus, ingenti apparatu Pragâ venit. Introeunt Vrbē, cū insigni pōpâ equestrum, pedestriumq̄; copiarū, Nicolaus quidâ ex eorū numero, qui pronunciantis scientiam ex astris proficerent, malè aditū ingressum, planēq̄; stellæ criminatæ Regibus horrēdē, q̄ superiore anno apparuit, cõgruentē p̄nūciauit; quale vaticiniū apud paucos curâ, apud reliquos risum, velut vanitate plenū excitauit. Procefferat quoq̄; ei obiit Rochezana cū Clero suo, magno comitatu pōpam ducēs, & habitâ oratione de faulto, ac felici reditu congratulatus Regi fuerat. Rex autè hereticū, ac pestiferū Cleui toruis oculis inspiciebat, vix admonētē Podiebracio gratias egerat. Vbi verò Cathedralis Ecclesiæ Sacerdotes, sacra ferētēs occurrissēt; hos, dixerat, Dei ministros agnosco, & ab equo desiliens, cõsalutatis omnibus, S. Turcos oculos fuit. Ea n. Ecclesiā semper in Catholica Fide permansit; cuius sanè Prælati, & Canonici, p̄ testamēto Dei, multas ad hæreticos tribulationes, damna, & exilia perpeSSI sunt. Hæc Ladislai Regis pietas, multorū, qui Rochezana studebat inceptis, animos offendit. Instruebatur postea ingenti apparatu Regie nuptiæ, ad quas Imp. & Augustus, duæ ite sorores Regis, & earū mariti, Casimirus Rex Polon. & Dux Saxon. Wilhelmus; Duces ite Bavaria, Silesiæ, Fræconia; Marchiones Brandenburg. & Rheni Principes; multi quoq̄; ex Gallia Reguli erant vcturi, nō solum illas ornaturi suâ p̄sentia; verū etiam de tuâ cõtra Turcas Reipubl. Christianâ cū Ladislao acturi. Sed hos tātos conatus, atq̄; has magnarū rerum curas, q̄ de Podiebracio, & Rochezana iactata tunc opionibus sunt, interceperunt. Illi enim, veriti, nē in tanto Catholicorū cõkursu, vtpotē ipsi inferiores opprimi facili possent, discrimen suū, q̄ metuebant, scelerare p̄ueniunt, dato, q̄ Podiebracio Regē in potestate habenti non difficile fuerat, oculo Regi veneno, die 22. Nouemb. sederat Ladislai ad exercendū in dicitū, q̄ de nobilitate inter Podiebrac. & Tanaquonium Hufitras institutū fuerat; cuius rei causâ, & magnæ inter vtrumque fuerant contentiones, & alter alteri in duellū vocauerat. Illo die in facie adolescentis p̄ter solitū fuit visā tristitia, totoq̄; cõfessu, vel minimū exhilarari visus nō est; sic vt p̄lagiū exitiū aliqui multi fore cõtenderint. Dimisso cõsilio cænauit inter p̄ceres; sermone, nō ad lætitiâ p̄pularū, sed quasi ad grauitatē Curia vsus. In cubiculū inde discedēs, cū ad multâ noctē vigilasset, ex solitū ante somnū ad Deū orationibus surgēs, tumultuari, & vehementer sibi dolere stomachū dixit. Cui Bohemus ex cubicularijs, qui cænato illi dulcissimas p̄ more obtulerat rapulas, Decembe, ait, & dormi dolor omnis per somnū abibit. Ac quiescētē Rege, ac dormiētē, horâ vix lapsâ, subito ex angustia euigilans, iterū appellat cubiculariū; crescere anxietatē, intolerabile q̄; iā esse cõqueritur. Ille nihilominus somnū dicere p̄sentissimam medicinâ esse, hortaturq̄; vt

Regi Ladislao venenorum propinatum a Podiebracio & Rochezana.





mus, teg, veteris amicitia memore, antiqui seruire more animaduerimus. Cui simul in noua Civitate degeremus, nihil ita arduum fuit, nihil ita abditum, atq. secretum, q. alter nostrum non communicaret alteri. Facis probe, qui longo licet intervallo distinctus, nihil putas reticendum esse. Faciemus & nos idē erga te, aperiemus tibi omni ex parte animi nostrum, atq. v. amicitia nostra conuenit, summā eū libertate loquimur. Considera uisum in primis, quā dicitur contra Summū Pontif. apud Germanos fieri murmur. Nec miramur. Siquidē nullus unquā locū Petri tenuit, qui non latrantium dentibus impeteretur. Nec magnū putamus, si quis detrahit Calixto, cū Magistro eius sciamus detractū fuisse Christo. Verax est enim Saluator ipse, nec potest veritas nostra mentiri, quā nō est discipulus super Magistru. nec ferius maior domino suo. Germani tamen, si verū fateri velint, similitē reliqui Christiani, nihil habent, cur de Calixto murmurare possint, nisi q. eum Pontificē nobis tradidit Deus, quo digni nō sumus. Neg. enim huius sanctiss. Presulis mores plebi sue conformes existunt, qui cū diuinā in terris ager vitā, Angelis potius debuit præfici, quā hominibus. Nihil pius pater, q. suū est, querit: cogitatus suos omnes iactauit in Domino, honore Christi Saluatoris nostri, defensione Fidei, decus Ecclesie, salute plebis, toto conatu, toto studio, tota mēte perquiri. Nisi fuisse exacta ipsius solertia, & incredibilis ad cōmune bonū charitas, ita Turcorū fortas, nō Vngariā modo protinisset, sed ipsam quoq. Alemāniā in fustis armis petēs. Christianis omnibus terrore simul, ac labore incussisset. Nā si victi apud Vngariam, & prostrati sunt magni Turcorū exercitus, non est, cui post Deū, alteri gratias, quā Calixto Christiani debeant. Ipse enim solus fuit, qui torpētibus, ac penē dormientibus Christiani Orbis Principibus Christianis, Legatum in Vngariā misit, Vngaros cū Turcis induciarum federa querentes prohibuit, labentes animos crexit, copias congregauit, bellumq. illud cōmittere iussit, in quo primū atate nostrā Turcorū dominus turpissimē fugere visus est, & salus Christiano populo parata. Tacemus, quæ gesta sunt in Oriente per classem Apost. Sedis, & que in Albania, & alijs quampluribus locis, ipsius Domini nostri pecunijs pro tutela Fidei in dies geruntur. Nihil aliud sua Sanctitas in animo gerit, quā suo tempore, ita inimicos salutaris Crucis humiliare, vt tandem vocatus à Domino, credentiam sibi Ecclesiam in statu securo, ac tranquillo relinquat. Ob quā rem nescimus profectū, quid sibi velint, qui tā S. Presulē, & tantum de cōmuni utilitate sollicitum, calumniari presumunt. Nā quod aurum à vobis extorqueat, iniqua est profus accersatio. Nihil enim præter conuersa iura recipit, nisi fortasse sponte sua nonnulli in classem contra Turcos offerant, quos paucissimos esse constat. Vrina tot essent, qui tante rei, ac necessarij, optime subuenirent. Electiones Canonice Ecclesiarum, qui dicunt, à sua Sanctitate contemni, aut Ecclesias Metropolitanas, seu Cathedralis in Alemānia reservari, longē à veritate recedunt. Nulla electio reiecta est, quam confitit fuisse Canonici. Pontificali Ecclesia nulla reservata est in Alemānia, specialiter à Domino nostro, contra concordata vestra, nec est eius propositum, neq. fuit haecenus quicquam agere. Et quātis nemo imputare possit, si sua Sanctitas dignitates principales in Collegatis Ecclesijs, sine primas post Pontificales reservauerit, neq. enim concordata in hoc aduerfantur, non tamen inueniuntur facile reservationes beneficiorum, nisi pro Card. aut aliquibus fortasse maximis viris, ab eadē Sanctitate emanasse. Itaq. nescimus, quo vultu, quo ore, quā demq. audaci, presument aliqui sanctiss. Presuli nostro detrahere, itaq. nationi vestre onerosus existat, qui profectū non tantū nationi Hispanice, vnde sibi origo est, quātum Germanice, effectus esse videtur: & qui diuinitis nobis datus est, vt hoc periculoso tempore, ab insidelium incurfione, maximeq. Turcorum impetu, Orthodoxam Christi Religionem, non solum tutaret, sed etiam eleuaret, & propagaret. Laudamus igitur, & omni honore dignum reputamus Archiep. Moguntinum, qui relictis malignantium insidijs, apud ipsū Dominū nostrum, Sanctamque Sedem Apost. omnium Fidelium Matrem, atque Magistrum, perm. auere decreuit. Facit, quod doctum, quod prudentem, quod bonum Prelatum decet: quī peregrinas respuens opiniones, in solidā S. Romanæ Ecclesie doctrinā, & in ipsi Christi petrā, pedes figit. Facit modō, quod fecit dum alius quærent, quæ modō rentarunt. Nunquā enim Eugenio, sanctæ memoria Summo Pontifici defuit: quamuis multi ex Germanis in illum desecuerent. Nouit omnia noster Pontifex, eiusque probitati miro modo afficitur, nec unquam eius nominis sine laude meminit, ita vt certissimi si-

Laudatur Cal. Pont.

Cal. PP. est affectus Nationi Germanice.

mus, nunquam ipsius petitiones in conspectu huius Presulis vanas fore, quæ dignè audiri videantur. Ceterum, quod secundo loco Secretarius antedictus exposuit, nobis altēni visum est, quod ex viro docto, ex iuris interprete, & magnis versato in causis prodire debet. Nouisti enim Rom. Presulē, vnicum esse Principem, cui omnes obedire tenentur, Petri, & Pauli locum tenere. Qui sedet in Apostolico throno, Christi Vicarius est, qui Romanæ presidet vrbi. Non est igitur, qui se culpam intelligentie nomine, vel federis obliget: n. que subditorum est, cum dominis suis federa querere. Nec tamen fortasse ita loqueris, vt Romanorum Presulē ex intelligentia querat obligare: quod nosti, quantum iura permittant. Sed aduertimus, quæ petis intelligentie nomine. Magna sunt ista profectū, & quæ nos aliquantulum de tua intelligentia compulerint admirari. Scimus, quia cum amico confidenter agis. Idem & nos facimus. Viniur respondendo ea fiducia, quā tu interrogando vsus es. Equidem indigna putamus, quæ nomine Archiepiscopi peterentur: nec arbitramur, eos benè agere, qui Archiepiscopo ea perenda suadent: quātis nec sua menti, quæ semper modestissima fuit, talia credimus esse persuasa. Sua namq. dignationi, & id factis esse debet, vt antecessoribus suis equalis existat: neq. illa querat, quæ antē centum annos nullus obtrinit Archiepiscopus. Recētē, & laudabile fuit propositum eius, si neq. Romanū Pontif. minorē, nec se maiorem suis antecessoribus esse velit. Illud quoque attendē cōsiderabit, quisquis Moguntina Ecl. presierit, vt neq. Rom. Ecclesia conculcetur, aut quouis modo damnetur. Certū est enim, quia languente capite, nequeunt membra consistere, possunt riui non arefcere, fonte sicato. Salus Ecclesiarum omnium, profectū ex Romane Sedis præcellētia, & summa autoritate dependet. Quibus ex rebus, non essemus ausi, ea quoquo modo aperire Domino nostro, quæ pro nobis pro intelligētia contrahenda significasti. Sunt enim enervatiua Apostolici iuris, & non minus profectū præiudicij præferentia. Et illa præsertim, quæ de confirmatōibus Pontificalium Ecclesiarum attigisti. Non ignoras, vt credimus, qualis sit ipse Dominus noster: quanta est in eo circumspēctio: quanta omniū rerum notitia, quanta grauitas, atq. constantia. Esi enim omnes laudandi sunt, quos nouimus, Romani Presules: hunc tamen omnibus preferendum putamus, qui cū vite mundissimū, & omnia gerat cōmendatione digna, tum verò his conditionibus præditus est, vt sibi non queat. Est enim atate grandæuis: versatus est in arduis, & magnis negotijs, doctrinā eū præfulget, cui similia nemo est, qui audierit in antecessore fuisse. Itaq. non facile decipiendus, qui tūc multa cum atate viderit, tum sententia lumen cum magnā rerum experientia communerit. Rideret nos sua Sanctitas, si quid ei proponeremus doctissimis eius auribus quoquo modo indignum. Atque ob hanc causam non presumptissimus, ea sibi referre, quæ tuo nomine exposita sunt. Neque enim sua pietas, eos probare solet, qui res minus iustus sibi proponunt. Vt enim vt ad grauamina nationis vestre redeamus, si quid est, quod emendatione egeat, laudamus, id Sanctissimo Domino nostro significasti. Nec dubitamus, quin sua Sanctitas debito modo prouideat. Illud autem nobis exploratissimum est, Archiepiscopum scil. presulē, in optima reparatione apud Sanctiss. Dominum nostrum esse, fauoremque sibi, & opportunum presidium ab eo nunquam defuturū certū scimus, aduersus omnes, qui sibi molesti fuerint. Quod si eorum Oratores, hic venerint, recipiuntur profectū benigne, & humaniter tractabuntur, nec duras inuenient Apostolicas aures, in his, quæ concessu digna petierint. Quod verò dicis, Sereniss. Imperatorem, & ipsū Archiepiscopum, si se cū S. Apostolica Sede intulerint, facile impedituros aduerfantium machinamenta: id quidem credimus, & ita factum esse nouimus superioribus annis. At cū Imp. presulē, cum S. Domino nostro vnicum sit, nec unquam ab huius S. Sedis deuotione declinauerit, curandum est, vt ipse Archiepiscopus idem agat. In qua re cū tua consilia multa possint, rogamus, vt in hoc tuos intendas neruos, veliq. doctrina tue nomen, in defendendā Romanæ Ecclesie autoritate, potius, quā in impugnandā clarum facere. Sic enim, & Moguntina Ecclesia rectē consulēs: & tibi ac tuis amicis utilitates crescent, & accumulabuntur honores. Datum Romæ 12. Calend. Octobr. 1457.

III.

In grauaminibus, consilium. Aeneas Card. Senensis, Theodorico Archiepiscopo Colonien. Epist. 305. Ex literis, quæ mihi, quæq. S. D. N. scripsisti, sinceritate tua

Presuli Calixtri PP. suis, quos nouit antecessoribus

erga Sanctam Romanam, primamque Sedem planè cognouit: neq. ambigo, vbi tua dignatio sit, ibi nihil concludi posse, non iustū, sanctūq. Ago gratias benignitati tue, quæ palam mihi dignata est aperire, quod sensis. Verum, quia certificatus est Dominus noster, in conuentionibus, quæ in Germania sunt, aliqua tractari, quæ hanc Sedem concernunt, oro, nē tua circumspēctio, nec adhibeat, qui nouitates efficer capunt, vt vel sic emergant. Namq. si Romane Sedis autoritas deprimeretur, crede, quia nec tua, nec aliorum Episcoporum salua manebit. Audio tamen, quæ consulis, vt hic quoque ea reformentur, quæ odium tua nationis pariuunt, & ego, si mea vox audietur, ad id operam dabo. Nam & hic aliqua committuntur, quæ non laudo omnia: Vt enim illud salubre puto, vt super grauaminibus, quæ vestri allegant, ad Romanum Pontificem recursus habeatur, qui non negabit assensum iustis petentibus. Mihi ea cura est, vt ea semper, quæ nationi tue, de qua quodammodo vnum me puto & honoris, & utilitati sint, Romæ 1111. Nonas Decembris. MCCCCLVII.

Affectus in nationem Germanicā.

IV. In grauaminibus, remedium, & publicatio, seu indicio festi Transfigurationis, per Bullas transmissas.

Aeneas Cardinalis Senensis, Laurentio Roarollæ, Subdiacono, & Nuncio Apostolico. epist. 334.

Alatore presentium recipies quatuor Bullas Apostolicas, & vnum officium Transfigurationis. Ex Bullis vnam reddas Imperatori simul cum officio, & breui sibi directo. Alias bullas curabis mittere tribus Principibus Electoribus, simul cum breuius suis. Extant & alie tres bullæ Apostolicæ simul cum duobus officijs, ac tribus breuius. Officia dirigentur Regi Vngariæ, ac Domino Legato; Bulla quoque eiusdem, tertia verò Strigoniensis. Sed hæc omnia mittimus per alium nuncium, qui post biduum recedet. Si tibi inueniet in curia Regis Vngariæ, assignabit ea tibi: si autem non: tradet per seipsum Regie Maiestati, quæ sibi diriguntur; alia verò curabit transmitti Archiepiscopo, & Legato. Nec alia circa hæc. De negotijs Rheni, multa referuntur non bona: propter quæ necessarium erit, vt quamprimum cum consilio Imperatoris, & cum literis suis ad partes illas te transferas, & labores iuxta commissionem tibi traditam. Interce de bonum est, vt procures, quod Imperatori Maiestas scribat Archiepiscopo Magdeburgensi, simulque Rigenfi, & inprimis Treuerensi, & Saltzburgenfi, vt si querantur ad aliquam conuentionem in factis Ecclesijs, non consentiant, sed ad Sedem Apostolicam referant, de quibus conqueruntur: & suadeat, vt si qui sunt, qui nouitates querant, illis non assentiant, quia periculum est in mora. Habebis mox alias literas Domini nostri, qui plenius de hac materia ad te scriberet: intelliges rei grauitatem, atque periculum. Bonum est etiā laborare apud Duces Bavarie Ludouicum, vt scribat Palatino Rheni, & Anguineo suo: nec se implicet conuentionibus eorum, qui contra Apostolicam Sedem aliquo modo moluntur: persuadendo sibi, quod multo facilius filij Principum promouebuntur per Sedem Apostolicam, quàm per Capitula, vel ordinarios. & hoc benè cura in auribus Principum collocare, quia veritas est. Dat. Romæ. viii. Calend. Decembris.

Querela Ecclesiastica ad Apostol. Sedem referenda.

Capita querelarum Germanice nationis in Sedem Apostolicam.

V. Excusatio, contra murmur grauaminis Germanicæ nationis. epist. 369. Aeneas, Cardinalis Senensis, Martino Meyer.

Aliquantulum durū esse existimamus, quod scribis, quere-las magnas fieri de Romana Curia, quasi nationem Germanicam multis incommodet modis. Quatuor capita tangis. Vnū est, quod decreta Constantinens. & Basiliens. Conciliorum, ac compactata nationis minime obseruentur: & quātis in hoc articulo contineri omnia videantur: tamen specificas, quod electiones Canonice facte non confirmantur: quod magna vis pecuniarum, ab his qui beneficia consequuntur, extorquetur, quod sub colore Indulgentiarū, & decimarum, varijsq. modis ex Alemānia pecunia exhauriantur: & deinde subiungis de gratia nostrā, quā obtinimus, de beneficijs in commendam habendis, quā insolitam esse assueras. Cogimur ad hæc nonnihil respondere. Et in primis quidem fatemur, quod scribis, inlytam efflicere nationem vestram olim fuisse florētē, & sui virtutibus Romanum imperium meruisse. Adijcimus

tamen & istud, excellentissimam Beati Petri Sedem, postquam ille martyrio coronatus est, semper Romæ fuisse, in qua, qui sederunt, Vicariatū Christi tenere, clauisque ligandi, atq. soluendi penes se habere, sive Græci, sive Itali, sive Germani, aut ex alia gente fuerent, nec unquam Regni celestis introire ianuam potuisse, qui Rom. Pontificū auctoritatem cōtumaciter contempserit: nec illi hodie gloriantur esse, qui auctoritate propria leges sibi constituunt, quibus pro suo libito Romane Sedis iustiones spernere possint. Hos enim Catholica veritas, nisi respuerint ante obitum, ignis æterni supplicio sine intermissione deputat. Fatemur insuper aliquāto in Romana Curia, quæ regunt homines, aliqua fieri, quæ digna essent emendatione: nec dubitamus, ipsos Romane Vrbi presules etiam, in quantum homines, in his quæ facti sunt, falli, errare, labi, ac decipi posse. Sed vt ad querelas tuas veniamus, dicimus tibi, dignum esse, vt compactata cum vestra natione seruentur: idq. semper predicauimus, & in futurū predicare nō omittimus. Siquidem nationi tue, à qua plurimū sumus honorati, nō minus, quàm nostræ afficimur. Vt enim, cum dicis, decreta Basiliens. Concilij non custodiri, idq. putas iniuriosum esse nationi: Indignam dicimus esse etiam querelam. Propter decreta enim Basiliens. Concilij, inter Sedem Apostolicam, & nationem vestram, distidium cepit: cum vos illa prorsus tenenda diceretis, Apostolica verò Sedes omnia rejiceret. Itaque fuit denique compositio facta, in qua nos Imperatorio nomine interfuimus. Ea certam legem dedit, deinceps inuolubilitèr obseruandam, per quam aliqua ex decretis Concilij prædicti recepta valentur, aliqua reiecta. Itaque non iustè agis, si per omnia seruanda esse decreta contendis. Sed venio ad electiones, quæ passim contemni referis. Hoc nos non inuenimus ita esse, vt assueueras. Nam postquam ex Alemānia hūc venimus, plures Ecclesie Cathedrales eiusdem nationis vacauerunt, in quibus vel postulationes, vel electiones, factæ fuerunt. De postulationibus nihil est, quod obijci possit. Nam ille ex gratia pendet, etiam vestro iure; liberumque est Pontifici maximo, eis admittere, vel rejicere. Electiones autem, si Canonice fuerint, compactatorum vigore confirmationem merentur, nec repelli possunt, nisi de vitiosi persona, Romanus Pontifex, de consilio Fratrum suorum Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalium, duxerit prouidendum. Sed neque hic est aliquid, quod merito reprehendi possit. De tempore dicimus, quo Romanam Curiam sequimur. Neque enim vlla electio hūc allata est, quæ ritè, & canonicè facta, & comperita sit. Nam Traiectensis electio, de qua magni rumores habiti sunt, in personam excommunicatam ceciderat; alie verò alios defectus habuere. Itaque vides, non esse, cur vestra natio circa electiones istam querelam habeat. Quod deinde subiungis, extorqueri multum auri ab his, qui dignitates, vel alia beneficia assequuntur, non est, cur de hac Sede conqueramini, sed potius de cupiditate, & ambitione vestrorum Hominum: qui currentes pro Episcopatibus, inuenientes competitores, his, quibus palatium patet, certatim pecunias offerunt. Illi verò, qui alloqui Pontificem possunt, non sunt omnes similes Angelis; sed quales etiam in Alemāniā, Galliaque multos reperias. Recipiunt enim, quod offerunt, nō extorquent. Romanus autem Presul in thalamo suo, nūc hos, nūc illos audit, & illos promouere solet, qui magis commendantur: nec scit, nec etiam arbitrat, pecuniæ causa hos, aut illos commendatione preferri. Nec sibi plus auri datur, quàm concordata permittant: nisi fortasse aliquando occasione expeditionis contra Turcos, aliquando super annatā recipit, quod sibi profectū nō fuit in tanta necessitate negandum. Habes ergo in hac parte responsum nostrum. De pecunijs indulgentiarum, miramur fieri querelam. Nā ille postquam collecta fuerat, profectū Romani Pontificis arbitrio, non alterius erant distribuenda. De decimis quoque credimus esse indignum, quod referis. Nam si alie nationes pro expeditione contra Turcos habenda, decimas exhibent: nō videmus cur etiam Teutones non debeant contribuere. Laudamus tamen in ea re, debitos adhiberi modos. Ceterum cum tota questio de pecuniā vertatur: dicimus hanc vetustissimam esse querelā, quæ nunquā auferrī potuit. Semper enim sunt homines pecuniarum auidi, & quodam modo insatiabiles, qui cū multa lucrari velint, exponere aliquid sacrilegium putant: nec vlla gens est, quæ equo animo ex regione sua asportari aurum ferat. Vngari Alemānos ea potissimum de causa detestantur, quod in Regno suo negotiantes multū auri asportant. Eadem querela est Polonorum, eadem Bohemorū.

Excusatio & propositio querelarum præteritarum.

Excusatio pecuniarum Ambitione quorundā in causa est.



In Alemania quoque quamplures gentes reperimus, quarum altera incusat alteram, quasi argenti sui extorricem, neque curie vestrorum Pontificum accusationibus carent. Pater itaque, longe, laetè, hoc genus querelarum. Verum, quia dicit Germaniam vestram, quondam ditissimam fuisse, nunc vero prorsus exhaustam, & omni are vacuam esse, nos contra sentimus, illudque audacter dicimus, nunquam Germaniam ditorem fuisse, quam hodie: nunquam ornatiorem, nunquam armis potentior, si vni SS. Domino nostro paruerit. Namque si legamus vetusta tempora, inuenimus, Germanos olim vita vixisse barbato, vestibus vfos laceris. Venationi tantum, & agrorum cultura dedisse operam; feroces quidem homines, & belli appetentes, sed argenti prorsus inopes, quibus quippe nec vini vsus erat. Ipsaque Germania intra mare, & Danubium, vrsusque, intra Rhenum, & Albim continebatur: nunc vero quantum transgressa suos limites sit, non ignoramus. Nam plus fere est, quod extra nati estis, in Gallia, Rhetia, Norica, Vindelico, atque in ipsa Scythia, seu Sarmatia, quam quod intus habuistis. Quid memorem nobilissimas vrbes vestras & splendidissimas, ditissimas templa, opulentissimos Principes, ac Prælatos: certe non videmus Prouinciam esse, quæ computatis omnibus, vestram superet. Quid si resurgeret aliquis illorum Theutonum, qui tempore Iulij Cæsaris vixit, ac Germaniam peragraret, vt Arrianius profecto diceret, non eam esse terram, quam olim viderat, negaretque suam esse patriam, cum vinearum, & arborum fructiferarum, constrictiones, vestitus huiusmodi, vrbani tatem ciuium, splendorem vrbium, tamque nitidam politiam apud vos contueretur. Verum hanc mutationem, quis fecit in vobis, nisi religio Christi, opera Pontif. Romanorum apud vos plantata? Cultus quippe Christiane Religionis à vobis barbariem omnem expulit, atque ita expoliuit, vt iam Graeci ipsi barbari, vos autem recti Latini appellari mereamini. Cultum autem salutaris Religionis, si verum fateri vultis, Roma vobis, & Apostolica Sedes dedit, quæ prædicatorum ad vos mittens, idolorum relinquere cultum, & verum Deum colere docuit. Plus est hoc Martini, quam aurum, & argentum: plus est, quod accepistis, quam quod datis. Itaque decet vos accepti beneficii memores esse, quod quidem cæcun est, vt nullo possit thesauri compensari. Transimus modo ad eam epistole tuæ partem, quæ nos concernit. Dicit nos, & alios plerisque S. Romane Ecclesie Card. insolitas apud vos reservationes habuisse, indeque multos exoriri rumores. Nos, & Metensem olim Cardinalem, & alios nonnullos similibus vfos gratijs compertum habemus, & ab illis litterarum nostrarum formam extraximus. Reprehendis, quod hæc litteræ cõpactatis aduersari videantur. Dicimus in eis nihil esse contra ea, quæ concordata vocantur: nisi forte illud recensatur, quod etiam Monasteria referuntur, in quibus electioni locus esse debet. Nos de hac parte abundè facisfacimus Domino nostro. Duo enim diximus, eius Beatitudini. Primum, quod nullius Monasterij electionem impedire vellemus. Alterum, quod nullum monasterium acceptatari effemus, contra voluntatem eius Principis, in cuius ditione situm esset: & ita procuratoribus nostris dedimus in mandatis. Quid si putas Collegiarum Præposituram electiones confirmandas esse, neque debuisse nos, earum reservationes acceptare: longe falleris. Nam concordata ipsæ, dignitates primas post Pontificales, & in Collegiis principales, Apostolice Sedis dispositioni permittunt: In alijs autem beneficijs inferioribus, habet ipsa Sedes suos menses. Quid si super huiusmodi beneficijs, ac dignitatibus reservationes obtinimus: accepimus à Summo Pontif. quod nobis concedere potuit, sine cuiuspiam iniuria. Sed arbitraris fortasse, beneficia, quæ in Germania sunt, Germanis potius committi debere, quam extraneis: neque nos alter sentimus. Sed cum nos iam annis supra 24. Germaniam incoluerimus, non reputamus extraneos nos debere existimari, cumq; Imperatori, ipsique nationi longo tempore, summa fide, magnis laboribus seruiuerimus; & nunc ad Cardinalatum recepti, ea curamus, quæ nationis ipsius honori, atque vtilitati cõducant: & ita prorsus agamus, vt natione Germani potius, quam Itali putemur, non iudicemus, tribus illis Prouincijs, Moguntina, Colonia, Treuerensi indignum videri, aut graue censei, si annua duo milia ducatorum in eis obtineremus, ex illis beneficijs, quæ Sedes Apostolica conferri habet. Putauissimus etiam maiora, in eadem natione, cui semper seruiuimus, spontè debere nobis offerri. Sed nos sumus non infatigabiles. Contentamur eo, quod pro debiti status conseruatione sufficiat. Nec plura circa hoc. Deniq; requiris, ad Summum

Germani olim quales.

Nunc à prijs immutata profus.

Aeneas se pro Germano reputat, & Germanis addictissimus.

faciendum sit, circa hanc partem, quæ nationem vestram, & Apostolicam Sedem concernit. Respondemus, iurum esse ad Principes Electores, Nuncios Apostolicum, Laurentium Rouarellam. Cui eo poteris super hac re plenius loqui, sibi que cuncta communicare: qui pro sua circumspicione, non ignorabit, qua via sit in talibus incidendum. Nobis tamen illud consilium videretur, quod Prelati, & Principes vestri, si qua in re grauamina sibi non digna inferri putant, Legatos suos ad Romanum Pontif. mittere non postponerent, & quæ sunt illa, in quibus grauarentur, exponerent, poterentq; debitam fieri reformationem. Nam Sedes ipsa pro sua iustitia mansuetudine, vestris vris, si qua ratione subnixæ essent, nunquam denegaret assensum. Nos autem & si parum valeamus, studia tamen nostra, semper in eo dirigemus, vt inclyte nationi Germanicæ, dum aqua postulauerit, mos geratur. Vale optime, & Archiepiscopo Moguntino, cui pro veteri notitia sumus affectissimi, effice nos commendatos. Roma, die 8. Augusti. Anno 1457.

Scipiferat ista breuiter Syluius Meyero; tamen is, siue quod literas nō dum accepisset, siue breui epistolo nō sibi satisfactum esse existimaret, Syluius obstreperere voluit: & post congratulationem dignitatis delata, stylum intorfititilque, & alia grauamina refricauit, datis Hasthaffenburge literis, pridie Calend. Septemb. Domino meo Archiepiscopo Moguntino, ait, frequenter asseruntur de Rom. Pontifice querela, qui neq; Constantiensis, neq; Basleensis decreta Concilij custodit, neq; se pacationibus antecessoris sui teneri arbitrat: nationemq; nostram contemnere, & prorsus exhaustare videtur. Constat enim, electiones Prælatorū passim reici: beneficia, dignitatesq; cuiusuis qualitatis, & Cardinalibus, & Protobonarijs referuari. Et tu quidem ad tres Prouincias Theutonici nominis, sub ea formula, reservationem impetrauisti, quæ hactenus insolita est, & mandata. Expectamus etiam gratiæ sine numero conceduntur. Annata, siue medijs fructus, absq; vlla dilatione temporis exiguntur: & plus etiam, quam debeatur extorqueri, palam est. Ecclesiarum regimina, non magis merenti, sed plus offerenti committuntur. Ad corradendas pecunias nouè indulgentiæ indies conceduntur. Decimarum exactiones inconuulsis Prælati nostris Turcorum causa fieri iubentur. Causæ, quæ tractanda, terminandaq; in partibus fuerant, ad Apostolicum tribunal indifferetè trahuntur. Exogitantur mille modi, quibus Romana Sedes aurum ex nobis, tanquæ ex barbaris, subtili extrahat ingenio: ob quas res, natio nostra, quondam inclyta, quæ sua virtute, suoq; sanguine Romanum vesanie principis igne cremauit, Domina, ac Regina, nunc ad inopiam redacta, ancilla, & tributaria facta est, & in squallore iacens, suam fortunam, suam pauperiè, multos iam annos meret. Nunc vero quasi ex somno excitata, Optimates nostri, quibus remedijs huic calamitati, obuiam pergant, cogitare caperunt, iugumq; prorsus excutere, & se in pristinam vendicare libertatem deciderunt. Erit hac non parua iactura Romana Curia, si q; cogitant Germani Principes effecerint. Ita cum accepisset Aeneas, videretque inimicos S. Romane Sedis, ad perniciem humani generis natos, execrando schismati in Germania via sternere, adeoq; secessionem meditari, pro epistola; apologiam veluti scripsit, eamq; titulo, de ritu, situ, moribus, & conditione Germaniæ insignitam, Antonio tituli S. Christophoni S. R. E. preb. Cardinali, Episcopo Nerolensi inscripsit. Eam, quod abundè refellat pertensas criminationes Germanicas, multaq; hoc anno gesta, ac præterea plurima scitu necessaria in re proposita complectatur, ad scribendam putauit hoc loco; quamquam anno subsequente scripta fuerit.

VI. Aeneas, diuina miseratione SS. Romane Ecclesie, et S. Sabine presb. Card. ac Senensis Episc. præstabilis viro, Domino Martino Meyr, Iuris interpreti, & amico suo charissimo. S. P. D.

Que de rumoribus aduersus Curiam Roman. excitatis scribis, ea mihi non leni pede transeunda esse existimaui. Afferis Germanos tuos grauissimè ferre, neq; Constantiensis, neq; Basleensis Concilij decreta seruari: nec pacationibus cum natione tua percussis, locum esse: sed mille modis, & quidem exquisitis à vobis aurum corradit: quibus excussis, nationem ipsam, quæ quondam florentissima fuit, longe, lateque imperans, ad Summum

IX.

Querelarum præteritarum ex Meyero narratio.

X.

Illarum resutatio ab Eneâ Sylui. S. R. E. Card. facta.

inopiam redactam esse contendis: vt iam ancilla, & quidem vltissima videatur. Sed cogitare tam primores tue gentis, quam sibi viâ, quibus artibus melius rei sua consulat: quod futurum sine damno Romana Curia non arbitraris; & sicut in calce litterarum tuarum affirmare videris, non tam reipublicæ, quam nostri causâ, hæc tibi molesta sunt. Nos contra nihil mouemur ob priuata vitia. Experti pauperem sumus, nec tam miserii fuimus antè Cardinalatum, quam modo nos esse sentimus; nec recusamus ad priora reuerti. Quæritior est pauperis, quam diuitis domus, & in sacro securus, quam in ostro dormitur. Sed angimur reipublicæ causâ, & communem deploramus calamitatem: quoniam ad hæc tempora ventum est, in quibus bonum malum, & malum, bonum esse dicitur; nec veritas defenditur, nec admittitur, vt futurum prædixit Apostolus de sana doctrinâ. Post fabulas incedunt homines, & magistros sequuntur, vrbibus priuantes; quibus & te frater amantissime auscultare dolemus. Nec dubitamus te perditum iri, nisi è scholâ erroris, & officina veneni retrahas pedem. Nos autem pro charitate, quæ tibi astringimur, respondendum huic tue significationi: nec verebimur, errantem corrigere, ne cogamur perentem flere. Age igitur, audi, quæ dicimus, & patulis auribus veritatem admite. Nam grauamina ipsa quibus Teutoniam opprimi dicis, ostendemus vel nulla esse, vel longè miuora, quam putas. eximè Germanicam nationem haudquaquam inopem esse, vt tua contendit epistola, sed diuitem, sed forentem, sed bonis omnibus abundantem ostendemus. Quid si quid detrimenti perpesa est, nihil imputandum esse Apostolicæ sedi, manifestè appare decemibus, cum gloria Germanorū, ipsaque vestri populi salus, ex Romano solio defluerit. Postremò de remedio ipso breuiter disputabimus, ostendentes, omnia ad Romanæ sedis examen referenda fore, si qua sunt, quæ ab ea nimis grauter imposita onera videantur. Et primum quidem articulum, in quo grauamina deducuntur, in tres alios subdiuidimus. Nam & Constantiensis decreta Concilij viltendi, & Basleensia contemni, & concordiam cū natione habitam, violari vociferas. De Synodo Constantiensis primum agamus.

Meyeri status.

Magna illa, & memorabilis fuit, quæ Ioannem, Gregorium, & Benedictum de Summo Pontifice contententes, ab Ecclesia gubernatione abdicauit: schisma permittitissimum, quod annis vno, & quadraginta, Christianas atrinuerat plebes, radicibus extirpauit: Martino Quinto ex nobili Columenensi Prolesia genito, concordibus Patrum votis, Vices Iesu Christi commisit. Ioannem, & Hieronymum Hussitarum vesanie principes igne cremauit; multaq; alia peregit, & illi atari, & nostre vtilia. Quas ob res minime laudandi illi Pontifices fuerint, qui constituta tam venerandi Conuentus temerè violauerint. Audiendus potius, atq; imitandus Cuius Gregorius fuerit, qui constituit Concilia, veluti quatuor Euangelia suscipere, venerarique proficitur. Commendandi sunt & alij Romane vrbs Præfules, qui Generalium præcepta Synodorum, quasi diuina oracula, & admirati sunt, & profecuti. Nec nos cum Aristoteli probaremus, qui Constantiensis Concilio sese opponeret. Sed ais tu mihi, hoc est, quod stomachor. Nam, neq; qui dormierint etate nostra, Romane vrbs Pontifices, nec qui modo seder Calixtus III. illius celeberrime Synodi constitutionibus paruerunt. Ad cū plura staturunt eius Concilij Patres, necimus, an omnia violata esse decreta contendis, an aliqua. Si omnia iniurius es, & procul à veritate recedis. Nam quæ in Bohemos hereticos constituta seruatur, nemo vniquam Romanus Pontifex violauit: & sunt alia quæ in plura, quæ Romana Sedes omni tempore venerata est. Sin aliquibus derogatum decretis arbitrabere, decebat te illa nominatim referre, vt sciremus, quid est, quod reprehendis. Sed vteris non parua cautione, siue vilius loquamur, fraude. Maximum crimen, horrendum facinus obijcis. Spretum esse Concilium Constantiensis, at: quod, qui audiunt, velut inexpiabile nefas abominantur. Quid si dixisses, illi contrarium est Constitutioni; minus apparebat esse delictum: quemadmodum fornicatorem, non tam horrent Christianæ aures, quam diuini Euangelij contemptorem. Volebas, quam maximum crimen poteris, opponere, sed non habes, quo te iuues argumentum: nisi Constitutum Synodalibus eam vim iudicauerit esse tradendam, quæ diuinis mandatis inest: quorū si vnum quispian violauerit factus est; re se Domino, omnium reus. Et hæc quidem æterna sunt, illa tempus absumit. Et quamquam supra dixerimus nonnullos Christi Vicarios generalium statuta Conciliorum perinde, ac Euangelia ve-

Cur quidam Synodos expectant.

Legis humani variabilis.

Adversus autē Turcorum impiam gentē, qua praeberit Vngaris auxilia summi Praefulis Calixti nostri, sine providentia, sine felicitate, non ignoras. qui torpentibus, ac fere dormientibus, tam aliarum, quam tuae nationis Principibus, solus super grege Dominico vigilavit. solus in se belli pondus accepit. solus tueri armis, Christianam religionem aggressus est. Nam missis in diversas provincias Legatis, ac praedicatoribus, exercitum, non ex Principibus ac magnatibus, sed ex nobilibus, ac potentibus, sed ex humilibus, & pauperibus plebe, fidelibus tamen, & audacibus comparavit. Profectus est in Vngariam Calixti miles, atq; navigato Danubio, Drauo, Sauto, superatis, apud Albam Graecam, cui quondam Thaurino fuit nomen, Belgradum Itali vocant, superioris Mysiae civitatem, Turcorum ingentes copias, spiritualibus potius, quam materialibus armis prosilavit, fudit, fugavitq; praclarissimamq; illam, & iam toto orbe vulgata victoriam peperit; qua praecipue Turcorum viros occidere, tumidusque ille, atque inflatus opinione sui, tantaeque militiae superbissimus Mahometus eius gentis Imperator, non fugere tantum didicit, sed salutem quoque sibi, & suis desperare coactus est. Nam qui sibi Vngariae, Germaniam, Galliam, atque omnē Italiam cōculcare, ac protelere se posse persuadebat, & modoliteris, modo Nūcijs, vincula, verbera, necesse Christianis omnibus minabatur, iam Graeciam ipsam, si Christiani victoriam prosequantur, retinere posse diffidit: neque vniquā illi eius cladis meminit, quin barbam manu demulcens, obortus lacrymis illi diei maledicatur, quā pugna adversus Christi Crucem, cum Calixti militibus inuit. Nolumus singula narrare, qua clavis Apostolica Duce Legato Apostolico Cardinali, & in Asia, & in ipsis Orientalibus oris peregrit: cuius armis, non modo quae resabant sui nominis Christi, ano fideles insula conseruatae sunt, veluti Chios, Mithilene, Rhodos, Cyprusque & aliae quamplurimae; sed etiam non paucae iam pridē perditae recuperatae, ad obedientiam Sedis Apost. rediere. Praeterea captas Hostiū naves, & cades in eis saepe numerō factas. Omittimus, quae data sunt Albanis auxilia. Neque enim fortissimus Christi athleta, & indefessus religionis nostrae propugnator Schanderberchus, eam stragem in Turcos edidisset: (cuius te famam audisse credimus) nam supra XXX. M. Turcorum, ab eo, seu caesa, seu capta feruntur; nisi pecunijs Calixti fuisset adiutus. Silenus de Bosnensibus, atque caeteris Graecis, Turcorum bello laborantibus, quibus in dies sunt subuentiones. Neque enim diuina Calixti providentia Christianis vsquam defuit, suam opem implorantibus. Fecit idem candidissima Nicolai anima, quamuis eo sedente, Constantinopolis à barbaris expugnata sit, quod non Pōrtificis in gligentia, sed Graecorum perfidia ascribendum est: quoque impietatem diuina vltio, priuatione Imperij, & seruitute punire voluit. Tenes iam mente, manu tangis, quam laudabilia sint Calixti opera, & quantum vnus Romanus Pontifex, profuerit Ecclesiae solers curia, plane cognoscis. Incertum est, an ea per Concilium geri potuerint: in quo tot solent esse sententiae, quot capita: nec facile multitudinem voluntatis vnus inuenies. Periculū erat, ne dum Patres in Synodo verba trinsissent, strictus in viscera nostra Turcorum gladius penetrasset. Vidimus etiam tempestate nostrā, dum Concilia sedebant, Oratores Principum, qui ad ea conuenerant, non qua Iesu Christi, sed qua sua essent, imprimis querere. Et in Basileensi quidem, nulla maior cura, nulla diligentia potior, nulla disputatio contentiosior, quam de Sedibus Legatorum fuit: cum Reges inter se, alter, alterum praedecere conarentur: nec Princeps, Principi, nec populus, populo cederet. Neque ista commemoramus, vt Generalibus Concilijs derogemus, quorū est auctoritas sacra, & in secula veneranda potestas: sed consentimus Apostolicae sententiae, quae post Basileensem cōuentum, in hac vsq; diem antiquius esse iudicauit. Generalibus abstinere conuentibus. Huius iudicio cum par sit Christianis omnes accoquiescere, potissime tamen nationi tuae silentium competit, quae nostrā atate duobus decorata Concilijs referre gratias pro susceptis honoribus potius debuit, quam noui Concilij celebrationem expectere. Nam si adhuc decurrendum sit: cum alteri nationi Synodus generalis debeatur, in eo forsate loco Patres conueniant, ex quo Germani tui, plus molestiae, quam commodi referent. Itaque non est, cur tantoperē Constantinensis statuta Concilij in medium afferas: si hac tua querela, decretum illud, quod appellatur, Frequēs, postergatum, aut reiectum accusas.

Sed nec decimas, aduersus ordinationem Concilij, tuae nationi impositas, merito calumniaberis. Nam cum causa impositionis

Christiani

abundē suppentur, pro tuenda Religione Christianā, quam Turci perdere adituntur: Germanis, iubente Calixto, nulla super decimis illata est molestia. At qui Colonienfis exquefor irritasse fertur, non Apostolicus, sed Apostolici Legati, cui Gallia commissa est, nuncijs fuit, qui omnem cis Rhenum Prouinciam suam esse arbitrabatur.

Adiungis in accusatione tua, Constitutiones Synodales Basileenses irritas in Romana Curia esse: idq; maximē putas iniuriosum esse. Eā in parte tu magis iniurius es, qui litem iam, sopitam renouare conaris, & altis tectum cineribus, suscitans ignem. Quod vt palam ostendamus, repetendum est ipsius Concilij initium: progressus, & finis, quā breuissimē exponendus. Sic enim, & quantā insti illius Concilij decretis auctoritas, & an recte illis fuerit obuiatum, planē cognosces.

Origo Basileensis Concilij, ex Cōstantiensis Synodo, de qua paulo ante sermo est habitus, prodijt, ibi enim inter caetera illud quoq; statutum fuit, vt post finem eius Concilij, aliud apud Ticinum, in suburbia vrbem, quae nunc Papiam vocatur, intra quinquennium congeretur. Quo peracto, rursus aliud post septennium in Gallijs ageretur. Conuenere apud Papiam Patres. Sed cum praesertim illic aere offendissent, ex Martini V. decreto, in Ferruriam migrauerunt, Senijs, Cōuentus est habitus, in quo locū pro Concilio in septennio celebrando apud Basileensem designauerunt Vrbem Rheno adiacentem situ Gallicam, more, & sermone Germanicam. Cum aduenisset dicta dies, comparuere nuncijs Iuliani Cardinalis S. Angeli, Apostolicae Sedis Legati, Summi, & praesertissimi viri, cui praesidentia Concilij, & à Martino quondam, & ab Eugenio IV. demandata fuerat. Inchoata est Synodus, paucis ab initio conuentibus: sed mox ab Eugenio insti sunt, qui aduenerant, vt inde abeuntes, Bononiam peterent, ibiq; Concilium celebrarent. Nō paruere Patres, orta est dissensio, scilicet Ecclesiae, totaq; cōcessa Christianitas. Pars fidelium, verum est in Basilea Concilium crediti, pars Eugenio parendum esse existimauit. Nec Cardinales inter se fuerunt vnanimis, quorum nonnulli à latere Eugenij abeuntes, Basileam se contulerunt. Eugenius anathema in eos, qui resistere praesumpserant, indignato animo promulgauit. Illi, vt intra praestitutum quoddam tempus dissolutionem praecipiam reuocaret, Concilioque adhaerere, admonere: graues in eum penas comminanti, nisi pareret. Mansit itaque diuisio Ecclesiae tetra, atque horribilis. Erechum altare, strit contra altare: Crux contra Crucem eleuata: donec Sigismundus Imperator Romā reuersus pacem composuit, non tam veram, quam necessariam. Inde misit Eugenius, qui Concilio praesiderent, vna cum Iuliano Legato, Patres celeberrimi nominis, inter quos Nicolaus S. Crucis Cardinalis primum tenuit locum, vir non minus sanctimoniam vita, quam rerum maximam experientia, doctrināq; multā memorabilis. Sed licet hoc loco illud Poeticum inserere: Temporis exigui mansi concordia discors. Nam cum de trahendis ad vniōnem Catholicam Graecis tractare cepisset, effectusque illorum causa Concilium transferendum, diuisi inter se Patres, alij apud Gallias, Auinionem vrbem pro loco futuri Conuentus elegerunt, alij apud Italiam Cuiusatem Florentinam, Graecis, qui vocabantur proculdubio magis accommodati: vel alium in Italia locum, in quo haberi possent, quae ad vrbem Graecorum necessaria putabantur. Hi quamuis essent pauciores, plus tamen equitatis praeserebant, isque Pontifex Maximus Eugenius consentit, & auri LXX. M. nummum, quae habenda esse vtrique putabant, exposuit. Vocati sunt Graeci ad vtrumque locum, misse triremes, quibus veherentur, oblata in sumptus pecunia. Risit Oriens Latinorum insaniam, qui inter se dissentientes, aliorū vniōnem perquirerent. Graeci tamen Ferruriam ad Eugenium venere, deinde Florentiam diuisi in celebri Synodo veteri fermentum expurgauerunt, Symbolum fidei de processione Spiritus Sancti concordibus animis cum Latinā Ecclesia decantantes: quamuis paulo postea relapsi, ita se gesserunt, vt Turcorum prada, sicut ante relatum est, fieri mererentur. Inter haec rebelles Eugenio Basileae manserunt: atque, spretis Pontificis iussombus, atque censuris, nunc hoc, nunc illud decretum edidere: addeque contumacibus hinc atq; inde animis certatum est, vt Eugenius illos tamquā Schismaticos, ab Ecclesiastico resecatos corpore, sua sententia declarauerit. Illi verd Eugenio Summum Pontificatum interdicentes, Amedeum Sabaudia Ducem ei succederunt, Felicem Quintum appellantes, magnum quidem & sapientem Principem, & nisi hoc vno errore excidisset, perpetuā dignum, & memorabili laude. Horruerunt

Christiani

Basileensis Concilij origo, progressus, finis, & auctoritas. Patres Latini de loco Concilij dissentium.

Christiani, & Orthodoxi Reges, bicipitem Ecclesiam, & quantum Constantiensis Patres, qui scissam Ecclesiam resarcierant, commendabant, tantum Basileenses, qui vnitam prospicerent, vituperabant. Ob quam rem Gallia quidem atque Hispania, Italia quoque, Vngaria, & Anglia Eugenium sequebantur: Sabaudia, Suiuentis, Basileenses, Argentenses, ac ex Saxoniā Cambricenses simulque de Ducibus Bauariae Albertus Monaci, Felici obbedebat. Rex Aragonum, & Siciliae Alphonsus, Polonique, & Britones, nec Eugenio, nec Felici, sed Concilio Basileensium auscultabant. Germania, neutralitatem quandam induit, diuque postea nullius partis mandata suscipiens, suorum Episcoporum regimen, monstriferam Ecclesiam, suamque nationem acephalam reddidit. Multi post haec in Germani: Conuentus habitus sunt: sed perducta est haec res, ad vltimum annum Eugenij: quo iam in lecto aegritudinis constituto, nos ad eum venimus ab Imperatore Friderico transfugisse, & nationis Germanicae nomine, neutralitatem abdicauimus, obtentisque nonnullis litteris, quibus desiderio Germanorum satisfere, obedientiam Romano Pontifici restitimus. Collega nostris in hac re fuit Procopius, cui de Lapide Coruino cognomen est, nobilis eques Bohemus, & nunc Regni sui Cancellarius, Ioannes Lysura Iureconsultissimus, Moguntini Archiepiscopi, Fridericus Sefelmannus, nunc Lubicensis Episcopus Marchionis Brandenburgensis. Alij aliorum Principum vices in ea re gesserunt. Sed obiit Eugenius priusquam nos Romā excederemus, eique Nicolaus Quintus successit, in doctrina Theologica illustris, qui Legatum in Germaniam misit, Ioannem S. Angeli Cardinalem, nobili loco apud Hispanos natum, scientia iuris, & medicina virum singularem, ad quem cum Friderico Casare manentem Legati ex omni ferme Germania properauerunt. Disceptatum est, quouam pacto Pontifici Nicolaus parandus esset. Erant, qui decreta Basileensis Concilij omnia suscipienda contenderent, illique saluis Papa obediendum. Contra Legatus Apostolicus, eius Concilij, quod Romana Ecclesia resisset legibus, nullam inesse vim aiebat. Alij, quibus sententia placebat, verum Basileae Concilium aliquando fuisse, affirmabant, cuiusque temporis Constitutiones haudquaquam reuocandas esse putabant. Postremo, eo modo concordiae locus fuit, vt sententia quorundam decretorum Basileensis Concilij reciperetur, reliqua verd eius statuta, reiecta viderentur. Quibus ex rebz in relictis, re non iuste agere, si quacuque Conuentus ille decreuit, his pondus inesse putat. Nec stare potest accusatio tua, qui violari decreta indifensē contendis, quasi passim omnia contaminentur. Neque enim Romana Sedes alias Constitutiones seruare tenetur, quam quae recepta videntur.

Sed pergis vterius, ac concordiae formulam attingens, decretum super electionibus in Basilea promulgatum, quamuis receptū esse in conuentibus viderat, in hisq; reuocatis, in excoffabili Romano Pontifice arbitraris, & profus inuisum, qui cunctis electionibus aduersatur: nec tolerabile hoc tui gēri existimas; nec tibi responderi posse in hac parte confidis. Sed falleris haud modicē nostro iudicio, quemadmodum luce clarus tibi ostendimus. Nam formula concordiae, quae respicit electiones, non hunc sensum habet. Illas enim in Ecclesijs Cathedralibus, ac monasterijs, expectari iubet per tempora, quae sunt à iure statuta, easque si Canonice fuerint, confirmari, nisi Romanus Pontifex, de persona magis idonea, quam sit electus, vacanti Ecclesiae, de consilio Fratrum suorum, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, duxerit prouidendum. In dignitatibus autem, quae vel prime sunt post Pontificales, vel in Collegiatis Ecclesijs principales, libera dimittitur Romano Praefuli prouidendi potestas: nam eius dispensationi reseruantur. Postulationes verd in iuris communis dispositione remanserunt. De postulationibus igitur non habes, quod reprehendas: cum ille veteri iure, ex gratia pendeat. De dignitatibus quoque, vel Principibus in Collegiatis, vel Cathedralibus Ecclesijs, post Pontificalem maioribus minus est quod accusare posses: cum ex concordia capitibus in his libera dispositio ad Papā pertinet, ac ex pacto datum est Apostolicae Sedis, quod erat prius diuino, atq; humano iure permissum. Restat ergo de Pontificalibus Ecclesijs, seu Monasterijs differendum: quo in loco pariter, pugna vincendus vis. Nam si numeres, quot vacarint post initum concordiam in Germania Cathedralibus Ecclesijs, per paucos profecto inuenies, quae nō his commissa sunt, quos Capitula, vel postulauerint, vel elegerunt: idq; de Monasterijs dicimus, quae raro alios habuere praelatos, quā quos petiere Cōuentus. Sed et Nicolaus Quinto vacauit

Christiani

Salt-burgensis Ecclesia, olim Innamentensis, alias melius forte Arnimensis appellata: Item Magdeburgensis, quae Virginopolis dici potest, vtraque Metropolitana, vtraque insignis, altera inter Bauarios, altera inter Saxones, opibus, & auctoritate memorabiles: vtraque enim credita est huic, quem petiere Canonici in Patruensi Ecclesia, ad consules Innum, & Danubium sita, quamuis Vlrico Nustorfio nobili, & praesanti viro eius confirmatio diū denegata fuit; nam Fridericus Imper. non sine magna causa, alium Episcopum expetebat: ad extremum tamen electioni delatum est. Elegerunt Bistenses in Norico constituti, Ioannē Arch. excellentem Iuris interpretem, ac singulari prudentia virum: Laudauit Apostolica Sedes Capituli desiderij, electiq; cupido admitti. In Ecclesia Sancti Corbiani in monte Freysingens, cuius radices fluuius lambit Isera, cui quondam praesuit Otto non aspernandus historicus, ducum Casarum, Cōralsi secunli, ac Friderici primi, alterius frater, alterius patruus, cum Canonici ad electionem inuēti, vultu inspirati diuinitus, in Ioannē Monacensem Plebanū, venerabile senem consensissent, non solum exasiditi sunt ab Apostolico throno, sed vltro etiā laudibus cumulati sunt, quod vetustam, & Sanctam Ecclesiam, incorrupto, & etate prorepto patri committentā putauerunt. Nec in Basilea ipsa Concilij, & anti Concilij matre denegata est electio assensus. Quid Lubicensem, & Slesuicentem commemoremus Ecclesias Ambas obtinuerunt electi. Olomucensis Ecclesia Moraorum mater, bis Nicolaus sedente vacauit, bis eis credita est quos petiere Canonici. Curienfis autem iurisco Cōstantiensis Episcopo commendata est, quoniam nec electio ista canonice celebrata fuit, nec consilium erat eo tempore, Episcopi illi Ecclesiae dare, quem montani homines impotentem cōtempserunt. Insuper, quamuis Moguntina Metropolis Curia est, ad Italiam tamen pertinere videntur, cum homines terre illius nostri temporis Sermone Italico Curienfis appellentur, nec olim Germanicis, Cures fuerint, in Lepontijs constituti, non procul ab ortu Rheni. At nos ter Calixtus quamquam Germanico nomini querelam dimitteret cassata commenda, Ecclesiam tamen illi commisit, quem Clerus, populusque petiuit. In Brixionensi Ecclesia, cum fuit electio, vi quadam, & arte non probabili celebrata, placuit Nicolaus, praesantissimum virum Nicolaum Casanum, tituli S. Petri Cardinalem, cuius est nomen celebre, & virtus nomine maior ad eam prouehere. Eius id regimen est, ea subditorum cura, & bene agendi studium, vt nemini dubium sit, Romanum Praesulem longe melius promidisse, quam Canonicos elegisse. Sed Calixto verd, qui nunc diuino munere sedet, Pontificem amittit Ecclesiam Treuerensē prope Mosellam posita, vetus illa, & venerabilis Sedes, cuius plebem viuente Beato Petro Apostolorum Principe, qui Rusticum, & Eleutherium misit, salutaris Christi religionem recepisse commemorant: vrbem verd ab Artaba conditam inuenit, Nini, & Semiramis filio trecentis, & mille annis, antequam Romana iaceretur fundamētum: cui praesidet, inter Electores Imperij, honoratissimo loco sedet, & Archicancellarius Imperij per Gallias, & Regnum Aralatense vocatur: postulauerunt Canonici ad eam Ecclesiam, Ioannem Marchionem Badenensem, cuius status defectum, singularis virtus suppleuit, & maiorum suorum in augeus ornauerunt. Nam filia Badensis, claris illustrata titulis, nullum vniquam non egregie sapientem virum produxit. Annuit votis Capituli Romanus Praeful: quamuis Philippus Burgundorum Princeps potentissimus, ac de Romana Ecclesia optime meritus, alium ex domo Bauariae in illa Ecclesia peteret, suis circumdata dominijs Pontificem. Quin agē referamus etiam Heribipolensem flumini Marno adiacentem, cuius Episcopus pro veteri more, cum rem diuinam facit, stola indutus, euaginaturn nudum gladium sub altari collocat: qui etiam Franconia nobilis gentis, & Prouinciae Franconum atrijs Dux appellatur. Haec prima Ecclesia est, quae sub Calixto nostro apud Germanos vacauit: nec alium praesulem sortita est, quam quem sibi ipsa elegit: qui si quid iam molitur in Romanam Ecclesiam, indignas agit gratias, suasque duo Calixto primitus fedat, atque funestat. Ad Oderam flumini, quem plerique Germaniae, Sarmaticaeque terminum esse voluerunt, insignis Ecclesia VVratilauensis iacet, Silesitarum mater, ac Regina. Haec locundum Iudocum ex primaria Bohemorum familia natum, quem de Rosis appellant, & ab illustri gente Romanorum Vrsinorum originem ducere putant, placidis moribus, singulari prudentia, & nobilitate praclarum postulauit:

Christiani

Basileensium progressus. Concilij Basileensis aliqua recepta, alia abrogata. Curia ad Italiam videtur pertinere. Laudatur Ecclesia Treuerens. & Domus Marchionum Badenensium, & Dux Burgundiae.



cuus Pater Viricus, quamvis Hufitarum exercitibus vndique  
premeretur, numquam tamen induci potuit, vt illorum vesania cõ-  
fentiret, aut genua sua flecteret, ante Baal, cuius locũ Ioh. Roche-  
zana & tenuit, & tenet hereticorũ ductor, & Princeps. Laudatur  
Calixtus consiliũ capituli, & Iodoco commisit Ecclesiam. Et  
quoniam Episcopatus ille, quem prisci aureum vocauerũ, cuius Ca-  
nonici cucullis in modum Cardinalũ rubris vtuntur, ad inopiam  
hodie deductus est, assiduis Hufitarũ pralijs laceffit, eius pecunie,  
que Apostolica Camera debebatur, liberali animo mediam partẽ  
remisit Olomutensibus Ecclesia, que vt diximus, duos à Nicolao Põ-  
tificis habuit, mortuo Bõfo, qui Ioãni successerat, sub Calixto va-  
cans, Prothasio nobili adolecenti, & litteris apprime erudito, quẽ  
Canonici petierunt, cõmissa est. Nã quãuis pater eius olim Ecclesiã  
psequeretur, Hufitarũ labe infectus, predicante tamẽ in Morauia  
Ioanne Capistrano, Summi nominis Theologo, cũ omni familia sua  
heresim abierat, ex persecutore religionis tutor effectus. Craco-  
uia, quamvis Polonici iuris est, trans istulam condita fluium in  
solo Sarmatico, cum tamen Presulem obtinuit, quem Canonici e-  
legerunt, virum non minus doctrinã, quã amate plenum dignum  
quidem, qui vrbe regat literarum studijs ornata, & qui succes-  
serit S. R. Ecclesie Cardinali Sbigno, optimo, & doctissimo patri,  
quo cũ nobis singularis amicitia fuit, quamvis alter, alterũ nõquã  
viderit, sed paria literarũ studia nos vixere, & epistolariũ fre-  
quentes missiones amorẽ retinere, itã vt etiã mortui dulcissima  
nobis memoria maneat. De Varmienis Ecclesia, liber hoc loco nos  
ipso in mediũ exempli causa adducere. Ecclesia Varmienis diues  
quondam, atq; insignis vltra Vistulam fluium, ad Septentrionẽ  
vergens, vicina Masouitũ, in agro, quem Gothi primum tenuere,  
cum ex insula Scandinauia, in continentem descendissent, in mon-  
ticulo collocata est, mari vicino, quod Rigense vocat. Est enim finus  
longus, in quo dulces aque saluinem vincunt. Franciscus ei  
Pontifex presedit, vir nobilis & virtute prestans; qui cũ in eo  
bello quod Ciuitates superioribus annis aduersus Religionem  
Theutonorum gessere, popularem infolentiam ferre non pos-  
set, apud VVratislauiam exulans, nonagenarius hoc anno,  
mortali vita excessit. Canonici, qui & ipsi patrem secuti in  
exilium ierant, apud Glogoniam maiorem conuenientes, in nos  
vota sua direxere, missisque Procuratoribus, eam nobis Eccle-  
siam commendari postulauerũ: atque in hunc modum Calixtus,  
qui Capitularium desiderijs cupide annuit, eum nobis Episco-  
patum commisit. In quo consequendo, si quis nos impediret, non A-  
postolica maiestas, sed ille obuia postulationibus ibit. Omitterimus  
Ecclesiam Riganam in ipsi Liouonia finibus consistentem; quam  
etiam suo electo Calixtus tradidit, quamvis ad Barcam, & Ori-  
entem Solem, Christianarum Ecclesiarum vltima recesserit: nec  
Theutonici, nec Germanici iuris dicenda. In monasterio verò Vã-  
dalica ciuitate, non est, quod vota Canoniorum despecta quaer-  
aris. Nam & postulatio, vt ante diximus, ex gratia pendet, liberaq;  
Pontifici potestas est, eam vel admittere, vel rejicere. Preter-  
ea postulatus Osabrurgensis Ecclesie oblatus erat, quem trans-  
ferre non erat facile: cum migrationem Episcoporum, Sacri Ca-  
nones admodum detestentur: & insuper, nobili viro, nobilitor est  
prelatus, Ioannes ex Bauarica stirpe natus, qua nulla est apud  
Germanos illustrior. Sed iam ad Traiectensem Ecclesiam illam  
prepotentem veniendum est: quam quidam Phrisiorum, quidam  
Bathauorum solo fundatam aiunt, Rheni fluentis vndique cir-  
cumdato. Quærela est, & in hac electione non esse delatum. Nã si  
qua electio apud Germanos magnificenda est, ea Traiectensũ fue-  
rit, quam non Ecclesie Cathedralis tantum, sed Collegiarũ etiã  
totius vrbs Canonici celebrant: & in electum, qui reiectus est, su-  
pra quam quingenta cõsenserũ. Vero simile est, mirari omnes, & Ro-  
manũ calamitari Põtificẽ, qui hæc audiuit, nihil vltra intelligen-  
tes. At qui totũ norunt, dignũ laude Calixtũ censent, qui electioni  
cõtrarius fuit. Age, audi: & si potes, Traiectensẽ defendito. Tria sũt,  
que illis obstitere. In primis electio per preces, munerãq; fuerat ex-  
ortata, & illi, qui elegerat, ex cõmunications vinculo erat inmoda-  
ti: electus quoq; ea perpetrasse docebatur, quibus irregularitatem  
incurerat. Fuit itaque necessarium in eos vri rigore, qui censu-  
ras Ecclesie contempsissent. Expedit enim, vt qui sententiam Pon-  
tificis dum fertur, parvipendit, aliquandũ vim eius sentiat: & cũ  
secutum se esse cõfidit, tunc potissimum vrgeatur. Sic enim fiet, vt  
non tam leui animo anathema contemnatur. Adde quod Traie-  
ctensẽ ipsi, etate nostra, vno adhuc Martino Quinto, Episcopum

sũ Canonice electum, & cõfirmatum cum admississent, postea le-  
uibus offensionculis ex vrbe populerunt, nec iusti reuocare, parue-  
runt: sed omnes Ecclesie minas, ac censuras spernentes, septem an-  
nis Romane Ecclesie, & vniuersali Concilio rebellauerũ: in exilio  
vitam finire cogentes, nec VVabramum illustri Morfariensium  
familia genitum, Colonienfis Archiepiscopi fratrem, quem Cano-  
nici in quibus ius eligendi remanserat, concorditer expetuerant,  
in vrbe aliquandũ venire perpeffi sunt, sed armis eum repulere.  
Quid mirum igitur, si eorum electus rejicitur, non rite voca-  
tus, quos canonici vidimus electionibus aduersari, & contumaci  
rebellionẽ obistere. Traiectensẽ insuper, numquam Basileensis  
Concilij decreta susceperunt, neque pactionibus contineri volue-  
runt, quas Germani cum Pontifice Nicolao sanxerunt: vt qui se-  
orsũm cũ Sede Apostolica iam pridem conuissent. Quapropter  
non est, cur Traiectensẽ Ecclesie negotium Germanica natio ad  
concordiam suam trahat, qua sup̄te ingenio nationis ordinatio-  
nem recusauit. Ferunt & Ratiponensis Ecclesie mentionem in-  
ter vos fieri, Sedem illam Alberti, quondam Summi Philosophi,  
in vrbe clarissimã, ad ripam Danubij in Bauaria sitam, vbi &  
Imperatores Germani frequentes habere Curias constituerunt,  
Henrico Habspergensẽ electo, denegatam esse, rumor, & quere-  
la Theutonice plebis improbat. Fuerunt, qui Canonici illius e-  
lectionem existimauerunt. Sed ex animauimus nos causam ipsam,  
simul cum patre doctissimo, & recti amantissimo, Ioanne Cardi-  
nali Sancti Clementis, amboque duo Calixto Pontifici, cui ni-  
hil est iuris incognitum, electionis negotium referauimus. Ille of-  
fusa doctrina, multis de causis inualidam, & nullius momenti ef-  
fẽ declarauit: Ecclesie autem viduate, non extraneum quempi-  
am, non ignotum de plebe aliquem, non indoctum, aut rudem ho-  
minem prefecit: sed Roberto de Bauaria illam commisit, quattuor  
& viginti annos nato, in Schola Coloniensĩ, Papiensique scien-  
tiam iuris iam pridem audientĩ, & inter doctos recepto: cuius  
progenitores Ecclesiam ipsam fundauerunt, dotaruntque: cuius  
pater apud Germanos Ducatus honore fulget: cuius autem Ro-  
mano Imperio presuit: cuius progenitores longa serie inter Ger-  
manos primores habiti sunt: cuius ea nobilitas est, ea generis cla-  
ritudo, vt nemo ex Clericis nostri temporis sibi, aut pre-  
ferri possit, aut equari. Iacobum excipio Sancti Eustachij Diaconum  
Cardinalem, qui Regiam stirpem, vnde prognatus est, man-  
fuerit iam dudum moribus illustriorem reddidit, literis toto incum-  
bens pectore, doctrina clariorem efficeret nititur. Quocirca ingre-  
tes referre gratias Apostolica Sedi Ratiponensis Ecclesia debet, que  
talem sibi Pastorem dedit, qualem nunc nec Colonia recusat  
scire. Nam cũ Theodoricus Colonienfis Ecclesie Pontifex, anno  
ab hinc secundo renunciaturus existimaretur: in hunc vnum  
Canonici conuenerunt animos, & hunc Clerus, hunc populus,  
paribus votis dari sibi Presulem exoptabat. Talia, nec tu  
Martine, neque garruli nationis tue in cõuentibus dicitis: sed  
ad probra, & maledicta recurrentes, si quid vnquam peccatum  
esset refertis, & minimos augentes excessus, irritare atque in-  
cendere Principum animos pergitis, & ad res nouandas eos vrge-  
tis. Quod si verã ex ore vestro prodirent, & cum malis operibus,  
que proponitis ante oculos Regulorum, bona quoq; recenseretis,  
quieta esset respublica, & optima pace frueretur. Sed infima ple-  
bis homines, vt ante diximus, postquam litteras aliquas didicere,  
bello magis, quã oratio ditantur; inque turbidis moribus Sacer-  
dotia piscantur, & Prefecturas.

Laudatur  
Robertus  
Bauarus,  
& Iacob.  
S. Eustachij  
Diacon.  
Card.

Bauarica  
Domus apud  
Germanos il-  
lustrissima.

Cur Traie-  
ctensium  
electio re-  
pulsã.

frivocens,

sumicentis, & in Badenji, & in alijs illustribus familijs, complu-  
res sunt Ecclesie mancipati, qui ditiores Episcopatus expe-  
ctant. Audi Martine. Quia sibi hæc voces præterdunt? Quor-  
sum hac argumentatio. Verte, si libet argumentum, & quan-  
tus honor Principibus deseratur, intelliges. Si enim pro sua  
voluntate vrelatos sibi Capitula queant assignare, nisi Roma-  
nus vrasul imperium in eos habeat, nullus vnquam ex genere  
Principum in Episcopum assumetur. Namque cum sint Eccle-  
siaz Canonici maiori ex parte vel ignobiles, vel mediũ gradus  
nobiles; quis nõ videt, illustres omnes exclusum iri? Cupiunt sa-  
ne omnes libertate potiri, nulli subesse, obedientiam omnẽ ab-  
ijcere? ideoque Rectorem ex humilibus sorte deligunt, quem nec  
vereri, nec timere oporteat. Vidimus hoc in Ecclesia Ratipõ-  
nensi, nam vocati Canonici, Robertum postulare prorsus reu-  
erunt: ne Prelatum fortiter, cui parere cogerentur. Nam &  
ipsi statum habent, quo casum est; ne quem Canoniorũ De-  
canus corripuit, nisi maiori parte Capituli consentiente: atque  
ita fit, vt omnes passim discipuli euadant, compensantesque sibi  
quosque iniuicem crimina, impunes abeant. Quod si Episcopum  
potentem fortiter, virgam correctionis, frænãq; timent.  
Atque idcirco in Ecclesia Alemania raris Princeps eligitur,  
nisi Colonia, atq; Argentina; vbi Capitula ex illustribus cõplo-  
tur domibus. Quia cum ita sint, libet considerare in communi,  
quid maior expediat, an vris alto sanguine, an humili loco na-  
tis Ecclesia melius committatur? cum Rom. Ecclesia illos, Ca-  
pitula istis præferre conueuerunt. Nec longa disputatione opus  
est. Illustres enim vris, cum progenitorum imagines ante o-  
culos habeant, & multa incrementa virtutum, per raro à pro-  
bitate declinant; cum paternos in filijs mores plerumque reco-  
gnoscimus. Cum vero in reuerentia habeantur, neque rebellat  
subditi, neque insultant vicini. Latet enim quadam vis, in no-  
bilitate, que populorum sibi fauorem, vel attrahit, vel cõciliat.  
Contra vero, Ecclesiam ignobili Prelato commissam, & Cines,  
& externi dilacerant: nec quisquam est tam infima plebis ho-  
mo, qui Ecclesiam profusa vris non expilet: Alus agrum, alius  
domum, alius vineam surripit. Hic decimam, ille censum, præ-  
stare recusat, atque hinc in modum, Ecclesia que olim opulen-  
tissime fuerunt, ad excitasem perducte sunt. Adde, quod Eccle-  
sias ipsas Principes excitarunt, dotaruntque; quas si filijs eorũ  
negauerimus, vendendum est, ne itaq; in ingratũ, diuino iudicio  
reprobabilibus spoletur bonis: neq; tu nobis negaueris, in vno  
nihil plus præferre luminis medio creveris virtutem, quam in  
pluribus summam, cum hæc sit, a caducaque censetur; illa vera  
æternaque æstimetur. Aut quis ergo & laudabilis multo fu-  
erit, larvis, quam obscuris Ecclesiis credere: & id quidem cu-  
rari Apostolica Sedes; Capitula vero Principum exosum potẽ-  
tiam prorsus effugunt. Romano Pontifici ea facultas referua-  
ta est, qua meliorem electo præferat: Quibus ex rebus, his satis-  
factum esse putamus, que super electionibus obiecit. Nam si-  
cut in Pontificaliũ Ecclesijs, Romana Sedes electionibus de-  
clat, que quidem recte peracta fuerunt, ita & in monasterijs  
obseruatum est.

partim collatoribus ordinarijs, partim summo Sacerdoti per  
suos menses cedere. Quod si prima Sedes gratiam de beneficijs  
ad se pertinentibus cuiquam, vel ante vacationem polliceri vo-  
luit; non est, cur eam recte quisquam incuset, iure suo vsam  
nisi fortã esse votum captanda mortis quispiam formidauerit;  
quod nos etiam vitandum esse iudicamus: & Calixtus quidem  
hoc semper exhorruit; neque consij sumus pietatem eius, di-  
gnitatem aliquam nominatim reseruasse. Nisi forte vestri  
Principes, & ipsi quidem maiores, id precibus importunius, ac  
pene minationibus extorsissent. Nec tu gratiarum, quas vocam  
expectatas, veritum vsum, ex expectationibus arbitreris. Ni-  
hil tale decretum est. Assentimur tamen tibi, verumque esse sa-  
temur, huiusmodi gratias non omnino esse probabiles, etique  
fortã esse moderatius esset vtendũ. Nam passim concedi: quibus  
hominibus, & ad vnã collationem multos concurrere, haud-  
quaquam probamus. Nec ambigimus, Diuum Calixtum si pa-  
lulum à molestia Turorum requierit, huic rei prouide oc-  
cursum; qui & hanc gratiarum consuetudinem ab initio sui  
Pontificatus abolere voluit, & nihil damnable probat. Arbi-  
tratur autem, cum non deserent ordinarij collatores, vt par-  
erat, Summo Pontifici, huiusmodi gratias repetas esse, quibus  
illorum manus per reseruaciones & irritantia decreta clauderemur  
fueretque necessitas, quod prius fuerat voluntatis. At  
sicut indignum est, Ordinarios cuncta sibi retinere, pari modo  
deestabile censemus, Apostolicam Sedem vel nihil, vel parum  
illis admittere. Moderato quam cuncti probant, me diuum ser-  
uat iter. Quod aquabile est, id instum homines ducunt.

Nunc de reseruacionibus Cardinalium dicendum occurrit,  
quas primoribus nationis tue Prelatis, graues videre asseris.  
Loquimur hac in parte de nobis ipsis, alij suam causam tue bene-  
tur. Reseruacionis nostra ea vis est, vt beneficia Ecclesiastica,  
que nunquam auro bis mille conferre possint, in tribus prouin-  
cijs Germania, nobis cum vacauerint, commendata seruetur.  
Nou putamus hoc molestum esse nationi, in qua via a nostra  
maiorẽ partem traduximus, & cui non paruis in rebus vsus  
sumus. Nos in ipsi uenturis nostre flore, Germaniam intã-  
uimus. Fumus in Concilio Basiliensĩ pluribus annis, neq; aliter  
nos gessimus, quam si nati, educatique, in ea Prouincia sisse-  
mus. Ad imperatorem deinde Fridericum trãsumus, cui supra  
XV. annos famulati sumus; Secretarij, & Cõsiliarum apud  
eum egimus; inter sumus v. stris conuenimus, qui de Republica  
gererentur: secreta vestra summa fide tractauimus; negotia di-  
ligenter absoluius. Legationes quam plures obtinimus. Nihil  
nobis antiquius fuit, quam nationi vstra nostre obsequia cõ-  
seruare. Neque ista dicimus tanquam improprietates: habe-  
mus enim gratias Theutonice genti, qua cum nostra opera vsa  
est nobis magis, quam sibi consuluit. Honorauit enim personã  
nostram, dum exercuit, nosque, qui iacebamus, prorsus erexit  
ita vt intelligamus, non nostris meritis, que sumus quam sint  
exigua, sed Germanico fauore, & Imperatorie maiestatis in-  
tuitu, dignitatem Cardinalatus nobis esse delatam. At enim eo  
nos prouenerit Germanica natio, vt inter Senatores Orbis as-  
sumpti sumus, & vna cũ primis Ecclesie viris, summo Prasuli,  
Dei nostri vicario assissemus; postulasi eramus, vt quatuor pro-  
curatore tantus nobis honor, tantusq; decore demandat us erat,  
eos non agrẽ daturos operam, vt in eos perseverare possemus;  
ad quam rem necessarij sunt non parui reditus, ac prouentus  
annui. Itaque non putamus, Theutoniam ipsam, quam veluti  
patriam ducimus, iniquo latere animo, si pietas S. S. D. nostri  
ea nobis in prouincia, illa beneficia largiretur, que litera Apo-  
stolica pollicentur; neque sententiam mutabimus, nisi Prasules  
ipsius nationis aliter nos instruxerint: cum paucis contente-  
re, neque montes auri cupiamus. Quod autem insolitas, atq;  
inauditas litterarum nostrarũ formulas esse contendis procul a  
vero est. Nam & VVilhelmo Cardinalis Metensis, & aliorum  
reseruaciones insepimus, eorumque sumus exep̄laria fecerit.  
Sed illud fortã esse mouet, quod monasteria quoq; reseruati  
videntur; quod est passionibus aduersum Fatemur id quidem;  
neque aduertimus, priusquam littera emitterentur. At cum  
primum id reseruamus, mox patri clarissimo, & humanissimo,  
VVilhelmo Card. Rathomagensi, Regia stirpe nato qui nostri  
causa, D. Calixto verba fecerat, palã assirmauimus, nos eis la-  
eris, neq; vobis die Theutonice quoniam pacẽ repugnãturos fore,  
neq; beneficia que vestros que principes nobis negatur esset. Id-  
emque Procuratoribus nostris madauimus, & demũ Magunt. Co-  
lonensij,

AEncas de  
Germanis  
beneme-  
ritis.





lifer imitantes, & veritatis abundantia, & proteritate corporis, & colore flauo. Postea autem cum interiora Germanie describeret, sic inquit. Sueuorum quidem gens amplissima, & Rheno squidem vsque ad Albim peruenit fluminum eorum portio ad Oderam trans Albim loca depascitur, quemadmodum Bamberi, & Lancosargi, nunc autem isti trans fluium in fugam compulsi exciderunt. Commune est autem omnibus, qui hunc tractum incolunt, vt alio facile migrent, & propter ignauiam agrarum colendorum, & propter pecuniarum inopiam. Cuique in tugurijs habitent, indignam habent supplicitem: plurimam autem & pecoribus trahunt alimoniam: sic & Nomades eorum instr. domesticum in carris colentes instrumentum, quocumque fors tulit, & opinio, cum armentis conuertuntur. Is igitur fuit Germanorum status Straboni tempore, quem vsque ad Tiberium Casarem constat visisse. His ferociora de Germanis scribit Cornelius Tacitus, quem in Adriam tempora incurrisse perhibent. Parum quidem ea tempestate a feritate brutorum, maiorum tuorum vita distabat. Erant enim plerumque pastores, sylvarum incolæ, ac nemorum: cuiusmodi vitam intertem, ac pigerrimam esse, Aristoteles auctor est. Nec munite hie vrbes erant, neque oppida muro cincta, non arces altis in saxa montibus, non templa scilicet structa lapidibus visibantur. Auerant hortorum, ac villarum delicia; nulla viridaria, nulla confectiones, nulla tempe, nulla vineta colebantur, prebebant largos flumina potus, lacus, & stagna inferiebant lauacris, & si quas natura calentes produxerat, aqua. Paruum apud eos argentum, rarius aurum, Margaritarum incognitus vsus. Nulla gemmarum pompa, nulla exostro, vel serico vestimenta. Nondum metallorum inuestigata minera, nondum miseros in viscera terre traferat aurum sitis. Laudanda haec, & nostris antefrenda moribus: at in hoc viuendi ritu, nulla fuit literarum cognitio, nulla legum disciplina, nulla bonarum artium studia: ipsa quoque religio barbara, inepta, & vt proprijs vtantur vocabulis, ferina, ac brutalis. Talis tua Germania fuit, vsque ad Adriam Casarem, quamuis iam caetera orbis prouincia, exculta artibus, ac moribus essent. Sub illo autem Imperatore, tota Germanica natio in potestate Romanorum facta est, post annos ducentos, quam Romano primum milite debellari coepit. Exinde mitior facta, ciuilem cultum accepit: eratque tunc longe angustior, breuiorque, quam modis sit. Si quidem Germania vniuersa inter Rhenum, & Albim, fuit vt alij volunt Oderam, fuit vt alij rursus autumant Vistulam, ab occidente ad orientem protensa; solum ab Austro, Danubio flumine, à Septentrione Britannico Oceano, & mari, quod Balthicum vocant, vndiq; claudebatur. Hec de veteri Germania, te minime ignorasse putamus. Comparemus ergo cum veteri nouam, & primam de amplitudine dicamus. Dracibus, ac Rheinis, qui quondam Germania limites clausere, nunc per medios Germanorum delabuntur agros. Belgica regio, que Gallie prius portio tertia fuit, nunc maiori ex parte Germania cecit, lingua, & moribus Theutonice Heluetij quoque gens, antea Gallica, in Germanos transfuere. Rhetia tota, & ipsum Noricum, & quicquid Vindelici nominis inter alpes Italas, & Danubium fuit, ad Germanos defecit: ita vt etiam alpes ipsas, caelo vicinas, & perpetuamue rigentes, nomen Germanicum penetrans, in Italia quoque sedes posuerit. Brixione, Merane, Bubranaque in valle ab Athes occupata. Austria, que apud prius Pamonicis iuris fuit, & Norici portio, in Germanicum nomen conuersa est. Stiria, quam veteres Valerian vocauerunt, Theutonice morem, atque Imperium subiit. Carni quoque, quos modo Carinthianos, Carniolosque nominant, idem fecerunt: vt fontes Draui, & Sautig, nominatorum fluminum Theutonici iuris existant. Neque alpes vllæ inter Italiam, atque Germaniam sunt, quarum summa cacamina non possident Theutonici, qui ad Orientem non modo Albim, sed & Oderam, & Vistulam transferunt: & in ipsa quidem occidentali Sarmatia, Vmerigorum, & Gepidarum agros inuasere. Nam & Austria trans Danubium, & Moravia, & quicquid Silesie vltra Oderam possident, Sarmatici quondam fuit soli: quoniam in Oceano, & in Baltheo sinu medias insulas, sui iuris fecere Teutones: adeoq; vestra natio germinauit, vt nomen vestrum verius à germinando derivatum putemus, quam Straboni consentianus, qui Germanos, quasi Gallorum fratres dictos arbitrat, vos forma, & moribus, & viuendi iuribus pares illis esse asseuerat: sed tota aberrat via; quando neque similitudo morum, neque vlla

Germanie ambitus, nunc amplior

Germania vnde dicta.

vos inuicem beneuolentia conciliat, qua fratres appellari possitis, & vetustis vrinque ceteris odij: quoniam circa Rhenum, in vestri tantummodò conformitas quedam existat. Verum ne longe euager, amplior est vestra natio, quam vniquam fuerit, atque adeo magna est, vt nulli genti cedat, meritoque illud affirmare possit, quia non est gens tam grãdis, que habeat Deos appropinquantes sibi, sicut adest Germanico populo Dominus Deus noster. Faciens autem & ornatum vestra nationis, qui ignorat nunc longe prestantiorem esse quam olim fuit: Nam agros vbique cultos videmus; noualia, vineta, viridaria, violaria, pomaria rusticata, & suburbana, edificia plena delictis, villas amoenissimas, arces in montibus sitas, oppida muro cincta, splendidissimas vrbes, quas plerumque maxima preterlabuntur flumina, aut amnes ambiunt impudissimi, lapideis, aut ligneis permeabilibus pontibus. Percurramus parum per Germanici nominis memorabiles vrbes, & quanta sit huius nationis gloria, qui nitor, qui splendor, manifestissime lucebit. Quid ea COLONIA, que de coniuge Claudij, matre Neronis Agrippinã dicta est, & trium Magnorum ostium illustrata? Nihil illa magnificentius, nihil ornatius tota Europa reperies. Templis, adibus insignis, populo nobilis, opibus clara, plumbo tecta, prætoris ornata, turribus munita, flumine Rheno, & letis circum agris lasciuens. Transflum Gandauum, populosissimam vrberem, & totius Occidentis in Brugensi oppido frequentissimum emporium: qua licet Gallici iuris esse videantur, Theutonico tamen sermone, & moribus vestris viuunt. Transflum nitidas Drabantie ciuitates, Bruxellam, Mechiniam, Antuerpiam, atque Louanium. Ad Rhenum reuertimur. Maguntia vrbs vetusta, Variana clade insignis, templorum magnificentia, primatis, ac publicis adificijs exornata, nihil habet, quod reprehendere queas, nisi viciorum arditudinem. VVormatia quoque, & si non magna amplitudinis est, tamen amenissimam vrberem esse, nemo negauerit, in qua ille Germanorum consuetus habitus est, qui Romane Ecclesie, sedente Calixto Secundo, inuoluituram Episcoporum, Romano Pontifici remisit, cum ab Ottone Primo vsque in ea tempora, Germanos Episcopos ipsi Casares inuoluerunt. In hac vrbe nos Prepositeram cum palatio nobili obtinemus, & eius causa in schola Heydelbergensi Cancellariatum. Nec Spiriam quisquam contempserit, populo plenam, & magnificis adibus ornata, cuius nobile templum quamuis anno Iubilei conflagrauerit, ita tamen postea restauratum est, vt felix illud fuisse incendium videatur. In hoc templo non pauci iacent Casares, inter quos Rudolphus situs est, is qui Austria familie auctor habetur. Argentina videri tantus splendor, tantum decus, vt non abs re in nomen eius inditum fuerit: qua similitudinem Venetiarum exhibet, multiplicibus diuisa canalibus, que naues in omnes ferme platas vchant: eo salubrior, atque amenior, quã Venetias falsæ, & graue olentes, Argentinam dulces, & perspicue percurrunt aqua; hinc Rheni brachio, inde tribus alijs fluminibus vrberem intrantibus, & triplicem murorum ordinem ambientibus. Ecclesia Pontificalis, cui Monasterio nomen est, scilicet lapide magnifice constructa, in amplexissimam fabricam assurrexit, duabus ornata turribus, quarum altera, que perfecta est, mirabile opus, caput inter nubila condit. Sunt & alia Sanctorum delubra, & Monachorum cenobia, & amplitudine, & ornatu splendidissima; Prætorium excellens; & Cuium, ac Sacerdotum ades, quas nec Reges incoluisse piguerit. Omnisimæ Aquilæranæ, Germanici Regni Sedem, vbi palatium illud tota Germania nobilissimum, Casarum, qui ex Theutonici petiti sunt, egregias ex lapide status ostentat: & delubrum in signo, in quo Reges vnguntur: quod singulis decemnis, interiorem B. Marie Virg. restem, quam canisã vocant, venerabile sacrum visendam ostendat. & magni Caroli caput inter reliquias seruat. Omnisimæ & Treuerim Metropolitanam Sedem, cuius auctorum Artabam asserunt, Nimi, & Semiramidis filii, & Romanæ seniores trecentis & mille annis affirmant, sedente autem B. Petro, salutaris Christi religionem induisse. De Basilea non est, cur verba fiant, quãdò eius regendi modestia, & grauitas, apud omnes per aquæ gentes in notitia sit: cùm nostra illis tempestate generale Concilium coactum fuit, quòd totam tremefecit Ecclesiam, vt supra retulimus. Pari modo, & propter Synodi recep-

Colonia vnde denominata laudatur & simul alie Germanie Vrbes.

prionem

prionem, nec Constantia præterunda est, inter duos lacus constituta, quos Rhemus implet, atque exonerat. Est etiam memorabile oppidum in Heluetijs; quod Bernam vocant, cuius consularis quoties in bella progreditur, facile in armis viginti millia pugnantium exhibet. Thurgum quoque, magnum; & splendidum oppidum, ad lacum situm est, quem Lemanus fluius patrem habet, vnde Alemacos dictos nonnulli autumant. Transflum Campidenam, & Memmingam illustra oppida, Augustam Vindeliciam, ad Licum fluium iacentem, cui S. P. dicitur præfides: haud facile inuenies, que eam ciuitas altera superet, suæ nitorem vrbs, suæ populi & Cleri diuitias, & republice formam contempleris. In Boioria vix oppidum reperies, cuius iudicium non magnopere admirare. In Saltzburga, que de fluiuo dicta est, cui adiacet, (olim Arunio nomen fuit) Metropolitana Sede, & Diuo Rupertio, tuississimo templo insigni, nihil est, quod ad splendidissima ciuitatis magnificentiam desideres suæ publicæ spectes, suæ priuata opera. Maior tamen ea, est Ratisbona, beatissimi Apostoli Petri delubro, & ponte quo Danubius transfinitur, lapide insignis, nec non pluribus Sanctorum Ecclesijs memoranda; atque in primis Sancti Emerami Monasterio, in quo Leo Pontifex maximus, Beatum Dionysium à Parasitis p. iusto deductum, iacere affirmat. In hac vrbe sæpe Theutonici Casares habere conuentus, & Copradus cùm esset iuuenis in Asiam. Maximus etiam Monachij nitor, nec minus Strolunga, Lantzura quoque & Burekhausen, haud facile platearum munditias, atque adium magnificentias retulerimus. Pulchra est, & amenissima sita loco Patavia, hinc Eno, & inde Danubio perfusa. Nam ibi maxima hæc duo flumina inuicem coniunguntur, tam pari magnitudine, vti non facile iudicemus, cui victoria cedat: quamuis iudicio veterum, superior Danubius Eno iuferat nomen. In Austria complura sunt oppida digna nomine, inter que Naua ciuitas est, non infima, incolatu Diui Friderici Casaris illustrata. Sed omnium præclarissima est Viena, quam prius Flavianam appellauerunt, & hic credimus esse Flavianam, de quibus Ptolemaus commemorat. Hæc Ducum Austriae vetusta sedes, habet palatia digna Regibus, & templa, que mirari Italia possit: ex quibus Diuis Stephani delubrum admirabilis est, quam nostris exprimi verbis queat, cuius curiam cùm aliquando inspexissent Bosensum Legati, & tam artificum, tam altitudinem admirati essent, in eam sententiam verba profuderit, vt turrim illum pluris constituisse dicerent, quàm Regnum Bosnie venundari posset. Tacemus priuatarum adium splendorem, & amplitudinem, quarum non paucas inuenies ad excellentiam fastigiatas. Ceteris hæc vrbs, & que memorauimus oppida, extra Germaniam illam tuam veterem, in noua Germania continentur. Videamus alias præclarissimas ciuitates, ac oppida, que in hac noua Germania numerantur à nonnullis: quippe ad orientem super Oderam VVratislauia iacet, vrbs lateritia non minus decora, quam potens, cuius olim Episcopatum aureum appellauerunt. Brumna in Moravia nobilior Olomucio est, quamuis eius Pontifici pareat. Inter Pruthos notissima Gedani fama est, terra, marique potentis oppidi, cuius populus ad prælium exiens, haud minus, quam quinquaginta millium numerari dicitur, nauisque illius in Baltheo pelago complures negotiatorum nauigant. Est & Tornecia oppidi haud vulgare nomen, quamuis supra Vistulam ad Polonos pertinet. Bohemia quamuis Slaouico sermone vitur, sub Imperio tamen Germanico sese continet, & moribus vitur Theutonice, & pauci sunt inter Bohemos saltem nobiles, qui non vtramque nouerunt linguam, & vndique cincta est ea terra Theutonice plebeibus. Illud quoque Germanicam esse Bohemiam palam ostendit, quòd inter Ecclesias Theutonice tamen sermone instruere populum Sacerdotibus permittitur, in ceteris vero Slaouico. In hac prouincia Praga est caput gentis, maxima, & pulcherrima vrbs: nec Hetrusca Florentia, aut minor, aut diffamior, verum flumine interfecta, cui Multauius nomen est, multo maior, quam sit Arus: cuius Regia inter opera Germanie admodum excellens est. Sunt & Colonia, & Broda, & Lithomeria, & Pilsna, & Litomerz, Littia, & Budeuilla, inter Bohemos, insignes vrbes. Prætorium Thabor, arcem hereticorum munitissimam, & Nonam Domum, & plurima alia illius gentis populosa, & præstantia oppida, Propæ Oceani ripam haud paucas ciuitates memoratu dignas reperies: sed omnibus præstat Lubecum, altissimis adibus, templisque munitum ornatissimis: cuius vrbs ea auctoritas est, he opes, vt ad eius nomen, tria maxima regna,

Dania, Suetia, atque Noruegia, vel admittere, vel excludere consueuerunt Reges, Luneburgum salinis quondam diues, nunc ad egestatem redactum. Nam dùm Cleri bona affectat, & diripit, sua amittit. Est Roscaua, & Magnopolis in mediterraneis, & Hildeshemensis ciuitas haud contermenda. Verda quoque, & Brunsvicum nobile, Saxonum sedes, atque Orlonum quondam Casarum patria, Brema vetus metropolis, & Danorum gentis in CHRISTO mater, non sine laude nomen habet, Virginopolis quoque magna, & insignis habetur, & ipsa inter Saxones, Archiepiscopalis Sedes. Nec Martiniopolim quisque contempserit: quòd ex loco Fridericus Barbarossa, duos fratres de regno Bulgaria distantes, eam se arbitrium elegissent, & ad eum in Saxoniã venissent, concordem domum remisit. Quis enumeret vel Phrisia, vel Hollandia, aut VVestphalia, quot sunt memorabiles vrbes? Traiectum quidam è Phrisijs tradunt, potentem, & splendidam vrberem: Dodracum excellens oppidum Hollandiam suum dicunt: VVestphali Monasterio gaudent, & Ostisburga, & Mindensi, & Paulorna ciuitatibus minime parupendentis, & oppido Susatensi, quod tempestate nostra cùm Ecclesie Colonienst rebellasset, magnis obsessum copijs, quamuis Saxonia Dux VVilhelmus, cum potenti manu Bohemorum, inter obsessores dies, noctesque presens pacisceretur, nullã vi superari, stetitque potuit. In Hastia quoque plura oppida commendaueris; sed plura in Thuringia, quorum maximum, & famosissimum est Erfordia, populo, & opibus plena. Nec Aduocatorum terra suis laudibus caret, in qua Egria est vrbs peramena, à flumine, qui perluit nominata, & que quamuis iuris Imperij sit, hyperbæca tamen Bohemorum facta, ad Schick nsem familiam deuenit: cuius caput fuit Caspar Schickius, de nobis vt nosti optime meritis, vir laudis rarissime. Nam & coniugio ducali honestatus. In Franconia supra Memum iacet Francofordia, inter inferiores, & superiores Theutones commune emporium, & vrbs quamuis magna ex parte lignea, pluribus tamen palatjs ornata lapideis, in quibus, & Reges haud indigne recipiantur, templa vero Deo sacra, ex scilicet lapide superbissima videntur; & pons Saxeus mira longitudinis, partem Vrbs trans Manum maiorem maiori coniungit. Hic & prætorium nobile, in quo sæpe principes Electores conueniunt, de vrbe adiri communibus, & hic, cùm vacat Imperium, Casarem eligunt. Non postponimus Ascheburgiam, Maguntini tui refugium, & omnium molestiarum laxamentum. Heribolis ad euilem fluminis ripam sita est, Ducalis & Pontificalis Sedes; templis & ipsa nobilibus memoranda, & arce munitissima, Bambergæ quoque Illustris ciuitas, delubro insigni, & peruetusto, in quo Sanctus Henricus Imperator eius nominis secundus reconditus, miraculis claret. Transflum Forcheym, nunc pane famosam, & Onspachium, & Rotenburgam & alia penè infinita Franconum oppida, quorum neque munitiones, neque adificia, quisquam contempserit. Noricorum oppidum flumine Regnisa interfectum (nam hodie Franconibus datur) præterire non possumus. Dic rogamus (nam hinc exorem duxisti castissimam aquæ, ac pulchram) quenam facies huius vrbs? qui splendor? qua amanitas? que delicia? qui cultus? qua forma regimini? quid illi ad ciuitatem omni ex parte perfectam desiderare quissiam poterit. Quis venientibus ex Franconia inferiori, & prociat spectantibus eius vrbs aspectus: que maiestas, quod decus ab extra visentibus; quis intus nitor platearum: qua domorum munditia: Quid sancti Sebaldi templo magnificentius, quid splendidius dui Laurentij delubro? Quid arce Regia, vel superbus, vel munitius; quid fossa, quid micibus instructius: Quot ibi ciuium ades inuenias, Regibus dignas? Cuperent tam egregie Scotorum Reges, quam mediores Nurembergæ ciues habitare. Habent etiam Sueti trans Danubium multas Vrbes. Regia tamen omnium VVma est, & ipsa potens, & non, immunda ciuitas. Quòd si quis verum loqui voluerit, fatetur, nullam esse in Europa nationem, cuius vrbes mundiores, aut aspectu leiores, quam sint in Germania. Possis forsitan ex Italicis vrbus nonnullas præferre, veluti Venetiam, Genuam, Florentiam, Neapolim, quibus summus inest splendor, atque orna-

Susatam magnis obsessam copijs non capitur.

rus: ut si nationem, nationi conferas, non est, cur vrbes Italia, Germanicis anteponas. Noua quodammodo Germania facies est, & vrbes ipse veluti nudus quartus constructa, atque erecta videntur: quibus ex rebus constat, nationem tuam non esse inopem: neque enim pauperes magnifice edificare possunt. Quid si verum est, quod aiunt, ibi opes esse, vbi negotiatores: fatuus necesse est, opulentissimos esse Germanos: quorum pars maxima lucris in hians, mercaturis inrēta, per alienas lōge lateq; prouincias peruagatur, ac sicuti Flaccus ait, Per mare pauperie, per saxa, per ignes fugiens, non nisi diues domum reuertitur. Adde venas auri, atque argenti, quas prisca ignorauerit, apud vos reperias. In Bohemia montes Cuthni, in Saxonia Ransbergi, in Misnia Fribergi, Valturmi, nialesque montes, inexhaustas ostendere argenti mineras. Duces Austriae in Eni, & Anasi vallibus, & in Stiria apud Sanctum Leonardum, non longe à Volpbergia argentum effodiunt. Rhenus aureas euoluit arenas: & in Bohemia fluiti sunt, in quibus ad magnitudinem cicoris aurea grana Thaborite reperiunt. Ferrum, & aurichalcum, & aris magnam vim domi reperiunt. In Vngaria quoque aurum, quod apud Cremetiam reperitur, vos ipsi plerumque contrahitis, magnasque domum referitis opes: quod suppellectiles vestrae demonstrant, & onuste auro, argenteoque mensa. Nam quod diuersorium apud vos est, in quo non argento bibatur? Quam mulier, non dicimus generosa, sed plebea, non auro nitet? Quid torques equitum, & equorum frenas ex auro purissimo referamus? et tot calcaria, & vaginas gemmis tectas, & annulos, & baltheos, & thoras, & galeas auro fulgentes: Quanta in Ecclesia pretiosa suppellex: Quot reliquie, margaritae, & auro vestite! Quis ornatus altarium, atque Sacerdotum. Quid sacrarijs vestris inueniri ditius potest: Patet ipse ingenio fuerit, qui Germaniam pauperem affirmauerit: nisi vobis, qui nimium cupitis, ea omnia, quae abunde habetis, non suppetunt: quae quidem, paupertas animi, & auaritia potius appellanda est, quam verum indigentia. Hac de opibus ex parte dicta sunt.

Magna Germanorum potentia.

De potentia nationis paululum disseramus. Potentia Germanorum trifariam diuisa est. Nam & Praelati, & Principes, & ciuitates, quae vniuersi habent caput, in cuius verba iurant Imperatorem Romanorum, suo tamen arbitrio plerumque mouentur, & quasi libertate potantur, suis imperant subditis. Inter Praelatos tres sunt opibus, & potentia excellentes atque inter Electores Imperij honoratiores Archiepiscopi, & Archiepiscopi, per Germaniam Maguntinus, per Gallias, & Regnum Arelatense Treuerensis, per Italiam Colonienfis. Et Maguntinus quidem Electorum Decanus habetur, qui vbi necessitas ingruit, eos conuocat. Treuerensis vero in Electione Imperatoris, primam vocem habet. Colonienfis autem nō modo Electoratus honore fungitur, sed Ducem etiam Vrestphalorum appellatur. His maxime Ciuitates parent, opulentissima oppida, multi, & potentes Nobiles. Nec minor his Saltzburgeris Archiepiscopus est, in sua Prouincia, Legatus, vt aiunt, Natus: qui vt latam suam diocesim melius regeret, quatuor Episcopatus suo ere fundauit, Gurcensem, Secouiensem, Chiemensem, & Lauantimum, hisque curam plebium, & Sacramentorum commisit: quos ipse sibi assumere, & conseruare consuevit. Sed Gurcensis ei subtrahitus est, quem Romana Sedes nostrā tempore assumpsit. In Prouincia vero Suffraganeos habet, Ratibonensem, Patauensem, Erisingensem, & Brixionensem: ex quibus Episcoparibus Patauenfis ditior, Ratibonensis dignior, Erisingensis antiquior, Brixionensis tutior haberi consuevit. Possident tamen omnes munit as arces, & oppida plena populis, plurimosque habent vasallos. Nationis vero Germanicae Primatem, Magdeburgeris Archiepiscopum esse tradunt, & ipsum potentem, atque opibus abundantem. Bremenfis sextus Archiepiscopus Germanorum, & ipse temporali dominio validus. Septimus Germanicae nationis Archiepiscopus inter Bohemos, Pragenfis est, qui cum olim Archiepiscopi Maguntini suffraganeus esset, instancie Carolo Imperatore, Sigismundi patre, à diocesi Maguntina, ad ius Metropolitane sublimatus est. Sed hic mutante Regno, & persidam Hefstiarum heresim admittente, ad inopiam deductus, iam pluribus amicus caret pastore. Inter Germanos Episcopatus florentissimi sunt, Leodiensis, & Traiectensis, quorum si alter in bellum exeat, non minus quadraginta millibus pugnatorum ex subiectis sibi populis in armis habebit. Fuit & Heripolensis quondam ditissimus, quem Francones Ducem suum appellauerat: hodie vero

per Rudolphum Episcopum de Scherriberck ibidem ditatus, & gloriosus, qui vltra viginti mille bellatores in armis bellicis ad prelium potest educere. Prouincia multis nobilibus ciuitatibus, oppidis, castellis, castris, ingentibus villis ornata, & Francia Orientalis nuncupata, quam Maenus flumen nauigij Regis ferendis aprus per medium rigat, magni & potentibus vasallis, Comitum, militum, plurimorum nobilium quasi sine numero circumsepta est. Bambergensis quoque diues Ecclesia, quamuis inter Frācones sita est, in Carinthia tamen haud parui momenti oppida possidet, Villacum, ac Valspergam. Omittimus Augustensem, Cōstantiensem, Hildeshemensem, Hefstauem, & alias complures Ecclesias, ne tedium longitudo pariat: nam supra quinquaginta Pontificales Ecclesias, Germani possident, in quibus diues & potentes Episcopi praesident, quibus Itali nostri comparati, plebani potius, quam Pontifices dicendi videbuntur. Adde Canonici, & Praelatos Ecclesiarum, quot Praepositos, Decanatus, Archidiaconatus, quot in his viri nobiles, quot iuris interpretes, quot Theologos resident. In Colonia & Argentina, ad primas prebendas non admittuntur, nisi genere illustres. In Maguntina, nobilitas, & vetustas, & magna probanda est, ei, qui Canonicatum expetit. In Leodio supra septuaginta prebendas in maiori Ecclesia numerat, in Collegiatis delubris, multo plures. Vvratislauensium Episcopatum aureum quondam appellauerit: sed hunc quoque Hufstiarum vasania extenuauit. Hic Canonici, dum canonicas horas tenent, rubeis cappis ornati, Cardinalium Romane Ecclesiae morem tenent. Praeterea opulentissima monasteria, in quibus & Monachi vberim aluntur, & hospitalitas cuiusvis generis hominum magnifice obseruatur: scimusque nonnullos Abbates in Germania ad potentes esse, vt Principatus honore fungantur, qualem & Fuldensem, & Erberdensium aiunt. Abbatis quoque eiusdem honoris participes nouimus, sicut in Stiria, & Colonia ad 11000. virginum, in quo Monasterio solam illustres formae admittuntur. Praeterea ditissimas Praepositorum, opulentissimos Archidiaconatus, vberissimos Decanatus, & Parochiales Ecclesias, Italicis Episcopatibus praefereudas. Tacemus Theutonico fratrium, quos Beata Maria vocant, qui nunc Polonico bello vexantur, quorum potentia par Regibus est. Ad Principes, laicos, impetus sedit orationis. Nam quae natio sub caelo est, tot clarissimis Ducibus, tot illustribus oxornata Principibus. Vbi tantam inuenias, aut nobilitatem, aut armorum gloriam, sicuti apud Germanos. Relinquimus militares familias, & quae torneamento dignae censentur, quorum penes infinitus est numerus: quamuis nulli ad id genus ludi admittantur, nisi vetustissimi nobiles, quorum progenitores, supra memoriam hominum, & opibus, & potentia claruerunt. Eas recensere proleptas, longum est: quae idcirco dici Imperiales queunt, quoniam ex his saepe lecti Imperatores fuerunt. Inter eas clarissima sunt Australis, ac Batauica, vetustissima, Brunsvicensis, mater Ottonum, de Romana Ecclesia optime meritum. Suenica iam deficit, & Lucemburgensis, quae cum Romano Imperio ditissimum Bohemia Regnum, Stirienfibus inde pulsas ad se recepit, & ferocissimas Europae gentibus Vngaris imperauit: ex cuius sanguine nobilissimus adolescens Ladislaus, ex filia Sigismundi Imperatoris, & Alberto Caesare natus. Sed hunc crudelissima lues v. III. Calend. Decembris, anno superiore, apud Pragam Bohemiae Metropolitim, immatura, & acerbissima morte praeripuit: quo moriente, & nobis simul, & multis gentibus obrebratus est Sol. Expectabamus felices nuptias, & orbe toto nobiliores. Iam enim Legati, Margaretham accersitum ierant, Christianissimi Regis Franciae Caroli generosissimam filiam. Sed dum altissimi sanguinis coniugium praefolamur, immatura prob dolor sunus exultimus, eumq; Regem sepelimus, in quo suarum miseriarum vnicum solamen, & Vngari, & Bohemi, & Austriales, & Silesia, & Morauu posuerant. Nec Christianus erat, qui Fidei Republica non multa, & magna de tanto Rege promitteret. Sed illi sua mors vita fuit, quia ex obscurissimis tenebris, ad candidam lucem emigravit. Nobis eius obitus funestus est, & deplendus, qui tot Regna, tot gentes, tot domiua suo priuata domino in bello cernimus, & inter crudeles strages. Sed leuius sit patientia, quicquid corrigere es nefas. Non potuimus ei Regi verba non consecrare, quo cum puero diu vixerimus, & à quo sumus supra meritum dilecti, cum inter scribendam eius obitus enunciaueret insignis hic annus fuit ex tanti Regis interitu, & Ioannis partus Gallia infantis filij, qui à Rege Cyprio gener ascitus, & in

Canonici Vvratislauenses Cardinalium instar rubris vestibus ornati.

Principes ac Nobilibus virorum copia exornatur Germania.

Recensetur Principes Germaniae.

sem Regni assumptus, vō sine opinione porrecti veneni diem obiit, simulque Francisci Focari Venetiarum Ducis, qui cum quinque & triginta annos, magnā gloriā patriam gubernasset, tandem, vt sunt inconstantes populi, & nihil nisi praesentē vtilitatem pensitantes, grandaeus senex abire magistratu iussus est, qui ea permotus suorum ciuium ingratitude, & palatium simul, & vitam reliquit. Sed iam reliqua profugamur, quando & in Regem, & in aratorem par est mortis Imperium.

Diximus tres Archiepiscopos in electione Imperatoris vocē habere. Sed cū his quattuor alij concurrunt ex secularibus Principibus: quorum primus est Rex Bohemorum; secundus Comes Palatinus Rheni, qui & vnus est ex domibus Bauariae, tertium Saxoniae Ducem faciunt, & vltimum Marchionem Brandeburgensem. Et quidē in Caesari Curia Rex Bohemiae, officium Pincerna implet, Comes Dapiferi, Dux Marchalci, Marchio Camerarij. Praeter hos, Duces domus quamplurima, Schlesiae, Pomeraniae, Magnopolensis, Montenses, Cluuenfenses, Geldrenses. Inter Marchiones, post Brandeburgensem clarissimi Badenenses, & vetustate, & insignis iustitiae opinione, Comitum quoque claritudo inuenta est, vt ex his quoque Imperatores lectos inueniamus. Si quidem Comes de Haffen, & de Nigra ciuitate imperauerunt. Langrauius Haffia, qui hodie viuunt, ni recussisset, Imperium obtinisset: sunt & Comes Moratensium admodum insignes, ex quibus nostra aetate quattuor praestantissimi Principes claruerunt: Ioannes, qui patris comitatum administravit, Theodoricus, qui Colonienfis Ecclesia iam super sex & quadraginta praesedit annos, & contra Sufatenses, qui à se descuerant, multa, & magna prelia vario euentu gessit; Henricus, qui longo tempore Monasteriensem gubernauit Ecclesiam; & Vvabramus, qui cum electus ad Traiectensium Episcopatum non admittetur, diuturno bello eam regionem afflixit. Sed omnium Comitum, qui hac tempore apud Germanos claruerunt, potentissimi sunt Vvratembergenfes, nec Marchionibus, nec magnis Ducibus inferiores. Cilenfes Comes à nostro tempore defecerunt. Iam Philippus quoque Burgundiorum Dux, quamuis Francia Regio sanguine ortus, vasallum tamen Imperij se fecerit, quia latissimas, & diuites in Germania prouincias obtinet. Quam igitur & qualem esse horum Principum potentiam, quā formidabilem, quā terribilem putas, si vno in loco se ostenderit. Non praetermitto Ciuitates, quas vocant liberas, quae Imperatori solum subiacent, quanta nūquam gentium est. Nam populi, quos Itali vocant liberos, hi potentissime seruiunt, suae Venetiae inspeces, suae Florentiae, aut Senae: in quibus Ciues, praeter paucos, qui reliquos ducunt, loco mancipiorum habentur: cum nec verus suis vii vt liber, vel sari, aut facere, & grauisis opprimantur pecuniarum exactionibus. Apud Germanos omnia laeta sunt, omnia iocunda. Nemo suis priuatus bonis, salua cuique sua hereditas est. Nulli, nisi nocenti, Magistratus nocent. Nec apud illas factiones, sicut apud Italas vrbes grassantur. Sunt autem supra centum ciuitates, hac libertate fruente. Nam & in Rheno, & in Danubio multa sunt, & mari proxima, quas appellat liberales quamplurimas, & in mediterranea alia, quae si nulli federate iniurias Principum proprijs armis depulsant. Quanta autem eorum Principum, vel ciuitatum, potentia vel potentia armorum est, quantum visus, quanta Reipub. disciplina! Nati in Germania pueri, prius equitare, quam loqui discunt: currentibus equis, immobiles haerent sellis. Lanceas dominorum longiores ferunt: frigore, ac sole durati, nullo labore vincuntur. Nullus intermis, aut Suenus, aut Franco, iter ingreditur eques. Tam leuiter arma, quam membra fert Germanus miles. Non solum nobiles, sed Ciues quoque ex plebe nati, armamentaria in domibus habent, & ad quosvis inopinatos incurfus, suae rumores, armati continua procedunt. Stupenda res est, ac ferme incredibilis. Quanta peritia est, equos regere, flectere, atque in gyrum ducere: quanta ars sagittandi, quantum lancearum visus, quae clypeorum agilitas, quae stringendi, versandique gladio scientia, quae machinarum, & tormentorum experientia. Rideant necesse est reliquas armorū officinas, qui publica Theutonico armamentaria viderint. Tot ibi maiores balistae, tot catapultae, tot arietes, tot insolite magnitudinis aerea tormenta videntur, quas vocant bombardas, quarum & ipsi Theutonici repertores habentur. Adde singularum copiarum duces, quos nostra ferunt tempora. Quot apud

vos clari militia ductores! Quanta est Alberti Marchionis Brandeburgensis gloria, suae fortitudinem hominis, suae prouidentiam exigis? Ab ipsa pueritia in armis educatus, pluribus interfectis bellis, quam alij fortasse legerint. Militauit in Polonia, Silesia, Prussia, Bohemia, Austria, Vngaria, Saxonia, In omni ferē Germania nullus est angulus, quem non calcauit armatus. Duxit exercitus copiosos, profrauit ferocissimos hostes. Cum Nurembergensibus nouem bella gessit: in octo victor, in vno victus, in quo prodicione deceptus: Quamuis autem penē captus videretur, fortuitum tamen periculum subita superauit industria. In congressibus primus inijt pugnam, victor vltimus excessit. De praelio ad singulare certamen saepius inuitatus, nunquam non frauit hostem. In ludo, quo solo recti clypeo, acuti se lanceis impetit, septies, & decies cucurrit semper victor. In oppugnationibus Vrbium, saepe primus murum ascendit. Quibus ex rebus non inuaria Theutonici appellatur Achilles. Nec profecto quemquam nouimus, qui illum non sibi preferat: nemo equeat. Neque enim in hoc homine tantum militares artes, & Imperatoria virtutes, singularem quodam modo reuolunt: sed nobilitas generis, proceritas corporis, venustas faciei, facundia linguae, & virum robur, admirabilem eum efficit. Sunt deinde duo fulmina belli, Vvillhelmus Saxoniae Dux, & Georgius Podiebracius, Bohemiae Gubernator, quos laborum tolerantia, & multarum experientiarum rerum, oculus in rebus subitis perspicacissimus, incredibili diligentia, solertissima cura, animus inquietus, & nullius ignarus artis, Alberto proximis faciunt. Nec minor his Ioannes Isera Bohemus, qui gubernatorem Vngariae, Ioannem Huniadem, famam clarum, & magnū fulcrum copijs, saepe cum parua militum manu fudit. Incipit & nunc nomen sibi assumere Ioannes Comes de Pulchro monte, qui Prutenorum causam Fratrum defendens, magis per hos dies Polonis strages intulit. Longum esse omnia eius gloriosa facta recensere. Per Saxoniam, Austriam, Sueniam, Franciamque viri clari sunt, numerosos exercitus ducere idonei. Si quidem & Fridericus Palatinus Princeps Elector, & Albertus germanus Imperatoris, & Carolus Marchio Badenfis, digni omnium iudicio existimati sunt, qui copijs in Turcos educendis praeficerentur. Hac tuae Germania potentia est, Martine: quam si partem, vel contemnendam dixeris, non deerunt, qui te contempnant potius, & parui existimant iudicij.

Sed quum de potentia satis dictum est, de moribus, ac doctrina nonnihil dicendum occurrit: vt liqueat, in hac etiam parte notam Germaniam, veterem illam, quam tanopore laudamus, haud parum superare. Et mores quidem hominum, duplici via consideramus. Nam & quales homines inter se ipsi sunt, animaluere solemus, & qualem deo cultu exhibeant. Vt inque superius vitam apud veteres Germanos, aurohoritate maiorem ostendimus, monstrauimusque, in natione tua, nec deo verum cultum exhibitum fuisse, nec Testones ad ciuilitatis usum, exercitationem habuisse: qui & vana simulastra colant, liberos suos demonijs immolantes: & rapinis, caedibusque gaudentes, iniuriari vicinis, eosque spoliare bonis, in laudem traherant. Nunc vero ad vos legitima Dei nostri tra depūta sunt: & vnum cum Sancta Romana Ecclesia, verum, & vnicum deum christum colitis. Et quamuis adhuc veterum nonnulla rapinarum vestigia maneat: (nam hoc vnum est ex prisca barbarie vitium apud vos relictum) non tamen ea praedarum libertas est, quae olim antea fuit: nec ciuitates vestrae praedonibus, si quando in potestatem earum veniant, veniam prebent, sed eos acerbissimo rotarum supplicio recant. Vidimus iudicia vestra, & consilij vestris, quae de Republica gerantur, vt ante diximus, saepe interuenimus. Omnia, & prudenter, & grauius administratis: nec facile à recto tramite deflectimini. Nec vobis ciuiles leges, nec iura desunt Pontificalia, Littera quoque, & omnium honorum artium studia apud vos florent. Scholas quoque, in quibus Theologia, Iurisprudētia, Medicina, Philosophia, & liberales traduntur artes, in Germania plures vrbes habent, vt Colonia Agrippina, Heidelberg, Praga, Erdorfia, Lyssa, Vienna, Roshaui, in quibus doctissimi viri claruerunt, & nostra quoque aetate non inferiores florent. Suscipiuntur apud vos hospites lato vultu, sed meliore corde: & primarij Vrbiū ciues, hospitalitatem exercent, apud quos nulla suspitio fraudis esse potest. Conspicitur humanitasque omnibus gentibus: tantusque hodie, & hominibus

Albertus Marchio Brandenburg belliosissimus, & Achilles Theutonici dicitur.

Mores, etiam doctrina veterum, ac recentiorum Germanorum longe diuersi.



vestris, & rebus nitor interpositus est, ut prater sermonem patri- um, nihil inter vos barbarum remansisse videatur. Quod si qui vos amplius appellauerint barbaros, ipsi verius barbarissimi cen- sendi fuerint, siue Greci, siue Latini, atque vnam Macedoniam, Thessalia, Achaia, Peloponnesus, Epyrus, & illa Italia ora, quam olim magnam Græciam vocauerunt, non minus quam Theotonia barbarizaret. Profecto, non est quod priscam Germaniam, quouis pacto huic preferas, quam modo videmus. Vellemus, ut à mortuis aliquis ex illis veteribus Germanis resurgeret, aut Ariouistus ille qui copias ingentes ex Germania ducebat, cum Iulio pugnant in Gallia; aut Gammasus, qui Claudio imperante, ferocissimam Cauchorum gentem contra Romanos armauit: aut Vennius, qui Drusi Casaris amicitia potens, Sueuis præfuit: aut Vango & Sido, qui Vulpium Hermundurum Regno depulerunt; aut Veritus, & Maloriges, Phrysi, qui legationem quondam ad Nerone gerentes, cum intrassent Pompei theatrum, vidissent- que quosdam cultu externo inter Senatores sedere, & intellexis- sent, id honoris earum gentium esse, neminem, aut fide, aut obser- uantia in Romanos ante Germanos esse exclamauerunt, ac di- gradientes, inter Patres considerunt; ob quam rem ambos Nero ciuitate donauit. Siquis horum nunc audiri posset, audiremus eum profecto, Germaniam, non esse æternam terram, que tam bene, tam morate viueret. Negaret etiam quisuis horum eo se loco natum, in quo tantum nitaris, tantum vrbauitatis, atque ho- manitatis nunc extaret. Omnes proinde illi, si modo tumultus excitare- rentur, fortasse oculos attolentes, cum inde Præsam, & Triones, & Cynsiram ceruerent, primo quidem caelum recognoscerent, & illis sub astris se quondam natos reminiscerentur: at si terram in- spicerent, hinc florentes vrbes, inde mores hominum placidos, & agrorum culturam, & sacrorum ceremonias inspicerent, nega- rent suam esse patriam, cuius faciem non recognoscerent. Que cum ita sint, aude dicere, nationem Germanicam ad inopiam esse redactam, & ancilla formam induisse, que gentium domina fuit, & imbecillum iacere spretam, atque contemptam? Non est pauper Germania ut probauimus, non impotens, non contemti- bilis, que tam longe, lateque dominatur, que tot clarissimis vrbi- bus illustrata est, que tot Principes habet armorum gloria, & po- tentia sublimis.

Sed replicabis sub Carolo magno vestri generis principe, non Germaniam solum, sed Galliam, atque Italiam, Hispaniamque Theutonibus paruisse, sub Ludouico, sub Ortonibus, sub Henricis, sub Fridericis altissime dominati sumus, nunc extra Theutoniam linguam nihil obtinemus, quando nec Italia, iuris imperij certissima prouincia, imperata facit. Fatemur imperium vestrum non esse, quod sub Carolo fuit, & potentiam vestram, non parum post Fridericos defecisse. Sed nihil est, quod Apostolica Sedes possit imputare, nec si velit, natio vestra impediri potest, quin pristinam gloriam recuperet.

Iam tibi persuasum est vicium esse nationis tue malum, quod aurum vestrum ad Apostolicam Sedem referat. Nolumus dis- serere, quantum id sit, & quomodo Germani hodie Curiam se- dentes, magnam eius partem in patriam suam referant. Testes sunt, Ioannes Louanius Verchius, & Henricus Rescopius, atque alij complures, qui Rome datati, sumptuosissime domi edificauerunt. Illud te minus perire arbitratum ceruimus, quod in auro prouinciarum excellentiam, felicitatemque collocas: & vbi au- rum est, ibi credis esse potentiam, atque imperium. Quod si ita es- set, neque Philippum, neque Cyrum opulentissimos Reges, Scytharum pauper superasset exercitus: neque dirissimum Persæ Gra- ciprofligasset inopes: neque Barum aut Forum profraussisset A- lexander, diuirijs inferior: neque Persæ Paulus Æmilij capiti- uum adduxisset: neque Antiochum, Scipio Africanus traxit mon- tem Taurum reputasset. Stabant falcari curru, ebore, atque ar- genteo niteutes: equorum phaleras cooperiebant gemma, nulla e- quitis galea, nullus militis gladius: nullus baltheus, non auro splē- debat: que cum vidisset Hannibal; satis hæc, inquit, Romanis erunt, esse sint auarissimi: significans, aurum ad prædam expo- situm esse. Nec mentis est, victo enim statim Antiocho, & omnis gazæ in potestatem Romanorum venit, nec magnum, & opulen- tissimum Regem aurum defendere potuit. Virtus hominum, non pecunia, prouinciam nobilitat. Vbi virtus, ibi & opes ancillan- tur. Sunt tamen necessaria pecunia, & nerui republicæ appellan-

Imperium post Carolum Magnum demum- tum.

tur. Memorabile est illud Romani hominis dictum, qui Roma- nos non auro imperare velle, sed hominibus auro possidentibus ait. Quod si veterum annales repetamus, inuenimus eas plerum- que prouincias, atque vrbes alijs imparasse, que minus auri posse- derunt. Nā Romani, & Athenienses, & Spartani, & Carthagin- non opibus, aut auro, sed armorum peritia & animorum fortitudine imperia parauerunt, atque idcirco Europæis gentibus, Asiæ, semper inferiores habiti sunt. neque Turci, quos hodie miramur, ex di- uite prouincia emerere, cum Asiam occuparunt: sed in hostia, & pauper Scythia, illis patria fuit: vnde & fortissimus ille Ta- merlanes erupit, qui Armeniam, Cappadociam, Asiam, Birhy- niam, Ciliciam, Siriamque vastauit, & nobilissimam vrbium incendit. Viris fortibus, & animo excellenti, præditis, sepius auri copia, quam inopia nocuit. Siquidem magnas opes, & delicia, & voluptates consequuntur, que viros aliquum præstantes e- masculant, & vim omnem virtutis elidunt. Atque hoc fortasse causa est, que vestrum imperium exinanuit. Nam cum vestri maiores, agendo, instando, vigilando res præclaras egissent, latif- simasque prouincias, ac robustissimas, & ditissimas gentes Germa- nico regno subiecissent, quò fortuna victoriam impulit, ed etiam spolia & diuitias inulit, communes hominum pestes. Videmus enim Germaniam, ut diximus, auro, & argento plenam, omnibusque delicijs affluentem, ita seipsa contentam esse, ut arma fors iniqua efferat. Quod si nos maiorum in hanc vsque diem mansisset, ve- stroque frequentes exercitus subactæ gentes in oculis habuissent, non esset minor vestra, quam illorum fuit potentia: Siquidem imperium testante Crispo Sallustio iisdem artibus retinetur, qui- bus ab initio partum est. At patres vestri Regni fines, armis, non pecunia propagarunt. Armis igitur retinenda maiestas fuit; qui- bus & si plurimum valet vestra inuentus, ut ante relatum est, il- lecta tamen domesticis voluptatibus, exiit à Germaniam prodire non audeat. Est & alia maior ratio, que vestrum imperium com- minuit, & ad nihilum rediget, nisi occurreritis. Pluralitatem principum Philosophi abhorrent; vos ea gaudentis. Nam quamuis Imperatorem, & Regem, & Dominum esse fateamini, precari- tamen ille imperare videtur. Nulla eius potentia est. Tantum ei pareatis, quantum vultis: vultis autem minimum. Libertas omni- bus in communi placet. Neque, Ciuitates, neque, Principes, quod suum est, Imperatori prebent. Nulla illi veltigalia, nullum ararium, qui que sua rei moderator, & arbiter vult esse. Hinc discordia in- ter vos crebra, & asidua bella grassantur; ex quibus rapine, in- cendia, cades, & mille malorum emergunt genera. quemadmo- dum ibi interuenire necesse est, ubi plura dominantur capita. Nā quo pacto alijs dominentur, qui sub ipsijs neciunt imperare: Nulla unquam ciuitas, nulla gens, nulla natio, in aliam proteraxi im- perium, nisi prius imperium ipsa subicit. Distant quo Principi ser- uire oportet, qui alijs cupiunt imperare. Quod si vos Germani sic Duo Friderico Casari obediatis, ut vestri progenitores primo Carolo paruerunt, haud dubium, quin prius gloria ad vos redi- ret; quando viris, equis, armisque, & rei militaris peritia, non mi- nus, quam veteres abipidatis. At vos, si vera sunt, que tua tradit epistola, non solum Imperatori sua reddere iura non cogitatis, sed etiam Apostolica Sedes sua asserere priuilegia emittimini; ne maiori luminari minus inuideat, & vtrique gladio destit acies. Sed de hoc postea disputabimus. Nunc satis est ostendisse, non esse in culpa Romanam Ecclesiam, si Germanicum elongauit imperium; quem- admodum tua scripta videbantur asserere. Nam prima Sedes, ut postea suo loco monstrabimus, Imperium ex Grecis, ad Germa- nos transtulit. Quod si quo modo conaretur euertere opus suum, ipsa se destrueret, & inique ageret, et nationi nocens, que non sine ma- ximis obsequijs, id honoris emeruit. Vos tamen si priorem cupitis eminentiam vtilicare, priscas virtutes, priscos resumite mores, fortitudinem ignavia opponite, liberalitatem auaritia, sollicitu- dinem desidia, iustitiam iniquitati. & quod est imprimis necessa- rium, vnicatem diuisioni præferete, & capiti vestro, tam spiritua- li, quam temporali, suos honores, suam obedienciam reddere. Quod si feceritis, haud dubium, quin vetus nomen recuperantes, multis & magnis gentibus leges diceris. Verum, quia nonnullas Ecclesias in Alemannia suis despoliatas possidemus, & ad mendicitatem penè adductas non ignoramus, ut Herbipolensem, Vvratslauien- sem, Constanriensem, & alias. Respondendum illis est, qui huius rei culpam in Apostolicam Sedem reiciunt, qui medios fractus

Que ex capite imperium concidit.

primi

Causa tres reuocantur, ob quas episcopatus & monasteria Ger- manie in paupertatem inci- derunt.

Laudatur Fridericus Cesar, & Archiep. Moguntinus & alij Prelati Ecclesiastici.

primi anni exigere solet. Id si verum esset omnes eadem calamitas oppressisset. Ex omnibus enim id iuris pari modo recipitur. Sed sunt tres potissima causa, quibus & monasteria, & Ec- clesia Germanice nationis, de priore fortuna exciderunt. Pri- ma est: quod bellorum turbinibus, quam frequentissime agi- tantur, in quibus, si quid victorie iure acquirunt, veluti mode- stiores, & vestigio facta pace, restituere compelluntur: si quid amit- tunt, perpetuo apud hostem manent. Secunda causa est, quod ami- cis, & necessitudine iunctis, quam multa prelati clariguntur: quod nisi faciant, illi suo proprio ingenio Ecclesiastica bona compilant. Tertia est, quod omnes Principum more, equos, canesque alunt, & histiones, & parasitofque nutriunt, neque sine magno comi- tatu esse volunt. Neque tu aliter, quam in aula Regali- bus, apud Prælatos tuos instrui conuicia videbis. Quibus ex re- bus non inopè hoc loco dixerimus, quod Hierusalemam prin- cept cocorum, muros Hierusalem destruxisse legitur; quia venter, cui cocorum multitudo deseruit, adificia virtutum ad solum redigit. Luxuria, & ambitio, Germanicas Ec- clesias, non Romana Curia exhauret. Hoc de secunda parte dic- tum sit. Nunc tertia, & vltima superat, quam absoluemus. Mirarum plena est vltima pars literarum tuarum, cui nunc responsum culimus. Ais enim, Optimates nationis tue, iam à foras excitatos, id cogitare, ut iugum Apostolicæ Sedis prorsus exantiant: quod Romana Curia exitium putas futurum. Re- cte sane Optimates, non Principes nominasti; quamuis melius plebeios quosdam homines dicendum fuerat. Nam quo pacto Optimates ipsamque eos oppressauerit, qui omnem recte viuen- di rationem à patriâ sua pellere nituntur, & Magistrum Fidei Catholicæ, ROMANAM ECCLESIAM persequuntur. Non est Optimatum, neque honorum Principum ea querere, que sunt aduersi Christianæ Religionis, bonique moribus. Peruersi homi- nes, & obscuro sanguine nati, quæritum Republica statum tur- bare conantur. Principes, ut Sapientis sententia est, que sunt Principis cogitant. Principis autem proprium est, iudicium, & iustitiam facere, subuenire oppressis, subleuare iacentes, & Christi Sacerdotes honorare; quod Principes Alemannia haudquaquam negligunt. Imperatoris Friderici, qui primus omnium est, nota om- nibus mansuetudo est, modestia, æquitas, clementia, pietas, ve- lity, & in Ecclesiæ CHRISTI summa deuotio; cuius studio, & neur, illa illa quondam pessifera, ex natione tua deleta fuit, & Apostolica Sedes, suam inter Germanos eminentiam recupe- rauit: adeoque Fridericus ipse in consulendis ROMANÆ ECCLESIÆ iuribus attentus, ardensque fuit, ut ei potissi- mum vnioms Ecclesiastica gloria debeatur. Nec Theodoricus he- rus tuus Ecclesiæ Moguntine Pontifex, huius laudis expers est, qui Romane Sedi, in omnibus tempestatibus, quibus euo nostro con- quassata est, forti, atque inreposito animo culti opem. Scimus & Theodoricum Sanctæ Colonienfis Ecclesiæ Præsulem, quamuis Eugenio Pontifici maximo ad tempus, ut ipse credidit, non iniuste aduersus fuerit, & sub Ioanne Vigesimo tertio, à quo Ponti- ficalem honorem Bononia studens accepit, & sub Martino Quin- to, & sub Nicolao Eugenijs Successore, summo semper honore, ROMANAM ECCLESIAM profectum esse. Nec du- bitamus, Patrem illum atate, & sapientia plenum, sub Dno Calixto Tertio suis insistere moribus, & dignum sua nobilitate famulatum, CHRISTI Vicario impendere. Domus verò Badensis, ex qua natus est Ioannes Treuirensis Antistes, num- quam prima Sedi fuit infesta, nec modo incipit in Ioanne, ut omnino confidimus: cum Ioannes ipse, non paternis, fraternisque solum exemplis, verum etiam grandibus beneficijs inuictetur. Summo Sacerdoti assistere, à quo recens Episcopalem adeptus est cathedram. Quod si scus ageres, & ingratus videri, & Badensi sanguine ortus negari posses. Sigismundus Saltz-burgensis Ar- chiepiscopus, non est, qui facile ex recta sententia dimoueri pos- set. Erat hic Prepositus Ecclesiæ sue, cum Basileensibus procellis Roma fluctuaret. Nec vniquam Legatus defuit Apostolicis. Iuuit pauper matrem suam, non deseret diues, nec in se crimen ad- mittere, quod in antecessore detestabatur, nec committet, ut me- horem veritatis amicum Prepositum, quam Archiepiscopus præ- stiterit. Qui modò Prima Germaniæ Magdeburgensem guber- nat Ecclesiam, priusquam sacris imbueretur, Magister militia fuit: sed cum in homine laico Sacerdotis modestia vigeret, assum-

pus ad Episcopatum ita se gessit, ut à puro religioni desisse ope- ram videatur. Nam & litteras, quas ignorabat, didicit, & Ec- clesiæ sue Clerum, ac populum in optimam viuendi frugem re- duxit. Episcopalem habitum, quod inter Alemannos peraratum est, interdixit gerens, & ordinationes Clericorum ipse celebrans. Non est, quod persuaderi nobis possit, eiusmodi vita Prælatum, con- tra Apostolicam Sedem aliquand malignari. Nec aliam de Bre- mensi Archiepiscopo gerimus opinionem. Nec enim audicimus est, Sedem illam in Romanum aliquand Pontificem conspirasse: minus id modo attentabit, quando ei præest Pater optimus, & amicus, & moribus grauis. Quid ergo? An alij Episcopi res nouas molientur? Credimus aliquos esse nouitatis amatores, & qui pri- uata aliqua occasione, Romanam Sedem oderint. Sed plures esse confidimus, apud quos veritatis, & honestatis ratio plus valeat, qui Pontificum iura norint, & diuinas, humanasque leges inimi- mè confundendas existimant.

Sed dicit fortasse aliquis, seculares Principes harum nouita- tum inuutores esse. Minime gentium. Sunt enim admodum re- ligiosi. Non est, quod illis persuaderi queat indignum queat. Venerantur Christi Vicarium, & Romanæ Ecclesiæ quasi matri reuerentiam impendunt. Romanam Sedem veluti sacrarium ve- ritatis, & vnicum Religionis domicilium colunt: nisi Episco- porum suorum argutijs decipiantur. Non est, quod eos in Apo- stolicam Sedem moliri quippiam suspicemus. Quibus ex rebus ma- nifestum est, neque Principes, neque optimates esse, qui nouitates excquirunt: sed homines ex infima plebe, quamuis forsitan peritos, seditiosos tamen, & inuidia, atque ambitione cæcos: quibus quamuis delirant, & demeritati garrunt, non est tamen ne- ganda responsio, iubente Salomone, ut etiam stultis respon- deamus, ne sibi sapientes esse videantur. Predicimus igitur hac in parte, non cum natione nos agere, neque cum Prælati, aut Principibus vestra gentis, neque cum Optimatibus; quos recte valere, & viam sequi summe honestatis arbitramur. Pugna nobis cum paucis, qui cum sibi docti videantur, nec pro sua o- pinione digni essentur honoribus, miscere omnia diuina, & humana iura conantur; ut inter rerum mutationes, cadenti- um a segeti cathedras valeant, primos in conuicijs acublitos teneant, & vocentur ab hominibus Rabi. Nam pulchrum eis vi- detur digito monstrari, & dicitur, hic est, ut Persi verba vtantur.

Sed audiamus tandem, quid sibi velis horum temeritas ribal- dorum: Quid est, quod pro libertate molitur? Quid parant in A- postolicam Sedem? Quo sibi modo consulere satagunt? Non scribis tu hoc nobis, forsi: an times deferri, Commendamus cautionem tuam. Nam Cancellario nihil tam conuenit, quam pectus arca- norum tenere. Non tamen nos latet hoc. Prouidi sunt amici nostri nulli obligati Principibus, qui nobis omnium, que apud vos aguntur, notitiam fecere, missis exemplaribus eius pragmatice, que ab aliquibus excogitata, in publicum deferri debuit. Eius due sunt partes. In prima referuntur omnia ferè grauatamina, que superius enumerauimus, quibus ut obuietur, ponunt moliam, qui seruandus sit in natione vestra, circa Prælatorum electiones, beneficiorū collationes, causarum audiciones, indulgentiarum concessiones, decimarum exactiones, & cetera huiusmodi. In secunda ponuntur appellationes, ad quas recurrendum sit, si forte, pragmatica sanctioni summus Pontifex obuiam ierit. Inscribitur & pena, qua plectendi sunt Germani non obedientes, & sedus Principum pro custodia sanctionis. Fama quoque ad nos delatum est, inter Pragmaticos sermonem habitum esse de mittendis hie O- ratoribus, qui à Romano Pontifice sua sanctionis confirma- tionem expetant; quasi primam Sedem eo modo honoratu- ri. Quod si optatum responsum habuerint, gratias agant; sin minus, nihilominus natio pragmatica subiciatur. Scimus nihil horum placere Dno Imperatori, maiori que parti Principum, quorum mentibus nihil suaderi non dignum, sanctumque potest. Itaque agimus, ut dictum est, cum seditiosis quibusdam, & perditis hominibus, quibus nul- lum scelus videri magnum potest; quo crescant, & diuites, ex inopibus fiant. Hos ergo refutaturi, proponimus ante oculos no- stros, & dicimus, tam pragmaticam, quam modum, per quem inducere illam volumus, esse execratam. Pragmatica ipsa de- testabilis est, que Sedem primam prorsus deprimit, atque con- culcat. Modus quoque inductionis, prorsus improbandus est, &

Item & Principes seculares.

desertam.

deftandus. Nam quamvis à Vicario Iesu Christi denegatur, recipiendus tamen affirmatur: & appellacionis obseruancia à primo Ecclesiarum throno interponenda introducitur, quod apud doctos viros est, aut hereticum, aut heresi proximum. De PRAGMATICA imprimis dicamus, & quantum à ratione discedat, ostendamus. Non est huius loci, quid pragmatica ipsa contineat, capitulum explicare. Summam vim eius respicimus, que huc tendit, ne Germanica natio iustionibus Apostol. Sedis obedire cogatur; ne quid pecuniarum ad Romanam Curiam deferatur. Nam hoc est, quod omnes sibi querela volunt, hoc queritur, dum causa in partibus retinenda dicuntur; dum Prælatorum electiones ad Metropolitanas referuntur: dum beneficiorum collationes ordinarij referuntur; dum annatarum exactiones prohibentur. Que res quantum rationis præferat examinemus. Potest hoc alicui dignum videri, cuius iudicium singulare aliquod obtinebrat: quod ratione vitium, hoc profecto non laudabit. Nobis sanè duabus ex causis, hæc pragmatica respuenda, & damnanda videtur. Altera, quia ingratitudinem, & quidem deestabilem sapit: Altera, quia non Sedi Apostolica tantum, sed vniuersæ Reip. Christiane damnosa est, & vniuersam Religionis Catholicæ statum confundit, ac pervertit. Ingratitudinem, que inest, imprimis patefaciamus. Equidem memo est, qui non eum ingratitudinis vitio notet, qui matrem suam iugulare conatur. At natio Germanica, matrem suam, Romanam Ecclesiam, pragmatica sanctione iugulatura est, si eam receperit. Igitur deestabile vitium ingratitudinis fert se cum ea sanctio. Quod autem mater sit Romana Ecclesia Germanicæ gentis, quodque pragmatica mortifera sit prime Sedi, infra patebit. Sed propalemus amplius ingratitudinem istam, quod tunc faciemus, si, que beneficia ex Romano Solio, Theotomica gens receperit, enucleatis ostenderimus: neque enim ingratitudo illic esse potest, vbi nullum præcessit beneficium. Duo, & quidem maxima, & singularissima sunt beneficia, que vobis, o Germani, Romana Sedes contulit. Alterum quia vobis Christum predicauit, verum, & vnicum Deum, cuius religio barbariem omnem generi vestro deterfit. Alterum, cuius Romanum Imperium, ex Graecis ad vos transfudit: cuius splendor gentem vestram, omnibus Europe populis anteposuit. Ingrata hæc beneficia, & que semper in oculis vestris, semper in ore esse debeverunt. Eratis enim aliquando tenebræ, ignari veræ Religionis, salutis expertes, idolorum cultores, mancipia diaboli, gehennæ serui. Nunc filij lucis estis, postquam CHRISTI Euangelium, docente, & suadente Romanæ Cathedræ suscepistis. Sic enim de vobis in Commentarijs Cesar scribit. Germani, nullum ab hac consuetudine differunt. Nam neque Druides habent, qui rebus diuinis præsent, neque sacrificijs student. Deorum numero eos solos ducunt, quos ceruunt, & quorum opibus manifeste iuuantur; Solem, & Vulcanum, & Lunam, reliquos, ne sumam quidem acceperunt. Post Casarem, sub alijs Imperatoribus, vsque ad Adrianum, nulla fuit spurcicia vestro non cognita generi. Saturnum, Iouem, Mercurium, Bacchum, Cererem, Dianam, Venere, ceteraque Deorum magis monstra, quam numina, vestri maiores coluerunt; ita vt etiam filios, sicut dictum est, demonijs litarent, quem perniciosissimum, & abominabilem cultum, Adrianus omnium primus exterminauit, non tamen deorum supersticiones euertit, quarum ipse erat sectator, Apostolica Sedes vobis aperuit oculos, & viam salutis ostendit, que missis predicatoribus, CHRISTVM vobis crucifixum euangelizauit, errorem vetustum repulit; quo decesso, legem veritatis accepistis, & cognitionem filij Dei: à quâ, reliquistis vitiorum viam; & iter veritatis ingressi, qui vitam ex rapto ducebatis, nunc ex vestris viuere bonis didicistis. Tam rapinæ odio habetis, iam furti damnatis, iam adulterii, iniuriasque omnis generis prohibetis; iam inopibus misereri didicistis; iam elemosinas largiri, Sacerdotes venerari, Religioni plurimum tribuere: & ita iudici facti estis, ita circumspecti, ita exculsi, sicuti superius retulimus. Hæc autem, si verum fateri vultis, ex CHRISTI vobis Religione prouenerunt; cui cum placere studeris, eius legi obtemperare conamini, que turpia queque inibet, & honesti præcipiam habere curam. CHRISTVS igitur verus Deus à vobis cognitus, rudi barbarie vos exiit. CHRISTVS vos nitidos, vrbam

nosque fecit. CHRISTVS vobis literarum studia tradidit. CHRISTVS faciem vestra nationis excoluit. CHRISTVS vestrum nomen in cælum tulit. CHRISTVM autem ipsa vobis Sedes Apostolica venerandum, colendumque tradidit, & Fidem eius, ac legem manifestauit. Fateamini ergo necesse est, multa vos Apostolica maiestati debere. Nam vnde Religionem, inde & bonos mores accepistis. Siquidem ante Baptismi gratiam, nihil immundus, nihil terribus, nihil spurcius, quam vestra natio fuit. Decet igitur, hæc beneficia recognoscatis, non autem recalcitretis, ne vobis illud Emij conueniat: Qui beneficia male locat, male facta esse putauit. Quod tunc accidit, cum ingratibus hominibus beneficium. Nihil enim ingratitudine, aut frigiditate, aut ariditate, aut damnabilis inueniri potest. Ea enim malorum omnium mater est, que non solum ex paradiso terrestri primos parentes expulit, verum etiam ex ipso cælo, vbi Deus inhabitat, Angelos deiecit. Caute Germani, ne vos hoc vitio, vobis prius incognito maculemini. Quod vitare non poteritis, si quid agatis, quod Apostolica Sedi molestum est, vel euadat. Inestimabilia enim sunt bona, que ex ea recepistis, que non solum inter homines bene conuersandi normam vobis præbuit, sed etiam quâ possitis in cælum, & ad ipsum Deum ascendere, scalam ostendit. Omittamus temporalia, terrenaque bona. Sint illa vobis, vnde cumque velitis. Dicite, vos ea virtute vestra comparasse. Sit ita. At certe, Fidem, Religionem, & animarum gubernationem, nemo vobis alius, quam ROMANI PONTIFICIS sollicitudo præbuit. A Romanis Pontificibus vobis spiritualia iura, sacrique Canones aduenerunt. Et gratari videmini, exactiones pati, quas vocant annatas: nec tolerabile putatis, aliquid huc aurum ex Germania deferri? quibus non inconcinne cum Paulo dicat Romanus Præsul: An graue putatis, quod temporalia vestra metamus, si vobis spiritualia feminamus? Sed dicat fortasse aliquis suo iudicio sapiens, nostro demens: Prædicauit nobis, sator, Apostolica Sedes Christum Iesum, eumque Dei filium, & Patri aequalem, cum Spiritu Sancto consubstantiali: cultumque venerandum inseruit. Crediderunt Patres nostri nimium faciles, & ad credendum leues. At mihi nescio quo pacto suadens in Christo diuinitatem fuisse, verè, ne iter ad infernum fuerit, quod in cælum ducere arbitraris. Funesta vox, & homine indigna Germano, quem nulla de Religione dubitatio exagitate consuevit. Nam Germani præ ceteris gentibus, constanti, & immutabili animo hæuserunt fidei dogmata: stabile genus hominum, & pro verâ Fide mori promptum. Dubitanti tamen, non est satisfactio deneganda, neque lumen in tenebris ambulanti subtrahendum. Dicemus de hoc pauca, quibus veritas illucere possit; non more Philosphorum, qui vix illuminatissima possunt intelligere mentes; sed quemadmodum quisque cum vicino suo loquitur, ita & nos cum eo agemus, qui de CHRISTI diuinitate dubitat. Cupimus enim, & à piscatoribus intelligi, qui Fidem ex piscatoribus accepimus. Præpono igitur DEVM esse, & vnum esse, non plures. Via igitur probandi CHRISTVM DEVM, & vnicum, & tutissimam, & apertissimam ex miraculis eius operibus sumitur. Nam & ipse aliquando interrogatus, an CHRISTVS esset, ad opera, que faciebat, eos remisit. Vnde apud Ioannem legimus, quod cum circumdissent, Iudei IESVM in porticu Salomonis dixissentque: Quousque animam nostram tollis? Si tu es CHRISTVS? dixit nobis palam. Respondit IESVS: Loquor vobis, & non creditis. Opera, que ego facio in nomine Patris mei, illa testimonium perhibent de me. & pauld post: Si non facio opera Patris mei, non credite mihi. Si autem facio, si mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoscatis, & credatis, quia in me est Pater, & ego in Patre. Facessant igitur Dialecticorum argumenta, & Oratorum argutie, ac Philosphorum excessiones. Admittat vobis ipsa opera CHRISTI, ac diuinitatem, veramque doctrinam, & Sacram Religionem confirmet. Producatur imprimis Virgo ab Angelo salutata, moxque diuino plena spiritu, ac per eum superuentum VERBO DEI festa, que pergit ire cognatam visitatum. Cogitat eam Ioseph dimittere, & ab Angelo prohibetur, qui dixit: Quod in ea esset, de SPIRITU SANCTO esset. Dicit Elisabeth, & ipsa in senectute grauida. Vnde hoc mihi, vt veniat mater DOMINI mei ad me: & in eius ventre gestat puer,

Ab Apost. Sede Religionem | Christianam accepit Germania.

Germani stabiles.

Pragmatica detestanda duabus de causis.

Duplici beneficio deuincta Germania Sedi Apostolicæ.

tamquam ex Saluatoris aduentu exultans. Paria ipsa Virgo intacta, & puerum seno inuoluit in præsepio iuxta bouem, & asinum, qui nihil nocentes infanti, possessori, & Domino suo alludat. Appareat lux magna Pastoribus, vigilas noctis super gregem suum vigilantibus, & Angeli natum mundi Saluatorem annuntient. Eant illi, & Verbum, quod factum est in Bethleem, suis inspiciant oculis. Octaua die puer circumcidatur, & Iesus vocetur, quod prius ab Angelo prædictum fuerat. Oriator noua stella insueti luminis in Oriente, & tres Magos, tres Reges, cum tribus muneribus ad adorandum puerum trahat. Veniant illi Hierosolymam, & queant, vbi sit natus Rex Iudæorum, vocentur sapientes & scribe, & dicantque secundum Prophetarum testimonia, in Bethleem Iude nasciturum populi Ducem. Pergant illi suum iter, & stella supra domum pueri conquiscat. Ingrediantur Reges horridam domum, & in stabulo Mariam salutent, neque designati pauperum tantum tactum, & inopem calam, apertis thesauris aurum, thus & myrram offerant Domino, & commouiti ab Angelo, ne redeant ad Herodem, per aliam viam in suam regionem reuertantur. Post quadragesimum diem, puer in templo præsentetur, dicat Simeon, & iustus Sacerdos, dum in vlnis suis puerum accipit, Nunc dimittis seruum tuum Domine, quia viderunt oculi mei salutare tuum, cum rephosum accepisset, non visurum se mortem nisi videret, Christum Domini. Sit illi mulier vidua, & sancta, que supra LXXX. annos in templo famulata sit, loquatur de omnibus illis, qui expectabant redemptionem Israel, & hac de Christi testimonium perhibeat. Querat Herodes puerum interficere, & à bimatu, & infra, pueros in Iudæa iugulet, Ioseph autem ab Angelo monetur tollere puerum, matremque eius, & in Egyptum fugere, ac deinde mortuo Herode, per commouitionem Angelicam releat, & timens Iudæam propter Archelaum, habitet in Nazareth Duodecimum annum implens puer, Hierosolymam cum matre veniens, templum ingrediatur, & sedens in medio Doctorum ita eos audiat, & interroget, vt stupeant omnes super prudentiâ, & responsis illius. In anno tricesimo veniat ad Iordanem, & dum baptizatur à Ioanne Spiritus Sanctus in specie columbæ super eum descendat, & audiat vox de cælo, que dicat: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit: & Ioannes ipse in vtero matris sanctificatus, testimonium de ipso ferat, dicens, Ecce agnus Dei, ecce, qui tollit peccata mundi: hic est de quo dixi: Post me veniet vir, qui ante me factus est, qui prior ante me erat. Inuitatus ad nuptias, deficiente vino in Chanâ Galilæe, aquam in vinum conuertat. Quocumque iter faciat, agros, & debiles ex omni morborum genere laborantes, vno verbo, vnoque momento reddat incolumes. Claudis, ac pedum vitio affectis, non modo gradiendi, sed currenti etiam tribuat facultatem: his, quorum cæca lumina in altissimis tenebris laborant, oculos in pristinum restituat aspectum: murorum linguas, in eloquium, sermonemque soluat: surdorum maculis repleatis, auribus insinuet auditum, pollutos, & aspersos maculis repleatis, paralyticorum membra consolidet; vires imbecillis reddat; debilibus integritatem restituat, agros, & languentibus sanitatem largiatur: ipsos quoque mortuos, & in sepulchro quatruiduanos, velut è somno solutos, ad vitam reuocet. Ex quinque panibus, & duobus piscibus, quinque millia hominum fame laborantium pascat, & satiet, & insuper duodecim cophinos de fragminibus, que residua sint, impleri iubeat. Futura predicat, secreta hominum pandat; cogitationes intelligat, demonia exiciat, ventis imperet, & mari, super mare siccis pedibus ambulet, ieiunet XL. diebus, & XL. noctibus in deserto; tentatus à maligno de vitio gula, de ambitione, & deque cupiditate, non superetur, sed magno resistat animo: ex templo ementes, & vendentes eiciat: clamantibus pueris, Osanna filio Dauid, & increpantibus Sacerdotibus, Nunquid, aiebant, audistis? ex ore insanium, & lactantium perficisti laudem. Affansur tres à discipulis suis in montem excelsum, & ibi transfugeret ante eos; respicendeat facies eius sicut Sol, & vestimenta instar niuis alba fiant: appareant illi Moyses, & Elias cum eo loquentes, & nubes lucida umbret eos, & vox de nube audiatur dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacuit, ipsum audite. Prædicat discipulis suis passionem & mortem suam, dicens, Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia, que scripta sunt per Prophetas de filio hominis: Tradetur enim gentibus, & illudetur,

& flagellabitur, & confuetur; & postquam flagellauerint, occident eum, & die tertia resurget: & iterum mortem suam, & resurrectionem, Iudeis signum querentibus, prædicat, inquit, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Nunquam litteras didicisse visus, in templo doceat, & admirari omnes faciat. Dum queritur ad interfectionem ante tempus, nemo in eum audeat manum mittere; & in Hierusalem querentibus quibusdam ex gentibus, Iesum videre, dicat ipse, Pater, clarifica filium tuum: & veniat vox de cælo dicens, & clarificaui, & clarificabo. Ingrediatur ciuitatem obuiate plurimâ turbâ, cum palmis & ramis oliuarum, sternenteque vestimenta sua in viâ, & clamante turba, appropinquante passione sua dicat eis: Ecce post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur, & crucifigetur. In cena quoque prædicat, se tradendum à discipulo, eumque indicet nota manus, quam secum in catino tingeret: alium quoque, qui se scandalum parifacere dicit, ter negaturum affirmet, ante galli cantum. Annotatam Malcho auriculam restituat. Mileses Sacerdotum ad se venientes, solo verbo retrocedere, & cadere cogat, dicendo, Ego sum. Ductus ad Annam, deinde ad Caiphan, manifeste contumelias ferat. Petrus, vt à Domino dictum erat, neget Magistrum, & audit gallo recordetur illius, atque egressus flet amare. Traditor quoque penitentia ductus, restituo conditionis pretio, abiens laqueo se suspendat. Coram Anna, Pilato, & Herode tamquam agnus se gerat. Pilatus palam attestetur, quia nullam in eo causam mortis inueniat, & tandem lotis manibus dicat, Innocens ego sum à sanguine iusti huius. Flagellatur, & crucifigetur, & Cruci titulus appendatur: & latro simul cum eo crucifixus, innocentiam eius restetur, dicens, Nos digna factis recipimus, at hic nihil mali fecit. In eius obitu fiant tenebræ, à sexta hora, vsque ad nonam super vniuersam terram, & velum templi scindatur in duas partes, à summo vsque deorsum, & terra mouetur, & petra scindantur, & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surgant, & exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, veniant in sanctam ciuitatem, & appareant multis, & multi, qui adsint timentes exclament, Verè filius Dei erat ipse. Sepultus, & clausus lapide signato, custoditusque à militibus, descendat ad inferos, & antiquis inle patribus liberatis, tertia die, vt prædixerat, resurgat à mortuis, appareat discipulis suis, cum his edat, & bibat, palpandumque se, & attrahendum manibus præbeat, & ostendat glorificatum corpus, Iamuis clausis ad eos introeat, postea XL. diebus conuersatus cum eis, loquens de Regno Dei; tandem videntibus cunctis ascendat in cælum. Quid dicimus? An eum, qui talia agit, in cuius ortu tot signa fiant, in cuius obitu Cælum, & terra conturbentur, Deum esse negabimus? Sanè efficacissimum est diuinitatis argumentum, ostenso miraculorum. Nam ipse Dominus interrogatus à Ioanne discipulis suis, Tu es, qui venturus es, an alium expectamus, ad miracula recurrens, ait, Euntes, renunciate Ioanni, que audistis, & vidistis: Cæci vident, claudis ambulat, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur, & beatus, qui non fuerit scandalizatus in me.

At dicit aliquis, Heliam quoque, & Heliæum, & potissimum Moysen, signa, & portenta fecisse, non tamen Deos fuisse. Similiter & Apostolos, & quamplurimos Sanctorum miracula operatos esse. Scribitur enim in Actibus Apostolorum: Per manus autem Apostolorum fiebant signa, & prodigia multa in plebe. Desipiat tamen, si quis illorum alique Deum esse crediderit. Sed neq. Moyses, neq. Helias, neq. alius Prophetarum, aut Apostolorum, neq. aliquis sanctorum, miraculis corrumpens, filium Dei se se dixit. Neq. enim mentiri, & miracula facere quisquam potest. Nam & apud Ioannem, cæcus à natiuitate, quem illuminauit Iesus, dum gloriam Domini Pharisæis aduersantibus manifestaret, Scimus, inquit, quia peccatores Deus non audit. Sed si quis cultor Dei est, & voluit, tamen eius facit, hunc exaudit. A seculo non est auditum, vt quis aperuerit oculos cæci nati. Nisi esset hic à Deo, non posset facere quicquam. A Deo autem non esset, qui se falso filium Dei diceret: neque miracula posset facere. Atque manifestissimum illud est, quod Nicodemus ait: Rabbi, scimus quia à Deo venisti Magister: nemo enim potest hæc signa facere, que tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Stat igitur sententia nostra, Eum scilicet Deum esse, qui patris tot mirabilibus operibus, Deum se esse dicit: quæ and hæc miracula ab eo fieri nequeant, cum quo Deus non est: nec Deus est cum eo, qui falsus est, & filium Dei se mentitur.

Obiectionem quædam contra probationem diuinitatis Christi ex miraculis exsoluit.



Hac autem omnia CHRISTI miracula, Sacrosancta quatuor Evangelia tradunt, qua quatuor integerrimi testes scripserunt. Accedit epistola Pauli Apostoli, qui correptus à Domino, ex persecutore Christi, predicator effectus est, & ex hoste defensor, sicut predictum erat, Benjamin lupus rapax, & ad vesperam divideret escas. Sunt & Petri, & Ioannis, & Iacobi epistola. Sunt Apostolorum gesta, que Lucas scripsit, in quibus vberissima de miraculis Christi testimonia profertur. Quod si tot autoribus non credamus, non videmus cur Moyse, & alijs Veteris Testamenti Scripturibus fidem præstentur. Credunt Græci Herodoto, Thucididi, Diodoro, Xenophonti. Cædunt Romani Tito Livio, Crispo Sallustio, Trogio Pompeio, Lucio Floro. Credunt & alia Gentes suis Historicis. Cur non credamus Scripturibus nostris, si minime illi cum nostris comparandis illorum dicta sine discussione admissa sunt, at Ecclesia Evangelia non recepit, nisi examinatione præhabita, & Conciliorum indagine prævia. Erant plures Evangeliorum Scriptores: non tamen alios recepit, quam quatuor; in quibus veritatem multis iudicijs, & rationibus cognoverat. Post hac multi martyres pro Fide Evangelica mortem sustinuerunt, inter quos, & pueri, & tenera virgule non expauescere supplicia. Hinc accedit Sanctissimorum Doctorum autoritas, qui cum essent illuminatissimi, & in omnium doctrinarum genere peritissimi, nequaquam Evangelio credidissent, nisi veracem eius historiam cognovissent, ut Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Gregorius, & inter Græcos Chrysostomus, Nazianzenus, Basilus, Origenes, Athanasius, Cyrillus, & inter Veteres Cyprianus, Iustinus, Irenæus, Lactantius, Leo, & alij penè innumerabiles, quorum & Sanctimonia vite, & doctrinaliterarum, & acumen iudicij, singularem laudem meruere. Quod si electio locum habet, cum his potius errandum est, quam cum alijs bene sentiendum. Et nos quidem, si tanti errare videri, haudquaquam sumus, qui aliquos sine errore phœnemus. Neque enim Doctores nostri, ut Gentilium Philosophi mutuo adversantur. Vno ore, vna voce, vna sententia, omnes de CHRISTO loquuntur. Hinc accedit Romanorum autoritas, qui, cum Religionem Christi accepere, primum mortalium erant, sine armorum gloriam ponderes, sine doctrinarum lumen, & Imperij eminentiam: & hinc tamen Evangelio collum submisserunt, quod minime fecissent, nisi aut rationibus, aut miraculis victi fuissent. Græcorum quoque gens sapientissima Christo credidit, & Legem Evangelicam accepit. Idem Hispani, & Galli fecere, qui cum essent viri sapientes, prostratis idolis Christianam Religionem ab Apostolica Sede mutuati sunt, quod profecto non fecissent, nisi aliqua illos ratio traxisset. Verus igitur Deus Iesus Christus, cui tot miracula, tot Scriptores, tot SS. Doctores, tot proceres, tot populi attestantur.

Diuinitas Christi ex SS. Scripturis adstruitur.

Sed illud omnem ambiguitatem, omnem titubationem amouet, atque certissimam facit fidei nostre rationem, quod longe antequam Christus nasceretur, eius aduentus ita per Prophetas conscriptus, & designatus erat, ut & Natiuitas eius ex Virgine, & predicatio, & signa, & mortis tormenta, & resurrectio, & in cælum ascensio, quasi iam tum facta tradidi viderentur. 1. Virginitatem parituram filium, Salomon attestatur; Infirmatus est, inquit, uerius Virginitas, & accepit fetum, & grauita est, & facta est in multa miseratione mater Virgo. Et Dauid, Descendet sicut pluuia in vellus, & orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur Luna. Nam sicut pluuia in vellus sine strepitu descendit, ita & Filius Dei, sine commixtione hominis, ex Virgine natus est. Esaias quoque inquit; Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod interpretatum est, nobiscum Deus. 2. Quod puer collocaretur inter bouem, & asinum, Esaias prædixerat; Agnouit bos possessorem suum, & asinus præsepem Domini sui. 3. Quod nasceretur esset ex Domino Dauid, idem Esaias testatur, inquit: Erit in die illa, Radix Iesse, & qui exurgit principari in nationes, in eum Gentes sperabunt. Et alio loco; Egredietur virga de Radice Iesse, & flos de Radice eius ascendet, & requiescet super eum Spiritus Domini. 4. De Magorum aduentu iterum Esaias testatur, dicens; Surge, illuminare Hierusalem, quia uenit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est, & ambulabunt Gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui. Et Dauid, Reges, inquit; Tharsis, & insula numeram offerent, Reges Arabum, & Sabba dona adducent. 5. Quod Legem nouam daturus esset, Micheas Prophetæ prædixerat, dicens; Lex de Sion exibit, & Verbum Domini

de Hierusalem. Nam prior lex in monte Oreb data est, non in Hierusalem. Hoc etiam Moyses, & predicatione Christi a testatur, in Deuteronomio, cum ait; Prophetam excitabo eis de fratribus eorum, sicut te; & dabo Verbum meum in os eius, & loquetur ad eos, que præcepero ei; & quisquis non audierit ea, que loquetur Propheta ille in nomine meo, ego vindicabo in eum. 6. De sanctorum concessionibus prædixerat Esaias; Confortamini, inquit, manus dissolutas, & genua debilia consolamini, qui estis pusillo animo, nolite timere. Deus noster iudicium retribuet, ipse ueniet, & saluos faciet nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient. Tunc saluet claudus, uelut ceruus, & soluta erit lingua mutorum. 7. Quod mortuos suscitaturus esset Christus, etiam Sibyllinis oraculis traditum esse testatur Lactantius, cuius hæc referuntur uerba. Mortuorum autem resurrectio erit, & claudorum cursus uelox, & surdus audiet, & cæci uidebunt, & muti loquentur. 8. Quod etiam ex quinque panibus, & ex quinque piscebus, quinque millia hominum satianda essent, eandem Sibyllam apud Firmianum affirmare legitimus. 9. Et quod uentis imperauerit, & mari, & morbo, & inferis, eiusdem Sibyllæ testimonium ibidem legitur. 10. Impium contra Dominum futurum iudicium, Dauid præuiderat, dicens; Beatus uir, qui non abiit in consilio impiorum, & in uia peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentia non sedet. Impissimum namque fuit iudicium, quo Christus damnatus est, & pestilentissima cathedra, ex qua protulere sententiam. 11. Sed quam dilucide, quam ex ordine Salomon ipse consilium impiorum contra Christum habitum ostendit, quamuis amissis mille, & decem præcesserit Circumuentiamus, inquit, in sum, quoniam contrarius est nobis, & exprobrat peccata legis. Promittit se scientiam Dei habere, & Filium Dei se nominat. Et paulo post; Ideamus ergo, si sermones illius ueri sunt, & tentemus, que uentura sunt illi. Contumeliosus, & tormentis interrogemus eum. Morto turpissima condemnemus eum. Videtur Salomon Phariseos, & Scribas auduisse, cum consilium inierunt, ut Iesum dolo tenerent. 12. Perum cursum passionis eius, & innocentiam, & quid pro nobis penas huius, apertissime præfatus est Esaias. Non est figura eius, neque claritas, inquit, & uisus illum, & non habuit figuram, neque decorem, sed figura eius sine honore, & deficiens præter cæteros homines. Homo in plagâ positus, & sciens ferre imbecillitatem: quia aduersus est, & non est computatus. Hic peccata nostra portat, & pro nobis dolet, & nos putamus ipsum esse in dolore, & in plagâ, & in vexatione. Ipse autem vulneratus est propter facinora nostra, & infirmatus est propter peccata nostra. Doctrina pacis nostra super illum, in uere eius nos sanati sumus. Omnes nos sicut oves errauimus, & DEVS tradidit illum pro peccatis nostris. Et rursum Esaias ait; Non sum contumax, neque contradico. Dorsum meum posui ad flagella, & maxillas meas ad palmam; faciem autem meam non auerti à faciente sputorum. Et Dauid Psalmo 20. Congregata sunt super me flagella, & ignorauit dissoluti sunt, & compuncti sunt, tentauerunt me, & deriserunt me, & striderunt super me dentibus suis. Dolorum in esca mea fel, & in siti mea potauerit me aceto. & rursum Esaias ait; In humilitate iudicium eius sublatum est. Natiuitate eius quis enarrabit, quando auferretur de terra uita eius. A facinorosis populi mei adductus est ad mortem, & dabo ualios pro sepultura eius, & diuites pro morte eius, quia facinus non fecit, nec inuentus est in ore eius dolus. 13. Quod inter latronem crucifigendus esset, ipse Prophetæ testatur dicens; Inter facinorosos deputatus est, & ipse peccata multorum perculit; propter facinora illorum traditus est. 14. Hieronymus autem non solum mansuetudinem Christi, sed etiam Crucis lignum describit dicens; Ego sicut agnus sine macula ductus sum ad uictimam. In me cogitauerit cogitationem dicens; Venite, mittamus lignum in patrem eius, & eradamus à terra uitam eius, & nomen eius non erit in memoria amplius. Lignum autem Crucis significat, & Zacharias, Intuebuntur in me, que transierunt, & rursum Dauid; Effoderit manus meas, & pedes meos, & cinerum auerunt omnia ossa mea; diuiserunt sibi uentrem meum, & super uentrem meum miserunt fortis. 15. De resurrectione autem inquit Dauid; Ego dormiui, & somnum cepi, & resurrexi, quia Dominus suscepit me, & iterum; Non dereliquis animam meam apud inferos, neque dabis sanctum tuum videre corruptionem, & Osas primus duodecim Prophetarum; Hic, inquit, filius meus sapiens, propter quod non resistens in tribulatione filio-

rum suorum, & de manu inferorum eruum eum. Vbi est iudicium tuum mors aut ubi est aculeus tuus? Item alio loco; Vniuersabit nos post biduum, die tertia. Quod quidem & Sibylla tradidit, inquit; & mortis fatum finiet tertium diem. 16. Ascensionem Dauidico carmine cognouimus; Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Neque enim Dauid cum esset Rex, alium Dominum suum appellare potuit, nisi Christum. Et Daniel ascensionem præscribit; Et ecce in nubibus caeli, ut filius hominis uenens, usque ad vetustum diem peruenit. Inquit enim Lucas, & uidentibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. 17. Quod autem in Christo diuinitas esset, Esaias testatur, inquit; Tu enim Deus es, & nos nesciebamus, Deus Israel Saluator. Confundentur, & reuerbentur omnes, qui aduersantur tibi, & cadent in confusione. Item Hieronimus; Hic est Deus noster, & non deputabitur alius absque illo, qui inuenit omnem uiam discipline. Post hæc in terris uisus est, & inter homines uersatus est. 18. Humanitatem quoque Christi Hieronimus prædicit; & hoc est, inquit, inquit, & quis cognouit eum? Et Esaias; & mittet eis Deus hominem, qui saluabit eos, iudicans sanabit eos. Et Bateani apud Moysen in Numeris; Orretur stella ex Iacob, & exurgit homo ex Israel, & dominabitur gentium. Cum igitur tot miracula Christus fecerit, cum tot ei Prophetæ adimplerentur, præstantes aduentum eius, noue legis institutionem, mortem, & resurrectionem, & in cælum ascensionem, eum, Deum, & hominem illi ipsi sententur, & ipse de se dixerit; Non uidentur, cur Christum Deum simul, & hominem negare possint. Præterea suadet diuinitatem eius ipsa legis sue honestas. Nam quid aliud Christus docet, quam cælestem in terris agere uitam, & inter mortales esse Angelos? Docet enim imprimis nos Deum colere, & proximum diligere, operari, ac blandicias mundi fugere, nullum, quamuis inimicus sit odisse; uitare adulteria, stupra, fornicationes, ac nudam manus, sed etiam in oculis habere castos. Nihil concupiscere superfluum, in cælo, non in terris thesaurizare; & uana abstinerere gloria, nihil rapere, dare pauperibus superflua bona, uisitare incarceratos, atque infirmos, mortuos sepelire, & uaniloquio abstinerere, sobrietatem sectari, misereri inopum, lites, & uirgia fugere, ieiunare, abstinerere, uitare commensationes, non appetere primos acubitus, ambitionem exerceri, subesse maioribus, parere Sacerdotibus; sanctitatem, innocentiam, & ueritatem omnem sectari, & in terris cælestem conuersationem imitari. Hæc Christi lex est, hoc testamentum eius, hæc sanctissima mandata. Quid hic non laudabile non uenerandū non amplectendum? Et hoc igitur uobis o Teutonici Sedes Apostolica prædicauit, cum Christum docuit esse colendum: hoc beneficium Apostolica Sedes uobis contulit: ex infidelibus Christianos fecit, ex barbaris, Latinos, ex facinorosis, & sceleratis, honestos, ex perditis saluatos, domesticos Dei, Cæli ciues, coheredes Christi, hæredes Regni inestimabilis, diuine nature, & felicitatis confortes.

Germani ab Apost. Sede ad Fidem Christi conuersi.

Sed dices tu fortasse, Quo tu pacto mihi probabis, Apostolicam Sedem fuisse, que Germanis Christi cultum infinuauerit? Aliquomodo Apostolorum, qui Christum prædicauerit, ad Germanos uenisse, aut alium inuenies ab Apostolica Sede missum? Ita plane. Nam sicut Galli, Angli, Hispani, Itali, & relique gentes, nullam aliam Fidei magistrum habuerunt, quam primam Sedem: ita & Germani ab eâ docti sunt. Sed ne sine nomine Prædicatore uostrum relinquamus, & ut scias, que eum miserit: Bonifacius martyr Euangelium uobis prædicauit, à Beatissimo Gregorio Papa missus. Sic enim scripta eius testatur, ad Zachariam Pontificem data, in quibus se ab antecessore prædecessoris eius, uenerande memoria Gregorio ordinatum, & ad prædicandum uerbum Dei Germanis gentibus missum dicit; quod etiam Zacharias ei respondens affirmat. A Gregorio ergo Magno, à Romano Pontifice, ab hac prima Sede Verbum Dei recepisti, & Christum colere didicisti. Salus uobis ab Apostolica throno missa est, vitam hinc habetis, & scalam in cælum ferentem; & grauamini paucas pecunias mittere ad Curiam, annatas soluere, auxilium aliquod matri uestræ præstare? Graue uobis est, his exiguis temporalia præbere, qui uobis spiritualia tradiderunt? Animalia bruta parentibus suis opitulantur. Nam ciconias serunt tanto tempore uictum ministrare parentibus, quanto ab illis alimenta receperunt. Qui altari seruit, inquit Paulus, de altari uiuat, & os boui trituranti alligandum non esse uidet. At uos matrem uestram omnino excludere nitimini, & nullum putatis ei auxilium

esse præstandum. Ingratitudo hæc est, ingens uirtutem, Deo, & hominibus execrabilis: cuius tres gradus esse uiri Sapientes uoluerunt. Primum non reddere beneficium. Secundum, dissimulare, quasi non acceperis, quod reddere debeas. Tertium, oblitum esse profectus beneficii. Possimus & nos quartum gradum adhibere, quem is tenet, qui pro benigno maleficium reddit. Hæc omnes gradus nationi Germanica illi ostenderunt, qui Romanam Ecclesiam ueteri iure primare intendunt, quod uirtutem Nicolaus Papa haud minus esse, quam hæresim tradidit. Sic enim inquit, cum Mediolanensibus scribit. Non est dubium, quia quisquis cuiuslibet Ecclesie suum detrabit, iniustitiam facit. Qui autem ROMANÆ ECCLESIE privilegium ab ipso Summo omnium Ecclesiarum capite traditum, auferre conatur, hic proclababit in heresim labitur, & declinat à uia sibi tradita. Item ille uocatur iniquus, merito iste dicendus est hereticus. Si queris, quod sit privilegium ECCLESIE ROMANÆ ab ipso DOMINO traditum, promptum est dicere, Privilegium hæc Sedis est, pacere oues Christi; & ligare, ac soluere, que ligatione, & solutione digna uidentur, dicente Domino ad Petrum; Paise oues meas, & quodcumque ligaueris, uel solueris super terram, erit ligatum, uel solutum in cælis. Pastorem eum omnium Christianorum Dominus fecit, & Successoribus eius, Pastorem uniuersorum curam commisit, ut postea dicimus. Hoc privilegium auferunt, quicunque Pragmaticas sanctiones, ad obligandam primam Sedem statuunt. Desunt enim oues esse uelle, cum in pastorem rebellant, cumque pastorem suum uel increpare, uel non audire uolunt: non aduertentes, quod Propheta inquit; Numquid gloriabitur securus contra eum, qui secit in eam, aut exaltabit uerra contra eum, qui trahit eam. Ac tantum de ingratitude sit dictum, quam est si nemo nulli ex plebe homines in se admittant, nobilitas tamen Germanica, ut confidimus, profus excludet, neque illi Sedi aduersabitur, à qua Christum Saluatorem, & Seruatorem, autoremque felicitatis sue didicit colere.

Sed iam quid mali in communi afferat hæc PRAGMATICA Sanctio, explicemus.

PRAGMATICA Sanctio, ex duabus causis, iniurus, damno, & abominabilis est: altera, quia Sedi Apostolica eminentiam, & Pastoralis officij plenitudinem eripit; altera, quia pauperem esse uult, abutam, & impotentem primam Sedem. Primum illud exitiale malum est, ut paulo antè diximus, & hæresim sapit Nicolao teste.

Sed uideamus, que est ista potentia Romane Sedis, que auctoritas, que eminentia. Eminetia Sedis huius est, quia prima est omnium Ecclesiarum, & cunctis Ecclesijs uelut mater supereminet Filiabus. Ipsa quoque est Princeps, & magistra, nam ceterarum Ecclesiarum dignitates, & cathedras, ut inquit Nicolaus, papa Rom. instituit; Ecclesiam uero illam solus ipse Deus fundauit, & super petram Fidei mox nascentis e-rexit; qui B. Petro æterna uita clauigero, terrenam simul, & cælestis imperij iura commisit. Non ergo qua uelut terrena sententia sed illud uerbum, quo constructum est cælum, & terra, per quod denique omnia condita sunt elementa Romanam fundauit Ecclesiam; & ideo magistræ omnium Ecclesiarum ipsam appellat. Et Pelagius Papa; Quamuis, inquit, uniuersa per orbem Catholica Ecclesia constituta, uisus thalamus Christi sint; tamen Sancta Romana Ecclesia Catholica, & Apostolica, nulli synodis constitutis ceteris Ecclesijs prælatæ est, sed Euangelica uoce Domini, & Saluatoris nostri. Primatum obtinuit. Et Anacletus papa; In nouo Testamento, inquit, post Christum Dominum à Petro capis Sacerdos alii ordo, quia ipsi primo Pontificatus in Ecclesia Christi datus. Et Leo Papa; Ita Dominum nostrum Iesum Christum instituisse, ait, ut ueritas, que antea legis, & Prophetarum præconia continebat, ser Apostolicam tubam in salutem uniuersitatis exiret, ut huius ueneris sacramentum in Beatissimo Petro, Apostolorum omnium summo principaliter collocaret; ut ab ipso, quasi quodam capite, dona sua uelut in corpus omne diffunderet. Et Agatho Papa; sic omnes Apostolica Sedis sanctiones accipiendas esse ait, tamquam ipsius diuina uoce petri firmatas. Et Stephanus papa V. Quicquid statuit, quicquid ordinat Sancta Romana Ecclesia, perpetuo irrefragabiliter obseruandum afferunt. Nec aliter Beatus Gregorius Papa affirmat, qui nulli fas esse ait uel uelle, uel posse Apostolicæ Sedis præcepta transgredi. Et uides, ut prima dicitur Romana Ecclesia,

Quatuor ingratitudinis gradus recensentur.

Pragmatica sanctio duplici ex capite iniuriæ est datus.

et mater, et magistra, et caput omnium Ecclesiarum et Primatus, cui parere omnes oportet.

Sed dicit humana sunt, que afferunt testimonia, et suspecta. Nam eorum voce Rom. Ecclesiam extollit, qui presunt in ea: suam agebant causam, se laudant, cum Sedem Apost. magnificant. Non mouerunt Romanorum auctoritate Pontificum. Neque nos ve credas illis volumus, sed rationibus, sed Euangelio, sed Christo, sed Petro, in quo dicta Pontificum, non minus magnifica, qua veridica et certissima fundantur. At Petro Dominus Tu es Petrus, et super hanc petram adificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non preualebunt aduersus eam, et Tu vocaberis Cephas, quod est Caput, et Pasce oves meas, Pasce agnos meos, et Duc in altum rete, et Tibi dabo clauas Regni celorum, et quodcumque ligaueris in terra, erit ligatum et in celis, et Tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos, et Vocauit eum de nauis iussitque super aquam ambulare, et turbantem erexit, et piscatorem hominum eum se facturum ait, et inter tres vocatos in monte transfigurationem visuros, hic primus nominatur, et primus est, qui ait, Bonum est, nos hic esse, et sibi praecatoris ait, Tu me sequere. Quid haec tibi videntur? Anne ista sufficiunt testimonia, que vicariatum Christi Petro traditum arguant. Hoc autem, cui alteri Apostolorum dictum est, nisi Petro, Pasce oves meas? Sane in Euangelio inter omnes Apostolos potius Petri semper mentio habita est: nec aliquod arcanum sine eo gestum est. Et ipsi Apostoli, quamvis pari consortio honorem, et potestatem acceperunt cum Petro, nam omnibus dictum: Quorum remiseritis etc. ipsi tamen consuler ante precipuum quoddam in Petro, eum sibi Principem prelatum agnouerunt. Eorum normam secuti sunt Doctores Sancti, Hieronymus, Augustinus, et reliqui, quorum dicta, et exempla magis sequi, quam discutere debemus.

Primatus Petri, et Romani Pontificis ostenditur.

Sed quum sint nonnulli nationis tua homines parum persi habentes, qui Thaboritarum sequentes errorem, Romani Pontificis primatum, neque necessarium in Ecclesia, neque a Christo institutum putant, quibus et pragmatice sanctionis auctoritate consentire videntur, alius hanc questionem aggredi placeat, ut se aliquando cum his hominibus in questionem ueneris, quamvis tuopte ingenio eos abunde refellere possis, gladium etiam a nobis habes, quo temeritatem eorum confodias. Nam illis non solum scripta doctorum, que expolunt, et auctoritas Ecclesie longe, lateque diffusa per orbem, sed ipsa quoque naturalis ratio aduersatur; que lex nature dici potest adeo fixa, immobilis, inuariabilis, ut neque episcopi ferat. Audi ergo quo pacto istos reuincamus, reiciamus, prosternamus. Cum Christianis nobis, quamuis malis, quaestio est, qui Euangelium recipiunt, et Christum Dei filium pro nostra salute incarnatum, passumque profiterentur. In nobis haudquaquam negabunt Sacramenta in Ecclesia, ab ipso Dei filio esse instituta, quibus ad salutem vtuntur. Inter Sacramenta Ordo numeratur, qui duorum Sacramentorum, que saluberrima, et potissima esse videntur, Eucharistie et Penitentiae mysterium in se continet. Nam Sacerdotes hac potissimum de causa sunt instituti, ut purgantes per Penitentiam homines a peccatis et ad gratiam Dei reducentes, idoneos, dignosque faciant, quibus Corpus Christi participent, quod ipsi quidem consecraverunt. Videmus autem ita comparatum esse, ut quous potestas ad principalem aliquem effectum ordinata, inferiores potestates sibi subseruientes habeat. Hoc ipsum artes ostendunt. Nam qui ligna cedit, arti nauifacinae deservit, et hic rursus gubernatorie, ista verò militari, seu economica. Siquidem nauigatio ad plures fines ordinari potest. Cum ergo potestas ordinis ad eum sine constituta sit, ut purgatis hominibus corpus Dominicum tradat, palam est, inferiores Ordines ei seruientes esse, preparantes, que ad hoc opus necessaria ducunt, et sunt, Ostiarii, Lectores, Exorcistae, Acolyti, Subdiaconi, Diaconi. Ex his tres priores populum disponunt, quartus uasa non sacra porrigit, quintus panem, vinumque nondum consecratum ministrat, sextus Christi Sanguinem populo dispensat. Neque hi tres Ordines curam populi postulant. Namque Diaconi Euangelicam doctrinam populo tradunt, Subdiaconi Apostolicam, Acolyti luminum commissa diligentia, doctrina quoque Prophetica: atque ita sex Ordines ad septimum referuntur, qui Sacerdotalis appellatur. Caeterum cum huiusmodi Ordinum collatio Sacramento quodam perficiatur; Sacramenta verò Ecclesia dispensatores requirant idoneos; necessarium

videmus aliquam potestatem esse in Ecclesia superiorem, altioris ministerii, que Ordinis Sacramenta dispenset. Neque enim Ordinem a seipso quisquam recipit. Hanc autem potestatem maiores nostri, Episcopalem appellauerunt: qua quamuis in consecratione Corporis Domini Sacerdotalem non excedat, in his tamen superat, que populi gubernationem respiciunt. Nam et ipsa Sacerdotalis potestas, ab Episcopali descendit: et qua sunt ardua circa populi curam, Episcopi Sacerdotibus remittunt. Ex quo fit, ut summam regimini, quod in populo Christiano geritur, ad Episcopalem referri oporteat potestatem. Et quamuis populi per diuersas dioceses, ciuitatesque distinguantur, sicut tamen vna est Ecclesia, sponsa Christi immaculata; ita et vnum oportet esse populum Christianum, per totum orbem longe, lateque diffusum. Et sicut in populo ciuitatis vnius, Episcopus vnus requiritur, ad quem summa rerum referatur; ita et in tota Ecclesia per orbem dispersa, necessarium est, vnum praesidere Rectorem, Principem, atque Magistrum, cuius arbitrio maxima quaque, et difficulta terminentur. Nam quo pacto pax, et vnitas in Ecclesia conseruabitur, nisi vna sit omnium Fides? Aut quomodo diuersas opiniones de Fide tolletur, nisi Index supremus vnus existat, qui quaestiones circa Fidem emergentes dissoluere queat? Quippe, nisi tribunal vnum sit, in quo lites de religione discutiantur; diuidat Ecclesiam necesse est, ac vnionem resoluat sententiarum diuersitas: quemadmodum ante Concilium Nicanum accidisse conspicimus est, dum sibi quisque vnebat, neque facultas erat Episcopis ad Synodum conuenire, neque Romana Ecclesia suis viribus schismata destrui perire omnino poterat. Et nostrum quidem tempore videmus, omnes, qui peregrini sequuntur dogmata, illud inprimis vrsupare, ut Apostolica Sedis auctoritatem, Primatumque distentent. At cum Dominus noster Iesus Christus sponsam suam Ecclesiam, tam feruenti amore dilexerit, ut sanguinem suum pro ea fuderit, asperimam Crucis tormenta perpeffus, quis non existimet, in his, que necessaria sunt Ecclesie, ab eo oportune ordinata, et dotata esse: cum de Sinagoga per Isaiam dicat: Quid amplius debui facere vinee mee, et non feci? Si hoc de Sinagoga, nihil minus de Ecclesia potest. At cum necesse sit, in perfectio regimine vnum praesse, a quo caeteri dependant: minime dubitandum est, quum ex ordinatione Christi, vnum Ecclesiae praesit Ductor fidelis exercitus, et Magister eorum, qui veram doctrinam quaerunt, Hunc nos Papam, Vocamus Romanum, Maximum Pontificem, et Christi Vicarium. Praeterea, cum Ecclesie regimen ab eo institutum sit per quem Reges regnant, et legum conditores iusta decernunt, quis non arbitretur, gubernationem Ecclesie optimam esse: Gubernatur autem optimè multitudine, cum ex vnus voluntate dependet: quod ex fine patet. Nam finis optimi regimini pax esse: pacis autem nutritrix vnio, vnionem vero nemo dubitauerit, vnum melius seruare, quam plures. Vnus enim vnitati congruit, pluralitas Principum diuisione est mater. Non est igitur, cur dubitemus, Ecclesie regimini tamquam optimo vnum praesse, in quem fidelium vniuersitas respiciat, velut primum, et summum gubernatorem. Huc accedit, quod in Apocalypsi Ioannes ait, qui se Hierusalem nouam vidisse affirmat, descendente de Caelo: et Moysi mandatum est, ut omnia faceret secundum exemplar, monstratum ei in monte. Quibus ex rebus nihil aliud cogitare possumus, quam militantem in terris Ecclesiam, instar triumphantis in caelo extare. At cum illi vnus praesit Dominus, eodem Ioanne rursus in Apocalypsi dicente. Ipse populus eius erunt, et ipse Deus cum eis erit. eorum Deus: nemo non intellegit, Ecclesie terram incolentis, vnum esse Antistitem oportere. Vnde rectè per Oseam scriptum est: Congregabuntur simul pariter, et ponent sibi caput vnum: et apud Ioannem, vnum ouile, et vnum Pastorem futurum Dominus attestatur: et ad Ephesios Doctor Gentium Paulus: Solliciti, inquit, sitis, seruare vnitatem spiritus, in vinculo pacis: vnum corpus, et vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrae. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus. Sed dicit quisquam: Vnum caput, vnum Pastor Ecclesie Christi est, qui cuncta gubernat. Vnus, et vnus sponsus: nec opus est alium adhibere Pastorem: Ipse optimè pascat oves, quaeas creauit. Vana est ista argumentatio. Neque enim superfluo esse dicimus, quare Christus ipse baptizet, peccata dimittat, Sacramenta cuncta perficiat, quia vnus Sacerdos est, qui se obrulit in ara crucis,

Hereticor. bafis.

Regimen optimum Monarchicum.

et cuius

et cuius virtute corpus eius in altari consecratur. Nam Saluator ipse, cum ex hoc mundo migraturus esset ad patrem, quoniam corpore abstractus erat, ministros elegit, per quos Sacramenta fidelibus dispenseret: qui cum Apostolis in vltima cena sua carnem suam, sanguinem tradidisset, eos adiuuauit, ut in suam commemoratorem, et ipsi Dominici corpus plebibus traderent. Pari ratione, et vnus eligere oportuit, cui gregis vniuersi curam committeret. Neque hoc ab eo neglectum est, qui ante ascensionem, ut praedictum est, Petro dixit, Pasce oves meas: et ante passionem, Tu conuersus, confirma fratres tuos: et Tibi dabo Clauas Regni caelorum. Quibus verbis palam ostendit, potestatem clauium per Petrum ad alios deriuandam, ut Ecclesia vnitas seruetur. Nec fas est dicere, hanc potestatem Petro concessam, ad successores eius non deriuari. Nam CHRISTVS Ecclesiam vsque ad finem saeculi duraturam instituit, secundum illud Isaiæ; Super solium David, et super Regnum eius sedebit, ut confirmet, et corroboret illud in iudicio, et iustitia, amodo et vsque in sempiternum. Nam potestas apud eos, qui cum CHRISTO vixere, ita instituta est, ut ad posteros pro vtilitate Ecclesie penetraret, dicente Domino apud Matthaeum: Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem saeculi. Quibus ex rebus probatum esse confidimus, vnum esse Pontificem, qui praesit omnibus fidelibus, et hunc post Christum fuisse Petrum: illo autem vita functo, successores eius. Nec enim alteri Apostolorum commissam esse omnium omnium pasturam verbo Domini reperimus: quamuis legandi, atque soluendi potestas, in curam data omnibus inueniatur, cum Spiritu Sancto fuerint afflati. Cum vero Petrus Romae martyrium subierit, et cum eo Paulus vas electionis, eodem die, apud eandem urbem, pro Christi nomine obrutus fuerit: non est ambigendum, quod talium Apostolorum martyrio consecrata Romana Sedes, Principatum inter reliquas obtinuerit, quemadmodum superius late deduximus. Ex quo fit, ut post Petrum omnes, qui Romanam recedere cathedram, vsque ad Calixtum III. qui modo sedet, verum Christi Vicariatum tenuerint. Nec alia Ecclesia est, que Romanae possit aequari, et que non ei subiciatur: siue Constantinopolitanam quisquid antefere voluerit, Imperio quoddam Orientali sublimem, siue Hierosolymitanam, quam nostra salutis officinam possumus appellare, cui facer Domini magnus Iacobus praesuit Apostolus. Nam Christus cum Vicarium suum Petrum assignat, ei in vniuerso loco hanc dignitatem concessit, quem Petrus ipse suo sanguine consecraret. Idque postmodum vniuersalis Ecclesie concessit, et approbatione susceptum est. Hierosolymitanam autem Ecclesiam, quamuis Nicena Synodus ab omnibus honorari voluerit, saluum tamen esse decreuit in Casarea Palestine, que tunc erat Metropolis. Romana igitur Ecclesia, ut sacrorum canonum testatur auctoritas, a Domino, et non ab alio, caput omnium esse constituta, que Principis Apostolorum, ac Doctoris Gentium sanguine dedicata est. Ibi Christus et Petrus sacrum spiritualeque Regnum fundauerunt, vbi terrarum, ac prophetarum vsque ad summum tunc Imperium. Certas res dicimus, et quas nemo refellere possit. Et quous maiores nostri Apostolicas Sedes appellauerunt, quibus Apostoli praesuerunt, ut Hierosolymitanam, Antiochenam, Ephesiam, Patracensem, et alias complures: cum tamen Apostolicam Sedem nominamus, propter Petri reuerentiam, Romanam designamus. Nec hodie Ecclesia est vlla ex Apostolicis, que Christi fidem integram, immaculatamque seruaauerit, nisi Romana, que Christi doctrinam, ut a Petro, Pauloque recepit, ita in hunc diem seruauit: nullis vnquam tenebris heresum obscurata, nullis erroribus deprauata. Quod si fuerint aliquando, vel Graeci, vel Asiani, vel Siriti, aut Aegyptii, qui Primatum sibi debere putauerunt: apparet illos haud equa penitus esse: quorum successores Euangelium reliquere, et e nauis exuerunt, in errorum pelagus deciderunt. Ex Italis certe, ex Gallis, Hispanis, Germanisque Ecclesiis, nulla est, que Primatum vendicare possit, cum Apostolorum nullus ad eas venerit, et omnes auctoritate Romana Sedis institutas esse, manifestissimum sit: ac propterea illi tanquam maris, et magistra, et reuerentia, et obedientiam debent. At qui PRAGMATICAM sanctione cadunt, et profus emmentia Prime Sedis, et auctoritate expolunt, cum leges inter sese statuunt, Apostolica dignitati frangunt: cumque appellaciones distulerint, quibus aium se vsuros, nisi Rom. Praesul suas leges currere sinat, privilegium Prime Sedis tollat: ac in heresim aperte prolapsi, cum fronte, et ore contumaci facerent nolle se

Romani Pontifici obedire, affirmant se non esse oves Christi, sed perditionis. Nam Romanus Pastor, omnes oves Christi gubernat, et ac pasceudas accipit. Sed quid dicitur? Manus est, quod isti attendant. Siquidem non solum Apostolica Sedes pasturam reseruit, illique parere recusant, sed illam quoque, si possint, conficere, ac delere conantur. Nam cum plurima vna sint Romani Pontificis, quibus eius Curia altior et foverit: haec omnia a uisere nituntur: maxime verò illud cautum esse volunt, ne quid auri ex Germania in Italiam deferatur, sicut sapius testatur sunt. Dices, hoc non esse confundere, ac perdere Sedem, sed asferre illi delicias, ac superfluitates, quibus in profundum malorum mergitur, et penitus labascit, atque interire sanare hoc est Romanam Sedem, non perdere. Mittamus hanc literam, que de nomine est, et ad rem ipsam veniamus. Non negas mihi, si bene capimus, PRAGMATICAE auctores denegare amatas Ecclesie Romanae, et pecuniaris cesibus. Hoc est velle esse Ecclesiam pauperem: idque vile putat: quandoquidem auferentur voluptates, et casta remanebit Ecclesia. Intellegimus hoc. Paupertas tibi Romana Ecclesia cordi est. Negabis hoc, diceque satis habere Romanam Ecclesiam ex patrimonio Beati Petri, et ex alijs regionibus. At nos dicimus, parum esse, et incertum, quod ex patrimonio habetur. Nam custodia saepe plus requirit, quam ipsa conferat castra: et multi bella prement, ac inuenerit, nulla iustitia, multi raptores sunt, et Bononiam, que primam est membrum, nunc ciuilibus discordijs agitata, nihil conferre videmus: Perissimos verò tantum praebere, quam vnus voluit: reliquos populos mutare omnes, et ad res nouas paratos. Vicarios Ecclesie censum tunc dare, cum placeat. Roma quot fuerint mutationes, iam non semel vidimus. Martinus V. cum Romam redisset, vix aliquid possedit: Braccius cuncta occupauerat. Male igitur cum Romanam a Sede actum sit, si tantum de redditibus patrimonij gubernaridebeat. Propterea maiores nostri, collegij Cardinalium non super illo, sed super annatis sumptus habere voluerunt. Quod si sufficerent patrimonij redditus, pesset Italia dicere: Cum Sedes Apostolica mater omnium sit, car nos Itali tantummodo eam nutrimus: Mater quidem, ut omnibus filijs lac praebet, ita ab omnibus inuanda est. Nec tu digneris, digere Italicos illam possidere, quae in Italia est, et ab Italis tantummodo regitur. Nam si respuas Cuius, ex omni gente cogniti sunt, Graecis, Latinis, barbaris: et in ipsa quidem Romana Sede ex omni natione sedisse constat, et qui nunc diuino munere praesidet, non Romanus, aut Italis natione, sed Hispanicus est: ex qua gente saepe illustres Rectores Romanae respublicae, siue Ecclesiae, siue seculari sortita est: constatque Apostolicam Sedem, cum extra Italiam fuit, non tam benignam Italis fuisse, quam Roma existens dlatat est omnibus charitate. Sed illud profecto palam est, quod necessitati Ecclesie, ac licet voluptati sumptus ministrare patrimonium Beati Petri non potest.

Dices: Quid opus est tot sumptibus? At ego neq, tot equos, neq, tot longissimas vestes, neq, tot famulorum longum ordinem requiro. Satis fuerit in palatio Papam esse, cum paucis ministris. Cardd. cu paucioribus vitam sobria, castamque, ducere: plures eos pauperes et bonos verebuntur mundus, quam diuites, et malos. Pompas cori omnes odere: malas artes, et pingua conuiuia cuncti detestantur. Nemo est, qui de vobis bene loquatur: exposita est haec dignitas, his tempestatibus. Non sunt montes sine venis. Altus tyrrus submina quatunt. Sed indigna odia commemoras. Verum de tua opinione videamus. Pauperem vis esse Romanum Praesulem, et inopes Cardd. totamque Curiam mendicare: id tibi satis esse videtur, si Romanus Praesul, suis bene viuatur. At vulgo aiunt: Sapieniam pauperis summo viliorum esse. Locutus est pauper, inquit Salomō, et omnes derident. Locutus est diues et omnes admirantur. Fatemur, qui sibi ipsi viuere velit securissime paupertate digere posse. Na dicitur: Sapiens sunt, teste Domino: et expeditus ita ad vitam, facilius excoquitur. At qui praesit alijs abundare oportet. Nam eum praeculare agere conuenit. Teste autem philosopho, impossibile est, aut certe difficile, eum praeculare agere, cui desunt facultates: et nos quidem in omni lege Sacerdotes fuisse diuites accepimus. In veteri testamento Moyses et Aaron in Sacerdotibus eius, principes fuerunt populi. Cum data est portio filijs Leui, non modò his diuitias, sed oppida quoque, et ciuitates fuisse assignatas legimus. In Aegypto etiam Sacerdotum mirifice abundauit, cuius agri ab omni censu immunes fuerunt. Apud Graecos, Romanosque sacerdotia scimus abundasse. Apud Gallos Druides primo ferme habebatur, et omni

Opes Ecclesie co nseruunt.

Romana Ecclesia caput reliquarum constituta est, et a Principibus Apostolorum fundata.



contentionum Iudices. Quod si dixeris, prioris Ecclesie nostre Duce...

Summi Pont. minus quale.

Est igitur Pontificis maximi proprium munus, Christi oves ubique...

hostiam mendicet. Sed pone id fiat. Quomodo restituentur Episcopi...

Ægre obtinet Principes secularis Summo Pontifici.

S. Bernardi Senensis desiderii.

Christiani

Describitur Sedes Romana.

Christiani exercitus, Rex sapiens, qui Sedes in folio suo disipat...

Cancellarius cur non sit in Romana Curia.

incurrunt. Tertium officium, Camerarium vocant, cuius est Patrimonium Ecclesie curam gerere...

Cur tot officialibus ornata est.

non vult, alios saltem non perdat. Morbidam pecudem ex ovili abigunt, ne reliquias inficiat. Diximusque, non tunc esse, alienam opem petere; quia sepeis morbidus est, cuius auxilium querat. Vnde fit, ut salubre sit, Ecclesiam esse potentem, ne opprimatur ab hereticis, malisque hominibus, & gregem suum ipsa possit tueri. Præterea diximus, & Veteris Testamenti Sacerdotes fuisse opulentos, & Gentilium Sacerdotes bonis omnibus abundasse, quorum aliqui Reges fidei, sacra simul, & prophana regentes. Et quamvis in Ecclesia Primitiva, qui CHRISTVM inducebant, prædia venderent, & inter pauperes pretia distribuerent: Apostoli tamen distributores erant. Venditio autem fiebat; ideo, ut Melchisedes Papa dicit, quia futuram Ecclesiam in Gentibus Apostoli præstidebant; & ut prædia in Iudea minime adepti sunt, sed pretia tantummodo ad fovendos egentes. At vero cum inter turbines, & adversa mundi succresceret Ecclesia, ad hoc usque pervenit, ut non solum gentes, sed etiam Principes Romanorum, qui totius orbis Monarchiam tenebant, ad fidem CHRISTI & Baptismi Sacramenta concurrerent: ex quibus vir religiosissimus Constantinus primus Fidem Veritatis potenter adeptus, licentiam dedit per uniuersum Orbem suo de gentibus sub Imperio, non solum fieri Christianos, sed etiam fabricandi Ecclesias, & prædia tribuendi: quem admodum is ipse exemplo suo præiit, & donaria immensa ipsi contulit. Et Urbanus Papa dicit, quod videntes Summi Sacerdotes, & alij, atque Leuita, & reliqui fideles, plus vtilitatis posse conferre, si hereditates, & agros, quos Ecclesis, quibus præstidebant, & ipsi traderent: eo quod ex sumptibus eorum tam presentibus, quam futuris temporibus plura, & elegantiora possent ministrare fidelibus, communem vitam ducentibus, quam præstare prælia, & agros, quos vendere solebant, matricibus Ecclesiis tradere, & ex sumptibus eorum vivere, Res autem ipse in ditione erant Episcoporum, qui loco Apostolorum successerunt. Quod si non deberent Ecclesie bonis abundare, male fecisset Constantinus Imperator, qui Romanam tantopere dixit: qui, ut Damascus scribit ad Hieronymum, multa illi bona contulit. Male fecisset & Carolus Magnus, & pater eius Pipinus, & Ludouicus filius, qui Ecclesie plurima donauerunt. Male & Otrones, qui non solum Romanam Ecclesiam, sed etiam Theononicas dirarunt. Male Henricus secundus Imperator, qui Sanctus habetur, & celo receptus esse putatur, qui Bambergensem Ecclesiam, in qua sepultus claret miraculis, & fundauit, & ditauit. Male Comitissa Mathildis paternam hereditatem à Radicofano Tuscie, usque ad Campanie medias, vrbes, & oppida Beato Petro tradidit. Male Sanctus Syluester dona Imperatoria accepisset. Male Damascus, Stephanus, Leo, Adrianus, & quem sine controversia Deo deuotissimum omnes fatentur, Gregorius Magnus, in possessione tot bonorum perseverasset. Sed quid dicit S. Prosper? Exposit, ait, Ecclesie facultates possidere, & propria priuatis Propter perfectionem contemnere. Sanctus Paulus Apostolus, ut ipsi melius notis, ingentia prædia que sua fuerunt vendita pauperibus erogauit: sed cum sanctus esset Episcopus, Ecclesie facultates non contempnit sed fidelissime dispensauit: ut ostenderet, & propria debere Propter perfectionem contemni, & sine impedimento, perfectionis posse Ecclesie facultates que sunt profectio communia, possideri. Quid Sanctus Hilarius? Nomen ipse omnia sua, aut parentibus reliquit, aut vendita pauperibus erogauit: & ipsi tamen cum merito sua perfectionis fueret Ecclesia Arelatensis Episcopus, que illa tunc habebat Ecclesia non solum possedit, sed etiam accepit multos Sanctos, & in hac Romana, & in pluribus alijs constat: pluresque legimus viros doctrina, & sapientia, atque sanctimonia memorabiles, qui cum fuissent, aut Monachi, aut Mendicantes, ad Romanam Pontificiam dignitatem euecti, Ecclesie facultates possederunt; ut Nicolaus Vrsinus, & alij. Pari modo & in Cardinalatu Carthusienses, aliosque religiosos vidimus, qui profecti paupertatem, in dignitate constituti suarum Ecclesiarum bona conferuant, & pro dignitate, quam sustinent, statum ducunt decentem, sicut est hodie Ioannes de Turre Cremata Sancti Sixti presbyter Cardinalis in Theologica facultate sublimis, & scriptis voluminibus memorabilis. Liqueat igitur nostro iudicio, quando id auctoritatibus, & rationibus probatum est, Romanam Ecclesiam diuitem esse oportere. Neque diuitias ad vo-

luptatem requirimus, sed ad tria tantum; ad statam honestum, & dignitatem conuenientem tenendam: ad alendos pauperes, & ad Ecclesias manutenendas: & ad coercendos malefactores, qui fidei sinceritati officunt. Quod si quis Pontifex his aliter vritur, statum eum non recte agere, neque Magistrum sui sequi vestigia. Neque enim, aut inter consanguineos Christi hereditatem partiri debet, aut in voluptatibus, & delicijs illam perdere. Si autem aliquis sit ex minoribus Prælatibus, qui bonis sibi traditis abutitur: superioris iudicio esse coercendus. Quod si Pontifex Maximus aliquid tale egerit, maximi Dei iudicium expectandum est, qui aut Papam de medio tollit, aut alio modo prouidebit. Neque enim primam Sedem, quam sibi suo arbitrio regendam retinuit, errare, & dilabi patitur.

Sed quid obsecro est, quod in Romano Præsule videamus indignum? Equos ne Pontifex Romanus, aut canes, aut aues ad delicias pascat? Quis eum aliquando in spectaculis, aut ludis vidit? Saltationes, & choreas, & cantus mulierum inspicit? Vbi vniquam histriones, vel pantomimi coram eo? Quando ille comitibus, lasciuia, aut ebrietate spectauit? Aut alia, vel se habet? Aliena sunt hæc ab Apostolico Palatio. Studia Pontificis maximi, & occupationes sunt, diuini interesse mysterijs, & sacram rem facere, priuatim quidem quotidie, publice vero diebus celebrioribus. Audire legationes Principum, populorum, signare supplicationes, consolari miseros, peccatores coercere, prouidere viduatis Ecclesijs, dicere suas horas. Vix illi superest tempus, in quo cibum sumat, & corpori quantum necesse est somnum tribuat. Ad hæc semper querelæ audiunt, & lamenta: cum spoliatis, cum afflictis loquuntur. Nemo ad eum venit, ut consolatur eum, aut iocunditatis aliquid afferat. Aut conuenerunt, qui electi sunt Episcopi, vel alij: aut cupidi plura petentes veniunt. Hic status Papa, hæc voluptas.

Sed ais fortasse, Cardinales Voluptatibus deditos. Sane omnium Cardinalium in communi cura est, bene viuere, & tam conscientiam, quam famam non ledere: quorum si quis est, qui excedat, diximus, nullum esse collegium omnino mundum, & inter Apostolos Iudam fuisse. Sed in sancto quid facit aurum? quid nulla gemmas, & ostro recta? quid ministri serico vestiri? Certe & in hoc modestiam seruandam esse videmus. Numquam tamen audiimus, dignitatem suo honore spoliandam. Quod si Magistratus seculi suo fulgore vritur: non est Christus suo decore priuandus, qui gloriatur in seruis suis, & in ministris suis benedicatur. Profectio inuidia est, Sacerdotibus non fuisse honorem. Verum ego eos humiles esse velim, & eoque animo esse, ut pompam non sibi, sed Deo querant, ut auro clausi, luto se teneri putent, & in opibus pauperes sint. Si aliter agunt, sua se sicut expectare supplicia. Populi tamen laudandi sunt, eos ornantes: Christo enim honorem impendunt, qui ait; Qui vos recipit, me recipit: & qui vos spernit, me spernit. Et quis non putet, Saluatorem nostrum de summo caelo intuentem ministros suos honore fulgentes, gaudere? Certe ministrantes Deo, in veteri lege, non in abiecto habitu incedebant. Quod si quis in altari hodie mane celebrantem Sacerdotem aureâ veste indutum viderit, & deinde lacerum, atque incompotum, profectio irridebit eum: Decet quidem eos, qui reipublice præsent, vti dignitate antistant, ita etiam & vestibus, & ornatu, & comitatu populum præcedere. Iulianus apostata cum suscepisset imperium, pompam omnem, fastumque & palatio amouit; in qua re de eo in historia Tripartita dicitur, quia Socratis philosophi in eâ parte non Imperatoris opus egit. Et nos igitur, aliud esse opus Summi Præsulis, & Cardinalium, aliud regiorum esse dicimus. Quid plura: quantum ad hanc querimoniam, que de opibus est. Dionachos Sancti Benedicti, & Sancti Bernardi, & Carthusienses, magnas opes in communi possidere videmus, & castella, & oppida obtinere, que pro imperio superiorum gubernantur: eos tamen viros Sanctos, & caelo dignos omnia Ecclesia iudicat. Quis est igitur, qui hoc ipsum Summo Pontifici negare audeat, cuius est omnem Ecclesiam regere, & hostibus eius resistere: quam qui pauperem esse cupiunt, ut Pragmatici volunt, extinctam religionem volunt.

Studia Romani Pontificis.

Pragmatici arrogantia & absurditas.

A sententia Papa appellandum non est.

Sed iam transigamus ad eum modum, quem seruare volumus auctoribus PRAGMATICÆ sanctionis. Videamus, quid & quam honeste acturi videatur. Ibi inquit, Romani Summo Pontifici sanctiones nostras offeremus, usque eas approbet si minus rogabimus precibus. Si morem gerat votis nostris Romana Maiestas salua res est: si bene iacta principia sunt: vtemur sine aduersario, nostris legibus. Si negauerit assensum: nos tamen propostum tenebimus, tubebimusque Germanos omnes sanctioni nostræ parere: si quis contra venerit, extorris esto. Quod si Papa in nos censuras fulminauerit: ad futurum Concilium appellabimus: formulas appellationum sua quaque prouincia, & diocesis habebit. Hic modus pragmaticus inuentus est: non tam argutus, quam iniquus: & quid magis dici potest absurdum, magis arroganter, magis temere quam, si dabitur Principia Sedes, quod perimus, inquit, latè abibimus. Sin autem: nostra nobis satis est auctoritas. Ac si dixeris: Nisi petenti dederis tunc, eripiam tibi. Aut vestrum est id agere? & frustra id petitis, quod domi est. Aut nos huc vobis: & tunc acquiescere superiori iudicio debetis. Si dat Sedes, & petitis: cognoite gratia. Si negat: laudate iustitiam. Neque enim Sedes negabit, que concedenda putauerit: sed habet rationem sui, vestraque, facit quod in commune vtile sit. At vos repulsam ferre non vultis. Pluris ergo est vestrum, quam primæ sedis iudicium. Non incongruè igitur vobis dicendum est illud, quod Anastasio Imperatori scripsit Gelasius Papa. Nam cum ille Sacerdotes sibi subiacere vellet: inter cetera: nos, inquit, ex illorum rependere iudicio, non illos ad tuam posse redigi voluntatem: & Ioannes Papa: si Imperator, inquit, Catholicus est, quod salua pace ipsius dicimus, filius est, non Præsul Ecclesie: & ex gelis Sancti Bonifacii martyris, qui vobis Germanis Euangelium predicauit, legitur de Papa, qui cum ceteros ipse iudicauerit, a nemine esse iudicandum, nisi deprehendatur à fide deus: & Stephanus Papa III. Ennumer, inquit, in speculum, & exenplum, Sancta Romana Ecclesia, cui nos Christus præesse voluit, postea est omnibus. Quicquid statuit, quicquid ordinat, perpetuo irrefragabiliter obseruandum est: & Nicolaus I. Papa Clero Constantinopolitano. Si, inquit, decreta Romanorum Pontificum non habebis, de neglectu, atque iniuria estis arguendi. Si vero habebis, & non obseruatis: de temeritate estis increpandi. Quid igitur? Excusabimus ne Pragmaticos, an temerarios appellabimus? Nicolaus certe, sententiam tulit. Sed non tam turpe est, neque tam temerarium, leges aliquando usi ingenere superioris, quam sibi ipsi leges condere, quas iura superiore, & recusante veli seruare. Illud sepe ex fragilitate, & incuria euenire potest, etiam sine contemptu Principis: hoc sine contumelia Superioris accidere non potest. Nam qui leges inuito Principe condit, is proclibio Principem negat, & dominatum abiicit, si bique stultam libertatem arripit: eâ quod, sic, in antea dictum est, à vide proclibit, & in hæresim cecidit. Nam Fides recta hæc est. Romane Sedis Primatum credere, & quod illa de Deo sentit, tenere, sicut Hieronymus ait ad Damascum scribens: Quia puteus aque vite, hic est, & fons signatus: hic Saluatoris arca, & pascha benedictorum. Nam & in Constantiensis Synodo id decretum est, cum dictum est: Errorem esse, Romanam Ecclesiam, non habere Primatum. Cum enim Ioannes & Hieronymus heresiarche Bohemorum inter suos articulos dicerent: non esse de necessitate salutis, credere Romanam Ecclesiam super omnes alias habere Primatum: id erroneum esse sacrum Concilium declarauit. Si ergo Primatum habet Romana Sedes, quod vestrum Concilium declarauit, & nemo, qui sapiat, istud inficietur: consequens est, ut eius iudicium debeat sequi. Neque temere aduersariis: quod maiores vestri factauerunt, & vos facturos esse confidimus. Ceterum, neque illud quod sequitur de appellationibus, pia aures ferre possunt. Nam si Romanus Præsul Princeps est vniuersalis Ecclesie: si Dominus: si Magister, quo pacto ab eo appellatur? Facta subditorum, inquit Gelasius Papa, indicantur à nobis, nostra verò à Domino iudicantur: & Qui appellationis totius Ecclesie ad huius sedis examen voluerunt referri, ab ipsa etiam nunquam prorsus appellari debere sanxerunt; ac per hoc illam de tota Ecclesia iudicare, ipsam ad nullum reme, re iudicium. Nec de eius vniuersam præceperunt iudicio iudicari, sententiamque eius constituerunt, non oportere dissolui, cuius potestas sequenda decretæ mandauerunt. Idem Innoc. Papa idem Synodus declarat: Idem ratio ipsa decernit. Nani si leges civiles, ne-

que à Senatu, neque à Principe seculares appellationem admittunt: quanto minus ab Ecclesiastico Summo Principe licebit prouocare? Nam si Papa simul & Imperator conferantur, quantum inter Solem, & Lunam interest, tantum eos differre dicimus, & Papam Soli, Imperatorem Luna assimilabimus. Præterea, cum appellatio ab inferiori ad superiorem deferatur, Papa verò superior sit, & maior omnibus, liquet ab eo non esse prouocandum.

Sed audio, quod tecum loqueris; Non ad quempiam hominem singularem appellabunt Pragmatici, sed ad Concilium, quod maius est, & potentius Romanorum Præsule. Nolumus hanc modo questionem ingredi, que longiorem tractatum requirit, & aliud ingenium, quam nostrum est. Ad idem Gelasius Papa ait, Sacros Canones sanxisse, ne vniquam ab eâ Sede appellaretur, neque Concilium exceptis, sed amplius aliquid de Romana Sede dicit, quod illos etiam, quos Synodus inquit damnauerat, Romanus Pontifex, absoluit. Quo dicto declarat, à Synodo ad Papam appellatum fuisse, eoque modo maiorem Synodo Papam exiitisse: & Simmachus Papa manifestè Synodum excludit, dum ait; Aliorum causas Deus voluit per homines terminari, sed Sedes istius Præsule suo, sine questione referuauit arbitrio. Quæcirca, si quid est, quod grauius ille agat, non est recalcitrandum, sed ferendum. Radicium profectio. Nemo est tam parua vrbis Dominus, qui à se appellari ferat: & nos Papam appellationi subiectum dicimus: In ciuitatibus Magistratus sunt, à quibus non appellatur; & nos à Pontifice maximo appellandum dicimus: At si me, ait, Pontifex indignè premit, quid agam? Redi ad eum supplex ora, ut omis leuet. At si rogatus, interpellatusque non sit subuenire misero, quid agam? Quid agis, vbi tuus te Princeps secularis urget, vbi tua te ciuitatis Magistratus premit? Feram, dicit. Nam aliud nullum est remedium: & hic ergo seruas. At hoc impium esse ais; nam Papa in edificationem, non in destructionem, potestatem accepit. Et hoc in edificationem esse putamus, ne tu frivole appelles, ut iudicium subterfugas, & maioris Imperium. Quid, si Papa me iniuste premit? Iterum dico, quid si tu iuste pateris, & cauillose appellas? Tu dicit: male agit in me Papa; & ille te male agere pronuntiat, cui credamus: priuato, an Principi: maiori, an minori? Quis non magis putet apud maiorem esse veritatem? Dices: Iudices Superior. At superior Papa solus Deus est, & ipse suo tempore eum iudicabit. Neg tu pater, eas annas Inquisitionis non habere formidinem, quas Deus pre ceteris suo referuauit examini. Iudicabitur, ne timueris, Romanus Pontifex. At inquis, Durum est id iudicium expectare. Respondemus, Durum esse, quod tu quaris. Nam Deus omni hora potest iudicare Romanum Pontificem, tu Concilij examen queritas, quod nescimus, an auo nostro futurum sit. Quis non videt calamitatem tuam? Velles numquam esse Concilium, ad quod appellas. Areopagite, cum perplexam causam aliquando audissent, reum, & auctorem abire, & post centum annos redire iusserunt. Id tu tibi velles. At hæc delusio est, & irrisio magistratus superioris, contemptusque Sedis, & Orthodoxæ Fidei: Inuentio diabolica, & machinatio Sathanæ, qui hoc modo illaqueare animas nititur; cum nihil dulcius, quam iudiciorum claudi tribunalia, & nullam, aut cognoscere, aut permittere in terris superiorum; ut in confusione cuncta sint, absit obedientia, vincat contumacia, sibi quisque Dominus sit, & alium pelleret studeat. Non ordo, non reuerentia, non vlla viuenda regula. Deus postponatur, & audiatur diabolus. Nam quis dubitat, si licet à Romano Pontifice appellare ad Concilium: quæ omnes appellent in causa iudicari, si condempnabitur aliquis, si excommunicabitur, si vocabitur in iudicium, si solvere aliquid requiretur, si sur restituere duplum, vel quadruplum, & rapinam reddere: si adulter alienam uxorem, si prado alienum agrum, si violentus iniustor alienam Ecclesiam restituerit: si mandabitur vniuersi nē vltorius prauit, & exerceat, si presbytero, ut concubina relinquat, si debitori, ut creditor soluat: gratum se dicit, & ad Concilium appellabit. O beatæ vitæ, in qua licet, impunè omnia gerere. O reipublicam bene ordinatam, in qua nullum delictum possit puniri. Concilium, est frequenter congregari debeat, ex decreto tamen Constantiensis, non frequentius quam per decem annos cogendam est. Rectè sanè decem impunitatis annos criminosis tribuimus: cum tamen appellationis remedium, ut Canones agunt, non ad defensionem iniquitatis, sed ad præsidium innocentie sit insti-



rum. Quid si Papa subiectus erit appellationibus, implebitur omnia iniquitatibus; & Romanum Praefilem, quem Dei Vicarium in terris, & Primum inter mortales, Magistrumque fidelium, & Iudicem cunctorum dicimus, minorem, non dicam Regibus, sed minoribus conitibus efficiamus, in quibus Magistratus sunt ab omni provocacione immunes. At si junior innocens, numquid licebit provocare? Quid si me Pontifex Maximus innocentem punire pergit? Quid si Concilium te innocentem damnabit, ad quem provocabis. Ad Papam, dices. Et si rursum Papam invenies iniquum, ad Concilium redibis? atque ita per circulum deludes Iudicium. At dices, Deludendum est iudicium, in quo damnatur innocens. Nam Index, qui damnat innocentem, & iniuste agit, similis est latroni violento, secundum illud Eszechielis, Principes eius in medio eius, quasi lupi rapientes praedam ad effundendum sanguinem. Et Ideo sicut resistere licet latroni, ita & Papa licet resistere: quod etiam Thomas videtur sentire, quoniam non loquitur de Papa. At nos nihil iniquius, nihil periculosius, aut deestabilius in verbis esse censuimus, quam iudicium frustrari posse, & non esse finem licitum. Nam & si permissum est appellari ab inferioribus, id factum est, ne grassentur Iudices in pauperes homines. Sed ubi ventum est ad Principem, silet provocatio neque enim maiestas superior tam prona est ad iniuriandum, quam inferior. Et si dicitur: Vtique & superiores, & Papa aliquando iniuri sunt: igitur & huic malo obviandum est. Respondemus; dum sumus in hac mortali vita, non esse possibile humanis legibus, cuncta tolli periculis, & omnia mala ad medio hominum propulsari. Idem legum latores, dum duo mala vident imminere, decernunt, alterum posse legem vitari, alterum omnino ferendum esse. Id porro legibus auferunt, quod perniciosius animaduertunt. Hinc publica lupanaria in Civitatibus constituta videmus, ne inuentus libidine impatiens, legitimas matrimoniorum faces irumpens, adulteris cuncta permisceat, aut virginibus vim inferat: licet fornicatio prohibita sit. Et maiores igitur nostri, quamvis Romanum Pontificem aliquem aliquando posse iniuriam esse non dubitarent, non tamen appellandum, ab eo saeculerunt. Nam iniuriam ab illa Sede rarissime venturam arbitrati sunt: prius atque vero homines, si provocare possent, non dubitauerunt toties appellatos, quoties in eos sententia promulgaretur. Quoniam sicut ligare homines iniuste audent: ita & provocare audebunt, ac per eam modum nullus erit unquam finis litium. Nemo enim est, qui suas iniurias parus faciat, nec solent homines iniquum aliquod libenter ferre. Itaque, si omnino aliquid iniusti tolerandum est, tutius Republica est, aliquid indignum pati, quam totam confundi Republicam: quod per appellationes a Papa interponendas conuincitur accidere. Tolleretur enim Principatus Ecclesiae, & confunderetur Christianorum status, totaque bene viuendi norma deleteretur. Atque hoc malum est, quod ex malo redundat pragmatica sanctionis; quod eius inuentiones per appellationem a Papa interponendam intueri volunt. Quae reuocamus, quid excogitari periculosius possit. Atque haec sunt, quae ad tuas literas volumus rescriptisse, fortasse longius, quam epistola postulauit: sed traxit nos indignitas rei, quae practicae vltimius, quam putauimus, dum verbum ex verbo cadit, & ex questione quaestio redundat: Tu veniam dabis prolixitati nostrae; neque, molestae accipies, si liberius scripsimus. Nam id exposulare amicitia videbatur. Nunc ergo cum plane intelligas, quae referuntur grauiam in infirmitati tuae, aut nulla esse, aut longe minora, quae feruntur; PRAGMATICAE sanctionis inuentionem perniciosam esse comprehendens, tam in seipsa, quam in modo, quo vel petenda dicitur, vel tuenda: cum nationem tuam ab hac Romana Sede magnifice honoratam non dubites, cum Primae Sedis eminentiam Christianae Religionis, & vtilem, & necessariam inspicari non possis, tenearisque, tamquam Christianus, ex fide, quam in Baptismo promissisti, seruare pro tua virili vniuersam Ecclesiam. Amicitiam tuam rogamus, ut haec, quae scripsimus legens, ea in animum tuum prius inferas: deinde Patri optimo, & colendissimo Archiepiscopo Moguntino ea consulas, quae sunt officij sui, quem, Matrem suam Romanam Ecclesiam, cum impugnetur, deferere non deest. Deinde, cum eo iubente Concilia nationis adueris, his, qui assuerint Principibus iudicibus, ne culmen Ecclesiae conuellerent, ne patrociniis Orbis terra delere, ne portum oppressorum hominum destruerent admittantur, sed more maiorum seruent, in deuotione patri debita persuerent, ostendant se gratos; & vince-

re beneque Romanam Praefilem potius, quam rebellionibus student. Imitentur clarissimum illud, & honorabile sydus vestrae gentis Carolum Magnum; qui cum aliquando in Apostolicam Sedem, ut quibusdam videbatur grauem, insurgere rogaretur, & iugum excutere, ut est in decretis, non est vixus arrogancia neque rebellandum esse dicens, pronunciauit: In memoriam Beati Petri Apostoli, honorem Sanctam Romanam Ecclesiam, & Apostolicam Sedem, ut quae nobis Sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat Ecclesiasticae magistrae rationis. Quare seruanda est cum mansuetudine humilitas: & licet vix ferendum ab illa Sede Sancta imponatur iugum, seruiamus, & pia deuotione toleremus. Illud verò Praelatis Ecclesiarum dixeris, ne superbiant, ne ceruices erigant, ne calcitent: sed humiliter corde, & pia mente Magistrum, & dominum honorificent Romanam Sedem, eique saueant, & auxilio sint: ne, si hoc patitur, & ipsi patiatur. Neque enim rueret fundamentum sine casu adificij potest. Hac petra, in qua fundata est Ecclesia, non potest conuelli, sine publico omnium damno. Cogitent, quia facile est incipere bellum, finire arduum. Cogitent, recogitent, quia non affligeretur sine filius mater, neque lugente Romana, alia ridebunt Ecclesia. Hac Regina est, haec Magistra, haec caput Ecclesiarum, atque refugium cuiusque fidelis iniuriam passi. Ob quam rem poterit Episcopi Germaniae dicere, quoniam & ipsi per se melius norunt, quod synnachus Papa de Romana Ecclesia scriptum reliquit. Si haec humiliter: ad cuius confugietis auxilium? & ubi requiretis gloriam vestram? Vale.

Hac Syluius Cardinalis, non tam Meyero Moguntini Cancellario, quam ipsi Archiepiscopo, & reliquis Electoribus, Principibus Episcopis, Praelatis, Clero, & populo Germanico, in materia de grauiaminiibus, & de Pragmatica reponebat. Quid autem Herbipolensis Episcopus, cuius superius meminimus Syluius, in Sedem Apostolicam deliquerit: & quemadmodum Calixtus pro iuribus Pont. constantiter steterit, ex litteris Calixti ipsius placet agnoscere. Ita scribebat.

Calixtus Episcopus Seruus Seruorum Dei, Theodorico Archiepiscopo Moguntino. Sal. & Apost. Bened.

Ex litteris tuis, quas in fauorem venerabilis fratris nostri, Ioannis Episcopi Herbipol. nuper ad nos misisti, plane percepimus, fraternitatem tuam de gestis ipsius Episcopi alteri instruxit esse, quam veritas ipsa requirit. Numquam enim tua moderatio integritas, & efficaciae apud nos preces pro eo porrexisset, si facta ipsius aperta tibi, cognitaque fuisset. Intoleranda namque & detestanda propterea est eius praesumptio, qui pecunias auctoritate Apostolica collectas, & apud fideles manus reconditas, auctoritate propria violenter eripere, & in usus suos conuertere non erubuit, & cum nostro nomine ad resurrectionem ipsarum pecuniarum requireretur, non solum mandata nostra contempsit, sed in nos quoque, probra iacere, & maledicta conferre non dubitauit. Nuncij quoque nostris, quos honorare tenebatur, minus inferens, eos ex territorio suo non iam recedere, quam fugere compulsi, cum nostra & Apostolica Sedis requirerent. Nec est, cur sub colore charissimi in Christo filij nostri, Regis Cyprij illustris excusationem praetendat: & quam ad illam ex ordinatione nostri praedecessoris dictae pecuniae pertineant. Scimus enim abunde, quid cum ipso Regi sit agendum: nec quicquam est tam parum habens ingenij, qui Romanum Pontificem de talibus pecuniis liberam habere dispositionem ignoret. Quae cum ita sint, toleramus tamen iam septem mensibus Episcopi contumaciam, & rebellionem: expectantes, non sine mansuetudine, si forsitan ad cor reuersus, cum debita humilitate errorem suum recognoscens, opportune satisfaceret. Sed quanto mitius secum agimus, tanto duriores eius contumaciam experimur. Miramur certe, si quisquam alius Episcopus eo modo erga nos se haberet: sed multo magis in isto miramur, quem nos ipsi promouimus: & nisi fallimur, primus Episcopus est, quem nos in Pontificatu nostro pronunciauerimus. Dolemus tales esse primitias nostras: eum potissime nobis in seipsum esse, quem nostri honoris praeceteris cupidissimum esse decebat. Omittimus iuramentum ab eo nobis praestitum, & verba, quae sui Procuratores nobis de eo fecerunt, eum Praefilem ei commissimus. Longe aliter se habet, quam ut putauimus, vel nobis de ipso peruersum fuit. Verum,

Caroli M. de Sede Apostolica iudicium.

XI. Quid in Calixti PP. & Sedem Apostolicam Episcopus Herbipol. deliquerit, & Calixtus egerit.

quamvis pro tanta, & tam notoria dicti Episcopi rebellionem merito ad vltiora procedere, & conuenienter animaduersionis in eum censuram extendere deberemus; vt tamen precibus tuis, quantum cum Deo possumus, deseramus, & quanto maior est dicti Episcopi contumacia, tanto clementia nostra lucidius ostendatur; mandauimus in causa ipsa sic pedetentim procedi, vt postquam interim si velit tua fraternitas, dictum Episcopum ad debitam satisfactionem inducere, ipse vero se corrigens, cum camera nostra sicut tenetur, concordare. Quia autem causam aliam, dilectioni filium Io. Hester, & liberos eius concernentem, ad partes Alemaniae remitti peris, non est, quod tuo desiderio concedere valeamus. Nostri enim, vt arbitramur, quam dure, quamque acerbe sanium esse dicitur per dictum Episcopum, in Sultzeim, vxo-rem, & liberos, quos postquam diuisi carceribus conseruauerunt; & aliquandiu grauioribus afflixit molestijs, vix tandem, cum promissione, vt ad mandatum suum redirent, extra territorium suum dimisit bonis omnibus excelsis, pauperes, & miseros, nulloque nisi amicorum leuamine sustentandos: quibus quam difficile sit in paribus illis, cum tali Episcopo iudicialiter contendere, non ignoras. Sed agatur causa ipsa coram iudicibus Rota nostra, inter graues, & optimos iuris interpretes, qui tam pauperi, quam diuiti in iustitiam ministrare conseruauerunt; apud quos non potentia, vel gratia, sed sola veritas valet. Si iusta est Episcopi causa poterit per Procuratorem idoneum se defendere. Si minus, tolerandum erit iudicium, quod rite procedit in hoc negotio statuatur. Nos autem fraternitatem tuam exhortamur, vt praemisissis consideratis, ipsi Episcopo ea studeas, quae sibi ad salutem, & honorem cedant: nec velis eius opera, quae sibi ad salutem, & honorem illi magis errant, quam nobis, & Apostolicae Sedis, recta momentis fauere videaris. Datum Romae, die 15. Octob. Anno 1457. Dilecti caper. & cetera. inter Syluij epist. num. 327.

Et quia Germanicae nationis, quaegebatur, electiones Cathedralium Ecclesiarum apud Sedem Apostolicam, & in his Ratisponensem electum, reiectum: alium vero, scilicet Rupertum Bauarum ei Ecclesiae praelatum fuisse: quid obferuit electo, quominus praeficeretur; quid eius, & quomodo pro iure electionis coram Calixto egerit, Cardinalis Syluius, Ducibus Ba- uariae, Orthoni, & Ludouico significabat istis verbis:

Obtinuisti tandem Ecclesiam Ratisponensem, Ren. Patri, Ruperto filio, & nepoti vestro commendari. Satisfactum est desiderio vestro. Morebatur in clytā domus vestra, exaudiri in suis precibus. Nec talis est Ecclesia Ratisponensis, quae vel probitatis, vel nobilitatis eiusdem Ruperti satisfiat. Duo tamen obstabant periculis vestris: atas scilicet promouendi minor, & Capituli illius Ecclesiae desiderium, a quo erat alius electus non indignus, neque ignobilis. Sed cum reperisset pietas Domini nostri electionem ipsam minus Canonica esse, & hinc Ruperti merita libraret, praesertim nobilitate: nec putauit esse in eate momentū esse faciendum, quae tante domus claritas communiuisset. Est igitur vestrum cognoscere hoc beneficium ab ipso Domino N. Sanctissimo, qui est factus, quod debuit, honoratus est tamen, laudatus, & excolendus, qui hoc tempore nobilitatis cultor, & conseruator existit. Verum cum Ecclesiam Ratispon. quae olim florantissima fuit, & a progenitoribus vestris fundata, magnis opibus abundauit, iam pauperem, ac penie ruentem, & vniuersis lacera- tum esse intelligamus, Nobilitatem vestram rogamus omnino, postquam ad manus vestras rediit, & caro vestra illi praestit, ita efficiere velitis, vt palam omnibus fiat, vos non verbo, sed opere ipsius Ecclesiae Prorectores, & Aduocatos existere. Sit vobis commendata Cleri libertas, date operam, vt distracta, & impignora- rata bona ipsius Ecclesiae absque grauiamine Cleri recuperentur. Sit ipse Rupertus, ouium suarum non lupus, sed pastor, sit Canonico- rum, & aliorum Clericorum non tyrannus, sed pater. Memine- rit, quia iubet Apostolus, vt non dominemur in Clero, sed tamquam forma sacri gregis Ecclesiae vt ostendamus. Nouerit non se Ecclesiam, sed Ecclesiam sibi commendatam esse. Commendamus demum, etiam excellentiam vestra, Venerabilem Henricum de Hab- berg, cuius electio non suis demeritis, sed propter omnia iuris sollempnitates reiecta est. Dignus est certe, cui Rupertus, & qui res suas gerunt, non insulcent, sed comparantur, non iniuriuntur sed fouentur potius, & ipsi sunt amant. Est enim vir bonus, cuius nobilitatis, ingenij correspondentes mores, etiam manifeste est nobis eius probitas. Nam licet multa in eum quae sunt testimonio ad

eius famam denigrandam, nemo tamen reperiens testis est, qui eius honori detraxerit. Passus est vir bonus, non modicum iactu- ram. Venit Romam cum grauius expensis. Fuit hic ea parte anni, quando est ardentior, & periculosior aer: perpeffus est complures labores, & tandem succubuit. Prosequatur causam suam; quae seruat bonum, quem sibi debitum existimabat. Fecit, quod ceteri mortales agunt. Nam quis est, qui electus in Episcopum ab eius Ecclesia, non conetur electionem suam tueri, & a Summo Pontifice confirmationem suam obtinere? Qui Episcopatum querit, inquit Apostolus, bonum opus querit. Verum ea usus est modestia, ea grauitate in suo iure prosequendo, vt nullius unquam honori detraxerit, nullius fame prauidicauerit, nullius personam in discrimen addaxerit. Idem fecerit, & qui cum eo missi sunt a Capitulo. Testes nos sumus, coram quibus causa agitata est. Quamuis in electum ipsum, & eligentes nonnulla crimina obicerentur per Procuratores Ruperti; ipse tamen electus, & sequaces, nihil aliud quesuere, quam se purgatos, atque innocentes ostendere. De Ruperto nihil unquam reprehensibile dignum dixere, sed tam ipsum, quam progenitores suos, & Excellentias vestras, ipsamque Bauariae domum, cum magna reuerentia, cum summa reuerentia, & singulari quadam maiestatem nominauerunt. Quibus ex rebus, iustum, & supra quam iustum esse putamus, vt eundem Henricum, & qui cum eo venire, commendatos suscipiatis, eisque fauente, ac consilijs assistentes, & auxilijs, quod est vera nobilitatis, erga eos ostendatis, quae visisse contenta, non insultat victo, sed victum iacentem in saepe eleuat, & in partem felicitatis assumi. Datum Romae, die III. Septembris. Anno M. CCCC. LVII. Extat inter Syluij epist. num. 276.

Ad hunc modum Henricus electus succubuit, quod, & electio ipsius inualida foret; & pro Ruperto, Friderico Imperatore, vna cum principibus domus Bauaricae intercederet.

Eodem anno, Calixtus Pontifex, Venceslaurum, Canonium Vratislauensem, a Ladislao Vngariae: & Bohemiae Rege missum Oratorem, benigne audiuit, cumque domum remitteret, plura ad extirpandas in Regno Bohemiae haereticas, & Ladislao referenda, & ab ipso agenda commisit, vt Regnum illud per multa erronea dogmata, ab vnione Sanctae matris Ecclesiae diuisum, tandem ijs extirpatis, postliminio, ad veram vnitatem reuertetetur. Dedit ea de re litteras Ladislao Regi Calend. Decembris. quae extant inter Syluias numero 336.

Cum autem Ladislauus Rex, Varadiensem Episcopum, Huniadianae conspirationis titulo captum, & complures in conflictu cum Friderico Imperatore factos, interceptos, necdum dimisisset, Calixtus, Laurentium Rouarellum Nuncium ad Ladislauum destinauit, qui captiuos in libertatem, siue prece, siue pretio, siue auctoritate vindicaret. Syluius epist. 271. & 272.

Aliquis, Ioannes Frunt in Prouincia Colonienfi Sacris maioribus initiatus, cum non posset continere, coniugium ex petebat, eaque propter legibus Ecclesiasticis a Calixto, exsolui flagitabat. Negauit constantem Calixtus, dispensationem; neque putauit vni concedendum, quod multos in noxium verteret malum. Alius dispensationem in casu bigamiae postulabat. Et quamquam Cardinalis Syluius intercessisset, Calixtus tamen legis rigorem contempere recusauit, ne aditum parafaceret, dissolueda disciplina. Syluius Epist. 307. 320.

Cum autem Philippus Sauensius, Ballioli montis Toparcha, virginum Beatae Clarae institutum, sectantium, canobium, in vetere Atrebatium ciuitate, pietati propaganda, castitatique ruenda, magnis sumptibus extruere destinasset, Calixtus Pontifex dato diplomate ad Ioannem Ioffridum Atrebatensem Episcopum, eam rem probauit, laudauitque istis verbis:

Calixtus Episcopus Seruus Seruorum Dei. Venerabili fratri Episcopo Atrebatensi. Salutem & Apostolicam Benedictionem.

XIII. Ladislai Regis Oratorem benigne audiri Calixtus PP. & de quibusdam adponet.

XIV. Aliquis in libertatem asserere conatur.

XV. Et quibusdam dispensationem petentibus denegat Calixtus PP.

XVI.

Pius fidelium votis gratum nos decet prestare consensum, ut ad ea, quae ipsorum salutem animarum, nec non Religionis propagationem, diuini cultus augmentum respiciunt, optatum forciatur effectum, libenter interponimus sollicitudinis nostrae partes. Sane pro parte dilecti filij, Nobilis viri, Philippi de Saueses, Domini locorum de Saueses, de Baillouellemont, & de Houuin, Ambianensis, Atrabatenfis & Morinensis Diocesis, ac dilectae in Christo filiae, Nobilis mulieris, Mariae de Lully, eius uxoris, nobis super exhibitâ petitione continebat, quod ipsi nouiter cupientes terrena in caelestia, & transitoria in aeterna felici commercio commutare, de bonis à Deo sibi creditis, ab singulari deuotione, quam ad Ordinem Sanctae Clarae gerunt, quandam domum cum Ecclesiâ, altaribus, nec non cœpanili, campanâ, claustro, refectorio, camiterio, hortis hortalicis & alijs necessarijs officinijs, pro vfu, & habitatione Monialium dicti Ordinis, ibi perpetuò sub regulari obseruantia Altissimi famulaturarum, sumptuosè opere fundare & edificare inciperunt, & opus incaptum huiusmodi ad statum debitum perducere cordè gerunt & proponunt, si eis desuper Apostolica sedis suffragetur auctoritas. Quare pro parte Philippi, asserentis, quod Charissimam in Christo filij nostri Caroli Francor. Regis Illustr. ac dilecti filij Nobilis viri, Philippi Ducis Burgund. Consiliarius, & Cambellanus existit, nec non Marie predictorum, nobis fuit humiliter supplicatum, ut eis super ijs opportunè prouideri de auctoritate Apostolica dignaremur.

Monasterij S. Clarae erigendi facultatem impartitur idem Calixtus PP.

Nos igitur, qui diuinum cultum, nostris præcipuè temporibus adaugeti, & Ordinem ipsorum interius desiderijs affectamus, primumque propositum coniugum predictorum in hac parte plurimum commendantes, huiusmodi supplicationibus inclinati, Fraternitati tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus si estis, eisdem Philippo, & Mariae domum ipsam cum Ecclesiâ, campanili, campana, altaribus, claustro, refectorio, hortis, hortalicis, & alijs necessarijs officinijs huiusmodi, dummodo tuus, & dilectorum filiorum Capituli Ecclesie tuae Atrabatenfis, ad id expressè accedat assensus, perficiendi, construendi, edificandi, siue perfici, cœstrui, & edificari faciendi, nec non Monialibus predictis, illam pro earum vfu, & habitatione huiusmodi recipiendi, retinendi, & inhabitandi, auctoritate nostra licentiam largiaris. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papae VIII. praedecessoris nostri, & alijs Apostolicis Constitutionibus contrarijs quibuscumque: tunc tamen paracialis Ecclesie, & alterius cuiuslibet in omnibus semper saluo. Nos enim, si licentiam ipsam per te concedi contigerit, vniuersis, & singulis Monialibus, in ipsa constitutenda domo pro tempore degentibus, quod omnibus, & singulis priuilegijs, exemptionibus, libertatibus, gratijs, & immunitatibus quibuslibet prefato Ordini, & ipsius domibus, nec non personis eorundem per Sedem Apostolicam, & alias quomodolibet generaliter concessis, vti, & gaudere libere & licite valeant, eadem auctoritate, tenore presentium indulgemus. Datum Roma apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae 1457. 3. Idus Aprilis, Ferreolus Loerius in Chron. Belgic.

XVII. Corpus B. Arnulphi magnâ cû solennitate transfertur.

Quo etiam anno, Calendis Maij, die Dominico, Anianus, Abbas Aldenburgenis, in dedicatione eiusdem Aldenburgen. Monasterij Ecclesie, quam plurimum auxerat, corpus Beati Arnulphi Episcopi ex veteri capsâ lignea, in nouum feretrum auro & argento decoratum transtulit; praesente Guillelmo, Episcopo Sareptano, Ioannis Episcopi Tornacensis Suffraganeo, cum Abbatibus, Iacobo S. Andreae iuxta Brugas, Nicasio Diui Hadriani martyris, Euerardo Dunenfi, Iacobo Thofano, Petro Beatae Mariae Middelburgenfis, Lymano Sancti Nicolai Furnensis, Hectore Præposito Loensi, Petro Præposito Euerfamenfi, Iacobo Abba Zannebecano, Antonio Abba Querretano, Valtero Ecclesiarum Beatae Mariae Brugensis, & S. Petri Casletensis Præposito, cum nobilitate Gandensi, Brugensi, Aldenburgenfi, Dixmudensi, Neoportuensi, Furnensi, Ostendensi, Bergensi, Ghistellensi, Ertelghemensi, & Lessingenfi, Meyerus Annalium Flandriae lib. 16.

XVIII.

Quia vero in Sicilia, Monachos Basilianos à veteri instituto nonnihil deficientes intellexerat Calixtus, Bessarionem Cardinalem ad eos reformandos, conatus omnes adhibuisse illorum priuilegia confir-

mauit, eos immediate Sedi Apoitolicae subiacere voluit, eaque de re, Constitutionem promulgauit, hoc tenore.

Calixtus Episcopus, Seruus Seruorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Viget nos suscepti cura regiminis, & auctoritas Pontificalis inducit, ut pro felici statu Ecclesiarum & Monasteriorum omnium, praesertim S. R. E. Cardinalibus nobiscum assidue in agro Dominico laborantibus commissorum, ac in eis Sacrae Religionis, & diuinis laudibus deditarum personarum, paterna considerationis acie sollicitè cogitantes illorum occurramus dispendijs, ac profectibus consulamus, ut adeptis eorum grauatimibus onerostis illa ad laudem & gloriam altissimi prosperis iugiter proficiant incrementis.

§ 1. Cum itaque, sicut accepimus, Monasterium sancti Saluatoris de Lingua Fari, Ordinis S. Basilij, ad Rom. Ecclesia nullo medio pertinet, Messanensis diocesis, quod venerabilis frater noster Bessario, Episcopus Tusculanus, Apostolica Sedis concessione obtinet in cõmendâ, facultates, & redditus tenues habeat, & exiles, at tamen Episcopus, prefatus Monasterij predicti multipliciter deformatu & depauperatu, ad statum regulare pro posse reducere, & in eo virorum religionum ac Monachorum probata vite sufficienti numero Conuentum reintegrare, & restaurare proponat.

§ 2. Nos Monasterium ipsum fauoris Apostolice praesidio cõmunire volentes, ut eo copiosius inibi diuinum accrescat obsequium, quo vberior ibidem gratia per nos fuerit elargita, prefati Episcopi in hac parte supplicationibus inclinati, quascumque exemptiones, libertates, & immunitates, quae olim à Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris eidem Monasterio concessae fuerunt, harum serie approbamus, & confirmamus.

§ 3. Dilectos filios, Conuentum, Monachos, & Ministros, iam praesentes, quatuor etiam futuros dicti Monasterij, eorumque iurisdictiones, proprietates, bona, & oppida, ipsorumque incolas, atque loca, cum omnibus iuribus, rationibus, & bonis mobilibus, & stabilibus, cum pertinentijs suis, ab omni iurisdictione, superioritate, dominio, & potestate, Venerabilis fratris nostri Archiepiscopi Messanensis, & aliorum Iudicum Ordinariorum quorumlibet, à collectis quoque, & ab illicitis ex consuetudine impositionibus, oneribus, grauatimibus, contra Sanctorum Patrum decreta impositis, aut de cetero imponendis, nec non ab illorum collectionibus, exactionibus, vel receptionibus quomodolibet deputatis, & deputandis Officialibus, auctoritate Apostolica, tenore presentium prorsus eximimus, & totaliter liberamus, nec non sub Beati Petri, & dictae Sedis, atque nostrae protectione imitantibus praedecessores nostros, suscipimus, atque ipsi Sedi volumus, & decernimus immediate subiacere, ita quod Archiepiscopus, & Ordinarius, ac alij supradicti, etiam ratione delicti seu Contractus, aut rei, de qua agitur, vbiunque committatur delictum, incatur contractus, vel res ipsa consistat, nullam possint in Conuentum, Monachos, Ministros, personas, Monasterium, membra, loca, & bona predicta, vti potè penitus, & omnino exempta, si, & prout ab Apostolica Sede per praedecessores nostros concessum exiit, seu indultum, eisque melius vti fuerint, Superioritatem, Iurisdictionem, seu potestatem, vel aliquod dominium exercere, nec ab eis ratione impositionum, collectarum, vel subsidiorum huiusmodi quicquam petere, exigere, recipere, vel leuare, nisi censum duntaxat Ecclesie Messanensi debitum, si, & prout in priuilegijs prefati Monasterij, & melius vti sunt, dicitur contineri, Indulto Apostolico, ut pramittitur, ad qua nos referimus, ipsaque & contenta in eis obseruari volumus penitus, & omnino Decernentes irritum, & inane, quicquid in contrariu praemissorum quomodolibet cõtingerit attentari.

§ 4. Non obstantibus illis, qui in predictis Indultis Apostolicis cautum est minime debere obflare, & alijs quibuscumque. Nulli ergo & c. si quis autem, Datu Romae apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicae 1457. 12. Calend. Maij Pontificatus nostri anno 3. ext. in Bullario.

Eodem anno, Calixtus Pontifex dedit in signe specimen iustitiae, & obliuionis suorum Ludouicum Patriarcham classis Pontificiae praefectum, secuti fuerant in Orietè nepotes illius. Hi omnia sibi licere putantes, quod Põ uscè sanguine attingerèt, Cyprum insulam rapinis, caedibus, & libidine fadauerat. Eos

S. Saluatoris Monasterium Ordinis S. Basilij sub protectione Sedis Apost. reuocavit Calixtus PP.

XIX. Calixtus PP. iustitia tenax.

Illustria miracula parvata in spinis Corona Domini-ca.

Patriarcha, propter malefacta comprehendi, inque vineulis haberi imperauerat; atque tandem Romam Pontifici remiserat, ut ille de totâ re decerneret. Illi, ut sese crimine purgarent, Patriarcham criminabantur, Calixtus porro nequicquam carni, & sanguini dedit; sed cum ei, atque Sacro collegio cognita esset Legati integritas, atque constantia, ac istius nuncijs eorum tum criminationes probè diluerent, tum facinorosa renunciarent; de Legato quidem nihil finistri credidit; illorum autè facta seuerissimè coarguit. Syluius epist. 368.

Quo anno, dum Patriarcha Cypro, & Rhodo, aliisque insulis tuendis classem circumageret, miraculum ingens apud Rhodum visum est in vna spinarum Coronae Dominicae. Inter ceteras complures sacras, venerandaque reliquias, habebant Equites Rhodiani, vnam ex Sacratissimâ Christi coronae spinis, quae annis singulis, Veneris sancto die, quem Paraescum dicimus, florescere consueuerat. Aperiēbat suos flores ab aurora, ac sese floridissimam, cunctisque suis floribus patenter ostendebat, vsque ad horam eius diei nonam, quo temporis puncto Saluator noster expirauit. Aliquot annis desierat florescere; hominum fortasse huius nequissimi, ac nimium corrupti seculi peccatis id exigentibus. Verum hoc anno M. CD. LVII. temporibus Fratris Iacobi de Milli, Magistri Magistri, dum super altare facelli Magistralis in Insula Rhodi posita fuisset, per trium horarum spatium, consuetum tempus anteuertens floruit, floresque suos effudit coram magno Magistro, ac Consilij Proceribus, compluribusque sacrae Religionis, atque Illustrissimae militiae equitibus, & populo, qui eò confluerat. In huius miraculi perpetuū fidei monumentum, idem magnus Magister, authenticas litteras, quas Bullas vocant, expediri iussit, quae ad hanc vsq; diem in eiusdem Religionis Cancellariâ, Melitae, inter publicarum scripturarum monumenta redactae, atque conscriptae reperiuntur, in Registro Bullarum eiusdem anni 1457. fol. 1082. Iussit praeterea idem magnus Magister, pro Sacratissimae spinæ Coronae reuerentiâ, & honore, singulis annis, die XI. Augusti, in eiusdem Religionis Conuentuali Ecclesiâ, festum solenne, sub semiduplici officio celebrari: quod quidè Generalis Capituli auctoritate, praecipuo statuto, ac lege perpetua postea sancitum est, ut in veterum stabili mentorum eiusdem Religionis codice, quae sancta confirmauit, & approbauit Sedes Apostolica, Fratris Petri de Aubusson Cardinalis, & magni Magistri temporibus, apertè conspiciatur; cuius statuti tenor talis est. Decens, & decorum est, Reliquias, quae passionis Christi, Dei, & hominum Mediatoris, Saluatoris, & Redemptoris nostri assistentiam recordationem praeserunt, honorare, & omni cultu profectum. Idcirco sancimus, quod festum semiduplum, anno quolibet, tertio Idus Augusti celebretur, in reuerentia Sanctae Coronae spinæ, quâ Dominus noster Iesus Christus, in sua passione, quam pro nobis subiit, affectus est. Cuius Sanctae Coronae spinam vnam, quae pretiosissimum caput punxit, & ex eius vulnere, sacratissimo sanguine vultum tinxit, in Archiuo, & penetralibus Oratorij Magistralis reclusam habemus: quae quot annis die Veneris sanctae, qua passio recolitur, ab aurora florere incipit, & ad nonam horam, qua Saluator expirauit, floridissima conspiciatur, demumque arefcit cunctis quoque Christi fidelibus monumentum sacratissimae passionis existit.

Turca maritima classe Christiana insulas infestat.

Non omnino noui hoc genus miraculi, in hac vnicâ spina. Sanctus Gregorius Turonensis de gloria Mart. lib. 1. c. 7. refert, suo tempore ipsas coronae sentes, quasi virides Solitas apparere, quae tamen videntur aruifolij, quotidie tñ reuiuifcerent virtute diuina. Nicolaus etiam Gilles in Franciae Annalibus memorat, Carolum Magnum Imperatorem, Hierosolymis redum ab Imperatore Constantinopolitano, quaedam spinas Coronae Domini cae obtinuisse, quae coram eo minifice flourerunt. Iacobus Bosius de Cru-

ca lib. 1. & hist. Rhodiana parte 2. lib. 7.

Hoc item anno, cum Mahometes, omiffis ad tempus terrestribus bellis, praenatali classe maris Aegei insulas inuadere cõstituisset, bellumque maritimum moliretur, non solum Ludouicus Patriarcha, verum etiam Vsumcassanes ex Asimbeia Turcica stirpe, Cappadociae, Armeniae, & vicinarum aliquot regionum Dominus, Persarum item Imperium sublati amulsi adeptus, illum ab hoc consilio, & conatu auerit. Mira proferendi Imperij cupidine inflammatus, Syriam, & Egyptum inuadere decreuerat. Sed Calixtus Pontifex missis ad eum Oratoribus, multis rationibus persuaferat, ut in Mahometem arma conuerteret. Veneti pariter, post Eubaeam insulam amissam, Catarinum Zenum, virum patricium & equestris ordinis, ac eximij animi, corporisque dotibus insignem ad eundem ablegauerant, qui publico nomine apud eum legationis munere fungeretur, ac e-nixe operam daret, ut inter ipsum, ac Venetam Rempublicam fœdus, ac societas contra Turcos coiret. Nec sanè in casum res mora est, mox fœdere vtrique inito, ac confirmato. Inde Vsumcassanes quatuor praestantes viros, quorum nomina fuerunt Azimamet, Morar, Nicolaus, & Chersafar, ad Calixtum Pontificem, ac Venetos expediti, qui eos admonerent, suum principem ad opprimendum Mahometem in expeditione esse, & iam eius duces cum haud contemnendis copiis, Armeniam minorem Ottomano subditam inuasisse, nec non Tocatum, validissimam urbem eiusdem regionis, & nonnulla alia oppida cepisse. Ad hæc, subiicerent, Persas, equis, & viris satis superque abundare: hos etiam hasta, ense, ac sagittis ad pugnam idoneos: ceterum, reliqui instrumenti bellicij ignaros, atque expertes esse. Proinde à fœderatis maiora tormenta, & militares Machinas, ad expugnandas vrbes, & ad summouendum eminus hostem necessarias, postularent. quod nisi ea quoque parte, qua Mahometes maxime abundare dicebatur, à focis inuaretur, fieri non posse, ut tuto, ac feliciter cum hoste confingeret. Missa vtrique tormentorum varia genera, cum expeditis hominibus, qui ea exercerēt. Iniunctum praeterea Ludouico Patriarcha Pontificiae praefecto, & Petro Mocenico Venetae classis nauarcho, ut ad rem omnino attentis essent, consiliaque, Vsumcassani obseruarent. Mahometes interea, non solum famâ excitus, sed per exploratores de magnitudine copiarum, & de aduentu Regis Persarum planè edoctus, collecto ingenti exercitu, ex Thracia in Asiam traiecit. Ibi Vsumcassanes, bino, & vtroque Ar-rimo conflictu ad Euphratem, femel pugnante Amurathæ Bassa, Græco homine, olim Imperatoris Constantinopolitani consanguineo, qui in eo praelio victus concidit, iterum Mahomete ipso pro castris certante, Turcicas vires vehementer attriuit. P. Bizar. lib. 9 & 10 hist. rerum Persic.

XX.

Vsumcassani Persarum Regis de Turcis victoria.

XXI. Hispanorū contra Mauros Varinus Praeliorum exitus.

Non minore conatu Calixtus laborauit, ad Mauros Hispaniarum infestores, nè Turcis opem ferrent diuexandos. Regni Castellae castra in Baetica ad Mauros fines erant. Eo Henr. Rex à Calixto admonitus, mense Aprilis venit. Non minori quâ antea impetu, neque minoribus copijs in Granatæ fines penetratum est. Dum ager vastaretur, Crucesignatorū manus in iussu Du cum cum circumfusis hostibus pugnatu progrediēs, à multis compressa primo est. Cecidit in pugna Gasias Lassus Diui Iacobi miles eximie fortis. Viri nobilissimi casus Regem maiore impleuit irâ, non in segetes modo, vti antea facere consueuerat, sed in vineas, & arbores igne, ferroque sauitum, quibus antea parcere moris erat. Mena oppidum admotis copijs vi captum; perempti incolae absque discrimine. Crudele exēplū, sed eâ tamen clade Mauro-rū audacia vindicata est. Supplicibus venia, inducieque in aliquot annos concessae; tributum nomine annua



duodecim aureorum millia, sexcentosque captiuos Christianos, aut si non essent, parem Maurorum numerum pactis. Ignominiosa conditio; sed tantus terror inuaserat. Additū, ut quā parte Granatæ fines Giēnium attingunt, belli nihilominus facultas esset: si finibus Gariās Manricus, Canstane dæ Comes præfectus est: adiuncta duo equitum millia. In huius belli subsidium Calixtus Pontifex anni huius initio Cruciat am indulserat, non modo uiuentibus, sed etiam uita functis: nouum in Hispania exemplum. Eius euulgandæ cura Alfonso Spina, Palentia, ubi Rex erat, demandata mouit, ne pecunia ex ea redacta, in alios usus conuerteretur. Qui aut arma sumeret contra Mauros, aut dūcentos quadrantes conferret; ei quibus Sacerdos sub mortem peccatorum omnium veniam dabat; etiā interclusa uoce, nil aliud, quā conceptum animo dolorem signo aliquo declararet. Eadem uenia uita functis concedebatur. Quadrien-nium eius uenia promulgationi præfixum: quo tempore ad trecenta millia auri in Regium fiscum redacta. Sed quantum ex ea summa in bello sacro consumptum: Præterea Legatus Apostolicus Roma Madritum eo confecto bello, ad Regem uenit, sensem, galeumque gestans Pontificis donum, sacra prece Natalis Christi per uigilio lustratum, magnificè Principibus; qualem esse Henricum fama ferebat, mitti solitum. Additæ à Calixto honorificentissimæ litteræ. Nulla sincera letitia est. Nuncius allatus, Castane dæ Comitē, Maurorum manu obuiam progressum, exceptumque in dijs fuisse; captum ipsum, magna suorum strage. In eius locum, Duce alio substituto, maioris animi, consilii, atque integritatis, magno auri pondere redemptus est, inducis, pace mutatis: hic belli Maurici finis fuit. Quo itē anno, Carolus Vianæ Princeps, patri Vaconum Regi nondum planè conciliatus, Romam ad Calixtum Pontificem uenit, & patris acerbiter, atque ambitionem multis uerbis accusauit: neque eius arbitrio recusabat, uisuerlam controuersiam permittere. Indè Neapolim ad Alfonso Regem concessit. A quo, non minus, quā Pontifice castigatus cum uerborum honore, quod in patrem arma sumpsisset, quantumuis æquitati causæ consideret, parendum tamē genitori fuisse, doloremque dissimulandum: id diuinis legibus sanctum, humanis honestum esse. Pollicebatur Carolus, se in eius potestate fore: unde missa legatione, de fœderis conditionibus inter eum, ac patrem actum: frustra tamen, cum iniret Carolus, quamuis absens, Pompeione Rex esset pronuntiatus. *Mariana lib. 22. c. 18.*

*Dissidium inter Vaconum Regem & filium non sopitum.*

**XXII.** *Francisci Foscari moderatioris exemplum.*

tatam quietem, tamquam è turbida tempestate in portum delatus, perciperet: eius enim in comparabiles uirtutes nulla uimquam atas conticesceret. Ibi tum Foscarius, ut constanti, infractoque erat animo, nihil omnino commotus, ad Lauredanum hilari uultu conuersus; *Si existimauissem, ait, quod in his supremis uita mea annis, id mihi eueniret, ut in dicta causa, Principatu amouerer, sponte me, eo statim abdicauissem, nec fuissem tam iniquus, & ingratus ciuis, qui non publicam causam, potiore priuata habuissem. Itaq, magistratus de me amplissimi decreto, quādo ita illi placuit, obsequi paratus sum; priuata tamq, uita, quæ ita ad finem, cursumq, suum peruenit, curis solutus egam, qui publicam administrationem (absit uerbo inuidia) per tot annos feliciter gessi.* Hæc paucagriter effatus, posttridie summo mane, depositis Ducalibus insignibus, sellâq; uetibus, quod pedibus æger erat, magna propinquorum, affiniumq; carerū stipatus, à Ducario abcessit: & quum ad infimos scalæ marmoreæ gradus peruenisset: *Aliorū iniquitas, ait, me hinc expellit, quo mea merita exeret:* ac per medium forum ingenti populi multitudine plenum transiens, paruam cymbâ, eum Marco fratre ascendit & ad domesticos lares, qui sunt ad S. Panthaleonis ædem delatus, paucis post diebus audita tripudiantis ciuitatis de noui Principis creatione letitia, aliquanto edito gemitu, è corporeis uinculis, generosum spiritum, ad superos emisit. Defunctum Foscarum Ducalia insignia restituta in funere ornarunt, laudauitque luculentissimâ oratione publice habitâ, Bernardus Iustinianus, Leonardi Procuratoris filius. *P. Iustinianus hist. Venet. lib. 8.*

**XXIII.** *Per Fulgositus Genuensium Dux magno uir animo.*

Non eo animo Petrus Fulgosius Genuensium Princeps, in retinendâ ducali dignitate, Alfonso Aragonum Rex, Adorniorum, & aliorum exulum patrociniio suscepto, obfirmauerat, illum honore deijcere. Calixtus Pontifex, Franciscus Sfortia, Veneti, Florentini, Senenses, nitentur odium Regis mitigare. Cum omnia frustra tentassent, Petrus obdurauit, & nequicquam cedere potentissimo Regi sustinuit. Vndè & in hunc annum, Alfonso, frustra deprecante Calixto, bellum cōtâ Genuenses mouit accerrimū; vario quidem euentu, cum nūc uia, nunc altera pars naues in mari perderet. Inter hæc Genua mirum in modum afflictâ fuit, quæ non Regis tantum, sed etiā suorum exulum armis premebatur. Petrus etiā Dux eius magno uir animo, & manu promptissimus, miseros ciues terribat, qui se non alio modo, quā morte, Imperium positurum affirmabat; & nunc hunc, nunc alium ciuem ad necem rapiebat, qui suis consilijs aduersaretur. Alfonso in iugni oppido nomine Scarlino in Thuscâ potius, etiam ad reliqua Plumbinensis Domini occupanda ferebatur; ut haberet locum opportunissimum, vndè Senenses, Florentinos, ac Genuenses posset, cum libuisset, laceßere. Metus erat, ne exindè pax Italica, hoc est Italia, conturbaretur. At Calixtus, bello Turcico distentus non poterat quicquam apud Regem quietis impatientem obtinere. *Syluius epist. 368. Foluera lib. 10.*

**XXIV.** *Calixtus PP. quodam cōciliat Romanos Principes.*

Felicis successit Calixto, in pace quorundam Romæ procerum componendâ. Mortuo, Io. Ursino, Comite Taliacotij, quæ superiore anno Pontifex Urbis Præfectum creauerat, statim inter Euerfum Anguillariæ Comitem, & Neapolitanum Ursinum orta dissensio est, cum Euerfus Comes Monticellum non lōgè à Tibure positum occupasset, quod diceret, eam hæreditatem ad nurum suam pertinere, Comitibus fundi filiam; contra instaret Neapoleo, id suum esse debere iure hereditario, quippè cum ipse Comes ex gente Ursinâ haberetur. & altercatione duorum de hereditate inter se, etiam armis cōcertantium, maxima damna populus Romanus hoc anno perpeßus est. Calixtus nonnullam aduersus Ursinos indignationem induerat, ad eò, ut etiam, Petrum nepotem suum Ecclesiasticæ militiæ Ducem contra illos misce-

*S. Osmundum SS. adscribit. XXV. Lucretia concubina Regis Alf. Roman. uadit.*

rit, castrumq; S. Gregorij ab eis extorserit. Adnente Sacro senatu, tandem de concordia actū, transactumque est. Imperator utriusque, ab armis discedere, & apud Sedem Apostolicam, iure decernere. qua controuersia composita, Calixtus, Borgiam nepotem suum Urbis Præfectum, in locum demortui creauit, & eundem militibus Ecclesiasticis præfexit, quo facilius Proceres Romanos in officio contineret. quo etiam anno Beati Osmundi Anglici memor, eum in numerum Sanctorum retulit. *Platina in Calixto III.*

Eodem anno, Lucretia, Alfonso Regis amica, Regio apparatu Romam uenit. Fama fuit, & magni uiri testantur, Alfonso, repudiatâ Regina uxore, eam Lucretiam cognomento Alaniam ducere uoluisse: eaque eapropter ad Pontificem sese contulisse. Eam quidem Calixtus benigne audiuit; sed tamen, quod illa maxime sperauerat, minime concessit; quod concepti sceleris pœnas uia cum illis dare noluerit. Id maxime intemperantiæ uirum in Alfonso moribus omnes accusabant, damnabantque. *Mariana lib. 22. cap. 18. & M. J. nota diuina, Nicolai Cancellarij Viterbieni. hoc anno.*

ANNO CHRISTI

1458.

CALIXTI PAPÆ III.

Anno 4.

FRIDERICI ROMANORVM IMPER.

Anno 7.

I.

*Mortuus Alphonsus Aragonū Rex, & eius laudes Ex Aeneo Sylui.*

**Q**VI de rebus meteoricis iudicium tulere, affirmant, stellæ crinitas sicubi apparuerint, mortes Regum, & Principum portendere. Solet Deus, metu-entibus se significationem præmittere; ut fugiant, si-ent ait Palses, à facie arcus, vindicta pimirum grauioris, si quam forte meruissent. Biennio antè Cometes, Cancrum inter, & Leonem, caudâ duorum signorum longitudine præfulserat, index mortis Alfonso Aragonum, atque Siciliae Regis. Is cum hoc anno ad Idus Iunias decubisset, ingrauescente ualitudine, ad quintum Kalend. Iulias, cum luceceret, peccatis sub mortem omnibus sacris humillimo corporis habitu expiatis, extrinctus est. Princeps suâ ætate clarissimus, nulli veterum post habendus Hispanæ gentis lumen, decusq; perpetuū; nisi tanto Neapol. Regni desiderio exæstus, molestior Pontificibus Rom. fuisset, neque propter Alanæ amores, aut Reginam abdicasset, aut bellum Turcicum Italico cōmiserat. Syluius Cardinalis Senensis, hæc in laudibus Alfonso ponebat. Cibi, potusque temperans fuit, nec uino uisus, nisi aqua multa perdomito. Litteris per omnem ætatem operam dedit; Grammaticæ apprime peritus, quamuis Latine penarè loqueretur. Historias omnes coluit, nec Poëtas, aut Oratores ignorauit. dialecticos nodos facile soluit, nihil ei abditum in Philosophia; arcana Theologiæ perscrutatus omnia, de prouidentia Dei, de libro hominis arbitrio, de Incarnatione Verbi, de Sacramento Altaris, de Trinitate, de difficillimis quæstionibus percurtatur, & præter, & sapienter occurrit in responsionibus dandis quamuis breuis, & circumcisus, nūquam tamè diminutus; sermone blandus, tersusque. Summa ei cura, ne quispiam abs se abiret ingratus, petitiones differre maluit, quā negare. fuit Religioni, rem diuinam diligenter curauit. Sacerdotalia in dumenta, & altaris ornamenta comparauit, quibus comparari alia nulla queant. Sacram, ac domesticam suppellestem auream,

& argenteam admirabilem, & incredibilem composuit; margaritas, uniones, adamantes, cæterosque lapides pretiosos, toto orbe quæsitos cōemitt. Sacelli, in quo interfuit, & aularum, quas incoluit, parietes, diuitibus atque aureis pannis ornauit. Vestiuic seipsum nitidè magis, quā pretiosè. Serico rarè uisus, aut ostreo paludamento. Venationi magnam uitæ suæ partem consumpsit, in bello seuerus, & asper in pace clemens, ac mansuetus, pepercit facile his, qui contra se arma sumperant, humanum sanguinem inuitus fudit. Scelera trî odio habuit, nec impune subditos delinquere passus est. Regnum, quod multis antè seculis spelunca latronum fuerat, ad eò pacatum, securumque reddidit, ut quacumque iter homines facerent, nullus prædonum metus adesset. Legatis omnibus ad se uenientibus, sumptus opipare præbuit. Apostolicos Legatos, qui Cardinales essent, eis obuiam extrâ urbem profectus, quasi patres honorauit. Naues insolite magnitudinis fecit, & quas, qui procul inspiceret, sublimes esse arces per mare uadentes arbitrareretur. Edificauit pluribus in locis, sed Neapoli supra quā dici possit, splendide, ac magnificè, arcem Regiam, cui Nouo castro fuit nomen à fundamentis cictam, iterum erexit, tum opere mirabilem, inexpugnabilemque, tum sumptu magnificentissimam. Arcem præterea Sancti Saluatoris in mari ex Quo nuncuparam muniuit; & urbis portum, obiectâ in profundum maris altissimâ mole, crassissimo muro, & turribus munita ampliauit: salubritatem urbi exsiccatis paludibus dedit. *Syluius Europæ cap. vlt.*

**II.** *De illo plura ex Phazello.*

Thomas Phazellus multo plura de Alfonso narrabat. sc. Erat ingenio ita magno, atque excellenti, ad eòque uersatili, ut ad humana omnia, præsertim uerò ad regnum natū uideretur. Corpus ei, ubi opus esset, laboris supra quā credi par est, patientissimum. Virtutibus multis enituit, præsertim religione, quæ tanta in eo fuit, ut in ijs, quæ ad diuinum cultum pertinere potuerit non immeritò contendere, cum ijs omnibus, qui religione sup seculo præstiterunt. Pietas summa in eo, ac munificentia, qua non in suos tantum, sed in omnes quosque pauperes misericordè uisus est. Ad bonarum artium, atque ad scripturarum studia supra mortales, longè ardentissimus; quorum gratia, nullum fere diem inter quantumlibet maxime ardua negotia intermisit quin Theologos, Philosophos, Oratores, Poëtas, aut legentes, aut disputantes, aut orantes audiret. Quisquis in tota propè Europa, aliqua in re sua tempestate fuit illustris, euocatus ab eo, amplissimisque honoribus, ac muneribus affectus est. ad eò potè studiosus, ac diligens, ut omnis humanarum, diuinarumque rerum scientia, quam consequi mortales possunt, leuem saltem quandam degustationè fuerit adeptus. In cognitione tamē rerum, quæ sacris litteris produntur, nemini secundus. Bibliothecam ingentem conquisitis vndique libris, sibi comparauit. Plura Græcorum uolumina, ab eruditissimis transseri in Latinum curauit. In eius aula plures floruerit rei militaris periti, ac strenui, & bello clari Duces; Poëta præterea, Rhetores, Philosophi, ac Theologi primi nominis plurimi, Magnificus & maxime liberalis in eos præsertim, qui essent de se optime meriti; aut qui in aliqua nobili arte, uel doctrina, aut etiam dignitate præclari haberentur; quin ad eò erat cupidus gloriæ; ut permolestè ferret, quosq; audiebat Principes alios sibi in eis uirtutibus, præsertim quibus ornatos decet esse Reges, anteferi. In uestitu, ceteroque corporis cultu moderatissimus. Modestus ad eò, ut ex ipsius ore nihil uimquam obscenum ac turpè exciderit. Cumque honore, opibus, ac potentia, multis, sui seculi principibus antiret, nunquam tamè notari in solentia potuit. In maledicis, qui multa in

eum petulantè aliquandò obloquebantur, vix vix quâ vel modicâ ira comoueri visus est: quod mirabile fuit in eo; & Rege præsertim, qui ad irâ præsertim satis pronus esset. Eos, quibus familiaritè vtebatur, quorumq; consilijs res magnas gerebat, mansuetissimos esse cupiebat, & si quos insolètes animaduertisset suâ gratiâ vacuos, eos à se protinus expellebat. Vini in eo supra modû temperantia: humanitas eius ferè incredibilis; quippè qui ad interiora loca, vbi aut cibû capiebat, aut dormiebat, aut pro suâ cõsuetudine lectiones à viris doctissimis quotidie audiebat, nõ purpuratos solum, sed infimâ quoque fortis homines admittebat. Constantiâ tantâ nituit, vt in omni fortunâ idem eius animus, idemque semper vultus videretur. Ad ignoscendum eis, qui in ipsum delinquebant, longè facillimus. In eos, quos bello domabat, illi of- que etiâ, qui sibi aliquandò infensissimi fuissent, quique pro eo necando quandoque insidias parauissent, clementissimus. Aduersariorum, quorum fuit ei ingens numerus, animos sibi beneficijs conciliabat: ad eòque ad conferenda in omnes beneficia erat promptus, vt aliquando plura promiserit, quam præstare poterit. Iustitiam summâ diligentia, & coluit, & à suorum regnorum Præsidibus cõli semper voluit. Ostendunt id inter alia, complures eius epistolæ Sicilia Præfectis ab eo scriptæ, quibus ad eò acriter, ac feruè eos obiurgabat, vt qui eas nunc legunt, Alfonso irarum, etiamnum se videre putent. Nec tamen tanti viri virtutes, virtiorum quorundam maculâ caruerunt. Vitio namque illi datum est à compluribus, quòd vestigalium maximâ partem, multasq; vrbes egregias, dono eis dederit, qui erant de se bene meriti: quodque Oratores, & quicumque ad eum vel visendi, vel saluandi studio accederet, multis, ac pretiosis supra quâ possit donis, profeceretur. Eas enim ob res fieri plerumque necesse erat, vt populares suos, nouis, & inuitatis vestigalibus opprimere compelleretur. Quamobrem, si quid magnû, atque arduum aliquandò aggressus esset, interruptû, atque inchoatum relinquere coactus est. Venatione etiâ plusquam decebat delectabatur, vt à Regni propter eâ cuius, quâ sapientissimè amoueretur. Quamquâ iracundiam plerumq; vt diximus, conatus sit cõpescere: visus tamè est quædam nonnunquâ irâ impulsu fecisse, quæ Regiâ maiestatem haudquaquam deceret. Quicquid ei videbatur, facile simulabat, dissimulabatque. Libidinis impatiens. Expostulantium improbitati opportunus, vt eorum importunitate commorus, vel detestanda facinora atque ea multa in punitione demiserit. Phæzelus de rebus Siculis dec. ad. 2. lib. 9.

III. Eius dicta, ac facta quædam memorantur.

Antonijs Panormita, plurima eius dicta, factaque pietati, & moribus formâdis appõta, vel patrata memorabat. Ex his præcipua, visû fuit isthuc adscribere.

1. Quibusdam ab eo megnoperè parentibus, nè in corpus cuiusdam equitis, debita, quæ ille plurima per luxum, libidinemque contraxerat, lucret, respondisse aiunt; *equitem hunc neg, sui Regis gratiâ, neg, patriæ commo, neg, propinquorum, & amicorum ere alieno suscepto, tam grande patrimonium profuisse, quamind substantiam suâ omnem corpori indulisse; in corpus igitur luere, equus esse.*

2. Cû Lucas Medicus vir discretissimus orationem apud eum habuisset, cumque exquisitis & heroicis laudibus extulisset, ferunt finitâ oratione dixisse. *Si vera sunt, Luca, que de me predicat, Deo Opt. max. gratias ago. Sin aliter, vera vt isthuc faciat, oro, atque obsecro.*

3. Cum nauigaret ex Sicilia, erant cum ipso in triremi nonnulli, quos singulatim ille comites delegerat. Hi, cum aliquandò, mane illum in puppi officij causâ accessissent, offenderant eum, demirantem garras aues, trirremem circumuolantes, attentasque, si quis bolus triremi decideret, certatim illum arripere, quæque arripuisset celeriter illam auferere. Hæc ille contemplatus, mox ad aulicos conuersus ait; *perfi-*

*miles esse his garris suis aliquot purpuratos, & curiales, qui simul, ac enim aliquod officium, aut beneficiû, dimicantes inuicem à se accepissent, profugerent.*

4. Cum audisset vnum aliquem ex Hispaniæ Regibus, solitum dicere, Non decere generosum, & nobilem virum esse litteratum, exclamasse fertur; *Vocem hanc non Regis, sed Bouis esse.* Itaque Hispanos, quingentis, atque eo amplius annis à studijs humanitatis, vsq; adeò abhorrentes, vt qui litteris operam impenderent ignominia propemodum notarentur, ad litterarum cultum sic reuocauit, vt rudes, propè que efferatos homines doctrina, quodammodo reformauerit.

5. Capuâ cum exercitu transeunti illi, miles quidam irâ efferuescens in foro ipso obuiam factus, comprehensus equi lonis sistere eum coegit, neq; prius dimittere, quàm quæ libuisset in Regè etiam armatû, petulantè effudisset. Rex nihilo magis animo commotus ire perrexit; conuiciatorem nè paululum quidem conspicatus.

6. Cûm Puteolos obsideret, atque animi laxandi causa litrus quotidie pèteret, reperit viri Genuensis cadaver, è triremi hostium eiectum, littori appulsam, quo viso, celeriter equo desilijt, ijs que, qui propè aderant, omnibus desilire iussis, alijs negotium dedit vt terram effoderent, alijs, vt nudum corpus obuoluerent: ipse verò Crucem ligneam sua manu fabricatus, humati ipsius capiti affixit.

7. Caietam urbem pertinaciter obsidente illo, coacti erant oppidani ob famem, qua maximè vrgebantur, pueros, puellas, & ætatem omnem bello inuitem è ciuitate expellere. Eiecit igitur, paululumque progressi, necessario substituere. Nam & redire, à suis ferro laxisque prohibebantur, & ingredi Regia castra nondum facultas erat. Erat interim cernere, miserabilem illam multitudinem, ad suorum simul, & hostium ictus expositâ: parentum pariter, & natorum complorationes, tû Regis, tû suorum fidè, ac misericordiam inclamantium. Interea exagitari, impelli, vulnerari, confici. Tûm Alfonso ab ijs abstinere sese milites suos iussit, Patrumque concilium aduocari. Censuerunt ferè omnes haudquaquam excipiendos esse. Si ferro, aut fame interijissent, suorum ciuium noxam, non Regis, aut Regionum esse. Panormita etiam sententiam rogatus, dixit. *Lege militari recipiendos nõ esse, quippè que obsequis, ac fame laborantibus præcipit, vri bello inuites eiciant.* Conuerfi erant omnes in Alfonso, deliberationem eius audivissimè expectantes. Tum ille; *Et ego malo, inquit, Caieta, & Caietanis numquam potiri, quam tam fade, tamque crudeliter vincere. Cû viris mihi dimicatio est, non cum mulieribus, ac pueris.* & mox omnem sexum, atque ætatem in bellem excipi iussit, exceptos omnes abundè refeci, atque refocillari.

8. Virginitibus verò omnibus Christi Dei verissimi sacris initiari cõpientibus, dotem sine qua haud recipi mos est, illum elargitum Constat. Cumque essent ferè innumerabiles, quæ dotis spe propõta, mundo renuñciarent, sacrasque nuptias adirent, nõquam tamen à tam liberali, & religioso proposito desistisse; imò verò quanto plures sese quotidie ad sacrum flammam suscipiendum offerrent eo libentius, atque benignius omnes excipere, atque dotare consuevit.

9. Die Veneris pro tribunali sedens, pauperibus tantummodò ius dicebat: vt tantæ maiestatis præsentia quam pauperrimo cuique adire facile liceret, abstinerent potentiores à tenuiorum iniurijs, & offensis, acius suum cuique & habere, & possidere fas esset.

10. Cûm amantissimum Picentiæ agrum Surrentinû peruastare: ingemuisse frequenter visus est, crebroque per caduciatorem oppidanos orasse, nè id ipsum pertinacia committerent, quod postea eius lenitate ac misericordia corrigi non posset.

11. Amico cuidâ, & familiari suadeti, vt trãquillè, &

voluptuose,

ptuose, dùm posset, vitam ageret, nec corpus tot, tantique periculis obiectaret; respondisse dicitur; *Non temere, à Romanis illis quidem sapientioribus, Honoris templum Virtutis templum coniunctum, in quod nisi per virtutis templum introire liceret nemini: vt intelligerent mortales, ad honoris fastigium, non volupratum viâ, que delicias, atque illecebris affluens esset, sed virtutis illâ quidem aspera, & salubrosa euadendum esse.*

12. Vestitu, cultuque corporis moderatè vsus, neque hac in re multum à popularibus suis discrepans aiebat; cupere se moribus, & autoritate potiùs Regem videri, quàm diademate, aut purpurâ.

13. Proficiscens aliquandò Capuam, cum ipse itineris primus offendifset. Asinarium gementem, implorantemque prætereuntem auxilium, propterea quòd à sellis sibi prolapsus esset in luto, farina oneratus, ipse equo desilijt, atq; vnâ cû rustico, hoc quidem à caudâ, ille autem à pectore asinum in cœno hærentem subleuauit. Parui quidem momenti hæc res, sed quæ nonnullos Campaniæ populos illi conciliauerit.

14. Exceptis ab eo impuberibus, senibus, omnique sexu bellis haudquaquam vtili, quos Caietani obfessi, vt diximus, ob pænuriam annonæ ciuitate expulerant, cum quidam ei dixisset, *Si tu hos non admiffisses, Caietani paucis post diebus sese dedidissent:* respondit; *At ego plures facio eorum vitas, quàm Caietas centurâ;* Facinus profectò Regium, ac memorabile, ac Coelstibus in primis gratum, acceptumque. Quam enim urbem per id tempus quadraginta ferme milliû conatu capere nequiebat, postea solutâ, ac diu deserta iam oblidione, sine vi, sine armis, numinis tamen benignitate & gratitudine in ditionem redegit.

15. Cûm Regionum pleriq; gloriæ studio flagrantes, permolestè ferrent, quòd Venetis, ac Florentinis pacem dedidisset, velut in eo bello magnificum, ac gloriosum aliquod facinus edituri, à quo postea frustrati essent pace comparatâ: Alfonso id, quod erat suspicatus, aliquandò occasionem nactus, dixisse perhibetur: *Bono animo estote commilitones. Nam & virtuti vestra, mihi credere, neq; locus, neq; honos deerit; & mihi perquam speciosum fuit, petentibus pacem dare. Itâ arma capere consueuimus, vt sine cruore, si id modo fieri potest, victoriâ adipiscamur. Et quid aliud, pacem tam submisse petentes cõstentur, quàm se victos esse.*

16. Super lectionem Annæ Senecæ, quem ille præcipue coluit, atque perdidit, quæ situm est ab Alfonso Daualo, purpuratorum humanissimo, Cû animus mortalium itâ immensus, atque insatiabilis foret. Cui à Rege ijs penè verbis satis est factum; *Animum hominis à Deo profectum non prius conuiescere, quàm eò rediret, vnde profectus esset. Esse procul dubio animum nostrum Dei & æternitatis capacitatem; propterea neque impleri, neque satiari posse ijs rebus, quæ fluxæ, atque incertæ essent: sed Deum ipsum veluti naturalem finem, & suum perfectissimum bonum appetere.*

17. Peroptantem illum audierunt aulici, vt popularium suorum vnusquisque Rex extitisset, quò demum illi, vt potè experti, cognoscerent, Principum occupationes, & curas: hoc vno forsitan modò fieri posse, vt desinerent molesti, & importuni esse.

18. Confecto graui, ac diuturno bello, triumpho que illi parato, negasse aiunt, regulos, & nationes quas vicisset, circum pègre debere captiuorum more; quinimo tamquam socios, perquam honorificè se qui iussisset. Sed & gloriam solum, quòd non milli-bus hostium cæsis, sed relictis seruatis triumphandi legem Imperatoribus primis dedidisset.

19. Ludos autem Christianos magnificentissimo apparatu, deuotissima, ac solemnè repræsentatione, ingenti hominum frequentia, ac celebritate quotannis edidit. Imò verò cum accepisset Hetruscòs istiusmodi ludos singulari industria committentos esse, nè in hac re, quæ ad diuinum cultum pertineret, à quoquâ mortaliu vinceret, culmia perferretur, atq; ex-

plorarum eò misisse: explorata longè præclarior, atque artificiosius expressisse.

20. Admonuit modò Tuscia, vt eius fiduciam animosam exprimamus. Cosmas Florentinus illi malè pacatus vir, alioqui magnus, & illustris, cum dono emitteret T. Liuij libros, vtique præclaros, reclamatum est à medicis, qui aderam, nè librum attræctaret, ab hoste missum veneni suspectum. Ille prima facie visus est medicis assentiri, ipsis animo illudens. Nâ cum Liuij liber in medio positus esset, illum manibus accepit, legit, euoluit: subinde medicos, qui cõtinuè aduerfarètur rogitas, vt desineret ineptire, Regum quidè animas, ait, non priuatorum libidini subiectas esse, sed sub Dei cura, & tutela sacras, lætasq; agere.

21. Nonnullos de se bene meritos, sed ipsum probris clam solitos lacerare cum audisset, *Regum esse,* inquit, *non solum benefacere, sed mala etiam patienter audire. Isgratos profectò nequaquam effecturos, quo minus ipse, & humanus, & beneficus persisteret.*

22. Erat inter purpuratos aliquandò orta quæstio, Cur hypocritæ natura superbi essent, publicani verò mansueti. Et quum alii aliud, vt sit, sentirent, ille in hunc modum definiuit; *publicanorum vitia, vt plurimum manifesta esse; puta luxuriam, gulam, illiberalitatem, & cætera huiusmodi: quæ quoniam hominum oculis subiecta forent, soluerentur in ruborem, verecundiam, & humilitatem: hypocritarum verò vitia in occulto latere, vt potè odium, inuidiam, maleuolentiam, iniquitatem: quæ cum in arcano tolli vti diutius non possunt, erumpant in superbiam necesse est, iram item, arrogantiam, & insolentiam.*

23. Scholas, & auditoria, in quibus maxime Theologia publice legeretur, magnifice adornari curauit, nec adornari solum, sed interfuit ipse lectioni, non pallio, & crepidulis inambulans in gymnasio, vt Scipio ille, sed attentissimo animo, & toto vt aiunt pectore, incumbens; quodque & doctis imitandum, & ignauis, rudibusque pudori sit, pedes, & si satis longe distaret auditorium, ad lectionè venire non dubitauit.

24. In Calaciæ obsidione, cum de Viriato Lusitano inter eum, & Panormitam nõ inuicunda esset dissensio, quòd hic inter Viriati laudes maxime præferret, quòd cibû, vestitumq; quibus pastor, aut venator vti consueuerat numquam postea deseruisset, licet Imperator, & Victor ille per continuos 14. annos, Cõsules, exercitusq; Romanos attriuisset, superuenit huic sermone Simonius Durra, purpuratorû princeps, præfectus castris. Cumq; locum, qui inter Panormitâ, & Regè erat medius, equo inuectus capere instaret, Rex vultu renitens prohibuit, asserens locum illum, cum de litteris, aut cognitione antiquitatis ageretur, non purpuratorum, sed togatorum esse. Cessit ergo Simonius. Rex verò ad Lusitanum suum reuertens, Rectè inquit, *nonnulli virum hunc Hispanorum, Romulum appellarunt; rectè item Romani, eos, qui talem virum quamuis hostem intoremisissent, indignos præmio iudicarunt.*

25. In eadem obsidione, cum aliquis in corona ducum, atq; procerum, Nicolao Picinino, eius temporis Herculi obiectaret, filiumque lanionis dicēs, obscuritati generis illuderet; Alfonso nebulonis impudèntiam iniquè ferēs; *ego verò, ait, mallem Nicolaus esse, macellarij filius, quam aliquot Regum, qui Europam incolunt, & filius, & heres; gloria enim virtutibus parva gemis haud quaquam officere, quim potius præcipuam laudem esse, quandò possit se quisque, vt Poëta dixit, tollere humo; victorq; virum voltare per ora.*

26. Aegrotabat aliquandò Capuæ, & multi multa pro suo quisq; ingenio; ac studio oblectameta, muneraq; ægro illi cum excogitarent, Panormitanus quoque à Caieta accessit, statim aduolauit, deserens, & ipse secum fomenta, & medelas suas, hoc est libellos, quos intelligeret illi, quam maxime placituros; in quibus Curtium legendum exhibuit. Ille res gestas Alexandri à disertissimo viro perscriptas, ea hilaritate, ea auditate, ea denique felicitate cepit audire, vt



quod medici obstupescerent, eodem ipso die, quo legere cœperat, ægrâ omni valetudine leuatus, ac penè confirmatus euaserit. Itaque posthabitis cœteris omnibus animi laxamētis, singulis diebus ternas fieri lectiones voluit, donèc librum absoluisset: ex eoq; die frequentè in medicos iocatus, Auicennam veluti parabolam faciebat, Curtium laudibus cumulabat.

27. Scipionem irridere solebat, quòd saltatione animum relaxaret; saltatorem ab infano nihil differre iniquens, nisi quòd ille dùm saltat, iste dùm viuut infanus est.

28. Legebant aliqui ex suis Senecæ epistolas, que rebanturq; super illo præcepto Hecatonis magnopere à Senecâ laudato. *Si vis amari, ama.* Numquid in aliquo sub exceptione falleret, essetq; videlicet, vt quis amaret, nec multò tamen amaretur. Hic cum multi, multa dixissent, fermè que omnes Hecatonis, & Senecæ dictum probarent, ille pace omnium se aliter sentire dixit, & esse aliquem, qui amet, nec vicissim pedameretur, pronuntiauit. *Ei quis, ait, aut certius; aut flagrantius diligit, quàm, qui homines facit, atque hominum causa omnia facit. Cumque id ita esse nemo vixus ambigat, quis tamen est, qui mutuâ charitate Deum complectatur? Imo verò quid mirabilis, aut potius detestabilis est, cum aut hunc, aut illum hominem amantibus nobis, interdum in officio non respondetur. Deum verò amantibus, certissima sit illius charitas, nec charitas solum, sed amoris merces perpetua lux, & sempiterna tranquillitas, nihilominus obdurati perisistimus, nec amantem redamamus; quod ego arbitror nobis euenire, ob nullam, aut certè exiguam in Deum fidem. Dum enim bonis hisce presentibus, atque voluptatibus delinimur, & obsecamur, celestia, que non videntur, neque tanguntur, non modò non curamus, sed nec omnino futura confidimus, vt si quis admodum ficiens audiat aquam limpida, & puram procul esse, sed vicinam & propinquam potius bibat, licet turbida, & turbulenta.*

29. Neapolitani ciues ob virtutem, & clementiam Alfonso, cum decreuissent vno consensu omnes, arcum illi triumphalem ad memoriâ honorificè statuere, elegerat locû super gradus marmoreos maioris Ecclesiæ. Id verò quâdo quidè fieri non poterat, nisi magnâ ex parte dirueretur, Nicol. Mariæ Buzuti magnanimi, & strenui militis domus, id fieri Rex omninò prohibuit; *haud tanti se facere, inquiens; huiusmodi saxorum struem venis, imbrigue obnoxiam, vt amici veteris, & familiaris domum, cuius operâ in bellis, & pace, atque omni fortunâ fortiter, ac fideliter vsus fuerat, eueri pateretur.*

30. Quæstuit fortasse aliquis, vbi ille, aderat, Quâ obrem, qui verè saperet, taciturnior esset; qui minus, loquacior, & cum alius aliud in causam duceret, ille decreuit; *Qui verè sapit, habet hic intrus, vnde gaudeat. Alitur quippe eius animus sapientia, qua maxime alimonia contentus, requiescit. Ex diuerso, qui minime sapit, eius animus cum intrus nò habeat quidquâ vnde impleatur, aut gaudeat, necessum est fors querat, vnde vana saltem iactantia sapere videatur. Itaque ille ad conscientiam omnia refert, hic ad ostentationem.*

31. Quadam die dùm Corpus Domini Summi, & Saluatoris Dei Iesu pedibus lequeretur (sic enim illos mos fuit Sanctissimam Eucharistiam, reuerentissimè, quocumq; accederet, pedibus comitari) tandè ductus est in vetula cuiusdam pauperimæ domum sanguinis profluuio penè exanimata: cûq; egritudinis causâ cognouisset, gemmâ inæstimabilem morbo illi mirificè accomodâ, afferri iussit, anuq; illius digito aptari, simul, & Corpus Regis Regum in templum, vnde profectum erat, summa veneratione reduxit. Paucis post diebus anus illa cû reualluisset, egit quidè pro recuperatâ salute Regi gratias, quales potuit; sed gemmam negauit, excusauitq; eam sibi penè mortuæ commisit, sibi nè visam quidem perdidisset. Stomachabantur, qui aderant, aniculum execrationibus, & maledictis propalam incessentes. Ille verò subridens: *Abi, inquit, Mater mea, & cura tu valetudinem tuam: quoniam stultus quidèmi istis, vt vides, parum sanitatem tuam curant.*

32. Principes, qui iustitiam non colerent, ijs per similes sibi videri dicebat, qui morbo caderent comitiali. Nam cum anima nutrimentum sit sola iustitia, quâ tenetur in vita, teste Lactantio: quid restat Principibus sublatâ iustitiâ, hoc est, sublatâ nutritione, & cibo, nisi caducarios videri.

33. Iacobo Alamano, homini Christiano, sed Iudeis orto parentibus, cum is Diui Ioannis aureum simulachrum venale illi exhibuisset, ac pro eo quingentorum aureorum pretium postularet, ita respondit. *Non tu sanè ineptus es, & maioru tuorū longè dissimilis, discipuli, & seruuli imagine rari estimas, cû illi Ioanis ipsius Magistrū, & Dominū, & Regē Iudeorū triginia nò amplius denarijs vendiderint.*

34. Ioannes Fortis cognomine, miles veteranus, ægerrimè ferens, quòd oppidū suæ fidei commissum sibi ille auferret, vt alteri daret, ab eo discedes, Italiâ, Galliam, Germaniam, Hispaniâ peragravit, omnibus in viâ Regibus, Principibus, ac populis Alfonso ingratitudinem, & conficta etiam vitia disseminans, ac diuulgans. Sed cum nemo omnium eius maledicentiâ quantum hostis Alfonso tam grantatè audiret, vt vel panem modò, & nasurtium offerret ad victum: inopia coactus, ad Alfonso retrò repetes Florentiæ restitit, Regis animum, què probriis immutatum, sibiq; infensum crediderat, explorans. Id Alfonso vbi primū innotuit Ioani renunciarî iussit, tunc ad se redire licere. Se quidè potius benefactorum eius, quàm vane dictatorum memorè esse: venientemq; viatico, & pecuniâ iuuit. Simili moderatione, ac liberalitate vsus, cum eroga alios multos tùm erga quendam equitem Hispanum. Is enim cum apud Reges occidentales fere omnes Alfonso hominem, & vitam, nulli maledictò parcès, passim, propalamque proscripsisset, tandem te diens ab Alfonso perhumaniter, ac benigne exceptus est.

35. Saepè numero dicere solebat, tantum valere ad fidem debere Principum verbum simplex, quantum ptiuatorum hominum iusturandum. Item malle se Regna, quæ plurima possidebat, perdere, quàm literas, quas permodicis se scire dicebat, nescire.

36. Vectigal, quod ex meretricio, atq; alca multis ante seculis pensitabatur, sustulit; Neapolitanis ciui, cui id lucrum à superioribus Regibus concessum erat, priuquam vectigal aboleretur, satisfaciens.

37. Cum ad eum Valentiam, Caroli Regis Franciæ legati appulissent, magnopere rogantes, ne per id tempus, quo Rex eorum bello Britannico implicatus esset, cõtrâ se bellum aliquod suscitaret: quàm maxime enim verebatur Carolus, nè Alfonso capto tempore, & occasione, eû armis lacefferet, propterea quod ius, ac titulum prætenderet in eam partem Gallia Narbonensis, quam incolè Occitanam vocant. Illis Alfonso respondit, *Esti cerdè scio plurimas Narbonensis Gallia ciuitates, ad Aragonia Regnum pertinere, quas Carolus Rex iam pridem occupatas derineat; nihilominus hoc tempore, quo illum intelligo bello superatum, & à Britannis protitū esse, nequaquâ me arma contra profugatum Regem, morturum esse vobis affirmo: neque eo me animo esse, vt cum maiores mei in Caroli prosperitate non petierint, ego in eius repetam calamitate. Nihil Regi indecentius, quàm victum pronocare, nihil inhumanius, quàm naufragum submergere.*

38. Capta ab eo Massilia, cum sibi renunciaretur, matronas fere omnes, ac puellas ciuitatis pretiosissimis rebus onustas, in templum Augustinianorū perfugisse, eas diligentissimè obseruari curauit. Cumque illæ vim, & contumeliam permisscentes, illi per internūcium supplicarent, vt tradita omnium earum gazâ, ipsas omninò sineret intactas, ille, nè visas quidem cum vniuersâ ipsarum suppellectile, quantumuis pretiosissima, ad vnam omnes abire permisit. Eadè vrbe potitus, nihil inde præter Diui Aloisij corpus deportauit; In dignum sane diuidicans, tam venerabiles reliquias, in vrbe victa, direpta, & incensa remanere debere. Cum autem inde in Hispaniam enauigàs, asper-

S. Aloisij corpus transferret Rex Alfonso Valentia.

rimâ maris tempestare iactaretur, & Sacerdotes, commilitones, ac nauarū vnâ omnes conclamarent Aloisij corpus veluti periclitacionis causam remittendum esse: illum in proposito persistisse, & aut sibi vnâ cum Aloisio pereundem esse, aut in longè, augustinior, cœlitique ipsi acceptior em ciuitatem se sanctissimi corporis reliquias conditurum asseuerasse. Vicir pertinacia, peruenitque Valentiam, vltiorem Hispaniæ inclytam ciuitatem, vbi Sanctissimum Aloisij corpus clarissimæ victoriae solam mercedem, sed æternæ suæ gloriae monumentum, summa cum veneratione, & gratulatione ciuium collocauit.

39. Cum esset apud Anariam, in qua vnâ cum Africana victoriâ morbu intulerat, & inauditò genere pestis laboraret exercitus renunciarumque ei esset, inter cæteros, Antonium Picentem, Ord. Eremitarū, nobilitatū post mortè hypocritâ, per summos cruciatu, animâ exhalasse, iactando plurima in Christū Dominū, & Virgine eius Matrè conuitia, atq; blasphemias. (Erat is Antonius, qui quadraginta dies, & noctes propetuâ ieiunare ferabatur, qui Italiam, Siciliâ, atq; Hispanias cõpleuerat nomine sanctitatis, & abstinentiæ, pluribus locis cella inclusus, & à custodibus obseruatus nihil edens, aut bibens: quoniam in præuisa, ac præteratâ cellâ, in qua nihil, quod vel obseruare liceret, in esse videretur: ceterum Angelos ei quodtidè ministrare, ac confabulari solitos opinabantur. Verum ipsi intrus in cellâ erant candelæ crassiores, exteriori quidem, & superfloriè ceratæ, sed in quibus fistulæ cannarum cõcludebantur farinâ infartæ, quæ ex contritis phasianorum, ac caponum carnibus zaccaro, ac aromatisbus imixtis condiebantur. Aiunt & cingulum gestasse plenū nectare, quod hypocraticū vocat: his epulis claculum vescabatur, vir habitus æquè sanctus, & mortaliū omniū, qui vnquâ fuerunt, aut esset, vulgi opinione abstinentissimus.) Istū igitur, cum accepisset vermiculis, ac acerbissimo mortis genere absumptum, dixisse fertur. *Propterea Deum in hypocrisis tanopere seruire, quod dùm homines decipiunt, interponunt Deum ipsum tanquam sceleris mediatorum. Ideoq; vt plurimum viuentes, adhuc lecti in oculis hominum, quos Dei nomine fessellissent, vt intelligant mortales à tali monstro, maxime sibi cauendum esse, quod Deum ipsum, nedam post mortem, sed etiam in vita ipsa habere indubitatum vltorem.*

40. Accessit quidâ ad eum, & in laudè, & commendationem inimici sui cuiusdam capitalis, verba coram eo faciens, admirationi erat, his maxime, qui simultatem eorū probe cognorant. Sed prudentissimo Regi infueta bonitas suspicioni fuit, dixitq; seorsum ad amicos, & familiares: *Hæc benedictia, mihi credere, erumpet tandem in calamitatem inimici, nisi aduerterimus.* Nec cum fessellit opinio. Sex continuos menses benedictio illè proraxit, vt è benedictis fidem adeptus, opportunius inimicum opprimeret. At eius malitia, quæ sub specie bonitatis in caput alterius serpendo grassabatur, Regis prudentia detecta est, & insons ille à calumniâ seruatus.

41. Cum audisset nonnullos Europæ Reges, ad Basileensem cõuentum destinasse, misissetq; Oratores potentes, & progenie Illustres, magna cum equorū, & comitantium pompa, delegit ipse è suis, quos committeret, non quidè, qui sanguine, sed qui ingenio, & sapientia præcellerent. Namq; haud decere inquiebat, *quom de iure humano; & diuino discipandum esset, nobilitatem, potentiam iactare, sed doctrinam, scientiam, atque iustitiam.*

42. Librum, & eum quidè apertum pro insigni gestauit, quò honorum artium cognitione maxime rebus conuenire intelligeret, què videlicet ex librorū tractatione, atq; euolutione perdisceretur, atq; ideo Platonè imprimis laudare solitus erat, quod diceret, Reges, aut litteratos esse oportere, aut certè litteratorū hominum amatores. Itaq; in vrbium direptione,

quicquæ ex militibus librum offendiisset, confestim, certatimque illum ad Regem, quasi suo quodam iure perferabant. Siquidè fama vulgauerat, eum libris maxime, delectari solitum. Quamobrè nulla alia in re magis sese regi gratificari dignus, aut facilius posse arbitrabantur, quàm in libris exhibēdis, tradendisque.

43. Diem illum, in quo nihil legisset, se perdidisse dicebat. Sed & cum audisset, Vespasianum Cæsarem, eam diè se perdidisse solitū dicere, in qua nihil quicquam alicui donasset: egisse gratias dicitur Deo, quod nec eo modo diè ipse perdidisset. Gloriabatur præterea, quòd Biblia quater & decies, cū glossis, & Cōmentarijs perlegisset: proindè illa memoria ita tenere, vt non solum res, sed & verba etiam, pluribus locis sine scripto redderet.

44. Cum classis Regia tēpestate abrepta, ad insulas Strachades decurrisset, atq; eodè vnâ ex dissipatis triremibus aduentare prospicerearetur, cõscisso velo, ac remo decusso, sumo cū militū, & nauarū discrimine in clamauit Alfonso, vt aduenienti illic omnes irent suppetias. Cùmq; omnes periculo reculantes, reclamarent, melius vnâ, quàm omnes triremes iti perditū dicētes, ille nihilominus prætoriam soluit ipsemet, & si nemo subsequeretur, solus opè anxius laturus. Quo facto, cum ceteri postea pudore cõpulsī, illū subsecuti, triremē propè obrutam non sine omnium periculo moueri posse dicerent: *Mihi profecto, ait, satius visum est vna cum socijs virū fortissimū occubere, quàm illos videre pati, & ante oculos interire.*

45. Cum quidam stirpe illustri, læsæ maiestatis apud illum delatus, facinorūque conuictus, & maiestatis reus esset, non sententia aliqua lata, non scripta, vt solet, sed tacito quodam iudicio in eum animaduertit: quo in facto vtrumq; prouidit, & nè scelus impunitum remaneret, & nè generosa reliqua domus vnius noxa, notaretur infamia.

46. Vrbe Neapolitana expugnata, mansuetè, humaniter, ac liberaliter plurimum sese gessit: ac omnium primū milites à cæde, & direptione coercuit, & præter primos impetus, quos continere facile non fuit, postea ciues omnes à militū furore, & auaritia tuos, in columelq; seruauit, ipsemet stricto ense persequitâs ciuitatē, prospicientq; nè quis illis vim aut contumeliam afferret: deinde ius, quamquam victis, liberorum iura concessit, iniuriarum omnium, etiam Petri iucūdisissimi fratris cædis oblitus.

47. Vicario Apuliæ oppido vi capto, cū milites à direptione cõtinere nequiuisset, veritus, ne furor tadè baccharetur in mulierum pudicitia, cõquitas cū curam in locū extrâ muros procul à militū imperu cõgregauit seruandas, dato negotio Ioanni Alzino viro amplissimo, & inibi seruatas simul, & illibatas, cū præsidio, quo velle dimisit, paucis post dieb; ad larem, vnde digressæ erant, prout libitum fuit, tunc redituras.

48. Equiti cuidâ prodigo, quippe cui nulla pecunia esset satis, & à Rege quotidie multa postulanti dixisse tandem fertur, *Amice, si tibi plura dare in dies perreuero, citius me pauperem, quàm te diuitem effecero. Hoc enim perinde esse ac si piscinam perforatam implere quisquam contentat.*

49. Cum peregre aduenienti Ferdinando patri obuiâ progressus, aduertisset illum læticia vctatū valetudine affectum, statim equo desiliit, vt parrem pedibus comitaretur: & si opus esset, humeris, aut ceruice etiam sustolleret. Cùmq; è læticia pater identidem cohortaretur, vt exemplo multorum procerum iuxta adequantium, & ipse quoque equum ascenderet, *Atq; ait, pater, quid ad se attineat, ipse viderim: ego quidè ipse neutiquam adduci posero, quin Regem, quin patrem, & eundem ægro tum pedibus sequar.*

50. Cū aliquis illū à nobilitate maxime laudaret, quòd Rex esset Regis filius, Regis nepos, Regis frater: huiusmodi hominem ille interpellans dixit: *nihil esse, quod in vita minoris ipse duceret, quàm quod ille canni facere*

videretur. Laudem enim illam non sum; sed maiorum suorum esse: quippe qui iustitia, moderatione, atq; virtutum excellentia sibi Regnum comparassent. Successoribus quidem oneri Regna cedere, & ita demum honori, si virtute potius quam testamento illa suscipiant. A se itaque, si qua modo extarent ornamenta diceret, non a patribus iam mortuis extorqueret.

51. Rogerius Pallantia Comes amplissimo, atque ornatisimo genere natus, impiger vir, & manu promptus, illum adiens, indicauerat, in animo sibi esse Ioan. Castellæ Regem, ipsius hostem, contempro omni periculo confodere, foreque id sibi si modo annueret factu per facile. Huic ille se non solum pro Castella atque Hispania dominatu, sed ne pro totius quidem orbis imperio adipsi, tam crudele, atque detestabile facinus permittitur. Deus auerit, quam ut eiusmodi scelere, veram, ad quam tantopere elaboras gloriam, ladas, atque contumines. Simili quodam modo respondisse dicitur exuli Florentino, Cosmam Medicem, occisurum pollicenti, si xxx. non amplius manu militum à Rege iuuaretur. Longè quidē acrior, atq; ampliores hostes sese & habuisse & habere, quam Cosmas esset, morte quorum, vel Regna cōsequi se quidem potuisse, sed abstinuisse à scelere. Iret igitur, & referret post deinde meliora.

52. Cū Regiæ bibliothecæ custos obliterata libraria abesset, Rexq; ipse legendi percupidus, forcipe ferræ excuteret, ac interuenisset Matthæus Siculus eximiae sanctitatis Sacerdos, dixissetque: Tu ne ut Rex magne manibus proprijs, tu ne huic Alfonso lubridens, Quas vir Sancte, inquit, Numquid Deus & natura nec quidquam Regibus manus dederunt?

53. Alfonso adhuc adolecente, post optimi patris obitum Regnorum, ac publica salutis gubernacula suscipiente, accidit, ut cuiusdam seruula ex Domino prægnans facta, mox pariens ad libertatem prouocaret, ex lege Hispaniensi, quæ est: Serua, quæ ex Domino liberata suscipere, libera esto. Dominus autem veritas seruam amittere, negaret ex se filium procreatum, ratus hoc pacto, se seruam non amitturum, & filium simul habiturum. At illa acriter instare, & natum ex Domino conceptum asseuerare. Erat sane difficilis probatio, & cōiectura veritatis. Sed in ancipiti, Alfonso prudentia iam inde ab adolescentia statim resplendit. Et enim decreuit, ut infans sub licitatione venundaretur, Cūque & vnialicui, qui maius præcium attulisset infans tradi assimularetur; parer pietate victus, à lachrymis temperare nequirit, & suum esse filium factus est. Quare ille, & patri filium, & seruæ libertatem non cunctanter adiudicauit.

54. Cū inter Sophistas aliquando de Regum felicitate disceptatio esset, & suum quisque iudicium afferret in medium, interuenit ille, & dixit id ipsum, quod quærent, non posse, aut plenius ex cogitari, aut luculentius exprimi, quam Augustinus ea sententia, dignissima, quam vnicijs Reges, & principes terrarum memoria teneant, & obseruent, expresserit. Reges vtiq; esse felices, si iuste imperant; si inter linguas sublimiter honorarium, & obsequia nimis humiliter salutantium, non extolluntur, sed se homines esse meminerunt; si suam potestatem ad Dei cultum maxime dilatandum, maiestatis eius famulam faciunt; si Deum timent, diligunt, & colunt; si plus amant illud Regnum, vbi non timent habere consortes; si tardius vindicant, facile ignorant; si eandem vindictam pro necessitate rogando, tunc etque republicæ, non pro saturandis inimicitarum odijs exerunt; si eandem veniam, non ad impunitatem iniquitatis, sed ad spem correctionis indulgent; si quod asperere coguntur plerumque decernere, misericordie lenitate, & beneficiorum Largitate compensant; si luxuria tanto est castigatior, quanto posset esse liberior; si malunt cupiditatis prauis, quam quibilibet gentibus imperare; si hæc omnia faciunt, non propter ardorem inanis gloria, sed propter charitatem felicitatis æternæ, si pro suis peccatis, humilitatis, & misericordie, & orationis sacrificium Deo suo vero immolare non

negligunt. Tales Christianos Imperatores, ac Reges dicimus esse felices.

55. Cū nonnumquā solum absq; comitantium pōpa incedentem aliqui vidissent, & coarguissent, suaderentq; vt more aliorum Principum & ipse armatorum manu stipatus graderetur, exhorruisse consilium visus est, atque dixisse se quidem minime solum, vt illi crederent, sed innocentia associatum vadere, neque esse, quod benevolentia ciuium fretus, quippiam extimesceret.

56. Perquam difficilem sibi rem principatum videri, vel eo maxime dicebat, quod Principum vita, popularibus exemplo cedat, illis quidem ad vitia, quam ad virtutes procliuioribus. Quapropter Principibus non modò sua causa à peccato abstinentum esse, sed multò etiam magis, ne sua vitia infundantur in ciues suos. Nam veluti ad solis motum, ita populares semper in principum mores verti, atque formari.

57. Inter Ioannam Reginam, & illum soborta discordia, complures tūm arcibus præfecti, tūm præfides terrarum, ac principes illum ad euntes, pollicebantur pene vniuersum Neapolitanum Regnum in cina sese dedituros. His quidē ille se gratias habere, respondit: Sed nihilominus se pluris famam, & honorem suum, quam Regnum quamlibet magnum estimare: suum quidem consilium, & fuisse, & esse, Regnum non dolo, aut iniuria, sed legitimo iure, cumque & Deo, & Romano Pontifici, & Ioanna matri placuisse possidere. Quod si Regina in se voluntas immutat videatur, id multitudini, & frigiditati femininarum assignandum esse contra se, & virum, & Regem esse meminisse oportere.

58. Præsides prouinciarū, ac Iudices omnes præmonebat, ne quod decretum, aut rescriptum à se factum seruaret, nisi quod d iure tantum, & honestate teneretur. Interdum enim, aut importunitate postulatum, aut ignorantia rei fieri, vt quidpiam contra iuris sanctionem emanet, propterea, quod illud custodiendi ciues suos offendant, non intelligentes, ita seipso pariter offendere, atque infemet impios, atq; crudeles esse.

59. Cū aliquando argueretur, quod d mitis esset, ac lenis nimis, vt qui nonnumq; etiam ijs, qui vel grauius in ipsum deliquissent, ignoscere: se quidem paratū velle esse dicebat, Deo, si ad calculum vocetur, oves, quas in tutelam ab eo suscepisset annuere: & si illas repetat, restituere incolumes omnes posse. Alijs expe standum esse dicebat, vt vrsi, ac leones quandoque regnarent: hominis sanè clementiam esse, belluarum feritatem.

60. Pueros, quos ad studia literarū aptos, at prope naros inueneret, verum paupertate, ac inopia ad gloriā aspirare non posse, vt quisq; ad hanc vel ad illā disciplinam idoneus videbatur, partim Rhetoribus, partim Philosophis erudiendos commendabat, fouebatq; sumptū illis affari ministrans. Simili liberalitate vsus est in Theologos pauperes. Nam cū ad Doctoratum ascendere nisi magnis sumptibus non possent, eos & pecunia iuuare, & præsentia condecorare non destitit.

61. Illud vel notabile præcipuè inter eius facinora fuerit, quod quotquot viros, aut re bellica, aut litteraria illustres acceperit, ad sese pene oēs euocauit, euocatos amplissimis honoribus, magnificentijs, muneribus ornauit. Inter doctos amplexus præcipue Bartholomæi Faciū, suauis, & præcæ eloquentia viri, à quo quidē & res à se gestas perscribi cupide apperuit: maxime eius libri suauitate allectus, quæ de vitæ felicitate ipsi antea dicauerat. Georgiū Trapezuntium Græcis, & Latinis literis virum eruditissimum, inter familiares, quos cū admiratione diligebat admittit, dabo negotio, vt Arist. de natur. hist. libros omnes à Græco in Latinū traduceret: quoniam illi, qui prius à nescio quo traducti extabāt, propter asperitatem, barbaritatemq; orationis, haud satis probabatur. Leonardū Aretinū ætatis suæ discretissimū quo minus apud se habuerit, nō voluntas, sed

valetu-

valetudo illius, atq; ætas ingrauescens impedimento fuit: at epistolæ, quæ vtrò, citroq; extant datæ, inuicem & amoris, & officij documenta diu prostabant. Poggium Florentinum virum illustrem ob Cyropediā suo iussu à Græco conuersam, non solum benevolentia cōplexus est, sed etiā honoribus, & opulentissimis donis ornauit. Theologos ex vltimis terrarū regionibus accersitos legētes, ac disputātes quotidie audiuit, eorumq; nonnullos ad summās dignitates euexit. Philosophos, medicos, musicos, iuris consultos, & honestauit, & locupletiores effecit.

62. Optimos cōsiliarios esse mortuos dicebat, liberos videl. designā, à quibus sine metu, sine gratiā, q̄ non se cuperet fidelitèr audire. Diuites sine cultu literarū, aureum velut appellare solebat. Cū essent, qui apud eū causā bestiarum cōtra homines defenderēt, & modò turturis castitatem, modò cornicis quæ mortuo compare nouem hominum ætates vidua perduret, modò formicarum prouidentiam, modò canū sagacitatem, modò ciconiarum pietatem, modò apum in Regem obseruantiam, & id genus multa probris animalibus afferrent in medium, Alfonso icā respondit: sue, id brutis inclinatione nature, sue Dei dono datum sit, se non alia causa datum, ac concessum esse existimare, quam, vt homines turpiter, nequiterq; viuentes, erubescant à brutis, & à rationis experitijs sperari.

63. Si Romanis temporibus natus esset, se cōstrcturū fuisse dicebat contra Curiam Iouii Politiorio templum, in quo Patres conscripti, sententiam dicitū, antequam Curiam ingrederentur, odia, atq; alias animi pestes deponerent. Plerumq; etenim fieri vti Regna, atq; Respublicæ, priuatorum contentionibus, atq; affectionibus pessumdentur.

64. Dicenti cuidam, id decere Regem, non solum, quæ promississet, sed quæ capite annuisset etiam præstare debere. Respondit: Rectè sanè: verum decere quoque petentes vt iusta, & consentanea à Regibus possulent.

65. Cū à Ludouico Podio à Roma certior factus esset, Rituum Reginarum pedum ductorē, ad hostes oppidis aliquor occupatis statim transiturum: opera precium fore, illum re adhuc integra capere, ac custodire: malle se, inquit, à suis prodi, damnoq; affici, quam de illis vnquam minus consilium videri. Describat Ritius, vt libet: se nequaquam de beneficijs suis tale aliquid, nisi comperto scelere esse crediturum. His adhibens, quod Ricus proditionis occasionem quærens, à Rege grandem quandam pecuniam afflagitauerit, Rex illum, vel vt eū à proposito dēstecet, vel ne quid culpa in seipsum reijci posset, ad Ritij excusationem è vestigio quantamcumque tradendam curauit.

66. Redeunte illo à Caiera Neapolim, cū vnā in classe Regia, Ioanna Regina, & Ioannes Caracilius vir priuatus, pluresq; præterea Procures, ac Reguli nauigarent, intereaque Sfortia accedens dixisset, Num d Rex, si vis, & velle debes potes vniuersum Neapolitanum Regnum, absque discrimine aliquo extra omnem dubitationem obtinere: hoc est, si quos recum ipse ducis, eos omnes in Sicilia captiuos miseris, ac regnes solus: respondit, se eo proposito ex Hispania discessisse, vt veram & absolutam gloriam, quantum in se esset ad suos reportaret, quam non dolo, aut perfidia, sed virtute, atque constantia sese posse assequi Dei Opt. Max. benignitate confideret.

67. Adulatores lupi haud absimiles esse dicebat. Nā quemadmodum lupi titillando, & scalpirando asinos vorare soliti essent; sic adulatores ad perniciem Principum, blanditijs, ac mendacijs contendere.

68. Quodam die Panormi Sacratissimæ Domini cæ hostiæ obuiam factus equo defilijs, Corputq; Domini comitatus, deductus tandem est ad domū mulieris è graui partu laborantis, atq; penè iam mortuæ. Qua ex re valdè sollicitus, quæ anxijs in Purio, qui tūm aderat, mandauit, vt illic Diuæ Sere-

næ cingulum afferret, quo allato & summa cum deuotione superiacentis corpus impolito, statim incolumis enixa est.

69. Offerentes sese aliquos ad Renati Andegauenfium Ducis necem, reiecit, ac detestatus est; vt si tale aliquid de cætero cogitare auderent, in eos tamquam parricidas animaduerturum minaretur; addens, se quidē virtute, non insidijs cum hoste de Regno contendere. Simile & ijs respondit, qui sese in mortem Francisci Sfortiæ paratos esse illi significarant; numquam sibi victoriam placuisse, cuius postea pigendum, pudendumque esset, nisi huiuscemodi consilijs abstinerent, talia se exempla in illos deliturum, vt eiuſmodi sibi admodum molesta esse omnes intelligerent. Conuocato autem Regulorum procerumque Concilio, Neapolim, cū non defuissent, qui crederent, euocatos ab illo contrucidandos esse; siquidē id aliquando eis à Superioribus Regibus accersitis acciderat; eos ille primò humaniter accepit deinde dissoluto Concilio, lantos, & incolumes dimisit.

70. In obsidione Scaphati, centuriones, ac milites qui oppido præsidio erant, non solum omnis generis tela, sed verba etiam perulantissima, atq; obsecrissima in illum, & in Ioannem Vrsinum Principem Tarentinum, ac Petrum infantem Regio Fratrem qui aderant, iactasse constat. Capto autem oppido, cū ipse Princeps, atque Infans ab ira exconuictis stimulari, eos omnes in furcam tollendos esse contenderent; ille contra, omnes pro sua consuetudine missos fecit, simul, & suorum indignationem ita leniuit. In huiuscemodi iniurijs, nō quid dicatur, sed à quo dicatur imprimis animaduertendum esse. Spuri viderent spurce loquerentur spurce, vt libet: se nequaquam ob aliorum maledicta à sua natura & moderatione recessurū esse. Adhuc victoriam fortuna esse munus: clementiam suam ipsius, qui clemens esse deberet. Itaque malle ex clementia, quam ex victoria laudem adipisci: Denique expertum loqui, nihil magis aduersariorum animos flectere, & conciliare, quam placabilitatis, & mansuetudinis nomen.

71. Ludouico Podio renuncianti, esse quendam in Venerorum naualibus, qui illa vna cum armamentario, quod in his erat exurere, polliceretur, si sibi duo millia aureorum à Rege promitterentur: conatusque illius facile cessuros affirmanti, ita rescripsit: Non sibi insidijs, sed virtute vincendum esse, aut nunquam profecto vincendum. Ex hac enim renon aliam sibi laudem sperandam esse, quam eius, qui Diane Ephefæ templum incendisset, cuius nomen totius Asia decreto è memoria hominum obliteratum traditur.

72. Victo captoque ab illo Antonio Caudola Carpeno, vbi vxor, & filij, & forruæ omnes Antonij essent in potestatem redactæ, omnes in libertatem pro suo more incolumes restituit, thesauros vxori dedit; sibi ex pretioso, & diuiter suppellectile, nihil omnino nisi vitreum poculum assumens. Eandem moderationem, clementiam, liberalitatem, cū in alios prope innumerabiles, tūm in Marinum suum infensissimum hostem exercuit: qui Arpario oppido, & in ipso simul Marino: ipso vi capto, cū vniuerso ferme exercitus in huius necem coniuarasset, ille solus vnus ipsum à militum furore, atque iniuria prohibuit, quem postea & in bona restituit, & in Senatorum numero collocauit, eius etiam filijs inter aulicos, quos familiarissimè diligebat admisisis.

73. In obsidione Neapolitana, cū audisset Petrum Fratrem, quæ propter singulares animi, & corporis dotes supra fratrem affectum diligebat, saxo tormentario ictum occubuisse, vt videret maturauit, ex animem multis, pijsque cum lacrymis exosculatus,

Annal. Eccl. Tom. 17.

T 3

MOX





Regnum Neapol. ad Sedem Apostolicam deuolutum esse, præter dicit Calix. PP.

Regnum Neapolitanum ad Sedem Apostolicam deuolutum esse existimaret, in primis beneficia Ecclesiastica id temporis vacantia, quæ primùm Alfonso contradicente, & impediante conferre non poterat, distribuit; deinde publicatis edictis, Regnum Neapolitanum vacare, & vt feudum Ecclesiæ ad se solum, & ad Sedem Apostolicam pertinere denunciauit: affirmantibus quamplurimis, Ferdinandum, nē ex Eugeniū quidem auctoritate, Alphonso succedere posse, vt potē non ex illo, sed ex Valentino quopiam homine sordidissimo genitum, suppositumque ab Vilarona Carlina, vt ea fraude Regem amore sui magis iniret. Ad extremum Ferdinando mandauit, vt Regnum dimitteret, neuē aut ipse, aut quibus aliis, sub pena anathematis se Regni Neapolitani Regem vocaret; sed si quod ius, aut titulum haberet, siue prætexeret, apud Sedem Apostolicam exponeret, & ab ea Sede, siue confirmationem, siue nouam concessionem expectaret. Sub eius edicti promulgationem, verabat, nē, cui alii, quàm Romano Pontifici omnes Neapolitani, cæterique Regni incolæ Sacramento fidelitatis, atque vrita dicam, hominio obsequioque sese obstringerent. Eapropter litteris circumquaque dimissis, Principes, Ciuitatesque sollicitare cepit, vt à Ferdinando sese auerterent, & in pristinam Apostolicæ Sedis fidem redirent; idque nisi fecissent, Ecclesiasticis censuris, penitusque plectendos renunciauit. Franciscum præterea Sfortiam, Mediolani Ducem, hortari, rogareque non desistebat, multis, magnisque propositis præmiis, cum se non tantum vrbes, atque oppida, quæ in ipso Regno ab antecessoribus possederat, & Alphonso Rex ei abstulerat, restitutum, sed etiam partem quoque Regni dono daturum pollicebatur, vt post habito Ferdinando, indigno, vt aiebat, tanti Regni successore, ad vendicandam Apostolicæ Sedis possessionem, meliorem causam foueret, seque bello gerendo socium adiungeret. Hæc dum Calixtus conaretur, lenire illius agrum animum Ferdinando curæ erat. Plenas ergo officii, & humanitatis litteras ad eum hoc exemplo dedit.

Calixtū PP. conatur placare Ferd. Rex.

His diebus in mediâ doloris acerbitate, Beatissime pater, paternum obitum renunciaui. Breuis epistola fuit, quippe inter lacrimas data. Nunc collecto animo, lustique tantisper mirigato, significandum duxi; Patrem, pridie obitus obstratum, nihil vt in terris, vestra gratia, & auctoritate prestantius ducerem: cum sancta Ecclesia non contemderem, ne pronocarem quidem. Impios ausus raro feliciter cadere. His ergo præceptis institutus, quod facturus alioqui eram, impensius, vt faciam, accepta beneficia hortantur. Neque enim obliuisci possum, à primis annis, me in tuam disciplinam traditum. Soluisse vna ex Hispania, prouentusque eadem navi ad Italia litus; non absque Dei nutu, tibi iam Pontificatum Summum, mihi nouum Regnum destinantis, præclaro omne futura felicitatis, mutueque concordie. Itaque à puero tibi traditus, tuus ad mortem esse cupio: me in filium accipito, aut accepto potius, paternam gratiam, & humanitatem exhibeto. Datur operam, ac prestituro, nē aut grati animi obsequium, aut pietas debita in nostris actionibus requiratur. Vale. Neapoli Kalendis Iulij.

V. Nil mouetur Calixt. PP.

Nihil his litteris, & pollicitationibus motus est Calixtus: sed Principes, & Ciuitates Italiae ad arma sollicitauit: siue quod pulso Ferdinando per amplum in Apulia dominatum designaret Borgio nepoti suo; siue vt gratificaretur Ioanni Tarraconensi, agrē ferenti, Regnum Neapolitanum Hispanorum armis partum, à paternis Regnis fuisse ditemptum. Enimvero Alphonso, Ioannem fratrem, Regnis Aragoniæ, & Trinacriæ, contentum, debere esse renunciauerat. Ferdinando Neapolitanum decreuerat: neque proceres Neapolitani, maximè Tarentinus Princeps, & Marchio Crotonis deerant, qui Ioannem nouum Aragoniæ Regem ad capeffenda Neapolitani Imperii sceptru euocarent. Mariana lib. vigesimo secundo, cap. decimo nono. Pigna lib. septimo. Sanctus Antonius titul.

vigesimo secundo. cap. decimo sexto. Simoneta libr. vigesimo sexto. Alij Ioan. Andegauensē delatum esse dicunt, qui hoc ipso anno, ex occasione Alfonso nondum mortui, Genuam accessurus eius Reipubl. dominium tenuerat, Petrus Fulgosius Genuensium Dux, cum ex cōscientia administrationis tyrannicæ, non modò se in aduersariorum, verum etiam eorū, qui sibi antea summo perē fauerant, odium incurrisse animaduertisset, animum profus desponderat; se in extrema virium imbecillitate, Principatum diutius, cōtra multos potentes inimicos, posse tueri. Proindē temporibus, ac fortunæ cedendum ratus, Principatum potius externorum principum potentia, atque voluntati subijcere voluerat, quàm suorum æmulatorum, atque hostium libidini, sicuti plerique ante eum fecerant permittere. Et cum nō ignoraret, Alf. Aragonio grauissimas simultates, & non obscura odia, cum Carolo septimo Galliarum Rege ob Regni Neapolitani disceptationē, longā æmulatione intercedere; ad hunc, mensē Mart. huius anni, quatuor Legatos sibi fidos, & in alijs arduis negotijs experios destinauerat, vt cum eo de Reipubl. tradendâ agerent. Rex pronis auribus legationem audiuit, ac protinus datâ, acceptâque fide, Fulgosio, & Reipubl. in clientelam recepris, vt de publico bono, & tranquillitate sollicitū se palam testaretur, illuc quinto Idus Maii, Ioannem Andegauensem, Renati filium, suum cōsanguineum ablegauerat, non tantum eâ de causa, vt ibi supremo cūmunere, & auctoritate præficeret, sed potissimum, vt ad rem inrentus, occasionem eijciendi Alfonso captaret: cum perbelle compertum haberet, Genuam, adeoque totum tractum Ligusticum, gerendo aduersus Alphonsum terra marique bello, in primis esse commodum, & fere necessarium; Magnus erat ipse Andegauus, iungendarum, atque retinendarum amicitiarum artifex; quippe, vltra amantem ingenij; atque tolerantiam, & calliditatem, etiam Italicos mores probe ab ipsâ adoleſcētia didicerat. Iam bello contra Alfonso suscepto, ingens virtutis specimen, etiam in portu ab hoste circumclusus ediderat. Bizar. lib. 13.

VI. Petr. Fulgosius Reipubl. administrationē externo Principi tradit.

Ad hunc, pariter & ad Carolum in Galliam, & ad Renarum in Provinciam, Ioannes Antonius Visinus, Princeps Tarentinus, Ferdinando infestior, nuncios miserat, qui eos ad Regnum Neapolitanum armis reperendum hortarentur; se omnium consiliorum socium, atque Regno recuperando ducem futurum adpromittens. Antonius quoque Centilia, vnus ex proceribus Neapolitanis, ad Tarentinum secessione facta, communicatis consilij, in Brutios profectus, per veteres clientes, beneficiariosque, populos, primoresque ciuitatum, ad defectionem à Ferdinando ad Andegauenses, sollicitabat; ac nunc terrores miscendo, nunc se ad liberandos eos ab duro Hispanorum dominatu auctorem futurum prædicando, cum omnia nominis sui admiratione implefferet, nomenque Renati in memoriam reduxisset, eō rem perduxerat, vt omnis fermē regio à Ferdinando abhorreret. & iam Castellis aliquot, quamquam parua manu occupatis, siue populorum leuitate fretus, siue sibi præfides, bellum in Ferdinandum mouerat: cum eius motum diuersis ex oppidis per multi secuti, breui ingentem agrestium multitudinem armauissent. Iacobus, quoque Picininus, quamquam Ferdinando ob eius multa, patriſque merita obnoxius, nec non Marinus Martianus, Princeps Rhofanenſis, Ioannes Paulus Cantelmi Regulus, Marcus Ratha Beneuentani Antistitis frater, ac multi præterea in Campania, Sānioque nobiles, Ferdinando deserto, aliorum respicientes, rotam Italiam bellico furore miscere, propositum habuerant quandò pro Ferdinando, Dux Sfortia, a Veneti, pro Andegauensibus Florentini, & præcipua

VII. In Ferdinandum plures rebellant.

VIII. Cur Calixtus in Ferdinandum infestus.

Regni nobilitas pugnare decerneret. I. Pontanus de bello Neapol. lib. x. Surita, Iacobum Picininum, & Fridericum Feltrium Vrbi narem, à Calixto Sollicitatos esse affirmat, ægreferente; quod Ferdinandus, nulla de re Sedem Apostolicam certior fecisset, seque propria auctoritate Regem Siciliae non tantum dixisset, verum etiam missis Oratoribus, cum vnum ex ijs Arnoldum Sanctium, Calixtus, an à Duce Calabriae, an verò à Rege Neapolis venirent interrogasset, & hic à Ferdinando rege se missum esse affirmauerit, videretur confirmasse. Intercitauit Calixtum præterea, minor, quam par erat ostendere Ferdinandi moderatio; quando illum ex Pontificia persona, iura quidem Apostolicæ Sedis, nō iniurias ab Alfonso irrogatas vindicantem; ceterum ex peculiari, & gentis, & cognationis necessitudine, aliud voluisse, & potuisse in rem eius statuere assererem, minime audire quin potius contemneret dicere. Irritauit insuper & vel tum maxime, quando accepisset, Ferdinandum, aduersus Sedem Apostolicæ edicta, & decreta, exercitum scripsisse, & Capuā præteruictum, non omnino pacato animo, Romam versus redere; & quod grauius existimabat, coram Sedem Apostolicæ Nuncio, prouocationem importunā interposuisse; cū præstatione, quia dignitate, non personam Calixti reuereretur: ac eius Breui, breui coram respondere pergeret: se Regni Neapolitani iura; Dei gratia, patris beneficio, Pontificum Eugeni, & Nicolai concessione, procerum, ciuitatum, ac populi consensione obtinere; tam iusto, quàm nullus principum titulo illud possidere; rationes deuolutionis illius ad Sedem Apostolicam, quas Pontifex fingeret, friuolas esse; minas, censuras, arma illius nihil se timere; priusque vitam atque omnia charissima, quàm Regnum illud iure sibi optimo, ac summo debitum, velle relinquere; iustissimumque vindicem Iniuriam omnino prouocare. Non minus bilē moti Calixto, acrior à Ferdinando, Parribus Purpuratis scripta epistola: in qua non sibi posse persuaderi asserere, ex eorum sententia, Calixti decreta euulgari, quibus pax, & tranquillitas publica cordi essent; & maturè pro illorum prudentia expenderent, non licere cuiquam Regibus, viris, vitam prius, quam iura amittere paratis, Regna eripere. Addiderat se Regni Neapolitanum, summa cum omnium consensione accepisse, atque pacificè possidere; se filium Sanctæ matris Ecclesiæ fuisse, esse, & in his, quæ sui officij exstimator, obsequentem fore: si modo illi Pontificis conceptum erga se dolorem lenirent; persuaderentque, animum ad tranquillitatem publicam, & arma Christianorum sanguini fundendo parata, contra Turcas verere. Erat & istud, quod Calixtum malè haberet. Ferdinando cum accepisset Andegauensium factionem, proxima Ioannis sollicitatione animis erectam, omnia conari, reliquos Regni procerum Capuam in Comitium vocauerat, & quasi communi omnium suffragio, ad possessionem Regni admissus esset ab his qui conuenerant, quasi ab vniuersis Ordinibus, legationem ad Calixtum decerni curauerat; interponendâ, ab edictis toto orbe diuulgatis, prouocatione, ad futurum, siue Pontificem, siue Concilium. Principes eius à Regno legationis erant duo Comites, Sancti Angelanus, & Campobassanus; quibus Ferdinandum nomine proprio adiunxerat, Franciscum Baucium Ducem Andriæ, & Ciccum Antonium, pro Comite Celani valerudinario, à Proceribus designato. Hos ad cōspectum suum, Calixtus, iam graui ægritudine, & corporis, & animi laborans, non admittit: præsertim quando intellexisset, illos à se veluti à suspecto iudice prouocare: Ferdinandum, non se, sed dignitatem Pontificiam reuereri; edicta à Pontifice edita, nullius momenti esse; se, & omnes Regnitolas, Ferdinandum pro Rege habere; & si porro aliquam

rationem eorum habere vellet, aut ad mitiora consilia inclinaret, illi ipsi supplices preces nomine totius Regni porrigerent, vt beneficiario iure legitimum Regem, Regnum possidere, aut permetteret, aut iuberet. Surita lib. decimo sexto, cap. quadragesimo octauo, & quadragesimo nono.

Angebar & istud Calixt. quod aliquos, per subsidium pro iuribus Sedis Apostolicæ tuendis illi ipsi iure fœderum postulant, merito adferre debuerant, Ferdinandus ab iis ferendis auerteret, suosque fecisset. Eius enim artibus Franciscus Sfortia stomachabundus, non solum non audiuit Pontificem auxilia implorantem, verum etiam præfractè respondit; se vehementius mirari, Religionis Christianæ Pastorem, & Italici fœderis Principem, huiusmodi consilia contra Ferdinandum inire, exiguisque viribus, & facultatibus tantum Regnum inuadere, quod possessum, defensionemque esset ab eo Rege, qui & potentissimus esset, & possessor pacatissimus; pro cuius salute, amplitudineque tuenda, si quo esset à quopiam bello lacessitus, vniuersa Italia iure optimo esset obstricta, ob eius societatis fœdera, quæ tempore Nicolai Quinti, viri sapientissimi, & constituta fuerant, & firmata. Quod si reliqui omnes Italici potentatus Ferdinandum Regem desererent; vel se solum ipsum iure optimo arma sumpturum, fortunaque suas omnes pro illius incolumitate, dignitateque seruanda, aduersus omnes exposturum, qui secus facere, aut conarentur, aut tentarent: præsertim cum intelligeret, nullo iure, honestissimæ rei, sine nefario scelere deesse posse; cum ob societatis Italicæ fœdus, tum ob eam amicitiam, atque necessitudinem, quæ vel viuo Alphonso patre, sibi cum Ferdinando contracta esset. Hæc vbi Calixtus accepit, tanta continuo est affectus animi ægritudine, vt & corpore penitus imbecillo, in vehementissimam febrem incidit, quæ exhaustus paucissimos intra dies vitam, in tuenda re Ecclesiæ Romanæ deseruit. Simoneta libro vigesimo sexto.

Quadragesima dies morbo captus, & extremo confectus senio, è vita migravit, ipsumque nepotes in Basilica Sancti Petri sepelierunt, in loco, quem vocant Beatæ Mariæ febris, olim Apollinis templum: obiit autem octauo Idus Augusti. Fuit autem Calixtus, omnium qui suo tempore scientiam iuris proficerentur eminentissimus, & qui consilium Regis Alphonſi, in quo multis annis præfederat, illiusque artes, ac cautiones præferret. Is vt primum Pontificatus apicem adeptus est, mox nimum ad delendam Turcorum, & legem, & gentem conuertit, vtrumque voluit, ad eam rem primarios S. R. E. Cardinales, in Germaniam, Galliam, Hungariam, Orientem, Legatos misit, Naualia, (quod antea inauditum fuerat) Romæ constituit: naves, quas plures ad ripam Tiberis in ciuitate Leonina parauerat, in Turcos emisit. Comitem Iacobum Picininum Senensibus armis insulantem, misso milite suo repressit. Regi Alphonso querenti ex eo, quo pacto inuicem victuri essent: Regna sua, respondit, ipse regat, mihi summi Apostolatus Gubernationem relinquat. Veras eorum multis de rebus dissensiones, magna pars Italie simultates confictas esse credidit. Qui fidem dedere contentioni, alij Calixtum, alij Alphonsum, alij vtrumque accusauerunt; quorum alter Regem, sub quo natus esset, alter Summum Saerdotem, cui tanquam Vicario Deiparendum est, ferre non posset. Bis Cardinales creauit; primò tres, ex quibus duo nepotes eius fuere; quorum etiam fuit ætas aliquantò minor, quàm tanta dignitas videretur exposcere, doctrina tamen, & circumspectio, & morum suauitas, id honoris haut iniuria consecuta cõferebatur. Tertius fuit Iacobus de Portugalia, Regio

IX. Alia Cōmotio causa in Calixto PP.

X. Decedit è vita Calixt. Pont. & eius gesta sumariè recensentur.



fanguine natus; in quo ea modestia, ea grauitas, id acumen ingenii, id studium literarum, is amor virtutis emicuit; vt quamuis iuuenis adhuc, tardius tamen opinione omnium ad eam dignitatem ascenderit. Secundo loco sex assumpsit, inter quos Ioannem Episcopum Zamoresem, ciuilibus sapientie cogitione sublimem, qui vno de 40. annis Romanam secutus curia, per omnia feruē officia castus, innoxiusq; transferat. Cancellaria, quæ a tēpore Nicolai yacauerat, nepoti suo S. Nicolai in carcere Tulliano Card. ac Marchie Legato commisit. Germanum eius Pet. Borgiā egregia specie, atque indole iuuenis paulo Ecclesiastica militie ducem præfecit, exin Præfecturam vrbis ei delegauit. Ludouico Cardinali Sanctorum quatuor Coronatorum, & ipsi quoque nepoti, legationem Bononiensem demandauit. Vincentium Ordinis Prædicatorum natione Hispanum, & Osmundum Anglicum, miraculorum fama illustres, in Sanctos redegit. Legatos in Scythiam, Persidem, & in Ethioiam misit, qui Christianos per Orientem in fide continerent, & aduersus Religionis hostes armarent. Scanderbechio in Albania, multisq; alijs per Græciam Turcorum bello laborantibus, pecuniaria subsidia largitus est. Transfigurationis Dominicæ festum instituit, & celebrari publicè iussit. Assumptionem suam, priusquam Pontifex Maximus eligeretur, pluribus annis prædixit. Cladem quoque, quam Turci apud Albam in Hungaria sustinuerunt, antequam fieret, vaticinatus est. Duos præ cæteris Cardinales acceptos habuit, Guiljelmum Rothomagensē, ameno ingenio, & affinitate Regii sanguinis clarum, ac Petrum S. Marci, Eugenii IV. nepotem, patritia apud Venetos gente natum, & industria pollentem; siue quod eorum consilijs, multum inesse crederet, siue quod alterum Francie Regnum, alterum Venetorum Rempublicam ducere posse arbitratus est. Simonem Romanum, Philosophiæ studijs, & arte medicâ excellentem, ad eum dilexit, vt fratrem eius Iacobum Episcopum Ferretanum, quamquam virtute præstantem, sua potissimum consideratione, rubeo galero donauerit. In audiendis Legationibus priuatorumq; hominum causis, antecessorum suorum facilitatem longè superauit. Epistolas, & Regibus, & amicis per seipsum dictauit. In signandis supplicationibus, libens, & hilaris tempus abstumpsit. De iure interrogatus, per cupidè respondit. Leges, & Canones tam ei fuerunt in promptu, quam si heri aut nudius tertius scholasticus primū exiisset. Nihil enim memoria sua excidit, quod retinendum existimauit. Enimvero nulla facultas ei iuris cognitione potior visa est; in qua ita ipse excelluit, vt suorum prædecessorum, qui sibi possit æquari, vix vnus, aut alter inueniatur. *Gobelin. lib. primo. Syluius de Europa statu. cap. 54.*

XI.

Cum Alphonso eam ob rem præcipuè simulates exercuit, quod is pereret Episcopatus interdum his dati, quibus vel propter aetatem, vel ignorantiam tum literarum, tum rerum humanarum, committi nequaquã debebant. In omni porro vitâ, integerimus vir semper est habitus. Sed hæc eius præcipua laus est, quod dum Episcopus esset, aut Cardinalis beneficium aliquod in commendationem nunquam voluit, dicens, *se vna sponsa, & quidem virgine, hoc est Ecclesia Valentina, vt ius Pontificum mandat, contentum.* Elemofynas præterea pauperibus Christi, & seruis Dei frequenter dabat, tum publicè, tum priuatim. Virgines pauperes collata dote, maritis collocabat. Nobiles ad inopiam redactos, sua impensa, in vita retinebat. Vtebatur & munificentiã erga Principes, quando opus erat, maxime verò erga eos, qui nomen Christianum auctoritate, & opib; poterat iuuare. In ædificijs paruus sumptus fecit, quod pecunias in vsum sacri belli erogaret; restituit tamē S. Priscæ in Auentino templum, & mania vrbis diruta, ac ferè solo æquata. In vita fuit par-

cus, in sermone modestissimus, facilis aditu, studiis semper intentus. Legebat enim ipse, aut legentes audiebat, si qui in maximo rerum fastigio, atq; fastidio ei temporis supererat. Vitiō darum illi, q; Petro Lenzolio Borgiæ nepoti, 25. annos nato iuueni, Romæ Præfecto, & Duci Spoletano, sese permisisset. Quod enim is esset prauo ingenio, & iniusto desiderio, prædationes, furta, homicidia, certamina, & contentiones, toto suæ administrationis tēpore in Vrbe, & extrâ, siue tollerabat, siue adeo permittebat, Catalanis vbiq; impune grassantibus. *Platina Ciacconus in Calixto III.*

Extirpanda porro hæresi Calixtus paulo antequam moreretur, priuilegia ab Innocentio IV. Inquisitoribus data, confirmauit, edito isto diplomate:

*Calixtus Episcopus, Seruus Seruorum Dei, dilectis filijs, vniuersis Fratribus Ordinis Prædicatorum Inquisitoribus hereticæ prauitatis, in Prouincia Lombardia constitutis, presentibus, & futuris, Salutem, & Apostolicam benedictionem.*

*Iniunctum nobis desuper Apostolica seruitutis officium dignè tunc peragere non ambigimus, si Romanorum gesta Pontificum prædecessorum nostrorum, qua pro expugnatione latifera pestis, hereticæ prauitatis prouidè emanasse comperimus, recensentes, in nouantiquè illa pro ipsius hæresi extirpatione, & Fidei Apostolicæ augmento, etiam nostro iuuamine roboramus. Dudum siquidem à solis recordationis, Innocentio Papa IV. prædecessore nostro emanauerunt litera tonoris subsequentis.*

*Innocentius Episcopus, Seruus Seruorum Dei, Dilectis filijs Fratribus Ordinis Prædicatorum Inquisitoribus hereticæ prauitatis presentibus, & futuris in Prouincia Lombardia. Salutem, & Apostolicam benedictionem. Malitia huius temporis in diuersis mundi partibus, & maxime in Prouincia Lombardia peruersorum morum peperit corruptelam, ex quibus latifera pestis hereticæ prauitatis abundantius solito, noscitur pullulasse. Ad extirpationem ergo pestis eiusdem iuxta officij nostri debitum ex animo intendentes, volumus aduersus huiusmodi operarios iniquitatis, qui massam Catholica puritatis fermento propria contagionis insiciunt, fideles, vt consurgant, stentque nobiscum, pro Euangelicis, quas professi sunt, legibus defendendis, salubribus adhortationibus incitari. Quocirca discretioni vestre per Apostolica scripta districte præcipiendo mandamus, in remissionem peccaminum vobis iniungentes, quatenus in locis, vbi contra hereticos vobis Inquisitionis officium est commissum, curetis singuli, opportuna instantia contra hereticos eosdem, eorumque fautores, proponere populis publicè verbum Crucis, & eos, qui tacti zelo Fidei, ad extirpandam prauitatem eandem, votum assumpserint, Crucis charactere consignare. Vt autem vobis de predicatione huiusmodi, & fidelibus, qui eiusdem Crucis ad hoc votum assumpserint, copiose mercedis premium asseratur, vobis, & eisdem fidelibus, illam indulgentiam, illudque priuilegium largimur, qua transeuntibus in terra Sancta subsidium in Generali Concilio conceduntur. Cum autem in huiusmodi verbum Crucis per vos proponi contigerit, relaxandi omnibus vere penitentibus, & confessis, qui ad audiendum verbum ipsum deuotè assuerint, quadragesima, vel viginti dies de iniunctis penitentijs libera sit vobis, & singulis vestrum de nostra concessione facultas. Et si forte (quod non credimus) aliqua Civitas, vel Communitas, vel persona cuiuscunque conditionis, vel gradus, huic tam salubri negotio se opponere, seu illud præsumpserit aliquatenus impedire, vt per vos, vel alios, auctoritate nostra ad hoc deputatos, vel in posterum deputandos, liberè procedi non valeat in eodem; immo, si quisquam requisiti, illud fouere neglexerint, & iuxta officium, & posse suum studiose iuuare, contra eos, tamquã contra defensores, & fautores hereticorum, sublato appellationis obstaculo, vos, vel vestrum singuli, auctoritate nostra intrepide procedatis. Contra quos, prout audacia exegerit, Reges, & Principes Christianos, nec non Crucifigatos pro terra Sancta succursu, curabimus inuocare: cum non minus expedit, immo magis, Fidem in locis propè positis, quam procul distantibus defendere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam, nostrorum mandati, & largitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum. Dat. Idibus Iulij, Pontificatus nostri, Anno 12.*

XII. Fidei puritati studet Calix. Pontifex.

Aligua Inquisitorum priuilegia recensentur.

XIII.

Obit Dominicus Card. Firmianus, & eius elationem.

*Cum autem, sicut exhibitum nobis nuper pro parte vestra petitione continebat, de viribus literarum earundem ab aliquibus hæreticis, Nos ad extirpationem huiusmodi virus insanabile, totū viribus intendentes, litteras præferretas, auctoritate Apostolica, renore presentium immouamus, approbamus, & confirmamus, ac presentia scripti patrocinio communitus. Nulli ergo omnino hominum liceat, & c. si quis autem. Dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, 1458. septimo Idus Iulij, Pontificatus nostri, anno IV. ex Directorio Inquisit. pag. 77.*

Sedit Calixtus, annos III. menses IV. Moriens reliquit C. XV. M. nummum aureorum, quos in bellum Turcicum parauerat. Defuncto, Cardinales pro more egregias exequias fecere. Hæc cum accepisset Philippum Cardinalem Bononiensem, qui apud Balneum Regium per ætatis caumata declinauerat, Vitrebium venit, & cum Ænea Syluio simul ad electionem futuri Præfulis Romam profectus est. Cumque ambo vnâ Romam peterent, vniuersam Curiam, & maiorem populi partem extrâ menia occurrentem inuenere: affirmatibus cunctis, eorum alterum in Pontificem maximum iij electum. Reuerterunt & cæteri Cardinales intrâ centissimum lapidem commorantes, Decē & nouem in vrbe adfuerunt, sed dum celebratur exequiæ, Dominicus Capranica Cardinalis Firmianus, lentâ febre, Callixtum, cui succedere aspirabat, ad sepulchrum secutus est; vir, nisi iracundiæ succubuisse exemplaris & optimus, fuit enim vitæ mundissimâ; doctrina, & rerum experientia magnus; duodecim Apostolicis legationibus, ac pace Italiæ in año XXV. constituta clarus, religione, & Sanctis tempèr operibus admirabilis. Martino Quinto, & Nicolao Quinto ob doctrinam eximiam, & vitæ integritatem longè charissimus. S. R. E. maior Penitentiararius; relicto de se iammo desiderio, in Basilica S. Mariæ super Mineruam, in sacello S. Catherinæ Senensis, marmoreo mausoleo ab Angelo fratre, eiusdem tituli S. Crucis in Hierusalem presb. Card. muro affixo conditus, superfuere duo de viginti Cardinales.

- Episcopi.
1. Georgius Fliscus, Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus, Decanus.
  2. Iidorus Ruthenus, Episcopus Card. Sabinus.
  3. Bessarion Græcus, Episcopus Cardin. Tusculanus.
  5. Guilielmus de Estonteulla, Episcopus Card. Portuensis & S. Rufinæ.
  5. Fr. Ioannes de Turre Cremata, Ordinis Prædicatorum Episcopus Card. Albanus.
- Presbyteri.
6. Antonius Cerdanus, tit. S. Chryfogoni.
  7. Latinus Vrsinus, SS. Ioannis & Pauli, tit. Pam-machii.
  8. Alanus Cættinus tit. S. Prædixis.
  9. Philippus tit. S. Laurentij in Lucina, maior Penitentiararius.
  10. Petrus Barbus Venerus, tit. S. Marci.
  11. Ludouicus Milanus, tit. SS. Quattuor Coronatorum.
  12. Ioannes de Mela, tit. S. Priscæ.
  13. Ioannes Castellio, tit. S. Clementis.
  14. Iacobus Thebaldus, tit. S. Anastasiæ.
  15. Æneas Syluius Piccolomineus, tit. S. Sabinæ.
- Diaconi.
16. Prosper Columna, S. Georgij in velabro, S. R. E. Archidiaconus.
  17. Iacobus Lusitanus, S. Mariæ in Porticu.
  18. Rodericus Borgia, S. Nicolai in carcere Tulliano, S. R. E. Vicecancellarius.
- Hi decima die post Calixtri obitum, conclauē ingressi sunt, rota ciuitate suspensa in euentum rerum; quamuis sermo cōmunis, Æneæ Card. Senens, Pontificatum maximum attribueret: neque enim quisquam fuit, de quo maior esset opinio, Conclauē in

XIV.

Apostolico palatio apud sanctum Petrum extructum est, in quo duæ clauis sunt aula, & sacella duo. In maiore, cellulas fecere, in quibus Cardinales ederent, dormirentque: minus, quod Sancti Nicolai appellabatur, consultationi, electionique Pontificis assensuauerunt; deambulationi omnium, aula. Ipsa die ingressus, nihil actum est circa electionem: sequenti, capitula quædam edita sunt, quæ obseruari a nouo Præsule statuerunt; iuraruntque singuli, ea se feruaturus, si electio super se caderet. Tertia die, facta re diuina, cum ventum esset ad scrutinium, inuentum est, Philippum Cardinalem Bononiensem, & Æneam Senensem paribus suffragijs ad summum Pontificatum præstolari, vtroque vocibus quinque vocato; ex reliquis nemo tres superauit. Sequente die iterum est ad rem diuinam; qua peracta, scrutinium incepere. Calix aureus in ara positus est, & tres Cardinales eū obseruare, Ruthenus Episcopus, Rothomagensis presbiter, & Columenensis Diaconus, inspicientes, ne qua fraus intercederet. Reliqui Cardinales in suis locis confederunt, & surgentes ex ordine dignitatis, & senij, accedentes ad altare scedulas in calicem mittebant, in quibus nomina eorum scripta erant, quos ad Pontificatum eligebant. Cumque omnes hoc fecissent, mensa in medio ædis posita est, & tres Cardinales superius nominati, supra eam, scedularum calicē euerterunt, scedulasque legentes singulas, alta voce nomina eorum annotauerant, qui erant in illis conscripti: Nec erat quisquam Cardinalium, qui non pari modo nominatos annoraret, ne qua posset fraus interuenire, aut deceptio, scedularum modus hic erat. Scripserat quilibet manu propria, *Ego Petrus*, (siue Ioannes, sine alio nomine fuisset) *in Romanum Pontificem eligo, Æneam Cardinalem Senensem, & Iacobum Vlyssiponensem.* Nam & vnus, & duos, & plures eligere permisum est, tacita conditione, vt prior nominatus præferatur. Quod si non habeat vota, quæ sufficiant, succedat proximus; vt eo facilis in vnum conueniatur. Publicato scrutinio, compertum est, nouem Cardinales Æneam elegisse, Vrsinum, Ilerdensē, Bononiensem, sancti Marci, Quattuor Coronatorum, Zamorensē, Papiensem, & Portugallensem: Rothomagensē verò tantum sex; reliquos longè inferius refedisse. Vnde Cardinales omnes admirati sunt, neque enim memoria hominum, in tam paruo Cardinalium numero, ad nouem voces, per scrutiniū quicquam ascenderat. Cum nemo satis votorum haberet, placuit cōsedere, & viam, quam vocant per accessum experiri, si forte ea die potuisset Pontifex haberi. Sedebant oranes suis in locis taciti, pallidique, & tamquam a Spiritu sancto rapti essent. Nemo ali quando loqui, nemo hincere, nemo partem corporis mouere præter oculos, quos varias in partes iactabat. Mirum erat silentium, & mira hominum effigies, neque vox audiebatur, neq; motus cernebatur vllus. Mansere in eum modū aliquantisper, expectantibus in feriorib; vt superiores accessum inchoarēt. Exindē Rodericus Vicecancell. assurgēs, *Ad Sensem Card. accedo*, inquit. Subsecutum est silentium, & alter alterum intuens, suos nutibus indicabat affectus. Iam propè erat, vt Æneam Pontificem videre viderentur; quod verentes aliqui è loco abiire, vt eius diei creationem eluderent. Hi fuerunt, Ruthenus, & Sancti Sixti Cardinales: sed cum nulli eos sequerentur, mox rediere. Tum Iacobus Cardinalis Sanctæ Anastasiæ; *Ego, inquit, Senens accedo.* Vna iam Æneæ tui vox decrat. Duodecim si quidem Pontificem efficiebant, quod animaduertēs Prosper Cardinalis Columenensis, eam sibi gloriā acquirendam putauit, vt Pontificem ipse pronunciaret, Cumque esset Æneæ veteri beneuolentia coniunctus, versus ad reliquos Cardinales; *Ego, inquit, Senens accedo, eumque Papam facio.* Quo audito, Cardinales vniuersi nihil morati ad pedes Æneæ

*En. Syluius in Papam eligitur.*

fese proiecerunt, eumque Pontificem salutarunt; & rursus in suis locis residentes, electionem factam approbauerunt, nullo prorsus aduersante. Ibi que Bessarion Cardinalis Nicæus, suo, & eorum nomine, qui Rothomagensi fauerant; *Laudamus, inquit, Pōtīfex Maxime, tuam assumptionem, quam ex Deo esse non dubitamus. & sane dignum te hoc munere, & censimus antea, & nunc censemus. Quod autem te non elegimus, id fecit aegritudo tua. Nam cum pedibus egrotares, hoc tantum sufficiens tua deesse putauimus. Est enim Ecclesia egeus viro actiuo, qui possit irruentibus corpus exercere, & imminentibus periculis occurrere, quæ à Turcis formidamus. Tu contra quietis eges. Hoc nos ad Rothomagensem traxit. Quod si fuisset corpore validus, nullus erat, quæ tibi preferendum existimarem. At cum Deo placuerit, & nobis placet tua assumptio. Nos te Pontificem veneramus, & demum quantum in nobis est eligimus, tibi que fideliter seruiremus.*

PII PAPÆ SECUNDI

ANNO I.

XV.

**A**D hæc Pontifex electus, *Existimasti, d. Nicane, quantum animaduertimus, de nobis longe melius quam nos ipsi, qui nobis pedum tantummodo defectum tribuisti. Nos imperfectum nostrum latius vagari non ignoramus, defectusque nostros penè innumerabiles esse cognoscimus, quibus potuimus reijci à summo Pontificatu. Merita verd, que huc nos eueherent, nulla scimus, dicere, neque nos prorsus indignos, neque delatum amplecteremur honorem, nisi vocantis iudicium timeremus. Nam quod due sacri Collegij partes efficiunt, id profectò à Spiritu Sancto est, cui non liceat aduersari. Obedimus ergo vocatiōi diuine, ac te Nicane, & reliquos, cum quibus sensisti, laudamus. si conscientie iudicij secuti, nos tamquā insufficientes non censuisti eligendos, eritis omnes accepti nobis, qui vocatiōe nostrā, nō isti aut illi attribuimus, sed toti Collegio & ipsi Deo, à quo est omne datū optimum, & omne donum perfectum. Nec plura locutus, priora exiit in documenta, & albam Christi tunicam accepit; & interrogatus, quo nomine vellent vocari, Piorē spondit; & mox PIVS SECVNDVS appellatus est; iuratisque quibusdam capitulis nudius tertius in Collegio editis, in altari positus, rursus à Cardinalibus adoratus est, pedes eius, & manus, & ora osculantibus, atque eo facto, publicata est populo Pontificis electio ex alta fenestrā, acclamatumque Pium secundum Pontificem haberi, qui fuerat Cardinalis Senensis. Tum qui erant in Conclau ministri Cardinaliū, cellulam eius spoliare, atque argentum quamuis erat modicum, & vestes, & libros diripere; & domum eius in vrbe, vilissima plebs, atque infamis, non expulauit tantum sed dirupit, etiam marmoribus asportatis. Fuerunt & alii Cardinales affecti dāno, Nam suspēsio in expectatione populo, cum variæ voces iactarentur, & modo hic Cardinalis, modo ille diceretur electus, procurare vulgus ad illorum aedes, ac rapinam facere; & Genuensis pro Senensi auditis, partem substantiæ amisit. Cumque plures nominarentur, nullius vox cum maiori gaudio audita est, quam Senensis; quem cum certum fuit Aneam in folio Petri constitutum esse, nemo non exultauit. Videre erat non homines tantum, sed vrbis ædificia gestire; vbi que rūs, vbi que gaudium, vbi que voces clamantium exaudiebantur: *Sena, Sena, viue Sena.* Et cum esset armata ciuitas, nec quisquam in alio, quam in ferro videretur habere fiduciam; mox vt certior factus est populus Aneæ Pontificatum obuēnisse, deposita sunt arma, adeoque mutata Vrbis facies, vt quæ paulò antè Martis, è vestigio Pacis, & quietis ciuitas effecta sit, vbi que læta, atque securā. Interim nouus Præful paululum cibo recreatus, in Basilicā Sancti Petri ductus est, & in ara maiori colloeratus, sub qua iacent BB. Apostolorum corpora; & paulo post in sublimi folio, ipsaque Apostolica cathedra pro consuetudine sedit.*

*Magna omnium læticia & applausu.*

Quo in loco tum Cardinales, & Episcopi tum multi ex populo, eius pedes exosculari sunt, & in throno sedentē Christi Vicariū adorauerunt. Nec diu moratū, cū iā aduerserasset, in palatium rediret. Aduentū noctis lucere in omni trivio, atque in omni turri ignes, cætus exauditi, vicinus, vicinū inuitare, nulla in parte cœnuā, tubasque non sonare, nullumque in Vrbe locum non publico gaudio gestire. Ferebant seniores, numquā se Romæ tantam populi alacritatem vidisse. Sequenti nocte primarij vrbis ciues, equis insidentes, ardentesque cereos in manibus ferentes, ad palatium salutari Pontificem accessere, quorum ordo ex mole Hadriani, ad Basilicam S. Petri protendebatur. *Gobellinus Comment. Pij 2. lib. 1.*

Ad XIII. Kalend. Septembris Pontifex renunciatus III. Nonas Septembris insigni Pontificatu accepit. Narus est Pius, Corsiniani in agro Senensi, XV. Kalend. Nouembris, anno ab hinc sexagesimo familia Piccolominea, quam vetustissimam referunt, parentibus Syluio, & Victoria, maiore nobilitate quā opibus. Puerpera per quietē visā est sibi, infantem cum mitra parere, quæ (vt pronæ semper in peius mentes hominum suat) verita est nē somnium illud puero, & familie ignominiam portendere neque; antea huiusmodi suspicione letaripotuit, quā postea intellexerit, filium Tergestinum Episcopi designatum fuisse; quæ nuncio, omni prorsus metu liberata, immortalī Deo gratias egit, quod defunctum meliori fato, quā ipsa coniectauerat, filium sibi videre contrigisset. Hic tertium agens ætatis annum, præcipiti casu lapsus, vix euasit; nec multo post in bouem cornipetantem quum incidisset, iactatus in aera, humique allisus propè exanimatus est, seruatus diuina, vt putatum est, ope. Prius, quam Senas duceretur, cum iam per ætatem discere aliquid potuisset, Corsiniani, singulari memoria & summa dōcilitate Grammaticam didicisset, parcè adeo, ac duriter vitam ducens, vt omnia rursus officia ob inopiam obire sit coactus. Indè à patre deductus in vrbem, Grammaticæ aliquandū operam quum dedisset, & ætas ingenio vinceretur, Poetas, atque Oratores audiuit puer, profectique mirum in modum, ita vt æquales breui superaret, & cum viris claris ingenio consistaretur, vt iam tunc qualem postea se præstaret polliceri, & spem facere de se certam videretur. Adolecens in studiis ciuilibus aliquantisper versatus est, quod ea quoque putaret ad dicendi artem collatura plurimum, & propè necessaria. Hic quoque profecti non mediocriter & breui. Sed animo ad magna contendens, aliquo sibi procul eundem constituit, fortunam tentaturus: ratus, id, quod vulgò audiebat vsurpauit, maternis in plumis, & patris delictis, rarè locum esse virtuti, & honorem, ac dignitatem laboribus, cognitionem rerum peregrinationibus comparari. Nactus est Dominicum Capranicum, virum grauem, & seuerum, à Martino designatum Cardinalem Firmanum, ab Eugenio non receptum. Hic Basileam, vbi Concilium erat indictum, proficiscebatur, honorem delegati pilei vindicaturus, Hunc secutus Aneas animi plenus, pecunia vacuus, Plumbinum Etruscum, & maritimum oppidum concessit, inde, quum primum liceret per Ligusticum, Genuam nauigaret. Ingressus nauim, ac vêtō permisus, grauiissima iactatus est tempestate: & quum iam propè esset, vt Genuam appelleret, vi magna procellarum correptus, in Africam vsque, Lybiamque prope pellitur: mox per Sardiniam reuectus & Corsicam; & Tyreno redditus littori, Basileam pedestri itinere contendit. Hic Dominico inopia rei familiaris laborante, quippe cui beneficiorum, & paternæ hereditatis prouentum omnem Eugenio denegarat: Nicodemus Frisingensium primum, mox Bartholomæo Nouariensi Episcopis adherere coactus, designatus est epistolis conficiendis. Vtrique charus fuit; sed non contentus

XVI. Pij II. Natalia, educatio, & res gestæ ante Pontificatū vè censentur.

ea forte,

ea forte, & Bartholomæum in iudicium ob crimen læsæ maiestatis ab Eugenio accersitum relinquere coactus, reuersus in Italiam, ad Nicolaum Bononiensem, Cardinalem Sanctæ Crucis laudatissimæ probitatis virum se cōtulit; quod audiebat profecturum Legatum in Galliam, de pace inter Franciæ, & Britanniæ Reges acturum. Cum eo Secretarius Basileam iterum profectus, & inde Atrebarum, quum de pace agi ceptum esset, & Britanni detrectarent, aperteque aduersarentur, missus est à Legato ad Regem Scotorum aduersus eos sollicitandam: cuius Regnum, & finitimum Britannis, & bellicosum esse constabat. Redente autem, in Italiam Nicolao, quem Veneti, ac Philippus Mediolani Dux, auctorem componendæ pacis requirebant, Aneas non admodum Eugenio gratus, Basileam reuertens magno semper in honore apud omnes habitus est. Fuit enim Scriba in illo Conuentu, & literarum Abbreuiator; Item Duodecim viri; qui magistratus in tanto concilio censorios habebatur. Nihil enim publice per quempiam agi poterat, nisi horum grauiissima auctoritas interuenisset: & si qui admissi ad consulandum de rebus Synodalibus minimè idonei habiti sunt, horum iussu, Senatu mouebantur. Erant in eo Conuentu quattuor Congregationes, quæ Deputationes more aulico vocabantur, apud quas de fide, de pace, de reformatione, de communibus agebatur. His magistratibus singuli præfidentes, singulis mensibus præfidebantur. In Deputatione fidei, cui Aneas accipitur, sæpe præfedit. Inter collatores beneficiorum, bis quoque electus. Inter declamatores, sæpius orauit. Exorta contentione de sede Concilii deligenda in aduentu Grecorum, qui vt sedi Romanæ conciliarentur hæresi abdicata, propediem venturi ferebantur, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtinum, multi Florentiam anteponerent, Aneas Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, siue loci, ædium priuatarum magnitudine, cæli benignitate, & clementia, commo ditare rerum omnium, quæ vbi poterant importari, liberalitate Philippi Ducis; cuius tunc, & omnium Patrum beneuolentiam sibi extemporaria oratione; comparauit. In eadem Synodo, cum alij Auinionem, nonnulli Vtin



Fridericus pertinere ad Cæsarem decus existimaret, ut in Italiam veniret, coronam Imperii accepturus, idque pro gloria, & fama nominis vehementer exoptaret: huic autem desiderio, voluntas Pontificis propter varios Italiae motus aduerfaretur, Aeneas præmissus, ut flecteret Pontificis mentem, conciliaret Principes, & per ciuitates suspectas, viam tanquam manu stermeret: in Italiam veniens, Pontificis voluntatem flexit, submouit tumultus suspensionem, Principum animos, hominum venerationem, ciuitatum obsequium, Cæsari conciliauit. Reperebant per id tempus Pannonii Ladislaum Regem admodum adolescentem, quem Fridericus iure propinquitatis in tutelam ascriptum, apud se, incertum, an inuitum tenebat. Instabat gens ferax, & tumultuaria: & iam ad arma concurrebatur. Formidare illorum impetum Fridericus cepit, distulit eque viribus suis: & Regem per viam redere, & turpe, & periculosum putabat. Mittere ad illos placuit Syluium; qui momentem, precantemque audierunt, summoque honore profecti, arma deposuerunt, rem in eius arbitrio detulerunt. Friderici finibus pleni pacis excefferunt, Ladislaum curæ Syluij custodiæ Friderici reliquerunt. Nec minore felicitate Australium compescuit motum; quum omnes cupidi rerum nouarum, vno consensu contra Fridericum ipsum rebellassent quorum impetum Friderici cervicibus aduersum, miro modo repressum, & extinctum, in Turcos mouit, excitauit, accendit. Ad Conuentum Ratifponensem missus, vices Imperatoris gerens, præfente Philippo Burgundiae Duce, & Ludouico Baioariæ, de immanitate Turcorum, & de calamitate reipublicæ Christianæ tanta contentione dixit, ut omnibus gemitum, & lacrymas excussit; præcipue autem Philippum Burgundum ad eam expeditionem adeo animare visus est, vt bellum statim omnium consensu decerneretur; quod postea omnisum est eorum ambitione, & stultitia, qui cuncta sibi deberi putabant. Ad Francofordiense Comitium postea veniens, Germanos Principes, qui ex tota Proincia eò conuenerant, grauiissima, & longa oratione ad periculosum, sed necessarium, bellum multis rationibus adhortatus, visus est quidem omnes vehementer commouisse; verum hoc natura compertum est, eorum animos citò refidere, quorum affectus per facile mouentur. Ad tertium iam in noua Ciuitate eadere congregatum cœrum destinatus, mirificè annixus est rem ex sententia perficere, publicè, & priuati vnumquemque ad bellum sacrum adhortando, quo salus Europæ, Principum, ac populorum libertas, dignitas Christiani nominis continebatur. Nec aberat à spe perficiendæ rei, cum subitò nunciatum est, Nicolaum Pontificem e vita migrasse. In eius morte disturbata sunt omnia. Nam & Conuentus solutus est, & Germani nouarum rerum cupidi, persuadere Imperatori annixi sunt, ne Pontificibus Romanis amplius obtemperaret, nisi quædam ad pragmaticam rendentia, ab ipsis primum impetrassent: quod dicerent Germanis longè deteriorem conditionem esse, quam vel Gallis, vel Italis: quorum serui, Italicorum in primis, nisi res mutarentur, meritò esse dicebantur. Neque procul abfuit, quin Imperator tumultuantibus obsequeretur. Quò minus autem id fieret, grauiissima Aeneæ auctoritas intercessit, cuius hæc fuit apud Cæsarem sententia: Inter Principes, etiam de magnis rebus inter se dissidentes, pacem aliquando, & amicitiam componi posse: at inter Principem, & populum immortale semper odium interuenisse. Quare dicebat, Satius sibi videri cum Pontifice sentire, quam eorum cupiditatibus obseruare, quorum mentes non ratione, sed appetitu, & cupiditate ducuntur. Motus hæc ratione Imperator, ipse populorum postulatione, Aeneam ad Calixtum Oratorem misit, qui cum Cæsaris nomine obedientiam Pontifici detulisset, oratione longiore ad bellum Sacrum incitauit, quòd vide-

Tumultus sedis in Germania.

Vices Imperatoris gerit.

Imperatoris ac inter Pont. amicitia soluet.

ret, id quod postea accidit, barbaros victoria elatos, occupata Græcia non quieturos. Quoniam vero videbatur, pace Italiae stabilita, bellum facile Turco posse inferri, ad Alphonsum Regem, Senenses exagitantem, profectus, Neapoli, quo etiam totius fœmæ Italiae Legati de pace acturi conuenerant, omnia ex sententia confecit, illumque ad bellum maritimum Orientalibus inferendum, perpulisse visus est. His artibus, atque studiis, post alias dignitates, mox Cardinalatum, deinde summum Pontificatum adeptus est; nec ante factus est Episcopus, quam diuinitus de Cardinali, nec ante pronuntiatus Cardinalis, quàm de Pontificatu præfagitum. Alphonsum Regem, cum ad eum Neapolim venisset Episcopus, ad suos dixisse constat: En vobis futurum Pontificem, qui fores egredietur: Aeneas procul demonstrato. Fridericus Cæsar, apud montem Ciminum, quò inde primum in Romanum agrum profpexisset, & ipse quoque conuersus ad Comites: Erit, inquit, tempus, cum his locis regnabit Aeneas; & qui nunc imperamus, aliquando parebimus. Hoc probitas singularis, vitæ integerrima, præstantissima virtutes de illo pollicebantur. Calixtus postulatione Patrum Cardinalium eum creauit. Qua de re illi, ac Patribus actæ sunt gratiæ, Germanorum, Pannoniorumque Principum nomine: fuitque statim multis in ore: Prouidum Senem Calixtum esse, qui adhuc viuens Successorem sibi creauisset. Plat. in Pio II. Campan. in orat. fundebri.

Audita Pij Pontificis assumptione, non Roma tantum, sed multæ Italiae Ciuitates, & multi Principes singularem lætitiã ostenderunt: præcipue verò Senenses exultauere, quorum ciuis adeo exaltatus esset, vt omnium in Orbe primum haberetur. Corfiniani, quod oppidum octuaginta passuum millibus ab vrbe distat, quâ horâ Pontifex electus est, oppidani populariter ex agris redeuntes, Laudoniam Pii fore rem salutarium iere, bonum se nuncium accepisse concordi testimonio affirmantes, Aeneam Cardinalem Senensem, ad summum Pontificatum fastigium esse assumptum: quòd varicinium memoratum dignum, sequenti die litteræ ab amicis confirmauerunt. Ferdinando Sicilia Regi, felix hoc Nuncium fuit, qui patris amicum in Sede Petri susceptum intellexit. Franciscus Sfortia, Dux Mediolani, & si alium Pontificem expectabat; Aeneas tamen cognita electione gauisus est, quem olim in castris contra Mediolanum honorasset. Borfius Mutinæ Dux, militares ludos instituit, & multa, magnaque suæ lætitiæ signa ostendit. Erat enim ei cum Aeneâ verus beneuolentia, ab eo tempore, quo Ducatum à Friderico Imperatore accepit; cuius adipiscendi, Aeneas non inutilis auctor fuit. Sperauit Borfius Aeneâ Pontificatum tenere, & fortunam suam, & gloriam aucturum; atque idcirco Ferrariam, & omnem ditionem suam singularem ostendere voluptatem in noui Præfulis assumptione curauit. Marchionis Mantuæ, Montisferrati, & Salutarum pariter gauisi sunt. Nulli enim eorum Aeneas non notus, & non amicus erat. Veneti, & Florentini, sicut ceteri potentatus, Legatos misere viros honoratissimos, qui Romam petentes, nouo Pontifici congratulati, obedientiam præstitere. Ex vltimontanis Principibus admodum lætatus est Imper. Fridericus, cuius fauore Aeneas ad Cardinalatum vocatus, tandem B. Petri solum ascendisset. Cuncti quoque Hispaniæ Reges, qui Christum colebant, gaudium ostendere. Scotus, Danus, Polonus, Fracus, Vngarus, & Cyprius, Imperatoris amicum non libèter audire Christi Vicarij obtinuissent. Bohemus verò apprimè indoluit; qui nosceret, hæreticum sese Pontifici notum esse. Philippo Burgundiae, & Ludouico Sabaudiae Ducibus, Aeneâ Pontificatus amici veteris acceptissimus fuit. Romæ apud Basilicam Sancti Petri, tertio nonas Septembris, Pius Secundus coronatus est, petiitque ipsa die

XVIII.

Populares Pij de eius Pontificatu varicinantur.

Lateranum

Apericulo mortis diuina ope seruatur.

XIX.

Orationes fidelium pro bono regimine efflagitat Pius II.

Lateranum solenni pompa, quo in loco vix necem euasit inter eos, qui propter equum, cui in se derat, gladiis decertabant. Seruatus est diuina ope, peractique solennibus, Regale conuiuium apparauit, non Cardinalibus tantum, sed omnibus Lagatis Principum, & qui aderant, Proceribus Vrbs, & Optimatibus, eademque nocte in suas aedes, Vaticanum redijt. Gobellinus lib. 1. & 2.

Pius, & misericors Deus noster, vniuersa conditor creaturae, quia sapientiâ fundauit terram, omnia ordinans caelestia & terrestria, Sacrosanctam Romanam Ecclesiam eâ complectitur charitate, vt per successiuam Vicariorum suorum mutationem, nulla aduersus eam procella, nullus praualeat postit spiritus temporis. Sanè felix recordationis Calixto Papa III. prædecessore nostro, de huius mortalitatis vna valle 8. Idus Augusti ad caelestem patriam euocato, & ipsius funeris, ac exequiarum celebratione solenni, ac debita subsecuta, Nos vna cum fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, Rome in Apostolico palatio apud sancti Petri Apostolorum Principis Basilicam, in quo dictus prædecessor habitauerat, ac debitum nature persoluerat, modo, ac tempore congruo pro futuri creatione Pontificis curauimus conuenire, nobisque cum eisdem Fratribus sub deliberationis magne negotio, quam tanta rei qualitas exigebat aliquandiu tractantibus, tandem ipsi fratres licet potuissent in alios maiori meriti consentire, tamen Sancti Spiritus, à quo sancta Romana, & vniuersalis Ecclesiæ Christi sponsa regitur, infusione, ipsorum animos sic afflante, ad personam nostram dirigentes vnanimitè vota sua, nos tunc tituli Sanctæ Sabinae presbyterum Cardinalem, nescimus, quo occulto, & nobis tremendo iudicio, ad celsitudinis Apostolicæ fastigium, concorditer elegerunt. Nos autem imbecillitatis nostræ conscij, nostrarum paruitatem virium, ad tanti oneris sarcinam perferendam agnoscentes, postquâ diu quid agendum foret cogitauimus, tandem considerantes Romani Pontificis electionem, non ab hominibus, sed à diuina inspiratione procedere, cuius non licet resistere voluntati, sperantesque eum qui ab initio fidei, in Ecclesiâ, infirma mundum elegit, vt confunderet fortia, viros suas nobis ad tanta gubernacula subministraturus, cupidi bene agere, & prodesse potius, quam præesse, in spiritu humilitatis, colla submissimus iugo Apostolicæ Seruitutis. Quapropter deuotionem vestram precamur, vt Omnipotentem Deum instantius exoretis, à vestrisque omnibus exorari curetis, vt nos per suam gratiam roboret, & dirigat in agendis. Nos enim pro nostra erga vos mentis affectu dispositi sumus, in Casibus occurrentibus vestram deuotionem specialium gratiarum prerogatiuis, & alijs beneplacitis, quantum cum Deo poterimus, conseruare. Datum Roma apud S. Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ M. CCCC. LVIII. pridie Nonas Septemb. Pont. nostri, anno primo.

XX. Expeditionem in Turcas incen dit.

Præmissa diuina auxilij inuocatione, inter omnes curas, quæ animum eius inualere, nulla maior fuit, quam vt in Turcas excitare possèt, atque illis bellum inferre. Quamuis enim sedente Calixto, Mahometus, à Christianis cruce signatis, quos Ioannes Capistranus Ordinis Minorum professor, opinione sanctitatis insignis, & Ioannes Huniades, Hungarici Regni gubernator dux ère, magnam stragem perpeffus fuerit, & castris deiectus, turpem fugam arripere compulsus, non tñ aut animum, aut odium in Christianos remiserat, sed nouos exercitus indies comparans, nunc Albanos, nunc alios vicinos, qui Christum colerent, vexare adortus erat, vt qui Sanctum Euangelium, ac diuinam Christi legem conculcare prorsus, ac delere statuisset. Timuit Pius Pontifex sanè pestem, & occurrere statuit, nè grassaretur vltorius; non tamen in se solo, hoc est in solis Apostolicæ sedis viribus confidebat, Nam Turcas vincere, non huius, aut illius Regni opus, sed totius reipublicæ Christianæ videbatur. Necessaria igitur eorum consilia existimauit,

quorum auxilia requireret, Conciliumque Principum, & liberorum populorum conuocare decreuit, in quo de cõmuni salute cõmuniter ageret, Sed vbi Conciliũ habendum esset, in consultationem veniit. Cardd. alii Romæ, alii trans alpes, aut in Germaniã, aut in Galliã Conuentum habendum esse dicebant. Pio nihil horum placuit, neque enim ex honestate arbitrabatur, Reges, qui trans alpes morarentur, Romam vocari: neque in Galliã, aut in Germaniã vrile Concilium futurum, ad quod propter valetudinem Pontifex ipse transire non possèt. Antiquius visum est, non procul ab alpihus conuentum cogere, in loco qui medijs inter Romanum Pontificem, & transalpinos Reges existimaretur. Duo nominata sunt loca, Vtinum in foro Iulij subiectum Venetis, & Mantua in Galliã cis Alpinã; vt si alter negaretur, alter præbõ adesset. Veritas est enim Pontifex, id, quod postea successit, nè Veneri Turcarum arma timentes Vtinum clauderent; & hac de causa, Mantua electa fuit à Præfule, etiam ob loci commoditatem. Est enim vrbs amplissima, in solo fertili, & vicina montibus, qui Gallos, atque Germanos ab Italia difterminant, lacui adiacens, quem Mincius amnis effecit. Is ex Beneco in Padum decurrit; idque præstat vtilitatis, vt ex omni Galliã cis Alpina commeatus ad Mantuanos nauigio valeat importari. Diu res agitata est in consilio cum Cardinalibus; quorum & si multi aduerfarentur, quibus res præfentes abundè superebant; & placebat otium in vrbe; vicit tamen Præfulis constantia, & in eius sententiam itum est. Vocati sunt in Sacratio Palatii Episcopi, Abbates, Notarii, Oratores Regum, & omnes, quibus munera Curie creduntur, vt horum quoque consilia audirentur. Ibi Pontifex, quod diu rectum fuerat, propositum suum publicauit; quantas in Christianis Turcæ clades intulissent; quibus modis euertere Euangelicam legem molirentur; exposuit: nihil sibi acerbis esse, quam intueri Christianæ gentis ruinam; sacratissimæ religionis se curam gerere, statuisse, occurrere hostium conatibus. At cum id absque auxilio Christianorũ Regum perficere non possèt, habere Concilium in Vtino, aut in Mantua decreuisse; vt eorum ibi sententias audiret, quorum opes imploraturus esset. Durum sibi videri, Romanum relinquere, Beati Petri Apostoli Sedem, & Christianæ Religionis arcẽ. Durius se Pontifice Sanctum Euangelium expugnari, pro cuius conseruatione, non orbem solum, ac Beati Petri patrimonium, sed corpus, & vitam ponere statuerit, atque idcirco, quamuis senex, & ægrotus, tamen Appennini iuga, & Padu fluenta transire proposuerit, vt cum Potentatibus Christianis de salute Christianæ religionis consular, & multa in hunc modum grauitèr perorauit.

XXI. Pro illa literas destinat Francorũ Regi & alijs Principibus.

Laudauerunt oēs animum Pii, ac eius propositum, & in cælum extulerunt, qui vnus esset omnium saluandæ religionis cupientissimus. Exin publicum de more Consistorium est habitum, & litteræ Apostolicæ recitatae sunt, in quibus statuta dies conuentionis est, & Principes ad alterum ex duobus locis vocati. In hunc modum scripsit Regi Galliarum:

Pius Episcopus, Seruus seruorum Dei, charissimo in Christo filio, Carolo Francorum Regi Illustri, S. & A. B. Vt persolueremus Omnipotentis Deo, & fideli populo vim ab infidelibus patienti, id cuius causa ad hanc Sanctam Sedem sumus assumpti, de venerabilis Fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, & assensu, per certas nostras litteras, quas Celsitudinis tuæ presentibus mittimus, omnes Reges, & Principes Catholicos ad dictam solemnem Mantua, vel Vtini in proximis Calend. Iunij celebrandam, Apostolica voce duximus conuocandos: statuendo, concedente Altissimo eo loco, eodemque tempore ibidem personè liter adesse, inuoluntatis posthabiti, que circumstant nos vndique: Et si erga ea mens tua fuerit semper ad tuendum

Annal. Eccl. Tom. 17.

V 2 dum

dum nomen Sanctum DEI, & nec Apostolica Sedis, nec cuiusquam alterius exhortatione multum egeris: tamen quia hac non solum nobis est cordi, sed Dominico gregi imprimis necessaria, sublimitatem tuam hortamur in Domino, & per illud sanctum Baptisma, in quo CHRISTO renatus es, & nomen Christianum geris, requirimus, ut velis per os nostrum vocatus, abiectionis respectibus omnibus, qui pro honore DEI non sunt attendendi, ad eadem loca, & ad diem prescriptum personaliter interesse. Etenim cum Vicarius IESU CHRISTI in terris hoc agat, quam rectè vadentem sequi Christianus populus debet; non debent Principes terræ, graue sibi ducere, laborem ab illo susceptum amplecti. Habitus es, charissime fili, deuotissimus Princeps Fidei, & Religionis nostræ præcipuus, nec immerito, ob Christianum nomen egregiè à progenitoribus tuis defensum. Nomen Christianissimi ab illis hereditarium habes. Accedis potentia singularis, quâ idè DEVS Omnipotens te insigniri voluit, ut esset, qui tempore necessario, quale nunc imminet, illam ad protectionem sui gregis conferret. Erit, ut in Domino confidimus, aduentus tuus maxima ad hoc salutare opus utilitatis, non eo solum, quod sapienti consilio tuo dirigere tantam molem gloriosissimè poteris; sed quia gentes, & Regna audientes, Christianissimum Regem Francorum, relictiis sedibus suis, ad agendam, & tuendam communem causam Altissimi cum Romano Pontifice conuenisse, erubescunt ipsi exemplum tuum non sectari; ut penè ob hoc ipsum plus momenti ceteris omnibus allaturus appareas. Pro DEO igitur, charissime fili; pro commendatione aeternæ nominis tui; pro compassione fidelis populi, continue Turcorum feritati Sanguinem suum infeliciter dantis, exaudire clementer velis piis nostris huiusmodi preces, à fletu, & lachrymis oppressorum nobis impositas. Hac enim vera sunt opera Regum: hic campus, in quo honestè decerare, & triumphum vera salutis reportare cum gloriâ possunt. Cetera fluxa sunt, & caduca, vix solida laudis quicquam in se habentia, etiam persæpe ingrata. Quid si casu aliquo, quod DEO non placeat, cavendum nobis erit tua presentia, & per Oratores complere hoc munus constituas, requirimus eo casu Celsitudinem Tuam, ut cum pleno mandato illos transmittere velis, non ad decernendum solum ea, quorum causa vocatus es, sed ad componendam pacem, vel indicendas treguas cum illis, cum quibus tibi forsitan esset contentio: ut demùm pacis ubique fidelibus, concordius ceptum opus proficere possint. Speramus tamè concesserim Omnipotentem Deum, ut Tua Serenitas potius per seipsum, quam per Oratores suos sit assutura: atvento, quid Mantuanam civitatem tui potissimum causâ delegimus, ut vel Serenitas Tua, quod primum expectamus, vel saltem Principes aliqui de latere tuo illuc accedere facilius valeant. Hortamur quoque & requirimus, ut per presentem Nuncium velis sublimitas tua optatum nobis dare responsum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ M.CD.LVIII. 3. Idus Octobris, Pontifici nostri, anno 1.

XXII. Magnas in Vrbe moror, ex Pij II. discessu.

Publicato Romæ decreto, Nunciisque, ac litteris vbique terrarum missis, Romanos ingens metor affecit; qui se priuarum iri emolumentis Curie aduertebant. Pontificem morbis, & ætate grauem haudquaquam reuerfurus aliquando sperabant; & alii Senas peti: non Mantuam aiebant, fingique Conuentum Mantuanum, ut in itinere Senis remoraretur, Pontificis patria ditaretur. Alij non solum Mantuam, sed in Alemariam quoque profecturum Præsulem affirmabant, qui nutritus inter Germanos libens ad eos rediret, neque indignum putaret Apostolicam Sedem trans alpes habitare. Desperauerunt omnes de reditu: euolare per vrbe[m] feminae, ac pueri blasphemare, ac viri maledicere; senes qui plus sensu haberent, cateruatim adire Pontificem, damnare rectissimum, rogare, ut in vrbe sua maneret, polliceri multa remanenti. Solabatur eos Pontifex, necessitatem profectio[n]is ostendens, & reditum celerem promittens; nec tamen ipse absque lacrymis suam plebem affari poterat. Erant omnia plena luctu, nec tanta in

assumptione Pij læticia populi fuit, quanta viâ est tristitia, cum profectio[n]is decretum in plebe auditum est. adeo nullum est gaudium, cui non succedat subitoterror, Reddebant iter Præsulis difficilior ac periculiosus, nondum compositæ res Siciliæ Regni. Hoc Regnum (ut compendio statim illius presentem represententem) directo iure ad Romanam Ecclesiam pertinet. diu gens Gallica eius feudo potita est, census pendens annuum Romano Præsuli, vnciarum auri octo millium. Sed cum Regina Ioanna, quæ secunda eius nominis Regnum tenuit, Ludouicum Andegauensem, quem prius in filium adoptauerat, aspernari cepisset, atque Alfonso[m] Aragonum Regem ex Hispania in Regni successio[n]em vocasset, mutata est conditio, & pro Gallicis, Cathalans, siue Aragonenses introiit. Plura inter Ludouicum, & Alfonso[m] prælia fuerunt, forte, & humanarum rerum vario statu, nunc istum, nunc illum erigente. Ludouico febris extincto, ius eius ad Renatum fratrem deriuatum est. Regina, Alfonso[m] modo diligere, modo habere odio: quâ vitâ functâ, Renatus in regnum veniens, cupide à pluribus exceptus est, & tanquam Rex adoratus; qui non paucis annis aduersus Alfonso[m] de Regno dimicans, victus tamen abijt. Alfonso in Regno remansit, non tamen ab Eugenio Quarto Pontifice maximo Romano, qui Rhe-narum elegisset, obtinere feudum potuit, nisi postquam cõstitit, Renatum, quæ promiserat, neglexisse, ac iusiurandum violasse. Inuictus Alfonso ab Eugenio, Regnumque cõsecutus, non fuit ingratus; Sed Franciscum Sfortiam, qui Picentes ab Ecclesia defecere coegerat, armis expulit, & Prouinciam Eugenio pacatam reddidit. Erat vnicus Alfonso filius Ferdinandus nomine, ex femina nobili, verum alteri nuptâ genitus. Hunc Eugenijs, ad Regem successio[n]em idoneum reddidit; idemque fecit Nicolaus Successor eius, qui Regnum confirmavit. Quamdiu igitur Eugenijs, & post Nicolaus vixit Alfonso abique aduersario in summa pace, atque otio Regnum tenuit. Mortuo Nicolao, Calixtus III. successit in Alfonso aulâ diu versatus, & illi apprime obnoxius, qui eius precibus Cardinalatum obtrunxit. Quas ob causas putauit Alfonso, ab eo Pontifice, qui sibi aliquando seruissimè, & qui suo fauore magnificatus esset, nihil se frustra petiturum: eaque fiducia ductus, non solum Regni feudum, sed Marchiam quoque Anconitanam, & alia pleraque Ecclesiæ loca tradi sibi efflagitauit. Pontifici alia sententia fuit, qui cum se iam Christi Vicarium cerneret, nec Regi cedendum, nec iura Ecclesiæ alienanda censuit. Hinc exorta sunt inter eos graues inimicitie, quæ vsque ad finem vitæ vtriusque perdurauerunt. Obijt prior Alfonso quadraginta diebus; quod audiens Calixtus, illacrymatu[s] est humane conditionis fragilitati, & risit, cum Propheta dicens, Laqueus contritus est & nos liberati sumus: nec Ferdinando paternum Regnum petenti, aures accommodauit: sed orasse Principes ac populos ait, qui eum supra se Regem accepissent; accersitisque Cardinalibus, & qui docti ex Romana Curia erant Prælati; Regnum Siciliæ ad Romanam Ecclesiam deuolutum esse declarauit: eratque eius animi, quod prædictum est, ut armis illud vendicaret. & iam non paruam militum manum coegerat; sed morte præuentus, cogitationibus suis defuit.

Dum Successoris electio tractaretur, Iacobus Picininus inter Duces equitum non ignobilis, qui Alfonso, & deinde Ferdinando, aduersum Sigismundum Malatestam militauerat, hoste dimisso Assisium occupauit, munitam Vmbriae Ciuitatem. Præfectus arcis natione Cathalanus, auro corruptus Vrbe[m] prodidit. Gualdenfes quoque & Nucerni ad Picininum

Regnum Neapol. vray vario successu occupant.

XXIII. Vrbes Ecclesia recuperantur.

defe-

defecere. Nam patris eius, qui aliquando eos subegisset, memoriam colebant. Arx Gualdi, fide, & diligentia præfecti seruata est. Fulginates, & Spolietani, & femè omnes Vmbri, vix in officio præ terrorē constitit, cum vacante Sede Apostolicâ tantus hostis ex improviso emerisset. At ubi Pius electus est, subito animi hominum erecti, & spes pulcherrima oblata est Ecclesiæ subditis. Arx Spolietana sexdecim millibus auri nummum redempta. Narnia quoque, Soriana, Vrbs vetus, Virunium, Ciuitas Castellana, & alia multa oppida, non nisi placatis auro, Præfectis, recuperari potuerunt. Molem Hadriani, quæ olim Castrum Crescentii, nunc Sancti Angeli nuncupatur, Collegium Cardinaliū viginti millibus à Borgia Calixti in epore redemptum, in vrbe[m] Verulam, & arcem munitissimam, non procul à Centumcellis se recepit, ibique breui febre correptus, interijt. Pius Pontifex misit Vicecellarium eius fratrem, & simul Thesaurarium, locum obtinuit, nec multis post diebus, vniuersum Beati Petri patrimonium recuperauit, iis exceptis, quæ Picininus inuaserat; mirâ populorum inclinatione, quæ à Cathalanorum iugo liberatos, ad manus rediisse Italas gestabat; adeo leuius suorum ciuium, quam ceterorum Imperium mortales ducunt, Picininus tamen in omni agro Ecclesiæ contumaci animo Pij mandata contemnere, atque in armis, spem ponere; quamuis oppida, quæ inuaserat paterni iuris fuisse diceret.

XXIV. Francisci Sfortie auxilium implorat.

In hoc reum turbine Pius, & nouus in Pontificatu, & militum, & pecuniarum inops, quod Calixtus Pontifex in vnum Borgiam, ut ferebant thesauros magnâ ex parte consumpserat, quos Nicolaus Pontifex congregasset, & omnibus penè rebus destitutus, animaduertit, nullam sibi viam paratorem dari pro salute, atque dignitate Ecclesiastici status, quam ut auxilium à Francisco Sfortiâ, Mediolanensium Duce imploraret; quippe quæ existimaret, nulli rei magis studere, quam paci, & quieti, tum vniuersæ Italie, tum vel imprimis Romanæ Ecclesiæ. Quamobrem confestim ad eum Galeotium Agnesium Neapolitanum misit, qui hortaretur, ac rogaret, ut Romanæ Ecclesiæ defensionem susciperet, aduersus comunem hostem omnium, & publicum latronem: nec pateretur, tantam audaciam longius in Italia inualescere; cum propter honorem nominis sui, quem non deceret huiusmodi latrocinia pari impunita; tum ob Societatis Italicæ fœdus, cui esset obstrictus. Quod si neque Romanæ Ecclesiæ, neque Pontificis causa ad eam rem moueretur, satis tamen, superque eum excitare debere sui ipsius, liberorumque suorum, ac totius posteritatis rationem; ne eum inualescere, & augeri viribus pateretur, qui aliquando ei, vel liberis eius perniciosissimus esse posset. Franciscus, quamquam vtrò constituerat, Picinini ausu occurrere, tamen his auditis, & occasione arreptâ iuandi Ferdinandum, longè ad eam rem alacrior, ac promptior redditus; Thomam Thebaldum Bononiensem ad eum Oratorem misit, hortatum, ut à capris desisteret, nullum maleficium, nullam in iniuriam rebus Ecclesiæ inferret, vrbes, atque oppida, quamprimùm Pio Pontifici restitueret. Id enim longe maiori laudi ei futurum, quam si facere inuitus cogeretur. Non enim passuram Societatem Italicâ, Romanam Ecclesiam iniuriâ affici. Quod si ceteri parentur, se solum eiusmodi vim vindicaturum. Recordaretur, quæ proximis annis in Heruriam passus esset, cum aduersus Senenses nullo iure arma mouisset. Itaque multo minus hoc tempore, defuturum se tantæ necessitati Sedis Apostolicæ. Nec ob imminentem hyemem cunctatus, statim tantas copias in Heruriam misit, ut nullo Picininus loco consistere se possideret; præsertim, quod certo sciret, neminem amplius fore, qui Ecclesiæ hostem in suam ditionem admittiret. Similè & Ferdinandum admonuit, ut re-

bus suis apud Pontificem non deesset, ad quem iam ea de causa ipse misisset; & Picininum rebus Ecclesiæ excedere iuberet, si Regni possessionem exambiret.

Inter hæc Legati Ferdinandi Pium adentes, memoriam Alphonsi præstulerunt, qui Pium apprime dilexisset, cum Senensis Ecclesiæ Pontifex legatione apud se Caesaris fungeretur; orauerunt, ne filium amici sperneret, neue paternum Regnum ei negaret, quem populi omnes peterent. Ad hos Pius, Alphonsum inquit, pro sua præstanti virtute, & dileximus, & admirari sumus; idque Ferdinandi rebus admodum conlacet, si erga Romanam Ecclesiam, quod suum est fecerit. Interrogatus, quid ei faciendum esset? Consum, ait, Apostolica Camera debitum, à Regina Ioannâ in hunc vsque diem non solutum, quotannis exsoluit. Pontifici Romano quous auxilium petierit, libenter afferet. Ecclesiarum iura non attinget. Picininum, ex agro Ecclesiæ iubebit excedere, nisi paruerit, armis coget. Sigismundo Malatesta eam pacem largietur, quam Pontifex dixerit. Beneuentum Ecclesiæ restituet, Terracina[m] in annos decem sub censu tenebit: exinde Romano Præsuli tradet. Duræ leges Ferdinando visa, sæpeque Oratores missi, ac remissi sunt, qui mentem Pontificis ad pauciora deflecterent. His responsum est; Pium haudquaquam mercatorem esse, qui multa petat, ut vel pauca reportet. Dixisse illum in primo colloquio, quod in vitio dicendum erat. Nec Regi conditionem sperandam fore meliorem, quamuis Pontifex Roma sit abiturus. Aut his legibus Regnum obtinendum, aut eo carendum esse, Vixit est tandem Ferdinandus, cum vna semper sententia, & vna vox Pontificis esset. Res ad Collegium deducta est. Cardinales, exceptis Gallicis, qui & Sedis, & Regis erant, Pontifici auiculabant. Verum & illirationibus tandem victi consentire; & vtile consilium indicarunt, Ferdinando Regnum concedi; quamuis, ne decreto subscribere cogerentur, impetrauere. Erat eo tempore Romæ Decanus Carnotenensis, Regis Franciæ Legatus, qui ad Calixtum de rebus Turcarum acturus venerat. Is suæ gentis studio magnopere instabat, ne Regnum Ferdinando concederetur, laturum id agrè Regem suum, atque in Apostolicam Sedem vlturpam dicitans. Aduenerat & Massiliensis Episcopus, homo loquax à Rege Renato missus, qui Regnum domino suo asseruari petens, ingentibus promissis Curiam replebat, si preces audirentur suæ; sin minus, ruituram Curiam affirmabat. Audiuit eum sæpenumero Pius, & multa promittentem interrogauit: Posset ne Renatus, Picininum Ecclesiæ ceruicibus imminentem armis expellere? Quod cum negaret; Et quid ergo est, inquit, quod expectemus ab eo, si nobis pereuntibus opem nullam valet afferre? Nobis in Regno necessarius est, qui & sua post, & nostra tueri. Vos Regno iam pridem caruistis, ac tandem carebitis, donec vires adsint, quibus hostem, nobis indulgentibus, possitis eicere: atque ita verbosa legationi, verbis occurrit. Ferdinando Regnum concessum est, ex decreto Senatus; additâ tamen conditione, ne cui præiudicium fieret. Quæ de causa, cum à Pontifice edictalibus litteris vocati fuissent, si qui aliquid iuris se ad possessionem Regni præferrent, eaque res non nihil scrupuli animo Ferdinandi iniectisset; pro eo sollicitus Ioannes Rex Aragonum patrus, missa Legatione ad Sedem Apostolicam, Pium orabat, ne conditionem illam poneret. Sed citrà omnem exceptionem Ferdinando Regnum decerneret, Eugenijsque & Nicolai superiorum Pontificum, iura integra illi seruaret. Scripsit, & Sacro Collegio Ioannes, qui Pio eam rem persuaderent; ne cum derogatione iurium suæ stirpis, se, & Sedem Apostolicam magnis difficultatibus inuolueret. Nihil eâ comminatio mouit Pium Pontificem; sed iure suo cuique præseruato, cum etiam meminisset Alphonsum Calixto in dispositione Ecclesiarum iniuriam aliquando fuisse; addidit, ut Ferdinandus, &

XXV. Neapolitanum Regnum Ferdinandus concedit, cum quibusdâ conditionibus.



XXVI. Abiturus Roma, Vrbi cōmodis proficit, & expeditioni cau-  
sam.

formula Carolo olim à Clemēte IV. representata iurandam præstaret. Erat autem eiusmodi, vt electio- nes Prælatorum vbique liberæ essent. Pontifices Ro- mani eas confirmarent; ac vbi opus esset, Ecclesiis vi- duatis prouiderent. Causæ Ecclesiasticæ, ad forum Regium nē traherentur. Appellationes ad Sedem A- postolicam; missiones Iudicum, Nunciorum & Le- gatorum nē impedirentur. Clerus, impositionibus, nē grauaretur. Iura Sedis Apostolicæ tam in temporalibus, quam in spiritualibus integra, & inuiolata per- manerent. Hæc & aliæ conditiones Ferdinando pro- posita fuere, & Larinus Cardinalis Vrsinus, qui Re- gem in verba Pii, ac Successorum eius iuramentum coro- nã donaret, in Apuliam missus & cum eo Nicolaus Thyanenſis electus, qui postea Cardinalatum conse- cutus est, iter fecit, vt occultiora quædam cum Ferdi- nando Rege transigeret.

Exin vocatis ad Vrhem Baronibus agri Romani, mandatum est, nē quis absente Pontifice, res nouas moliretur, pacemque inter se iurando, vt obser- uarent, adacti sunt. Qui contra fecisset, in eum ingens pena statuta. Et quoniam Romani, magnus timor inuaserat, nē obeunte Pontifice, in perpetuum Ro- mana Cæſia priuarentur; decreuit Pius annuente Senatū, vt si extra Vrhem, claudere se diem extremam contingeret, Successorū sui electionem alibi, quam Romæ fieri non posse, statuto dierum termino, quo Cardinales, qui Romæ reperirentur expectare abſen- tes deberent, & relictis nonnullis Cardinalibus, & Auditoribus Rotæ, Aduocatis, ac litigatoribus in vr- be toto absentia suæ tempore, Romanam Curiam apud eos non minus, quam secum esse declarauit. Le- gatis Ciuitatum, & Regulorum, qui ex vniuerso pa- trimonio Ecclesiæ, Romam venerant, priuilegia, quæ ab antiquis Pontificibus obtinuerant, quoad sine controuersia iis vti fuissent, confirmauit; & amplius laud paruum censuum partem, ad tres annos remisit, quæ res supra octuaginta milia auri nummum ascen- dit. Referendarios instituit eos, qui fuerant præde- cessoris, & nouos aliquot adiecit ex omni natione; di- ligenter admonitos, ac iureiurando adactos, nē pecu- niam, nē dona sui officii causa, vlla reciperent. Nam Simoniacam prauitatem præcipuo insectaba- tur odio; atque ob eam rem, cum secretarios more maiorum peracto aliquot diebus ad se ad- mississet, atque his fidem habens, epistolas, quas illi ar- tulerant, obſignasset, reperissetque postea infideliter secum esse actum, & iniqua per pecuniam absoluta negotia, deinceps aditum ad se cunctis in hibuit; excep- ptis duobus, Iacobo Lucensi, qui postea Cardinalis effectus est, & Gregorio Lollo fratre cōſobrino, quo- rum spectata virtus ab omni procul labe aberat. E- manu Cardinalium supplicationes noluit accipere: si- quas obrulerunt, ad Referendarios remisit. Suppli- cationibus vna partium concernentibus, Eberardum Episcopum Spoletanum egregium iureconsultum, & integritate morum, & opinione iustitiæ laudatissi- mum præfecit, qui & ipse demum rubeo pileo do- natus est. Per hunc modum & facilis expeditio rerum erat, & incorrupta, & Romanam Curiam sequentibus admodum accepta.

XXVII. Io. Solerij  
notis an-  
nuis.

Per idem tempus venit Romam Ioannes Solerius, diuinarum Scripturarum sublimis interpres, de quo superius mentionem non semel fecimus. Hunc Calix- tus viuentē Alfonso Rege Aragonum, Barchinonēſi præfecerat Ecclesiæ; deinde illo mortuo inuitum ad alterum transfulerat in Regno Siciliæ, sibi que apud Barchinonēſes Bartholomæum Ragazium Politia- num, thesaurarium suum suffecerat. Iniuriã se affe- ctum Ioannes quærebatur, suamque repetebat Eccle- siam, atque amicitiam præferebat, quã Pio Pontifici apud Neapolim iunctus erat, nondum Pontificatu

adepto. Maximum exaudivit amicū Præful; & ab- rogato Calixti decreto, ad priorem Ecclesiam restitu- it, quam ille summã cum laude gubernauit, accepti beneficii, & memor, & gratus.

Petrus Cardinalis Sancti Marci per eosdem ferme dies, è contrã non mediocrem à Pontifice confusio- nem reportauit. Vnus is fuerat ex Cardinalibus, qui Summo conatu Pium in adipiscendo Apostolatu adiuerant; atque idcirco, non æqua tantum perenti- ti sibi, sed iniqua quoque negari nefas arbitrabatur. Pius, etiam amicis indigna quærentibus durus erat. Obiisse fama fuit per eos dies apud Viterbium, Re- ctorem Parochialis Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Pruneta- næ, agri Florentini, in qua SS. Deiparæ Virgi- nis imago est, quam mirã religione populi vene- rantur, tanquam pluuiæ serenitatisque donaricem, cum necessitas ingruit. Diues illi templum est, & as- siduis mortalium votis insigne. Accepit vacationem eius Cardinalis, & adiens Pontificem, id commenda- ri sibi efflagitavit; nec aliud honestatis petitioni suæ adiunxit, nisi familiarem suum fuisse cuius morte Sacerdotium vacaret; quamquam neque hoc ipsum erat verum; sed Cardinalis omnes in sua familiã ascribebat, qui se aliquando salutassent. Pio indigna petitio visa est; responditque, Parochialem Ecclesiam, ad quam plebes multe concurrerent Cardinali non esse commendan- dam, & eam præferim, quæ laicos haberet patronos; monuit- que Cardinalem, vt maiora expectans æquo animo ferret, non impetrasse minora. Ille indignatus, tam- quam grani contumeliã fuisset affectus: Si parua, in- quit, non impetro, qui sperem magna? Non est, vt video cur amplius apud te morer: melius in Ecclesia mea Vicenti- na seruiam Deo; sine me domum ire, atque illic tandem pōſt multos labores otio frui. Cui Pontifex; Perge, ait, & si- ne te Romanæ Ecclesiæ suam gloriam retinebit. Nemo facultatem abeundi petat, qui noluit impetrare: decipietur, nul- li negabitur: quando nemo est, in cuius locum æquè bonus, aut melior suffici nequeat. Cardinalis his auditis tam- quam in alteram diem, Romanam Curiam reli- cturus, ex secularis Pontificis pedibus in ædes suas apud Sanctum Marcum concessit, iussitque ad re- cessum cuncta parari. Sed nocte consilium matu- rante, cogitare cœpit, quam minima est Cardina- lium existimatio, qui abique legatione, à Roma- nã Curia procul agunt, & quam contemptui sint om- nibus, quos sequitur Pontificis odium. Nam sicut tenebrosū Lunare corpus, cum terrã interposita non illustratur à Sole, ita & Cardinalis extra Pontifi- cis gratiam agens luce caret, & obscurus habetur, at- que abiectus. Interposuit igitur Philippum Cardina- lem Bononiensem, qui se Pio reconciliaret; & ipse mox secutus, erroremque suum professus in gratiam rediit. Sed nec diũ post in alium incidit er- rorem, schedulam per Thomam Cubicularium Pontifici mittens, in qua petebat litteras arrestari, quæ de rebus sub ditione Venetorum consistenti- bus, se inconsulto, decernerentur; atque hoc idem à Calixto concessum asseuerabat. Schedulam cum legisset Pius; Ergo, inquit, non me Veneti, sed Cardinalem Sancti Marci, Summum Pontificem adorabunt? Soporuit Calixtus superiorem ferre, non potest Pius mortalem hominem. Deo tantum, & Sacris litteris subiecta est auctoritas nostra. atque his dictis, supplicationis papyrum reie- cit. Quod cum accepisset Cardinalis, subiecit, nē ma- ioribus stimulis vrgeretur.

Vacauit & tunc Ecclesia Cathedralis in Agrigen- to, quæ vrbs in Trinacria olim celeberrima fuit, & apud veteres rerum Scriptores latè memo- rat. Hanc Pius Bernardo Bosco præstanti iuris interpreti, & Auditori Rotæ, nihil petenti, & prorsus ignorantem commisit: quia & boni nominis erat, & olim Basilicæ eius socius fuerat. Atque vno hoc opere, &

XXVIII. Inuisitè petita, in-  
sistè denegat Pius Pontifex.

XXIX. Prouidet Ecclesia Agrigen-  
tina.

XXX. Dissensio à Regno Bohemie.

amico satisfecit, & Auditores omnes in spē erexit, ca- dem præmia suis laboribus expectantes, quæ suū col- legam assecutum viderant. Neque decepi sunt. Nam Pius plerisque postea excellentes viros, ex eis ad Pon- tificales assumptis Ecclesiis. Verum Bernardo peniti- cioſa fuit Pontificis gratia, qui dum Ecclesiæ suæ pos- sessionem summo studio quaerit, nec assequi potest, obſtante non æquo Rege, labore simul, & tædio con- fectus, ægritudine incidit, quæ vitam eius breuiorē reddidit, atque ipsum extinxit; & si bono viro in lu- tro sit quanto citius mori: ad cuius regimen Nicolaus S. Petri Cardinalis dimissus est. *Gobellinus Comment. Pij II. lib. 2. & epist. Pij II. num. 384. 385. huius anni. Simoneta lib. 26. Surita lib. 16. c. 52.*

Non minus grauiam Pium Pontificem excepere ne- gotia, ex Regno Bohemiæ, adhuc viuentē Calixto ad curam, & tutelam Sedis Apostolicæ delata. Res est, Extincto Ladislao adolescente, Bohemiæ, a: que Vn- garia Rege, Bohemorum Gubernator Georgius Podiebracius hæresi Hussitarum infectus, pro eligendo nouo Rege, Pragam, ad primam Quadragesimalis iei- iunii Dominicam, Proceres Regni conuocauerat: Regnumque ambiens, multa signa militum in Vr- bem accita, per stationes distribuerat, opprimendis Catholicis, si in suffragia ire detrectarent. Numquam maiore, quam tum ambitu Comitum Regis creandi in Bohemia caluerunt: aded multi, magnique com- petitores erant, qui illa calefaciebant. Fridericus Cæſar in petitione sua, ius, quod nunc feudatarium vocant, à Ladislao neglectum, & contemptum præ- tendebat. Mox Alberto, aut Sigismundo Austria Ducibus, ex antiquo fœdere inter Bohemiã, & Au- stria Principes icto, Regnum illud alteri eorum asse- rere tentabat. Casimirus Polonia Rex, cui soror La- dislai nupta erat, & V Vilhelmus Saxonie Dux, qui alteram forem natu maiorem in matrimonio ha- buit, Regnum ad se iure successionis pertinere dice- bant. Carolus Rex Gallus, non iure, aut ambitiosa petitione, sed auro, & opibus, quibus etiam parta Regna debellatur, audacter preſentabat: spondens omnia Regni debita suo aere se persolaturum, om- niaque à Regno alienata suo Marte recuperaturum, & ad annum vsque septimum nullum plane tribu- tum à quoquam exacturum. Si admitti, & in Comi- tiis auditi Oratores Galli fuissent, opinio erat, abla- tuos illos suffragiorum calculum fuisse. Sed non de- fuit Podiebracio prouidentia, ne prius vlli Orato- res in Senatum vocarentur, quam Rex futurus de- ligeretur. Locus eligendo Regi, in domo Prætoria veteris vrbs constitutus, cohortibusque armatis cir- cundatus. In eum antequam conuenirent, per spe- ciem Religionis templum pseudo Archiepiscopi Ro- chyanæ ingressi, concionantem audiuerunt. Hortabatur ille, ne quem externum Regem, ac minime omnium Ger- manum declararent; experti toties, quam animati sint Ger- mani in Bohemos: tantum videlicet, vt si possent, hodie petius, quam cras perderent omnes. Nulla nostra culpa, inquit, nisi, quia veritatem agnouimus, quam illi hæ- resim vocant, & nos per contumeliam hæreticos; vt ita nos traducant per ora hominum, & tantam nobis consensit apud cæcos piorum inuidiam: vt quasi impij & picu- lum meriti, à Seditibus, Conciliisque eorum abigamur. Sed si nos Bohemos esse meminimus, nulla tanti ignominia erit, vt propter illam, à maioribus acceptam, mul- toque sanguine partam Religionem proſequamur. Et quis tandem melior eius custos fuerit, quam ille, qui in ipsa Religione natus, educatusque, & qui ad eandem de- fendendam promptus, paratusque sit, nempe ipse Guber- nator, consilijs, & armis iuxta conspicuus, & vobis iam pridem omnibus domi, militiaeque notus. Aut hunc Regem nominandum esse, aut si nemo inter Bo- hemos tanto fastigio dignus censetur, Hæreticorum more duodecim Iudices assumendos, qui populum Bohemum e-

quo iure gubernarent. Ab hac sedicioſi hominis con- cione, in Prætorium itum: & tam foris, quam intus, prius acclamatum, quam decretum, Vi- uat Rex Georgius. In Prætorio deinde Georgianæ factio- nes in hunc euentum antea comparatæ, neces- sitatem publicam obtinentes, magno consensu Regem eum pronunciant, virum quidem domi, & militia iuxta clarum, cuique ad summam res summa esse opportunitas posset, si obstinata perfidia, paratusque ad fallendum animus, præ- clara naturæ bona non obscurasset. Ab hac ele- ctione protinus ad agendas D. o. gratias in publi- cum egressus, operum primordia à significatione hæretis inchoauit. Præteritã enim Cathedrali Ec- clesia, cui nimirum is honor erat habendus, ad eandem Mariæ Virginis suo Rochyzanæ commissam solenni pompã se contulit, ibique salutationem publi- cam confluenti populo excepit. Bohemico- rum Regum hic primus hæreticus fuit; ceteri ante eum fidem & vnionem Catholicam seruauerunt. Etenim Sigismundus, & V Venceslaus frater, & Albertus gener in deprauata tempora incidens, non tamen deprauari se erroribus permiserunt, & Calice perpetuò abstinuerunt, & inania dogmata con- tempsere. Georgius solus à noua illa impietate ele- uatus; diuina, atque humana ingenibus ma- lis subuertit. Vulgarum iacturã grauiore electio- nem illius multi Catholicorum aduersis animis ac- cepere: ipse præsertim, qui se nominis Germanici profitebantur, Silesia omnis amplissima Pro- uincia, Lusatia superior, atque inferior, cun- ctæque penè Morauia. Videbantur enim, ab in- fidei homine, nihil sanæ administrationis habituri, cuius in Præsidatu gesta, iusto odio fuerant dig- nissima. Itaque ad detrectanda eius imperia animos firmarunt suaque præmunierant. Contigit, vt eodem ferè tempore apud Hungaros, inter mag- nam etiam armorum vim, Matthias Huniadis si- lius opera, & contentione Michaelis Zylagii au- uncili sui benè armati, Rex Hungariæ declaratus fue- rit. Eum Georgius in vinculis apud se Prage de- tentum, & facti illius omnino inscium, mensa suæ adhibuit, simulque vxorem suam, & filiam Catherinam forma elegantem addidere voluit, ac crebro ad epulas, & hilaritatem puerum con- uuiam inuitans: Tandem si quid ego te adiuuero, inquit, & ab hac captiuitate liberauero, ita vt ad Regnum Hungariæ conscendas, ecquid erit præmij? Ma- gnus, inquit, res, magna præmia sequi decet. Ta- centem illum iterum interpellauit Georgius: Nil- lus ego pecunia, inquit, sed amicitia potius, & concordia per assinitatem tecum inuanda cupidus sum. Proinde si cordi est filia ista mea, hanc tibi desponsam meã, matrisque voluntate ha- beas.

Datæ inuicem dextræ, sponsaliaque protinus iure legitimo confecta. Angebat tamen Georgium cura, de futura sui coronatione, propterea quod & Catholici eum exhorrent, & Archiepiscopo Pragenſi Sedes vacaret; & Prothasius ad O- lomucensem cathedram electus, nondum confir- matus Episcopus à Romano Pontifice fuisset. Solenne enim Bohemia habet, idque Cæſarum, & Pontificum Ramanorum diplomatibus confirma- tum, vt Rex Bohemiæ ab Archiepiscopo Pragenſi, aut Episcopo Olomucensi, si Pragenſis non adesset, iun- gi, coronarique debeat. Aucta cura fuit, quod nul- lus è Germanis Episcopis falcem in alienum agrum, ac præsertim vt palam erat, zizania Hussitarum infe- ctum, mittere voluit. Itaque vt præferreret, se holle, nisi per ostium, more videlicet aliorum Regum Chri- stianorum in aulam Regiam ingredi, de electione sua, Calixtum Pontificem Romanum admonuit; Calix- tus verò formulam iurandi, secūdum quam fidem

Georgius Podiebra-  
cius Rex  
efficitur  
& primus  
Regum  
Bohemie  
hæreticus.

Affinita-  
tem con-  
trahit cū  
Matthia  
Coruino  
Hungariæ  
Rege.

suam Catholicæ Ecclesiæ; & omnibus Orthodoxis obstringeret illi transmissit, simulque duobus ex Vngaria laurinenti, & Vazouiceni Episcopis permisit, qui munere coronandi perfunderetur. Hi cum venissent, nec nisi abiuratis erroribus, promissaque in posterum fide coronationi vellent intendere, Georgius & hæresim abiuravit, & præstiturum se, obedientiam Romanis Pontificibus, purgatorumq; à conceptâ labe Bohemiam, religiosissimo iureiurando, chirographoque firmavit. Adfuit actio, & Prothasius, Olomucii electus, vt testimonium de iuramento perhiberet. Iuramentum palam Latine primùm recitatum fuit, deinde vernaculâ linguâ per Regni Cancellarium perlectum, quo audito Georgius schedam in manus sumpsit, nec dubitavit, in omnia illa verba, quæ ibi concepta, & scripta fuerant, ore suo iurare; Obedi- entiam videlicet Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, in vnitatè Fidei, quam eadem Romana, Catholica, & Apostolica Ecclesiæ profite- tur, prædicat, ac retinet, custodire; & illam tueri & propugnare pro virili enixè velle, ac populum sibi subiectum ab omnibus erro- ribus, sectis, hæresibus, atque ab alijs articulis fidei Catholice, atq; Romanæ contrarijs reuocare, & ad ritum, cultumque veterem re- ducere, ac restituere. Ea omnia, quemadmodum & coro- nationem, ad fidelium deceptionem, coram fidelibus, & per Catholicos Episcopos perfici voluit. Cum- que nec sic credi commentis videret, Deos omni- potens, ex cuius potentia constat totius mundi con- fecta harmonia; cuius sapientia singulorum multitu- do entium effecta est, cuiusque beneuolentia in esse, & persistere extar conseruata: sine quo nullum ritè fundatur exordium; sine quo homo, non sanus, sed æger est, non prudens, sed stultus, in agritudine labo- rat assidua, & in cæcitate noxia stultus permanebit continuè, donèc ad ipsum fontem sapientiæ totis vi- ribus se conuertat. Ipse ergo tam magnificus, mirifi- cus, & laudabilis Dominus, concedat mihi, licet mi- nimo, in Iesu Christi, suo, & suorum seruo, scientiam magnorum suorum, & electorum sanctorum, pro ipsis Iesu Christi Sacramentis ita sapienter, & prouidè loqui, cui non possint filij iniquitatis resiste- re; & fidem potentissimam contra insultus Diaboli ipse Pater luminum velit placidè condonare. Quis- quis autem Domini est, iungatur mihi, vt felicissima Dñi prælia præliando, hostibus legis, fidei Christianæ Orthodoxæ, & inimicis Ecclesiæ possim viriliter oc- currere, & Ranas Egypti tumentes, & garrulas, at- que Cyniphes acriter pungentes exsufflare, & ef- fugare. Det, inquam, Iesus Christus Dominus Om- nipotens, qui est Deus, & scientiarum Dominus, qui est laborum merces optima, veritas, vita, & via tutis- sima, mihi indigno, cæterisque Ecclesiam Sanctorum, quæ ab ignitis hodiè vexatur serpentibus, à negotiis- que tenebris, colentibus agitatur, defendere, & velut Orthodoxæ fidei Patres fecere, plurimos ab errore re- uocare, & constantè liberare. Tria namque sunt, cha- rissimi, quæ me ad præsens vrgent negotium, & insti- gant; putâ honor Dei, profectus Sanctæ matris Ec- clesiæ, & conscientia propria. Cum ad hoc quilibet Christianus adultus, ex mandato Domini strictissimè obligetur; eo quod quodammodò infinitè, plus Ie- sum Christum sponsum, & suam Ecclesiam diligere, quam parentes carnales, quam bona temporalia, quam honorem proprium, aut seipsum debet. Pro Dei ergo honore, Sanctæ matris Ecclesiæ vitæ, & conscientie propriæ exculpatione, inter medios hostes Sacramentorum Ecclesiæ irumpens, odiis, detractio- nibus, & vitæ periculis libenter me exponam; celestis- que Dei, quorum societatem diligo, vt trumque per hoc vtinam proficiam; & ipsam patriam nostram, scilicet gentem Bohemicam, pro quâ ponere corpus & animam cum debeam, ab ipsis erroribus impiissimis, da dulcissimi Iesu, vt inuolutos solnam, & absol- uam,

Hæresim abiurare simulat Podiebracius.

Ille vsus fraude Toparchus Regni, & Vrbes, & oppida recuperat.

bus se habere mentiens: adeoque fallaciis credulam circumuenerat mentem, vt etiam Rochezanam affir- mationibus eius Calixtus, petendæ veniæ causâ, cog- noscendique erroris breui affuturum Romæ puta- ret: maxime cum is repræsentaret Commentarium de Sacramentis Ecclesiæ, quem Rochezana id temporis contra Thaboritas eo consilio ediderat, vt Bohemix, & Morauix Proceribus, ac populis minus reprehensi- bilis, Calixto verò dignus Archiepiscopo videretur. Visum est mihi par, & operæ pretium illum isthic adscribere; vt intelligant, & ipsi Hussitæ huius nostri tēporis in Bohemiâ & reliqui hæretici in Germaniâ, Scotia, Angliâ, Daniâ, Galliâ, & alibi locorū tenebris immergi; quam longe absint, in recentioribus impie- tarum suarum adinventionibus, à Rochezanâ, & veteris Ecclesiæ fide, & Sanctorum Patrum, quorum testimonis hic vitur ipse Rochezana, doctrina, & veritate, traditionumque constantia. Scribebat ergo ille, inter omnes Hussitas improbissimos Catholicæ Ecclesiæ, & Romanorum Pontificum accerrimus hostis.

PROLOGVS.

Ad Christi Iesu Domini nostri laudem, & hono- rem, pariterque in fidei nostræ robur, & munimen, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, vnus Deus omni- potens, ex cuius potentia constat totius mundi con- fecta harmonia; cuius sapientia singulorum multitu- do entium effecta est, cuiusque beneuolentia in esse, & persistere extar conseruata: sine quo nullum ritè fundatur exordium; sine quo homo, non sanus, sed æger est, non prudens, sed stultus, in agritudine labo- rat assidua, & in cæcitate noxia stultus permanebit continuè, donèc ad ipsum fontem sapientiæ totis vi- ribus se conuertat. Ipse ergo tam magnificus, mirifi- cus, & laudabilis Dominus, concedat mihi, licet mi- nimo, in Iesu Christi, suo, & suorum seruo, scientiam magnorum suorum, & electorum sanctorum, pro ipsis Iesu Christi Sacramentis ita sapienter, & prouidè loqui, cui non possint filij iniquitatis resiste- re; & fidem potentissimam contra insultus Diaboli ipse Pater luminum velit placidè condonare. Quis- quis autem Domini est, iungatur mihi, vt felicissima Dñi prælia præliando, hostibus legis, fidei Christianæ Orthodoxæ, & inimicis Ecclesiæ possim viriliter oc- currere, & Ranas Egypti tumentes, & garrulas, at- que Cyniphes acriter pungentes exsufflare, & ef- fugare. Det, inquam, Iesus Christus Dominus Om- nipotens, qui est Deus, & scientiarum Dominus, qui est laborum merces optima, veritas, vita, & via tutis- sima, mihi indigno, cæterisque Ecclesiam Sanctorum, quæ ab ignitis hodiè vexatur serpentibus, à negotiis- que tenebris, colentibus agitatur, defendere, & velut Orthodoxæ fidei Patres fecere, plurimos ab errore re- uocare, & constantè liberare. Tria namque sunt, cha- rissimi, quæ me ad præsens vrgent negotium, & insti- gant; putâ honor Dei, profectus Sanctæ matris Ec- clesiæ, & conscientia propria. Cum ad hoc quilibet Christianus adultus, ex mandato Domini strictissimè obligetur; eo quod quodammodò infinitè, plus Ie- sum Christum sponsum, & suam Ecclesiam diligere, quam parentes carnales, quam bona temporalia, quam honorem proprium, aut seipsum debet. Pro Dei ergo honore, Sanctæ matris Ecclesiæ vitæ, & conscientie propriæ exculpatione, inter medios hostes Sacramentorum Ecclesiæ irumpens, odiis, detractio- nibus, & vitæ periculis libenter me exponam; celestis- que Dei, quorum societatem diligo, vt trumque per hoc vtinam proficiam; & ipsam patriam nostram, scilicet gentem Bohemicam, pro quâ ponere corpus & animam cum debeam, ab ipsis erroribus impiissimis, da dulcissimi Iesu, vt inuolutos solnam, & absol- uam,

XXXI. Rochezana Tractatus de Sacramentis Ecclesiæ.

CAPVT I.

De Septem Sacramentis in genere.

Optimi igitur mei Magistri Domini Iesu innixus præsidio, in nomine benedictæ, & venerandæ Trini- tatis, inchoans ab eo, qui est effectuum omnium prin- cipium, & à quo inchoatur omnis nostra actio, & in quem debet tendere finaliter, pro defensâ Septem Sacramentorum Ecclesiæ Dei Catholicæ, constantè dico, & assertuè, Quod Sacramenta nonæ Legis, quæ sunt Sacramenta Ecclesiæ Sacrosanctæ Ortho- doxæ; sunt Septem numero, à cunctis fidelibus tenenda, scilicet, Baptismus, Confirmatio, Eucha- ristia, Pœnitentia, Vnctio extrema, Ordo, Con- iugium. Et ad horum Septem Sacramentorum suffi- cientiam demonstrandam, hoc est, sciendum. Quod sicut homo in vita corporali primùm nascitur, secun- dō per augmentationem ad quantitatem debitam perducitur, tertio per cibum vitæ hominis, & virtus eiusdem sustentatur: & hæc sufficienter, si eum num- quam infirmari contingeret: sed, quia frequenter homo infirmatur: ideo, quarto indiget suæ sanita- tis recuperatione. Sic & in vitâ spirituali, primò ho- mo indiget regeneratione, qua fit per Baptismum, Ioann. cap. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non intrabit in Regnum Dei. Secundo, recipit per- fectam virtutem, quasi quoddam augmentum spiri- tuale; & hoc fit per Sacramentum Confirmationis. Tertio, oportet, quod homo spiritualiter nutriatur: & hoc fit per Sacramentum Eucharistiæ Sacrosan- ctæ. Quarto, vt infirmatus sanetur spiritualiter; & hoc fit per Sacramentum Pœnitentiæ. Quinto, spiritualiter, & corporaliter sanatur plerique in Dei Ecclesiâ, per Sacramentum Vnctionis extremæ. Quantum autem ad vtilitatem communem, alia duo ordinantur Sacramenta, Sextum, & Septimum. Per Ordinem namque Ecclesiæ ordinatur, & gubernatur, & in filios Ecclesiæ Ecclesiæ gignitur. Per Matrimo- nium verò, corporaliter multiplicatur. Alii au- tem considerantes, quomodò post peccatum pri- mi hominis, septiformis morbus reperitur in genere humano; scilicet, morbus culpæ, & pœnæ. Culpæ triplex: quia est culpa Originalis, Mortalis, & Venia- lis. Contra Originalem Baptismus datur: contra Mortalem Pœnitentia: contra Venialem Extrema Vnctio. Morbus autem pœnæ, est quadruplex: puta Ignorantia, contra quam est Ordo; secundò Malitia, contra quam Eucharistia; tertio Infirmitas, contra quam est Confirmatio; quarto Concupiscen- tia, contra quam est ipsum Matrimonium. Alii autem aliter adoptant istam sufficientiam Sacramentorum.

CAPVT II.

De non scriptis Traditionibus Ecclesiæ.

SEd antequam ad tractatum Sacramentorum spe- cialiter accedam, primùm in genere de omnibus si- mul adduco Dionysium Beatum, libro de Ecclesiasticâ Hie- rarchiâ, cap. 1. sic dicentem: Erat necessarium Ecclesiæ, vt Apo- stoli, qui fuerunt primi Duces nostri, repleti Spiritu Sancto, à su- per substantiali Deitate missi ad nos diuinâ bonitate, vt ipsum Spi- ritus Sancti donum, ad alios sibi adherentes, & ipsorum sequaces producerent. Ipsi enim tamquam Deo pleni, copiosè amantes infir- miores, & sequaces suos, sursum agentes, nos ad Desicationem se- cundum sanctas Dei ordinationes, nobis traderent doctrinis scri- ptis, in signis sensibilibus supercaelestia, in varietatè, & multitu- dine conclusis vnitâ, in humanis diuina, in materialibus, im- materialia, in his, quæ secundum nos sunt supersubstantia- lia. Et hoc non tantum eâ de causâ, vt veritas celestis immundis, quibus non licet Sancta tangere; sed etiam, quia,

vt dixi, nostra hierarchia indiget sensibilibus signis ad- hoc, vt per ipsa efficacius sursum agamur ad intelligibi- lia, secundum nostram capacitatem. Perfectis tamen Do- ctoribus, reuelantur mystica significationes signorum, quas non licet eisdem propalare imperfectis; scientibus, quod diuini Legisatores, iuxta quod eis est diuinitus inspira- tum, ordinauerunt hierarchiam Sacrorum Ordinum Eccl- asiasticorum, firmis, & inconfusis ordinationibus, secundum congruentiam vnusquisque persona hierarchica. Quoniam ergo per epistolam promisisti, quod quidem commemorare reli- giosum est, quod de vniuersa supposita hierarchiâ locutio- ne non trades alicui, præter Episcopos, vel perfectos alios in doctrinis hierarchicis, & quod eisdem persuadebis, quod tibi promittant, quod secundum legem hierarchicam mundi munda tangant, & communicent diuina solis diuinis, & perfecta perfectis, & sanctis sanctissima; Ideo mihi per- suasisti, vt hoc diuinum donum, & alia hierarchica tibi tradam. Hæc ille.

Ex quibus primò patet, quod Dionysius, volens tractare de Sacramentis, signanter hoc primò tangit, quod necessarium erat Ecclesiæ, vt Apostoli, qui fue- runt Duces nostri, repleti Spiritu Sancto, missi ad nos diuinâ bonitate, vt ipsum Spiritus Sancti donum, ad alios sibi adherentes, & ipsorum sequaces produce- rent: sursum ducentes nos ad deificationem, & se- cundum ordinationem Dei, sensibile Sacramen- torum nobis traderent doctrinis & scriptis, in huma- nis diuina, in materialibus immaterialia. Patet se- cundo, quomodò Dionysius, tractans de Sacramen- tis Ecclesiæ, recepit hoc ab Apostolis Sanctis, Ducibus nostris. Tertio patet, quomodò Sacramenta au- thoritate Apostolicâ authorizantur, & approban- tur; quæ nunc à multis in fide corruptis, & ad om- ne bonum opus reprobis, deridentur, contem- nuntur, & reprobantur. Ex quibus patet quar- to, quod tales Sacramenta reprobantes, & deri- dentes, quantum est in eis, cum suo spiritu mendaci, impediunt ad se venire Spiritum Sanctum in facis vasis Sacramentorum: quia hanc viam Spi- ritus Sancti ad se veniendi traditam per Apostolos, impediunt, & contemnunt. Cum (sicut iam est Dionysius allegatus) hæc nostra hierarchia requi- rat, vt per ista signa sensibilia, efficacius ad di- uina transferamur. Ex quibus patet quinto, quod alii magni Sancti, Clemens, Cyprianus, Au- gustinus, Chrysostomus, Ambrosius, Origenes, Damascenus, Gregorius, Hieronymus, Remi- gius, & alii Sancti concorditer inter se, & cum Dionysio tractantes, in suis dictis de Sacramentis Ecclesiæ, & non discorditer, vel contrariè, ori- ginaliter hæc habent à Sanctis Ducibus diuinis, qui in eodem sensu, & eodem spiritu loquentes, ab eodem fonte doctrinæ, sicut & Dionysius, sci- licet ab ipsis Apostolis exfluxerunt. Vnde Augus- tinus ad Iamariam, & habetur distinctione duodecima: Illa autem, quæ non sunt scripta, sed tradita custodiuntur, quæ quidem toto orbe terrarum obseruantur, datur intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel à plenarijs Concilijs, quorum est in Ecclesia saluberrima auctoritas, esse commendata & statuta retineri. Sicut id, quod Domini Passio, Resurrectio, As- censio ad caelum, Aduentus Spiritus Sancti, anniuersaria solemnitate celebrantur; aut si quid tale occurrerit, quod con- seruatur ab vniuersis, quocumque se diffuderit Ecclesia. Alia verò, quæ per loca terrarum regionisque variantur, sicut est, quod alij ieiunant Sabbatho, alij non; alij vero quotidiè communicant Corpori, & Sanguini DOMINI, alij certis diebus accipiunt: vel aliquid aliud huiusmodi, anim- aduertere potest, quod totum hoc genus rerum, liberas habet obseruationes. Quod enim neque contra Fidem, neque contra bonos mores esse conuincitur, indifferenter est habendum. Hæc ibi.

Patet ergo, quod Doctoribus, posteris, imò & modernis concorditer cū antiquis loquentibus, & nō contrariè, de



Sacramentis Ecclesie, siue de aliis punctis fidei, est eis credendum: quia à prioribus, vel Apostolis, vel magnis Conciliis receperunt.

CAPVT III.

De presumptione hereticorum contra Doctores Ecclesie.

Sed sunt in duplici differentia homines moderni. Quidam, qui hoc solum volumus tenere, ex certa sua caute-la modum loquendi habentes, quicquid Sancti, vel quicumque alii de Sacramentis, vel aliis punctis fidei probauerunt, vel fundauerunt inuitabiliter ex scriptura. Alii autem sunt, qui solum ea, quae lex expresse ponit, & manifestat, volunt obseruare. Audiant huiusmodi Magnum Origenem homilia undecima in Exodum, de eo, quod Moyses audiuit consilium foci sui Ietro gentilis, sic dicentem. Etenim cum perspicio, quod Moyses Deo plenus, cui Deus facie ad faciem loquebatur, consilium accepit à Ietro sacerdote Mediani, admiratione nimia stuporem mentis incurro. Dicit enim Scriptura; Et audiuit Moyses vocem foci sui, & fecit quaecumque dixit ei. Non dixit, quia Deus mihi loquitur, & quid agere debeam, caelesti ad me sermone deferunt: & quomodo consilium accipiam ab homine, & ab homine gentili, alieno à populo Dei. Sed audiat vocem eius, & facit omnia, quae dicit: & non quis dicat, sed quid dicatur, auscultat. Vnde & nos, si forte aliquando aliquid inuenimus à Gentilibus sapienter dictum, non continuo cum aut horis nomine spernere debemus dicta: nec pro eo, quod legem à Domino datam tenemus conuenit nos tumere superbia, & spernere verba prudentium: sed sicut Apostolus dicit, Omnia probantes, quod bonum est tenentes. Quis autem bodie eorum, qui populus presunt. Non dico, si iam aliqua ei à Deo revelata sunt, sed si in legis scientia aliquid meriti habet consilium dignatum inferioris saltem sacerdotis accipere, nedum dixerim Laici, nedum dixerim Gentilis. Sed Moyses, qui erat homo mansuetus super omnes homines, accepit consilium inferioris, & formam humilitatis Principibus populorum daret, & futuri Sacramenti designaret imaginem. Sciebat enim futurum quodammodo, ut Gentiles bonum consilium proferrent apud Moysen, ut bonum, & spirituale intellectum afferent ad legem Dei. Haec ille per totum. Ecce magnum Origenem, qui dicit, illos tumere superbia, qui verba, & sententias prudentium abiciunt, ex hoc, quod legem diuinam habent; & dicit, à Gentilibus quidem sapienter dictum, quod non est spernendum. Ad idem est Hieronymus in prologo Biblicae, qui etiam multos in eorum commendationem enumerat, qui multa spacia, ob hoc, ut sapientiam sapientum audirent, perlustrabant. Et sic Iob VIII. dicit; Interroga generationem pristinam, & diligenter inuestiga Patrum memoriam, & ipsi docebunt. Loquentur tibi, de corde suo proferent eloquia. Vnde & aliis dico, quod verum est, hoc, quod quicquid nobis ostenditur, inuitabiliter, & de necessitate tenere debemus. Sed si aliqui caute loquendo, & assidue, ex hoc nolent tenere vel credere aliquid, donec eis per aliquem ostendatur, de necessitate, & inuitabiliter, & quis scit, quando aliquis occurret, qui hoc sciret facere, puta, ostendere eis de necessitate inuitabiliter, cum forte quod & timendum est in poenae peccati eorum, Deus auferret eis talem idoneum docentem, tamquam indignis: sicut hoc Dominus comminatur Isaie 3. quod vult auferre sapientem, & prudentem eloqui mystici. Quod si aliquis talis occurreret, qui vellet eos in quacumque materia tali fidei docere fideliter, & de necessitate inuitabiliter ostendere verisimiliter iudicarent ex eorum corrupta mente, & infecto ingenio, quod hoc eis non ostendatur de necessitate inuitabiliter: & quod talis ostensio non faciat eis fidem: ut saepe hoc contingit isto tempore; & de multis est hoc videre, cum optime probationi dicunt; Non valet ista probatio, & nihil probatur: & tales multa trahunt pro se, sed apparenter, ex scriptura, ad alium sensum, longe quam Spiritus San-

ctus praetendit: & sic apparenter ratiocinantur, sed false, & trahentes pro se scripturas pro sui erroris confirmatione; & idem fallaces, & eis apparenter persuasiones, putant efficaciores, probantibus aliorum: ostensiones ex scriptura de necessitate, & inuitabiliter factas contententes: quia iam corrupti, & abominabiles facti sunt in studijs suis. Tales etiam, qui nolunt credere in materia fidei, nisi quod fuerit per sanctos, vel alios inuitabiliter ostensum ex scriptura, implicat se negotijs secularibus, & vacare libris sanctorum originalibus, nec volunt, nec possunt: nec libros originales habent, ut viderent, qualiter puncta fidei in scriptura inuitabiliter de necessitate fundantur. Tutius ergo est, quod fideles se conforment in vita & moribus, & fidei unitate sancta, & vera, concordando cum tam multis, & antiquis sanctis, concorditer inter se (ut dixi) & cum suis antecessoribus, siue Apostolis in eodem sensu loquentibus; plus illis, quam nobis ipsis, rationibusque nostris, & persuasionibus credendo, ex presumptuosis nostris ingenijs procedentibus. Nam ut tangit Dionysius in auctoritate iam allegata, solum magnis sanctis, & perfectis reuelantur secreta mysteria in Sacramentis; clausa, & obnubilata, & ipsae mystice significationes signorum, quas non licet pro-palare imperfectis, & immundis. Hinc est, quod ex nostra nimia imperfectone, & immunditia vitae, praesumptuose volentes scrutari ea, supra quam conceditur, de facili à sanctorum dictis fidei poterimus de-tinere. Inde etiam est, quod multa puncta fidei arcana, quae fuerunt reuelata sanctis perfectis, nunc imperfectis, & immundis, quia sunt clausa, ideo ea deprauant, derident, & conculcant. De quibus 2. Petri 2. Hi vero velut irrationalia pecora, naturaliter in captiuitate, & in perniciem, in his, quae ignorant blasphemantes, in corruptione sua peribunt percipientes mercedem iustitiae.

CAPVT IV.

De Sacramento Baptismi, & antiquis eius Ceremonijs.

Iam autem istis sic tactis, ad primum Sacramentum, quod est Baptismus, accedamus, quod (ut dicit Hugo, imitator in hoc antiquorum) est primum inter omnia Sacramenta, in quibus salus consistere probatur. Est autem ipsum Sacramentum in lege Domini fundatum; quia Christus exemplo, verbo, & opere docuit in se credentes, & credituros baptizari debere. Exemplo docuit, quia venit à Nazareth Galilaeae, & baptizatus est ab Ioanne in Iordane, ut patet Matthaei 3. marci 1. Lucae 3. Ioannis 1. Verbo docuit, quando Nicodemo respondit, & dixit: Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu s. non potest introire in Regnum Dei. Item Matthaei vltimo, post resurrectionem suam dixit discipulis; Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti, docentes eos seruari, quaecumque mandauimus vobis. Item Act. 2. Petrus conuersis ad fidem ait; Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum: & accipietis donum Spiritus Sancti: & in pluribus capitulis eiusdem libri. Quia autem sola aqua, non est baptismus, sed elementum sine spiritu, vel sine spiritali virtute verbi Dei: Ideo quidam Sanctorum, ex Christi auctoritate Ioannis 3. posita, scilicet illa, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu etc. eliciunt istam descriptionem Baptismi, ut ipse Hugo de Sacramentis parte 6. lib. 2. c. 2. Baptismus est aqua, diluendis criminibus sanctificata per verbum Dei. Per verbum enim elementum sanctificatur, ut virtutem Sacramenti accipiat. Quod aut de isto Sacramente magnus ille discipulus Pauli sentiat, audiamus. Sic namque libro de Ecclesiastica hierarchia dicit. Est autem sancta, & diuina regeneratio Baptismi, quoddam principium operationis mandatorum, Dei formans & quasi figurans no-

strum

strum hominem interiore, ad susceptionem, & habitudinem aliarum sanctorum doctrinarum, & operationum, & sanctificationum, & studium, & contemplationem diuinorum. Sicut enim Beatus Hierotheus tradidit, qui erat nosler mentis ductor; Dilectio Dei, est principalis, & primus motus in diuina; Baptismus vero, qui in diuinum esse regenerat, principium, & fundamentum est ipsius dilectionis, per quam implentur mandata. Haec ille. Ex quo patet primo, quod motus dilectionis Dei, mouens ad omnia alia mandata Dei, & sic ad bene viuere, & bene operari, non potest in homine nouae legis haberi, nisi primum in Baptismo, esse diuinum luminis fidei habeatur: quod est principium, & fundamentum ad dilectionem veram, non fictam, Dei, & proximorum, & obseruantiam omnium aliorum mandatorum. Et patet, quod qui per Baptismum illud esse diuinum, primum regenerationis lumen fidei non habet, non potest alia posteriora habere. Quare sequitur, quod alia posteriora Sacramenta, non potest digne accipere ad salutem, sine isto primo. Vnde grauitur errabant, dantes diuinissimum Eucharistiam corporis, & sanguinis Domini pueris, non baptizantes eos, dicentes, Totum habetur in Eucharistia, & alia Sacramenta superflua affirmantes.

Deinde, qualis denotio gerebatur in Ecclesia primitiua, sic dicit Dionysius. Hierarchia vero baptizandum suscipit hilariter, exemplo Domini quem perditam super humeros ad gregem deportantis, & de ipsius conuersione mentaliter gratias agit Deo, & adoratur corporaliter, ut Deus in eo inchoet bonum principium, qui vocat eos, qui saluandi sunt. Deinde choram inuitat, ad cooperandum saluti eius, qui conuertitur, & ad solomiter gratias agendum Deo videlicet, cum aliquo cantico sacre scripturae publice decantandum. Haec ibi. Ex quo patet, quod in primitiua Ecclesia erant Episcopi diuini, humiles, Sancti, Dei Spiritu repleti, primi inter Sacerdotes, plus laborantes pro salute plebium fidei, soli baptizantes, qui feruide, & cordialiter orabant pro baptizandis, siue aliis conuertendis, i à ut baptizandi profectum reciperent magnum salutis. Ipsi olim excitabant vniuersam Ecclesiam ad orandum feruide pro baptizandis, vel ad poenitentiam conuertendis. Et patet, quam male faciunt, qui citò, leuiter, sine spiritu feruoris, & deuotionis sine causa rationali necessitatis, nec soli Sacerdotes, deuote orantes, nec astantes ipsi Baptismo ad deuotionem excitantes, ipsum Baptisma inuadunt. Heu Iordanis conuersus est retrorsum. Ipsi nempe sancti Ecclesiae primitiuae, & in deuotione exercenda circa Baptismum, & circa parrinos, ponderosius, se quam moderni nos habemus, habebant. Dicitur enim in commento Dionysij sic. Et iubet ei, videlicet hierarcha, & susceptorum suum à sacerdotibus describi, incipiens orationem, qua completa, ab vniuersa Ecclesia, exiit cum. Vbi datur intelligi, quod per Sacerdotes compater fidelis, & timens Deum, debet diligenter notari, & signari memoriae, ut postea in tempore debito vocetur, & moneatur ad explendum suum officium, & ad exequenda illa, ad quae se obligauit coram hierarcha.

CAPVT V.

De consecratione fontis Baptismalis.

Sed vt iam difficultates, quae nostris temporibus emergunt, videamus & primo illam circa ipsum Baptisma; An licitum sit, consecratam aquam pro baptizandis, in vase sensibili habere. Et pro isto dicit Dionysius libro de Ecclesiastica hierarchia sic: Et tunc aquam sanctis inuocationibus cum sanctificauerit, & tribus sanctissimi vnguenti ad modum crucis effusionibus, ipsam perfecit, & vnguenti sanctissimi emissionibus, aequali numero sanctam melodiam inspirationis, Deo acceptorum Prophetarum simul enumerauerit, praecepit virum aduocari. Haec ille. Vbi patet, quod in primitiua Ecclesia, aqua pro baptizandis sanctificabatur, cum infusione Christumatis, & signo Crucis. Pro eodem est Be-

tus Ambrosius, lib. 1. de Sacramentis loquens, de Naaman leproso dicit; Tunc ille iuit, mergi se in Iordane, & surrexit sanus. Quid enim significat? Vidisti aquam? sed non omnis aqua sanat, sed aqua, quae habet gratiam Christi. Et subdit ad propositum; Aliud est elementum, aliud est consecratio, aliud opus, aliud operatio. Aqua opus est, operatio Spiritus Sancti est. Non sanat aqua, nisi Spiritus Sanctus descenderit, & aquam illam consecrauerit, sicut legisti. Quid cum Dominus N. IESVS CHRISTVS, formam Baptismatis daret, venit ad Iordanem. Et ait illi Ioannes, Ego à te debeo baptizari; & tu venis ad me? Respondit illi Christus, siue modò sic oportet nos implere omnem iustitiam. Vides, quod omnis iustitia in Baptismo constituta est, & infra? Ergo vidit Ioannes & credidit. Descendit Christus, descendit & Spiritus Sanctus. Quare Christus prior descendit, & postea Spiritus Sanctus? cum forma Baptismatis, & vsus hoc habet, ut ante fons consecratur, & tunc descendat, qui baptizandus est? Nam vbi primum Sacerdos Exorcismum facit, secundo super creaturam aquae inuocationem, & postea precem dedit, ut sanctificetur fons, & ad sit presentia diuinitatis, vel Trinitatis aeternae. Christus autem ante descendit, secutus est Spiritus Sanctus. Qua ratione, vt non quasi ipse egerit Dominus istic sanctificationis mysterio videretur, sed sanctificaret ipse, sanctificaret & Spiritus Sanctus. Ergo descendit in aquam Christus, & Spiritus Sanctus sicut columba descendit. Patet quoque Deus è caelo locutus est. Ecce habes presentiam Trinitatis. Haec ille per totum. Ex cuius verbis liquido patet, quod tempore istius Sancti, forma Baptismatis, & vsus hoc habuit, vt primum fons consecratur, antequam baptizandus baptizetur. Item idem Ambrosius in tractatu de mysterijs cap. 4. dicit Aqua non mundat sine Spiritu. Ideoque legisti, quod tres testes in Baptismo vnum sunt, aqua, sanguis, & spiritus, quia si vnum horum detrahatur, non fiat Baptismatis Sacramentum. Quid est enim aqua sine cruce Christi. Elementum tantummodò sine vilo Sacramenti effectu. Nec iterum sine aqua regenerationis mysterium est. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu, non potest introire in Regnum Dei. Credidit autem & Catechumenus in cruce Domini Iesu, quia & ipse signatur, sed si non baptizatus fuerit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, remissionem non potest peccatorum accipere, nec spirituale gratia munus habere. Haec ille. In quibus verbis vult Ambrosius, quod ad Baptismum primo requiritur aqua, secundo mysterium regenerationis, tertio fides Sanctae Trinitatis: & expressam facit mentionem de signo Crucis, quo circa Baptisma utebantur. Ad idem est Augustinus homelia 10. super Numeri, vbi sic dicit; Cum autem ad aquam salutarem, atque Baptismi sanctificationem venitur, scire debemus, quod illic diabolus opprimitur, & homo dicatus Deo ab omni malo liberatur. Ecce & iste sanctus, de sanctificatione aquae Baptismi expressam facit mentionem. Inde etiam est, quod sancti loquuntur de vasis aquae pro Baptismo conseruandis: sicut ipse Beatus Hieronymus, qui loquens in homilia caenae Domini, de Iordane pedum, sic dicit, Quid per aquam, nisi Baptismum? Quid vero per peluam, nisi fontem eiusdem Baptismi figurabant? Ad idem est Concilium Illudense, & habetur de consecrat. dist. 4. Omnis presbyter, Omnis presbyter, qui fontem lapideum habere nequiverit, res conueniens solummodò ad Baptismi officium habeat, quod extra Ecclesiam non deportetur. Similiter ad corporale lauantium, & ad pallas propria habeantur, in quibus nihil aliud fiat. Et ad idem Concilium Vvormaticense. Ex quibus apparet manifeste, quod pro honestate Baptismi, non in quibuslibet vasis baptizabant praedecessores nostri, & magni, sicut faciunt moderni Sacerdotes. Et apparet, sicut late est deductum, quod in aqua consecrata Baptismus obseruabatur: quem admodum adhuc Ambrosius ad Neophitos loquens de Sacramentis, inter caetera dicit; Venit Sacerdos, precem dedit ad fontem, inuocat Patris nomen, presentiam Filij, & Spiritus s. vniuersis verbis

caelestibus

caelestibus. Cœlestia verba qua sume vt baptizandus in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti baptizetur. Si ergo ad hominum sermonem, ad inuocationem Sanctam, aderat presentia Trinitatis, quando magis ibi est, vbi sermo operatus est? Item Isidorus lib. 6. Ethymologiarum cap. 2. Baptismi sanctificatio ista est: Inuocato enim Deo, descendit Spiritus Sanctus de caelis, & medicatis aquis, sanctificat eas de seipso, & accipiunt vim purgationis. Ex quibus omnibus liquidò apparet, istos primæuos magno, de sanctificatione, & consecratione fontis ad Baptismum celebrandum loqui, & vasa specialia pro Baptismo in Ecclesia Dei obseruari. Nostri autem moderni Sacerdotes ignari legis Dei, & Scripturarum, plus heu præsumunt, quam intelligunt, sine omni timore Dei, id, quod placet, sine fundamento stabili Scripturæ attentantes.

CAPVT VI.

De Exorcismo, deque interrogationibus, & exsufflatione.

Restat iam insuper de Exorcismo videre. Vnde virtus vocabuli huius primò est connotanda. Dicit namque Ioannes Iamensis in Catholicon, quòd Exorcismus est increpatio, siue adiuratio aduersus Diabolum, vt recedat, Vnde Exorcista, id est, coniuurator, vel increpator. Inuocat enim super Carechumenos, & super eos, qui habent spiritum immundum, nomen Domini Iesu Christi, adiurans per eum, vt egrediatur ab eis. Est enim Exorcistarum vnus Ordo, de numero Septem Ordinum in Ecclesia. Exorcista enim, ex Græco coniuuratores, vel increpatores Dæmonis dicuntur, vt habetur 21. distinct. Inuocant enim super Carechumenū, qui habet spiritum immundum, nomen Domini Iesu, adiurantes per eum, vt egrediatur de corpore obfesso. Hinc etiam est, quòd ille Magnus Origenes, homil. 24. super Iosue, approbat officium Exorcistarum, qui dæmonia per inuocationes, & nomina Dei torquent, & cruciat, vbi sic, dicit. Si inimica virtus dæmonis, ex amaritudinis turba veniens obfideat alicuius corpus, perturbet, ac sopiat mentem: adhibeantur autem multe orationes, multa ieiunia, multa Exorcistarum inuocationes, & adhuc omnia surdus dæmon in obfesso corpore permaneat, & persistat, tolerabilis perseverans Exorcistarum pœnas, & adhibita sibi ex Dei nominis inuocatione tormenta, quàm discedere ab homine, quem impudenter obfedit, & nequit. Hæc ille. Ex cuius verbis patet, quòd coniuurationes fiebant, & quia hoc est exorcizare, id est coniuurare, vt patet supra ex vi vocabuli, & hoc ex Dei nominis inuocatione, vt dicit Origenes. Quare sequitur, quòd & hoc in præfenti Ecclesia, quando dicitur, adiuro te per Deum viuum, per Deum Sanctū &c. ab illis Sanctis primitiuis est deriuatum: quia sic dicendo, fit cõiuratio alicuius creaturæ, cum inuocatione nominis diuini. Ad idem est Augustinus de Symbolo lib. 1. Sicut nostris fratres charissimi, paruuli exsufflantur, & exorcizantur, vt pellatur ab eis diaboli potestas inimica, quæ possidet hominem. Idem lib. 1. de Beata vita. Exorcizare, est per diuinum immundum spiritum adiurando expellere. Idem de Ciuitate Dei lib. 10. cap. 22. Item exorcizatio patet per Thomam super 4. dist. 3. de Baptismo. Item patet per B. Ambrosium supra iam allegatum & habetur tractatu de Sacramentis, vbi dicitur; Nam vbi primum ingreditur Sacerdos, Exorcismum facit super creaturam aque. Ex quorum omnium testimoniis Exorcismus approbatur, qui non solum sonat coniuurationem, sed etiam ex vi vocabuli sonat increpationem. Propter quòd benè dicitur circa ipsum Exorcismum; Ergo maledicte diabole &c. Et si diceret aliquis, vbi hoc fundatur in lege, audi Isidorum lib. 6. Ethymologiarum cap. 20. Exorcismus Græcè, Latine coniuuratio, siue sermo increpationis est aduersus diabolum, vt discedat. & fundans se in Scripturâ dicit, sicut est illud Zacharie 3. Incepit in te Deus Sathan, hoc est Exorcismus increpare, & adiurare. Hæc ille. Quod si obiciatur, quia Angelus Michaël nō fuit ausus inferre maledictionem ipsi diabolo, sed dixit, Imperet tibi Dominus. Et Scriptura dicit Ecclesiast. 11. Qui maledicit diabolo, maledicit animæ suæ. Dicendum, quòd non est maledicendum diabolo per quempiam ex passione desiderit: sed maledicere diabolum, id est maledictum demonstrare, per inuocationem nominis Dei, pœnas diabolo inferre, vt ab ipsa recedat imagine Dei, non est contra Deum, & suam Scripturam, sed officium Exorcistarum.

ditionem ipsi diabolo, sed dixit, Imperet tibi Dominus. Et Scriptura dicit Ecclesiast. 11. Qui maledicit diabolo, maledicit animæ suæ. Dicendum, quòd non est maledicendum diabolo per quempiam ex passione desiderit: sed maledicere diabolum, id est maledictum demonstrare, per inuocationem nominis Dei, pœnas diabolo inferre, vt ab ipsa recedat imagine Dei, non est contra Deum, & suam Scripturam, sed officium Exorcistarum.

Sed iam ad alia, quæ circa ipsum Baptismum exercemus, accedamus, de ipsis interrogationibus, quas facimus dicentes, Credis in Deum Patrem omnipotentem? & de exsufflatione, quam facit in puerum Sacerdos, & de Crucis impositione. Quò ad primum, de interrogatione, quòd fiebat, & in Ecclesia primitiua. Scribit namque Dionysius libro de Ecclesiastica hierarchia & dicit, Hierarcha recitat, qualiter eum oportet conuersari in Deo, & secundum Deum. Hæc autem recitans, & interrogans, querit, an ita sit conuersaturus: Quo illud consistente, imponit manum capiti eius. Hæc ibi. Et hæc Inquisitio fundatur Act. 8. quia Philippus non prius baptizauit Eunuchum, nisi prius ab eo interrogasset, Credis in Iesum Christum? Et infra dicitur in Dionysio in alio cap. Sancta verò eius confessiones, quas facit Episcopo, signant, quòd totaliter consentit Deo, cum amore veritatis. De exsufflatione autem dicit Augustinus lib. 1. iam superiùs allegato de Symbolo: sicut nos fratres charissimi, paruuli exsufflantur, & exorcizantur.

CAPVT VII.

De signaculo Crucis, quòd heretici omitunt.

De ipsa autem Crucis impositione, dicit Beatus Ambrosius in sermone ad Neophitos; Crucem baptizandis in fronte ponimus, vt non erubescant confiteri crucifixum Christum Iesum, & vsque ad mortem pro eo decurrere. Item Augustinus super Ioannem humil. 109. quæ incipit, Et quæ gesta sunt circa Crucem Domini sic dicit, Postremo quid est, quòd omnes nouerunt signum Christi, nisi Crux Christi, quòd signum nisi adhibeatur, siue frontibus credentium, siue ipsi aqua, ex qua regenerantur, siue oleo, quo chrysmate unguuntur, siue sacrificio, quo aluntur, nihil eorum ritè perficitur. Hæc ille. Idem dicit Theophilus in continuata glossa Beati Thomæ ferè in forma. Item Chrysostomus super Matth. hom. 34. dicit. Nullus itaque verecundetur honesta nostra salutis Symbola, ad est signum, & capitulum honorum, per quòd viuimus, & per quòd sumus, sed vt coronam, ita circumferamus crucem Christi. Etenim omnia quæ secundum nos sunt, per ipsum perficiuntur: & si regenerari oporteat, Crux accedit: & si nati in mystico illo cibo, & si consecrari, & si quodcumque aliud facere, vbiq; symbolum victoria nobis adsistit. Propter hoc, & in domo, & in muris, & in ianuis, & in fronte, & in mente, cum multo id inscribimus studio, Salutis enim, quæ pro nobis est, & libertatis communis, & mansuetudinis Dominatoris nostri hoc est signum. Hæc ille. Item Beda super illo, Diuiserunt sibi vestimenta mea &c. Sic dicit. Postremo Crucis signum credentium frontibus adhibetur, eiusdem signo chryisma conficitur, quo idem perungitur: ipsa ex qua regenerantur, aqua sanctificatur, nec non corporis, & sanguinis Domini sacrificium, quo aluntur, consecratur, siue quo nempe nihil eorum ritè perficitur. Hæc Beda. Ad idem est Hugo super illo verbo Luca 19. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum &c. Sic dicit. Nullus verecundetur Crucem, circumferamus eam, vt coronam. Etenim omnia, quæ secundum nos sunt, per crucem perficiuntur, regeneratio, consecratio. Propter hoc in domo, & in muris, & in ianuis, & in frontibus, & in mente scribimus eam. Pro eodem & Richardus de officio missæ dicit, In virtute Sanctæ Crucis, & Sacramento altaris, magna est conuenientia, & magna efficacia, cum per vtramque excludantur contraria, & renouentur, & sanctificetur Ecclesia. & infra: Virtus Missæ Crux Christi est, quæ Sacramento altaris, & omnia Sacramenta Ecclesie consecrat, & sanctificat. Hæc ille. Item Linconiensis dicto suorum dicto-

rum CXIX. Non est benedictio nisi per Crucem, non est victoria, nisi per Crucem: Nihil fugat Angelum exterminatorem, nisi virtus Crucis. Hæc ille.

Ad hoc & ipse Dionysius lib. de Ecclesiastica hierarchia, cap. 2. part. 2. sic dicit: Cum hoc ipsum, id est, ter fuerit confessus, & orans hierarcha benedicit, & manu ipsam tenet, tunc penitus denudat eum ministri, portantes hierarchæ sanctæ Vnctionis Oleum, qui Oleo sancto unguere incipit trino Crucis sanctæ signaculo. Sacerdotes verd, complent vagantes Oleo totum corpus eius, & tunc ad Baptismum procedit, & præmissa benedictione super aquam, hierarcha cum Chrysmate tres Cruces facit in ipsa aqua, cum totidem decantationibus Alleluia Psalmorum, secundum varias Ecclesie consuetudines. Deinde recitata descriptione, tam viri, quam susceptoris sui, ipse vir à Sacerdotibus ad aquam ducitur, mergente eum in aqua hierarcha manu. hæc Commentum in Dionysium. Ecce quot magni, & notabiles sunt sancti antiqui, qui loquuntur notabiliter de signo Crucis circa Baptismum obseruando, quibus tutius est credere, quàm modernis præsumptuosis, & ignaris Sacerdotibus.

CAPVT VIII.

De Sale, & de Spato, quòd datur puero.

Post hæc videndum est de Sale, quòd puero datur, quid sentiant Doctores Sancti. Et primo Beda super lib. Regum, sal celestis sapientie, quò initiatur cathocumenus, in cunctis operum nostrorum sacrificijs offerre iubemur: scilicet mysticè: quia cessat vetus obseruatio legis ad litteram.

Item Rabanus, & ponitur de Consecrat. distinct. 4. Ex hinc iam dicuntur super eum orationes, vt fiat cathocumenus. Tunc datur baptizando sal benedictum in os, vt per sal typicum sapientie sale conditus, furore careat iniquitatis, ne à vermibus peccatorum vltra putrescat, sed magis illosus seruetur, ad maiorem gratiam percipiendam.

Item Isidorus: Sal imponimus post primam orationem, vt postquam fuerit instructus à Magistro Ecclesiastico, recognoscat, omnia sua condita esse debere vero sale sapientie, sicut Paulus scribit ad Colossenses. Sermo vester in gratia semper sit sale conditus, vt sciatis qualiter oporteat vos vnique respondere.

De spato, primum Ambrosius dicit sermone 3. in die Epiphania, mysticams, quid hoc significet, dicens: Tulus Lulum Sacerdos, & linuit te, quid significet, nisi vt peccatum tuum faceris, & conscientiam tuam recognosceres, penitentiam ageres. d. d. d. hoc est, forte humane generationis cognosceres. Et sequitur ad propositum: itaque & tibi Sacerdos imponit lutum, hoc est veracitiam, prudentiam, considerationem, propria fragilitatis, vt habetas.

Et idem Ambrosius lib. 1. cap. 1. de Sacramentis dicit: Quæ mysteria aperitionis celebrata sunt, quando Sacerdos, & aures tergit, & naves: quòd significat in Euangelio DOMINVS noster IESVS CHRISTVS, cum ei oblatum esset surdus, & mutus, & tergit aures eius, & os: Aures, quia surdus erat, & os, quia mutus, & ait: Effeta, quòd Hebraicum verbum est, & Latine dicitur, & aperire. Idem tibi namque Sacerdos aures tergit, vt aperiantur tibi aures tuæ, ad sermonem, & ad eloquium Sacerdotis, & infra: Idem propter gratiam muneris, & operis, non os tangit Episcopus, sed naves, vt bonum odorem accipias pietatis æternæ, vt dicas, CHRISTI bonus odor sitimus DEO, quem admodum dixit APOSTOLVS SANCTVS, & sit in te fides, deuotionisque plena fragrantia. hæc ille.

Pro eodem est Rabanus de institutione Clericorum. Postea tanguntur ei aures, & naves de salua, & dicitur ei verbum Euangelicum, quòd IESVS, quando surdum, & mutum sanauit, tangens eum spato linguam eius, & mittens digitos in auriculas eius, dixit, Effeta, quòd est adaperire. Hoc etiam Sacramentum hic agitur, vt per saluam typicam, & Sacerdotis tactum: Sapientia, & virtus diuina salutem eiusdem

Cathocumeni operetur, vt aperiantur ei naves, ad percipiendam odorem notitie Dei, vt aperiantur ei aures, ad percipiendum mandata Dei, vt aperiantur ei sensus in intimo corde ad respondendum hæc ille.

Item Isidorus: Tangimus corporis aures & naves, & dicitur ei, Effeta in odorem suauitatis, vt admoneantur, quamdiu spiritum huius vite trahunt, semper in his perseverent, quæ iam didicerunt, & adhuc discunt ab ore Catholicorum virorum. Et idem spato Presbyteri tangunt. Similiter dicitur de auribus. Quasi dicat Presbyter, Fidem, quam didicisti ab isto ore, & quæ per aures intrant, ad animam vadunt, & quamdiu spiritum vite huius naribus trahis, semper tenere memento, & dicere cum Apostolo, CHRISTI bonus odor sumus. Et iterum dicas auribus: Aures istæ, DEO imperante, semper aperte sint, ad intelligendum verba disciplina, vt dicere possint, in auditu auri obediunt tibi. hæc Isidorus. Adhuc est pro eodem, & Beda super MARCVM & IOANNEM. Ecce quot testimonia pro isto ritu antiquorum, & magnorum Sanctorum.

CAPVT IX.

De Chrysmatis, & Olei vnctione.

Ad ampliora manum extendens, adducam iam Scripturam magnorum, de Olei consecrati, atque Chrysmatis vnctione. Et primò ipsum DIONYSIVM videamus, vbi de Ecclesiastica hierarchia sic continetur. Tunc pentas denudant, eum ministri, portantes hierarchæ sanctæ Vnctionis Oleum, qui cum Oleo sancto unguere incipit. Et infra in sequenti Commentario continetur: Stante hierarcha super baptizandum, Sacerdotibus nomen eius recitantibus, Episcopus ter mergit eum in aquam, & ter eleuans baptizat eum, cum nominatione SANCTISSIMÆ TRINITATIS, quem Sacerdos mox assignant superioris suo, & ipsi cum ipso susceptore, baptizatum veste congrua sibi indutum reducant ad hierarchiam, quem Chrysmate signant, concedit ei Eucharistiam. Ex quibus patet, quòd in primitiua Ecclesia, baptizandus ungebatur Oleo ante baptismum, & Chrysmate post baptismum, sicut DIONYSIVS docet. Et hoc obseruauerunt antiquissimi Sancti, & hoc obseruatur tota Ecclesia, tam Græca, quam Romana.

Item DIONYSIVS in fine capituli de Baptismo: Chrysmatis vero vnctio, in qua est perfectionis significatio, benè facit redolere baptizatum ante DEVM per gratiam, & ante homines per vitam bonam. Saultus enim Baptismus, quò regeneratur homo ad DEVM, & in DEO, vniit baptizatum SPIRITV SANCTO, vel Spiritui Ecclesie. Facit autem ipsum intellectualiter benè fragrare, per gratiam superuenientem ineffabiliter, quam cognoscit intellectualiter hæc ibi.

Concorditer datur intelligi, quòd hæc obseruantia ritus circa baptismum, emanauit ab Apostolis, & quòd hæc vbiq; per Ecclesias Christianorum debent obseruari inconcussè, & firmiter sine laxatione: & sicut hic tangit Dionysius, non solum hierarcha Episcopus, sed etiam alii Sacerdotes adierant circa Baptismum, occupantes se cum baptizando, pro eo deuotè orando, & EPISCOPVM iuuando, & curam atque zelum pro baptizando gerendo. Sic & nunc, dum possent commodè adesse plures Sacerdotes, & iuuare principalem baptizantem cum orationibus, & aliis administrationibus, vt populus affans deuotior, & feruentior efficiatur in orando, pro baptizando, deberent facere in finem SPIRITVS SANCTI. Sed heu, ferè omnia, quæ aguntur nunc circa baptismum, curiorè & euasiorè sine deuotione, ex consuetudine



C A P V T X.

De albâ veste, qua datur baptizato.

magis, quam ex infigatione SPIRITVS SANCTI operantis. Ideo tunc, omnia nostra circa baptismum sine Spiritu DEI, & feruore eius, ne sint abominabilia quoad meritum nobis vitæ æternæ: licet electos suos SPIRITVS SANCTVS non omitat; quin agit in eis per Sacramenta id, quod est salutis.

Ad hoc est pro eodem & Rabanus de institutione Clericorum, & ponitur de Consecrat. distinct. 4. Deinde à Sacerdote inungitur, vt sacrum Baptisma cum Fide accepta custodiatur. Vngitur tunc illius pectus cum Oleo sanctificato, cum inuocatione SANCTE TRINITATIS, vt nulla reliquia latentis inimici in eo resideat, sed in fide SANCTE TRINITATIS, mens eius confortetur. hæc ille. Pro eodem est Beda super Ioanem, super illo textu, Diuiserunt sibi vestimenta mea, &c.

Item Damascenus lib. quarto de Sanctis, & in conuincationis Dei mysterijs cap. octagesimo sexto sic dicit: Et quemadmodum in baptizato, quia consuetudo est hominibus & aqua lauare, & Oleo ungi, coniungitur Oleo, & aqua SPIRITVS SANCTI gratiam, & fecit id lauacrum regenerationis. & infra: Postremò Crucis signum credentium frontibus adhibetur: eiusdem virtute Chrisma consicitur, quo idem perungitur.

Item Isidorus: Postea tangimus Oleo sancto scapulas, & pectus, &c. Per Oleum namque Dei misericordiam nominis signari, per scapulas autem designari fortia opera hominum. & per pectus, vbi quodammodo consistit cogitationum cubiculum, cogitationes bonas volumus designari. Oleo sancto perunguntur, id est misericordia; vt sciant semper deprecari misericordiam DEI, vt dirigat eorum corda, & opera, in charitate DEI, & patritia CHRISTI. & recognoscant, se bonum non aliter posse operari, neque velle, nisi misericordia DEI. Pectus autem inungitur, vt virtus SPIRITVS SANCTI baptizatum dirigat, & in corde eius per cogitationes bonas requiescat. Dorsum autem, in quo fortitudo consistit, inungimus, vt fortis sit aduersa, & prospera sustinere pariendo, & cum Apostolo dicamus: A dextris, & a sinistris, secunda. Corinth. cap. 6. hæc ille.

Patet ergo, quam male faciunt, qui ex incurabilitate, & contemptu, aut sui spiritus elatione & presumptione, ipsam sacri Olei, & Chrismatis in baptizato omittunt vntionem. Immo ad hoc ita adiungit præfatus Isidorus hæc verba: Post hoc salutare lauacrum, tangitur caput baptizati sacro Chrismate, quemadmodum Reges, & Sacerdotes vinctos nominis in veteri Testamento, vt intelligat baptizatus, Regale, ac Sacerdotale ministerium se accepisse, qui illius corpori adiutus est, qui Summus Rex, & Sacerdos verus est, à quo Regnum perpetuum sperare debet, se recepturum: qui & hostias immaculate vitæ, & sancta conuersationis debet offerre. hæc ille.

Item lib. 3. Recognitionum Beati Clementis, sic dicitur: Baptizabitur autem vnusquisque vestrum in aquis perenniibus, nomine æterni beatitudinis invocato super se, perunctus primo Oleo per orationem sanctificato, vt ita denuo per hæc consecratus, possit percipere de Sanctis, hoc est Eucharistia Sacramentis, hæc ibi. Item Richardus in Chronico. Anno Domini 84. temporibus Domitiani, Clemens Cleto in Episcopatum successit, secundus per electionem, quartus per gradum, qui statim Canonem ante fractionem Eucharistia, & Episcopos electione Cleri, & consensu plebis constituit, & baptizatos perungi in fronte à ministris altaris. Ecce, quam multa, & lata, de hac materia Vntionis reperiantur.

Adhuc & illud videamus, quod baptizato alba vestis imponitur, vt dicit Isidorus, vbi supra: Postea alba lineo praecingitur: & hoc de veteri Testamento sumptum est. Sic enim scriptum est in Exod. cap. 28. Filios quoque eius, scilicet Aaron applicabis, & indues tunicis lineis, cingisque baltheo Aaron, & filios, & impones eis mitras. Iam percepta gratia sacri Baptismatis, non reconfidat in verbis suis, sed semper deprecetur, vt protectus sit à Deo, & caelesti auxilio. Protectionem Domini præclarè volumus intelligere per linteam, quo caput regitur. Albis enim induitur vestimentis, vt sciat inuictatum corpus possidere, & claritate SPIRITVS SANCTI illustratum cor, se habere: sive vt recognoscat, se in iustitiam, & nuptialem vestem habere. Per vestimenta enim opera iustitiae intelliguntur. hæc ille.

Ad idem est Dionysius Magnus in lib. de Ecclesiastica hierarchia, vbi sic dicit: Trina immersio in aqua, cum eisdem eleuationibus, significat in sancto Baptizato initiationem mortis Domini, cuius triduaana fuit sepultura, in quo diabolus nullam inuenit culpam, iuxta illud, venit princeps mundi huius. Vestis autem splendide induitur, qua circumponitur ei, qui baptizatur, significat, quod sic virilis, id est virtuosus, & deiformis factus, de cætero non subiacet passibilitati vitiorum, & quod in fortitudine spiritus consentit vniuersis viuere, vt sicut eius vestis tota est candida, ita eius vita sit splendida. hæc ibi. Vbi apparet, quam remotè lapsus est populus Christianus à statu debito vitæ Christianæ, & primitiuae Ecclesiæ, & quam remotè recessit ab Euangelio cum suis Sacerdotibus: quia perdidit vitam sanctam, & splendendam per peccata, quam acquirerat in Baptismo. Patet etiam secundo, quod Christianus baptizatur, iuxta illa, quæ in Baptismo geruntur, debet imitari mortem CHRISTI, vt paratus sit pro eo mori, & quod ideo in Baptismo, nec in morte princeps huius mundi veniens, aliquid sui inueniat.

Ad hoc pro illa veste est, & Beatus Ambrosius libro de mysterijs, & ponitur de Consecrat. distinct. quarta: Accipisti post Baptismum vestimenta candida, vt esset indicium, quod exueris voluptatem peccatorum, & indueris innocentiæ casta velamina. hæc ille.

Item Rabanus de institutione Clericorum, & ponitur de Consecrat. distinct. quarta: Post baptismum traditur Christianis vestis candida, quæ significat innocentiam, & puritatem Christianorum: quam, post ablutas veteres maculas, studio sanctæ conuersationis immaculatam seruare debet, ad representandum ante tribunal CHRISTI. Cuncti vero renati, albis induuntur vestibus, & ad mysterium regenerationis ECCLESIAE vniuntur baptizati albis vestibus, vt quorum prima natiuitatis faciem, verus erroris pannus suffocauerat, habitus sanctæ Regenerationis gloria præferat indumentum. Tegit enim post sacram Vntionem caput eius mystico velamine, vt intelligat, se diademate Regni, & Sacerdotali dignitate potiri. hæc ille. Ex quibus patet, quam præsumptuose faciât Sacerdotes moderni, qui sine omni fundamento rationali, tot Sanctorum dictis, suis factis contradicunt.

Est autem hic videndum, & diligenter pensandum, quomodo baptizati Christiani obligantur ad virtutes excellentes, & continuam mortificationem peccatorum. Vnde DIONYSIVS sic dicit: Clarum est peritis Doctoribus, quod conuincit fortibus eleuationibus animæ in DEO, & perfectis mortificationibus vitiorum, ac carnalitati consumptionibus, firmatur inuariabiliter deiformis animus, ad inuisibilia contemplanda. Non enim sufficit, totaliter recedere à prauo affectu & actu, nisi viriliter, & inflexibiliter homo laboret, ne postquam factus fuerit liber à malitia, fiat iterum eius seruus. Neque debemus imponere finem amoris virtutis qui sanctus est: sed atrentè, & continuè secundum nostram possibilitatem excedi debemus, vt eleuemur ad diuinam perfectissimam, contemplantando purè, semper circa illa negociando. hæc ille. Ex

quo pa-

quo patet, cum quantâ diligentia debet baptizatus mortificare in se vitia, & ab eis recedere, & in ea numquam reciduiare, vt perseueret in finem, & saluus fiat. Quod iam heu in his periculosis temporibus, nullus ferè baptizatum obseruat, vel raro quis, & si vix ex mille. Melius enim foret, vt minus malum, non baptizari, quam post baptismum promissa vota in baptismo non explere, & post malum Christianum esse gentiliter viuendo, & sine dignis fructibus penitentia finaliter profundius damnari, quam Gentilis, vel Iudeus. Et huius concausa sunt Sacerdotes, quia non induunt zelum, ad docendum, & promouendum verbo, & exemplo, tam sanctam vitam Christianorum seruandam, ad quam in baptismo se obligant. Ideo vix nobis Sacerdotibus, quam distictam rationem reddemus, pro tam multis negligētis multarum animarum commissarum, & neglectarum. Exemplo enim ex negligentia Sacerdotum, parentes carnales, & compadres negligunt dare operam debitam, vt baptizatus viuat iacetum quod debet viuere, secundum abundantem iustitiam Christianorum, ad quam obligauerat: in baptismo; & ex his baptizatus negligit se solus in sua vita bona, non admonitus, neque postea doctus per Sacerdotes, vel parentes, vel compadres, in tantum, vt omnino nesciat, vel paruipendat, quæ sint illa, tam magna, & tam ardua, ad quæ quilibet baptizatus obligatur. Quæ tanta cæcitas humana, ista requisita ad salutem sub pena æternæ damnationis, non cognoscere, nec curare, tam Sacerdotes, quam compadres, quam parentes, quam baptizatum? Ideo superabundauit iniquitas. O quis nostrum de ijs tam condignam penitentiam ager. Magna certè misericordia Domini, quod non sumus consumpti: Vnde ad propositum Dionysij subdit, Percipere debet qui baptizatur, quomodo ea, quæ sunt circa ipsum, sunt manifeste imaginis Vntionis, quæ conuenit pugili: Nam hierarchia, in perficiendo baptizato, inchoat sacri christianitatis vntionem: astantes vero Sacerdotes, sive presbyteri inchoatam vntionem complent, quasi evocantes eum ad spirituale prælium, qui accipit sancta vntionis oleum. In victoria autem istorum certaminum, fit homo Christo conformis. Nam Deus primo certamina erigunt, sicut potentissimus, & de certaminibus legem posuit, sicut sapientissimus, & certaminibus cum victoria præmissis condigna præmia, sicut optimus, vel pulcherrimus, & adhuc, quod dulcius est, vel suauis, cum ipse est presens in certaminibus; iuxta illud Psalmi, cum ipse sum in tribulatione, eripiam eum; pro ipso pugnant, & luctant, contra vitia & demones, qui principes sunt mortis, & corruptionis, vt hic qui pugil est certaminibus diuinis expositus, per victoriam ex Dei gratia acquisitam, sit hilarius & iocundus. Hæc ibi: Ex quibus patet, quod baptizati inuncti, debent esse tam quæ pugiles, & milites viriles, conuergentes ad ardua bella Domini, contra totam cateruam inuisibilem, & astutissimam demonum, contra totum mundum in maligno positum, contra carnem propriam, & fomitem eius, fortissime debent agonizare. & nisi quis legitime sic certauerit, non coronabitur. Quis, rogo, poterit docere illud I. Timoth. 4. Bonum certamen certasti, cursum consummasti, fidem seruasti. In reliquo reposita est tibi corona iustitiæ, quam reddidit tibi Dominus in die illa iustis iudex. Non solum autem mihi, sed & tibi, qui diligunt aduentum eius. Heu mihi pauperculo, & misero peccatori, qui hæc magna, ad quæ baptismus obligat, vt Christianus verus numquam seruauit; quanto magis nec vt Sacerdos effectualiter omnia fideliter seruauit; ex quo omnes iustitiæ meæ sunt tamquam pannus menstruatus. Non ergo Dominus intras in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens; sed miserere mei, & propitius esto mihi peccatori, secundum magnam misericordiam tuam, & non solum mihi, sed & omnibus negligentibus Sacerdotibus, qui neglexerunt docere populum ista magna, ardua, & necessaria ad salutem; vt hic adhuc coguoscetes nostras negligentias, & propriam nostram

malam vitam, verè dignos fructus penitentiaë agamus; quia timendum est, quod nisi penitentiam egerimus omnes simul peribimus.

Amplius de Baptismo conformiter ad propositum habetur longe, & late, in Decretis de Cons. dist. 4. per multas auctoritates Sanctorum. Et Thom. de Aquino, ad Scotus super 4. multas quæstiones mouent circa Baptismum, introducentes multas difficultates more suo Scholastico, cum multis argumentis, quæ simplicibus Sacerdotibus inducerent tedium, & forte perplexitatem in illa materia. Ideo illa hic adducere omitto, quia essent diffusum, & Sacerdotes simplices non ita essent capaces illorum. Sed qui volunt amplius in ista materia videre, currant ad loca præallegata, & ad alios Doctores Scholasticos super 4. multas alias difficultates mouentes, & pensent, & inuenit se, quantum possunt contra errores, cum auxilio diuino. Quod si aliquid talium geritur circa Baptismum, quod expresse in scriptura non ponitur, & nos fundare nescimus de necessitate inquirabili in lege Domini, non mox illud contempnamus, abijciamus, & derideamus; sed dum non obstant fidei, & moribus sanctis, potius de eisdem sentiamus; quia maxima eorum, quæ scimus, sunt minima eorum, quæ ignoramus. Dicit nempe Augustinus lib. 10. super Genes. 3. Consuetudo matris Ecclesiæ in baptizandis paruulis, neque spernenda est, neque vilo modo superflua reputanda, nec omnino credenda, nisi Apostolica esset traditio. Hæc ille. Etiam, & bona consuetudo est illa, quod baptizandus non statim in Ecclesiam inducitur, sed ante fores Ecclesiæ statuitur, & ibi pro eo preces ad Deum prius à Sacerdote; & ceteris astantibus sunt fundendæ. & hoc apparet, quod & temporibus Dionysij seruabatur. Nam sic mystificando illud dicit: Quod autem statuitur ad Occidentem, & manus contra illam regionem obstruam dicitur expandere, significat exprobrationem omnis malitiæ, quia ad Aquilonem panditur omne malum; & quia totaliter exiit omnem veterem hominem. Isidorus autem sic mystificat, Puer imprimis ante fores Ecclesiæ statuitur, in signum humilitatis, propter peccatum originale, demum suffusus orationibus Ecclesiæ, postquam perficitur exorcismi & exsufflationes, & renunciationes, Ecclesiæ confidenter ingreditur. Hæc ille nec induco hic Dionysium, quod Dionysij ritum vellem accipere, & non nostrum abijcere, aut contempnere; quia Dionysius Græcus fuit, cuius ritum puto quidam obseruant Græcorum, quem ritum non reprobo. Nec (sicut dixi) nostrum abijcio, dummodo deuote obseruaretur, quia vna quæque patria in suo sensu abundat, inquit Augustinus. & ideo vario varia patriæ vtuntur ritibus, & bene, dummodo solum fidei, & bonis non obuiant moribus; sed adduco Dionysium pro aliqui nostra speciali informatione, & correctione, de quanto ad hoc nobis deseruit; & vt videatur, quæ multum nostri ritus circa Baptismum concordat cum Dionysio. Et tantum dictum sit de Baptismo.

C A P V T XI.

De Sacramento Confirmationis, & Sanctificationis Chrismatum.

Post hæc videndum est de secundo Sacramento, scilicet de Sacramento Confirmationis; & primo fundamentum in lege illius Confirmationis. De hoc Armatanus lib. nono, cap. duodecimo dicit; quod institutio Sacramenti Confirmationis est ex Scriptura Sacra. Legitur Marci cap. 10. sic offerebant ei paruulos, vt tangeret eos; Discipuli autem comminabantur offerentibus. Quod cum videret Iesus, indignatus est, & ait illis; sinite paruulos venire ad me, & ne prohibueritis eos, talium enim est regnum Dei. Amen dico vobis, quisquis non recipit regnum Dei velut paruulus, non intrabit in illud. Et complexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos. Matthæus autem cap. decimo nono historiam hanc sic narrat; Tunc oblatis sunt

ei parvuli, vt manus imponeret eis, & oreret. Discipuli vero increpabant eos. IESVS vero ait eis, Sinite parvulos venire ad me, & nolite prohibere eos; talium est enim Regnum Cælorum. Et cum imposuisset eis manus, abiit inde. Ecce hic habes institutionem ipsius Sacramenti, scilicet Confirmationis, siue manus impositionis, aut saltem declarationem siue institutionis. Hæcille. Et subdidit; Item Actus Apostolorum satis ostendunt, hoc Sacramentum fuisse institutum à CHRISTO, ex quo ipsi Apostoli, conuersis ad Fidem, baptizatis manus imponebant, vt acciperent Spiritum Sanctum. Sic enim legitur Actor. cap. octauo: Cum audissent Apostoli, qui erant Hierosolymis, quare recepit Samaria Verbum DEI, miserunt ad eos Petrum, & Ioannem. Qui cum venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent Spiritum Sanctum. Nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine DOMINI IESU. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum Sanctum. Item Actor. cap. decimonono: His auditis, baptizati sunt in nomine DOMINI IESU. Et cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus Sanctus super eos, & loquebantur linguis, & prophetauerunt. Nullus enim potest ambigere, quin Apostoli istud Sacramentum ex Magistri sui institutione didicerunt, ex quo post ipsius ascensionem illud exerceuerunt, erga conuersos ad Fidem. Hæc per totum Armacanus, Ex cuius verbis patet, quod hoc Sacramentum à CHRISTO processit, & quod Apostoli post CHRISTI ascensionem illud exerceuerunt, & ex Magistri sui institutione illud didicerunt. Ad idem est Hugo de Sacramentis, qui sic dicit: *Christi vnctionem, iam ab antiquo in Veteri Testamento institutam legimus: quia tunc quidem Reges solum & Sacerdotes Chrysmate liniebantur, cum vnguebantur: quorum vnctione singularis ille vnctus presignabatur, qui præ cunctis participibus suis vnctus est, vt cum illo participarent in nomine, qui participes illius mererentur esse in vnctione. A Chrysmate enim CHRISTVS dicitur, à CHRISTO Christianus nominatur. Propterea, ex quo omnes nomen communicare ceperunt, omnes vnctionem accipere debuerunt; quia omnes in CHRISTO genus electum sumus, Regale Sacerdotium. Chrysm, ex oleo, & balsamo conficitur: quia per oleum insusio gratia, per balsamum odor, bona fama, manus impositio, qua visitato nomine, Confirmatio vocatur, quæ Christianus vnctione Chrysmatis, per impositionem manus in fronte signatur. Quia sicut in Baptismo remissio peccatorum recipitur; ita per impositionem manus Spiritus Sanctus datur. Illic gratia attribuitur ad remissionem peccatorum, hic gratia datur ad Confirmationem. Quid autem prodesset, si à lapsu egeris, nisi ad stantem confirmaris? Propterea timendum est his, qui per negligentiam omittunt Episcopi presentiam, & non suscipiunt manus impositionem: ne forte propterea damnentur, quia festinanter eum debuerunt adducere, cum potuerunt. Propter eos enim, qui articulo temporis praueniuntur instituta est illa constitutio, qua Sacerdos baptizatum statim in vertice linat. Sacra Chrysmatis vnctione, vt in hoc ipso ostendatur, quantum Sacramentum illud ad salutem necessarium sit. Ideo à cunctis sollicitè caueatur, ne forte sine ipso ab hac vita subtrahantur. Hæcille. Ex quo patet, quod CHRISTVS est origo, & fons omnis spiritualis Chrysmatis, & vnctionis. Ideo CHRISTVS dicitur à Chrysmate. Quare vos, qui estis filii DEI, nolite credere omni spiritui, sed probate spiritus, qui ex Deo sunt. Quoniam multi pseudo exierunt in mundum, & omnis Spiritus, qui soluit CHRISTVM IESVM, siue in verâ fide eius, vt charitate, siue in membris, siue in vinculo charitatis, siue aliis modis, hic omnis spiritus non est ex Deo, & hic est Antichristus.*

Sed adhuc perpendamus, quid dicit Glossa super Ecclesiastica hierarchia ipsius Dionysii, super cap. 4. tractans de Chrysmate in hunc modum: In hoc vnguento, inquit, multa signantur. Nam multarum aromaticarum specierum ibi sit congregatio; per quod significatur bene redolentium virtutum suavissima exhalatio, quam habet ille, in quo est vera

perfectio, qui omnibus factus est bonus odor CHRISTI. Vel per sanctissimum Chrysm, quod est redolentissimum significatur ipse CHRISTVS, in quo est omnis delectationis vnctio, & omnium spiritualium fragrantia specierum, quibus nostra mens fit redolentissima, & pinguis, & omnium copia spiritualium consolationum abundantissima. Non solum autem Sanctum bene redolens Chrysm, in anima iusti operatur dignissimam fragrantiam, sed & exterius apud homines suauissimam famam. Iuxta illud Ecclesiast. cap. quadragesimonono: Memoria Iosæ in compositione odoris facta opus pinguetarii: In omni ore, quasi mel memoria eius indalcorabitur. Hæcibi. Et patet fructus huius Sacramenti olim in capacibus in Ecclesia primitiua; qui nunc deficit ad nouissima tempora in populo Christiano. Et ibidem dicit Dionysius: Quod post Eucharistia Sacramentum immediate coordinatur, quod à nostris diuinis Dicitur, id est, Doctoribus Apostolis, vnguenti perfectio dicitur. Et quod ab isto Sacramentis, scilicet Chrysmate, eodem modo excluduntur imperfecti, sicut in consecratione Eucharistia, antecedente thurificatione Episcopi, & Psalmorum decantatione, & diuina Scriptura lectione. Deinde Episcopus supponit altari vnguentum consecrandum, circumuelatum duodecim alis, concinentibus fidelibus Sanctus, Sanctus, Sanctus, & Alleluia. Et per orationis completionem, confecto Chrysmate, Episcopus ipso vritur fere ad omnem hierarchicam operationem. Hæcibi. Vbi patet, quod hoc Sacramentum dabatur in primitiua Ecclesia, post diuinam Eucharistiam. Et ideo competenter Dionysius prius tractat cap. tertio. de Eucharistia diuinissima; & post cap. 4. de Chrysmatis vnctione. Et adhuc plus subditur de hac materia in Dionysio. Perfecti Chrysmatis perfectam mysticam actionem instrunt, ad perfectam sanctificationem. Arbitramur enim, quod circumuelatio Chrysmatis significat, quod Sancti Viri spirituales suas virtutes, & gratias, que non apparent foris, optunde celant, propter fugam vane glorie, quod est Deo beneplacitum. Iuxta quiddam occulti, & super mentem bene olentes decores diuini, siue celestes pulchritudines solis Sanctis manifestantur, qui seipsum secundum suam possibilitatem conformare desiderant. Hæcibi. Ex quibus patet, quod olim fideles crescentes in virum perfectum, sicut in Baptismo, & sumptione digna diuinissima Eucharistia Corporis, & Sanguinis Domini; sic & in Chrysmatis vnctione multas recipiebant gratias, illuminationes diuinas, & ignitas successiones, consolationes, deuotiones feruentissimas, & confortationes in aduersis, ad perseverandum in bona vita vsque in finem. Nunc vero, heu, Christiani, & Sacerdotes non recipiunt talem efficaciam à Sacramentis, quia nec eis talem reuerentiam impendunt, sed contemnunt ea, derident, blasphemant, & erroneant. Ideo non mirum, si propter hæc, & malam vitam eorum, gratias, & virtutes illas non consequuntur ex ipsis Sacramentis. Alia plura de dictis Dionysii, hic inferre causa breuitatis, omitto: sed videntes plura videre in hac materia, ad originalem eius librum Ecclesiastica hierarchia, pro maiori confirmatione, & approbatione recurrant. Sed adhuc adduco ipsum Armacanum, lib. 9. de questionibus Armenorum, qui sic loquitur cap. vigesimo secundo. Confirmatio ita est necessaria, quod si haberi possit, habeatur. Ideo in adultis eius acceptio habet vigorem præcepti, vt mihi videtur. Cur enim Petrus, & Ioannes missi fuissent statim, audito, quod recepit Samaria Verbum DEI pro isto Sacramento persciendo, in Samaritanis baptizatis, si non fuit sic necessarium ad salutem? Numquam ipsi sua auctoritate presumpserunt illud facere, si non habuissent præceptum à Domino. Certè non est verisimile. Item hæc impositio manus, non solum facta est Samaritanis à Petro, & Ioanne, sicut legitur Actor. cap. 8. Sed appareret, factam esse omnibus generaliter baptizatis, sicut legitur Actor. cap. 19. Paulus, quos iussit baptizari, manus eis imposuit. Ex quo ergo CHRISTVS illud Sacramentum tanto zelo perfecit, amplectendo parvulos; & Apostoli etiam illud tantâ diligentia obseruabant: quis audeat dicere, quod non sit necessarium ad salutem? Item negari non potest iuxta præ-

missa, quando Spiritus Sanctus tunc datur anima, non solum ad opus extrinsecum, sed ad robur intrinsecum. Et hoc non solum cunctis, volenti accipere, sed etiam omnibus baptizatis, antequam iudicium rationis accipiant. Vnde tantum donum continentis, aut non curans, cum possit illud accipere, merito siue salutis neglector, & benevolentia diuina contemptor arguitur. Vnde in Chronicis legitur, quod Clemens Beati PETRI discipulus, & Successor, statuit, vt baptizatus quantum citius poterit, confirmetur: quia aliter non esset perfectus Christianus, qui Confirmationem non necessitate, sed incurialiter, & voluntarie omiseret. Quod idem patet ex institutione, quæ præcedit, quod eius necessitati possit ad non intelligentibus, & male intelligentibus contradi, cum eam necessariam satis Scriptura exprimat. Et idem odotus à PETRO, vt asumo, de necessitate ipsius, eam statuit obseruandam. Hæc ille per totum.

Quid autem significet ipsum Chrysm, dicit Dionysius lib. de Ecclesiastica Hierarchia: Reuelatio, siue discooperitio Chrysmatis, significat diuinam pulchritudinem, facientem à seipso resplendere, puram claritatem, & implentem nos puro, & simplici odore. Nam sensibilis operatio Chrysmatis, non absconditur his, qui iuxta vel circa hierarchiam sunt, sed per eos tractatur familiariter, & ab ipsis videtur, & velatur, & à multitudine separatur. Hæcibi. O quam magna latent in istis diuinissimis Sacramentis, quæ olim in primitiua Ecclesia reuelabantur, & nobis propter nostram indignitatem vitæ clauduntur. Vnde subdit infra post modicum DIONYSIVS: ipsa Baptismatis perfectio, vel confectio, que à nobis laudata est, specialiter pertinet ad perfectionem hierarchici ordinis, & perfectionis, & virtutis. Vnde nostri diuini duces, id est, APOSTOLI, hoc Sacramentum tanquam Eucharistia coordinatum, & idem efficiens eisdem imaginibus, in multis, & mysticis ornaturis, & decantationibus ornauerunt. Item CLEMENS ad IVLIVM, & IVLIANVM, epist. 4. sic dicit, & habetur prima parte libri Conciliorum: Omnibus ergo festinandum est, sine morâ renasci DEO, & demum consurgere ad Episcopum, id est, Septiformem gratiam SPIRITVS SANCTI percipere: quia incertus est vniuersi que vita exitus. Cum autem regeneratus fuerit per aquam, & postmodum Septiformi Spiritus gratia, ab Episcopo (vt memoratum est) confirmatus, quia aliter esse nequaquam perfectus Christianus poterit, nec sedem habere inter perfectos, si non necessitate, sed incuria, aut voluntate remanserit, vt à Beato PETRO accepimus, & ceteri APOSTOLI præcipiente DOMINO docuerunt. Hæcibi.

Ecce quomodo Sancti APOSTOLI tractauerunt ista Sacramenta cum magna reuerentia; & quantas efficacias senserunt, & docuerunt in ipsis à dignis suscipiendis, quæ ab indignis excluduntur: Sicut à nobis nouissimis, heu, sunt exclusæ. Hinc etiam scribit MELCHIADES PAPA, & ponitur de Consecratione, distinct. quinta: SPIRITVS SANCTVS, qui super aquas Baptismi salutifero descendit lapsu, in fonte, plenitudinem tribuit ad innocentiam in Confirmatione augmentum, præstat ad gratiam. Et quia in hoc mundo totâ acate vitæ, inter inuisibiles hostes, & pericula gradendum est, in Baptismo, regeneramur ad vitam; post Baptismum, confirmamur ad pugnam. In Baptismo abluimur tantum, post Baptismum roboramur. Et quamuis continuo transierit sufficiat beneficia regenerationis, vitæ tamen, necessaria sunt Confirmationis auxilia. Generatio per se saluat, mox in pace beati seculi recipiendos: Confirmatio armat, & nutrit, ad agones mundi huius, & prælia reserandos. Hæc ille. Ex cuius verbis liquido apparet, ad quid valeat SACRAMENTVM Confirmationis. RABANVS autem de Institutione Clericorum libro primo capite tertio & ponitur de Consecr. dist. 4. Nouissime, vbi sic dicit. Signatur baptizatus Chrysmate in summitate capitis per Sacerdotem. Per Pontificem vero in fronte; vt in priore vnctione significatur, super ipsum Spiritum

Sanctum descendisse, ad habitationem DEO consecrandam, in secunda quoque, vt eiusdem SPIRITVS SANCTI septiformis gratia, cum omni plenitudine sanctitatis, & scientia, & virtutis, venire in hominē declaratur. Ecce quomodo ex his colligi potest, quod olim sancti primitiue Ecclesiæ, habebant magnam notitiam, & experientiam de magnâ virtute Sacramentorum, ex dispositione, & capacitate eorum sanctæ vitæ. de qua virtute tam magnâ, latet modernum Clerum, & populum Christianum, propter eorum indispositionem, & incapacitatem. Quia enim nunc Sacramenta contemnuntur, deridentur, blasphemantur, in quibus Christus, & sui sancti primitiue Ecclesiæ contemnuntur: & ideo non degustant illas suauissimas virtutes Sacramentorum, nec experiuntur: & nihil sciunt de eis, nec loqui, nec sentire in se, nec cogitare. O quantis ex hac nostrâ indispositione priuamur bonis, diuinis fructibus? Quanta in nobis per hoc abominatio desolationis? Quanta desectus Fidei? Immo & qualiter est inordinata fides Sacramentorum? Quantum refriguit charitas longe, lateque per Clerum, & populum Christianum? Et quis credit? Et hic notat THOMAS de AQUINO, in suis questionibus de ista materia. Quod hoc Sacramentum Sacri Chrysmatis, in materia, & forma habet ortum à CHRISTO, sicut à principali fundamento, sicut & alia Sacramenta, quæ postea per Apostolos emanauerunt in totam Ecclesiam fidelium, vsque in hodiernum diem. Et sicut in principio fidei, adhuc imperfecti, & imundi, vt tangit DIONYSIVS in fine libri Ecclesiastica Hierarchia, deridentur Baptizationem, & Communionem, & alium ritum circa talia currentem à Beato THOMAS; Sic adhuc hodie, ad nouissima tempora in fide corrupti derident Sacramenta, contemnunt, & blasphemant, sicut supra dictum est.

Patet ergo, quod in ista materia Catholica de Sacramentis, debet credi Sanctis, & Ecclesiæ Catholicæ; quamuis in Euangelio non sint omnia expressata. Quid enim fecissent tales, si vnumquemque Apostolum audiuissent prædicantem? Fortè nec alie illorum credidissent, cum ante nondum habuissent Euangelium promulgatum? ex quo nihil credere volunt, nisi quod in Euangelio foret, manifestè expressatum. Similiter nec Apostolis ad alias missis regiones, vbi soli personaliter non peruennerunt, credidissent, cum ante non cognouissent Euangelium, atque eius fidem. Quomodo tales credent translationi HERONYMI ipsius Biblia, de Græco in Latinum factæ, & sic toti Legi Noæ & Veteri? Et nolentes credere dictis Sanctorum, ad multas deuenerunt perplexitates. Nam volentes esse sapientes apud se, fiunt stulti; & volentes esse nimis cauti, fiunt nimis incauti; & volentes esse, ne seducantur, quasi à seductoribus, tunc cauent sibi à Sanctis, in quibus erat Spiritus DEI, Spiritus veritatis, & ab illis recedentes, credunt suis ingenii deprauatis, & spiritibus mendacii. Dedit namque CHRISTVS IESVS Sanctis primis ad hoc Spiritum veritatis Euangelicæ, vt credamus eis, & non condemnemus eos. Sic enim dicitur de illis: Qui vos spernit, me spernit; & qui vos recipit, me recipit. Hoc tamen fateor, quia fides & reuerentia huius Sacramenti in magna parte perijt. Nam imparati, & in deuoti, turbulenti; irreuerenter cum risis & cachinnis, hoc Sacramentum recipiunt, etiam post prandium cum repleto stomacho; cum tamen à ieiunis Episcopis & ieiunis hominibus tractari debet, sicut Baptismus, nisi aliter cogat necessitas. Vnde de Consecr. distinct. 5. ex Concilio Aurelianensi, cap. 3.



fic scribitur: Et ieiunium ad confirmationem veniant perfecta etatis, & moneantur confessionem prius facere, vt tandem donum Spiritus sancti valeant accipere. Et quia nunquam erit Christianus, nisi in confirmatione Episcopali fuerit Christianus. hæc ibi. Vbi notandum, quod dicit. Non erit Christianus, scilicet plenus quoad omnia Sacramenta, Christiani concernentia; & si etiam amitteret illud Sacramentum ex contemptu. Item ibidem de Consec. dist. 5. ex Concilio Meldensi cap. 6. sic ponitur Decretum. Et Episcopi non nisi ieiunium, per impositionem manuum Spiritum Sanctum tradant, exceptis infirmis, & morbo periclitantibus. Et si quaeritur, inquit glossa super predicto Canonem, siue decreto Concilij Aurelianensis. Numquid minorem gloriam habebit paruulus non confirmatus, quam confirmatus? Videtur quod sic. Quia in Confirmatione datur augmentum gratiæ. Dicitur etiam de Consec. dist. 5. ex Concilio Tarracon. c. 6. Dicitur est nobis, quod quidam de plebe, bis, vel ter, vel eo amplius Episcopis ignorantibus, tamen ab eisdem Episcopis confirmantur. Unde nobis visum est, eandem Confirmationem, sicut nec Baptismum iterari minime debere.

CAPVT XII De Sacramento Eucharistie.

Post Sacramentum Baptismi, & Confirmationis, sequitur tertium Sacramentum, Eucharistia: quia Baptismus, Confirmatio, & Eucharistia sunt Sacramenta continua. Nam per Baptismum, a peccato mundamur; per Confirmationem in bono, ad pugnam roboramur; ipsa autem Eucharistia, Baptismi gratiam, & Confirmationis, nutrit, & augmentat. Est enim Sacramentum Eucharistia, vnum præcipuum ex his, in quibus principaliter salus constat, & inter omnia singulare: quia ex ipso omnis sanctificatio est. Hæc enim hostia, semel pro mundi salute oblata, omnibus præcedentibus, & subsequenter Sacramentis virtutem dedit. Vnde Dionysius libro de Ecclesiasticis Hierarchia cap. 3. de his, quæ sunt in congregatione in Sacramento Eucharistia, sic dicit. Non est fas, hierarchicorum aliquid aliud ante hanc laudare. Etenim secundum gloriosum nostrum Duce, perfectionum est perfectio. id est secundum gloriam super eodem cap. Non est licitum, ante Eucharistiam, aliquod aliud laudare Sacramentum; ipsa est enim perfectio perfectionum perfectio, secundum Beati Pauli sententiam 1. Corin. 2. Ego enim accepi a Domino, quod, &c. Et in titulo eiusdem 3. cap. dicit glossa, quod Sacramentum Eucharistia dicitur congregatio a Beato Dionysio, quia omnia Sacramenta ab ipso recipiunt perfectionem. Nullum enim Sacramentorum aliorum verè celebratur, in quo Sacramentum non sumitur: ad insinuandum videlicet, quod nullum Sacramentum ad veram penitentiam perducit, in quo Eucharistia Sancta non sumitur. Dicitur etiam illud Sacramentum, Congregatio, non solum, quia per ipsum omnia Sacramenta perficiuntur, sed etiam quia ipsius communionem omnes fideles Christi viuuntur. Christus enim caput est Ecclesie, membra vero sunt omnes fideles: quorum vere ad ipsum tunc sic vnio, quando ab ipso vera fit diuini Sacramenti communicatio. Et idem communiter ex rei veritate, Eucharistia nominata est, congregatio, vel communicatio, quia in ipsa, & per ipsam, fit omnium percipientium Sacramentum, adunatio, & perfectio. Quia propter si omnia Sacramenta sunt imperfecta, nisi communionem Sacra Eucharistia perficiantur, ergo ipsa est finis, & perfectio omnium Sacramentorum. Vnde excellenter per cõparationem ad alia Sacramenta, dicitur Eucharistia, id est bona gratia, quia in hoc Sacramento non tantum est virtutis augmentum, & gratia, sed ille totus sumitur, qui est fons, & origo totius gratia. Huius figura præcessit in veteri Testamento, quando manna Deus pluit Patribus Exodi 16. Institutio autem eiusdem Sacramenti, & illius vera fides ponitur Matth. 26. Marc. 14. Luca 22. & 1. Cor. 11. Ex quorum qui-

dem verbis patet, quod cum Christus, qui est verus Deus, & homo, qui mentiri non potest, nec aliquem decipere, dixit de pane, quem in manibus benedixit, quod ipse non ait Christus. Ipse, vel iste panis est Corpus meum. Sed sic: Hoc est Corpus meum. Hoc id est, hæc substantia, quæ iam non panis amplius est, sed Corpus Christi, in quod panis virtute diuina transubstantiatur. Sicut ipse Rochezana coram Imp. Sigismundo confessus fuit, anno 1436. est Corpus suum. Et de vino, quod est Sanguis suus. Et quod est fide credendum, & constanter tenendum, quod ille panis verè erat Corpus suum, & illud vinum verè Sanguis suus. Et de ista materia Eucharistia in Sacramento, scilicet quod ibi sit Corpus Christi de Virgine natum, & sic secundum suam propriam existentiam, & naturam, alii determinarunt priores: & præsertim Reuerendus Magister Iacob de Milna (Iste est Iacobellus Misnensis, qui Bohemis auctor fuit, communicandi laicos sub vtraque specie) Felicis recordationis, & diuæ memoriæ; vir vique magnæ vitæ, & profundus interpretes Scripturarum. Ideo cui placet istam materiam videat, quam fecit publice in schola Vniuersitatis, sc. in Collegio Caroli, in lectorio Theologorum, & hoc factum extitit, Anno Domini 1428.

Hoc tamen dico, quod ipsum Corpus Domini Iesu, est templum Diuinitatis, & SS. Trinitatis, in quo tanta mirabilia Dei infiniti in sapientia, & virtute concurrunt, tam gloriosa, tam alta, & tam maxima, quod omnes cælestes virtutes, Cherubin, & Seraphin, & omnes intelligentiæ omnium hominum, & omnium seculorum, in æternum habeant satis admirari, & admirando, nõ sufficiens ad plenum admirari diuinam dignationem, liberalitatem, maiestatem, sapientiam, & potestatem, misericordiam, & communicabilitatem suæ bonitatis, in quo est omne bonum propositum in conspectu filiorum Dei, in quo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter. Quapropter iustum, & sanctum est, æquum, & salutare, quod Christiani habeant ipsum Corpus Christi in Sacramento contentum in summa reuerentia, & timore, in summo desiderio, & amore super terram. Sic quod omnes, primùm Sacerdotes, & Clerici ceteri, debent suas orationes, & psalmodias frequentare ibi in præsentia, vbi est Corpus CHRISTI, Rex, & Dominus omnis terræ; & vbi est frequentia Angelorum, sicut scriptum est: In conspectu Angelorum psallam tibi, adorabo ad Templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. Prout Beatus Hieronymus in lectulo decumbens infirmus, Sacerdote eum cum diuina Eucharistia veniente, fecit, sicut scribit Eusebius de morte Hieronymi, & in hæc verba dicit: O ferculum excellentissimum, venerandum, colendum, & adorandum, glorificandum, amplectendum, & omnibus laudibus extollendum hæc ibi. Vnde grauius peccant, & dure arguentur, qui ad hoc Deificum Corpus, in isto Sacramento leuiter se habent, & Domini Dei sui veri existentis obliuiscuntur. Ex quibus amplius patet, quod Sacerdotes leuiter Sacramentum deferentes, & ministrantes, ex negligentia, atque incuria Sacramentum Sanguinis Christi effundentes grauius peccant. Patet de Conf. dist. 2. vbi sic dicitur: Si per negligentiam aliquid de Sacramento spillauerit in terram, lingua lambetur, & tabula radetur, & igni tradetur. Sacerdos vero qui adraginta diebus peniteat. Si super altare spillauerit, ministri stillam sorbeant, & tribus diebus peniteant. Si super linteam altaris, & ad aliud stilla peruenierit, 4. diebus peniteat. Si vltra, ad quartum 10. diebus peniteat, & linteamina qua retigerit stilla, tribus vicibus abluantur, Calice subitus posito. Et deinde aqua, in loco secreto, & honesto Ecclesie reconditur. Hæc ibi. Et patet differentia inter Sacerdotes modernos, & primitiuæ Ecclesie, qui modò leuiter circueunt cum Sacramento illo tremendo, modicè, vel nihil curantes, si ad terram cadat, aut effundatur; adhuc & ore suo polluto, in vilipensionem illius diuini Sacramen-

ti dicentes: Non nocet ipsum in terram cadere, quia & olim in terram Sanguis Domini profusebat. Est & aliud adhuc indecens huic Sacramento diuino, quod a modernis peragitur Sacerdotibus, & vinum fidem veram circa ipsum Sacramentum Domini habentibus, & est istud; quod vala calicum, & corporalia non habent munda, pro ipsius Sacramenti honestate. Vnde Clemens, & habetur 1. parte Conciliorum, vbi sic dicit: Calicem vero ad referendum Sanguinem DOMINI preparatum, cum tota ministerij munditia, Sacerdos preparat, ne non bene lotus calix, Diacono peccatum fiat offerenti. Vnde ibidem dicitur: Tribus generibus commissi sunt Sacramenta diuinorum secretorum, id est, Presbytero, Diacono, & ministro, qui cum timore, & tremore Clericorum, reliquias corporis Domini debent custodire fragmentorum, ne qua putredo in sacro reparatur, ne cum negligenter agitur, portio Corporis Domini grauis inferatur iniuria. Communio enim Corporis Domini nostri IESU CHRISTI, si negligenter erogatur, & Presbyter minora non curat admonere officia, graui athenate percussus, digna humilitationis plaga feriat. Quod si Clericum Presbyter non admonuerit, decem annis, & quinquem mensibus excommunicatus sit. Dicitur etiam, quod non puluis cadat in Dominicum corpus, nec ibi sint stercorea murium, neque putrida remaneant aliqua per negligentiam, & quod nullus Sacramenta diuina pertractet, nisi diligenter. De conf. dist. 2. ex Conc. Aurelianens. Qui bene non custodierit sacrificium, & mus, vel aliud aliud comederit, 40. diebus peniteat. Qui autem perdidit illud in Ecclesia, aut pars eius occiderit, & non inuenta fuerit, 30. dies peniteat. hæc ibi. Patet ergo, quantum delirant moderni Thaboritæ, qui diligentiam ad custodiendum corpus Dominicum honestè non apponunt, sed sine ministro, & Sacerdote in villis Sacramentum Corporis DOMINI relinquunt, vbi putredo reperitur: Calices immundos, & cætera vasa non bene lota habent: sic quod venientes, qui medicamentum se accipere desiderant, putrida cum viderint, magis cum ridiculo, & fastidio videantur accipere, & in peccatum magis decidunt per negligentiam Clericorum. Sæpe etiam per negligentiam, & incuriam Clericorum, in perplexitatem fidei deuenit populus, & ad ambiguitatem. Adhuc tamen amplius dicendum est, quod ipsum Corpus Domini Iesu in Sacramento, a cunctis Christi fidelibus debeat in timore, & reuerentia magna obseruari: quemadmodum & Basilus de Conf. dist. 2. dixit. Timorem quidem docet nos Apostolus dicens, Qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit, &c. Indè est, quod nulla irreuerentia, nulla deordinatio, & nullum peccatum mortale deberet coram hoc Deifico Sacramento exerceri: quia hoc Sacramentum Christi fidelibus ad remissionem peccatorum est condonatum, propt hoc Sacri Euangelij textus attestatur. Matth. 26. vbi dicitur. Hic est enim sanguis meus noui Testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Cum ergo plurima exercentur peccata, deordinationes, furta, rapina, & cætera mala, coram corpore Domini Iesu in hoc Sacramento, quid aliud est, nisi quod tales ipsum dehonestant Iesum, & ipso Sacramento diuino abutuntur: Non enim sic illa primitiua Ecclesia passim istud diuinum Sacramentum quibuscumque, & qualitercumque viuentibus exponeretur. Scribit namque Dionysius lib. suo cap. de Eucharistia, vbi sic dicit, suum commentum. Postquam autem indoluit, & imperfecti sunt exclusi a templo, & perfectione Sacramentorum, que ipsos excedit, & cum ipsi a sancta vita apostatantes, & postea illi, qui propter animi pusillanimitatem facile leduntur a tentationibus, vix per se forte, & irremissibilem ad diuinam consensum, non perueniunt ad immobilem affectum, & subtile intelligentiam in diuinis: deinde qui per auiam conuersationem dimiserunt, & quasi ab ea longè recesserunt, & adhuc tamen non perguntur a sanctis vitiorum: deinde, qui ab his quidem pur-

gantur, sed nondum virtute perficiuntur: his omnibus exclusis, perfecti in se, & alios perficientes in fide & virtute, qui seruentes, & sancti sunt ad diuina aspicienda Sacramenta, laudant Deum hymno Catholico, id est, Credo in vnum Deum. hæc ibi. Ecce reuerentia Ecclesie primitiua, ad ipsum corpus Domini Iesu in Sacramento, & quomodo variè a visione Sacramenti excluderentur, sed virtutibus imbuti admitterentur. Non sic, sicut moderni faciunt, faciebant, vt quantumcumque scelerati illud aspiciant, & ad omnem transtrum turmarum, ipsum Sacramentum coram homicidis, raptoribus, furibus deferatur. Quid autem dicemus de communione leuium hominum indignorum, quæ istis diebus mulcum inoleuit, quando homines in dispostri, & indigni necessitantur, & pseudo sacerdotes ad communionem singulis diebus Dominicis? Cum tamen ad dignam communionem debeant probare scriptos, in conscientia eorum, & discutere, ipsumque corpus Christi Domini ab his corporibus terrenis diiudicare, & vestem nuptialem super induram habere. Nara si rectè fideles credunt, & sapiunt, dum ad hanc mensam magni Regis accedunt recumbunt inter Angelorum frequentiam, & Sanctorum omnium epulas. Ibi enim congregantur, sicut scriptum est: Vbi cumque corpus est, ibi congregantur & aquila. Ibi accedentes admiscuntur, vbi conuiuium est Regis æterni, vbi sponsus, & sponsa dulcibus fruuntur muneribus deliciarum, & Rex totius Creaturæ quotidie ingreditur, vt videat discumbentes, siue vestem, in qua renati sunt, an habeant nuptialem. De hoc tangit Pascasius tractatu de Corpore Christi cap. 1. Idem Remigius super illo: Vbi, inquit, tradentibus Christum cum Iuda ad crucifigendum: & vasa magna ligna, conscientia sub Sacramento sumentibus illum est non tradunt ipsam Iudæ ad crucifigendum, tradunt tamen ipsam immunditiam ad sumendum, de quibus dictum est. Nolite faciem dare canibus, &c. & nemo vinum nouum mittit in vres veteres. Idem Chrysostomus libro de Compunctione cordis ad Demetrium: In eo, inquit, huius mandati, videlicet Nolite sanctum dare canibus, vim transgredimur, cum eos homines, quos nouimus immundos, impuros, vinolentos, & per omnia porcis, & canibus similes, diuinis Sacramentis participes eos esse patimur. hæc ille. Vnde quicumque non afficiuntur ad bene viuendum, secundum obseruantiam mandatorum Dei, & non afficiuntur ad colendum, venerandum, adorandum Corpus Christi in Sacramento, & in ipso gaudendum, mundanis gaudijs postpositis, cum magno timore, & amore, tales non sunt de vera, & viua fide: & vel veram fidem non habent de hoc diuinissimo Sacramento, vel si habent, habent mortuam sine operibus, & sine spiritu viuificante: & enim fides in eis est, tamquam abominabilissimum cadauer, fetidum in conspectu DEI, & tales iudicium sibi manducant, & bibunt, super quos est magna ira Dei, scilicet super homicidas, adulteros, raptos, incredulos, & ceteros huiusmodi. Hinc B. Clemens dicit: & habetur 1. parte Concil. Vnde eu scis, qui passim sacrarij panes indignis impendis! Vnde nosti, si a mulieribus multi sint? Hinc & David ab Abimelech Sacerdote interrogatus, cui panes sibi ad manducandum posceret, si mundus est a muliere. Cum se mundum ante triduum profiteretur, panes propositionis manducauit. hæc ille. Quod si sacra communicatio requirit mundum ab vxore, quanto magis ab effusione sanguinis, furta, rapina, & sacrilegij? Quod tamen peccatum, heu, hodiè minime a plerisque reputatur. Cum tamen Beatus Clemens dicat: si forte quisquam Presbyter, siue Diaconus, sacrarij Syndonem, vel velum subrepta vendiderit, Iuda similis estimabitur Ischarioris: qui propter cupiditatem fecerit hoc opus, nouerit se supra dicti Iuda suscepturum penam. hæc ille. Ecce quantum olim pensabant primigii sancti, reuerentiam magnam ad Sacramentum diuinum habentes, vt etiam Sacraui syndonem, & velum, si cupiditate moti venderent, rei peccato Iudæ reperiuntur.

Moderni verò Christiani nostri temporis, & calices, & corporalia, & pixides, pro corpore Domini IESU deputatas, omnia lucro suo deputant, & ad v. sus inhoneftos, quandoque etiam, & inuerecundos conuertunt.

C A P V T XIII. De admixtione aquæ in Calice.

Iam autem & de eo quid Sancti sentiant, de admixtione aquæ ad vinum circa Missarum solemniam, An eo modo se habuerunt, quo, qui aquam non miscent vino: & primò videamus DIONYSIVM Magnum, qui scribens TITO PONTIFICI, interroganti per epistolam, Quæ sapientia domus, quis crater, quis cibus, quis potus &c. sic ad finem epistolæ illius dicit: Ipsam autem totam nostram symbolicam Theologiam mittimus, in qua inuenies cum sapientia domo, & columnas septem discretas, & victimas panisque fortè alimentum ipsius in sacrificio, & pane diuisum, & qua vini commixtio. hæc ille.

Ad idem est AVEGVSTINVS in Enchiridio: In sacrificio non debet aqua pura offerri, vt quidam sobrietatis imaginatione fellantur: sed vinum cum aqua mixtum: quia & vinum fuit in redemptionis nostre Myfterio, cum dicit, Ammodo non bibam de hoc gemmine vitis, fuit autem aqua mixtum, quæ post cenam dabatur, sed de latere eius, quod lancea perforatum est, aqua cum sanguine egressa, vinum de vera carnis eius vite, cum aqua expressum esse ostenditur. Item EVSEBIVS sermone de tempore Paschali qui incipit, Magnitudo celestium beneficiorum angustias humana mens excedit, ferè in medio illius sermonis dicit sic: Hoc itaque Domini Sanguinis vinum, aqua esse miscendum, non solum traditione DOMINVS, sed etiam ipso genere passionis ostendit, ex cuius latere sanguis, & aqua lancea illusione profudit. Sed & in Salomone de ipso DEO predictum legimus, Sapientia edificauit sibi domum, id est corpus hominis assumpsit, in quo habitat plenitudo diuinitatis. Excidit columnas septem, quia illam benedictione Spiritus Sancti, benedictione gratia septiformis impleuit, mactauit hostias suas, misit in cratera vinum suum, & parauit mensam suam, & dixit, Venite, edite de panibus meis, & bibite vinum, quod misui vobis. Admixtum ergo vinum aqua legimus, nunc causam, quare Deus vinum miseri voluerit, inquiramus. Per aquas populos significari, sacris aperitur eloquijs, sicut legimus, Aquæ istæ, quæ vidiisti, populi sum, & gentes, & lingua. Aduertimus, in aqua signam gentium demonstari: In vino autem, sanguinem DOMINICÆ passionis ostendi, ac sic, dum in Sacramento aqua vino miscetur, CHRISTO fidelis populus incorporatur, & iungitur, & quadam ei copula perfecte charitatis vnitur, vt possit dicere cum APOSTOLO: Quis nos separabit à charitate CHRISTI: tribulatio, angustia, an persecutio hæc ille.

Idem PASCASIVS de Corpore, & Sanguine DOMINI, cap. 12. Cùm in Calice aqua miscetur, dicit, Plane, aqua in sanguine quare misceatur, dum in natalitij factum fuisse non legimus: illa permaximè causa est, quia de latere CHRISTI DOMINI, vbi passio completur, sanguis, & aqua manant: quod rectè APOSTOLI mysteriorum plane intelligentes, sciendum in Calice conseruunt, vt nihil desset nobis in Sacramento ad commemorationem passionis, quod tunc exitit in Cruce in conseruationem nostre redemptionis. Nam postquam emisit spiritum, veniens vni militum accepit lancem, & aperuit latus eius, vnde quasi de nouo fonte manauit sanguis, & aqua: & hic est verus Calix: quæ veraciter passus propter peccata nostra, non minus sanguinem precij, quam vnam Baptismi sudat: & quod tunc de carne fluxit, hoc nunc verè credentes in Calice bibunt. Cetero quidem datur in cibum, & Sanguis, & aqua vere in potum: vt quid simul de latere manauit, hoc totum homo noster in his duobus

renouatus bibit: vt si quam peccati maculam potest fontem traxit, habeat in hac vnda veniam, qua deletur, & pretium suæ redemptionis, quo vnusquisque redemptus de die in diem vicijs renouetur. Sed & aquam dixere plures idem admisceri debere, vt simul in CHRISTI sanguine Baptismus, & pretium salutis fiat. Nam & sanguis in corpore, vt fiat, his duobus passitur, &c. Et multa ibidem loquitur, de admixtione aquæ ad vinum, quæ causâ breuitatis omitto.

Idem THEOPHILVS super illo Ioannis cap. 19. Et continuo exiit sanguis, & aqua, quem allegat THOMAS in glossa continuata, sic dicit, Erubescam ergo, qui vinum in sacris non lymphant mysterijs, videntur enim non credere, quod aqua de latere non fluxerit. Potest tamen quis calumniosè dicere, quod aliqua virtus vitalis erat in corpore, & idem sanguis effluxit, aqua verò manans, inexpugnabile signum fuit, & idem Euangelista subiungit, & qui vidit, testimonium perhibuit. hæc ille. Item BEDA in homilijs illius Euangelij, Scitis, quia post biduum Pascha fieri, & filius hominis tradetur, vt crucifigatur, dicit: Illud verò perpendendum, quod à nullis panis solus, neque vinum sine aqua admixtione offerretur. Quia enim dicente IOANNE, aquæ populi sunt, idem miscetur aqua vino, vt videlicet nos intelligamus, quia passio CHRISTI pro nobis perpetrata est. Neque passio absque utilitate generis humani celebrata est, & nos sine passione CHRISTI saluari non poteramus. Si enim solum vinum sine aqua admixtione offerretur, possit esse talis intelligentia, quod nos absque CHRISTI passione saluari possimus. Sed iungitur aqua vino, panis conficitur cum aqua, vt aperte dicitur intelligi, quod neque passio CHRISTI sine salute nostra posset fieri, neque nostra salus, sine illius adiutorio consistere valeat. hæc ille. CYPRIANVS etiam ad Concilium, de Sacramentis Domini Calicis epist. 3. sic dicit inter cetera. Calicem verò docuit, exemplo magisterij sui, vini & aquæ coniunctione miseri. Inuimus autem non obseruari à nobis quod mandatum est, nisi eadem, quæ DOMINVS IESVS fecerit, nos quoque faciamus, & Calicem paratione miscentes, à diuino magisterio non recedamus. Ab Euangelicis enim preceptis omnino non est recedendum: & eadem quæ Magister docuit, & fecit, discipulos quoque docet obseruare & facere. Sic autem in sanctificando Calicem Domini offerri sola aqua non potest, quomodo nec vinum solum debet. Nam si vinum solum quis offerat, Sanguis incipit esse sine nobis. Si vero aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. Quando autem vtrumque miscetur, tunc Sacramentum spirituale & celeste perficitur. Sic vero Calix Domini non est aqua sola, nisi vtrumque adunatum sit & copulatum. hæc ille. Item Damascenus lib. 4. de Sanctis, & incommutatib. Dei mysterijs: cap. 8. In cenaculo ergo Sanctæ, & gloriose Sion, vetus Pascha cum Discipulis comedens, & complens vetus Testamentum, lauat pedes Discipulorum, symbolum, id est, notam tribuens S. Baptismatis. Deinde frangens panem, dedit discipulis suis, dicens eis: Accipite, comedite, hoc est Corpus meum, quod pro vobis traditur in remissionem peccatorum. Similiter autem accipiens Calicem ex vino, & aqua, tradidit eis dicens, Bibite ex hoc omnes. Et infra. Et nunc interrogat, qualiter panis sit Corpus CHRISTI, vinum & aqua Sanguis CHRISTI. Et infra. Et quem admodum in Baptismate, quia consuetudo est hominibus aqua lauari, & oleo vngi, coniungit oleo, & aqua Spiritus Sancti gratiam, & fecit illud lauatorum regenerationis: Ita, quia consuetudo est hominibus panem comedere, vinum & aquam bibere, coniungit eis eius diuinitatem, & fecit ea, Corpus, & Sanguinem eius, vt per assuetam, & secundum naturam, in his quæ super naturam sunt, fiat. hæc ille. Sunt & alij adhuc Doctores, eandem materiam illius sententiam approbantes, sicut Remigius, Richardus, Ambrosius, Beda, quorum dicta pro presenti propter breuitatem omitto. Et quiuis compos existit rationis, in animo suo trutinat, & pensat, an securus sit, istos omnes viros, & Sanctos magnos abijcere, deridere, & contemnere, & modernos idiotas, paræ litteraturæ, sed

magnæ præsumptionis existentes, attentè sequi, & audire.

C A P V T XIV.

De signo Crucis, circa consecrationem Eucharistia.

Sed & de illâ difficultate, scilicet quod circa Eucharistia consecrationem, Sacerdotes quidam, signo Crucis in benedicendo panem consecrandum non videntur, magis autem decident, & contemunt; dicta sanctorum antiquorum iam sunt videnda. Ea hæc secundo repetere non expedit, quia antea de Sacramento Baptismi sunt posita. Ibi ergo cui placet, videat, quomodo Ambrosius, Augustinus, Chrysostomus, Hugo, Richardus, & ceteri sententiam dicant, quod circa talia ipsum Crucis signum sit obseruandum, & quod sine illo nihil eorum ritè perficitur. Quia tamen de Iesu nostro in Euangelio dicitur, quod in cæna suâ eleuauit oculos in cælum, & gratias agens benedixit: hoc Verbum benedixit, varij vario modo exponunt. Sed quid Magnus Albertus in tractatu de officio Missæ sentiat audiamus. Dicunt autem hæc quidam, quod signo quodam manus benedixit. Quidam autem, quod verbo occulto, quo etiam panem in corpus suum transubstantiauit. Quidam autem, quod virtute Deitatis sua sine signo, & verbo transubstantiauit: quia Christus corporalibus verbis, & signis vi opus non habuit; sicut qui habuit potestatem excellentiæ, & non sicut minister clauæ utebatur. Sed quia nullum istorum probatur aliqua auctoritate, & prima expositio dubium non habet, ideo primum plus placet inter ista. Hæc ille. Et patet stoliditas modernorum, qui benedictionem signo crucis aufugientes, ipsi termino benedixit, nouam vocabuli interpretationem cudere fatagunt: & mira res, cur tantum signum Crucis detestantur, & abhorrent, quasi sit magnum malum signo Crucis se munire, cum tamen ille magnus Paulus Christi Apostolus in sua cæcitate, in articulo scilicet mortis, ipse signo Crucis est fretus, prout scribit Dionysius de morte Pauli ad Timotheum sic dicens; In hora autem illâ plena tristitie frater mi dilecte, dicente carnifice Paulillo, colluui parat; tunc Beatus Paulus Apostolus in cælum suspexit, manibus frontem & pectus signo Crucis, & dixit, Domine, in manus tuas commendo spiritum meum. Hæc ille: & Hieronymus epist. 134. ad Eustochium filiam S. Paulæ, de virginitate seruanda dicit: Ad omnem actum, ad omnem incessum, manus pingat Crucem. Ecce Sancti primæui temporis, quia abunde Christum gerebant in corde suo, etiam ipsius Crucis signum faciebant exteriori, ipsum etiam coram gentibus non verecundantes: cum ex abundantia crucifixi in corde, opera, & signa prodibant ad extrinsecum opere.

Sed vt sapientibus occasio, & simplicibus fulcimentum præbeatur, contra eos, qui dicunt Corpus Christi in Sacramento non esse datum ad colendum, sed solum ad manducandum; dicit Eusebius Emesenus, & habetur de Consecr. dist. 2. c. Quia corpus assumptum ablatum erat ex oculis nostris, & sideribus illaturus, necessariè orat, vt nobis Sacramentum Corporis, & Sanguinis sui consecraret, vt coleretur iugiter per mysterium, quod semel offerbatur in pretio: vt quia quotidiânâ, & incessa curretat pro hominum salute redemptio: perpetua esset etiam redemptionis oblatio, & perennis illa viveret victima in memoria, & semper presens esset in gratia, & Augustinus de verbis Domini, sermone 38. Ego Dominicam carnem, in d'perfectam in Christo humanitatem propter ead' adoro, quia à diuinitate suscepta, atque Deitati unita est, vt non alium, atque alium, sed vnum eundemque Deum, & hominem, Dei filium esse confitear. Denique si hominem separaueris à Deo, vt Photinus, vel Paulus Samosatenus, illi nunquam ego credo, nec seruis: veld si quis nostrum aut purpuram, aut diademata regale iacens inueniat, nunquid conabitur eâ adorare? Cum verò Rex eâ fuerit indutus, periculum mortis incurrit, si eâ amissim cum Rege quis adorare contemnit. Ità etiam in Christo Domino, humanitatem non solum, aut nudam, sed di-

uinitati suæ unitam, vnum Dei filium, Deum verum, & hominem verum, si quis adorare contempserit, eterne mortis penas patietur. Item Augustinus super Ps. 34. hom. 2. Christus, inquit, de carne, Maria carnem accepit, & ipsam carnem dedit. Nemo illam carnem manducet, nisi prius adorauerit. Ex quibus patet, quod Sacerdotes, cum populo fideli, debent exteriori corporaliter per genuum flexiones, & capitis inclinationem, & prostrationem quandoque faciei in terram, reuereri & colere Christum Iesum, suumque corpus in Sacramento. Et sic Sacerdotes debent verbo, & exemplo docere populû, vt contemiscant adorâdo & colendo, & sumum, ac viuacem respectum habèdo circa hæc diuinitissima, & ineffabilia mysteria: & pro eodem est B. Hieronymus, qui (sicut scribit Eusebius de morte Hieronymi) Sacerdote ad eum veniente cum Sacramento, iam in lecto ægritudinis decubens, sic inter cetera dicebat, O ferculum excellentissimum, Venerandum colendum, adorandum & glorificandum, amplectendum, & omnibus laudibus extollendum. hæc ille.

C A P V T XV.

De Cereis, & luminibus coram Sacramento.

Ex quo patet error impie dicentium, quod corpus Christi, vel Sacramentum, solum sit, nobis datum ad manducandum, & Sanguis in Calice solum ad bibendum, & non ad colendum, siue adorandum. Sed quod etiam inanis, & fatua sit irritio, qui luminum accensionem coram Domino corpore in Sacramento derident, dicentes, quia Deus est lux, & non egens lumine. Nam si in veteri lege etiam Domini mandato, lucernæ, siue lumina in candelabro disposita coram panibus propositionis, qui fuerunt figurâ tantum Corporis Domini in Sacramento ardebant: multò magis decens est, vt hoc in præsentia tanti Sacramenti fiat. Si nempe decens, & honestum est, teste Hieronymo in epistola ad Riparium, quod lumina ardeant coram corporibus, siue oisibus sanctorum: & si decens fuit temporibus primorum Sanctorum, vt lampades mortuis Christianis fidelibus accendantur, prout hæc describit Chrysostomus sermone 4. super epistolam ad Hebræos: multo magis decens, honestum, & sanctum est, vt lumina coram tam Deifico, & diuino corpore Christi accendantur. & de hoc supradit Honorus III. extrâ de celebratione Missarum. Sacerdos frequens doceat populum suum, vt se reuerentè inclinet, cum portat presbyter hostiam salutarem ad infirmum, & hoc faciat cum omni reuerentiâ, & timore, semper lumine præcedente, cum sit splendor lucis æternæ, vt ex hoc apud omnes fides, & deuotio augetur. Prelati autem huius mandati punire non differant transgressores, si & ipsi diuinam, & nostram volunt es fugere vltionem. Hæc ibi. Sed rudes illi, & grossi, contemptoresque reuerentiæ decens corporis Iesu, & ipsius Sacramenti, sciant causam, cur lumina coram Sacramento accendantur. Dicit namque Isidorus lib. 7. Etymolog. c. 12. de Acolythis loquens in hæc verba. Acolythis Græcè, Latine Ceterosarij dicuntur, à portandis cereis, quando legendum Euangelium, aut offerendum est sacrificium. Tunc enim accendantur luminaria ab eis, & deportantur: non ad esugandas tenebras, dum Sol in eodem tempore rutilat, sed ad signum lætitiæ demonstrandum, vt sub typo luminis corporalis, illa lux ostendatur, de qua in Euangelio legitur, Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem. Hæc ille.

Adhuc tamen & hoc est perpendendum, quò diligenter mundi, & sancti debeant esse ministri, hoc Deificum Sacramentum contrectantes. Scribit namque Chrysostomus lib. 6. de dignitate Sacerdotali cap. 1. in hæc verba dicens: Neque enim nobis de gubernatione militum, neque pro regno terreno deliberandum est, sed pro officio, quod virtutem exigit Angelorum. Ipsis itaque radijs Solis splendidiorem oportet esse animam Sacerdotis, vt nunquam à spiritu Sancto deseratur: sed vt possit dicere, Vni ego iam non ego, vni verò in me Christus. Si enim habitatores eremici, qui & ciuitatum, & fori tumultibus liberantur, ac iugiter in portu quoddâ, & tranquillitate consistunt, non tamè proxiis aut habitatoribus, aut abstinentia suæ felicitati conti-



dunt, sed multas alias res ad custodiam sibi comparant, magna confideratione, & dicentes aliquid, & agentes, ut cum fiducia, & sinceritate mundissima quantum capit humana virtus, accedere ad Deum possint; quanta opus esse vobis Sacerdoti arbitraris, ut ab omni inquinamento animum suum vendicans, spiritalem possit custodire decorem? In cuius verbis patet, quod ministris altaris, non pro gubernatione militum, non pro terreno regno est deliberandum: quod est contra modernos Sacerdotes, qui & terrenis implicati, & pro lucris, rebusque terrenis inhiant studiose. & idem cap. 4. ibidem dicit. Expendo enim, quales oporteat eius esse manus, tantarum rerum ministras; qualem linguam, verba illa fundentem: aut quo genere non mundorem, & sanctiorem animum, talis spiritus receperim? Tunc enim etiam Angeli circumstant Sacerdoti: & tribunal, atque altaris locus caelestibus virtutibus adimpletur, in honorem illius, qui immolatur. Splendore igitur vitae totum illuminantis orbem, fulgere debet animum Sacerdotis. Pater liquidum ex verbis huius Beati, quomodo tam animus, quam etiam manus, & lingua debeant esse munda ipsius Sacerdotis. Imo & ab exteriori immunditia debent cauere manus Sacerdotis, & post Sacramenti contractum, cauere a contactu, sine lotione, rerum materialium, & terrenarum. Quod militat contra Sacerdotes leniter manibus illotis diuinum Sacramentum contrectantes, aut etiam post contrectationem diuini Sacramenti, ipsas manus terrenis, & materialibus absque omni lotione expandentes.

CAPVT XVI.

De Sacramento Penitentiae.

Post iam dicta, de Sacramento alio, scilicet Penitentia pertractemus, ad quam Dominus per Prophetas, & alios sanctos Patres hortabatur: & ambo duo, Ioannes scilicet Baptista, & Dominus Iesus, praedicationes suas a penitentia inciperunt, tamquam a sume re necessaria ad salutem. Vnde Matth. 3. scribitur. In diebus illis, venit Ioannes Baptista praedicans in deserto Iudaeae, Penitentiam agere, appropinquavit enim regno caelorum. & cap. 4. de ipso Domino sic scribitur in Evangelio eodem: Exinde cepit Iesus praedicare & dicere, Penitentiam agere, appropinquavit enim Regnum caelorum. & Luca 13. Dominus dixit. Si Penitentiam non egeritis, omnes simul peribitis. Ita & Apostoli Penitentiam docuerunt; quemadmodum Act. 2. Petrus in primo sermone, quem fecit post missionem Spiritus Sancti, dixit auditoribus his, qui compuncti erant corde: Penitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi mei in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus Sancti. Nec dubium est, quin ipsa Penitentia bene, & sufficienter in lege Domini fundata est. Sed ut dicit Gregorius in homil. quae sic incipit. In aestiuum tempus &c. Penitentiam digne agere non possumus, nisi modum quoque eiusdem Penitentiae cognoscamus. Penitentiam quippe agere, est praeterita mala plangere & plangenda non perpetrare. Nam qui sic alia deplorat, ut tamen alia committat, id est propositum committendi habeat, adhuc Penitentiam agere, aut ignorat, aut dissimulat. Quid enim prodest si peccata luxuria quis desinat, & tamen auaritia adhuc estibus anhelet? Hae ille. Et ad hoc est Ambrosius in quodam sermone Quadragesimo, & habetur De Penitentia, dist. 3. Penitentia est, & mala praeterita plangere, & plangenda iterum non committere. Et Augustinus in libro de Penitentia, & ponitur De Penitentia, dist. eadem vbi supra. Quotidie dolendum est de peccato, quod declarat ipsa dictionis virtus. Penitere enim, est penam tenere, ut semper puniat in se vltiscendo, quod commisit peccando. Pena enim proprie dicitur lesio, quae puni, & vindicat, quod quisque commisit. Ille penam tenet, qui semper vindicat, quod commisit delict.

Tres partes penitentiae.

In ipsa autem perfecta Penitentia sunt tria consideranda, scilicet Compunctio cordis, Confessio oris, Satisfactio operis: & haec tria dicuntur tres partes

Penitentiae. Est autem Contritio dolor cordis pro peccatis commissis, & pro amissione gratiae Dei, quam oportet esse maiorem, quam pro amissione cuiuscunque commodi temporalis. Vnde Hieremia cap. sexto. Filia populi mei, accingere cilicio, & conspergere cinere; luctum fac tibi vniuersum plantatum animarum. Et hic dolor est a gratia Dei praeniente originaliter: prout dicit Isidorus de Summo bono, lib. secundo, cap. duodecimo. Quisquis memoriam peccatorum compungitur ad lamenta, tunc Deise sentiat visitati praesentia: quando ex eo, quod se commississe recollit, interius erubescit, suoque iudicio penitendo iam puniunt. Nam tunc Petrus fleuit, quando in eum CHRISTVS respexit. Quando ergo ista in corde hominibus fiunt, sciendum est, tunc Deum esse per gratiam humano cordi praesentem. Vnde se tunc homo magis, ac verè ad compunctionem praeparare debet, quando sentit, & Deum interius operantem. Illam autem praeparationem tangit in descriptione compunctionis cordis, quam ponit ipse Isidorus lib. 2. cap. 12. de Summo bono, sic dicens: Compunctio cordis, est humilitas mentis, cum lacrymis exorients, de recordatione peccati, & timore iudicii. Et haec Contritio est basis penitentiae, quae humilitati coniuncta, est sacrificium Deo acceptum a peccatoribus: secundum illud Psalmi: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non despicies. Immo libenter illud Deus aspiciat, Isa. vlt. ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritum, & trementem sermones meos.

CAPVT XVII.

De auriculari Confessione.

Secunda pars Penitentiae est ipsa Confessio. Et sic de Confessione auriculari, quae fit Sacerdotibus, quam modo plurimi tamquam erroneam, & haereticam abiiciunt, intendo loqui. Quae Levitici 13. & 14. fundatur, vbi iubentur Leprosi se ostendere Sacerdotibus. Et Luc. cap. 17. Dominus decem viris leprosis dixit: Ite, ostendite vos Sacerdotibus. Hoc autem secundum Hieronymum & alios Doctores, figura fuit ostensionis lepra spiritualis peccati mortalis, Euangelicis Sacerdotibus. In nota autem Lege Matth. 16. dicitur: Tibi dabo claves Regni caelorum, & quodcumque solueris super terram, erit solutum, & in caelis. Et Ioann. cap. 20. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittentur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Nisi enim haec confessio haberet efficaciam, videretur, quod CHRISTVS superflue dedisset Apostolis, & succedentibus Sacerdotibus Clauium potestatem. Ad quid rogo concessit Apostolis CHRISTVS potestatem ligandi peccati, nisi ostensio eorum Sacerdoti soluenti, ac liganti faceret ipsa crimina esse nota? Vnde Augustinus de Penitentia, & ponitur distinct. prima. Quem penitet, omnino penitet, & dolorem lacrymis ostendat. Ex praesentibus vitam suam DEO per Sacerdotem, praeniat iudicium DEI per confessionem. Praecipit enim DOMINVS mundandis, ut ostenderent ora Sacerdotibus; docens corporali praesentia confitenda peccata, non per scriptum manifestanda. Dixit enim: Ora monstrare, & omnes, & non vni pro omnibus, non alium statutus nuncium, qui pro vobis offerat munus a Moysse statutum, sed, qui per vos peccatis, per vos erubescatis. Erubescit enim ipsa, partem habet remissionis. Et misericordia enim hoc praecipit Dominus, ut nemo paniteret in occulto. In hoc enim, quod per seipsum dicit Sacerdoti, & erubescitiam vincit timore Dei, offensio venia fit criminis. Fit enim veniale per Confessionem, quod criminale erat per operationem: & si non statim purgatur, fit tamen veniale, quod commiserat mortale: multum enim satisfactionis obtulit, qui erubescit dominans, nihil eorum, quae commisit. Nuncio Dei negat. Opus est enim misericordiae, peccata peccanti dimittere. Sed oportet, ut iustus misereatur iusti. Oportet enim, ut non solum quid, sed

Peccata in Confessione, non per scriptum, sed ore dicta

in quo

in quo deat consideret, si dignus est, non dico iustitia, sed misericordia. Iustitia enim sola damnat. Sed dignus est misericordia, qui spirituali labore querit gratiam: laborat enim mens pariendo erubescit. Et quoniam verecundia magna est poena; qui erubescit pro christo fit dignus misericordia. Vnde patet, quoniam quanto pluribus confitebitur in spe veniae turpitudinem criminis, tanto facilius consequetur gratiam remissionis.

Hinc Gregorius Moralium lib. octavo, cap. decimo quinto, super illo Job. septimo: Quapropter, & ego non parcam ori meo, Sic dicit. Ori suo parcat, qui confiteri malum, quod fecit, erubescit. Sed iustus ori suo non parcat, quia iram districti iudicis praenians, verbis contra se propria confessionis sauit. Hinc Psalmista ait, Praenians faciem eius in confessione. Hinc per Salomonem dicitur Proverb. vigesimo octavo. Qui abscondit scelera sua, non dirigitur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Hinc rursum Scriptum est. Iustus in principio est accusator sui. Sed nequaquam ad confessionem os patitur, nisi cum consideratione districti iudicij, per pauorem spiritus angustiat. Vnde & aperte mox subdit Job septimo. Loquar in tribulatione spiritus mei. Tribulatio qui prope linguam spiritus commouet, ut reatum prauis operis vox confessionis impugnet. Sciendum quoque est, quia sepe etiam reprobi peccata confitentur, sed desero contemunt. Electi autem culpas suas, quas vocibus confessionis aperunt, districta animaduersionis stribus insequuntur. Vnde Beatus Job, postquam se ori suo non parere spondidit, tribulationem mox spiritus subdit, ac si aperte faceret dicens: Hic reatum lingua loquor, ut nequaquam expeperem a maioris stimulo per alia spiritus sarrigeretur. Haec ille per totum.

Ad idem est ille discipulus antiquus Beati Petri Sanctus Clemens, qui parte prima libri Conciliorum ait in haec verba: Quod si alicuius cor vel iuxta, vel infidelitas vel aliud malum ex his qua superius memorauimus, latenter irrepserit, non erubescat, qui anima sua curam gerit, confiteri huius, qui praest; ut ab ipsa per verbum Dei & consilium salubre curetur, quo possit fide integra, & operibus bonis, penas aeterni ignis effugere, & ad perpetua vitae praemia peruenire: haec ille.

Item Idem Clemens, libro eodem, Scribens de quotidiana praedicatione Sancti Petri, & ad quid in illa hortabatur, sic dicit inter caetera. Eum fuisse cum caeteris fidelibus per Beatum Petrum adhortatum, actus vitae suae omni hora custodire, & in omni loco Deum, se respicere firmiter scire; cogitationes cordis suo malas aduenientes, mox ad Christum alidere, & sacerdotibus Domini manifestare. haec ille. Ecce quam plane iste Sanctus loquitur de confessione auriculari Sacerdotibus Domini fienda. Et Augustinus de visitatione infirmorum lib. secundo cap. quarto sic dicit. Sunt quidam, qui ad salutem sufficere autumant, si soli Deo, cui nihil est occultum, quem nullus latet conscientia, omnia confiteantur crimina. Nolunt enim, aut erubescunt, siue designantur, ostendunt se Sacerdotibus; quos tamen inter lepraem, & lepraem discernere constituit DOMINVS. Sed nolo; ut ipsa decipiat opinione, quando confunditur confiteri coram Domini Vicario, tabescens praerubore, vel coruicatus praerubore indignatione. Nam ipsius humiliter subeundum est iudicium, quem DAVS non designatur Vicarium. Ergo ad te roges venire Sacerdotem, & fac ipsum conscientiarum ipsarum penitus participem. Non seducat te illa somniantium superstitio, qua multatando confirmat, quia saluat Sacerdote inconsulto, ad DEVM facta peccatorum confessio. Nos autem non abnegamus, quin sit ad DEVM frequenter referenda confessio peccatorum. Beatus enim, qui venobis, & allidet paruulos suos, vel maximos ad petram, petra autem CHRISTVS. Sed restatur & illud sacra doctrina. Non tibi applaudentium fauces auribus, qui prius eges Sacerdotis, qui mediator sit ad Deum tuum, salubri iudicio. Alioquin, & sub lege, & sub gratia, ite ostendite vos Sacerdotibus, responsum diuinum quomodo consummaretur? Confitemini alterutrum pec-

cata vestra, quomodo completeretur? Ergo cicatricum tuarum arbiter, Dei vice adhibeatur presbyter, & reuela ei vias tuas, & ipse exhibebit tibi antidotum reconciliatio- nis, haec ille per totum.

Ad Idem est Basilius in suo Dialogo cap. vigesimo primo. vbi sic dicit: Qui vult peccata sua confiteri, si omnibus debet confiteri, & quibus libet, an certis quibusque? Clementia DEI erga eos, qui deliquerunt, manifesta est, secundum quod scriptum est: quia non vult mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & viuat. Quia ergo & conuersionis modus apertus esse, & conuersioni se a peccato fructus dignus ostendi debet penitentia; Facite fructus dignos penitentiae, ne forte secundum illam comminationem eueniat his, qui non penitent, quod scriptum est; Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Necessarium videtur, his, quibus dispensatio mysteriorum DEI commissa est, confitenda esse peccata. Sic enim & hi, qui antiquitus penitebant, inueniuntur apud sanctos confesse esse peccata sua. Scriptum est enim in Ex. angelo Matth. cap. tertio quia Ioanni Baptista confitebantur peccata sua & in Actibus Apostolorum, cap. secundo & dicimo nono Apostolis, a quibus baptizabantur. Confessio enim peccatorum, hanc habet rationem, quam habet vultus aliquod corporis, vel passio, quae medico demonstranda est. Sicut ergo quis, non omnibus vicia, vel vulnera corporis sui reuelat, nec quibuslibet, sed his tantum qui summa perita testimonium habent, & cura, ac medela disciplinam: ita & Confessio peccatorum fieri debet, apud eos tantummodo, qui curare hoc praevalent, & emendare, secundum quod scriptum est: Vos, qui fortes estis, infirmitates infirmorum portate, hoc est, auferte, & exportate per curationem. haec ille.

Est etiam ipsa confessio plerumque fratrum spirituale, contra peccata tam commissa delenda quam etiam ut homo caueat committenda. Multi enim in confitendo taliter habent dolorem, & ruborem, propter quae volunt praecauere postea sic peccare; cum alias necesse habent, peccatum illud ostendere proprio Sacerdoti. Et sic videtur ipsa confessio, medicina tyriaca, contra peccatum commissum hominis abluendum, & specialis praeseruatilla, ne homo iterum incidat in peccatum. Naturale etiam est: secundum fidem communionis Sanctorum, quod vnumquodque membrum Ecclesiae iuuet aliud, quod ad salutem animae. Idem sicut est naturale, hominem inniti suffragio alterius in periculo corporali, sic euidens est naturale, hominem inniti suffragio alterius in periculo animae criminali. Et sicut natura mouet ad antecedens, sic & ad consequens; ut videlicet infirmus aptiori modo petat fratris sui suffragium, detegendo sibi morbum spirituale, cum his circumstantijs, ut medicina, & suffragium meriti aptius consequatur. Sed & hoc dico, quod plurimi decipiuntur circa istam Confessionem auricularem, putantes, se per illam Sacerdotum absolutionem nudam posse consequi peccatorum remissionem, sine contritione, & rubore illam exequentes; nec emendam vitam postea amplectentes; sed leuiter exusu, aut timore, siue coactione illam prosequentes. Et sunt; heu, plurimi, qui innixi super illa confessione auriculari, putant se per illam; grauius irretiti criminibus, dignos fore communionem beatae corporis, & sanguinis Dominici. Sacerdotes etiam aestimant plerumque, ut iuxta illorum concupiscentiam, quemcumque absoluerint cum impositione, putent & coram DEO absolutum: cum tamen, si Sacerdos a Clauibus Ecclesiae triumphantis hic errauerit, neque soluit; neque ligat spiritualiter, & de quanto se illis clauibus conformauerit, soluit, vel ligat apud Ecclesiam triumphantem.

CAP.

CAPUT XVIII.

De extrema vñctione, eiusque effectu, & vtilitate.

Ad Sacramentum extreme vñctionis, quod nunc plerique derident, & blasphemantiam accedendo, dico quod istud Sacramentum habetur primo ex Euangelio Marci...

aut vñctio potest quemquam saluare. Richardus. Principalis effectus huius Sacramenti est, salus spiritualis, in casu, quo forte alius periret infirmus: aut, si Spiritus erat ante vñctionem...

quia non

Ecclesiastici.

quia non omnis talis, quamvis incusatus in spiritu, istis suffragiis mediantibus sit tñctus a DEO, vt de commissis peccatis, & ad penitentiam se conuertat...

Primus ergo effectus, & principalis istius Sacramenti, est ista inspiratio, siue commotio interior a Deo, vt infirmus, si sit in peccatis mortalibus, ad sanitatem redeat...

Secundus effectus huius Sacramenti est alleviatio corporalis, sicut IACOBUS dicit, & alleviabit eum Dominus: & ille est effectus absolute Sacramenti, scilicet in casu quocumque...

Tertius effectus est dimissio peccatorum, quo ad culpam, & penam. Ego intelligo venialium peccatorum quo ad culpam, & penam, si in talibus sit infirmus...

sine molestia, & sine difficultate potest melius facere, vel magnum commodum spirituale acquirere, si negligat, non video, quin sit sua saluti neglector, vel contemptor...



CAPVT XIX.

Testimonium Ioannis VViclephi, de septem Sacramento.

meliorem causam, quod hec tria non reuerantur ponit S. Thomas ex S. August. in 3. p. q. 63. art. 5. quia imprimunt charactere inuolubilem.

decessissent. Nullus autem peccans mortaliter, potest sine penitentia saluus esse. Et ob hoc eius iteratio licite prohiberi non potest, sicut potest iteratio ceterorum, ne ex frequentatione vilescant. Et alia ratio non est, cur alia Sacramenta scilicet Baptismus, Confirmatio, & Ordo non iterantur, & Ecclesia prohibet ea iterari, sed Penitentia iteratur, nisi quod eius effectus per se culpam, iterum restituatur idem effectus. Quia vero penitentia iterari potest, cum tota scriptura vtriusque Testamenti sit tradita principaliter propter peccatores per penitentiam saluandos, que inquit, quod penitentia effectum precipuum aliorum Sacramentorum instituit, quoniam vera penitentia restituit hominem ad statum gratia, in quo fuerat ante lapsum. Ideo non est opportunum, Sacramenta huiusmodi iterari. De Vnctione tamen videtur, quod debet iterari, in casu, scilicet cum ille, qui videtur moriturus, sanatus fuerit, & iterum infirmatur, & non penitet de commissis; quoniam tunc Sacramentum vnctionis impetrat, siue efficit Penitentia Sacramentum, quam penitentia infirmus alius non habet. Et ideo in tali casu, tamquam eius causa, debet vnctionis iteratio, penitentia iterationem prestare. Non tamen sicut obicit, omnino debet illud Sacramentum iterari, quotiescumque aliquis infirmatur, quamuis vnus eius effectus sit alienatio corporalis; quia ille est secundarius eius effectus: & ideo propter illud iterari non debet, nisi primarium oporteat iterari, tam pro corporis sanitate, quam spiritus. Et ideo amicitia non exigit, vt infirmitatibus omnibus conferatur, & semper. Nec Sacerdos contemnit diuinum remedium, si illud non conferat, nisi quando ratio exigit conferendum. Et ob hoc, quod semper in articulo mortis dari debet infirmis, & Sacramentum Confirmationis generaliter baptizatis omnibus debet dari, quam citius commode poterit post Baptismum. Ex quo sequitur, qui Sacramentum Confirmationis retardant, siue quo plurimum subditorum suorum de hac luce decedant, grauiter valde coram Deo delinquit: & omnes etiam qui Sacramentum extreme Vnctionis conferre renuunt, aut negligunt, ad quos ex cura, quam gerunt illud pertinere, damnationem, vt mihi videtur, sibi acquirunt. hæc ille.

Item Augustinus in sermone qui incipit. Rogo vos Fratres charissimi, vt attentius cogitemus, quare Christiani sumus, & Crucem CHRISTI in fronte portamus. Sic dicit: Quoties aliqua infirmitas superuenierit, corpus & sanguinem CHRISTI ille, qui agrotat, accipiat: oleum benedictum à presbyteris humiliter, atque fideliter petat, & inde corpusculum suum vngat: & illud, quod scriptum est, impleatur in eo, infirmatur aliquis in vobis: inducat presbyteros Ecclesie, vt orent super eo, vngentes eum oleo, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis fuerit, dimittentur ei. Hæc ille. Beda autem ipsam olei vnctionem, benedictione Pontificali consecratam, dicit ab Apostolis processisse. Vnde sic dicit super Luc. 3. Quid euangelizarent, aut quomodo curarent Apostoli, Marcus exponit plenius. Prædicabant, inquit, vt penitentiam agerent, & vngabant oleo multos egrotos, & sanabantur. Dicit Iacobus, Si infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesie, & orent super ipso, vngentes eum oleo in nomine Domini: & si in peccatis sit, dimittentur ei. Vnde patet ab ipsis Apostolis hunc Sanctum Ecclesie mayem esse contractum, vt Pontificali benedictione consecrato oleo, perungantur egroti. hæc ille. Item Hugo libro de Sacramentis Parre 15. lib. 2. sic dicit: Qui hanc vnctionem fideliter, & deuote percipit, per eam sine dubio, & in corpore, & in anima alienationem accipere meretur. Si tamen expedit, vt in vtroque alleuietur. Quod si forte corporis sanitate, & valentiam habere illi non expedit, illam proculdubio qua est anima, sanitate, & alleuiationem in huiusmodi vnctionis perceptione acquirat.

\* \* \*

PRO confirmatione autem omnium Sacramentorum, adduco, & Magistrum Ioannem VVicleph, in sua Postilla super nouo Testamento super Marcum 15. cap. vbi sic sententiat de septem Sacramentis: Sacramenta Ecclesie sunt velut castrum, & munitio turrisima, quam velut stuius immensus primo circuit aqua Baptismatis, qua primo coerces accessus hostiles. In interioribus ripis fluminis sunt Confirmatio, & Penitentia, velut vallum, & murus exterior. In medio autem velut turris fortissima, Sacramentum Eucharistia collocatur, ad quam ascenditur per gradus Ordinis. Et circa hos gradus, Matrimonium quasi gradus interior, descendens legitur forum seculare, & Ecclesiasticum. Ostium autem, per quod ingreditur ad vitam futuram, est Extrema Vnctio. Sed & totam istam seriem castrorum fundauit CHRISTVS, dans Vicarijs potestatem vbiq; erigendi. hæc ille. Sic & super prima Corinth. cap. primo in eadem Postilla dicit: Omnia Sacramenta sunt CHRISTI, & ipse dat gratiam, quam efficaciter significat quodlibet Sacramentum, & ab ipso vt fundamento habet efficaciam, secundum eius benedicta merita. Et infra: Docuit eum omnia Sacramenta institueri, quædam tamen difficiliora ad credendum, & magis necessaria ad salutem per se promulgauit, vt Baptismum, Eucharistiam, Ordinem, & Penitentiam. Quædam autem per Apostolos, vt Confirmationem, & Extremam Vnctionem. De Confirmatione patet in Actibus Apostolorum, & de Extrema Vnctione Iacobi cap. 5. Inuud Marti cap. 6. sic mentio de Olei Vnctione. Nec credendum est, omnia opera CHRISTI in Euangelio fuisse explicata, vt patet Ioannis cap. vltimo. Sed præcipue curarunt Euangelista tradere illa, qua sunt de necessitate salutis, & Ecclesie dispositionis, hæc ille.

Item loquens de preparatione ad venerabile Sacramentum Eucharistia, in tractatu de Corpore CHRISTI, inter cetera sic dicit: Oportet digne sumentem diuinam Eucharistiam, habere actus, & habitus virtuosos: cum oporteat, quod DEIVIRTUS, & DEI sapientia sint munda secundum habitus, & opera, quoad humanitatem suam vniuersaliter ministrata. Oportet, inquam, digne hoc Sacramentum sumentem, habere tres virtutes Theologicas, & conuersationem virtuosam, imitatoriam capitis sui CHRISTI, quoad virtutes Theologicas. Oportet omnino habere Fidem sanctam, de humanitate & diuinitate CHRISTI, & de conuenientibus hoc Sacramentum; quia impossibile est, infidelem in istis placere DEO. Habita autem dignitate ex fundamento Fidei, necesse est, vt erigatur. Spes in DOMINO OMNIPOTENTE, omnisciente, omnivolente, qui tantam gratitudinem sibi ingratissimè ostendit, humanitas patiendo; moriendo, ascendendo, & Sacramentum illud in memoriam istorum, & aliorum mirabilium tribuendo. Et quod ad charitatem patet, quod nullum Sacramentum notat expressus charitatem & pacem cum DEO, & homine habendam, quam hoc signum. Ex hinc enim CHRISTVS tradens Apostolis hoc Sacramentum, specialiter commendat tam crebro, & specialiter (vt patet Ioan. cap. vigesimo,) pacem Apostolis: & infra dicit de communicante, quod secundum maximum signum charitatis debet accendi per hoc Sacramentum, ad deponendum tam corpus, quam animam pro amicis. hæc ille.

Item loquens de Sacramento Penitentia, super Iacobi cap. quinto, dicit: Oportet recipere Sacramentum Penitentia pro mortalibus abluendis: consistendo non solum DEO, sed & homini in casu. & cum specialiter consistendum sit VICARIO CHRISTI, qui mediat inter DEVM, & hominem, ordinarunt postori confessionem auriculari. Item de Extrema Vnctione super primam Corinthior. cap. primo, dicit: quod Vnctio Extrema, est medicina ad sanandum peccatum: ad intrinandum in officio nouo, vt patet Iacobi cap. quinto. Est enim extrema Vnctio signum

efficax

efficax, & finalis, & vniuersalis remissionis peccatorum, per vnctionem infirmi penitentis, in determinatis partibus, cum oleo oliuæ, ab Episcopo consecrato, ministrato à Sacerdote, verba cum intentione debita profere. Hæc ille. Et patet error multorum impie agencium, & dicientium, quod si haberemus oleum Hierosolymitanum, denotando balsamum, sicut Apostoli habuerunt, tunc vellemus vngere: quia Beda dicit, quod Apostoli oleo vngabant. Et VVicleph dicit, oleo oliuæ. Et quod non sit consonum dictum taliter loquentium, patet, quod nullus Sanctorum dicit, Apostolos balsamo infirmos vnxisse: tum quia pauperes Apostoli tam pretiosam rem vnde receperunt: cum balsamum purum carum sit, vt aurtum dicit, quia dictum eorum confictum, sonat contra dicta Dionysij, qui dicit: Quod rebus exterioribus pretiosis facile potest seduci animus; quia animus humanus ibi susteret, & non altius eleuaretur. Vnde sic dicit Dionysius libro de celesti hierarchia. Non arbitror aliquem prudentem virum negare, quin signa dissimiliora efficacius sursum ducant mentem nostram, quam similia: quia per signa preciosa facile potest seduci animus infirmus. Hæc ille. Nam homines, virtutem Sacramentorum, ipsi nudis materiabus Sanctorum possent ascribere, & non virtuti Deo, quæ per illa Sacramenta operatur.

CAPVT XX.

De virtute consociendi Sacramenta.

Quod autem alii loquentes dicunt, si haberemus bonum Episcopum, tunc vellemus ab eo vti sacro Oleo, & infirmos eodem vngere. Isti, si dicere volunt, quod in mortali existens, non conficit, cauent sibi; quia Luc. cap. 22. dicitur, quod duodecim Apostolis existentibus cum eo, dum distribuit dixit: Hoc facite in meam commemorationem. In quo verbo fecit eos Sacerdotes, & Episcopos, dans auctoritatem, & potestatem faciendi hoc, scilicet, accipiendi panem, & gratias agendi, & consecrandi, manducandi, & aliis tradendi. Sequitur exinde, quod & Iudæ, qui iam pactum fecerat de proditorie, Et Matth. cap. 10. Conuocatis duodecim, dedit eis potestatem immundorum spirituum, vt eijcerent eos, & curarent omnem languorem. Dignissima namque dona stare possunt cum peccato mortali, vt Pontificatus, potestas Sacerdotis, & curandi languores. Quia sine charitate, vt dicit Apostolus, potest stare, vt homo linguis hominum loquatur & Angelorum, vt prophetas habeat, mysteria noscat &c. 1. Corinth. cap. 13. Item Episcopus Laodicia, miser, & miserabilis, pauper, nudus, & cæcus, vocatur Angelus à Deo propter officium, & ministerium, quod stabat cum peccato mortali. Et si sic esset, tunc sequeretur perplexitas magna in Ecclesia, & vnusquisq; nesciret, quis conficit, quis baptizat: quia quilibet de se nescit, an odio, vel amore dignus sit, & per consequens nec de alio. Etiã non est credendum, quod consecratio Sanctorum foret virtute humana, aut merito Sacerdotis, dicente Christo Ioan. 6. Non Moyses, & consequenter nec alius Sacerdos, dat vobis panem de celo, sed pater meus, Virtus ergo verborum Christi, & potestas, hoc fecit, & facit. Non ergo à meliore melius, nec à peiore fit Sacramentum peius. Et tantum pro nunc de quinque Sacramentis. De reliquis autem in posterum dicetur Amen.

XXXII. Podiebracius, & Rochezana pro Catholicis haberi volum.

Hæc de Sacramentis scripsit Praga Ioannes Rochezana: quæ dum vbiq; diuulgaret, & Thaboritis inuidiam conciliaret, volebat videri in omnibus Catholicis. Et certè Rorarius, Podiebracij Romæ Inter-nuncius, pro Catholico illum venditabat, & Commentariolum eius ex auctoritatibus Parrum confarinatus, omnibus ostentabat, si quo modo potuisset illi Archiepiscopalem dignitatem à Calixto surripere. Prope illi crediderat Calixtus, homini vaserissimo, & iam Romam venturum Rochezanam sperabat.

Quod cum Gabrieli Veronensi ex Minorum Ordine lætabundus iactaret, qui per eos dies ex Bohemia venerat, ille vt erat prudētissimus, & vulnera paulò antè illata cognouerat, fallaciã, rû Podiebracii, rû Rochez. rû Rorarii detexit, venturumq; numquam hæresiarum, nisi vinctus traheretur, monstrauit, nunciavit quoque, quanto ad pessumdandam fidem, fuissent Regi patrocinio diplomata ad eius litteras reddita, Cuius illico facti penitens senex, planeque deceptum senescens, post paulò vitæ concessit. Ei autem cum successisset Pius, veritus eam mutationem Podiebracius, quod ab sensato Principe, qui multos annos & in obsequio Cæsaris, & in Bohemis esset versatus, teneri ingenium suum atque artes cognouerat, quæ obtulerat Calixto, nè præuenirentur consilia, maioribus nunciis destinatis, Pio etiam detulit. Interea ad præcideas vexandi sui occasiones, quam maximis poterat studiis curauit, vt auctoritate Friderici Cæsaris, regnum aditum sibi confirmaretur, impetravitque vt huius rei causa Brunam ille concederet. Horum certior factus Pius, inprimis quidem Podiebracium officij admonuit, datisque litteris, Calend. Octobr. ad Conuentum Mantuanum inuicauit: deinde magnis itineribus ire ad Cæsarem, Lucensem Præfulem iussit, qui obtestaretur, & moneret, nihil ante Georgio tribui, quàm fidei Catholicae secum esset habitatio. Serius paulò cum esset Brunam peruentum, concessis iam omnibus, quod proximò fuit, egit cum Rege de persoluendis, quæ per litteras Calixto, & Pio Pontificibus tam plene obtulerat. Confirmato iam regno; pace vndique parata, minus sibi iam timens, frigide respondit ad singula; Cum Turcis, ait, inimicitias non intercedere, vtr illos moueat arma. De pellendis quoq; regno hereticis, ingratum videri sibi, ijs fieri importunum, quorum ope regnum esset adeptus. Leuia estimari ea, in quibus dicerentur errare. De ceteris, ea curaturum se tempore. Inde ad externa conuersus, contentiones aliorum suam quietem existimans, Principes inter se omnes, qui Regnum circumstabant, commisit, sic vt dimicationibus extremis res suas affligerent: nuncijs, nunc alijs, ad alenda mala, plerumq; tumul omnibus occulta, ex Bohemia ministrans auxilia. Cuius rei cum aliquandò ab ijs accusaretur, quibus cum sibi vel factus erat, vel necessitudo, liberis esse Bohemos excusabat, permittique regni lege, vt cum necessarij intrus non essent, quærere impune possent foris stipendia. Plerumque etiam vel cum consumpti inuicem essent, vel ad alterutros inclinare victoriam noscebat, pietatem simulans, Oratores mittebat de pace, cogebarque vel inuitis latis à se conditionibus assentiri, metu illaro, ad acturum, ni iura acciperent. Quibus operibus factum erat, vt pedem iam Germanicæ res ad eius arbitrium regerentur, inque illum omnes respicerent; nunc oppressorem, nunc fautorem cum experti, semper autem fallacem atque ad sua commoda omnia pertrahentem. Nec minus etiam, domi iniqua exercebatur iniquitas; arces & munita quæque loca regni assimulatis necessitatibus, paulatim fidelibus adimebat, tradebatque ea hæreticis. Quos itidem alieniores sibi senserat, falsis excitationibus, aut pellebat toparchis, aut comprehensos necabat: id sedulo moliens, vt nihil non suæ fortis, aut hæresis toto regno haberetur. Inter eos Hinconem à Wretouia, qui nullis minis, nulloque terrore adduci potuit, vt obedientiam Catholicis Regibus solitam, Georgio hæretico vellet exhibere, maiore imperu in Morauia aggressus sit, atq; totos decem menses vano conatu propter situm arcis & strenuâ illorum operã, qui in arce (Corensteynam appellabant) cum Hincone se tuebantur, postremo deditione magis, quã vi expugnata, & mox demolita fuit, Hincone per tempus elapso. Sed maxime constantes aduersus Georgiû animos Silesia, atq; Lusatia extulerat, Principibus Silesia cum ipsa Wratistauia

Podiebracius paulatim se detegit.

vrbe insigni, cumque Suidiatio; dein & in Lusatia...

Magnus Silesiorum ac Lusatorum zelus.

XXXIII Regem Polonia sibi conciliare curat Podiebracius.

Cum ergo Podiebracius illos, & Lusatos, & nonnullos de Bohemia...

XXXIV Item Matthiam Huniadem Regem electum.

Prehensit & Matthiam Huniadem, Podiebracius quem, siue ex desiderio Hungarorum...

habuit; quin etiam quotidie eum consolari, iuberet bono esse animo...

quod cum Rochezana ab Ecclesia, & religione Catholica non obscure dissentire videbatur...

lerant reverentiam habuit: & ad portam vrbicam, antequam in vrbe admittiretur...

XXXV. Dissidium de Cypri Regno.

In hac Vngaricarum rerum admirabili mutatione, cum ex duobus adolescentulis etate, moribusque...

Ioanne & Helena, Ludouicus Carolotæ sponsus, crebris nunciis vocatus, & magno omnium applausu Rex appellatus...



fidei prauarior, dicam Euangelium falsum esse, negabo Christum viuere, & matrem eius Mariam virginem fuisse, super fonte baptisimatis camelum interficiam, & presbiteros maledicam, diuinitatem negabo, super altari cum Iudæa fornicabor, & Sanctorum Patrum maledictiones in me recipiam. Hæc iurasse ferebatur Iacobus Sulzano. Secuta sunt inde multa bella inter Carolotam, & Iacobum cupiditate Regni obtinendi inflammatarum, quæ vt Pius extingueret, Iacobo & Ludouico competitoribus edixit, Mantuæ, vel ipsi præfentes adessent, vel Procuratores mitterent, qui de iure regni disceptaret, atque ex arbitrio Sedis Apostolicæ totum negotium componeret. Bosius de rebus Rhodensium lib. 7. Nauclerus generat. 49.

XXXVI Aliud Dissidium in Regno Lusitanie.

Non minore impietate regnum maternum quærebatur, Carolus Vianæ princeps, Ioanni Patri Nauarræ Regi, multis annis rebellis. Miserat Legatos à Sicilia ad patrem, si veniam impetraret, se in eius potestate fore: iuuenili errore commissa Rex, & Pater condonaret. Sincerus animus non erat; cum eodem tempore Castellæ Regem, & Franciscum Britannum ducem ad fœdus in eundem sollicitaret, pudenda iuuenis leuitate, armis vindicaturus, quod pater denegasset. Ea cura, & nê à Sicilia, à quibus omnibus officijs cultum audierat, Rex præficeretur, promissa venia cuocatus, in Balearem insulam concessit, repetitaque legatione, in solentia à patre quadam postulat. Veniam sibi, suisque omnibus; Iusuradum à populis, non alium regnorum heredem fore. Vianæ, & Gandiæ principatus ditones & vecigalia, facultatem in quacunque vrbe morandi curia vitata. Eleonoram sororem Fuxenfi nuptam, à rebus Vasconum gerendis moueri. Oberat Carolo nouerca, quæ priuigno perniciem comparabat, de filijs sollicita, de se verita, si illi paternam etiam regna obuenirent. Carolum Pius Pontifex admonuit, qui se Apostolicæ Sedis arbitrio permitteret, totamque disceptationem, ad Mantuanum conuentum deferret. quo anno, à Rege Lusitana valida contracta classe, Alcazarum oppidum Septæ vicinum in Africa, de Mauris captum, die Sancto Lucae sacro: Henrico Castellæ Rege, nihil dum in Saraceno mouente. Maluit Madriti voluptatibus indulgere, vacuus curis, quibus idoneus non erat. Socordiam animi, vnde in omnia mala præcipitauit, satis indicat, quod tabulis ab alijs confectis, nê cognitis quidem subscribere erat solitus, alieno arbitrio semper obnoxius, quæ grauissima ignominia fuit. Aliquis monebat, ministrorum turbam imminuendâ videri, rempublicam arrodere plerisque annis Salariis, qui nihil opis conferrent. Ingratum Principi consilium fuit. Itaque vt finem dicendi fecit ille (Diegum Ariam vocabant, arario præfectum) & ego, inquit, si Arias essem, percuria magis, quam benignitati seruirem. Tu fortune in qua natus es, consentanea locutus es, ego, que Regem decet faciam, nullo paupertatis metu, ne nouis quidem vecigalibus imperatis. Regi officium est largiri, effundere, imperium, non priuata vilitate, sed publicâ multorum salute desinire. Is diuinitatū verissimus fructus est. Alijs dandum, quia vriles sunt alijs, nê sint prauis: Dignam magno Principe vocem: cetera consentanea nõ erant. Mariana lib. 22. c. 19. Surruta amal. lib. 16.

XXXVII. Cardin. Turrecremata scribit contra Hussitas.

Hoc anno F. Ioannes à Turre Cremata, Episcopus Card. Albanus, præter Commentarium de Corpore Christi contra Hussitas, scripsit super decreta Concilij Florentini aduersus hereses, & de vitione Græcæ, & Latine Ecclesiæ contra schisma Græcorum. Michael Pius lib. 3. quo anno multis magnisque in Clero Constantinopolitano dissidijs exortis, Patriarcha Gennadius Consilium conuocauit Pontificum, clericorum, Optimatum cunctorumque Christianorum, in quo se Patriarchico munere abdicauit. Adhortabantur quidem Pontifices ipsum & Ecclesiastici viri, cunctiqueque populus ad manendum: sed profusus ipse noluit audire, verum abdicacionem suam in codice magna Ecclesiæ in scriptis: dein rebus suis acceptis, re ceta

se in Monasterium D. Prodromi, in monte Menæcci propè Serras situm contulit, ibique bonâ pace mortuus, cum hoc caduco mundo, caleste Deiregnum commutauit. Hist. Ecclesiastica Turcogæcia lib. 2.

Hoc anno Pius Pontifex, diploma pro Canonizatione S. Vincentij Dominicani, quod Calixtus morte præuentus dare non poterat, ipse concepit, atque hoc tenore vulgauit.

Pius Episcopus, Seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Rationi congruit, & conuenit honestati, vt ea, que Romani Pontificis deliberatione prouidã, ac Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, omniumque Prelatorum tunc in Romana Curia residentium consilio, & assensu vnanimi, decreta, statuta, & ordinata fuerunt, licet ipsius prædecessoris superueniente obitu literæ Apostolicæ confecta non fuerint super illis, suum plenarium sortiantur effectum.

§. 1. Dudum siquidem sel. rec. Callistus Papa. III. prædecessor noster, Iesu Christum in terris, supernâ dispositione Vicarius, & B. Petri celestis regni clauigeri Successor, cum militantis Ecclesiæ gubernacula supernâ regebat voluntate: & immentam Dei nostri clementiam in eo maximè internâ meditatione cognosceret, quod hominem quem ad suam imaginem, similitudinemque formauerat, à seipso incommutabili bono, dolo serpentis auersum, ad se brachio sua virtutis reducere, & culpe ipsius lapsum volens in persona propria reparare, humane nature ministerio vsus est, vt sua mirabili potentia, inle medelam ferret hominibus, vnde vultus cernebatur illatum, ac pro sua bonitate debitor ipse homo, & obnoxius remaneret. Nam licet omnipotens sermo dilapsus foret antea in Prophetas, vt diuini secretum consilij cognoscerent, ac spem humane reparationis habentes, solam Creatori suo seruirent, ipsum Dominum adorarent, ac posteros venerari, & adorare docerent, in sine tamen seculorum, cum venit temporis plenitudo, misericordiarum Pater ingentis, vt quod fecit & fecula, de calis misit in orbem, vt humanam carnem assumens, eterne vite viam lapsi, perditis que ostenderet, culpam protoplasti in ara Crucis, proprio cruore dilueret, nobisque ianuam cali aperiret. Vtque tanti mysterij incarnationis, videlicet, & redemptionis huiusmodi veritas cunctis mortalibus innotesceret, Apostolos suos quos in vite, doctrine, & operum suorum testimonium elegerat, aliosque Discipulos in vniuersum mundum ad prædicandam Euangelium destinauit, qui suis eloquijs, signis & virtutibus veluti solis radijs orbem terrarum illuminarent. Sed cum successu temporis callidi hostis iniquitas, antiquæ & vitate fraudis cõmentis humanum genus tam grandis, & sacratissima redemptionis fructu priuare, & in eternam prædam adducere moliretur, diuina clementia semper generi miserata humano, sua Ecclesiæ Orthodoxæ opportune subueniens, viros misit plurimos, Sanctitate & scientia præditos, virtutibus redimitos, temporis conuenientes, qui velut diuini gregis arietes rectum iter gregis suo, ducatumque præberent, & bonis adhortationibus, operibus, & exemplis, hominum titubantes animos roborarent, aut martyrij gloria, aut vite integritate, seu errorum gentilium, & hereticorum confutatione, vel diuina virtutis, & promissæ felicitatis eterne prædicatione, in Sacrosanctæ Ecclesiæ præsidia maxima, & adiumenta tribuerent.

§. 2. At qui eiusdem prædecessoris temporibus, cum in occiduis partibus, Iudæorum maximè, & infidelium multitudo creuisset, ac literis, & diuinitis effluerent propemodum, tremenda quoque dies illa nouissima obliuioni penè tradita esset, diuina prouidentia altitudo, que præclaris viris eandem Ecclesiam instaurare, & decorare disposuerat, pro ipsorum salute fidelium, Vincentissimos Valentianum Ordinis Fratrum Predicatorum, & Sacre Theologiæ excimium professorem, æterni Euangelij in se documenta habentem, veluti athletam strenuum, ad Iudæorum eorumdem, Saracenorumque, & aliorum infidelium confutandos errores, ac extremi, tremendique iudicij diem quasi alterum Angelum volantem per celi medium pronuntiandum, euangelizandumque, sedentibus super terram tempore opportuno transmisit, vt in omnes gentes, tribus, & linguas, populos, & nationes, verba salutis diffunderet. Regnum Dei, diemque iudicij appropinquare ostenderet, & æternæ vite semitam demonstraret. Cum vero tunc tanti viri excellentiam, qui id gratia consecutus est, quod Angeli naturaliter sortiantur, ipse quoque vite, & conseruationis actus, idem Cal-

XXXVIII. Diploma Canonizationis S. Vincentij Ordinis Prædic.

listus prædecessor, ad edificationem fidelium, & posterorum memoriam, ex parte aliqua recensere decreuisset, prout conperitur, & notissimum habuit, eundem præclarum virum, Vincentium in amplissima Hispaniarum Vrbum Valentiæ scilicet ciuitate, ex Christianis, & honestis parentibus ortum, alitumque fuisse, & ab inuente ætate cor Senile gestisse restatur.

§. 3. Qui dum caliginosi huius seculi labilem cursum, pro ingenij sui modulo consideraret, & iam sue ætatis annum decimum octauum attingeret, religionis habitum Ordinis memorati, summâ cum deuotione recepit, ac demum regulari professione solito more emissa, sacris literis tam efficacem operam dedit, vt Magisterio in eadem Theologicâ facultate dignus ab omnibus censeretur, & ob hoc ipsius magisterij insignia consecutus est.

§. 4. Ac demèd solitâ in talibus obtentâ licentiâ, Verbum DEI prædicare, & eterne beatitudinis semina cordibus fidelium infundere, errores denique, & perfidiam Iudæorum, & infidelium eorumdem confutare cepit, mirum in modum, ratione ostendens, quàm terribilis iudex in ipso extremo iudicio reprobis, & iniquis redemptor ipse futurus sit. In quibus quidem salutiferis prædicationibus, & laudabilibus actibus, vsque adeo præueniens, ac multas Hispaniarum, Galliarum, ac Italiæ provincias, quasi nouum sydus peragrande illustras, tandem in Britannia Ciuitate Venetæ, septuagesimum eiusdem ætatis annum transgredens, prædicationis, & vite cursum, deuotissime consummavit.

§. 5. Ac postquam Deus qui non permittit que Ecclesiæ suæ sanctæ profutura conspiciat, conculari, aut abscondita latere sub medio, eos, qui prædicatione ipsius diuini viri, spiritualium, & corporalium sanctorum beneficia receperant inspirauit, quod sanctitatis insignia, qua in ipso diuino viro cognouerant, Sedis Apostolicæ nunciarent, ipsamque de eiusdem sancti viri operibus informarent.

§. 6. Itaque colende mem. Ioannes, & Petrus quondam Britannie Duces, ac Prælati, & alij ipsius Ducatus deuota persone, multique aliarum Prouinciarum deuoti viri, apud quos viuentis præfati Vincentius Dei Verbum seminauerat, Fratres quoque Ordinis memorati Sedem prædicatam irratatis vicibus, interpolitique temporibus adire, tenente locum eiusdem clauigeri, Fel. rec. Martino. V. ac postmodum Eugenio. IV. & demèd Nicolao. V. Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris.

§. 7. Sed clara mem. Ioannes Castellæ, & Legionis, ac Alfonso Aragonum Reges illustres, multique alij Ecclesiarum Prælati, ac viri nobiles seculares, Vniuersitates quoque studiorum, ac ciuitatum, nec non dilectus filius Martialis Auri belli, dicti Ordinis generalis Magister, nomine ipsius Ordinis, eandem sedem cum instantia pulsauerunt, affirmantes, quod insignis vir ipse, diu in humanis egit, vobis Prophetarum verbiisque Euangelicis ita inhebit, vt præcepta firmiter seruaret diuina, & consilia minime præteriret. Diuina quoque laudis preco maximus, ac iniquitatis humane reprehensor fuit. Delegetoque sibi prædicationis officio, ita functus est, vt necessarijs ad vite tutelam contemptis ne dum in futurum, sed nec in diem laborauit, illâ veste, illo habitaculo, illo cibo contentus, que Deus sibi in tempore præparabat, nullum munus, etiam oblatum, recipiebat, sed apud offerentes dimittebat, aut pauperibus erogari consuebat. Tanti in eo gratiæ fulgor apparuit, tanta Spiritus Sancti abundantia in eo fuit, tot de ore prædicantis, speciosissima veritatis pondera procedebant, vt ingentis multitudinis Iudæos, in lege etiam peritissimos, qui Christum pertinaciter venisse negabant, ad fidem Catholicam conuerteret, & efficacissimos multos ex eis prædicatores adueniens Christi, Passionis, ac Resurrectionis, & pro Christi nomine mori paratos fecit. Tanta in ipso viro diuino fuit auctoritas dicendi, tantaque grauitas, vt terrenis rebus, luxurique deditos homines, ad eum iudicij futuri timore conuerteret, vt terrena despicerent, & amarent celestia, ac leuitates, & luxus omnium, in Dei protocaret affectum. Omni die missam cantauit, omni die prædicauit, omni die (nisi vides adesset necessitas) ieiunauit. Consilia sancta, & recta nulli denegauit, immò vltro obtulit. Carnes non comedit, vestem lineam non induit, manus super egros frequentissimè miraculose, sanitate secutâ imposuit, mores castissimos seruauit, multoque strenuus actus fecit, vbi maxime super magnis rebus populos contentendens, & Regna, pace

De iudicij die prædicat mirum in modum.

Pro Canonizatione Sancti viri plures instant.

Aliqua eius gesta recensentur.

composuit, & vbi vestis inconfutis Ecclesiæ Dei scissa conspiciebatur, vt videretur, & vnica seruaretur, non frustra plurimum laborauit, ac in simplicitate, & humilitate ambulans, detractores, persecutoresque suos cum mansuetudine recipiebat, & informabat. Per ipsum quoque diuina virtus ad confirmationem suæ prædicationis & vite, tam per manus ipsius impositionem, quàm reliquiarum suarum, vestiumque tactum, ac votorum emissionem, multa miracula ostendit. Spiritus namque immundus eiecit, surdis auditum, mutis loqueliam restituit, cecos illuminauit, leproso mundauit, mortuos suscitauit, aliosque varijs decentis languoribus miraculose liberauit.

§. 8. Quorum omnium efficacæ assertio fuit, quod idem Nicolaus prædecessor, plenè de famâ fidei, & excellentiâ vite, ac que miraculorum ipsius informatus, volens ad vltiora procedere, iuxta S. R. E. morem. Venerabilibus Fratribus nostris, tunc suis, Georgio Episcopo Hostien. & eidem Callisto prædecessori tunc in minoribus constituto, ac Ioanni. S. Angeli Diacono Cardinali commisit, quod de veritate fidei, & excellentiâ vite, ac miraculorum gratia, se, aut eorum aliquem in Curia, extrâ verò per iudices ab eis deputandos diligenter informarent.

§. 9. Qui mandatis præfati Nicolai prædecessoris obtemperantes & in Curia nonnullis testibus examinatis, extrâ verò Romanam Curiam iuxta potestatem eis datam, in Ciuitate Neapolitana Venerabiles Fratres nostros Patriarcham Alexandrinum, Archiepiscopum Neapolitanum, & Episcopum Maioricen. ibidem commorantes, in partibus Delphinatus Vasonen. & Vriacen. Episcopos, ac dilectos filios, Officialem Animonen. & Decanum Ecclesiæ S. Petri Animonen. in Regno Franciæ, Archiepiscopum Tholosanum, Episcopum Mirapicen. ac eorum officiales. In Britannia verò, Dolen. & Maclouien. Episcopos, nec non S. Iacuti, & Debusan. Dolen. & Naneten. diac. Abbates, ac Naneten. & Veneten. Officiales subdelegarunt. Qui iuxta tenorem potestatis eis per Commissarios tradite, testes examinarunt, & dicta eorum in scriptis redacta, clausa cum subscriptione notariorum, & sigillis eorum, ad Curiam transferunt. Et tandem per eorum Cardinales Commissarios, inspectis, recognitis, ac visis diligenter processibus, iudicatum est, quod in Ciuitate Neapoli viginti octo, in Animonen. & circum vicinis partibus decem & Octo; in Regno Franciæ videlicet Tolosan. quadraginta Octo; in Britannia verò trecenti, & decem testes examinati, inter quos non nulli. S. R. E. Cardinales, multi Episcopi & Ecclesiarum prælati, Rex Aragonum præfatus, plurimique alij ex latu seculari viri nobiles, pluresque alij legum, Artium, ac Sacre Theologiæ Baccalauri, Licentiat, Doctores, ac Magistri extiterunt.

§. 10. Ac postquam dictus Nicolaus prædecessor, rebus fiterat humanis exemptus, pia memoria Callistus Papa. III. prædecessor noster, dudum ante in minoribus constitutus, & vnus ex Consijs antedictis, ad apicem Summi Apostolatus assumptus, dilectum filium nostrum Alanum tit. S. Prævedis. Sanctæ Romane Ecclesiæ presbyterum Cardinalem loco sui, in huiusmodi negotio deputauit delegatum.

§. 11. Et facta eidem Callisto prædecessori per præfatos Commissarios relatione fidelis, in duobus secretis Consijs de dictis testium examinatorum, reperit omnia, que de fide, de excellentiâ vite, de laboribus, moribus castis, de actibus strenuis, de humilitate & simplicitate, ac miraculis ipsius Vincentij dicta fuere, legitime probata. Ideoque de consilio Venerabilium Fratrum nostrorum, tunc eiusdem S. R. E. Cardinalium, ad vltiora in Canonizatione eiusdem Vincentij procedendum esse decreuit, & deinde ex more, dicta ipsorum testium fecit in duobus Consijs generalibus publicè recitari, ac postea Vocatis eiusdem Cardinalibus & prælati, qui in Curia aderant, omnes nemine discrepante consuluerunt, ad Canonizationem dicti Vincentij esse merito procedendum.

§. 12. Idem quoque Callistus prædecessor dicta die, videlicet tertia Iulij, Pontificatus sui, anno primo in ipsorum Cardinalium, & Prelatorum præsentia, de ipsorum omnium consensu vnanimi, pronunciauit, atque decreuit, Vincentium præfatum esse Canonizandum: quod publicè, & solemniter facientem, in festo Apostolorum Petri, & Pauli proxime sequenti, videlicet tertio Cal. Iulij, Pontificatus eiusdem anno predicto, statuit, & etiâ ordinauit.

§. 13. Postmodum verò dictus Callistus prædecessor, de solemnitate Apostolorum huiusmodi vt præfatur, adueniente, nec non ex vite excellentiâ, quàm miraculorum conseruatione, nec non

verâ notitiâ, quam de ipso Vicentio tunc vivente habuerat, eum virum comperit affectum fuisse gratiâ, quam Deus omnipotens, sanctis, & electis suis concessit, & consimilia signa ex eo consecuta fuisse, quæ ad cognoscendum fideles, ac Dei ministros, veritas in suo Evangelio demonstravit, pro sua informatione Ecclesiæ, ne possent errare, sic inquis. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo demonia ejicient, linguæ loquentur novis, super agros manus imponent, & benè habebunt. Ea propter eum auctoritate Apostolicâ canonizavit, & literarum suarum (si desuper consecræ fuissent) tenore, in Sanctorum Catalogo adscribendum esse decrevit.

§. 14. Universos, & singulos Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, ceterosque Ecclesiarum Prælatos monuit, & atente hortatus est, eis nihilominus iniungendo, quod octavo Idus Aprilis, festum eiusdem Sancti Vicentii, sicuti de vno Confessore, non Pontifice, annis singulis, devotè & solemniter celebrarent, ac facerent à suis subditis, devotione congruâ celebrari, & etiam venerari, ut piâ eius intercessione à noxijs protegi, & sempiterna gratia valerent adipisci.

§. 15. Miracula verò, quæ Deus per eundem sanctum fecerat, propter eorum multitudinem, ne modum literarum, si referretur, consecræ fuissent, egredierentur, duxit silentio præreunda. Mandans processus omnes super illis habitos, in Ecclesiâ domus Sanctæ Mariæ super Minervam de Vrbe dicti Ordinis, ad perpetuam rei memoriam custodiri, & illorum copiam volentibus exhiberi, ac etiam in officio ipsius sancti viri, quod ad fieri posset, latius declarari.

§. 16. Ceterum Callistus prædecessor præfatus, ut ad tanti Confessoris venerabile sepulchrum, & Ecclesiæ in quibus de eo festivitatis celebraretur, eo devotius & assiduis, fidelium conflueret multitudo, omnibus verè penitentibus, & confessis, qui reverentè, ac devotè ad prædictum sepulchrum, & Ecclesiâ in eodem festo annuatim accederent, ipsius suffragia petitori, de omnipotentis Dei misericordiâ, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, auctoritate confusus, septem annos & totidem quadragenas de iniunctis eis penitentibus misericorditer relaxavit.

§. 17. Ne autem pro eo, quod super Canonizatione, & alijs præmissis eiusdem prædecessoris littere, quas superveniente obitu minime consecræ fuerunt, in posterum valeat de huiusmodi Canonizatione, & alijs præmissis quomodolibet hesitari, licet ea in Basilica Principis Apostolorum de Vrbe, eiusdem Cardinalibus, Prælatibus, & multitudine populi circumstantibus, fuerit publicatas, volumus, & auctoritate Apostolicâ decernimus, quod Canonizatione, & alijs præmissis, dictâ die videlicet terrib. Calen. Julij, plenariè sortiantur effectum, ac si sub ipsius diei datâ à eiusdem prædecessoris littere consecræ fuissent, prout superius enarratur, quodque præfates littere, ad probandum plenè Canonizationem ipsam, & omnia alia prædicta ubique sufficiant, nec ad id probationis alterius admittendum requiratur.

§. 18. Nulli ergo omnium hominum liceat, hanc paginam nostri decreti, & voluntatis infringere, &c.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ. 1458. Calen. Octob. Pontificatus nostri, Anno Primo.

Eodem anno Soncini in Gallia Cisalpinâ, in Monasterio S. Pauli Apostoli, Beata Soror Stephana Tertij Ordinis Prædicatorum, fundatrix eiusdem Cœnobij, magnâ cum laude sanctitatis vixit. Gente fuit Quinzanâ, patriâ Soncinas, honestis parentibus nata, & vix nata, ad res sublimes tum gerendas, tum sustinendas destinata. Vix primum lustrum egressa, vsu rationis præcelerato, totam se Divinitatis amori dedicavit. Non maior septenni, Christo sibi visibiliter vnâ cū SS. Dominico, Thomâ Aquinate, & Catherinâ Senensè apparentibus desponsa, annulum sponsalium pyropo ditatum, ab eo recepit. Paulò post, tum Diuinas voces audiuit, tum Diuum Andreâ Apostolum Cruce onustum aspexit, qui illi Crucis amplexum commendabat, dicens: *Hac itur ad astra*. His vocibus excitata, quibus pro more Ecclesiæ se se munierat, atque ornauerat. Gloriâ porrò, quâ cū reliquis Agnum secutis Virginibus supra sidera perfruitur, frequentibus miraculis hucusque ostendit. ex *Analibus Ord. Præd. & Michæle Pio, lib. de viris Illustr. Ord. Præd.*

XXXIX Vita & obitus B. Stephanae Ord. Præd.

cubare, ieiunia in menses producere, non nisi Sacra Eucharistiâ ab Epiphanijs ad festa Paschalia vivere, castitatem perentatam spinis, quibus se inuoluebat, protegere, tērationes nodosis disciplinis effugare, ad nutum superiorum obedire humiliter de se sentire, dies, noctesque precibus coniungere, vigilias extasibus conferuare, & in paterna domo, Angelicam vitam ducere, adhuc puella consueverat. Quindecim annos nata, primum quidam à Sancto Patre Dominico, vnâ cum Diua Catherinâ Senensè apparente, deinde in facie Ecclesiæ à Priore Soncinatæ, habitu Tertij Ordinis Prædicatorum induta, Religionem eandem professâ est. Namque illam sibi velut Scalam Iacobæam ad Cœli culmen, vel lyburnam Noëticam, ad portum felicitatis æternæ consequendum delegerat. In eam virtutum scholam admisa, virtute præire, seque ipsa maior esse, quàm videri contendebat. Propter summam vitæ innocentiam, & corporis mortificationem obtinuit, Angelorum non semel delabentium aspectibus frui: Zonâ, quæ illi Sanctum Thomam Aquinatam præcinxerat, ad perennem virginis tutellam, inuisibiliter accingi; præter Sanctos Dominicum, & Catherinam Senensè, ipsum Saluatorem mundi Christum sapissimè visibiliter intruere, amplecti, atque nunc quidem Sacra Myteria Sacrificij missæ in specie Sacerdotis offerentem, nunc Angelis quamplurimis comitatum, nunc à Cruce brachia soluentem, seque amplexantem, alias caput de Cruce inclinantem, & dulci alio quo siue consolantem, siue monentem audire; ut redamaret amantem, odio haberet bonorum osorem, charitatis officia exhiberet egentibus, merentes recrearet, nudos vestiret, famelicos cibaret, infirmorum curam curaret, delinquentes vel corrigeret, vel corripere, indulgeret in se peccantibus, omnibus omnia fieret, atque super hæc Crucem suam, & tolleret, & tolleraret. Neque sturda fuit. Redamavit amatorem Deum; quæ nihil præter Iesum dilexit; quæ mundum contempsit, quæ carnem contempsit. Bonorum osorem vatiano plusquam odio odiuit, quæ omnes eius illecebras, suadelas, minas, desepxit, nisi, calcauit. Egentibus vestem, panem, lacrem, lectum, pecuniam, medicinam, obsequium, curam, & quicquid vnquam indigerent exhibuit. Puellis minoribus, quarum ætas lapsare consuevit, educandis, totam se impendit: non immemor, nec alibi, nec melius collocari labores, quàm in informatione eius ætatis, quæ labilis, atque eius sexus, qui & præcipitari, & præcipitare non difficile solet. Malevolentium criminationes adeo æquanimitè tulit, vt Innocentiæ feuerus vindex, patientiâ ipsius prouocatus, habuerit calumniatores eius sanâ morte præcipere. Aspexit actiones, & passiones ipsius, patientiæ, & virtutis Antistes Iesus; & quam Crucis contumeliâ signat dignatus, dignatus est & gloriâ; vt quemadmodum ille ipse rediit, patimarum suorū signa in suo corpore immortaliter seruauit, sic & illius corpus, passionis suæ stigmatibus pars visibilibus, pars inuisibilibus insigniuit. Singulis enim sextis ferijs illa in extasim raptâ nunc apud Pontificem, nunc in præterio Pilati flagellationem Iesu, nunc spinæ coronæ aculeos, nunc manuum, & pedum conuersionem, nunc reliquam redimentis mortificationem in suo corpore circumferrebat, sentiebat, & nolens, volens, ostendebat, maximis cum tormentis sustinebat, propter humilitatem consuandam ab se auferri postulabat; atque interim volens, lucens, per Crucis compatientiam, ad Cœlitum consortium tribus annis antea sibi reuelatum, inter præparabat. E terris ablata, ad Cœlos concessit, neq; sine Sacramentis, quibus pro more Ecclesiæ se se munierat, atque ornauerat. Gloriâ porrò, quâ cū reliquis Agnum secutis Virginibus supra sidera perfruitur, frequentibus miraculis hucusque ostendit. ex *Analibus Ord. Præd. & Michæle Pio, lib. de viris Illustr. Ord. Præd.*

Sola Eucharistia per plures menses vitæ.

Stigmata passæ est.

XL. Eodem tempore floruit, Hora Nouarula, Veronenis, doctrina, & virginis flore insignis. Cùm enim Philosophiæ studia, non verbo tantum, verum re ipsa quoque proficeretur, litterarum studiis, ac perpetuæ virginitati se dicauit. Orationes per multas ad Nicolaum V. & Pium II. P. scripsit. Dialogum quoque confecit, in quo disputatur; qui prius, ac suauis, Adam nē, an Eua peccauerit? *Fulgol. lib. 8. cap. 3.* Par huic, licet non tempore, scientiarum tamen laude Cassianus Dra Fidelis Veneta, quæ non solum ad Lyram, versus Latinos, quos ipsa magna eruditione composuerat, commodissimè concinebat, verum etiam Patavii in Academia disputando, ingentem laudem omnibus in omni doctrinarum genere appositè respondendo meruit; atque vt eruditionis suæ documentum præberet, de Ordine scientiarum librum edidit. Politianus eam magnis laudibus commendabat, quod pro lana librum, pro fuso calamum, stylum pro ac tractatit, Latinaque epistolas scripsit. *B. Egnatius lib. 8. cap. 3.*

XLI. Hoc anno, Romæ, in Basilica Vaticanâ, cùm sepeliendo cuidam Sacerdoti Penitentiariorum sepultura in Sacello Sanctæ Petronillæ quaereretur, reperta est arca marmorea candidissima, continens in se duas capas lignæas cupressinas, alteram gradiorem, alteram puerili capacem, vtramque laminis argenteis cooperatam, ligno Crucis vtramque signatam: in maiore iacebat cadaver, vt vulgus iactabat, Constantini Imperatoris, in minore eius filii, vtrumque vestibus aureis Holosericis indutum. Laminæ argenteæ erant pondo librarum 832. argenti depurati. Ex vestimentis conflatit, superferunt libræ 16. auri purissimi. *Nicolaus Viterbien. in Diarjjs notis Romanis m. ff.*

XLII. Mentionem superius fecimus Bartholomæi Ragazii Politani, Est Ragaziorum familia, non tantum apud Montem Politianum in Etruria, verum etiam Bononiæ in Gallia Togatâ, Cremonæ in regione trāspadanâ, Arimini in Flaminia, Anagninæ in Hernicis, à temporibus Orthonis III. Imperatoris, quo cum illa, & Malatestarum in Italiam commigravit, non minus, quam hæc nobilis, & clarior viorum facienda. Maiorem memoria, præter Barchinonensem Episcop. de quo diximus, promittit alterum Bartholomæum Francisci F. Joannis XXIII. Pontificatu litterarum Apostolicarum Scriptorum, ab eodem Pontifice plurimis beneficis, Bononiæ anno 1. Pontif. cumulatam; quodq; in maxima laude ponendum esse affirmant, ij quibus illa sententia in animo sedet, *Perrard quemquam extollit Pontifex, quem præcessor amavit*, Martino V. à quo Burdgalensî, Traiectensî, & Leodjensî Sacerdotis auctus fuerat, familiarem; nec non Sigismundo Imperatori propter singularium virtutum ornamenta longè charissimum, ab eodemque multis benelentis significationibus cohonestatū, ea legatione, quando à Pontifice missus, Bibliothecas Germaniæ, ad Vaticanam libris reconditis amplificandâ perlustrabat, & de melioris notæ codicibus optimos designabat. Huius patris Franciscus, hæres ab eo ex asse relictus, Sacellum in Ecclesiâ Principe Montis Politani SS. Deiparenij extruxit, & magnis proœtibis assignatis, cultum diuinum in eadem perpetuò instituit. *Eiusdem* patruelis Franciscus Jacobi F. litterarum (vt Ioan. XXIII. Pont. cui à secretioribus epistolis fuerat, in dat. Laudæ Pontif. ann. 4. scribebat) scientia præditus, vitæ, ac morum honestate decorus, in spiritualibus prouidus, in temporalibus circumspectus, virtutum donis insignitus, ad Episcopatum Arëtinum in Etruria euectus, palatij pro successoribus Arëtinis Episcopis Romæ emittit, ornauit, reliquit. Ante hos, Alexandri IV. Pontificatu, Baptista Ioannis Ragazius, Politianæ Ecclesiæ Canonicus, vitæ, ac morum honestate, aliisque laudabilibus probatus, ab eodem Alexandro, S. Crucis Tem-

pla, extrâ muros Politianen. dat. literis Pistorij, 4. Idus Nouemb. Pont. anno 1. prælat. Hos longo intervallo sequitur, Leonardus Paulus Ragazius Comes Florentinus: Paulus Leonardi I. V. D. Senis, à Vicario Cardinalis Piccolomini Archiepiscopi, propter scientiæ eruditione, & morum honestatem creatus 1493. necnon Iudex *causarū* totius Piceni, à Max. Pont. ad annū Dñi 1500. institutus. Ludouicus eiusdem Leonardi F. à Leone X. P. M. à fide, probitate, ergâ Sedem Apostolicam deuotione, obsequio, & in rebus agendis diligentia, arcis Cereti Castellanus; à Paulo verò II. Archipresbyter Montis-Politiani renunciatus. Gregorius Ragazius I. V. D. ab Iulio II. Anagninæ vrbi Prælat. Dionysius Ragazius post Ludouic. Archipresb. Cathedralis Ecclesiæ Papien. Canonicus, atq; Cardinalis Papien. Episcopi Auditor, Vicarius, & Locumtenens: Iulio II. & Leone X. sedentibus, fauentibusq; Prothonotarius Apostolicus, familiaris Pontificis eius, & Scriptor Breuium, Iudex Curie Sabelle, Locumtenens Cardinalis Legati Perusiæ, & Vmbriæ, Gubernator, & Castellanus Beneuenti, causarum grauiissimarum in diuersis locis Commissarius S. Sedis: Leoni X. propter ingentia merita adeo charus, vt purpuratorum numero annumerare vultuerit, nisi malignitas veneno potrecto, hominem dignitati præcipuisset. Æqualis illi Vincentius Ragazius, à Politianis ciuibus Orator ad Paulum III. ad prohibendum transitu Cæsareanum militè destinatus, ab eodemque post mortem Dionysij Archipresbyter in patria renunciatus, & Montis Ortonis, Narniæ, Tyferni, Firmi, Afculi, Perusiæ, pro Sede Apostol. Gubernator; ad extremum Pontificiæ Domus, totis septem annis præfectus. Horum, nostro tempore digna proles, Ludouicus Ragazius V. C. Sedis Apostolicæ Prothonotarius, Interpontificij tempore, Card. Bellarmino à Conclau, Comiti Stabili Marc. Antonio Colunæ à secretis, Card. Gioeufio S. Collegij Decano à negotijs in Curia Romanâ, qui mihi istas suorum antenatorum memorias, ex literis Pontificis, & Imperialibus communicauit. Pompeius Vizani ad ann. D. 1278. Ragaziorum, inter illustriores Bononiæ familias meminit, in ea, quam de rebus Bonon. scripsit historia. Auctor Chron. Ariminenfium, Ragazios, Malatestis, stemmate, & cognationibus affines, inter Equestris Ordinis viros adnumerat. Sed nos ad institutam narratione reuertamur.

ANNO CHRISTI 1459. PII PAPÆ II. ANNO I. & 2. FRIDERICI ROMAN. IMP. ANNO 20.

INDIXERAT Mantuum, vel Vtinum, Pius Pontifex, omnium Regum, & Principum Christianorū Conuentum, in quo ipse de salute Reipubl. Christianæ deliberare statuerat. Ergò ad profectiōnem omnibus præparatis, ad 13. Calen. Febr. quæ dies profectiōnis dicta est, ex Palatio Apostolico, quod est apud S. Petrum in Vaticano, inrempstâ nocte ad ædem S. Mariæ Maioris in Exquilino Monte se contulit, ibique sequenti die Sacris publicè operatus, creato Principe Columnensî Vrbs Præfecto, & Nicolao Cufano Card. Legato, frequenti populo, ac vehementer lachrymanti, lachrymans ipse benedixit. Postridiè Sole nondum orto, per thermas Diocletiani, & collem Suburæ, ad portam Flamineam, nunc populi vocant, & deinde ad pontem Miluium descendit. Cardinales eousque sequuti sunt, & Optimum Vrbs, plebilque maxima pars. Ibi equitum in armis expectabant turmæ, quæ Pontificem tutum deducerent. Tum dimisso populo sex Cardinales delecti sunt, qui Pontifici seruirent iter agenti,

T. Ad Concilium Mantua celebrandum profectus Pius PP.



Willhelmus Rothomagensis e Regia stirpe natus, Alanus Auinionensis, nobilis Brito, Philippus Bononiensis, Nicolai quondam Pontificis frater, Petrus Sancti Marci, Prosper Columnensis Rodericus Borgia Vicecancellarius, qui Romanorum Pontificum nepotes fuerunt, Eugenij, Martini, Calixti. Reliqui Cardinales, ex quibus nonnulli valetudinarij fuere, iussi sunt Romae manere, aut miris veris tempus expectare, ac tum pone sequi. Et cum aliorum aegritudinibus Pontifex ignosceret, suae nequaquam pepercit, qui pedaneo dolore, & pluribus affectus morbis, subire mortis periculum maluit, quam constitutam profectiois diem negligere. Obstabant amici, multique artibus remorari Praesulem adnitebatur, horridam hyemem, & frigidam, rigidamque Apennini alpes, & itineris mille pericula memorantes. Haec cum frustra obiectarentur, non desistere, qui dicerent; En Pontifex, si te nulla tui corporis retinet cura, respice saltem, quae tibi commissa est, Romanam Ecclesiam, & quor ei insidia preparantur animaduerte: & quis patrimonium Beati Petri tibi absente tuebitur? Quamprimum Padum transieris, inuadent regnum tuum lupi rapaces. Nam quae terra est tyranis, ne dicam latronibus, magis referta, quam tua? Pervenit alij, v. m. b. v. alij alias alij provincias dilacerabit, mudabuntq, prorsus spem suam tuam. Cum redieris, non inuenies locum, ubi reclines caput, quae postituum dicere. Ad huc Pontifex; Meliora, inquit, praestabit Deus, cuius acturi causam peregre proficiscimur. Quod si permiseris diuina miseratio id fieri, quod timetis, priuari his temporalibus bonis Ecclesiam, quam fide malumus. Nisi seruanus, quod promissum est, perit fides nostra; & quis amplius crederet nobis? Religio quoque in discrimine ponitur, quam Turcae oppugnant, aduersus quos Conuentus indictus est. Sin perginimus, ut at temporale regnum Ecclesiae, sed hoc saepe amissum est, & saepe recuperatum. Spirituali, si semel exciderimus, difficile vendicari aliquando poterit. Perveni hanc fluxa, dum solidiora illa retineamus. Nec plura locutus, iter ingressus est.

II. Excipitur cum Curia ab Vrbinis, & Assisium Ecclesia restituitur.

Prima illi pernoctatio apud Campanianum fuit, qui locus est Vrsinorum, passibus ab Vrbe sexdecim millibus distans. Hic Tranensis Archiepiscopus, Latini Cardinalis frater, & Pium Pontificem, & vniuersam Curiam magnifico apparatu excepit. Nondum Iacobus Picininus Assisium restituerat: nec tamen Pontifex ab incepto itinere distitit, & si per agrum, quem illi occupauerat transcundum esset. Ibat spe plenus, nec auxilium Dei sibi quouis pacto defuturum arbitrabatur, cuius causam ageret. Neque frustrata est eius intentio. Nam die sequenti, cum inter Nepefium, & Ciuitatem Castellanam medio ferme spatio viam faceret, litterae allatae sunt, quae restitutionem Assisij, Gualdique, ac Nuceriae certissimam nunciauerunt. Vix eas legerat, cum festinanter equitans Cancellarius quidam Euerfii Anguillariae Comitris petiit, & habere, magna, quae referret, mandante Comite dixit. Iustus fari, Herus, inquit, meus eunti tibi longinquam viam praedicit: antequam adsint Augusti Calende, non paruas in regno tuo oborturur turbas: tumque cogniturum, te qui fidem tibi seruauerint. Cui Pontifex; Redito, ait, ad eum, qui te misit. Assisium Ecclesia restitutum referto: atque his nuntium tristem dimisit. Sciebat enim id futurum molestiae Euerfio, qui Picininum meretriculae nomen mereri aiebat, si se aliquando Assisio, & tam egregia munitione extrudi sineret. Picininus autem antequam occupatas Vrbes restituere statuisset, saepe per internuntios Papae dixerat; Videro quid agas Pontifex, aduersus fortuna hominem arma capiens. Ad quae Pontifex; Stultè, inquit, Picininus egerit, si fortunam suam experiri cum nostra ventauerit. Nam si fortuna ascribere status hominum licet, longe maior fortuna est in solio Beati Petri sedere, quam equitum aliquot alas haurire: quamquam si rectè loqui velimus, Deus est, qui regna, & status omnes distribuit: fortuna inane nomen, & vana genitum inuentio.

III.

Hic quia Euerfii mentio incidit, & saepe huius nominis faciendus est sermo, pauca dicenda sunt, vt

intelligant posteri, cum quibus Pio Pontifici concertatio fuerit. Anguillaria vetus est oppidum, quatuordecim millibus passuum ab Vrbe distans; lacui adiacens, qui propter anguillarum capturam, oppido nomen dedit. Hoc sibi nobiles quidam e Germania profecti, vendicarunt, qui successu temporis dominatu, & opibus aucti, Comites tandem Anguillariae dicti sunt, Vrsinorum familiae foederibus, & amicitia coniuncti. Horum domus haec aetate ad duos fratres redacta fuerat, quorum alter Dulcis nomen fuit, Euerfus autem. Dulcis, rei bellicae apprime peritus, multis facinoribus nobilitatus, relictis duobus filiis excessit e vitâ. Euerfus nepotum tutelam iniit; denique Vrsinorum relicto foedere, Columnensibus iunctus est: cum de successione Comitris Taliacotij cum illis non conueniret, diuque bellum inter Vrsinos, & ipsium agitarum est euentu vario: tandem induciae in annos triginta factae sunt. Neque Anguillariam, quae fuerat eorum haereditas, abstulit occasione recepta, quod Vrsinorum parti fauerent. Haec de Euerfo hoc loco memorasse satis fuerit, cuius in sequentibus frequens fiet mentio. Nunc ad Pium reuertamur, qui vbi Assisium absque armis recuperatum cognouit, longè iucundior iter suum secutus est: intelligens Deum, qui coeptis aspirasset, sibi fauentissimum esse, & optimis auspicijs res inchoasset: non tamen recta via per Tusciam eundem censuit, vt qui Senas ingredi nolebat, priusquam suis ciuibus reconciliaretur. Erat enim eis pauculum subitatus, qui ordinem, quem Gentilium dicunt, ad Vrbe regimen, quamuis crebro rogati admittere noluerunt.

IV. De Vrbe Senarum origine, ac regimine.

Vrbs Senarum in Hetruuria admodum nobilis est, & agrum late patentem possidet. De Conditoribus eius multa referuntur fabulosa. Verum origo gentis à Romanis est; atque ab ijs insigne lupa receptam, & infantes gemini pendentes ab vberè. Multi in hac vrbe fuere nobiles, admodum potentes, qui palatia sublimia, & altas turres, templaque nobilissima extruxerunt, rempublicam administrantes. Sed cum inter familias nobiliores ob gubernationem ciuitatis, lites oborirentur, & armis aliquando decerneretur, placuit nobilitati, aliquando regimen populo dimittere, paucis sibi muneribus referendis: arbitrati populares, quamuis rempublicam administrarent, nihil tamen iniussu nobilium facturos, quorum potentiam formidarent. Istud aliquandiu seruatum est. At vbi assueta regimini plebs dulcedinem honoris, & potentiae fructum gustare coepit, aucta diuitijs, & gloria nobilitatem dedignata est, pulsisque Vrbe nobilium quibusdam familijs, reliquas tolerabat & minores aliquos honores cum eis partebatur. Quinque, in Vrbe hominum genera fuere, absque infima plebe. Alij Nouem appellati; quia dum rempublicam soli tenerent, Rectores nouem constituerunt. Alij eadem ratione Duodecim dicti. Alij Reformatores, quia reformationes ciuitatis aliquas fecisse sunt visi. Nobiles, à vetustate, ac potentia olim vocati, nomen Gentilium hominum retinuerunt. Alij populares nominati, Duodecim, iampridem à gubernatione deiecti, nullam reipublicae partem habuerunt. Nobilibus quorundam munerum quarta pars crederet. Verum neque inter Priores in palatio residere, neque portarum clauas custodire permitti. Vis tota regiminis, inter Nouem, Reformatores, & Populares remansit. Inter quos succedente tempore, sedente Calixto tertio graues inimicitiae succreuerunt, parique non parua regentium falsò insimulata est, tamquam vrbem trahere Picinino conspirasset. Ob quam rem quidam securi percussi sunt, nonnulli in exilium acti, alij relegati, & pecunia multati, adeoque vrbs ipsa ciuili discordia vexata est, vt libertatem amissura propediem cunctorum iudicio videretur. Sed respexit pijs oculis

magnus

De Comitibus Anguillariae quadam praemittuntur.

Pij Papae votis non annuunt Senenses.

V.

magnum Deum dicantur iuxta matrem Mariam Virgini ciuitatem. Assumptus enim mortuo Calixto, Pius Pontifex, mox dulcissima patriae curam coepit; machinatione, quae in illam preparata fuerant, disiecit; & omnes eius hostes auctoritate deterruit. Ad salutem autem illius magnopere existimauit, vt loco ciuium, qui e regimine cecidissent, dictus ordo sufficeretur; neque suae dignitati conuenire arbitrabatur, nobiles, ex quibus ipse natus esset, in patria sua pro seruis haberi. Quod Senenses futurum existimantes, vt viam querelae praeculerent, familiam Picolomineam, ex qua Pio esset origo, ad regimen vocare, existimantes, eum nihil amplius quaesitum. Verum ipse non suae domus, sed totius ciuitatis curam gerens, nihil aeterni censuit, nisi Gentilium vniuersi ad rempublicam gubernandam accerierentur, missisque Legatis, esflagitauit, vt ceteri ex illo ordine regimini adscriberentur. Tumultuare hac petitione Regentes, dicere Pontificem, indigna rogare, numquam id facturam ciuitatem, etiamsi pati obsidionem, & filios fame cogere tur edere. Contra Pius instare, & nisi pareant, patriam iusta neganti, benignam subtracturum se manum asserere. Atq, ob hanc causam iter flexit, & dimissa Tuscia per Vrbem profectus est, Senenses interminatus, nisi morem gererent, se patriam posthabita, per Perusiam, Aretium, & Florentiam in Galliam profecturum. Perijt igitur ciuitatem Castellanam, quam nonnulli Vrsinorum olim fuisse patriam arbitrantur, & Camillum ingratae patriae indicia fugientem, illic exulasse. Locus est in plano situs, verum ita praeruptis vndique rupibus, vt instar altissimi montis teneat, & propemodum inexpugnabilis videatur. EPISCOPVS eius loci vir doctus, & aeterni ingenij, PIVM PONTIFICEM, cuius in minoribus constituti amicissimus fuisset, singulari gaudio excepit in palatio. quod NICOLAUS QUINTUS PONTIFEX MAXIMVS, quati refugium in persecutione, si qua emerisset, magnifice construxerat. Exin Tiberim transijt per pontem ligneum recens factum, hedera, & yrentibus arborum ramis ornatum, non procul ab oppido Malliano, quod in Sabinis paret populo Romano. Quacumque iter fecit, populi obuiam effusi Pontificem salutare; Sacerdotes sacra ferentes felicem vitam eunti precari: pueri, innuptaque puellae redimiti tempora lauro, & oliuarum ramos manu gestantes, vitam, & felicitatem magno Praesuli optare; qui fimbrias vestimentorum contingere possent, beatos sese arbitrari; plena vbiq, populi itinera, & strata yrentibus herbis; oppidorum, & vrbium platea pretiosioribus operae pannis; domus ciuium, templaque magni Dei, praecipuis ornata modis. Sic per Narniam, & Interamnam Spoletum vsque ventum est. Neque hic minor PONTIFICI honor exhibitus. Haec vrbs in monte sita, in cuius cacumine arx eminent nobilissima, Aegidij quondam Cardinalis Alborno-tij opus, tum natura, & situ loci, tum murorum altitudine, & humana ope munitissima; ex qua tota vallis, quae appellatur Spoletana, visitur, amoenus certe locus, & saluber. E regione mons est praeruptus, atque sublimis, in quo velut in eremo religio-ne dicata, Anachoritae famulantur Deo. Insunt & Monachorum nonnulla caenobia, in quibus viri sanctimonia celebres degunt. Gothis in Italia regnantibus, & deinde Longobardis rerum Dominis, ac postea Francis Imperium obtinentibus magni momenti Spoletum fuit, & Vmbriae caput, Ducumque Sedes, & vsque in eam diem, Spoletani dycarus nomen mansit. Hic biduo Pontifex moratus, Cardinalibus, qui se comitabantur conuiuium apparauit, & cum his hilarè pransus est.

Itam Brendum, ciuem Romanum, Iureconsultum ad Imperatorem Fridericum, qui eum ad conuentio-nem inuitaret, aut in Vtino, aut in Mantua: & cum eo ire iusserat Mattheum cognomento Fugel, vnum ex aulicis suis natione Germanum, qui mores hominum nosset, & regionum itinera, vt Baptistam in-stitueret. Conuenerat iam Imperatorem ille, & habi-theum cum responso remiserat, qui Pontifici Spoletum occurrit. Summa rerum erat, Imperatori grauius apud Austriam incumbere negotia, quae negligere non posset: nec vocatum in vnum ex duobus locis alter-natim nominatis, ad veniendum astringi: cui Ponti-fex remisso Mattheo in hanc sententiam rescripsit. Quamuis in Austria multa essent, quae praesentium Imperatoris exigent, non tamen idcirco Fidei Orthodoxae negligenda nego-tia. Nam & Roma Pontifici praesentia egeret, reliquissè se ta-men & Vrbe, & omne regnum Ecclesiae, vt conuentum peteret pro Christiana salute indictum: nec minus à nominatis locis Ro-mam discurrere, quam vel Greciam, vel ciuitatem Notam Austriae Imperatoris Sedem: Pontificem annis plenum, & moribus gra-uem, longius iter acturum: indecorum videri, Caesarem validum, & florenti arate recurre breuiorem viam. Consulat honoris suo, consulat Christianae religioni: neque committat, vt sua uegigen-tia Christianam rempublicam perisse aliquando dici possit: ne-que confidendum inepias audiat, qui subtilitate quadam iu-ris, negant eum obedire oportere, qui ad ea loca vocatur alterna-tim nominata. Sciat senonum us, sanoniam esse vrbem: ne-que vendum caulationibus, vbi bona fides requiritur, & Chri-stianae res in discrimine sita est. Neque ad incertum locum se fu-isse vocatum, qui prius quam deum relinquere, edocendus er-at, ex duobus locis, quem deberet ascendere: parceret huius excusa-tionibus, quae apud viros graues ridicula viderentur, neque Vt-ricum audiret turis interpretem, pijs, quam suam conscientiam. Exin, quia scripserat Imperator manu sua secre-tiores litteras, in quibus Pontificis consilium expo-sccebat, An regnum Hungariae acceptandum sibi esset, si, vt ipse erat, Regni Proceres eum eligerent: in hunc modum rescripsit. Quae Regem Hungariae sunt electuri, si fides ijs habenda est, & regnum dare possunt, non dissuademus ac-cipere, quod offertur. Sin item offerunt, & belli macerant, contra sentimus, maximeque cauendum censimus, ne quid agas, quod expeditionis aduersus Turcas instituende sit inpedi-memo. Vale.

VI. Senenses Pium PP. inuitant, vt Senas veniat, & illius iter describitur.

Inter haec Senenses Pontificis indignatione cog-nita, atque admodum veriti, ne se posthabitis per Flo-rentiam peteret Mantuam, molliores facti, Legatos decreuerunt, qui benignè Pontificem saluantes, iter ei per patriam persuaderent. Veneti vero, qui per Le-gatos multa Roma aduersus Turcas Pontifici promiserant, electionem tamen Vtini pro conuentu Christianorum celebrando respuerunt: vt qui Tur-carum animos, quibus federe coniuncti essent, irri-tare vererentur. Nam cum Mahometes Constanti-nopolim occupasset, diffisi suis viribus Veneti, & aliorum Christianorum auxilia desperantes, pacem cum Turcis fecerant. Quod cum Pio nunciatum esset, quamuis dolens, tamen plenus animo, & in Saluatore Christo spem habens, reiecit Vtini mentionem; epis-tolis ad Reges Missis, per quos eos Mantuam euoca-uit, Fulginium adiit. Haec Ciuitas, Eugenio Quarto sedente, ex manibus tyrannorum, ad Romanam Ec-clesiam redijt. Inde Assisium petijt, fuitque illa in arce, quam Picininus per prodicionem ererat; mi-ratusque vehementer est hominem, vt aiebat, vt for-tuna, & nouis rebus intentum, adeo inuinitum locum, & ad pacem Italiae turbandam idoneum restituisse, nec aliud, quam diuinæ pietatis opus arbi-tratus est, quae pauorem armato immiserit, ne con-uentus Mantuanus interijperetur. Nobilitauit hanc vrbem D. Franciscus Ord. Minorum inuentor, cui ni-hil paupertate ditius fuit. Huius nobile templum ere-ctum est, in quo ferunt sua ossa iacere: & duplex

Ecclesi-

Ecclesia est, altera super altera picturis illustrata. Cio- et Florentini, quem constat sui temporis omnium pictorum fuisse nobilissimum. Monasterium, quod huic Ecclesie adheret, totius Ordinis caput habetur nec structura toto orbe huiusmodi Ordinis inuenitur, quae hanc superet. Pius arce considerata, cum animaduertisset vno tanto ex loco oppugnari posse, illic turrim erigi iussit, quae postea magnis sumptibus perfecta, inexpugnabile munimentum reddidit. Inde Tiberi rursus transmissio, Perusiam profectus est, ubi honores hi ei sunt exhibiti, qui humano ingenio potuerunt excogitari. Nam quamuis aspera laqueis hyems, non tamen aliter adornata ciuitas fuit, quam si vernum tempus adesset, vixere tota vrbs, gestire viros, ac mulieres, qui Romanum Pontificem intuerentur; (nam ante annis octuaginta nemo illic Christi Vicarium viderat) pendere per omnes vrbs vias insignia Pontificis, lunae aureae nondum plena, laudi militares exhiberi, omnia profusum ostendere latitudinem, Cardinales, & vniuersos Curiales humane, ac benigne tractari. Ea vrbs peruerisa est, & vna ex duodecim ciuitatibus, quas Hetruria principes antiqui commemorant; & adhuc murorum pars cernitur, quos Caesar Augustus instaurauit. Claruit iam pudorem & armis, & litteris, & potissimum scientia iuris in qua Bartholus excelluit, & post eum Baldus, & Angelus. Venit in hanc vrbs Pius in vigilia Purificationis Beatae Mariae virginis Matris Domini, & in die festo de more candelas largitus est. paucis post diebus templum Diui Dominici, & amplum, & nobile dedicauit. Fridericus Vrbinas visendi Pontificis gratia eo se contulit, & per benigne acceptus est: legatione Ludouici Sabaudiae Ducis, hic obedientiam Romano Praesuli pro veteri consuetudine praestiterunt. Occurrerunt & Senensium Oratores iter ad se petentes. Vidit eos Pontifex non inuitus, & vocari, rogarique dulcem in patriam hilari animo accepit. Voluit tamen inermem reperire vrbs, & liberum sibi futurum, cum Senas intraret, de forma regiminis cum Senatu agere: quod illi, quamuis aegre concesserunt. Mansit Perusia Pontifex tribus hebdomadis Exin non sine merore ciuium, qui longiorem sui domini moram oprabant, Senas versus iter arripuit, & ad lacum Trasimenum peruenit, Romano clade, & Hannibalis victoria nobilitatum. Huius lacus ea tempestate nullus erat exitus: ac propterea decurrerunt in eum multis rivulis, ac paulatim creuerat, & adiacentium oppidorum magnam partem demerserat. Bracius effosso monte, inundantibus aquis iter per altos cuniculos praebuit; & vallem, quae alioquin arida erat, humectauit, molisque plurimis ditauit, atque hoc vno opere laudem meruit. Exagita uerat pluribus diebus, cum eo peruenit Pontifex, aquas lacus valida tempestas, ira vr nauigandi nulla parceret facultas. Tum vero quasi diuino nutu repente vis omnium ventorum conuulsiuit; & intranti nauigium Praesuli velut animal domitum sese praebuit, & vndique sedatis flatibus mira tranquillitas oborta est, adeo vt ingens captura piscium facta sit. Dum nauigatur in insulam, in qua Pontifex apud religiosos Sancti Francisci Monachos pernoctauit, filuerunt fluctus versperi, & nocte tota, & mane, quod securum est, donec nauigium Pii ad litus peruenit. Exin iterum scire, & inter se colluctari vehementes veni ceperunt; ita vt qui Pontificem sequebantur, vix periculum submissionis euaserint; admirantibus accolis, quod per vniuersam hyemem procellosus, & intractabilis Trasymenus, Pontifici nauigabilem se praebuerit. Ventum est deinde ad Clanium amnem, seu palus est, quae Senensem agrum a Perusino diuidit. Illic Legati

Senensium magno comitatu, & ingenti letitia Praesule excepere. Clusiumque duxere, antiquam vrbs, & Porfena Regis patriam, opibus olim, & gloria pollentem, tunc vero paucis incolis habitatum. Plinius hic labyrinthum fuisse commemorat, inter miracula orbis non extremum; cuius nulla extare vestigia, miraculum potest videri. Hinc Sarreanum iterum est, oppidum Senensi populo subditum, quod olim ad Vrbs veterem pertinuit. E Sarriano, Corfinianum petiit. Mons Senensis est ex valle amnis Vrciae surgens, in cuius vertice planities mille passus longitudinis habet, latitudinis multo minus. In eius angulo, qui Solem hyeme orientem respicit, litum est oppidum parui nominis, verum aere salubri, & vino, ac rebus omnibus, quae ad victum pertinent optimis. Qui Romam a Senis peruenit, postquam Sancti Quirici castellum reliquit, & Radicofanum recta pergunt, Corfinianum in colle relinquunt, qui ad sinistram cernitur, tribus millibus passuum extra viam publicam clementer eleuatum. Maior oppidi pars Picolomineorum quondam fuit, & Syluius Pij pater, auitas hic possessiones habuit, atque hic natus est Pius, & hic praesentia redimenta peregit quo tunc credens, sperauit voluptatem aliquam iumere, eos allocuturus, quibus cum adoleuerat & & aspectum soli natalis reuere cum gaudio. Sed contra euenit, quando maior pars aequalium est vitae excesserat, & qui adhuc superabant, graui senio, moribusque domi detinebantur; & hi qui sese exhibebant, mutatis vultibus, vix agnosci poterant, exhausti viribus, ac deformes, cum iam aetate graues filios inueniret eorum, quos pueros reliquerat. Fuit oppidum mirifice ornatum gestiente populo, & nimum festiuo, ob praesentiam maximi Praesulis, quem apud se natum gloriabantur; nec satis, aut intueri, aut consalutare eum poterant. Mansit hic Pius in festo, quod Beati Petri Cathedram appellat, ac rem diuinam peregit; stantique hoc in loco nouam Ecclesiam & Palatium aedificare, condixitque architectos, & operarios non parua mercede, vt memoriae suae originis, diuturnam relinqueret. Concessit & indulgentias plenarias quoannis in festo Inventionis Sanctae Crucis, his, qui Parochialem Ecclesiam visitarent, quae postea Cathedralis effecta est, vt suo loco dicemus.

Cum discessisset ex Corfiniano Praesul interequitandum nunciatum est, Ecclesiam Patavinam morte sui Pontificis vacuam esse, vocauitque mox Cardinalem Sancti MARCI, aitque; Existimasti nos erga te ingratos esse, qui iam pridem nullo te beneficio affecimus; nolimus minora tibi conferre; expectamus aliquid magni, ex quo disceres, te nobis charissimum esse. Id iam occurrit. Vacat ECCLESIA PATAVINA diues, ac nobilis: ad eam si libet, ex Vicentia, te transferemus; & Gregorium Corarium notarium nostrum, Vicentiam praesidemus: monasterium, quod illa in Verona obtinet, nepoti nostro commendabimus. Placuit Cardinali oblatio PONTIFICIS, & gratias egit: cumque Bonconuentum introissent celebrato Consistorio cum Cardinalibus, qui aderant peracta sunt; quae PONTIFEX statuerat; arbitratus rem se gratissimam fecisse Venetis, ex quorum nobilitate Cardinalis esset. Dormiuit eanocte Pius in hospitalis SANCTAE MARIAE Praedio, cui Cuna est nomen, sexto a Senis milliaro. Sequenti die magno ciuium comitatu, & incredibili plebis alacritate, pulcherrime ornatum, & festiuantem ingressus est patriam, nec vsquam maior ostentatio letitiae via est. Inrer Rectores tamen vrbs inuitti aliqui Praesulem intuebantur, filebant autem metu plebis, & pccmentes altum corde dolorem, vultu gaudium praetendebant;

VII. Cardinali S. Marci confert Ecclesiam Patavinam Pius PP.

haud

excipitur honorificè à Senensibus quorum Priorem Rosam auream donat.

haud ignari, quin populi contra se furorem excitarent, si Pontificem introeuntem non benigne visi fuissent admittere. Secuta est paulo post in medio maioris ieiunij, Dominica dies, cui Rosae vocabulum impositum. Pontifex, vt ciuitatem honestaret, Rosam auream, quae quotannis dari consueuerat, Priori Dominorum Vrbs, cuius magistratus triduanus erat, tradidit, adhibita oratione, in qua de Senensium laudibus differuit, iussitque Cardinales, deferentem Rosam ad palatium vsque comitari, medium inter vltimos euntem; quae fors in familiam Reformatariam incidit, cui Boninignij cognomentum dedere. Post hac de restituitioe Ordinis nobilium Gentiles homines appellati, agere coepit; & accessit ad se Vrbs Senatu, in huc modum locutus est.

Ingentes gratias vobis habemus, viri Senenses, qui nobiles nostros Picolomineos in partem regiminis admistis; nobis quoque, cum in minoribus ageremus, saepe adiumento, praesidioque fuistis. Verum nec nos ingrati, aut onerosi patri sumus, qui diu procul a domo, & inter exteras nationes vitam ageremus, in Mediolano apud Philippum Mariam, in Basilea apud Generale Concilium, in Sabaudia apud Amedeum, quem pars orbis pro Christi Vicario coluit, Felicem appellatum, in Austria apud Fridericum Imperatorem, Neapoli apud Alfonso Regem, & in Vrbe Roma apud Calixtum Pontificem Maximum, & ante Cardinalatum, & in Cardinalatu, res vestras summo studio, & aduocamus, & defendimus. Nunc quoque ad summum praesulatum diuino vocati consilio, libertatem vestram prorsus labantem, remque simul, & dignitatem conseruauimus. Nihil enim tam nobis cordi est, quam patri incolumitas, atque libertas; quas res per nostram assumptionem affectu estis diuino munere. Sed non erit hac felicitas diuturna, nisi alium sumatis viuendi modum, nisi vestrum regimen in melius reformetis. Non potest veritas Evangelica mentiri, quae ruiturum omne regnum in se diuisum, in Euangelio tradit. Et quae vniquam ciuitas tam diuisa fuit, quam vestra? In alijs vrbsibus saepe duas fuisse partes constat, quae inter se disidentes ruinam fecere. Apud vos, pars popularem omnem regiminis amisit; Gentilitas, est honorum aliorumque participes, ex palatio tamen regitur. Rursus, qui Republicam tenent, alij nouem, alij Reformatores, alij populares appellantur: neque absque inuidia & simultatibus inter se viuunt, & superare alios alij, ac videri meliores volunt. Nutrit proculdubio factio in populo, & animos in diuersa trahit ipsa nominum diuersitas; & paulo ante nostrum Pontificatum (quod grauis est) nouum diuisum emerit. Cuius aliquot ex his, qui vobiscum vrbs praesidebant, aut securi percussis, aut in exilium missis, aut pecunia multatos relegatis. Fortasse digna expenderunt supplicia! At non sine iactura ciuitatis, morte affecti estis numero vestro perire. Qui exulant, & qui relegati sunt, reditum in patriam meditantur, vobisque dies, ac noctes insidias parant. Neque desunt in ciuitate, qui iustulent, vel sanguine, vel beneuolentia, eis aduincti. Nam quanto plures est ciuitate deiectis, tanto maior est numerus eorum, qui vobis insensu sunt, & res nouas in ciuitate moluntur. Hac, & alia pleraque in corpore vestro sunt mala; extra verò, quibus inimicis implici sitis, vos ipsi nostis. Vicina in vos adia sunt, amicitiae procul absunt. Quis ei ciuitati bene speret, quae nec foris, nec intus tuta est? At salutem aperuit vobis Deus ab externa vi, qui nos in cathedra Sancti Petri collocauit; in qua dum sedemus, nemo aperto Marte inuadere vos audeat. Norunt inimici vestri Apostolica Sedis vires; & scientes, Nos huius vrbs Ciuem esse, tam vobis, quam nobis ipsis inferre bellum verentur. Sub umbra nostra ab his, qui foris sunt, factu tuti estis. Ab his, qui sunt intus, non est opus nostra vos tueri. Consultare tantum possumus, & id suadere, quod vnicuique omnium ciuitatum firmissimum tutamentum; id est, vt inuicem ametis, & concordibus animis Republicam gubernetis. Nam difficile expugnatum munimentum, & insuperabile est amor ciuium. Nostis illud Salsustianum; Concordia res paruas crescere, discordia magnas dilabi. Concordia est, quae seruat ciuitates. hac perpetuo

Consulti Senensibus concordiam.

vos conuinger, & hanc ciuitatem tuebitur, si iustitia inter vos dominabitur, quae vna est mater, atque Regina virtutum. Iustitia autem aequitatis quadam ratio est, quae pro meritis inter homines panas, ac premia distribuit. Beata ciuitas, quae iustitia virtutis moderamine, & vos Senenses beati eritis, si honores publicos inter merentes partemini, quod iam est à vobis neglectum; qui ciuibus nobilitate praestantibus, quorum maiores hanc vrbs condiderunt, & qui non coacti, sed sponte sua ciuitatis regimen in vos transtulerunt, annos supra quinquaginta tamquam mancipijs vsi estis. Redeundum est iam denique ad iustitiam, & honorandi sunt nobiles, & eorum loco sufficiendi, quos erecistis. Implendus est, qui vacat locus, & tot amici asfumentes, quot inimicos fecistis. Aut enim cauendum est, ne quis vos oderit; aut si hoc non possumus assequi, paranda sunt amicitia, quae odia superent. Hac abunde praestabunt nobiles, si damnatorum loca conscenderint. Vtilitas hac, & honestas suadet. Nam quomodo grati eritis, nisi hos honoratis, quorum parentes vobis rempublicam commiserunt? & qui, licet contumeliosè à vobis affecti, quam plurimum fuerint, nunquam tamen rebellauerunt, sed equo animo cuncta tulerunt, & ad omne imperium vestrum praesto fuerunt? potuissent aliquando per diuisiones vestras, cornua erigere: maluerunt in ciuitate per quietem seruire, quam per seditionem dominari. Et quis eiusmodi ciues non dignos regimine arbitretur? Bene instituta ciuitas, & qua radices vult altius figere, malos ciues panas, bonos praemio afficit. Nemo, qui sapiat, ea in vrbe manendum duxerit, in qua virtuti non adstunt praemia. Vos, si sapientis, gentiles iam omni timore diuitiarum deposito vestri similes; & aliquantè humiliores effectos, in societate gubernanda ciuitatis amplectimini, nec vobis ipsi minores esse patiemini: atque hoc summum est retinenda libertatis, & vrbs conseruanda remedium. Hoc est consilium nostrum, quod amantissima dante patria. Si spernitus horum tamenta nostra, non possumus de hac Republica bene sperare. Imminet enim diuisa ciuitati vrbs; nec pax illic habitat, ubi iustitia exulat. Vos si gentilibus, quod sibi debetur attribuetis; si qua ingrui aduersitas, ne dum auxilia nostra praesto erunt, sed ipsius Dei, qui iusti partibus semper adest, omnipotentis manu adiuui, & protecti eritis.

Hac cum dixisset Pontifex, Cardinales quoque qui astabant, pro suo quisque ingenio in eandem sententiam verba fecere. Responsum est; Priores Vrbs, de more Senatum coacturos, & quod ab eo decretum fuerit, Pontifici relatuos. Exin abeuntes inter se aliqui ciues fremere, atque animos in diuersa iactare; & quicquid vniquam peccassent nobiles dum regnabant, in medium afferre; nihil difficultius, dicere, quam regni foctos adsciscere; illis partiri honores aegreferebant, hi lucra communicare exclusum se iri existimabant. Nemo regni comitem facile admittit. Difficile Senatoribus videbatur, negare Pontifici, quod peteret; difficultius concedere. Reddebantur postulata eo impetrato magis laboriosa, quod in Senatu ex tribus suffragiorum partibus duas concurrere, & trecentos adesse Senatores per leges oportebat: nec suum satis bonum intelligere multitudo poterat. Diu frustra in Senatu res agitata est: cum seniores, ex quibus plus consilij erat, Pontifici auscultandum censerent; iuniores, & imperiti aduersarentur. Quibus erat sanior mens, dolebant tam miserum reipublicae statum. Horum nonnulli clientelis potentes, clam Pontificem aduocant, & quod verbis obtineri non possent, terro quarendum suadent: haud dubium esse dicentes, quin armato populo, Pontificis partes superiores inuenirentur. Cuncti enim regiminis expertes, quorum ingens multitudo fuit, Pontificem sequerentur. His Pontifex, etsi victoriam suam esse, ubi praellum fieret non dubitabat; patrie tamen, inquit, vim non asferemus. Si spernitur à ciuibus nostris beneficam subtrahemus manum. Publicata est vox hac

VIII. Votis Pij PP. duri sunt Senenses.



in populo, quæ multorum terruit animos. Sæpè con-  
siliū congregatum; suffragia iterum, atque iterum  
reddita: nec tamen haberi duæ partes Senatorum po-  
terant, qui postulata admittenda censerent. Sed cum  
Pontifex virgeret, ac responsū exposceret, priusquã  
abiret, ad extremum censuit Senatus, nobilium ordi-  
nem ad honores omnes admittendum esse; & munc-  
rum aliquorum quartam, aliquorum octauam partem  
ei indulg. Publicatum decretum, vniuersam mox vr-  
bem impleuit gaudio. Senatus frequens, & cuncti Ma-  
gistratus vrbs rem gestam exposuerunt, Pontificem  
conuenere. Pontifex, ceteri non satis suo desiderio fa-  
ctum animaduertit, ne tamen ciuitatem tristitia affi-  
ceret, hilarem se ostendit, egitque Senatui gratias,  
laudans, quod factum erat: Sperare se tamen amplius  
aliquid dixit, cum ex Mantua reuerteretur. Ad nocte  
signa lætitiæ passim visa, per vrbes lucere ignes, cam-  
panæ, ac tubæ concentū reddere, salutare, inuitare alter  
alterum, & in amplexu ire mutuos populares, ac nobi-  
les. Pontifex maximus vt gratitudinis vicem suis ci-  
uibus redderet, Radicofanū, quod est in Amiate monte  
munitum oppidum, & ad Romanã Ecclesiam iure di-  
recto pertinet, de consilio Fratrum, Senensibus, per-  
petuo tenendum concessit: præscripto censu, quem Cam-  
eræ Apostolicæ quotannis soluerent. Ecclesia quoque  
Senensis cum primum ad metropolitici iuris honorem  
euecta est Grossetana, Massana, Suanensis; & Clusina ei  
subiecta. tantoperè suam decorare patriam, Pontifex  
adnitebatur. Istud est pro ea erectione diploma.

Pius PP.  
in patriã  
suam be-  
nesic.

Pius Episcopus Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriã.  
Triumphans pastor æternus, gloriosa sanctorum traditione  
parum, vt suum saluaret populum, ductus in monte colloquii,  
eruditionis sacratissima præmisit mysteria, quod ignis in al-  
tari, sacerdotis consueatur officio; & vt sine intermissione co-  
burat, ligna ei subijcere, illius non cesset ministeriū studiosum.  
A latere quippe Dei, cor fidelis habetur cuiuslibet, in quo ipsi  
ardor ignis, indefinenter experitur, quo velut flammã arden-  
tis necesse est incendere charitatis. Sancta verò, & immacu-  
lata quam pastor ipse, adueniente temporis plenitudine, eius  
vigineti gloriosissimi aspersione sanguinis, fundari, consecra-  
ri, & æternaliter stabilis censuit, mater Ecclesia, ignis eiusdẽ  
sacri ductu, flammã splendore vestita, quos regenerauit in  
Christo, nexu charitatis ipsius cõpago, fideles stringit vniuer-  
sus, & ecclesias alias suas, tanquã adolescentulas ignis huius-  
modi consouet arboribus, & semillis adornat claritatis. Nos  
itaque, illius summi directione pastoris (qui Ecclesia, ac fidelium  
eorundem, nostra cõmissi insufficientia curam: nosque, licet im-  
meritis, in ipsius montis verticem, ad summi sacerdotis Pon-  
tificium conscendere volumus) huiusmodi instructi documentis,  
adolescentulas ipsas, earumque pastores, in partem sollicitudinis,  
consilij celestis dispositione, vocatos in charitatis visceribus,  
ardentius cõplectentes: vt ea summopere nostri ministerij dona  
congruentius nostros continere distendimus cogitatus, perque ad  
exultationem & incrementũ status Ecclesiarum, intendenda  
quoque compunctionis antidotis, & amore fulcimenta diuino,  
corda fidelium eorundem, ignis huiusmodi, colans, & emun-  
dens quicquid humane fragilitatis sua offensionis, aut con-  
trationis irasperit, validiores euitare possit afflatus, & pro  
decoris adolescentulis eiusdem (qua Regis habitatio sunt æ-  
terni) speciosiora elargita insignia, gratioribus ipsa mater  
Ecclesia munita propugnaculis, pulchra veluti, & decora Hie-  
rusalcm filia, gregem depascat nitidum, charitatis, & vir-  
tutum radijs secundum illustratum. Ad venerabilem igitur  
Ecclesiam Senensem, agro irriguo (celebris videlicet & insi-  
gnis congregationis populis, venustate) circumdatam singula-  
resque, huiusmodi congregationis palmites, quos celsi ro-  
re, & pinguedine terra benedicens, qui nunc candidior inter-  
lita pascur) munere, & meritis ampliavit, eorumque, loca  
extendit Altissimus, paterna non immeritò dirigentes confi-  
derat tonis intuentum: sperant esque, quod Cœo, qui charismatum  
largitor est omnium, dirigente Domino, & spiritus almifici,  
qui prout vult, sua dispensat dona gratiarum imbre refecto, de  
virtute in virtutem, palmibus ipse, ad illorum adificationem,  
tranquillum quoque, & prosperum, sub timore diuino consuen-

dum statum, mutua charitatis vicitudine) fructus dietim  
affluant ampliores: antoq; Apostolicam (in qua celestis cla-  
uigeri Apostolorum principis, successores existimus) Sedem, pu-  
rius iugiter corde, & animo venerari, illarumque, vniuersam intende-  
re successu ad curatioribus debeant studiis: quantum copiosiori  
eius vbertate distenta apostolica elargitione numerum, acce-  
ptiora congratulentur impendia liberalius acceptasse. Præ-  
missa & nonnullis alijs rationabilibus nostrum ad id animum  
inducentibus causis, maturè super his cum venerabilibus fra-  
tribus nostris, S. R. E. Cardinalibus, de liberatione præhabita,  
de illorum quoque, consilio, & assensu, ac Apostolica plenitudine  
potestatis, ad omnipotentis Dei, totiusque, curia super celestis  
laudem, & gloriam, fidei prorogationem, orthodoxa Ecclesia  
vniuersalis, diuini cultus & omnium fidelium animarum  
salutis augmentum: Ecclesiam præfatam (qua de Prouincia  
Romana esse dignoscitur) à iure metropolitico, & Romana  
Prouincia huiusmodi, omnino segregamus & eximimus, nec  
non in Metropolim, & Sedem Episcopalem Senensem, in Ar-  
chiepiscopalem, auctoritate Apostolica erigimus, eandemque  
Senensem Ecclesiam, dignitatis metropolitica honore, decoris-  
que titulis, ex specialis dono gratiæ decoramus, ac etiã insigni-  
mus: nec non Venerabili fratri nostro, Antonio Episcopo mo-  
derno, & successoribus suis, dicta Ecclesia Senen præsulibus,  
qui erunt pro tempore, pallium in signum plenitudinis videli-  
cet Pontificali officij, assignandum fore: Ecclesiamque, Senensem  
Metropoliticanam, & præfatam præsulibus Archiepiscopos conserui,  
ac perpetuis futuris temporibus nuncupari debere: Archiepif-  
copalia quoque, & metropolitica insignia gerere, iura iurisdic-  
tiones, & cetera singula, prout metropolitani in eorum Ci-  
uitatibus diocesibus, & prouincijs à iure indultum existit, face-  
re, exercere, administrare, & exequi posse eadem auctoritate  
concedimus. Nec non filias nostras prædictas Suanens, Clu-  
sin Grossetan. & Massan. Ecclesias cum suis Cõuitatibus, &  
diocesis iuribus, & pertinentiis vniuersis Ecclesia Senen. &  
Archiepiscopis præfatis, tanquam illorum Metropolitani, &  
de eorum prouincia, ac modernis, & pro tempore existentibus  
Suanen. Clusin. Grossetan. & Massanen. Ecclesiis præfatarum  
Episcopos, nec non Ecclesias ipsas, qua videlicet Suanen.  
Clusin. & Grossetan. Romana, nec non videlicet Massanen.  
Ecclesia huiusmodi Pisan. Ecclesia subiecta existunt, ab eisdem  
Roman. & Pisan. Ecclesijs, & eorum prouincijs, omnino segre-  
gamus, illarumque, Suanen. Clusin. Grossetan. & Massan. præfatis  
Archiepiscopis, pro eorum suffraganeis, perpetuo subijcimus, &  
subiectas esse volumus per præfatos. Ita quod Archiepiscopi  
Senen. in eisdem Suanen. Clusin. Grossetan. & Massanen. Ci-  
uitatibus, & diocesis, ius metropoliticum sibi vendicent, nec  
non Suanen. Clusin. Grossetan. & Massan. Episcopi præfati eisdem  
metropoli, & Archiepiscopis ad omnia, & singula habeantur  
sint adstricti, ad qua suffraganei, suis metropolitici Ecclesijs  
ac Metropolitani tenentur, & obligati iudicantur secundica-  
nonis sanctiones. Volentes præterea & etiam statuentes,  
quod Archiepiscopi, & Senen. Ecclesia præfati, omnibus & singulis  
privilegijs, exemptionibus, gratijs, & indultis Apostolicis, ac  
alijs quibuscumque, potantur, & gaudeant, nec non Ecclesia Se-  
nen. præfata, & illi, qui ei hactenus præfuerunt, ante erectionem  
huiusmodi, etiã de consuetudine quomodolibet vti poterant,  
potiri, & gaudere: Quodque, Suffraganei præfati, ac eorundem  
Suanen. Clusin. Grossetan. & Massanen. ciuitatum, diocesis-  
sumque, clericis, & laicis, præfatis Archiepiscopis, velut ipsorum  
Metropolitani debitos exhibent, obedientiam, reuerentiam,  
pariter & honorem, & insuper irritum ex nunc decernimus,  
& inane, si secus super his à quoque, quauis auctoritate, scienter,  
vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus, quod  
Ecclesia ipse, vt præfertur, subiecta fuerit, ac Constitutio-  
nibus Apostolicis, statutis quoque, & consuetudinibus Eccle-  
siarum præfatarum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel  
quauis alia firmitate roboratis, ceterisque, contrarijs quibus-  
cumque. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginã nostrã se-  
gregationis, exemptionis, erectionis, decorationis, concessionis,  
subiectionis, voluntatis statutis, & decreti infringere, vel ei ausu  
temerario cõtrariare. Si quis autem hoc attetare presumpserit, in-  
dignatione Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apo-  
stolorum eius, se noverit incursurũ. Datũ Senis, Anno Domini  
Incarn. 1459. X. Calend. Maij, Pontificatus nostri, anno primo.

Senas ho-  
norat Ar-  
chiepifco-  
pali dig-  
nitate  
Pius PP.

Erecta

IX.  
Eiusdem  
Vrbis pri-  
mum Ar-  
chiepifco-  
pium facit  
cognatum  
suum.

Erecta Metropolitica cathedra, primus Archiepif-  
copus, Antonius fuit ex familia Piccolominea, quem  
sibi Pius, vt primum Petri cathedram ascendit, suc-  
cessorem in eadem Ecclesia designauerat. Mater Pon-  
tificis quatuor annis ante obierat, pater bis totidem.  
Hic Corfiniani iacebat, mater Senis, ambo in Mona-  
sterijs Minorum, Pierius quidam eque ex gente Pi-  
colominea; apud Minores qui pro foribus vrbs col-  
locati sunt, sibi, suisque posteris marmoreum sepul-  
chrum imago sumptu iam pridem struxerat, in quo  
& ipse, & multi suorum conditi sunt. Fratres eius Or-  
dinis matrem Pij tunc Senensis Episcopi in Germania  
commorantis, quæ ad Creulam Episcopatus mun-  
nitam arcẽ dormiuisset, & in Monasterio Minorũ se-  
pulturam elegisset, in hoc tumultu sepelierunt. Id egre  
fuit Pierio primi Pierij nepoti, rem prorsus indignam  
existimanti, inter ossa maiorum suorum alieni sangui-  
nis carnem misceri. Nam Victoria mater Pij, quauis  
nupta in domo Piccolominea fuerit, Fortegerrarũ ta-  
men non Piccolomineorum sanguis erit. Iussit igitur  
nocte, quæ secuta est, illinc extrahi cadaver, & alio  
quocunque loco recondi. Monachi nobilem femi-  
nam intra Ecclesiam, apud altare maius reponere,  
humitamen, & absque marmoreo lapide sperantes  
filium aliquando genitricis corpus honoratum.  
Nec frustra spes fuit. Veniens enim in patriam suam  
Pius, iam pridem edoctus, quæ circa funus matris ob-  
tulerant, Syluij patris ossa ex Corfiniã, Senas de-  
ferri iussit, & vtrique parenti nobile sepulchrum è  
candido marmore, quod è Lygulticis montibus al-  
latum est, edificari; epitaphiumque ipse dictauit hoc  
disticho:

Syluius hic iaceo, coniux Victoria mecum est:  
Filius hoc clausit marmore Papa Pius.

Parentib<sup>9</sup>  
sepulchrũ  
epitaphi-  
umq; con-  
dit.

X.  
Plurimum  
Principũ  
Legatos  
excipit.

Dum Senis moratur Præsul, Imperatoris Friderici  
Legati, & Henrici Castellæ, & Marthie Hungariæ, &  
Alphonfi Portugallia, & Georgij Bohemiæ Regis, &  
Philippi Burgundia, & Alberti Austria Ducis, & Fri-  
derici, atque Alberti Marchionum Brandeburgensium  
aduertarunt, Christi Vicarium pro vereri more  
adoraturi. Inter hos magni, & præstantes viri fuerunt,  
ex quibus duo paulò post ad Cardinalatus honorem  
assumpti sunt, Ioan. Episcopus Atrebas, & Brocchar-  
dus Præpositus Saltzburgeris, alter ab Imperatore  
missus, alter à Burgundo. Verum Brocchardus, & eius  
collega Ioannes Inderbachius, & Arthongus cogno-  
mine Capel, iureconsulti, cum Florentia applicuis-  
sent, aliquandiu illic remorati sunt, indigne ferentes,  
Matthiam, Hungariæ Regem à Romano Pontifice  
appellatum esse, eiusque Oratores eos in Curia con-  
secutus honores, qui Regum Legatis exhiberi con-  
sueuerat: cum Barones Hungariæ Imperatorem supra  
se Regem elegerint, atque ipse delatum titulum ac-  
cepisset. Pontifex, ea re cognita iniustam esse  
querelam dixit; quãdò mos esset Apostolica Se-  
dis, eum Regem appellare, qui Regnum tene-  
ret, & prior ante se Calixtus Matthiam Regem  
appellasset: atque hoc modo Imperatoris Lega-  
tioni satisfactum est; quæ deinde in templo Diuæ  
Mariæ Virginis publicè præstitit obedientiam. Lega-  
tus Bohemiæ Regis in Consistorio secreto idem egit,  
veritus, ne Domino suo regni partem alienaret, si e-  
um Apostolica sedi palam submitteret. Regnum Bo-  
hemie, bifario diuisum erat, Alij Romanam Ecclesi-  
am sequebantur; alij respuebant, qui appellabantur  
Hussitæ, multos hæresibus infames. Georgius Pædie-  
bracius Hussitarum partium fuit, & eorum errore  
reperfus. quorum armis, atque præsidij, regnante  
Ladislaio Alberti filio, regni gubernationem, & illo  
mortuo, coronam arripuit, vocatis ex Hungaria duo-  
bus Episc. Laurinens. & Vacciens. qui se vinctum coror-  
nauer. Illi homini, qui hæreticus cõferretur, id honoris  
negare, nisi errorem prius abiuraret, & Rom. Pon-

tificis obedientiã sese subijceret. Georgius seu vere,  
seu simularè, quod verisimilius est, in penitenti parte  
palatij vocatis nonnullis testibus, atque tabellioni-  
bus, Hussitarum hæresim abiurauit, & Apostolicæ Se-  
dis auctoritati, iussioni que se submisit: cuius rei pub-  
licara documenta Episcopi acceperunt, atque deinde  
Regem coronarunt; cui mox Bohemi omnes paruere.  
Morau cum aliquantulum restitissent, postea im-  
perata fecerunt, Apud Silerias maior fuit renitentia.  
Wratislauenses missis ad Pium Lagatis nullo pacto  
se suscepturos Regem dixere, quem de fide suspec-  
tum haberent; inuentoque Senis Pontifice, multa  
de Georgio questi sunt, qui neque Deo, neque homi-  
nibus fidem seruaret; indignumque esse dixerunt,  
quem suis litteris, Apostolica Sedes Regem appella-  
set. Pontifex, cum vocari ad Mantuanum conuen-  
tum Principes iussisset, Regem ne Georgium nomi-  
naret, aliquandiu hæsit: erant enim in vtrãque par-  
tem suasiones, Calixtus antea Regem vocauerat, &  
ipse abiurauerat hæresim. Verum simulara eius opera  
putabantur. Consulentibus denique Cardinalibus,  
& scribere, & appellare Regem placuit; vtrum litte-  
ras Imperatori transmittere, vti sibi videretur  
eas Georgio traderet: quod Regnum Bohemiarum  
Imperij feudum sit, & vacante Regno, ad Impera-  
torem pertinet Bohemis Regem constituere. Impera-  
tor litteras Apostolicas Georgio remisit, quas ille  
ingenti gaudio accepit, proque sua gloria maioribus  
in vrbsibus publicari iussit, vt intelligerent omnes,  
Apostolicam Sedem Regium sibi tanquam  
Catholico derulisse. Hac res multorum offendit  
animos, ac præsertim Wratislauensium, qui ob eam  
rem Legatos ad Pium misere; à quo cum facti ratio-  
nes accepissent, subueniri sibi petierunt, ne vel frau-  
dibus Georgij, vel armis Catholicam fidem perdere  
cogerentur. Pontifex, consilium suum esse dixit; po-  
tentis Regis vti furorem declinarent; scripturum se  
illi, vt ab armis abstineat, & quas haberet aduersus  
Wratislauenses, ac Silesitarum Principes contro-  
uersas, Apostolicæ Sedis arbitrio dimittat. Nisi pa-  
ruerit; alijs se remedijs vsurum; atque hoc responso,  
Wratislauensium Legatos dimisit.

XI.  
Incipit  
iter profes-  
sionis  
Pius, licet  
plures  
dissuadeat

Exin Mantuan versus, iter continuare decreuit.  
Multi hoc dissuadebant. Senenses patre Sanctissimo,  
& emolumentis carituri Curia, recessuro Præsuli mil-  
le inflare pericula affirmabant. iter discrimine ple-  
nium esse, timendum esse, & omnis generis insidias  
formidandas. Alii frustra Præsulem Mantuanum petere,  
in qua paucissimi conuenturi essent. Prouocaturum  
in se odia Principum, quasi eorum cõtumaciã accusa-  
turum. Satius esse manere Senis, quam vltierius pro-  
ficiscentem, nihil aliud, quam ere magno Regem ini-  
micitias emere, quorum reprehensurus desidia,  
atque ignauiam videretur. Alii magnos in Italia insta-  
re motus; Pontificem, si Apenninum transierit, num-  
quam in Tusciam rediturum, perditurumque Romam,  
& patrimonium Ecclesiæ vniuersum. Nec de-  
fuerunt, qui dicerent, non recte factum, non explora-  
tatis Regum animis ad Conuentum pergere, potius  
se domi quiescere, donec certa Principum accepisset  
responsa. Eos rumores qui passim exaudiebantur,  
omnes Pius contempsit. De Florentinis, qui vere pru-  
dentes essent, & graues, nihil timendum esse censuit:  
nec sibi recta vadentis formidandas insidias; nec tam  
hostem humani generis merendum, qui bonis ope-  
ribus aduersatur, quam Dei sperandum auxilium, cuius  
causam acturus irer in Galliam. Quod si Reges  
Conuentum negligerent, illos in culpa futuros, se  
qui pergeret, laudem mereri, neque alienam desidia  
sua negligentia excusandam fore.

Ingresso Præsuli Florentinorum agrum, Legati ad  
oppidum Bonitii occurrerunt, Primates Vrbis mag-  
nificis verbis Christi Vicarium honorantes. Hic

XII.

Pium bonore magno percipiunt Florentini.

Pontifex nocte peracta, sequenti die apud Castellum Sancti Cassiani, nouos Legatos habuit obuios, numero plures, & dignitate præstantiores, qui eum non longe ab oppido, in prædium pulcherrimum ditissimi Ciuis deduxerunt, atque ibi pernoctatum est. Postera die cum Carthusiam peteret Pontifex, Fauentium, Foroliuensem, & Cornelianensem Vicarios occurrentes inuenit; paulo post Galeatium, primogenitum Francisci Sfortiæ, Mediolanensem Principis. Adolescentulum hic egregia specie, nondum sextumdecimum impleuerat annum, verum his moribus, eâ eloquentia, eo ingenio, atque industria præditus, ut plusquam virilem prudentiam præferret. Erat in vultu, gestuque grauitas, digna Principe; loquebatur ex tempore, quod vix alius diu cogitans effari potuisset. Nihil pueriliter agebat, nihil leuiter. Stupor fuit audire, seniles ex ore iuuenili sententias, & nondum barbatum, cani hominis sensa proferre. Hunc genitor ex Mediolano cum quingentis equitibus splendido, & ornatissimo comitatu Florentiam, eoque misit Pontifici obuiam, qui ad tertium lapidem paulo citrà Carthusiam ei occurrens, & ab eoque desiliens, sacros de more pedes exosculatus est. Pontifici prandium in Monasterio Carthusiensi apparatus; atque eo peracto in urbem properanti, extra portam duobus circiter stadiis Guelpharum duces partium occurrere, & Prætor Urbis, & multi magistratus in porta, Priores, quos vocabant Dominos, qui Pontifice verbis humilibus salutato, & pedibus oscularis, Urbem, & popululum ei commendarunt. Propter agilitudinem pedum non poterat equo Pontifex vehi, sella sedens aurea, humeris hominum portabatur. In ipso urbis ingressu postquam Sacerdotes Sacra ferentes, benedictionem Pontificis acceperunt, & pompam ducentes præcesserunt, Sigismundus Malatesta, & alij Ecclesiæ Vicarij, quorum supra meminimus, sellam Pontificis subiere, suumque Dominum humeris aliquamdiu portauere. Galleatius, qui minor esset, & cruribus paululum inualidis, quamuis onus ferre non posset, manum tamen apposuit, quasi adiutor vnus cupiens videri portantium. Priores Urbis hinc, atque inde pedibus incedebant. Mutabantur autem portantes per dimensa loca, & honoratiores ciues id sibi muneris expetebant. Galleatius cum aliquantisper pedibus ambulasset, iussu Pontificis, equum ascendit, & paulò post Ecclesiæ Vicarij. Urbs plena populo fuit, & sito, & alieno, vicini ex oppidis, & agris nouum visuri Præsulem, vndique concurrerant. Fæminarum diuites ornatus viscebantur; mira vestium varietas, domesticus simul, & peregrinus cultus. Ingressus Præsul Ecclesiam S. R. eparatæ, ad sacellum Beati Ioannis, v-trobique populo benedixit. Diuersorium ei apud dominicanos, in Monasterio S. Mariæ fuit, cui Nouella cognomen est, vbi & Martinus, & Eugenius sui prædecessores fuerant collocati. Impensa erga Pontificem non minima fuit, & apparandis ludis, magni sumptus facti, cum leones in forum produxerint aduersus equos, & alias bestias pugnatos, & equestria instituerint certamina, in quibus multi valoris præmia condonarunt. Hic Pontifex octo diebus commoratus est: per quod tempus à Sigismundo Malatesta multis precibus interpellabatur, sibi ut pacem daret cum Ferdinando Sicilia Rege bellum gerenti.

Pius PP. diuertit apud Dominicanos.

XIII. Sigismundus Malatesta describitur.

Sigismundus ex Malatestarum nobili familia, verum extra matrimonium natus, multa vi animi, & corporis fuit, eloquentia, & militari arte præditus; nouit historias, philosophiæ non parum peritiam habuit, quamcumque rem sectatus est, ad eam natus videbatur. Sed mali mores plus apud eum valere, pauperes oppressit diuitibus bona diripuit, nec viduis, nec pupillis pepercit. Nemo sub eius imperio securus vixit. Reos, nunc opes, nunc vxores, aut liberi forma præstantes fecere. Sacerdotes odio habuit: de venturo se-

culo, nihil credit, & animas perire cum corpore existimauit. Edificauit tamen nobile templum Arimini in honorem Diui Francisci; verum ita gentilibus operibus impleuit, ut non tam Christianorum, quam infidelium demones adorantium, templum esse videretur; atque in eo concubinae suæ tumulum erexit, & artificio, & lapide pulcherrimum, adiecto, titulo gentili more in hunc modum; *Diua Isotta sacrum*. Rogatus aliquando à subditis, ut quieti tandem se traderet, parceretque patriæ, quæ sua causa sæpe rapinis exposita fuissent, ite, inquit, & *bono animo estote, numquam me viuo pacem habebitis*. Huiusmodi Sigismundus fuit quietis impatiens, voluptatum sequax, quamuis laboris patiens, & belli cupidus. Hunc Alfonso, in eo bello, quod cum Florentini confecerat, atque in Alfonso arma conuertit, perfidia suæ id causæ præterdens, quod non omne sibi stipendium in tempore perfolutum fuisset. Grauius hæc Regis iactura fuit, qui eum hostem passus est, quem propugnatorem parauerat. Nec dubium, quin ea Sigismundi proditio rem Florentinam saluauerit. Ob quam causam, cum pax vniuersalis facta est, & inter potentatus Italiæ fædus percussum, Sigismundus, & Genuenses, & Astor Fauentinus exclusi sunt, Rege in eos, qui sibi iusiurandum, fidemque rupissent, liberum sibi bellum referuante. Atque idcirco valida in Genuenses ab eo classis parata est, & aduersus Sigismundum, vltimo Calixti Pontificis, & suæ vitæ anno, Picinini Nicolai filius cum magna militum manu transmissus, procurante id potissimum Friderico Urbinate, qui priuatis inimicitijs Sigismundo erat infensus, bellum aliquamdiu tractum est, viuente Alfonso, & eo satis functo, cum filius, æque ac pater Sigismundo indignaretur. Ferebant subditi pro peccato Domini supplicium, & impio superbiante, pauper incendebatur, vastabatur ager tota Italia nobilis, quamuis tyranno subiectus, directo tamè iure ad Romanam Ecclesiam pertinens quod miseratus Pius Romanus Pontifex, inter alias leges, quas Ferdinando imposuit, regno Siciliae honestato, illam adiecit, ut pacem Sigismundo, his cõventionibus donaret, quas Pontifex ipse dicitur. At cum Assisium recuperauit, hæc libertas restituta est, constitutumque, ut præscripto quodammodo pax constitueretur: aut si hoc ex Sigismundo obtineri non posset, compromissum remitteretur, quod liberum in Pontificem factum fuerat, cautumque, nè vltra mensem Februarium potestas compromissi duraret. Additus postea Martius est & Aprilis mensis. Restabant ex compromissi tempore quattuor dies tantum cum Pius Florentiæ fuit, nec Regis procuratores aderant, qui causam agerent. Aduenerant tamen Friderici Urbinate, & Iacobi Picinini Legati, ad quos Rex id negotij remiserat. Iussit Pontifex quattuor Cardinalibus audire partes, & ad concordiam reducere. Frustra id fuit. Audiuit & per seipsum Pontifex disceptationes, & iura partium; nec dubium erat, quin reus proditoris Sigismundus esset. Ventum est ad transactionem, & delictum pecunia redimeretur, & cum illa deesset, oppignorarentur castella. Sed cum Regis nomine multa peterentur, Sigismundus pauca offerret, res propemodum desperata videbatur. Legati, victoriam in manu sua esse aiebant, Sigismundus, nondum se victum esse affirmabat, passurumque prius extrema quæque quam ea traderet, quæ petebantur. Cumque ferocius loqueretur, *Tace*, inquit Pontifex, *Generi tuo, non tibi studemus: populi tibi subiecti, non tui miseremur, qui pro tuo viuendi modo, nihil mereris. Et quamuis multa verbis te excusas, tua vita contra te est. Stant pro te tantum maiorum tuorum opera, qui de Romana Ecclesia bene fuerunt meriti. Hac de re pacare te hostibus querimus. At si recedes à bono, & a quo, in quo te gurgite reperimus, in eo relinquentis: nec mirabimur, si pauperes ad tempus permiserit diuina pietas affligi, ut tandem puniaris, & aut in bello percas, aut perditio patrimonio, mi-*

ser in

XIV. Suiszoros at Sigismundum Austriæ Ducem componere studet Pius PP.

ser in exilium eos. Territus his auditis Sigismundus confensit, quæ proxima concordia videbantur. Sed altera pars victoriam more superba, nihil mutari ex postulatis voluit. Pontifex quamuis arbitrari posset de Sigismundo, quæ vellet, indignum tamen putauit, victoriam magis, quam æquitatem respicere; diuque adnixus est ex voluntate partium, litem dirimere. Quod postquam non successit, & Regi, & Sigismundo compromissum remisit, non satis intelligens, bellum huiusmodi, an pax rebus Ecclesiæ magis conduceret, cum constaret, Picininum quiescere nõ posse veroque simile esse, liberatum eum Sigismundi bello, aduersus Ecclesiam infestis signis iturum. Iudicauit igitur, voluntatem Dei esse, pacem non potuisset componi, idemque Florentini existimauerunt, quibus venisse diem placebat, in qua flagitiosus tandem homo meritas daret pœnas. Inter hæc & Legati Sigismundi Austriæ Ducis, Pontificem adire, qui Suiszoros propediem in armis dixerunt futuros, Austrialemque domum bello aggressuros. Id si fieret, magnam Germaniæ partem vexaturum iri, cum otioque Præsulis cogitatus aduersus Turcas eo pacto perituros fore. Itaque suis nõ fidens viribus, ad Pontificem, qui bellum interciperet, oratum misit. Pius autem id minime negligendum ratus, Notarium suum Stephanum Nardinum, egregia virtute virum, quem postea Mediolanensi præfecit Ecclesiæ, ut tantum incendium restingeret, in Germaniam misit. Ipse Pont. Florentia discedens, prima nocte in villa Cosmæ Medici Florétinorum facile primi, quæ erat in Mugello, pulcherrima quieuit. Fuerat is aliquando factione potentissimorum ciuium vrbe pulsus: quibus siue vitæ functis, siue in exilium eiectis, sub Eugenio Pont. tandem reuocatus, ac tumultuante ciuitate, deterritis, qui sibi aduersabantur, ideoque sublati omnibus æmulis, pro suo arbitrio rempublicam administrauit, easque opes accumulauit, quales vix Cresum possedisse putauerint, quam plurimi. Edificauit in vrbe palatium, Rege dignum: Ecclesias, alias instaurauit, alias à fundamentis erexit. Monasterium Sancti Marci Fratrum Dominicani minor construxit opere, in quo Bibliothecam Græcis, & Latinis voluminibus referuit. Villas magnifice adornauit. Videbatur iam præclaris operibus inuidiam superasse. sed populi excellentem virtutem oderunt. Inuenti sunt, qui potentiam Cosmæ ferendam negarent, eiusque conatibus, multis modis obuiam irent. Et quia ætlimatio bonorum quæ quisque possideret, peridem tempus facienda fuit, Catastrum Florentini vocabant, Senenses Libram, per quam Magistratus facultates ciuium non ignorantes, ex æquo possent inter subiectos onera partiri. Suadebat Catastrum innovari Cosmas, inimici aduersabantur: ob quam rem parlamentum fieri placuit: quod dum cogeretur, armati vndique collecti iussu Cosmæ forum circumdedere, manifestum imminere periculum ostenderunt his, qui consilium eius damnarent. Decretum est Catastrum, armorum metu: & ciues, qui prius contradicebant, alij relegati sunt, alij ære multati, post hæc nihil Cosmæ negatum. Is belli, pacisque Iudex, & Legum moderator, non tam Ciuis, quam patriæ Dominus haberi: consilium de republica domi suæ agitari, Magistratum hi gerere, quos ipse designasset, nihil sibi ad regnum, nisi nomen, & pompa deesse. Egrotabat Cosmus, cum Pius Florentia fuit. Ioannes qui eius pater fuit, ex Mediceorum familia, ingentes opes ei, & Laurentio liberis reliquit. Cosmas supra quam credibile sit, eas ampliauit, per omnes Europam negotiatus, & ad Ægyptum vsque. Hic egregio corpore, statura plusquam mediocri, aspectu, & alloquio placidus, litteræ in eo plures, & Græcarum profusus non ignarus. Ingenium ei perspicax, & ad omnia promptum, quæ ageret. Animus ingens, atque

Aliqua de Cosmo Mediceo referuntur.

fortis, laborem, & inedia facile pertulit, & noctes crebro infomnes duxit. Nihil ignorauit eorum, quæ in Italia gererentur: quippe quod eius consilio magna pars Urbium, & Regulorum duceretur. Nec cum exera latuerunt, cui ex orbe fere toto mercatores responderent, & quæ apud eos fierent, crebris litteris indicarent. Ad extremum podagrâ laborauit, cuius antequam vita excederet, successores filios, ac nepotes vidit. Annum agebat supra septuagesimum, Pontifice Florentia transeunte. In villa Mugellana, Pium splendidissime habuit. In ea cum noctem Pontifex transgressisset, sequenti die summum Apennini iugum transiit, & in oppido, cui Florentiola est nomen, pernoctauit. Ea dimissa, alterum Apennini iugum, non sine labore, atque incommodo superauit, ac Planorum venit, Bononienium Legatis paulò antè Caprenum inuentis, vbi Florentinorum, ac Bononienium terminantur agri. Bononia ciuitas ad radicem Apennini sita est, in quam parui Rheni fluij pars deriuatur. Abundat vrbs tritico, vinoque, sericum plurimum colligit, ær hinc saluber, & lætus, scola insignis Legum & Philosophiæ, quæ mores bonos non tam ciues, quam externos docet. Ciuitas Ecclesiæ Romanæ subiecta est, malè parens populus factionibus studebat, ac ista tempestate sæpe tumultuauit, nunc Bentiuolij, nunc Canneruli, seu Zambeccarij tyrannidem illic exercere. Martinus Quintus urbem amiserat, Eugenius Quartus recuperauerat. deinde Nicolaum Picininum pulso præsidio Ecclesiæ, cum equitatu intromiserant. Nec Picininus longo tempore placuit. Franciscus eius filius hinc captus, malo modo multatus est. Neque mora, oborto tumultu fugatis Canneruli partibus, Bentiuolij, & Maluezi, & Maliscotti Urbis Principes facti erant. At cum Bentiuolij capite carerent (nemo enim erat in eâ familia ad regimen Urbis aptus) & filius Hannibalis Ioannes impuber egeret tutore, Xantum quendam nomine, ex Florentia vocauerunt, quem Bentiuoliorum sanguine natum dixerunt. Memorabile dictu, ignotus homo, lanificio vitam ducens, & nihil profus tale expectans, ad tutelam nobiliss pupilli, & ad gubernationem potentis, atque indomiti populi fauore incredibilis assumptus est, in quibus rebus ita se gessit, ut non tam horridam, qua vixerat, artem, quam sanguinem, ex quo natus dicebatur præferre, & inter vrbs principes primum tenere locum, haud iniuria videretur, ac si cum vestibus, & ingenium mutasset, & animum. Interea cum obijisset Eugenius, Nicolausque illi successus esset, qui adolescens olim in ea vrbe nutritus, ac Episcopatum postea sortitus fuisset, ciuitas cum eo in gratiam redijt, præscriptisque nonnullis legibus, Legatum admisit; qui verius ligatus appellari potuit, cum omne vrbs Imperium penes sexdecim viros esset; quorum princeps Xantus habebatur, qui seruitute ciuitatem oppressit; quando aliter inquietus populus in officio retineri non poterat. Is cum accepisset Pium Pontificem, Mantuam petere, accessit factionis suæ ducibus, *Quid agimus*, inquit: *Si nobis prætermis Mantuanum Concilium adierit Pontifex, amaro in nos animo esse iudicabitur, exulibus nostris, cum spe crescet animus, & auxilia præstabunt amici, quibus nos vrbe pellant. Si hac iter habuerit, populus, qui nos odit, omne ad eum imperium deseret, & nostra peribit auctoritas*. Diu res agitata est in consilio, cum anceps, periculosaque videretur. Tandem suadente Francisco Sfortia Mediolanensem ducem, quem eâ de re consultum habuere, Iacobum cognomento Ingratum, Romam miserant, qui Pontifici Mantuam ituro, suam Bononiam ut inter eum-

Similiter de Bononia, & eius Ciuium regimine.



dum viseret, quam efficacissimis precibus supplicaret, idque magistratibus, atque vniuersæ ciuitati gratissimum fore diceret. Verum cum exularent in agro Ferrariensi complures Bononienses, qui res nouas per omnes dies molirentur, & Vrbs non satis placata plebs illis aliquando aures accommodaret, opus esse non parua militum custodia, qui prouiderent, ne res Bononiensis per ingressum Pontificis aliquid detrimenti pateretur, ad quam rem, Mediolanense præsidium querere statuerent. Intellexit Pontifex, quorsum ea tenderent verba, remque in vtramque partem cogitans, neque armaram intrare Bononiam, neque ciuitatem Ecclesiæ prætereire honestum censuit, responditque demum; ituro sibi ad Conuentum, animum esse, Bononia transitum habere, nec causam sibi occurrere cur Bononienses metuant: consulerent tamen suo timori, & armarent si possent, formidinem, Vrbsque pro suo arbitrio custodirent, dum milites ad custodiam accesserit, in verba Pij iurarent. Placuit ea conditio Bononiensibus, qui accesserit ex Mediolano magna equitum manu, in aduentu Pontificis vrbs armis complectere. Cohortes decem affere, quarum duces ad Planorium Pontifici occurrentes, iuramento se illi astrinxere: Galeatius, cui parere omnes iusserant, in manu Pij Florentiæ iurauerat, & præcedens eum, Bononiam venerat, vbi equitatu patris accepto, iterum Pontifici obuiam factus est, cohortibus non aliter instructis, quam si prælium essent initura, catafractis equis, & fulgentibus armis insignes.

XV. Excipitur honorifice Pius PP. à Bononiensibus.

Intrauit Pius Bononiam ingenti plebis alacritate, Primoribus vrbs sellam eius portantibus, sequentiq; die apud Sanctum Petronium peractâ re diuinâ, populo publicè benedixit: & reuersus in palatium, dicendi, quæ vellent, ciuibus, qui frequentes aderant, copiam fecit. Venerant enim Pontifici gratias acturi, qui suam visere vrbs haud aspernatus fuisset. Orandi partes, Borno iure consulto demandatæ sunt, viro, qui multa legisset, & cuius os dulce sonaret. Is non quod iussus erat, sed quod sibi placuit longo sermone disseruit. Laudato enim Pontifice quantum sufficere arbitratu est, de Bononiensis agri fertilitate, de cæli clementia: de litterarum studijs, de templis, de mænibus, de primatis, & publicis ædificijs, multa pulchrè locutus est. Inuectus autem in malos ciuitatis mores, leges parùm custodiri, ac iuuenes nullis teneri frænis. Orare igitur, vt vrbs suæ curam gereret, daretque operam, vt eliminatis vitijs ciuitas tandem reformaretur, quando superum ope, eo hospes aduentasset. Quæ cum audacter, atque intrepidè, & in modum torrentis fluenti oratione depromeret, ciues, qui aderant, contra se magnopere excitauit, exteros in admirationem adduxit. Nemo enim de suâ patriâ quemquam talia dicturum putarat. Patriæ omnes ignoscunt, cuius dedecus suum ducunt. Pontifex, facundiam eius, doctrinamque laudauit, & ad reformandos ciuitatis mores, suam operam pollicitus est, si tamen eum populum inueniret, qui coerceri legibus posset. Schola Bononiensis non apud Italos tantum, sed apud exteros quoque clarissima est, multosque viros erudiuit, qui postea Sapientie ciuilibus artem tenuere, cum suorum ciuium, tum aliorum, quorum cõmentaria vigorem quodammodo legis habent. Nec Philosophia hæc sterilis fuit, cuius auditores adeo profecerunt, vt multis pestè in locis cathedras rexerint. Opinione sanctitatis duo hæc ætate vixerant, Nicolaus Cardinalis Sanctæ Crucis, Ordinis Carthusiensium professor, & Franciscus Paruipassus, qui Mediolanensi præfuit Ecclesiæ. Ille Franciscus Burgundos reconciliauit, iste in bello, quo Bracius, hostis Romanæ Ecclesiæ cecidit, Martini Papæ vices gessit. Mansit Bononiæ Pius sex diebus, & in primo Consistorio,

quod illic habuit, Orlandum Florentinum caufarum Sacri Palatii Auditorem, Florentinæ Ecclesiæ Præfulem designauit. Per eos enim dies migrauerat in Domino Antoninus Florentinorum Archiepiscopus, Ordinis Prædicatorum professor, vir memoriâ dignus, qui domuit auaritiam, conculcauit superbiam, libidinem prorsus ignorauit, potu, ciboque parcissimè vsus est, non iræ, non inuidiæ, non alteri passioni succubuit; doctrina Theologica emicuit, scripsit plura volumina, quæ docti laudant. Prædicator acceptus in populo, quamuis scelerum infector vehementis. Correxerit Cleri, & populi mores: lites diligenter composuit, inimicitias, quo ad potuit, ex vrbe pepulit, prouentus Ecclesiæ inter Christi pauperes distribuit; in cognatos, & affines suos, nisi admodum in opes essent nihil contulit: vitreis, ac fictilibus tantum vasis vsus est; familiam, quæ parua illi fuit, contentari modico voluit, & ad philosophiæ leges viuere. Mortuo nobile funus ex publico ductum. In domo nihil repperit est, præter mulum, cui insidere solitus erat, & vilem suppellectilem: cætera manus pauperum asportauerunt. Ciuitas ad vitam illum migrasse beatam putauit. Vitam eius ad calcem huius anni dabimus ne prolixitate illius, narratio rerum Pii Pontificis interrumpatur. Magistratus vrbs, vbi se tanto priuatum patre, & orphanorum tutore, & vduarumque iudice animaduertit, accedens Pium Pontificem, non istum, aut illum, sed aliquem ex ciuibus suis in eius locum subrogari petiit. Laudauit Pontifex Florentinos, qui obstinare vnium aliquem non petiissent, & Orlandum, quem diximus præfecit: qui rei accepto nuncio, præ gaudio illachrymatus est. Fuert enim in omni vita pauper, verum doctus, & iustitiæ tenax: & quamuis de Pio bene speraret, nec tamen Episcopatum vrbs alicuius ambiuit; satis se felicem arbitratu, si aureos quorannis trecentos, ex minoribus dignitatibus consequi posset. At cum certior factus est, Florentinam sibi Ecclesiam esse creditam, more hominum insanire cepit, qui numquam adeo sublimem gradum ascenderunt, quin altiora quærant, & tum miserissimi sunt, cum sibi felices esse videntur. Existimauit Orlandus, non tam facile, ac insperato Pontificatus sibi obuenerit, Cardinalatum longè facilius obuenturum; tantum sibi de Pontificis beneuolentiâ blandiebarur, ad quam rem, si non satis sua spontè insaniebat, necessariorum, & amicorum verbis instigabatur: nihil de Pio desperandum esse dicentium, qui sibi absenti, & prorsus ignoranti Archiepiscopalem mandasset honorem. Ille infelix adeo spem hanc arripuit, vt numquam ad se nuntium ex Curia venientem viderit, quin sibi allatum pileum existimaret; atque idcirco creatis postea Cardinalibus, cum sui nullam mentionem factam intellexit, mærore confectus morbum incidit, ex quo mortuus est. Pius amicum occidit, dum honestate contendit. Adeo parum est, quod mortalibus ex sententia cadit.

B. Anton. Ord. Prædic. mort.

Florissima Ecclesia præfuit Orlandus, qui paulò post miserè obit.

XVI. Excipitur Pius summo cum honore Ferrariæ aliqua concedit, alia denegat.

Ipse deinde relicta Banonia per flumen Rhenum, & deinde per Padum, Ferrariam petijt, Borfius eius loci pro Romana Ecclesia Vicarius, ad agri fines obtiniam factus est, magno nobilium comitatu stipatus. Fuit is aspectu grato, eloquens, magnificus, ac liberalis, prudens & pacificus, iustitiæ absque seueritate amantissimus, adeo quod ei viuenti statuâ in foro erectæ, quæ sedes ius dicere videretur, titulis heroicis, ac præclaris ornatam vxorem numquam duxit, eo vt dicebant animo, optimo quidem, & Christiano, vt quod occupauerat legitimis hæredibus tunc pueris Imperium eidem relinqueret. Oeconomix, ac venustate pulvis, hyeme lutum incolas molestat: populus

Numquam nõ gemmis ornatus, in publicum prodijt. Suppellectilem domus ditissimam cumulauit; argenteis, & aureis vasis etiam turri vsus. Is cum Pius electus est, multa ostendit lætitiæ signa: ludos militares instituit, victoribus præmia proposuit; donauit nuntios; ignes in tota ditione sua incendi iussit, epulumque amicis fecit, inter quos Pium sibi affinè esse gloriabatur: quoniã mater eius, Senensis fuisset, ex domo Ptolomæa, quæ Picolomineæ sanguine iungitur. Agebat quoque gratias Deo, qui eum sibi Pontificem dedisset, à quo nihil imperare non posset. Neque id falsò fuisset opinatus, si magis concedenda petiisset. Ferrariæ enim se Ducem creari petijt, & centum sibi mittiri. Non est exauditus. Noluit enim Pontifex, Romanam Ecclesiam suo censu priuare. Ducatum concessit, tributo retento, quem ille contempsit. Obtinuit tamen concessiones alias magni ponderis, sperauitque maiores in dies accipere: atque ob eam rem, & quod aliorum exemplis admonebatur, summis honoribus Pium excepit, admixtusque eos superare, per quos iter fuerat habitum, in porta clauis vrbs Pontifici obtulit, pedestrisque ad sellam eius inter portæ tamdiu profectus est, quoad equum ascendere iubere. Tecta pannis omnis via fuit, & strata floribus, per quam itum est ad maiorem Ecclesiam; adornatæ domus, & omnia plena cantibus, ac personantibus erant, acclamante populo, Pio Pontifici vita. Cardinalibus, & vniuersæ Curie ministrata cibaria ex palatio, ludi multiplices exhibiti, orationes complures ab Orationibus discretissimis habitæ. Celebritas hæc sacrificij Corporis Dominici acta est solennis pompa per forum ducta, Pontifice populum benedicente, & hostiam immacularam portante. Mansum est hæc octo diebus: multa in sercero colloquio, pro negatis sibi petitionibus questus est Borfius; quem Pontifex facile refutauit. Retulit & ad Consistorium litem, quam contra Episcopum suum haberet; & in arbitrio Pontificis posuit: qui cognito negotio, pollicitus est Duci, quamprimum facultas adesset, Episcopum ad aliam Ecclesiam se translaturum: idque Senis postea factum est. Sponditque Dux, in Conuentu Mantuanum, sese minime desuturum, vt qui rem Christianâ, inter omnes, qui viuerent, confirmari maximè cuperet. Relictâ Ferrariâ, aduerso Pado, Rouerium nauigio petijt Marchionis Mantuæ oppidum. Nauigante eo, duæ inter se classes concurrere, altera Ducis, Marchionis altera. Illa Pium ferebat, ista ferre oprabat. Tubicines hinc, atque inde, quæ circum valles mirabili clangore replebant. Vexilla ventis agitata, instar syluæ præferebant; accolæ in vtraque ripâ confedentes, Pontificis benedictionem exposcebant, ac benedicenti vitam acclamabant. Postquam Marchionis in fines nauigatum est, & Pontifex noui hospitis nauigium intrauit, Borfius salutato Marchione, & impetratâ à Pio discedenti potestate retro abiit. Secuta nox Rouerii peracta est, quo in loco Regium palatium semiædificatum, structurâ, & artificio, singulare architecti ostendit ingenium.

XVII. De Vrbe Mantuana, aliqua nauigantur.

Postera die ad ostium Mintij fluminis peruentum, & in stagnum vsque nauigatum: in cuius sinistro litore tumulus ostenditur magno honore habitus, in quo Maronis fuisse lares affirmant. Villa circum parua iacet, quæ tantum peperit Poëtam. Ab eo loco ferme milliario in prædio Principis, Pontifex pernoctauit, vt sequenti die Vrbs ingrederetur. Mintius amnis ex lacu Benaco defluit, stagnumque efficit, quod Mantuam magnâ ex parte ambit. Ipsa vrbs in paludibus iacet, neque adiri potest, nisi pontibus, aut nauibus. Ampla est, & ingentis populi capax; multa in ea splendide domus, & palatia Regibus apta, verum ætate pulvis, hyeme lutum incolas molestat: populus

perhumanus, & amans hospitem. Monasteria multa insunt virorum, & feminarum, in quibus sanctæ degunt animæ. Memoriae proditum est, per tempora Caroli Magni, Sanguinem hæc Domini nostri Saluatoris Iesu Christi miraculosum apparuisse, atque ad eum visendum, Leonem secundum Pontificem Maximum accessisse, qui rem cognouerit, atque probauerit. Hæc Carolus Caluus Magni filius veneno interijt, quod Hebræus medicus propinauit. Mathildis gloriosa mulier, huius olim Vrbs dominatum habuit; qua defuncta, multa regiminis mutationes factæ sunt; & modò Imperatores Germani, modò Romani Pontifices, Imperium tenuere: postremò nobiles, quibus Gonzaga nomen dedit, fauore populi ad principatum peruenere, eoque longo tempore potiuntur. Primus eius familiæ dominatum arripuit Aloysius Gonzaga; cuius posteritadè clementes habitus sunt, vt Vicariatum Vrbs à Romanis Imperatoribus obtinuerint. Demum verò Ioannes Franciscus, magno vir ingenio, & armorum gloria illustris, ætate ista à Sigismundo Cæsare, cum Roma rediret, in Germaniam, Marchionatus honorem adeprus est; cui coniux fuit clarissima Paula, moribus, & litteris excellens; cuius solertia Monachi omnes, qui Mantuam incolunt, instituta Patrum, ad vnguem, vt aiunt, vsque in hanc diem custodiunt. Ex his ortus est Ludouicus, qui per tempora Pij Papæ Vrbs præfuit, armorum, & litterarum pericia clarus. Nam & parentis gloriam militans adæquauit, & Victorinum Oratorum audiens, præceptoris propemodum doctrinam affectus est, mitis ingenij, & iustitiæ obseruantissimus. Ingressus est Mantuam Pius, sexto Calendas Iunii quinque diebus antè præstitutum terminum. Ciuitas plena hospitem fuit. Vicinarum Vrbsium populi frequentiores, aderant, & Blanca Mediolanensium Princeps affuit, Philippi Mariæ quondam Ducis filia, tunc Francisci Sfortiæ coniux, magni animi, & singularis prudentiæ mulier, & cum ea nobilissima proles vniuersæ sexus, mares quatuor, non alio ferè aspectu, quam missi è cælo Angeli, & desponsata, filio Sicilia Regis, puella Hippolyta nomine, vultu, moribusque præstans. Multæ insuper Virgines, & matronæ nobiles, & Illustris virorum comitatus. Blanchain suggestu apud Ecclesiam maiorem apparato, & Barbara Ludouici vxor, Pontificis aduentum expectauere; qui pompam huiusmodi ducens Vrbs intrauit. Præcesserunt seruitia Curie, & Cardinalium ministri; tum minoris Ordinis Curiales: exin equi candidi, absque fessoribus duodecim, frænis, sellisque aureis ornati: tum vexilla tria, in primo signum Crucis resplenduit, in altero Clauium Ecclesiæ, in tertio quinque Lunarum, quod est Piccolomineorum insigne; & ea viri nobiles armis recti, & phalaris insidentes equis portauerunt. Mox vmbella sequuta est, rubeo, & croceo coloribus distincta; proximi Sacerdotes Vrbs diuite apparatu sacra ferebant. Post hos Regum, & Principum Legati; tum Crucem auream comitantes Subdiaconi Apostolici, Auditores palatii, Scriuarii, & Aduocati. His arcu la iungebatur aurea, equo albo vecta, & multis luminaribus circumdata, in qua condita fuit Eucharistia, id est, Hostia Saluatoris sacrata, & sericeum desuper vmbra culum. Huic proximi Galeatius Mediolanensis, & Ludouicus Marchio, & post eos, Cardinalium venerabilis Ordo, tum Pontifex ipse, sellâ sublimi sedens, Sacerdotali paludamento, & onusta diuitibus gemmis mitra fulgens, nobilium procerum portatus humeris, benedicens populo ferebatur: & iuxta eum cubicularij, & corporis custodes, Episcopi, & Notarij, Abbates,

Irem de Familia Gonzagarum.

& ingens Prælatorum turba Pontificem sequebantur. In porta vrbis Ludouicus equo defiliens, clauis ciuitatis Pontifici obtulit. Idem fecere omnes, ad quos Pius in itinere declinauit, præter Senenses, & Florentinos. A porta vrbis vsque ad Ecclesiam Sancti Petri, quæ cathedralis est, nihil non relictum pannis fuit, & parietes vndique & floribus, & auleis ornati. Mulieres, pueri, ac puellæ fenestras, ac tecta compleuerant: nec tamē presura defuit, cunctis aditibus à populo occupatis. Altaria multis in locis incenso thure fumabant, nec alia vox audiebatur, quam populi clamantis, Pio Pontifici Maximo vita. Vbi ad Ecclesiam ventum est, supplicationibus Deo factis, & hymno decantato, & annuntiata cunctis, qui aderant plenaria peccatorum remissione, Pontifex in amplissimo palatio exceptus est, & mansiones suas quique petere. Postidē Blanca, & Barbara Pontificem viderunt, ex osculatisque sacris pedibus, Spirituales, quas optauerunt gratias, impetrauere. Hippolyta Blanca filia, Latine coram Pontifice orauit, ad eō eleganter vt omnes, qui aderant in admirationem adduxerit.

XVIII. Initium Conuentus Mantuanum.

Calendis Iunij, quæ dies statuta iniitendo conuentui fuit, Pontifex ex palatio cum Cardinalibus, Episcopis, & omni Clero ad Ecclesiam descendit, vrbis religiosis ex omni Ordine iussis adesse. Res diuina solenni apparatu, & ingenti altantium deuotione peracta est. Tum Coronensis Episcopus, vir doctrina, & honestate insignis, sermonem habuit: in quo & Pontificis propositum, & Conuentus causam, & necessitatem rei gerendæ explicauit: horratus eos, qui aduenerant, puris, & volentibus animis desiderium Præfulis adiuuarent. Pius autem ex folio suo, cum iam omnes assurgere vellent, manu silentiam indixit, atque hunc in modum effatus est.

*Sperauimus Fratres, ac filij hanc vrbem aduentus, frequentes, qui præcessissent, Regum Legatos inuenire; pauci adfuerunt, vt videmus, decepti sumus. Non est Religionis cura apud Christianos, quantum credidimus. Conuentiois diem longissimam statuumus; nemo temporis breuitatem accuset; nemo vitarum incommoda causetur. Nos egritudine laborantes, & affectu senio, Apemimum, & Hyemem contempsumus; nec nos alma Roma remorari potuit, quamuis medios inter latrones constituta, nostram presentiam magnopere desideraret. Relinquimus Ecclesia patrimonium, non sine periculo, vt Fidei Catholica subueniremus, quam Turca pessumdare nituntur. Videbamus illorum opes in dies augeri; & arma, que iam Græciam, & Illyricum obtinuerant in Pannonia grassari, & Hungarorum fideliem gentem, multis afflictare cladibus. Verebamur, quod futurum est, nisi sapimus, deuictis Hungaris, & Germanos, & Italos, & omnem prorsus Europam subactam iri; quod absque Religionis nostra subuersione fieri non possit. Cogitauimus hoc malum auertere: indiximus hoc in loco conuentum; vocauimus Principes, ac populos, vt communi consilio rem Christianam tueremur. Venimus spe pleni, quam vanam fuisse dolemus. Pudet nos tantam esse Christianorum negligentiam. Alij delicijs indulgent, alios auaritia retinet. Turca, pro sua damnatissima secta non recusat mortem, nos pro Sancto CHRISTI Evangelio, nec subire sumptus, nec labores perferre, vel minimos possumus. Si sic pergamus, actum de nobis fuerit: peribimus braui, nisi alios sumimus spiritus. Ob quas res vos hortamur, viri religiosi, vt orationibus assiduis DEVM precemini, Christianis Regibus aliam mentem præbeat, sui populi animos excitet, corda fidelium incendat, vt iam tandem arma sumentes, iniurias viciscantur, quibus Religionem nostram indies Turca afficiunt. Agite Fratres, agite filij, conuertimini ad DEVM toto corde; vigilate, orate ieiunijs, & elemosinis peccata vestra redimite, facite opera digna pœ-*

nitentia. Sic enim placatus DEVS, nostri miseretur, & audentibus nobis, hostes tradet in manus nostras. Nos hic tamdiu manebimus, donec animos Principum exploremus. Quod si venturi fuerint, simul cum ipsi Reipublica consulamus. Sin minus necessarium erit domum repetere, eamque sortem ferre, quam Dominus dederit. Verum defendendæ Religionis propositum, quoad vires, vitæque suppetant, nec deseremus, nec durum putabimus, si res petierit, pro nostris outibus animam ponere.

Exceperunt Cardinales, & Episcopi, mirâ attentione Pontificis verba, eiusque mentem magnis præconijs extulerunt; ac rebus gerendis honestum putare principium datum venia delictorum omnibus concessa, qui suam conscientiam per confessionem ritè purgassent. Blanca his verbis admodum læta, cum plerisque vicibus Pontificis alloquium obtinuisset, & animo suo abundè satisfecisset, sese, virum, ac liberos Apostolicæ pietati commendans, Deo deuota Mediolanum rediit.

Pōst aliquot dies, cum pauci conuenissent, nec fama esset, conuenturos plures, spernebatur consilium Præfulis, qui tantum laboris frustra suscepisset: murmurare passim Curiales de Pontifice, neque parere calamo. Hi per Italiam, illi per Gallias, & ad omnes vltromontanas regionis epistolas militare: qui per seipsos scribere non audent, aut amicis, aut seruis hanc prouinciam demandare: venisse Mantuam absque consilio Pium, Oratores Principum paucissimos aduentasse, pauciores venturos: locum palustrem, atque insalubrem esse; cuncta astu feruere; neque vina sapida, neque res alias ad victum necessarias placere; & egrotare quam plurimos; febres admodum multos absumere; nihil audiri, nisi ranas. Fuerunt & qui Regi Franciæ litteras dedere, in quibus Concilium ad alium locum transferendum asseuerarunt, nonnulli prolatum conuentiois diem nunciare. Accedentes autem nonnulli ex Cardinalibus Præfulis, Quid agis? aiebant. Frustra hic nos retines, nisi aere hoc pestifero nos peras interficere. Quin abis? Venisti ad præstitam diem: satisfecisti termino: Principes domi manent, & te, nosque contemnunt. Intellexerunt omnes curam tibi fuisse eutanda fidei: sufficit honori tuo. Quis te arguat, si solus vincere Turcas nequeas? Repetamus propriam Sedem. Si qui sunt, qui bene consultum rei Christianæ velint, non recusabunt te sequi quocumque ieris. Intèr has voces constans, atque immobilis perstabat Præful, nec rumores ponebat antè salutem, Deo placere, non multitudinifudens. Fuerunt & inter Cardinales plerique melioris consilij, qui perseuerantiam suadebant, vt Bessarion Nicænus, & Fr. Ioannes Turrecremata S. Sixti, Græcus alter, Hispanus alter. Quidam, etsi aliud mentè gerebant, Pontifici tamen blandiebantur, tamquam non inuicti manerent. Qui abeundum dixerant, cum non impetrassent, per vicina castella dilapsi, vrbaniū æstum euitauerunt. Aquilegiensis sub specie lauandi apud balneas, Patauium petijt, deinde Venetias profectus est, quibus in locis aduersus Cardinalem Sancti Marci multa molitus, nè Patauinam consequeretur Ecclesiam, de Conuentu Mantuano non bene loquebatur, quæcumque illic ageretur, extenuans.

Dùm hæc aguntur, Legati Thomæ Despoti Moreæ, Præfulem aduunt. Hæc olim prouincia Peloponnesus dicta est, & arx quondam Græciæ habitata. Formam Cheronesi habet, & Egæi, atque Ionij pelagi fluctibus illiditur. Hic nobilis Corinthus fuit, & Delis, ludorum memoriâ insignis, & vetus Lacedæmon, Agamemnonis, & Menelæi Sedes, qui rapinam Helenæ vindicantes Ilion deleuere, & verustiores Argi, & Nestora pilus. Hæc olim præclaræ vrbes fuere, nunc sine

XIX. Nonnulli damnant propositum Pij PP. alij approbant.

XX. Despoti Moreæ Oratores adueniunt, & auxilia in Turcas petunt.

XX. Despoti Moreæ Oratores adueniunt, & auxilia in Turcas petunt.

nomine iacent, præter Corinthum, cuius ad Isthmum nonnullæ visuntur reliquæ, & Constellum Argos. Occupata per Turcas Constantinopoli, & interfecto Constantino Palæologo, gentis Imperatore, fratres eius Thomas, ac Demetrius huc se receperunt, & modo Turcis penderunt tributū, modo arma in eos verterunt, Latinorum auxilij, & loci munitionibus freti. Exin orto inter eos dissidio, Demetrius Turcarum partes secutus est, filiamque suam Mahumeri despondit; Thomas auxilio Albanorum, qui Peloponnesum frequentes incolunt, & fratrem magna regni parte multauit, & Turcas, qui arma in se verterant, prælio fudit, captiuosque multos cepit: ex quibus sexdecim per Legatos Pontifici dono misit, auxilium secundis rebus esflagitans: nec magno exercitu opus esse dicebat: Italorum paruam manum sufficere, ad euicendos peninsulâ Turcas. Re in Senatu discussa, placuit trecentos illic pedites mittere. Blanca Mediolanensis, centum suo ore conduxit; Pius reliquos; quamuis nõ probaret ceptis ingētibz tam debile fundamentum apponi. Bessarion noluit denegare, cui ea res cordi erat. Cuncti Mantuam ad Pontificis Pedes se contulere; egergiè armata, & robusta iuuetus. Iannonus Cremonensis his præfectus, quos Blanca delegit, pedestrium copiarum non ignotus ductor; alij Dorthea Senensis, propter ciuiles discordias patria extorris, qui suscepta benedictione, per Padum, Rauennam petiere; dein terra profecti apud Anconam ingressi mare, felici vento in Peloponnesum nauigauere; vbi commiter à Græcis excepti, Paracensem Vrbem primo congressu expugnauere. Verum dùm alia quædam summâ contentione oppugnant oppida, seu virtutis æmulatione, seu prædæ cupiditate inter se dissidentes, incepta relinquere: dispersique milites in diuersa, cum dedecore abierunt; infaustum rebus gerendis omē.

XXI. Discordia inter Germaniæ Principes.

Inter hæc grauissima Germanos exagitare Principes discordia cepit. Ludouicus Baioariæ Dux, auro, & amicitijs potens, Verdeam Imperiale oppidum armis inuaserat, atque in ditionem acceperat. Id agrè tulit Fridericus Imperator, iussitque Marchionem Albertum Brandeburgensem arma capere, & insolentiam Ludouici compescere, quem declarauerat hostem. Paruit non inuitus Albertus, qui alioquin Ludouico erat infensus. Vocati vtriusque amici sunt. Alberto, Saxoniæ Duces, Comitibus Viremburgenses, Maguntinæ, Bambergensis, & Herbipolensis Ecclesiæ Præfules, & Ciuitatum, quas vocant Imperiales, maior pars arma coniuuauerat: Ludouicum sequebatur Fridericus, Comes Palatinus, & non pauci sūt familia Principes. Iam vexilla Imperii Albertus Dux belli designatus acceperat, iam vndique arma, & auxilia concurrerant; nec dubium videbatur, quin superior Germania omnis rueret in ferrum. Incendium atrox, & nulli parturum excitabatur: hinc Friderico Imperatore, illinc Baioariæ Ducibus bellum cientibus, Hæc res magno mœrore Pontificem affecit; cum & rem Fidei hoc modo perituram, & nobilem Germaniam exutum iri animaduerteter. Quærelæ Germanorum ad eum vndique deferebantur, asserentium; nisi Papa succurreret, alium esse neminem, qui tantum incendium restinguere posset. Nationis principes bifarios diuisos, alios Cæsarem, alios Baioarios sequi: qui belli experti essent, minus idoneos pacis ministros esse. Anxius intèr hæc Præful felicitatis recreatus est, quod apud Constantiam, Nardinum Legati sui operâ, intèr Helueticos, & Austriæ Duces, Albertum, & Sigismundum ita compositæ res fuerant, vt restituta Ducibus Rapuilla, in quinquegesimum annum dicta pax olim feruaretur, cuius idhuc tres anni restarent: medio tempore, cum Pio Pontifici Maximo, & Carolo Franciæ Regi placeret,

dies intèr partes constitueretur ad quem cum Legati, aurin Constantia, aut in altero vicino loco conuenirent, de controuersijs suis, Papæ, & Regis arbitrio iudicium receptura. Quæ re cognita iussit Pontifex, Nardinum properè Norembergam petere, quod eo in loco Germanorum Principes conuenturi essent, collegasque illi dedit, Spirensis Episcopum, & Henricum Sentfleben aulicum suum, qui summo conatu Germanorum animos ad concordiam traherent, belloque, priusquam iniitium caeperet, finem imponerent. Conuenerant iam Norembergæ, Ludouicus, & Albertus belli futuri duces, amicorum stipati gregibus, Sigismundus, & Albertus Austriæ Principes, & cum his Ioannes Episcopus Esterensis, ac Magister Alamaniæ Ordinis Prutenorum, qui tamquam pacis arbitri illos acceperant. Verum Legatis Papæ plus fidei, atque autoritatis inerat, minus suspitionis. Concordia pluribus diebus quæstata est; difficilis, & propè desperata res fuit, animis partium irâ succensis, & ad bellum paratis. Albertus quattuor & viginti millia militum expedita in armis coegerat, plenusque victoriæ spe, maiora belli, quam pacis emolumenta sibi persuadebat. Ludouicus, etsi non tam pugnæ accinctus erat, munitionibus tamē locorum ferre hostis impetum, & auri diues propediem maiores fe copias habiturum non dubitabat. Cum obstinatius vtraque pars detrectaret pacem, accedentes Conuentum Apostolici Legati locuti sunt.

*Sæpe, & multum, illustres Principes, cohortati vos sumus, vt depositis odijs in pacem coeatis. Vobis, plus cordi bellum est. Vastare agros, villas incendere, vrbes delere, Christianorum Sanguinem fundere paratis. Non ira propinquitatis, nec patriæ charitas, non religionis Zelus vos retrahit, non cædes innocentiū, non raptus virginum, non adulteria matronarum, non incendia Ecclesiarum, non alia probe infinita mala, qua bella parant horrere videmini. Furere atque ira pleni, non cernitis Christiana reipublica vulnera, qua vestra inferunt odia. Pius Pontifex Maximus melius intuetur, qui nobilibz Germania miseros, ferre non potest, tot viros illustres, tot fortia pectora, tantum Christiani robur exercitus, in se ferream stringere. Intellegit sapiens Præful, Germanorum calamitatem, Turcarum felicitatem esse, tantumque vires illorum crescere, quantum vestra diminuuntur, atque illorum ferocitati, vestro dissidio portas in Christianos aperiri. Dolet vicem vestram, dolet communem cladem: dolet, hoc pacto Christianam fidem conculcatam iri. Facit, quod sui officij est. Christianos in concordiam reuocat, nè Sanctum Euangelium, detrimentum sustineat: suumque est providere. Vester est communis Pater, & Iudex, & Catholica caput Ecclesiæ: cui, qui resistit, Dei ordinationi resistit, & mancipium se Diaboli facit. Cupidus Christiane quietis iubet vos Pius arma deponere, que vestra in viscera stringere paratis: & fraternam pace composita, aduersus Fidei hostes de bello cogitare. Nisi hæc agitis, extrâ Ecclesiam vos faciet, & in omni ditione vestra Sacris interdicit. Eritis gehennæ filij, Deo, & hominibus infestis: & omnis vestra posteritas infamia notabitur. Diximus, qua Apostolica Sedes in suis: deinceps innocij sumus à vestro sanguine.*

His commoti Principes, pauld post concordia iniere; cuius hæc formula fuit. *Faciant inimicitie: pax ex integro redeat. Verdea Imperatori restituitur: Iudicium Norembergense, Alberto liberum esto. Ludouicus arbitrio Imperatoris placitor, aut Pij precibus absoluitur. Fridericus Palatinus viduas, quam frater reliquit, auri quindecim millia nummum, quam primum dissoluito, & deinceps quo ad vitam duxerit, tria millia quotannis pendito. Ecclesiæ Maguntinæ chirographum nouem millium aureorum vi extorum, reddito. Feudum Berchzabrensis oppidi ad naturam suam reducito. Stephanum Comitum sub publica Imperatoris fide captum, libertati dimisit. Reliqua, qua compendia restant, in festo Sanctæ Crucis Norem-*

Pro discordia tollenda Legatos destinat Pius PP.

XXII. Conciliantur.



Displicet  
concordia  
Comiti  
Palatino.

XXIII.  
Orietales  
populi au-  
xilium pe-  
tunt.

bergam iterum conuenientes arbitri, decidunt. His composi-  
tis, exercitus hinc, atque inde dimissi sunt, & datae  
dexteræ. Non interfuit conuentus Fridericus Pala-  
tinus, nec oratores eius assensum præbuerunt: verum  
Ludouicus Baioariæ, & Albertus Austriae Duces,  
irèque Ioannes Episcopus Eitenensis facturum il-  
lum, quæ iussus esset, in se receperunt. Fridericus au-  
tem, ubi res compositas accepit, litteras in hunc mo-  
dum ad Ludouicum dedit. *Fridericus Palatinus, Ludouico  
Duci salutem. Dextera inimico dedisti, eamque pacem ample-  
xus es, quæ te, & nostram familiam inhonestet. Timuisti ferrum,  
& exerto expectare gladius hominibus; & amator videri vis: &  
quæ mulier deinceps amare te poterit, seculi nostri dedecus, &  
Baioaria domus? Aut rescinde conuentus, aut me hostem habeto,  
longè ferociorem Alberto. Quæ meo nomine promissisti, cito me  
neque precibus, neque vi facturum. Vale.* His receptis illa-  
chrymatus est Ludouicus, & penitentiam ductus cau-  
sas querere cepit, quibus pactam dissoluere fidem  
posset. Fridericus ipse missus ad Pontificem Bernar-  
do Hembersteinensi Comite, multis se rationibus  
excusatum reddidit, quod apud Mantuanum Con-  
uentum, ut antè pollicitus fuerat, pro suo desiderio  
non accederet. Exin causas adiecit, cur pacem Nor-  
rimbergæ compositam, sibi onerosam, & minimè  
amplectendam putaret, iudicium eius litis, aut in  
Pontificem, aut in Imperatorem deferens.

Interea Legati ex Cypro, Rhodo, Lesbos, ac non-  
nulli ex Asia præsto adfuerunt. Tum verò Albani, E-  
pirota, Bosnienses, & omnis ora Illyrici, missis Orato-  
ribus auxilium petere, & iam frequentes totâ vrbe  
apparebant homines ex Oriente, qui aduersus Tur-  
cas opem efflagitarent. Hinc ortum verbum, *Orietales*,  
*quos vocant Leuantes, celeres ac solertes esse; Occidentales*  
*qui, Ponentes nominantur, & pigros, & inertes: quod perinde*  
*est ac si dicas; morosi, & difficiles sunt, qui opem*  
*ferant; diligentes, qui petant. Ab Occidentis namque*  
*partibus auxilia expectabantur, atque inde pauci ad-*  
*uentabant. Ab Oriente, nulla legatio non querula*  
*venit. Ragusei tantum pro suis facultatibus auxilia*  
*in Turcas promissere. Rex Bosniæ, quamquam Tur-*  
*cis clam reconciliatus esset, Legatos tamen ad Ponti-*  
*ficem misit, aduersus illos opem flagitans. Regnum*  
*Bosniæ, in montibus situm, Rascianis, Hungarisque*  
*coniungitur. In eo multi erant Manichæi, qui & si*  
*Christiani videri voluissent, longè tamen aberant à*  
*Christi lege, blasphemii homines, & erroribus pleni,*  
*aduersus quos Sanctus Aurelius Augustinus librum*  
*scripsit. Ragusei, & Trigurienses ad litus Adriatici*  
*maris iacentes, vicini sunt Bosniensibus, quos Illyri-*  
*cam esse gentem non est ambiguum. Hos Croatini,*  
*qui & Dalmatæ sunt Orientales, & Boreales habent.*  
*Sicut Romani quondâ suos Principes, vel Cæsares, vel*  
*Augustos vocauerunt, Ægyptij, vel Pharaones, vel Pro-*  
*lemæos, ita & Bosnienses suos Reges appellauerunt Ste-*  
*phanos; quoru, qui Legatos Mantuâ misit, vaser homo*  
*fuit, & in constantis animi. Is paulò antè ad Matthiam*  
*Hungariæ Regem profectus, interuentu Ioannis San-*  
*cti Angeli Cardinalis, Apostolici Legati fœdus cum*  
*eo interat, multa in Turcas pollicitus, plura menti-*  
*tus. Rasciani per id temporis Turcarum impetum æ-*  
*grè ferebant: ob quam rem passus est Hungariæ Rex,*  
*ut Senderouiam oppidum apprimè munitum, & ad*  
*ripam Danubij situm, Stephani filius defendendum*  
*acciperet: qui paucis post mensibus quàm intromis-*  
*sus est, accessit Turcis magno auri pondere oppi-*  
*dum vendidit, quæ res non minus Hungarorum ani-*  
*mos fregit, quàm perdit olim Constantinopolis. Est*  
*enim Senderouia, porta quædam ex Rasciâ in Vala-*  
*chiam, ad bellum Hungaris inferendum opportuna;*  
*quo in loco multæ sunt naues ad fluum transseun-*  
*dum, & facilis descensus in alteram ripam. Verum*  
*prius Legati Bosnienses ex Mantua recesserunt, quàm*  
*proditio innotesceret, quæ ad Legatos Hungaros*

primùm delata est. Ii fuerunt Episcopi duo, Cenadi-  
ensis, & Segniensis, & cum his Stephanus, Croatiae  
Comes, ab origine Romanus Frangepaniâ gente, quæ  
sanctissimum olim Pontificem Gregorium produxit,  
Præfulum decus, ac normam; & Taruissinus quidam  
Doctor, cui postea Pius apud Dalmatas Episcopatum  
commisit.

Cum iam Legati Regum, Principumque conue-  
nire cepissent, magna de sedibus orta contentio est:  
nec Reges Regibus, nec Duces Ducibus cedere; lo-  
cum sibi quisque in confesso primùm arrogare, verbis  
nutibusque contendere, quod nē rebus gerendis of-  
ficeret, Pontifex legem edidit, nē vel postpositi detri-  
menti, vel prælati lucrum honoris, iurive aliquod  
ferrent. Nec tamen hoc pacto pacari omnes potue-  
runt, sicut postea dicemus. Nec Ordo Episcoporum  
consuetudinem Romanæ Curia æquo ferebat ani-  
mo, quæ Notarios Apostolicos anteponebat. Contra  
plurimi, morem Curia sacram legem esse, & nullo  
mutandam pacto censebant; scandalum ingens futu-  
rum, & orbem quodammodo ruiturum affirmantes,  
si quid aduersus Notarios statueretur. At Pius altitu-  
dinem Episcopalis eminentiæ animo voluens, quâ  
nihil est in Ecclesia sublimius, & quod ipse Romanus  
Præful *LESVCHRISTI* Vicarius, Episcopi nomi-  
ne contentatur, Notarios corruptelâ quadam; non  
consuetudinè prælato Episcopis iudicauit; idque de-  
inceps prohibuit, editâ lege, quam totus sermè orbis  
collaudauit. Notarij etiã ambiendo contra niteren-  
tur, & multa in Præfulem probra iactarent, legem ta-  
men vel inuiti receperunt, hoc tenore.

*Pius Episcopus, Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam rei me-*  
*morianam.*

*Cum seruare in rebus ordinem, atque modum, ad Romanum*  
*Pontificem maxime pertineat; ordo verò in eo potissimum con-*  
*stet, ut secundum suam cuiusque dignitatem, aut præcedant,*  
*aut sequantur, habitâ cum Venerabilibus Fratribus nostris Sa-*  
*cro sancta Romana Ecclesia Cardinalibus exactâ & diligenti de-*  
 *liberatione, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, de corun-*  
*dem Fratrum nostrorum consilio pariter, & assensu, statuimus,*  
*decernimus, ordinamus, atque mandamus, ut Notariorum no-*  
*strorum (quos vulgò Prothonotarios, quasi per excellentiam*  
*quandam, non abs re consuetudo vocat) nullus deinceps Episco-*  
*porum venerando, sanctoque Ordini, tanquam honorabiliorem se-*  
*se audeat antepone. Sed in capella quidem nostra, in banco, seu*  
*scanno secundo, post Episcopos, seorsum sedent, secundum ordi-*  
 *nem institutionis eorum. In Consistorijs verò publicis (ubi de re-*  
*bus, que geruntur, ut authentica conscribantur documenta rogari*  
 *consueuerunt) quattuor ex eis, qui Numerarij dicuntur, aut ipsis*  
 *absentibus, totidem ex alijs, secundum institutionem eorum se-*  
 *niores, iuxta gradum Apostolici solij, honorabiliorem teneant lo-*  
 *cum, sedique nostre proximiores assideant. In alijs autem locis,*  
 *tam in Curia, quàm extrâ vbi que gentium, atque terrarum,*  
 *Archiepiscopos, & Episcopos omnes, Notarij nostri sequantur, eis-*  
 *que cedant: & quod in Episcopis sancimus, ad Ecclesiarum Ca-*  
 *thedralium auctoritate Apostolica electos pariter, & confirmatos*  
 *extendimus. Nulli ergo &c. Datum Mantuæ. Anno Incarnationis*  
 *Domini, 1459. pridie Idus Iunij. Pontificatus nostri, anno*  
 *primo.*

Migrauerat ex hac luce Theodoricus Archiepiscopus  
Moguntinus, non multis antè diebus, scilicet pri-  
diè nonas Maij. Indoctus quidem homo, verum tam-  
en hac laude, memorandus, quod in schismate Basile-  
nensis Concilij, Apostolicæ Sedis partes secutus est.  
Moguntia præclara vrbs est, sinistram magni Rheni  
ripam obsidens, è regione intrantis in eum Mogani  
amnis, à quo nomen accepit. Olim Gallica fuit, nunc  
Germanica est. In ea diuitem Ecclesiam veteres fun-  
daere, cuius Archiepiscopus inter Electores, Imperij,  
primùm obtinet locum. Suffraganeos habuit XIII.  
qui ab Italiâ vsque in Saxoniam diocesces protende-  
rent. Nam & Curia in alpiibus, Lepantijs, & Hilde-  
mensis Ciuitas apud Saxones, Metropolitanico iure,

XXIV.  
Inter-Pro-  
thonot-  
Episcopos  
de loco  
differen-  
tia.

In fauore  
Episcoporum  
de-  
cernit  
Pius PP.

XXV.  
Eligitur  
in Archi-  
episc. Mo-  
guntinum  
Dietherus  
Hifem-  
burgensis.

Moguntinæ subest ECCLESIAE, cuius tempo-  
rale imperium, instar amplissimi Regni longè, la-  
teque patet. Atq; idcirco, ad eam vacantem multi  
adipirauerunt viri potentes, quorum ardentissimus  
fuit Dyetherus Hifemburgensis, nobili loco na-  
tus; quamuis non tam genere, quam perfidia, &  
ambitione insignis. Is cum sedente Calixto Treue-  
rensem Ecclesiam, pro qua magnum auri pondus  
offerens emere non potuisset, ad Maguntinam de-  
inde animum conuertit, cuius erat Canonicus. Et  
cum certò sciret in Capitulo, per suffragia maioris  
partis electionem in se cadere non posse, quia dif-  
ficile corrupitur multitudo, in paucos compro-  
missum fieri studuit. Septem viri nominati sunt,  
hisque data potestas Pontificis eligendi. Horum  
tres iam pridem corrupti, Dyetherum elegerunt;  
tres Adolphum Nassavv genere, ac probitate il-  
lustrem, cuius maiores ad Imperium ascendissent:  
Septimus, alium quandam nominauit: sed tan-  
dem tribus millibus aureis inarratus ad Dyethe-  
rum accessit: qui mox electus declaratus, & ad  
possessionem honorum ECCLESIAE malo ex-  
emplo receptus est. Die xx. Iulij electione celebra-  
ta, Legatos Mantua misit, superbè minus & ar-  
roganter petens confirmationem. Pius Pontifex,  
qui rem gestam ignoraret: *Conuentum, inquit, hoc*  
*in loco de rebus Christiana religionis agimus. Accessimus*  
*Theodoricum, dum viveret Archiepiscopum, qui*  
*magna Pontifex Ecclesia consilio, & auxilio esset Ca-*  
*tholicae Fidei, quam Turcarum impietas, ac feritas delere*  
*conatur. Illo satis sancto, ut veniat electus equum est, quem*  
*è vestigio confirmabimus. Legati febricitare Dyethe-*  
*rum dixere, & inopia laborare: longa esse itine-*  
*ra, & infecura. Pontifex, conualecentiam expe-*  
*ctari posse respondit: paupertatem, & viarum in-*  
*commoda confutauit. Remissi, & iterum missi*  
*Oratores sunt. Vicit pietatem, impietas, & man-*  
*ifestudinem, peruicacia. persuaderi aduentus ad*  
*Conuentum tantum, de tam sancta re indictum*  
*Dyethero non potuit. Pontifex facta relatione per*  
*Cardinalem Sancti Marci, confirmauit absentem,*  
*ea lege adiecta, vt intra annum, Sanctam Sedem*  
*Apostolicam accedere teneretur: & ab ea viuendi*  
*normam recipere, idque iureiurando affirmaret.*  
*Illud per Legatos potestatem habentes promissum,*  
*& iuratum est. Sed, vt postea suo loco dicemus, con-*  
*ficta fides, nec promisso fecit satis, nec iurifurandi*  
*religionis.*

XXVI.  
Impera-  
tor ad  
Concilij  
Legatos  
destinat.

Fridericus Imperator ad Conuentum interea tres  
Oratores legauit, Antonium Tergesti Episcopum,  
Ioannem Inderbachium Tridenti Præpolum, &  
Henricum Senfleben, Decanum VViatislauensem.  
Hi licet viri præstabiles essent, Pontifici accepti,  
& mandatum plenum attulissent: non tamen tam  
præ se auctoritatem ferebant, quam tanti Con-  
uentus dignitas, ac maiestas exposcere videbatur.  
Ideoque iussit Præful Henricum cum hisce man-  
datis ad Imperatorem reuerti. *Cæptus Mantua Con-*  
*uentus, de tutela religionis sollicitus est aduersus poten-*  
*tissimos hostes, quos perdere post Hungaros tua inprimis*  
*interest. Pius Pontifex Maximus relicto Ecclesia Roma-*  
*na regno, ed se contulit: nec pericula, nec sumptus*  
*horruit, dum republica bene consulere posset. Sperauit*  
*te simul conueniturum: cum non plus itineris, quam sibi*  
*faciendum fuit. Tu neque venisti, neque Legatos tantæ re-*  
*re dignos misisti. Qui hac animaduertunt, aut te*  
*sumptibus parca per auaritiam putant, aut Orthodoxa*  
*fidei defensionem contemnere: neque te dignum existi-*  
*mant, qui Christianis imperes. Nam quo pacto, pro-*  
*rektor, & Advocatus Ecclesia dici potes, qui non modo Eccle-*  
*siam deseris, sed ipsam quoque religionem Christianam,*  
*& Fidem negligis? Pio fortasse inuides, qui tibi ho-*  
*nozem præcipuerit, nec vis ob eam causam cum eo con-*  
*uenire? Erras. Non tam honorem suum ruis, quàm*

tuum querit, qui te anima sua charitatem habet. Degloria  
tua cogitat, atq; vt eam conferuas hortatur, vt secum de  
communi salute, acturus conuenias. Si non potes! At  
saltem Legatos illustri loco natos, & auctoritate prædi-  
tos mittas; neque hac tua dissimulatione, sine auaritia  
vocanda est, ECCLESIAM DEI perire sinas.

Profectò cum his mandatis HENRICO, PHILIPPVS  
Burgundiæ Dux, qui se venturum ad  
Conuentum scripserat, & vnus omnium ardentis-  
simus iudicabatur, qui Turcarum genus perdere cu-  
perent, mutato consilio, domi remanere stauit;  
non tam suo ingenio, quam suorum suafu, qui res in  
Gallia nouas suboriri verebantur. Succensebat CAROLVS  
Rex Francia PHILIPPO, qui LVDOVICVM Delphinum  
Viennensem, primogenitum suum ad se fugientem domi recep-  
isset, neque patri reconciliare curasset. Contrà  
PHILIPPVS indignè agere Regem aiebat, qui nonnulla in  
Ducatu Lucemburgiensi, idest, in Imperij dititione oppida  
occupasset, aduersus antiquum fœdus, quod Francia Reges  
cum Romanis Imperatoribus apud Tullum percussere; in  
quo cautum sit, IMPERATOR in Regno Francia, Rex in  
Imperio ne dominatum sibi vendicet, etiam si aliqui  
volentes sese dedant. Iniuste Regem agere, qui fœdus  
violat, & oppignoratum sibi Lucemburgiensem Ducatum  
molestare audeat. Sic inter se Rex, Duxque mandata  
miserant, neque alter, alteri cederat. Augebantur  
indies quærelæ; & simultates in aperta euaserant odia.  
Quibus ex rebus inconfultè agere Ducem suum Burgundi  
existimabant, si domo abscederet: & alij insidias in  
itineri timendas aiebant; alij, seni non esse laborem  
subeundum; alij, Italicum cælum, & aestiuum ardorem  
timendum; alij, alias viarum incommoditates obijciebant.  
Victus Philippus, cum remanere in patria decreuisset,  
IOANNEM Ducem Cluensem, fororis suæ filium mittendum  
censuit, & IOANNEM Croium, qui multorum Prælatorum  
victor tota Gallia clarissimus habebatur: tum plures  
equites, & alios diuini, & humani iuris interpretes  
famæ celebris: quibus adiunctus est IOANNES Episcopus  
Attrebas, apud Pontificem Referendarium agens,  
litterarum fermè omnium doctrinâ præditus. Inter  
Cluensi ex curia Philippi recedenti, per Flandriam  
Picardiam, & Parisios, & reliquam Galliam, ac  
Sabaudiam iuit. Viderunt Franci splendidam legationem,  
qualem nunquam antea, aduentusque Regem, maiora  
de magnis referebant. Laudare Burgundum, qui rem  
Catholicæ fidei curæ haberet; arguere Francum,  
qui negligeret. Pontificem magnis de rebus Concilium  
indixisse, eoque Roma relicta senem venisse: non esse  
Regiæ dignitatis, tanto in Conuentu deesse. His  
clamoribus excitatus CAROLVS, & ipse magnam, &  
claram legationem decreuit. Cluensis, & qui eum  
sequebantur, per Sabaudiam, & montem Iouis, qui  
hodiè Sancti Bernardi melius appellatur, Augultam  
Prætoriam petijt, & per Hyporegiam, Vercellas, &  
Nouariam Mediolanum venit Insuubrium caput.  
quo in loco nonnullis immoratus diebus, à Fran-  
cisco Duce Summis honoribus cumiuatus est. de-  
inde per Laudem, & Cremonam iter ad Conuentum  
habuit. Quæsitum est in Senatu, intrantri quis  
honor impendendus esset. Pontifex, duos Cardinales  
è Collegio mittendos censuit. Illi dignitatis suæ  
amantes, indignum esse aiebant, atque insolitum,  
minori dignitati, maiorem occurrere: Cardinales  
parcs Regibus haberi; vilescere, si Duci obuiam  
mitterentur. Pontifex, de dignitate Cardinalium  
nihil aduersari, quæ Pontificali proxima esset;  
nihil tamen ei deperire, si venientem DVCEM paulò  
extrâ

XXVII.  
Item Phi-  
lippus  
Dux Bur-  
gundia,  
splendi-  
dam Le-  
gationem.

XXVIII. Laudatur Dux Burgundia.

vrbem exciperent. Vidisse se Casarem, qui non esset Cardinalibus minor, saepe Ducibus, ac Marchionibus ad se venientibus occurrisse: Cluensem ex ultimis Galliarum finibus, atque ab Oceani litore, iulione Apostolica Mantua petere; non parem esse causam eorum, qui priuata, & eorum, qui publica curant negotia, Romanum Pontificem adeunt.tribuendum plus aliquid honoris, his, qui dicto partes Fidem Catholicam defensori accedunt. fugiendam arrogantiam cunctis odiosam: humilitati, quam nemo non laudat in seruendum. Vicit Pontificis sententia. Duobus Cardinalibus electis qui Duci occurreret, Latino Vrsino, & Prospero Columenli, quod reliquum fuit Curiae, ad honorandam legationem his adiunctum. Exceptus est summo honore Cluensis Dux, cunctis admirantibus, & hominum maiestatem, & ornatum externum, Procerum, ac Doctorem.

Sequenti die Consistorium publicum habitum est; ubi sedente in maiestate Pio, Episcopus A trebas orationem habuit; in qua & Praefulis propositum de tuenda religione, & desiderium Philippi, & Legationis dignitatem, & genus sui Principis, & verusta. nouaque Burgundorum gesta magnifice collaudauit: & cur Philippus ipse ad Conuentum non aduentasset, exposuit: postremo facturum illum cuncta professus est, quae pro turcia Christiani nominis expectari ab eo possent. Auditus est cupidè, & attentè, omni concione Philippianum laudante. Pontifex è sublimi throno respondens, clarissimum Philippi genus ignorare neminem inquit, in quo Burgundionum, Francorumque sanguis elucesceret, & vtramque gentem extendisse factis famam. quamuis non egeret Philippus maiorum imaginibus, qui virtute propria suam illustraret aetatem. Audisse se illum iam saepe cum eo miscere sermones apud Baiarios in Ratispona, intellexisse ex eo tempore, quo animo esset in Turcas; quae fide serueret; quo zelo teneretur tuenda, atque amplianda religio. non esse mutata mentem: quantum legatio eius affirmaret stare propositum, quantum legatio eius vtiuam venisset, quem admodum spem dederat; cognouisset profecto, quanti fieret aquad Apostolicam Sedem. At retentum domi nouarum metu rerum, venia dignum fore; & praesertim tot viris excellentibus, qui suam vicem agerent emisit: Collaudauit & Cluensem Ducem, qui longissimo & laboriosissimo itinere ad eum Conuentum se contulisset, in quo de seruanda religione agendum esset, quam Turcae passim dilaniarent: fecisse eum, quod suum erat, atque vt Principem Christianum, quae sunt digna Principe, procurasse. Quod si reliqui pari studio tenerentur, neque Christianis insultarent Turcae, neque sepulchrum Domini Saraceni custodirent. Facturum fortasse Dominum misericordiam cum populo suo, & exemplo Philippi Ducis, atque Cluensis, Christianos alios commoturum; mendacesque redditurum, qui Mantuanum contententes Concilium, cuncta, quae fierent, in eo derisorij verbis extenuarent: reliqua in alios dies referenda esse. His dictis, concio soluta est. Cardinalis Eduensis, Ducem Cluensem ad hospitium vique suum, honoris causa secutus.

XXIX. Dissidia inter Cluensem Ducem & Archiepiscopum Coloniensem & eorum origo.

Huic Duci multa odia, & plura fuerunt praelia aduersus Theodoricum Archiepiscopum Coloniensem. Causa belli Susatum magni nominis oppidum, quod ab Ecclesia Colonienli deficiens Dux tutandum suscepit. Susatum in Vestfalia situm est, lata, & non ignobili terra, in qua latrones facilius, quam stultos inuenias. Iacet Vestfalia inter Rhenum, & Visurgim amnem. Eam interfecat Amasia fluuius, qui ex montibus oritur, quos Anobos Claudius Ptolemaeus appellat, & Vestfaliam ab Hafsia disiungunt. Ex hac olim Prouincia Longobardos exisse compertum habemus; qui peragrata Germania in Pannoniam migrare, & denique vocatu Narsetis, Inlilianii Caesaris, Eunuchi Italiam inuadere: à quibus in hanc vlt-

que diem, Longobardia nomen habet, quae olim Gallia cisalpina dicta est. Traiectum agrum, & stagnantes terrae Vestfaliam ad Septentrionis oram cludunt. Habet Vestfalia nomen Ducatus, qui ad Ecclesiam Coloniensem iure feudi pertinet, vbi nunc Susatum est. Pauper quondam villa fuit, quam Colonienlis olim emit Episcopus: & cum diu postea confluyente populo mirum in modum coaluisset, succellones cinxere manibus, & ad ius oppidi reducere: quod cum aliquoties rebellasset, armis euictum est, & ad obedientiam redactum. Sub Theodorico Praefule grauior rebellio facta; propter quam non paruo tempore in Curia Friderici Caesaris litigatum est. Cum dammati Susatenses iudicia eluderent, Theodoricus ad arma recurrit, vocatisque in auxilium Bohemis, & maximis copijs congregatis, Susatensem agrum ferro, & igne vastauit, ipsumque oppidum durissima cinxit obidione: qua illi praesi, ad Cluensem hunc Ducem recurrere. Cluensis ex Batauis militem collectum, obfessis, Susatensibus auxilia misit. Colonienlis, etli omni tormentorum genere aggressus est oppidum, atque admotis scalis muri partem ascendit, expugnare tamen non potuit, oppidanis cum praefido Ducis summa vi resistentibus. Diu ducta obidione est, & multi mortales periere. Cluensis, vt à Susato cladem auerteret, in Colonienlis Ecclesiae subditos duxit: Theodoricus ab obidione recedens, in Cluensem agrum se conuertit, atque alter alterius agros incendit. Susatense oppidum est, non procul à Cluiuis, cuius pars altera ad Coloniensem Ecclesiam spectat, ad Ducem altera. In eo nobile templum habetur Helenae Constantini matris opus, cuius Praeposituram Pius obtinuit, cum Cardinalis esset; ad Pontificatum assumptus, nepoti reliquit. Hoc oppidum, Cluensis iure belli, ad se totum traxit; Colonienlis, pleraque alia, quae Cluensis erant, armis euicta, in ditionem accepit; exarsitque bellum atrox, quod magno partium detrimento tamdiu ductum est, donec Nicolaus Pontifex Maximus, missis Legatis arma deponi iussit. Nicolaus S. Petri, & Ioannes S. Angeli Cardinales, pacem in hunc modum composuerant. Arma vterque ponito; captiuos dimittito; occupata seruato, donec causa cognita, Nicolaus Pontifex cum consilio Philippi Burgundiae Ducis litem dirimat. Agitata est causa longo tempore; testes in partibus audit: dicta eorum ad Curiam missa: consilium Philippi habitum: numquam tamen viuente Nicolao sententia ferri potuit. Tot fuerunt interesse, qui iustitiae cursum impedirent. Sed neque sub Calixto III. iudicio locus fuit. Apud Pium, cum Legati Colonienlis administrari sibi iustitiam petiuissent: non censuit Pontifex relinquenda esse nobilis Ecclesiae iura, sed admonendos Susatenses, ac Xantenfes, vt ad Dominum suum aliquandò redirent. Illi scriptis Apostolicis, & quae comminabantur planè cognitiss, Cluensem adeunt, parumque sibi fuisse dicunt, materiali gladio vicisse, si spiritali mucrone feriantur. vereri se Apostolicum anathema: nec sacris carere posse, quibus interdiciturus esset Pontifex, nisi ad priorem Dominum redirent. Commotus his Cluensis, cum Mantuam petiuisset, nihil de republica tractare voluit, priusquam rei suae consulere: In iuriatum sibi Pontificem asserens, qui etsi Apostolicis litteris pollicitus fuisset, aduersus se priusquam vocaretur nihil acturum: nihilominus non vocato eo, Susatenses, ac Xantenfes redire ad Coloniensem Ecclesiam sub censuris grauioribus commouissent. Pontifex, seruatum esse promissum ait. Non enim Cluenses, aut ei subiectos monitorio comprehendit, sed Susatenses, atque Xantenfes, quos ad Coloniensem Ecclesiam pertinere exploratissimum esset: ipsum praeterea monitorium, vim vocationis habere. Cluensis contra, hos suos esse subditos contendere, qui iullo bello in sua iura venissent: instare, vrgere, vt

monitorium

XXX. Turcas superandis facili ostendit Pius PP.

monitorium tolleretur, nisi hoc impetraret, abiturum se retrò dicere; nec de re Fidei quicquam acturum. Superba Ducis verba, & aliena videri, quae proderent ex ore nobilis Principis. Aderant & Legati à Colonienli Archiepiscopo missi, viri praestantes, quorum princeps fuit Robertus, nobilis Comes Frenenburgensis, vir forma egregia, & moribus, prudentiaque singularis, nondum quinque & viginti annos natus; qui postea cum domum rediret, magno suorum damno, & Theodorici maiori maestitia non longe à Basilea diem obiit. Hic multa de iure Colonienlis Ecclesiae in medium adduxit; Cluensem peruersè, atque inique agere, qui cum esset Ecclesiae vasallus, & inter Parochiam natus, aduersus matrem, & Dominam suam arma sumpsisset; neque Imperio paruisset, neque Deum veritus fuisset. pnaas eum incidisse, quae aduersus fellones, & Dominorum suorum proditores statuta sunt. Egregias suas virtutes nuncappare, qui missus ad res publicas, priuatas agit. faciendum ergo, quod petit; iudicium in eum de praua causa reddendum. Id Colonienli Antistiti gratissimum esse, & iustitiae cupido. Pontifex, concordiam, atque iustitiam Cluensi proposuit, vtrum vellet. Ille planè intelligens, nec vno, nec altero modo se tutum esse, Piumque omnia facturum, quae vellet, antequam se rebus, ad quas venerat infectis dimitteret, vtrumque negauit. Erat in eo instruta res, vt vel iustitiae partes ad tempus negligere oporteret, vel Conuentum absque fructu dissoluere. Si quidem retrocedente per indignationem Cluensi, nec Veneti, nec alij multi ad Concilium venturi erant; eam occasionem, per quam domi honestè remanerent, cupidè arripientes. Anxius Praeful, atque incertus, quid ageret; etsi grauissimè ferebat ius postulanti negare; non tamen adeò periculosum existimauit iudicium suspendere, quam Fidem Catholicam in defensam relinquere. Consiuerunt enim Romani Praefules, vbi iustitia sine publico scandalo ministrari non potest, tamdiu dissimulare, donec temporis opportunitatem capiant. Neque id Legum conditores verant: semper enim maiori malo est occurrendum. Reuocauit igitur monitorium; Cluensi, vt morem gereret: promittens Colonienlibus, id denud concessurum, postquam Fidei negotia suum cursum accepissent: idque A trebas Episcopus clam suis Pio suauit. His peractis, ad publica transitum est.

Interrogati, Cluensis, atque Collegae, quid consilij, quidue auxilij Philippus asserret? Se missos à suo Principe dixere, vt adirent Pontificis mentem; ex incogitata Philippo reuerent. Rursus dicerè iussit, Philippum saepenumero inter amicos de proposito Pontificis differuisse affirmauerunt; quod quamuis sanctum esset, difficile tamen, & penè impossibile videretur. Gerendum enim in Turcas bellum, maximas vires exposcere, qui victoria in multos annos potiti, auctoritate, famaue ipsa apud Christianos terrori essent. Maiores, quoties in Orientales duxere, ex Gallia, Germania; Anglia copias quaesiuisset, has Prouincias, aut domesticis agitari discordijs, & ciuilia inter searma vertisse, aut cum finitimis de agri possessione certare. pacandas prius esse; bellum deinde Turcis indicendum. Malè in exteros ferrum fringere, qui domi cum suis ciuibus contenderent: Philippum, si concordibus Principum animis bellum decerneretur, ea facturum, quae Pontifex iusserit. Pius ad haec, non se ignorare, ait, ad superandos Turcas magnis viribus opus esse, atque idcirco euocatos ad Concilium Christianos Reges, vt communibus auxilijs expeditio fiat. Valere Turcas & armis, & ingenio; aliquanto tamen minus quam fama ferret, qui cum vna Hungarorum gente per annos septuaginta varia victoria contenderint; claritatem adeptos, Graecorum ignauiam, quos inermes, atque effeminatos vicerint. Quod si Ger-

manorum, Gallorum, Itolorum, aut Hispanorum armamentauerint, cum viris sibi pugandum intelleturos. pudere se, tam sedam gentem Christianis esse timori, qui omnibus olim timorem incussissent. Salubre consilium Philippi, qui componendas eas diceret regiones, ex quibus legendi essent milites. Fateri, quod diceretur, raras in Orientem pro tutela religionis expeditiones sine Francis ductas; propriumque videri, Francorum bellare pro fide, daturum se operam, vt lites inter Francos, & Anglos componantur, Germanorum quati consuleretur. Verum hac longum exposcere tempus; mittendos Legatos; vocandos ad communem locum disidentes, ex longinquis regionibus tractandum, suadendum, artibus diuersis vtendum. Nam quo pacto diebus paucis multorum annorum tolleretur odia? Interea Hungaros propemodum exhaustos bello perituros; his Turcas imminere; neque dubium, quin proxima estate omni conatu in eos ducant. Iam Rascianos sentire cum eis, & Bosnensium defectione, Sinderuam occupatam, qua copia per Danubium facile trajiciantur. Si cedat Hungaria Turcis, & in Germaniam, & in Italiam patere illis apertam ianuam, viresque penè ad duplicari: nec ambigendum, quin Hungari à reliquis deserti Christianis; aut deleantur, aut societatem cum hoste iungant: vtramque perniciosum. Ponenda ante oculos exempla veterum Hunnorum, Gothorum, Longobardorum; aliorumque barbarorum innumerabiles ferè irruptiones per Pannoniam, qua nunc appellatur Hungaria, saepenumero in Italiam, ac Germaniam factas, quae deinde ad Gallias atque Hispanias penetrarunt. Cauendum, ne hac tempestate idem fiat; quamò certissimum sit, Turcas ad Occidentis imperium aspirare. Occurrendum esse, dum vinci possunt, & antequam Hungaros sibi subiciant: neque tamen faciendos, vt insuperabiles videantur. Occidisse apud Albam triennio ante ipsorum exercitum, Christianorumque imperum ferre non potuisse, cum tamen armati aduersus inermes & multum aduersus paucos Crucifigatos praerentur. Virtutem Christianam semper Turcis fuisse formidari, neque vnamquam succubuisse, nisi aut fraude deceptam, aut vincendo defaigatam nimia multitudinem circumuentam, aut Domino Deo nostro super nostris iniquitatibus indignato. Quod si comparetur vires, non solum Christiani aciem, quae tot latissimis prouincijs continetur, sed Italiam solum, si conuers fuerit, ad delendos Turcas sufficere. Nihil tam illis prodesse, quam Christianorum inter se odia, qui se inuicem laceffentes priuatas potius iniurias, quam publicas vlciscerentur, & domesticos fidei acris, quam hostes persequerentur. Neque iam hoc tempore sperandum, vel Francos, vel Theutonicos, aut alios collectis copijs expeditionem in Turcas ducere, qualem aut Gottifredus, aut Corradus, aut alij complures in hostes Fidei duxere; quando nemo Regum inueniatur, qui non vicinum, & relinquere vacuam domum timeat. Qua quamuis ita se haberent, non tamen de communi salute desperandum, neque socijs auxilia deneganda. patere viam, quae possit Hungaris subueniri, modo vinctipes velint. Conandum esse summo studio, vt disidentes inter se Reges, missis legationibus in pacem coeant; eoque facto generalis expeditio decernatur. Interea, cum id longum esset; Hungaris mittenda auxilia ex milite, qui aequali contributione facta deligeretur. Neque enim aut Burgundo, aut Franco, aut Anglo timendum, hoste suo, aequè as, ipso conferente: neque, vt ipsi, & alij multi existimarent, decemta, aut trecenta armatorum millia ad id operis necessaria. Nam qui res Turcarum noscerent, non amplius, quam aut quinquaginta, aut ad summum sexaginta pugnatorum millia cogenda dicerent: maiores copias, neque regi, neque ali facile posse, neque in acie explicari. Hanc numerum Christiano populo non esse magnum, citòq; colligendum, si qualibet Prouincia vel paucos milites daret. Possent & Reges aurum conferre, quo milites ex Hungaria, Theutonia, Bohemia, ac Polonia conducuntur: qui duce Legato Apostolico, & Hungariam tueantur, & proximas prouincias, donec viribus vniuersis tandem placuerit, maiores parerent exercitus. Nisi horum aliterum fiat, verendum, ne amissa Hungaria, Christiana res pessumdetur. Debere Philippum hac ani-



XXXI. Burgundia Legati tandem auxilia pro bello decernunt.

no voluere, qui quanto potior esset, tandem seruire Deo magis, ac magis teneretur. Bellum Turcarum sibi hereditarium esse, cuius pater ab illis in praelio captus, non nisi auri magno pondere libertatem obtinuerit. Memisse sui voti debere, qui audita Constantinopolitana clade, ducere in Turcas Deo promiserit, nisi voto satisfecerit, vltionē ei diuinā imminere. Attenti hæc audire Legati, & quamuis essent nonnulli eorum rei militaris peritissimi, ac facundia valerent, nihil tamen aduersari Præfulis orationi sunt ausi. Dixerunt pauca in excusationē Principis, qui non per se solum ducere in Turcas vouisset, sed conditione adiecta, si vel Rex Imperator, vel Imperator, vel alius Princeps se non inferior in eam expeditionem proficisceretur. Nullum adhuc inuentum, qui se offerret; quamuis Alfonso duo, alter Aragonum Rex, alter Portugaliz, signum Crucis cordi impresserint, & vesti conseruierint. Pontifex, aliter cum Deo agendum, quam cum hominibus, ait, cogitandum Philippo esse, quantum Deo donis cumulatus esset, qui tot diuinitatibus in se impareret, tot delictis assueret, tandem valeret inoffensa frueretur, qui filium haberet, quem relinqueret successor, qui vnus inter Christianos principes felicitissimus existimaretur: nisi à Deo, à quo accepit, gratiam se redderet, non alia erga se diuinam pietatem expectaret; quoniam ipse in eos, quos pro receptis beneficiis offenderet ingratus. Multa super his & Pontifex, & Legati simul locuti sunt, frustra; non pauci dies inter tractandū abiere. Nec profuit Cardinales adhibuisse, nihil. n. ex Legatis haberi potuit, nisi postquā semel, atq; iterū soli cū Pontifice verba fecerunt: tunc enim demū victi, promiserunt; Philippū, quādo Pōtificis nomine requiretur, missurū in Hungariā, aut ibi suo ore conducturū equitū duo millia, peditū bis totidē, qui tamdiu cōtra Turcas militaret, quamdiu reliquis Christianorum exercitus in bello perseueraret. Hac promissione facta, Cluēsis, mox de regressu agere cepit. Præfules cum tādiu immorari cupiebat, donec Mediolani & Mutinæ Duces aduenerent, qui propediē affuturi credebantur. Māsit ea de causa Cluēsis, plusquā statuisset, diebus octo. Sed cū alter illorū Bōrtius promissa reuocaret, alter differreret, impetrata Præfulis potestate recessit. Difficilis est magnorū cōuentio Principū, qui neq; se amāt, neq; in uicē cedūt. Rara inter potētes concordia, rarior fides. Nihil tutū relinquit inuidia. Abijt Cluēsis paululū ægrota; Ioannes Croius grauissimas perpeffus febres, mortis filius à medicis iudicat' est, quorū consilia spernēs, salutē recuperauit: graui enim gētu laborās, attenuatis viribus itineri se cōmisit, & paucos intra dies curru vectus, pristina valetudini restitutus est. Māserunt nihilominus ex Philippi Legatis aliqui vtiq; ad finem; duo ad Imperatorem profecti sunt.

XXXII. Sfortia ad Concilium venit, & auxilia promittit.

Pauca post dies, Frānciscus Sfortia, Mediolanēsi dux affuit, bello, domiq; clarus. Veniēti, duocardinales occurrerūt. Iter illi rex Cremona per Padū, & Mutinū, nauigio & itaguū, quo mātua cingitur, v. b. q; lembi, & aliorū nauigiorū genera veniētū, & occurrentiū operuere. Egredia multitudo ad visendum uicē, fama clarum, nō latari poterat aspectu, aut formæ eius, aut gestus. Sexagesimū agebat annū, matre adhuc viuēte, q; biennio potēta decēdit. In modū iuuenis equitabat, statura eminēs, maiestate corporis eximia, vultu gratus, sermone placidus, cōuersione benign'. Imperio dignū cuncti cētebat. Comitatus illi per magnus fuit, admodū nobilis, in quo nemo cōuisus est, cuius vestimenta nō auro fulgerēt, aut argēto splenderent. In eius ingressu, multa de Sedis Apostolicæ dignitate, ac gloria vulgata sūt. Audiebant passim dicētes; En quā sublimis, & excellētissima est Romani Præfulis auctoritas, ac maiestas, ad cuius deosculādos pedes tantus Princeps aduenit? Postera die Pōtifex in publico Cōsistorio Frānciscum ad se admittit, qui postquā sacros pedes deosculat' est, & aliqua verba dixit, sedere iustus in loco, qui Diaconis Cardinalibus designatus erat. Frānciscū Philiphū scriptorē in signē, Poetā Latinis, ac Græcis literis ornātū, qui suā causā oraret, interposuit. Is aliqua de Pō-

tificis, deq; Frāncisci laude locutus, multa de Turcis, plura de Græcis dixit; & q; necessaria esset in Turcas expeditio, & quātum Frānciscus, eā probaret, & quāra Christianis promitteret auxilia, exposuit. Quo audito, laudauit Pōtifex magnificis verbis orationem Philiphū, cūq; Musā Atticā appellauit: deindē Frānciscum intuens, satiscesse eū suo nomini, & omni expectationi respondit; vestigiū sui clarissimi genitoris secuti, qui pro Romana Ecclesia fidelit' morre olim magnū se periculum obiecit; egrēu illū fuisse virū, & omnīū, qui suo tēpore arma induissent, excellētissimū; alterū in praelijs Atacē, alterū in consilio. Nō sōi; neminē metuentē, metuendū omnibus. Res ab eo gestas, mortales, qui viuerent cunctos celebrare; se illos ex Ioanne Etolomæo patre suo, qui sub eo militasset, & ordines duxisset; adolēcentē didicisse, & admiratū tantū viri virtutem, ac gloriā fuisse. Superasse filīū, in superabilem partē, vltorem omnīū, quibus cum cōreudisset, idēq; nomen consecutum, quod fortissimū Romanorū veteres attribuerūt; & quod apud Italos maximi esset honoris, infulvie gentis Ducatū, non successione paterna, sed electione populū, quod esset virtutis, ad eptū: in vna re tātū a patre superatū. Nālle causam Ecclesia semper defendisset, ipse aliquando impugnasset. Verū neg, in hac re patri omnino cessasse, qui dē Sancte factus Paulus, Calixto pradocefforū aduersus Picininiū auxilio fuisse, & sub Præfultu suo, multa Ecclesia aduementa prabuisse; & modo ad Cōcilij profectū, nō solū Ecclesia Romanā, sed ipsam religionē, ipsam fidem Catholicā, ipsū Christi nomen aduersus impios Turcas magno & excellētī animo pro suis facultatibus tueri promittet: facere ipsum, quod Christianum decebet Primipem. Quod si reliqui eius similes inuenirentur, non modō Turcarum arma Christiani non timerent, sed vltro eos inuaderent, & Græciam, & Asiam, maiorum negligentia perditam facile recuperarent. Sperare se Frāncisci exemplo, multos ex principibus Christianis, qui dormire viderentur excitatum iri; & tandem cognito periculo, in quores Christiana verteret, aduersus hostes arma sumpturos. Quod si fieret, vt spes esset, Frānciscū inter primos futurum, cui Romana Ecclesia, & omnis Christiana religio gratias gratias referre deberet. Atq; his dictis Summo omnium applausu, soluta eius diei concio est.

Promiserat, vt retulimus, Mutinēsiūm Dux, ac pro Romana Ecclesia Ferrariæ Vicarius, iturū se Mātūā. Cum Pius vocaret, vocatus, rescripsit nō bene valere, & egere quiete; sed vēturū se Augusto mense peractū. & interim Oratorē vnū ex fratribus, nōmīne Curronē misit, cui duos adiūxit iuriscōsultos, hisq; mandatū dedit pro necessitate reipublicæ, auri, vt tēcēta millia nūmū polliceretur. Ad xv. diē Augusti, qui a sumptū in cōcilij Sacrosanctæ Deiparētī Mariæ dicatus est, sacris operatus, Pōtifex, Nicolāū Perottū, Archiepiscopū Sipontinū, de laudibus Regiæ colorū elegāter perorantē, & ad sacra militiā adhortatē publicē audiuit. Ex persona Diuæ Deiparæ orationē hunc in modū verteret; Ego apud filij meum continuē veror, ipso fruor, cū ipso habito, pro vobis ipsum precor; & vt ipse cōtinuē pro vobis ostendit Patri laus, & vulnera, ita ego illi ostendit peccata, & vbera. Vos verō quid agitū d viri Christiani? d popule Dei, d sanguis illustris sagume filij mei redēptū. Quid in quā agitū? Quid ignauia, desidia, torpetū? Quid ita in me, quid ita in filij meū ingrati estis? Filius meus Iesus de calo descendit, meā viscera ingressus, carnē assūpsit, capi, flagellari, quid magis mori voluit pro salute generis humani, pro populo suo, pro filij filij. Vos verō eius populū, vos eius filios, h. e. Christianos, d fadissimos, & crudelissimos barbaris, crucis hostibus, capi, vexari, trucidari permittitis? Immo dē vndiq; sponsa eius Ecclesia pericula periculatur Christiana religio; imagine filij mei, & mea apud barbaros ludibrio habentur; Cruces, & vexilla Ecclesiarū, volūtātur in cano, vos verō inuertia peccora dormitis, vos videtis, & quasi nihil ad vos ista mala perijment contemnitis? O crudelēs, & longē crudeliores barbaris, lōgē iudais ipsi immāiores. Illi semel filij meū Iesum, quē vix nouerāt, occiderūt; vos verō non vna morte cōtēnti, Saluatorē vestrū quotidiē, quotidiē occiditis. Occiditis enim Christi, quoties aliquē ex suis pignora, aut impietate perimitis occidit. Nōne igitur ingrati estis, vel potius impij, vel

XXXIII. Mutina Dux, ad Concilium Legatos mittit.

parricide?

parricide? Summa impietas est, & quādam carnisuina, crudelitas est, non aduuarē miseris, non erigere calamitosos, non tueri pro Christi fide oppressos. Quid enim confugient fideles, quem implorabunt, quā se demique, vt viuere velint, tenebuntur, si vos eos deseritis. Excurgite, excurgite et aliquando, atque excitamini, Christiani principes, & populi. Occurrite rabiosis, ac voracibus lupis qui iustas, simplicesque animas excruciant, & sanguinea crudelitate persequuntur. Quod sita impij estis, vt vos non moueat proximorum calamitas, vt nullis sctamini commiserationibus, in tantā Christianorum vexatione, direptione, interitu, cade, cum agros vastari, vires in crudelissimorum barbarorum potestatem redigi, conuoges à complexibus virorum rapi, liberos de parentum gremis excorqueri, pretiosam suppellectilem sportari, recta ignibus conflagrare, corpora cadi, casa feris obici, inspicula vorari, omnia denique gemitu, sletuque compleri intelligitur: moueat vos saltem pia recordatio dilectissimi filij mei Iesu, de cuius re agitur, pro cuius fide deuenitur, cuius de gloria certatur, Reuocate in memoriam diem illum, quod ex me humilī ancillā carnem assumeret, vt homo fieret, voluit, qui Rex erat Cali, & terra. Repetite, quomodo natus pro Calo in præsepī reclinari voluit, pro stellarum corona, panniculis inuoluit, pro seruorum multitudine bouem asinumque habere, nō magnificentiā adstantium, Martē, & Ioseph presentia frui. Recensete amorem illam ineffabilem, quō vos diu vixit, persecutus fuit, qui vos, vt Paulus ait, nimid charitate dilexit. An mente excidit, quomodū illi pro vobis inopiam, famem, sitim, astum, algorem, vigilias, & reliquis vitæ angustias sustulit. Numquid obliuisci potestis captum illum, detentum, ligatum, derisum, abiectum, macularum spūis, spūis coronatum, affixum Cruci, aceto, & felle imbriatum, & tandem dū lanceā confossum? Cogitate parumper, quomodū in Cruce pro vobis peccatū, caput inclinauerat, ad vos osculandum, manus extenderat ad amplexandum, pedibus confixus ad vobiscum manendū, toto corpore distentus ad vos redimendos. Reuocate, reuocate, inquam, in memoriam Christiani Principes, ac populi tantam dulcissimi mei filij ergā vos benignitatem, & vt gratiam pro gratia rependatis, immāissimum ac fadissimum monstrum ex agro eius pellite: depopularem, vexatorem, pradonem, hostem populorum suorum exterminate, fugate, deijcite. His & aliis quā plurimis rationibus, Principes inflammabat Nicolaus Archiepiscopus, in oratione, cuius authographum extat apud eius abnepotem, Torquatum Perottum, Mapphæo Cardinali Barberino à Syrmate, virum eruditum.

XXXIV. item plus respublicæ.

Aderant iam Florentinorum Legati, & Senensium, & Lucensium, & Bononiensium, viri suarum vrbium primarij, suas partes ad tuendam rempublicam oblaturi. Genuensēs Episcopus quendam ex Corfica, virum bonum clam miserant, qui Pontificem certiorum redderet, non defuturum illius vrbis Senatū, si quid pro tutela fidei decerneretur publicē se offerre non audebat in iussu Regis Franciæ, cuius paulo ante dominatum subierant. Ferdinandus Rex Siciliæ, Archiepiscopus Beneuentanum, & Adriæ Ducem transmissit, qui suam vicem implerent. Archiepiscopus pro Consistorio publicē auditis, acriter in Genuensēs inuectus est, perfidiam, ac insolentiam eorum accusans, qui Ferdinand Regi contra fædus molesti essent. Pontifex grāuiter eum correxit, qui priuatus inicitias eo in loco commemoraret, vbi de publica Christianorum pace, ac salute agendum esset. Litteræ Ferdinandū multo meliores, quā verba Legatorum fuere. Illi pauca de tuendā religione locuti sunt: hæ præclarum, & magnum Regis animum ad tutelam Fidei ostenderunt. Cū recitarentur pro concione Legatorum omnium, qui aderant mandata, nullum plenius visum est, co, quod Ferdinandus misit. Id enim, votum & iuramentum continebat de gerendo in Turcas bello, ad quod cum se accingere statuisset, Ioannis Antonij Vrini, Principis Tarētini agitur insidit, in magnas incidit calamitates, de quibus suo loco dice-

mus. Misit & ille Legatum ad Concilium, Pyrrhum quendam Ordinis Minorum professorem, non indoctum virum; qui cum aliquando Præfule de suo Domino verba faceret, eumque fidelem Ecclesiæ filium diceret & singulari virtute præditum; Quid tibi dicam, inquit Pontifex. Dominus tuus periturus est, & proditor, qui aduersus Christum suum arma suscepit; qui misit legatione, Turcas aduersus Christianos prouocat. His dotibus pelleret eum dominum à multis didicimus: an virtutibus alijs præditus sit, ignoramus. Hæc de Principe Tarentinorum et status Pontifex, sequenti die laborantibus Turcanico bello Hungaris, & opem obnixē petentibus auri viginti millia nummum transfudit; quæ numerata Venetiis, Stephanus Croatia Comes, domum rediens apportauit.

Dum hæc agerentur, Sigismundus Malefsta, cum magis, ac magis Picinini armis premeretur, pacem petens, modō Pio Pontifici, modō Francisco Mediolanentium Duci se commendabat. Aderant ob eam causam misit à Ferdinando Episcopus Bitontinus, non minus callidus homo quam festinus, & Antonius Cinellus, vnus ex purpuratis, qui Pium magnopere urgebat, vt pacem inter partes componeret. Pius nihil se facturum aiebat, nisi statuendæ pacis libera sibi iactas concederetur. Nam primū iam pridem compromissum spirauerat; eratque Pontificis animus ex bono, & æquo libere dirimere. Ferdinandum, & Fridericum Vrbinas, & Iacobus Picininus præscriptis quibusdam legibus concordia annuebant, quæ duriores videbantur. Multos dies agitatur, res est. Postremo consensere omnes, vt pro suo arbitrio Pontifex pacem ita tueret. Dubia res fuit, pax ne Pontifici, an bellum magis conduceret. Constabat Picininum, quamuis Sigismundo reconciliaretur, copias tamen retenturam, resque nouas moliturum, neque alios, quā Ecclesiæ subditos, aut Senes inualurum. Nam Venetiis, Florentinis, Duci Mediolanenti, aut Regi Sicilia, qui potentiores essent, non auderet bellum inferre; neque Duci Mutinæ, quem diligeret. In agro Ecclesiæ, multas esse factiones, quæ absente Pontifice Picininum auertere possent. Contrā si bellum inereret, aliter e duobus euenturum; aut scilicet Malefsta Venetorum auxilio, rem suam defendurum, aut bello victum Picininum, cuncta dimissurum. Vtrumque perniciosum. Si Veneti pro Sigismundo arma capiant, futurum, vt omnis rursus Italia dissensionibus agitetur, & aduersus Turcas expeditio negligatur. Si succumbat Malefsta, ventura omnia in Picinini potestatem, vicinum Ecclesiæ perniciosum parari, murem in pera nutrirī, aut in sinu serpentem. Possē quoque, & tertium emergere, Picininum scilicet, & Sigismundum simul coire, & iunctis armis, agros Ecclesiæ vastare, atque inter se partiri prouincias; vt sunt arma tenentium varia, & alta ingenia, mutabiles voluntates, & regni cupiditas. Anxius inter hæc Pontifex honestatem prætulit vilitati; pacem statuere pulchrius, & acceptius Deo censuit, neque timenda esse incommoda, vadenti recta; agrum in quo bellum grassaretur, ad Ecclesiam spectare; subditis quietem dandam; miscendum in opum agricolarum, qui domo pulli, bobus, vxoribus, ac liberis amissis, panem in alienis laboribus mendicarent: illudque animaduertendum, quod non actorem, inentoremque maiorum, sed innoxios panna sequeretur; pueri, ac puellæ indigna suis moribus ferrent; templa diriperentur; cædes, atque incendia passim committerentur, diuina, ac humana iura perirent; iam annum belli furore Prouinciam agitatum, nisi mox pace donetur, funditus perituram. attribuendum aliquid Sigismundi maioribus, quorum virtus militiæ quondam, ac domi spectata fuisset. Statuit igitur Pontifex, quamuis rei suæ non nihil timeret, in præsentī rebus afflictis consulere: defuturo, magni Dei benignitatem sperare, cuius est in optimum finem cuncta dirigere. Iudicij ergo in se

XXXV. Pius PP. d. s. d. i. i. i. i. quorū dā pacari.

fufcepto arbitrio, iufit, quamprimum partes arma deponere, captiuos dimittere, Pergulam, & alia ple- raque loca Friderico Vrbinati cedere; Senogalliam Mundauium, cum Vicariatu, & Montem Marciam nomine pignoris in manu fua manere, donec fen- tentia, quae ferenda efferet, fatisfieret. De reliquis, intra duos menses iudicaturum fe fe promiffit; poteftate re- tenta, fi fibi videretur, quoties veller prorogandi ter- minum: hac declaratione adiecta, quod Sigifmundo, neque fupra fexaginta millia aureos, neque infra quinquaginta millia pro erratis damnaret, diffol- uenda priufquam annus efflueret: alioquin pignora in folum Regi cederent: neque Sigifmundo fas efferet, intra biennium aduersum Regem militare. Miſi, qui fententiam exequerentur, agrè fuit auditi: Dura vtrique parti mandata videbantur: Picinino maxime, qui fe victoriae premis ſpoliatum iri non ignorabat. Depoſuerunt tamèn paulò poſt ex Pontificis decreto arma, & oppida tradita ſunt, excepta Petra rubra, in qua per dolum Sigifmundi rebellionem incolae ſimularunt; & Picinino pleraque loca vi capta, militi di- ripienda conceſſit. In reliquis partibus eſt; & Sigifmundo Italici faederis comoditate donatus, cuius ante fuerat expertus, vt otio ſui poſſet, quamuis inquietus animus & iniqua mens, bellum paci ſemper antepoſuerit.

Dum haec aguntur, Euerſus Anguillarum Comes, miſſo Antonello Foroliviensi genero ſuo, Virurium, per traditionem paucorum ciuium occupat. Bartholomaeus Archiepiſcopus Rauennas, qui poſt à Cardinalis effectus eſt, coactis ſubito copiis captam iam ciuitati ſubuenit. Antonellus, vbi auxilium appropinquare cognouit, vrbe direpta, & multis ciuibus in captiuitatem abductis, praeda onuſtus receſſit. Arx, recuperanda ciuitatis cauſa fuit, quam Martinus olim à fundamentis diruit, Calixtus reſtaurare cepit, Pius ad ſummum aedificauit. Per hanc auxilia intro- miſſa, ciuitatem Eccleſiae reddiderunt; quae alioquin in poteſtate hoſtium diu perfeueraret. Pius accepto perualae vrbis nuntio, hoc, inquit, eſt, quod Euerſus comminabatur, cum Romam receſſimus, verum neque hoc pacto de- feſionem Fidei neglegimus. Adiuuabit Deus cauſam ſuam, neque ſuperuacuum eſſe poterit inquitatem. Effluxere de inde quatuor circiter dies, & ecce nuntius, qui fugiſ- ſe hoſtes aſſeruit, & ſupplicium de proditoribus ſum- ptum eſſe Gubernator eius vrbis pro Romana Ec- cleſia, Oddo quidam Peruſinus erat, Apoſtolicae Sedis Notarius; ſed aberat cum Antonellus ingreſſus eſt qui audita rei nouitate, circumuicinos populos in arma coegit, iunctuſque Rauennati, ad victoriam conſequendam non parum adiumenti praebuit. Verum cum ſe cauſam recuperationis fuiſſe, multis verbis gloriabundus aſſereret; memor illius quod de Fabio apud Liuium legitur: Rauennas; Probe in- quit: numquam Viturium recuperateſſem, niſi tu prior ami- ſiſſeſ.

Inter haec Legatus Caſimiri Poloniae Regis in ſplendido comitatu Mantuam venit, vir doctus, Sbignei quondam Craconiensis Epifcopi, & Cardi- nalis nepos. Multi ei fuerunt famuli vnus veſtis, more gentis pennatos pileos, & pharetram, & balis- tam geſtantes, equis praepinguibus infidentes. Ve- nerunt & Ludouici Sabaudiae Ducis Oratores, & alii domi nobiles, ac diſerti viri. Soli ex Italia Ve- neti aberant; qui etſi Pontifici, antequam Romam diſcederet, pluribus, & nunciis & litteris affirma- uiſſent, ſe inter primos, Legatos miſſuros; vocati tamen minime perabant. Duas hos cauſae tenebant, altera, quod Eccleſiam Patuatinam pro ſuo deſide- rio non fuerant aſſecuti; altera, quod magnopere verebantur, ne ſoli cum Turcis in bello remane- rent, ſi Mantuam petentes Chriſtianos Reges non ſatis voluntarios ad tuendam religionem inueniſ- ſent. Multa praeterea Veneti, qui Curiam ſeque- bantur, ad amicos ſuos domi ſcribebant, quae po-

pulares animos à bono propoſito retrahebant. Ma- ledica enim eſt Curialium plerumque natura. Nam cum inſana ambitioni omnes ſere inferuiant, Pon- tificem verò ex multis paucos extollere, ditareque po- ſſit; qui neglecti ſunt tanquam iniuriam paſſi, Pon- tificem d. etis, ſcriptiſque aliquandò damaant: nec ab illis laudatur Romanus Pontifex, dum viuunt. mortuus aliquandò probatur. Succelloris opera an- tereſſorem commendant, Quicumque igitur ex Ve- netis Curiam ſequentes optata non impetrare, ad amicos epiftoſas dedere, quas Papae deſiderio con- trarias putare: mercatores praefertim, quibus in lucro erat, cum Turcis pacem habere. Tandem Ve- neti, cum accipiſſent, Ducem Clienſem aduentuſſe, Oratores Francos propediem venturos, ipſumque Francicum Sfortiam Mediolanenſium Ducem ad- eſſe, neque alios ex tota Italia, quam ſeipſos deſide- rari, duos Oratores cum delecta nobilitate inueniente Mantuam miſere, Vrſatum Iuſtinianum, & Ludoui- cum Foſcarenum Iuriſconſultum clariffimum ad- nunciis equitibus circiter quingentis, qui honoris cauſa comites eſſent itineris. Francicus Sfortia ob reuerentiam vrbis Venetae, his extra mania obuiam proceſſit: mediuſque inter duos Oratores introiuit. Ludouicus alter ex Legatis in Conſtorio publico, luculentam orationem habuit: erat enim non iuriſ- conſultus modò, verum etiam eloquentiae ſtudioſus. Orationis hac ſententia fuit. Detelſari Venetos Tur- carum audaciam, qui aliena inuaderent: Chriſtia- norum accuſare ignauiam, qui ſua non tuerentur, ne- que arma pro religione capere auderent. Laudare Pontificem, qui de communi ſalute anxius, non ſine labore, & ſumptu Mantuam petiuiſſet: bellum con- tra Turcas ſuſcipiendum ſuadere, ſi vnitis Chriſtia- norum viribus geri poſſet; atque in eum euentum ſeſe magna facturos promittere. Econtra Pius Pon- tificem, de origine Venetorum, deq; glorioſis eorum geſtis nonnulla praefatus, oblata eorum pro tuenda religione collaudauit; quamuis eam conditionem habere, quae difficillime poſſet impleri. tarditatem Legatorum accuſauit, qui cum eſſent Conuentui pro- pinquiſſimi, vltimi tamen omnium veniſſent. Com- memorauit & Alexandri tertii Romani Pontificis, quanta eſſet charitas; nec ſe minus erga eos dilectionis habiturum affirmauit, ſi ad tutelam religionis vt par eſt, ſuam operam nauarent.

Cum plenum iam Concilium eſſet, quamuis non- dum Franci veniſſent, placuit Pio Pontifici, priuſ- quam Francicus Dux Mediolanum abiret, qui diu retineri non poterat, ſimul omnes alioqui, qui praef- tentes aderant, atq; ad belli ſuſceptionem cohortari. Facta igitur re diuina in Eccleſia Cathedrali, 6. Cal- end. Octob. Principes ac Legati omnes in concionem accerſiti ſunt. Multa ibi de ſeſſione contentiones fuere: ſed nulla maior, quam Venetorum, & Sabau- dienſium. Illi potentiam, & antiquitatem ſui Imperii praeferebant; iſti nobilitatem ſanguinis, & conſue- tudinem. Pontifex, cum alio modo ſopiri controuer- ſia nequiret, creſcerentque paulatim iurgia, & iam Vrſatus Iuſtinianus, Orator Venetorum accinctus ad rixam videretur, Veneti poſt Oratores Ducis Bur- gundiae collocatis, Sabaudienſes ad ſcabellum ſui folii ſedere iuſſit, atque imperato ſilentio horis circiter tribus perorauit, hoc ſermone.

Cum bellum hodie aduersus impiam Turcorum gentem, pro Dei honore, ac ſalute rei publicae Chriſtianae ſuſcipimus, bene eſt, venerabiles in Chriſto Patres ac filii dilectiſſimi, priuſquam vos verbis aggrediamur, diuinitatem ipſam, cuius imprimis auxilium exponendum eſt, paucis in hunc modum aſſari. Proſector noſter aſpice deus, & reſpice in faciem populi tui. Reſpice ſuper hanc familiam tuam, pro qua Dominus no- ſter Ieſus Chriſtus non dubitauit manibus tradi nocentium, & crucis ſubire tormentum. Miſereere plebi tuae, & ne des here- ditatem tuam in perditionem, quam propè, modo iſtare vi-

XXXVIII Alloqui- tur Con- cilium Pius PP.

XXXVI. Venerunt occupati recuperati.

XXXVII. Aſſunt Concilio Legati Regis Poloniae, & Ducis Sabaudiae.

demus

demus. Surrexerunt enim iniqui, & impij, qui te non note- runt: venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt tem- plum Sanctum tuum, poſuerunt Hieruſalem in pomorum cu- ſtodiam. Vinea tuam exterminauit aper de ſylua, & ſingu- laris ſeris depaſus eſt eam. Nos, quamuis hoc in loco tuo, ad- tuendam religionem tuam conuenimus, nihil tamen poſu- imus niſi ad te, & praedictum aſſeri. nihil ſine te valet huma- na ſraquitas. Tua eſt poteſtas, tuum imperium, tua omnis vir- tus. Tu fundiſti caelum, & terram, mare, & omnia, quae in eis ſunt. Idem eſt tibi velle, quod poſſe. Nihil eſt, quod tua valeat reſſtere voluntati. Adiuua nos in te vno ſperantes, & te ſolum Deum pura mente colentes. Fac nobiſcum ſignum in bo- num, & mitte nobis auxilium de loco ſancto tuo. Da nobis cor, qui faciamus voluntatem tuam, & in praecipis tuis am- bulemus. Scimus, quia non des tu Domine Deus, opem tuam ſimpliciter implorantibus: ſed nos ipſi deſumus nobis. Frigent peccata noſtra, ingere calorem, ingere flammam, vte corda, & renes noſtros vt tuo tandem igne ſucceſſis, quae tibi ſunt placi- ta mediemus, ac ſadam, & peccatricem Turcarum gentem ( ſi tua voluntas eſt ) de Chriſtianoſum ſubitus eijciamus. Vos autem magnanimit, & generoſi Proceres, qui ad eſtis, ne claudite precamur aures, ne diuerſite mentem. Aperite Deo interiore veſtra, qui mox volentibus vobis in animas veſtras illabatur, & vos ſibi templum, atque habitaculum faciet. Au- dite nos, ſua veſta loquentes. Verba noſtra, verba Dei ſunt, qui ſiſus Ieſus Chriſtus vices, quemuis indigni, in terris geri- mus. Ipſe nos ſari iubet: ipſe in ore noſtro verba poſuit; ipſe nos bellum ſuadere in Turcas imperat. Non vos hodie Cardinales, aut Epifcopos, aut minoris Ordinis Sacerdotes ſermone noſtro compellimus, quos conſtat armis ineptos eſſe; & piaculum, ac ſacrilegium fuerit, niſi per ſeipſos in cauſa Fidei, quae ſunt ab eis expendenda, hoc eſt arum, & orationes ſua ſponit obru- lerunt. Vos illuſtres Duces, vos Marchiones, vos Comites, vos Regum, ac Principum Oratores, vos ſortes, & exercitatos in- uellus viros, verba noſtra commoneſcent; vos tangent, vos requirent, quibus datum eſt arma ſumere; non vt iter vos dimittatis, ſed vt Euſticiae, vt religionem, vt fidem Chriſti- anam à barbarorum & iſidelium inuſibus defendatis. Note- ſtis enim, vt inquit Paulus, gladium portat, ad vindictam malorum, laudem verò bonorum. Videtis in quo ſtatu, in quo diſcrimine ſumus, & quantum à Turcis vigeamus, premur, inſeſtamur. Non ignoratis niſi arma ſumentes, eorum impe- tum retunditis, haud dubium, quim lex Euangelica. & omnis noſtra religio peſumdetur. Audite igitur viri fortes, atque attentas aures adhibere bellum ſuſcipere, quod hodie nobis mi- nus incumbit. Tria, vt noſtra ſerit opinio, principaliter expli- canda, atq; ſuadenda ſunt. Primum eſt, vt cauſas iuſtas, atq; vrgentes oſtendat, propter quas pugnare oporteat. Secundum, vt facultates ad eſſe doceat belligerandi, & certam quodam modo victoriam operiri faciat. Tertium, ac poſtremum, vt magna conſecturos premia vtiores patefaciat. In his nobis hodie elaborandum eſt, atq; in his tota noſtra conſummetur oratio.

De cauſis belligerandi primum dicere oportet, quae deus ſunt praecipuae, & maxima. Prima eſt, vt ſuſceptis iniuriis viciſcentes, res amiſſas recuperemus. Altera, vt futura, quae propè imminere videmus, pericula euerſemus. Oſtendamus quanam ſunt illa, quae amiſimus; quae Deo noſtro, & nobis iniurias intulerunt Turci. Inſiſta Chriſtianiſtati vulnera, illata ſunt contumeliis, quibus non tam facile cognoscetis, ſi quae ſunt olim Chriſtiana religio, & quae nunc ſit, omnino eſtima- bitis. Cognoscite hoc rogamus, & quantum gloriari poſſitis, amma aduertite. Sacroſanctum Euangelium, quod ablatiſs idolorum ſpuriſque Saluator noſter mundo inſeruit, non vnum aut axat terra angulum, aut vniam Prouinciam, ſed vniuer- ſum ſermè orbem impleuit, quemadmodum Regus propheta multis ante ſaeculis, de Beatis Apoſtolo ſuorum prauiderat dicens, in omnem terram exiit ſonus conuſus, & in fines or- bis terra verba eorum. Per hoc enim Euangelium mundo in- notuit, quos ex piſcatoribus Saluator ipſe pradiatores eſſe- cerit, dicens, Vente poſt me, faciam vos piſcatores in hominibus. Nec vana promiſſio fuit. Piſcari enim ſunt Apoſtoli, non ſibi ipſis, ſed Chriſto Domino vniuerſum ſermè orbem. Omnes Reges, omnes populi, in eorum ſeu reſta, ſeu ſagenas incide- runt. Impletum eſt enim illud Danielaſ varicium, dicens; Omnes Reges, omnes tribus, omnes lingua ſeruiert et. Verius

Chriſto, quam Auguſto Virgilianum iſtud attribui poteſt, ſe- per Gramant as, & Indos, Praefert imperium, iacet exivra ſy- dera tellus, extra anni, ſolisq; vias, vbi caeſer Atlas, Axem, humeris torquet ſtellis ardentibus adeptum. Nam circi a tem- pora Conſtantini Magni, natum ex Maria puerum, Indi ſi- mul, & Hiſpani colebant. Nec Septentrio, nec merides Chri- ſtum ignorabat. Vox Romani Praefulis tanquam Ieſu Chriſti Vicarij, maria, & terras penetrabat. Pax alta per omnes, & tranquilla quies Chriſtianos ibat. Lucebat Parduſ cum agno, & Leo cum vuluo accubabat; gens ſancta, gens electa. popu- lus acquiſitionis Chriſtiani habebatur, tributa ex gentibus ac- cipiens, & in capite populorum poſiti. Haec ſunt olim o Chri- ſtiani maiorum veſtrorum gloria, hoc imperium, hac auctori- tas. Nunc quo nos Turca redegerunt, & Saraceni, paucis animaduertite, doceamus. Indi quamuis Chriſtiani ſeruntur, & Armeni per Aſiam diſperſi, & pariter Aethiopes in multis tamen veſſantur erroribus; & ignorant es quam uſe deberant Chriſti legem, ignorantur a Domino. Quod reliquum eſt Aſia, atq; Africa, Chriſti nomen, atq; legem impac- to proſequitur odio. Caput hac calamitas ſub Heracleo Caſare. Nam cum aperta eſſet omnibus via ſalutis per Chriſtum Dei filium, qui annis antea circiter ſexcentis, mortem in ſtram moriendo deſtruxerat, inuidens humano generi Diabolus, & nimium dolens Chriſtum, vbiq; regnare, pſendoprophetam excitauit in Arabia; Mahometum nomine, ſceleratum homi- nem, qui ſe Deum nuntium eſſe iſtitit, contrariam Euangelio legem condidit, de qua paulo poſt ſuo loco dicemus. Degene- rauerat iam apud Graecos imperium; Romana virtus ſub al- liud translata calum, elanguerat; quae res, Chriſtianas opes paulatim euerſit. Maſſerunt tamen in Aſia complures Chri- ſtiani, vſque ad tempora Pipini, Francorum Regis, qui anno ab hinc circiter, de magno nomine apud Germanos, & Gallos regnauit. Tunc vero egreſſi ſe Sybria Turci, Cappadociam, Pontum, Bithiniam, Troadem, Ciliciam, & omnem minorem Aſiam occuparunt. & noſtra negligentia potentes facti, non ſolum veros Chriſtianos ex Aſia populerunt, ſed tranſmiſſa nauibus Helleſponto, Macedoniam, Thraciam, Atticam, Bae- tiam, Phocidem, Achaiam, Achaeniam, Epirum, & vtram- que Aſiam armis inuaſere, & in Aegeo, ac Ionio mari Cy- cladas, & alias quamplures inſulas ſubicientes, hos Chriſti- anis ad Orientis terminos poſuerunt. Ad meridiem barbari ex Africa, non ſolum inſerunt maria inſulas, ſed ipſa quoq; Italia littora claſibus inſeſtate. In Occidente, magnam Barbicae partem, quam Granatam vocant, Mauri occupant, & Hiſpa- nos exagitant Reges. Ad Septentrionem, gelidamque Ar- ction, Lituaniam, Poloniam contermini, magna ex parte ritu genti- lium viuunt. Veteres Vngari ad ortum Thanaſis iacentes, & Tartari, quibus cum Volini, & Rutheni pugnant, item Luo- ny, Chriſtum proſus ignorant, & vltimi Norvegij populi cum ſemiferis hominibus bellum gerunt. Hi ſunt termini ve- ſtri o Chriſtiani. Sic circumdati eſtis, ſic in angulum coar- ctati, potemi ſiſimi quondam Domini, & Orbis poſſeſſores. En quantum imperium amiſiſti? quot nobiles viheſt quot diſti- mas Prouincias perdidisti? Inter quas etiam Iudaeam negle- xiſti, terram nobilem, terram Sanctam, terram lacte, & melle fluentem terram, in qua primi Fidei noſtra ſtores appu- tuere. Heu pudor, heu dolor. Fons, & origo noſtra ſalutis, ad huius defectus. Templum illud Salomonis, familia- rum, in quo Dominus toties predicauit, Bebleem in qua na- tus eſt, Iordanem, in quo baptizatus, Thabor, in quo tranſi- guratus, Caluariam, in qua crucifixus ipſus crucis poſiden- tium. Sepulchrum Domini glorioſum, ſeſtimum, illum pur- pureum, baſama ſpirantem, & ſuauiſſimis fragrantem odo- ribus, in quo propter nos, & vram noſtram odorauerunt at Dominus, niſi hoſtes velint, inuiſere non poteſt. At Saraceni Mahometem habent in poteſtate, apud Mechem, in quaſi ve- ra eſt ſuma, falſi Propheta cadaver in arca ſerrea conditum, vi magnetis pendet in aere. Vos vobis inſelices, ac miſerrimi Chriſtiani, ſepulchro Dei veſtri, & vrbe clariffima Hieroſoly- ma priuati eſtis. Tacemus Alexandriam, Thebas, Memphis, ac omnem Aegyptum; tacemus Antiochiam, in qua primum Chriſtianoſum nomen auditum eſt. Tacemus Ephesum, & al- bias Apoſtolicas Sedes in Aſia perdiſtas, Tacemus ſeptem Eu- cleſias, ad quas Ioannes ſcripſit Apocalypſim. Hieroſolymam noui, ac veteris teſtamenti: marem, in hoſtium eſſe poteſtate

Amplitu- do Eccle- ſiae quali- olim.

Eiusdem modernus termini.

Mahometi ca- daver in aere pen- dulum.



satis flere, & dolere non possumus: pro qua recuperanda nullus labor curari deberet, nulli declinari bellum. Nam si pro repetendis rebus iusti belli causa a veteres putaverit, quis unquam iustus induit arma, quã vos Christiani, quibus tot vrbes, tot provincie sunt ereptae, tot ad ipsam Regna, tantũ ablatis imperiũ: Iudaei, cũ federis arcam amiserunt, pro recuperatione nullũ belli periculũ vitare; Greci, ob raptã Helenam, devotale bellũ gessere; Carthaginenses, propter fines paulatim ampliandos, crudelissima praelia cũ Cyrenensibus commiserunt, pro quibus etiã phœnic fratres interierunt. Romani, sæpe sociorũ causa sumptis armis in pugna exierunt. Revoletur historia, nullum unquam bellum tot causas habuit, quod vobis adversus Turcos occurrit. Sed quid ad nos vetera dicat aliquis. Toleraverit hanc infamiam proavi nostri, cur nos illi meliores simus? Cũ tanta gloria cupiditas, ut maiorũ iniurias nostro sanguine vindicemus? Etsi, partes vestri negligentes fuerint, honorẽ, suũ parvi fecerint: an propterea vestrũ negligetis, & dupliti notari turpitudine, heredes tariã, scilicet, & vestra partemini? An potius magnifici operibus dete rãã pregentorum infamia, gloriosum nomẽ acquirere conabimur. Sed negligamus, si sic lober, antiquã ignominia, vetusta aãna, nec nos vigeat, quod pupugit ante. Trãseat omnis Asia, omnis Africa. Europa salũ in ipsi iamus, & nostri tẽporis rationẽ reddamus. An parum nostrã ac ac, nostra culpa perditũ est. Constantino polo Orientalis Imperij caput, & totius Græciæ columnã, nõ patres nostri, sed nos ipsi amissimus: qui cũ torpentis in ocio domi sedemus, vsq; Danubij, & Savaũ, rurocorũ arma penetrare permittimus. Capta est nobilissima vrbs Regia culpa nostra, quã Pãrsianis prius condidit, Cõstantinus magnus in stauravit, & in amulatorem antiqua Roma amplificavit, & magnificavit. In ea gẽtũ imperator, & ipse Cõstantinus nomĩne inter episcopus est: iurba mgẽs truncata iẽpla Dei magni poluta sunt: inter que nobile opus iustitiani, Sancta Sophia vocatum, tẽro Mahometũ ritu sedatũ est. Beata Virgẽnis matris Domini, & aliorum Sanctorum imagines deleta sunt: alia diruta, reliqua martyrum porcus obiecta, Sacerdos occidit; matrona, & puella, ipsaq; sacra Virgines, ad libidinem raptæ; nobiles Vrbes inter vana, & epulas iustus Turcorum Ducis iugulati, Sacerdotis nostri simulacrum in Cruce pendentis, in derisionẽ, atq; contemptum, precedentibus: qui dicerent, hic est Christianorum Deus, in castra delatũ, spũto, luto, atq; omni seditate contaminatum. Nova sunt hæc, & sub oculis nostris gesta hæc sunt, & tamen excitari non possumus; cum vitulis marinis, cũ Druso dormimus: lethargum patimur, qui tot contumelijs agitati, & omni stergere non valeamus. Heu furias! heu artes demonũ! Pugnare potius inter se Christiani volunt, quã Turcas adorari. Civilia bella magis cupiunt, quã externa; & sæpe parvis de causis cruentissima committunt praelia. Pulsatus modo villicus, modo servus, magnos traxit in arma Reges. In Turcos, qui Deum nostrum blasphemant, Ecclesias nostras diruunt, & omne Christianum nomen perdere satagunt, nemo audeat arma sumere. Omnes in arcum praxum dati sumus: declinavimus omnes, simul inutiles facti sumus, non est, qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Sed cogitabitis melius, viri prudentes, & fortem induentes animum, recuperare, que sunt amissa, & acceptas iniurias vindicare conabimur. Ac tantum de priori belli gerendi causa sit dictum.

Nunc alteram attingamus, hoc est, ut futura, & propẽ imminetia nostris cervicibus mala eutemus. Possent fortasse aliquo modo tolerari præterita, si finis malorum esset, & non maiora impenderent discrimina. Sed quo pacto sperare quomtem ab ea gente possumus, que sanguinem nostrum sitit? que occupatã Græciã, in Hungariam id est, in viscera nostra, gladium adegit? Iuvenis est aduersarius noster, ætate florida, robusto corpore, animo vasto, tumido cursu victoriarum, quas si nostra negligentia peperit. Vanus est, deceptus est, si quis arbitrat, adolescentem quieturum esse, euro abundantem, armis assuetum, & dommandũ cupiditate inflammatum. Ponite hanc spem. Numquam ille arma deponet, nisi aut vitus, aut omnium victor exierit. Proxima illa quaque victoria, gradus erit alterius; donec subactis Occidentalibus Regibus deleto CHRISTI Euangelio, Mahometicam legem vbique gentium inferat: neque arbitremur longam moram,

priusquam vos adeat. Nam vicina illa gentes tot bellis attrita, nisi opem feritis, amplius capere non audebunt: soli fideles Hungari perseverant, non tamen diu stabunt, nisi adiuvati. Et siquidem muri loco vobis ad Orientem remanserunt: quo diruto, neq; Teutones, neq; Bohemi, neq; Poloni, satis ruri erunt: nõ asperi montes, nõ alta flumina iter impediunt. Nihil erit victa Vngaria Turcis inuicũ; nihil insuperabile, Orbis imperiũ quærentibus. Per Carnos, & Forũ Iulij terrestribus copiis, facili in Italia patebit transitus. Naudis exercitũ ex Vallanã, quã Turci possident, vnus noctis navigatione Brundisium patet, & in superiori, & in inferiori parte aperta est Turcis Italia. Vtinam mendaces, & falsi Prophete simus in hac parte. Sed credite nos solum rocitare Sybilla. Venient, venient Turci, nisi obviam inuis, & auferent nobis locum, & gentẽ. Nõ timent hac fortasse Hispani, & Galli, neq; Teutones, qui Rhenum accoliunt, neque Angli, Oceano circumfisi. At prudentissimi Reipubl. gubernatores, bellum foris, quam domi malunt, & remotissimam laudant militiam. Perniciosa, & funesta sunt, que gerimus in nostris laribus bella. Romanis dominatoribus Orbis, nulla suscepta calamitas, durior, quam in Italia fuit: nec illi Annibalem felicius, quam in Africa vicerunt. Credite nobis proceres, credite nobis. Non est cur amplius dissimelatis, non est, cur amplius differatis arma sumere. Si agros vestros, si focos, si liberos, si vxores, si libertatem, si fidem ipsam, in qua baptizati, & renati estis, retinere cupitis, bellum, nobis credite, bellum geratis, oportet. Neque vobis bellum iniustum suademus, qui eius locum tenemus, de quo scriptum est, in iustitia, & iudicium preparatio Sedis tue. Nec plura de primo, & principali membro. Audistis viri præstantissimi, ac nobilissimi, quas ob causas in Turcos pugnare oportet. Nam & suscepta iniuria id expõciunt, & in futurum Christianorum indemnitate est consulendam.

Nunc quod erat secundum nostri ordẽnis membrum, id est, an possitis hoc bellum gerere, & an victoria sperada sit animadvertite. Cum Christianis nobis sermo est, qui dicitur Italiam, nobilẽ Galliam, fortem Hispaniam, Bellicosam, ac populosam Germaniã incolunt. his arma, his equi, his homines, hic pecunie abundẽ suppetunt: his vires longẽ maiores, quam Turcis assunt. Audimus tamen nõnullas esse, qui Turcos supra modũ extollunt, nec superabiles putant tot preliorum victores. Nos magnas esse opes Turcorum fatemur, sed multo tamen minores, quam iam ferantur, neque nostris quouis modo comparanda. Illi enim, & si omnes conatus adhibeant, supra tamen ducenta millia hominum non educunt. Sed quos homines? Imbelles, atque inermes, ex Asianis, & Græcis mixtos. Nostis quanti faciat Asianos Remus ille Virgilianus, cuius sunt verba: O verẽ Phryge, neque enim Phryges ite per alta Dyndina, vbi assueris biforem dat tibia cantum. Timpana nos, buxãque iuuant Berecynthia matris Deæ. Sinite arma viris, & credite ferro. Græci quoque illustres quondam anima haudquaquam vigorem antiquum retinent. Degeneraverunt ferme omnes, qui Turcis parent. Neque in armis, neque in literis pristinum referunt spiritum. Ceciderunt omnia cum imperio. Nõ stant simul fortia pectora, & seruitus. Qui fortes viri in castris Turcorum militam ex Christianis sunt, ad summum 40000. nigre, atque infelices anima, que vbi vos armata viderint, furij agitate, suorum scelorum, & vltorem Deum ante ora cernentes, ferrum stringere non audebunt. Reliqua turba in praelio nulli est vsui, nisi cades sua hostes fatiget. Percurrite gesta maiorum, Asiana bella maliebria putauerunt. Alexander, Magni Alexandri propinquus, cum bellum gereret in Italia, Frater meus, inquit, in Asia cum feminis pugnat, mihi autem cum viris certamen est. Iulius Cæsar cum de quibusdam Asiaticis gentibus triumpharet, in curru suo hæc verba iussit scribi: Veni, vidi, vici, ac si solo aspectu superandos diceret Asianos. Gotfridus, & alij, qui secum in Asia militarunt, parua sæpe manu innumerabiles hostium copias deleuerunt, ac ipsos Turcos, tamquam pecudes mactauerunt. Sed arbitramini fortasse meliores hodie Turcos esse victa Græciã, quam olim fuerint. At quales sint? pugna Taurinensis ostendit, anno ab hinc tertio gesta. Taurinum vocauere prius, oppidum ad confluentes Saum, ac Danubium situm. Hoc euo nostro alij Alban, alij Belgradum vocant, propter situm non magni neminis castellum. Id cunctis viribus suis Turci expugnare admixi sunt. Pugnatum est, interdũ noctuque, summa contentione. Erant Christiani mi-

Christiani Turcis superiores viribus, & ceteris ad victoriam necessarijs.

Honorificum Christianis ad bellum Turcis inferre.

Secundũ bellum in Turcas morium.

Joan. Vintimily a-lurum quoque recenjetur egre-gie victo-ria.

lites, qui oppidum tuebantur, pauci Cruce signati, non nobiles, aut ditites, non bellis assueti, non armis recti, sed rudes, incompositi, agrestes. Et hi tandem Turcos vicere, non tam ferrum quam fidem hostibus opposuerunt. Ab his tumidus ille Turcorum imperator, insuperabilis antea creditus, & terror gentium appellatus, in acie victus, ab obsidione deiectus, castris excurus, turpem arripere fugam compulsius est. Quid Ioannis de Huniad victorias referemus? Quid Georgij Albani triumphos commemoremus? cuius conspectum nunquam ferre Turcorum acies potuerunt. Vnus nobis exemplo sat est, Ioannes Vintimilius, qui cum trecentis militibus, in Epirum profectus, superbas nepotis ferens, supra decem millia hostium fudit, strauit, deleuit. Hi sunt hostes vestri o Christiani. Cum his vobis hominibus pugnandum est, qui neque ferire, neque feriri, nisi in terga nouerunt. Quamquam est fortissimi essent, & bellacissimi, in Deo tamen sperandum erat, qui cause sua nequaquam deesset. An non scriptum est, In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros: Orabat Moyses in monte, & populus vincebat in acie. Sol retinuit cursum suum, ne victoris Iosua retineret cursum. Madianitarum plenissima, & munitissima castra cum trecentis viris dissipauit Gedeon. Ammonitarum numerosum exercitum, cum paucis militibus superauit Iepthe. Superbissimos Philisteos solus humiliavit Sanson. Nec in manu femina, cum Deus voluit, victoria defuit. Potentes in armis Chananeos, exterminauit Delbora. Sisaram interfecit Ihael: & Holofernem obrutauit Iudith. Multa sunt huiusmodi in veteri lege. Sed nec noua caret magnificis exemplis. Constantino Magno pugnam iudicanti, signum Crucis in celo monstratum est: & vox diuinus audita, quæ diceret, In hoc Constantino vinces. De Theodosio piissimo Imperatore illi sunt versus, O nimium dilectæ Deo cui militat, exhor. Et conuicti veniunt ad clauicam Veneti. In Britannia, que nunc Anglia nuncupatur, ut auctor est Beda, barbarorum ingentes copias pauci admodum Christiani, & inermes, alta voce canentes, Alleluia deleuerunt. Non est, abbreviata manus Domini, quamuis elongata est a nobis misericordia sua propter peccata nostra. Sed propitiabilis est Dominus Deus noster, & multus ad irascendum, si redierimus ad eum, & ipse ad nos rediit. Facile per obedientiam placabimus, quem per contumaciam irritauimus, qui vbi primum nos viderit humilitate corde, mox odium in nos conceptum vertet in hostes, & nobis victoriam mitteret. Hanc Deam veteres esse putare, quam Iuppiter ætorem mitteret. Hanc Deam veteres esse putare, quem Deorum obtemperantem ad eos tre, quos iusserit, & in eorum parte consideret. Ad hoc verum est, sicut ait Augustinus, non de illo tone, quem Deorum Regem pro sua opinione sinterunt, sed de illo vero Rege secularum quod mittat, non Deam victoriam, quæ nulla est substantia, sed Angelum suum, & faciat vincere, quem voluerit. sicut accidit in castris, Assyriorum Ezechiam Regem obsidentibus, in quibus Angelus Domini, centum, & octuaginta quinque millia hominum vna nocte interfecit. Hæc victoria, id est hic Angelus, omnibus procul dubio de celo mittitur, qui pro causa Dei erecto, & magno animo pugnat. Verum cum eo hoste nobis pugnandum est, qui Deo nostro prorsus aduersatur libet hoc loco pauca de Saracenorum lege referre, quam Turci sequuntur, ut confidentius pugnam incatis, quo sediores, ac magis impios cognoueritis. Sceleratissima est Mahometæ lex, quæ non solum Christi diuinitatem respuit, sed innumerabilibus alijs secat erroribus. Namque prater eam deliramenta, & ineptias illas, quibus Angelos corporeos de flamma ignis creatos interituros affirmat, & Origeni cõfentens, demones aliquando saluandos tradit, & celum de fumo factum, & Lunam aque splendisse cum Sole, sed volitantis Angeli Gabriels ala tactam fulgorem amississe. Quis illud tollerare queat, quod mundum, cum Democrito sentiens, fortuna, casuque submittitur, & diuinam providentiam auferit? Quid, quod Sacrosanctam Trinitatem respuit, & impossibile ait Deum habere Filium. Et quãvis Christum ex Virgine natum consentit, iustumque & sanctum hominem, qui cunctas curauerit agritudines dicit, Deum tamen esse cum Arrio negat, nec pro nobis obijse censet, sed sublatum a Deo in sine seculi moriturum, & tum denique surrecturum, Iudæos autem: alium sibi similem crucifixisse. Sed nec Sancti Spiritus dignitati, glorieque consentit, quem creaturam cum Nestorio, Macedonioque mentitur, & omne Fidei me-

ritum auferens, in sua quemque secta saluari hominem perhibet. Et quia non constant inter se mendacia, alio loco asserit neminem saluari extra legem a se traditam: in qua Beato Paulo contradi-cens circumcissionem seruari precipit: & vini tantum vsam prohibens, ceteras voluptates indulget: supra, & adulteria, cum capitiis, & emptis mulieribus admittit. Vxores plurimas, & cum his diuortia passim concedit, nec concubitus naturæ aduersos cohibet. Postremo bestialis homo, futura vita beatitudinem sola carnis voluptate metitur. En sapientem hominem, qui se Dei prophetam audeat nominare, reuerator antiquæ legis, nota corruptor, prostitutor animarum, verus procurator orci, & primus Sathanae satelles, cuius auditores inferni mancipia sunt; quales Turcos esse non dubitamus, aduersus quos armis conerendum, sacrificium Deo fuerit, & acceptissimum Holocaustum. Ceterum quia diuinitatem Christi, ut diximus, impia Saracenorum, & Turcarum secta prorsus excludit, non abs re fuerit hoc in loco, maiestatem eius & gloriam in medium asserre, canchij, palam facere CHRISTVM, quem colimus, & cuius causa bella iudicamus, verum Deum esse, sibi que thura debent, & diuinis honores.

Aggrediamur igitur hunc articulum. Semper enim comandum est, ut veritas magis, atque magis clucescat. Agemus autem pingui Mimerua, non more Philofof horum quos vix illuminatissima possunt intelligere mentes. Ut quisque eam proximo suo loquitur, ita & nos hodie vobiscum loquemur. Capimus enim etiam a piscatoribus intelligi, qui fidem a piscatoribus accepimus. Imprimis autem illud assumimus, quod omnes ferre concedunt, Deum scilicet vnum esse, a quo omnia condita sunt, & gubernantur vniuersa. Docent viri sapientes, tantam mundi trachinam, & tantum rerum ordinem, quantum in mundo cernimus stare non posse, nisi & vnus esset rector omnibus imperans. Recipimus igitur consilia maiorum, qui vniuersalis vachime Re-torem, & quidem vnum esse fatentur, eamque Deum vocant, quo nihil maius, nihil melius, aut inueniri, aut excogitari queat. Hunc nos Christum esse luce claris ostendunt. Ad quãd spũcientium tutissima, & apertissima via ex miraculis eius operibus patet. Nam & ipse interrogatus a Iudæis, an Christus esset. Loquor vobis, inquit, & non creditis mihi. Opera, quæ ego facio in nomine patris mei, ipsa testimonium perhibent de me. Faciant igitur Dialecticorũ Syllogismi, & Oratorij indactiones. Ipsa nobis Christi opera Christi diuinitatem ostendant, nostraque religionis Fidei confirmet facta non verba. Ponatur igitur ante oculos nostra mentis homo, qui vocatus ad nuptias, aquam in vinum conuertat, quocumque iter faciat, agrotos solo verbo sanitati restituat, mutorum linguas, in eloquium soluat, claudis gradandi facilitatem tribuat, cæcis lumen, surdis auditum prebeat, paralyticorum membra consolida, resperfos elephantia maculis repurgat, ac non solum imbecillis vires adiciat, sed ipsos quoque mortuos in sepulchro quatuordecim, tamquam a summo solutos ad vitam reuocet, secreta, & cogitationes hominum intelligat, futura pronunciet, demones eiciat, super aquis pedibus sicis ambulat, ventis imperet, atq; mari, postremo volens iuxta sermonem suum prius habitum, captus a Iudæis crucifigatur, interficiatur, sepeliatur, & tertia die resurgens, tractandum, palpandumque corpus suum discipulis asserat, edat, & bibat cum eis & tandem post quadragesima dies, videntibus illis in calum ascendat. Quid hic post tot signa dicens? An non interrogatus, a discipulis IOANNIS, Tu es, qui venturus es, an alium expectamus, interrogatores ipsos ad signa remisit? Certissima quippe diuinitatis argumentatio, est miraculorum ostensio. Quod si nulli Philosophorum naturam ipsam, Deam esse putauerunt; cur non magis Deus ille credendus est qui nature Dominum se habuisse miraculis patefecit? Dicit fortasse aliquis, Moysen, Heliam, Helizem, ceterosque Prophetas, & ipsius CHRISTI discipulos signa, & portenta fecisse, ac natura cursum retinuisse; non tamen fuisse Deos. Verum est id quidem. Sed neque illi Deos sese dixerunt. Mentiri enim, & miracula facere supra naturam, quæ CHRISTVS fecit, nulli est datum; sicut apud IOANNEM testatur cæcus a DOMINO illuminatus, Scimus in-quiens; quia peccatores, hoc est, mendaces, DEVS non audit,

Ex mira-culis Cal-ligitur a-perte Christi diuinitas.

Et Nicodemus, Rabi, inquit, scimus, quia a Deo venisti. Nemo enim potest, haec signa facere, quae tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. At haec, quae retulimus, & alia quam plura de Christo miracula, sacrosancta quattuor Evangelia tradunt, quattuor vberissimi testes affirmant. Accedunt epistola Doctoris Gentium Pauli, & Actus Apostolorum, ex quibus palam fit, ea signa Christum fecisse, per quae natura Dominus ostenderetur. Fuit igitur cum eo Deus, & ipse verax. neque enim mendacibus Deus coniungitur. Siverax Christus. Igitur & Deus, qui de seipso dicit in Evangelio, Ego sum via, veritas, & vita. Et qui videt me videt & Patrem. Et rursum. Ego, & Pater vnum sumus. Et alio loco, Pater clarifica me ea claritate, quam habui apud te priusquam mundus fieret. quibus verbis se Deum esse manifestissime testatur. Quod si quis Evangelio non credit, non videmus, cur Moysi credat, & alij antiquae legis scriptoribus. Credunt Graeci Herodoto, Thecydidi, Polibio, Xenophonti, Diodoro. Credunt Romani Laetio, Salustio, Trogo, Cornelio, Suetonio. Credunt & alij suis historicis: cur nos non credimus nostris? Quamquam illi minime cum nostris comparandi sint. Illi enim nullius auctoritate receperunt: Sanctum Evangelium multa Patrum Concilia prius approbaverunt, quam legendum Ecclesia traderetur. Ad cuius robur etiam martyres accedunt, qui pro testamento Domini corpora sua tradiderunt, & lauerunt stolas suas in sanguine agni: inter quos etiam virguncule, magno miraculo non expuere supplicia. Accedunt & Sanctissimi Doctores, qui cum essent perspicacissimi, nequaquam Evangelio credidissent, nisi veram eius historiam credidissent: Sicut apud Graecos Dionysius Areopagita, Ioannes Chrysostomus, Gregorius Nazianzenus, Cyrillus, Athanasius, Magnus Basilus, & alij quamplures. Apud Latinos quattuor Doctores fama illustres, Gregorius, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, & ultra illos Ciprianus Carthagenensis, Isidorus Hispalensis, Hilarius Pictaviensis, Eusebius Perellensis, veteres: ac proximi etiam eo nostro Thomas Aquinas, & Albertus Magnus natione Suevus, & alij penè innumerabiles, qui de CHRISTI divinitate non more Philosophorum, qui sibi ipsi adhaerant, sed vno ore omnes loquuntur, ut sine Deo putanda non sit tanta unitas, atque concordia: Confert & multum Romanorum auctoritas, qui cum essent sapientissimi, atque potentissimi quondam Domini, & Orbis possessores, collum Evangelio nunquam submisissent, nisi aut rationibus victi, aut miraculis tracti. Quis praeerea viros fortes, eosdem prudentes, Hispanos, Gallos, ac Germanos Evangelium suscipere crediderit, nisi magis rationibus persuasos? Sanè cum lex gentium mollis esset, Christianorum durior, nemo hanc subire voluisset, nisi auctorem eius esse Deum didicisset. Sed illud omnem ambiguitatem excludit, omnem titubationem auerit, omnem credendi moram expellit, quod multis seculis priusquam Christus carnem indueret, Natiuitas eius ex Virgine, sanctimonia vitae, miraculorum operatio, legis editio, captivitas, tormentorum perpesio, crucifixio, mors, resurrectio, in caelum ascensio, & reliqua, quae de ipso legimus, ita in Prophetis scripta reperiebantur, sicut postea gesta sunt. Legite Isaiam, Hieremiam, Danielem, Ezechielem, Dauid, Salomonem, & alios Prophetas. Quaecumque de Christo iam facta commemorant Evangelistae, eadem diuino afflati Spiritu Prophetae, futura praedixerunt, Deum, & hominem in Christo recognoscentes. Nec Sybillarum contemnenda est auctoritas, quae longo tempore ante Natiuitatem Dominicam vaticinata, ut Firmicus, & Augustinus affirmant, plurima de Christi divinitate cecinerunt. His coniungitur honestissima lex Christi, omni ex parte venerabilis, & modesta. Nam quid aliud Evangelium docet, quam caelestem agere mortales in terris vitam? Iubet enim nos Deum colere, festos dies sanctificare, proximos quasi nos ipsos diligere, pauperum misereri, viduas, & pupillos, atque omnes imbecillos protegere, infirmos, & in carcere clausos visitare, mortuos sepelire, castis nudam manibus, sed oculis esset, adulteria, supra, fornicationes, iurgia, lites, ebrietates fugere. Primos in caenis acubitus, & omnes mundi pompas, omnes blanditias deuicare. Reges, ac parentes honorare, Magistratibus, ac Sacerdotibus obedire. Postremos thesauros veros, ipsamque felicitatem, non in terra, sed in caelo quaerere. Haec lex CHRISTI est, hoc praecipuum, hoc testamentum eius. Coniungere nunc omnia simul. CHRISTVS ex Virgine natus, castissimam vitam ducit, si-

edit, quae Orbis conuersu recipitur. Deum se dicit, & hominem. Prophetas, Martyres, & Doctores sibi adspiciantur: Quid haec inferunt simul iuncta, nisi verum esse testimonium Christi de seipso, & ipsam verum, atque indubitatum esse DEVM? Mahometem Arabicum, falsum, mendacem, perditum, ac respuendum, qui haec negauit, Verus igitur CHRISTVS, DEVS verus, verus DEVS, & homo CHRISTVS, qui cum PATRE, & SPIRITU SANCTO personarum Trinitate colendus, miseratus humani generis, primi parentis culpa, ut iam primi damnati, ut nos redimeret, ex arce caelesti, & altissimo Dei throno, splendore aeternae gloriae, figura substantia Dei, moderator Orbis, iudex futuri seculi ad nos descendit. Neque rapinam arbitratus est, se esse equalem Deo: sed formam serui accipiens, excinuit seipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis. Neque ista sine supplicijs, atque tormentis: sed dorsum suum, ut inquit Isaias, posuit ad flagella, maxillas suas ad palmas, genas suas ad seditate sputorum non auertit. Speciosus forma praese filijs hominum speciem, atque decorem amisit, ductus est tamquam ovis ad victimam, & inter latrones deputatus est. Deus seruit sibi vestimenta eius, & super vestem suam miserunt sortem. In siti sua potatus est aceto, & spineam coronam posuerunt super caput eius non fuit dolor, sicut dolor iuu: a planta pedis, vsque ad verticem capitis, non erat in eo sanitas: nec tamen inuolutus emisit, sed sicut agnus coram condente se siluit. O homo, & Christiane, & qui fidei videri vis, & cur ista Christum talis existit: inaequus iustus erat, & dolus inuenit non est in ore eius. Cur tot supplicijs subijctus innocens: Pro te, homo, doluit. Peccata tua ipse portauit, homo, & tu suo luore sanatus es homo. Bonus pastor animam suam posuit pro suis, & mortem tuam morte sua redemit. Et quas tu illi gratias reddis? Quid cogitas? Quid facis, ut gratias inueniaris? Turci nomen suum blasphemant, altaria sua diruunt, legem suam, hereditatem suam perdere conantur, & tu domi iaces in otio? O Reges, & Duces, & viri potentes, surgite iam tandem, & Christi Dei vestri religionem, ac honorum diuinitatem quando nec opes, nec vires vobis, quam Turcis minores sunt, & certissimi estis, pugnaturos vobis pro lege Domini, diuinum auxilium implorantes, minimè desaturum. Nec plura de secundo, & principali articulo.

multa commoda ex bello in Turcas pugnantibus obueniunt.

Tertium, & vltimum modò si placet, quam breuissime abfoluamus; hoc est, quae praemia consecuturi sint aduersus hostes Fidei pugnaturos. Audire, adhibere aures fortissimi milites, magna sunt, & inestimabilia bona, quae huius honestissimi belli victores adipiscemini. Inprimis quaecumque in hoc bello acquiratis, arma, equos, vestes, argentum, aurum, seruos, ancillas, agros, Vrbes, Prouincias, Regna, iustitiam, & licet pro nostra distributione possidebitis, & vltra hoc, clarissimum nomen, & famam aeternam cum viris illustribus consequemini. Sunt haec quidem more gentium expectanda. Nec maiora quae suadeo Romani, Graeci, barbari belligerantes. At vobis Proceres, praemia longe maiora promittuntur. Nam Regni caelestis possessio, & CHRISTI hereditas vobis offertur, & haec quidem non solum vincuntibus, verum etiam fortiter occumbentibus. Nam quod praedecessores nostros Vrbanos, Innocentios, Eugenios, Alexandros, atque alios fecisse constat, Christianos omnes Cruce signabimus, in hanc expeditionem ituros, & pugnaturos pro lege Domini, plenissimam omnium peccatorum suorum veniam largiemur, & Apostolicis clauibus paradisi portas aperiemus. Omnibus, inquit Orator, qui patriam inuenire, auxerint, defenderint, certum est esse in caelo desinitum locum, in quo beati auro sempiterno fruamur. Verus, & certus hoc illis promittitur, qui religionem Christianam, & Orthodoxam fidem tuebuntur, & aduersus impios Turcos, inuictis animis bellam gerent. Festinemus igitur ad hoc bellum, in quo morientes, verarum inueniemus vitam. Non haec, quam viuimus, vita est, sed potius mors, quae fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. Sicut lilia & flores desicimus. Leuissima res est quae hominem extinguit. Besiule minima nobis insidiantur, & paruuli serpentis morsu, aranei nonnumquam istu perimus. Anacron Poeta acino vnae passu, & Fabius senator in haustu lactis, vno pilo strangulatus est. Nihil fragilius humana vita, quae tam incerta, tam breuissima Aeuum nostrum, ut quam lenocissimum sit, restat Dauid, in ipso septuaginta annis, vel octuaginta simur.

Quidam

Quid amplius, nisi labor, & dolor. At esto nestores viuas annos, & Matusalem impleas atatem, quid tibi postquam curfus peractus est? Breue est, quicquid fuerit, & stultitia est, in his ponere spem, quae praeterunt. O homo, moriendum tibi est, qui quis es, & hac relinquenda, quae sunt in terris carissima. Nemo natus, non moritur. A morte, mortales appellamur. Nemo nostrum nouit, an hora victurus sit; & tamen haec terrena diligimus, quae mox relictauri sumus. Quis potius transitoria pro perpetuis commutamus? hoc Turcicum bellum aggredimur, per quod postumus immortales fieri, & ad illam ciuitatem Hierusalem peruenire, quam summus rerum opifex mira pulchritudine, & artificio inenarrabili molitus est? in qua Deum ipsum ad faciem videbimus, & ipsius bonitate fruemur: in qua sanctos intuebimur Angelos, & omnium beatorum spirituum ordines quasi conciuos, & contubernales habebimus, in qua nihil nos latebit eorum, quae vbi que sunt. Liberatus enim hac terrena compage animus, omnium rerum scientiam, non vt sensit Plato recuperabit, sed vt Aristotelis, & nostris placet Doctores, consequetur. Illic nihil timebimus. Nec Planetae, nec Cometae nobis formidabiles erunt, quos perhorrescunt Reges. Sedebimus, vt propheta testatur, in pulchritudine pacis in tabernaculis sicutiae, in requie opulenti. Inueniemus Sabbatum sine vesperis: & est requiem sine fine. Renouabitur, vt aquila inuenit nostra, quae nullo seruo, nullà temporis longitudine corrumpetur. Satiabimur apparente gloria saluatoris nostri, quem sine fine videbimus, sine fine amabimus, sine fatigatione laudabimus. O igitur nobile bellum, & felix praesidium, & expectabilem pugnam, ex qua suad vincimus suad vincimur, semper Reges euadimus, & cum Deo nostro triumphantes, lucidas paradisi sedes quarimus; pro quibus consequentis Stephanus prothomartyr lapidibus casus est, Petrus, & Andreas in cruce suspensus, Paulus securi percussus, Bartholomaeus, uincens cute nudatus, Sebastianus sagittis confossus, Laurentius flammis excusis. Sed non haec est vobis viri fortes supplicia requiruntur. Minori pretio calum promittitur. Pugnae tantum fortibus animis pro lege Domini, & omnia consequemini, de quibus scribit Paulus, quia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae promisit Dominus diligenter se. O fulti, & raris ad credendum, in his, quae promittunt sacrae litterae, digito Dei conscripta. O si adessent nunc Gotsfridus, Baldeuinus, Eustachius, Hugo magnus, Boemundus, Tancredus, & alij viri fortes, qui quondam Hierosolymam per medias Saracenorum acies penetrantes armis recuperauerunt. Non sinerent profecto tot nos verba facere, sed assurgentes, vt olim coram Vrbanos secundo, praedecessore nostro, Deus vult, Deus vult, alacri voce clamarent. Vos taciti sinem orationis expectatis, nec hortamentis nostris moueri videmini, & fortasse sunt inter vos, qui aiunt; Multa hic Pontifex loquitur, vt nos mitat in aciem, & corpora nostra hostium obijciat gladijs. Sacerdotum hic mos est. Aliquam alijis onera grauisima, quae ipsi digito nolunt attingere. Nolite ita punare filij. Nemo, patrum vestrorum memoriam in hac sede seducit, qui pro Christi fide maior a fecerit, quam nos, inuauitibus vobis, & Domino fauente facturi sumus. Venimus hic, vt videtis, non parum debiles, neque sine periculo nostri corporis, neque sine damno terrarum Ecclesiae, Plus defensionem fidei, quam patrimonium Beati Petri fecimus, & quam valetudinem, & quietem nostram. Accreuerunt expensarum in modum, redditis autem apprimè diminuti sunt. Neque ista gloriabundi referimus. Tacet, pudet que nos, plura facere non potuisse. O si quae fuerant iuuenis: in corpore vires, haec nunc adessent, non iretis sine nobis ad bellum, neque periculum sine nobis subiretis. Ipsi autè signa procederemus, ipsi crucem Domini portarem, ipsi vexillum Christi, perfidis hostibus obiceremus, beatorumque nos ipsos arbitramur, quibus datum est, ut pro Iesu mori. Et nunc si venissetis, non recusabimus eorum corpus, Iesumque animam in hanc felicem expeditionem Christo deuotere. Per castros, per acies, per medios hostes, si sua detis, laetitia vobis, generosis putabimus, nec magnifica verba ignauo prosequemur animo. Consultate, quid magis Christiana rei conducatur. Nihil aduersabimur de corpore nostro, de personà nostra, de pecunia nostra. Vestrarum iudicium amplectemur. Meritum vires Apostolicas, aestimate, quid temporalia, quid

spiritualia simul conferant; & quod vobis videtur, humeris nostris omni imponit; nihil recusabimus, Diuus habet Ecclesia thesauros, spirituales alterum, materiales alterum. Vtrumque liberaliter erogabimus, & illum, qui nunquam exhaerit, & hunc, qui nunquam impleri potest, in praesentiarum tamen nihil aliud ex vobis petimus, nisi vt bellum contra Turcos gerendum decernatis. De pecunijs conquirendis, de Ducibus eligendis, de cl. sibus instruat, de sede belli, de tempore expeditionis, postea differemus. Neque difficili consultatio erit, quando nec arma, nec equi, nec nauis, nec pecunia, nec fortissimi milites, nec peritissimi Duces Christiani desunt. Adit tamen communis voluntas, huius honestissimi belli gerendi: quam vt mentibus vestris inserat ille rogamus, qui cum Patre, & Spiritu Sancto sine fine regnat Iesus Christus Amen.

XXXIX Post Pii PP. Joannem Card. Bessarionem & alij Legati principum.

XL Hungarorum Legatis silentium indicitur.

XLI. Consulta principum de bello in Turcas.

Perdi-



Ferdinandi Legati, Archiepiscopus Beneuentanus, & Andria Dux: deinde Veneti, Florentini, Senenses, Ferrarienteses, Lucenses, ac Bononienteses. Sabaudienfes, quamvis cis alpes late dominantur, ad Francos inclinantes, cum Italicis adiuuari noluerunt. Genueses, nondum publice aderant; clam tamen auxilia pollicebantur. Cardinales dextrum, finistrumque Pontificis latus obtinebant. Principes, ac Legati, e regione sedebant. His audire paratis, *Decretum*, inquit Pontifex, *uestro consilio sit bellum Turcis inferre; nec dubitamus, quin arma, equi, homines, naues, pecunia, abunde suppetant, si Christianam suam salutem assuerint. Nunc cogitandum est, mari, an terra, an utrobique aggerendum sit hostis; & qua classis, quisue terrestri exercitus sit necessarius, & quibus ex populis legendi sint milites; vtrum pecunia Hungari, an milites sint adiuuandi, consilium in medium; & qua promittitur auxilia, palam proponite.* Primus ad haec **FRANCISCUS** respondit, & quae pridem promiserat, confirmauit. deinde hoc consilium dedit; videri sibi necessarium esse, mari, terraque Turcas summis viribus inuafum iri. De quantitate exercitus, se, qui vires hostium nesciret, loqui non posse. Milites autem ex his regionibus deligendos fore, quae Turcis essent proximae, nossetque mores hostium; & insidias callerent. Ex Italia, caeterisque Prouincijs remotioribus, pecunias cogendas, quibus Hungarorum, & aliorum exercitus alerentur. Incognitas Hungaris gentes haudquaquam mittendas; vt quae facile cum illis tumultuarentur; nec sine grauissimo sumptu, aut mitti eo possent, aut retineri. Aragonenses, quorum princeps erat Elnensis Episcopus, multa, & magna Regis sui nomine promiserunt, & Francisci consilium laudarunt. Veneti, qui nihil polliceri auderent, consilium tamquam priuati homines dantes, mari, terraque, hostem esse premendum censerent; classem triginta triremium, & octo nauium ceterarum in mari sufficere, quae in Hellespontum traiciens, littora hinc Graeciae, inde Asia infestaret. Sic fieri, vt multi Turcarum ad custodienda maritima loca destinarentur. terrestres copias ex Hungaria, vicinisque locis cogendas esse, equitum quadraginta millium, peditum viginti millium: nec minores esse oportere. argentum bello necessarium, ex reliquis Christianorum Prouincijs hauriendum. Qui postea locuti sunt, omnes ferè in hanc sententiam pedibus iuerunt, praeter Sigismundum Malatestam; qui vbi ad eum ventum est, assurgens, militari quadam, & praecipiti facundia; Ego, inquit, *Pater Sanctissime, rem nauticam praetereo, cuius me fateor ignarum. Veneti hanc Prouinciam relinquant in bello campestri exercitatus. Qui ante me locuti sunt, omnes eas gentes armandas dixerunt, quae Turcis cohaerent, & illorum mores norunt. Mihi alia sententia est. Nam qui Turcis proximi habitant, Hungari, Valachi, Raschiam, Bulgari, Epyrotae, Graeci, saepe ante illorum ora ceciderunt, neque vultum possunt Turcarum ferre. Ego si hoc bellum sim gesturus, Italia generis equites, ac pedites armauerim: eo numero, qui satis fuerit, nec de victoria dubitauerim: praestant enim nostri milites, ac Duces longe alios: equos praeterea, & armaturas meliores habemus. Neque illud obstat, quod genus pugna nescimus, quo illi viuunt: quando neque illi nostrum nouere, & facilius nos illorum insidias vitabimus, quam illi nostras, vt sunt Italorum dexterrima ingenia. Quare suadeo, vt reliqui pecuniam contribuant, Itali bellum gerant.* Laudata est Sigismundi oratio.

XLII. vjpp. de eodem bello iudicium.

Postquam verò cuncti finire, Pius, in hunc modum locutus est. Et nos quidem si fieri posset, o filii, hoc bellum Italico milite gereremus: quando nulla est alia gens, quae sit praestantior armis. Sed hoc difficillimum est, atque propemodum impossibile. Quis enim tantum auri submitret, quantum haec copia consumant, quae ab Italia, in Grae-

ciam proficiscantur? Nec Duces nostri sunt, qui militare extra Italiam velint. Inter nos sine vitæ discrimine, & magno cum emolumento belligerant; cum Turcis cruenta sunt praelia, nec lucra magna quaeruntur, nisi animarum. Rursus Theutones, atque Hungaros, siue Bohemos pecunia conducere, qui bellum gerant, arduum est. Nisi Italia pecuniam dederit, nulla Prouincia dabit. Auari, & suppliciosi sunt illi, semperque falli circa pecuniam exultant. Fortasse armatum militem dabunt, aurum non dabunt. Et si eo pacto suo conferant, pecunia Italica vix classis sufficere. Quod possumus, non quod volumus, necesse est facere. Eo milite gerendum est bellum, qui haberi potest. Galli, & Angli, & Theutones, & Bohemi, & Poloni copias pollicentur; hisque terrestre bellum instruemus. Ex Hispaniis, qui Castellani vocantur, propter Mauritanos, quibuscum certamen habent, excusatum se mittent. Cathalani, & Aragonenses, & Portugallenses, si quid obrulerint, ad rem nauticam pertinere. Labor erit, non inus inficias, tot diuersissimas gentes in vnus castris continere. Licebit tamen, & plures Duces, & plura castra constituere, ea moderatione adhibita, vt altera subueniant alteris, cum necessitas ingruerit. Vnum tamen Ducem cuncti respicient Apostolicæ Sedis Legatum, & vnum signum sequentur viuificæ Crucis. Verum hæc praematura est cura. Nunc vnde copias habeamus, in consultationem venit, & quam multas cogere oporteat. His habitis, & de Ducibus, & de concordia gentium transigemus. Multa de potentia Turcarum adducta sunt. Nobis compertum est, plusquam ducenta hominum millia eos ad bellum adducere non posse, & in his rusticos, inermes, atque imbellem turbam contineri. robur sui exercitus in Genetris consistere, qui quadraginta millia non excedant. nec dubitandum esse de victoria Christianorum, si vel quinquaginta millia ad pugnam ierint, quando & armis, & virtute multo praestant. Verum equites esse oportet, maiori ex parte, qui bellum gerant. Loca enim campestra sunt, in quibus pugnandum erit, & Turcarum equitatus est magnus; & maiores copiae, neque regi facile, neque ali possint. Bello maritimo, triginta triremes, & octo ceteras naues affirmant Veneti victoriam tradituras; idem est ferme omnium, qui Turcas nouere iudicium. Quod si adhuc decem triremes adiciantur, non est dubium, quin nostri mare possideant, neque sinat ex Asia transire Turcas, quorum maxima pars ad tuenda, quae circa mare sunt oppida distinebitur: & multo minores erunt copiae ad campestre bellum ituræ. Sic rerum gnari loquuntur. Diximus vnde legendi sint milites, & quantas terræ, marique copias haberi oporteat. Nunc de pecuniis tranfigamus. Nostra sententia est, si consulitis, vt Clerici suorum prouentuum in hunc vsum triennio decimam afferant, laici trigessimam, Iudaei omnium, quae possident, vigessimam. Hinc pecunias abunde corrademus, huic bello necessarias. Si qui plus conferre voluerint, in lucro erit. Vos si melius aliquid cogitatis, proponite in medium. nos consilia vestra sequemur.

Placuit omnibus Pontificis Sententia; & secundum eam decretum ediderunt, cui praeter Oratores Venetos, ac Florentinos, caeteri omnes subscripserunt. Florentini admodum reprehensi, quod ad Concilium missi, tantum verba dedissent. Semotis arbitraris, Pontificis colloquium petere. quod cum obtinuissent, tandem duobus intronissis Cardinalibus, Bessarione Nicæno, & Fr. Ioanne de Turrecremata Sancti Sixti, Florentinum populum ad obseruationem decreti obligauerunt; petentes, id occultum esse, donec nauigia mercibus onusta ex Constantinopoli redissent; quod ante natalem Sal-

XLIII. Pij PP. sententia omnes subscribunt.

uatoris diem futurum esse confidebant: de qua res solennis stipulatio intercessit. Et nihilominus, ne Florentinorum negligentia, res Christiana impediri videretur, Franciscus Mediolani Dux, pro Florentinis publice se vadem constituit. Post hæc multa cum Legatis Republica agitata sunt: qui etsi generale mandatum à Republica non haberent, vt solidi, certique aliquid promitterent, rem tamen verbis trahebant, veriti, ne inito cum Turcis bello, omnis in Oriente negotiatio cessaret; & ne Mediolanensis, dum ipsi Turcarum bello essent occupati, arma contra res suas inferret. Sed cum pressius vrgerentur, dixerunt; Venetos ita demum socios futuros, si rem nauticam soli administrare permitterentur: si sua facerent, ex hoste capiendâ; si classis impensa leuarentur; si exercitus ex Hungaria contra Turcas quinquaginta millia equitum, & viginti millium peditum proficisceretur; classem autem sexaginta triremium, & nauium viginti ceterarum necessariam esse aiebant; & in his vltra remiges, & reliquos nautas, octo millia militum requirebant; corpora nauium, & armamenta tantum se gratis exhibituros promittentes: pro caeteris rebus, pecuniam exquirebant, atque in hunc vsum decimas, vigelinas, ac trigessimas suæ ditionis, quas centum quinquaginta millia auri nummum conferre arbitrabantur. Neque his contenti, amplius auri, quindecies centena millia ex publico postulabant, & huiusmodi Venetorum oblatio fuit. His Pontifex ita respondit: *Mercedem, Veneti, ferè impossibilem quaeritis. Volendum est ciuitatem vestram, quae olim maximas classes pro tutela Fidei libenter armavit, hodie, ne vnam quidem nauem armare velle. Contra vsanos, contra Genueses, Reges, & Imperatores, pro socijs, ac subditis, ingenio saepe bella vestro are gestistis: nunc pro CHRISTO pugnaturi aduersus impios Turcas praemium poscitis? Nos vestra ciuitatis Procuratores sumus, vestram rem agimus. dum bellum Turcis inferre quaerimus, hostem, vestris cervicibus imminentem, auertere studemus. Quis Regum vnam tantum auri in apparatu alicuius belli promptum habuit, quantum ex nobis quaeritur? Sufficit tantum adesse, quantum principia requirunt. reliquum decreta decima ministrabant, & duces, si modo homines fuerint, non minima. Vos insuper Oratores, sexaginta triremes, & viginti naues exigitis; super dimidiatam classis satis esse dixistis. Septuaginta millia pugnatorum ad bellum campestre depositis: qui res Turcarum insperexerit, quadraginta millibus confici posse bellum iudicant. Difficultates ingeritis, ne bellum fiat. Agite, non fiat: vos primi dabitis penam.* Multa in hunc modum, & saepe dicta sunt. Oratores, vt erant cauti, artificiosè respondebant, ex superiorum temporum successibus Turcarum rerum peritissimi nunc istam, nunc illam viam aperiebant; hostiumque vires augentes, nostras extenuantes, tempus trahere conabantur, donec solueretur conuentus.

XLIV. Legati Fran. orã aduentis tandem.

Interea de Legatis Francorum aduentantibus rumor oboritur, quod amici Venetis, infesti Papæ propter regnum Siciliae, ad Concilium veniant. Dux itaque Mediolani subscripto promissionis decreto, domum repetijt. Ex Oratoribus Regis Franciae, qui nominati erant, vnus praecessit Decanus Carnotensis. Is cum esset electus suæ Pontifex Ecclesiae, & secundum Pragmaticam sanctionem, à suo Metropolitanano confirmatus; non tamen satis tutum se existimabat, nisi à Romano Pontifice approbaretur. Accepto itaque Legati titulo, vt causam suam melius ageret, ante alios Oratores iter arripuit: cumque Mantuae proximus esset, significauit, se tamquam electum Episcopum, veste linea sub pallio ingressurum; idque licere sibi ex venia Pontificis arroganter petebat: nec arbitrabatur, ob dignitatem legationis id posse negari. Sed iustus est, aut id vestis deponere, aut retrò in Franciam reuerti. Ille humiliatus Pontifici obe-

diuit, & obtenta demum confirmatione, prius domum redijt, quam caeteri Legati adessent. Secuti sunt paulò post Oratores alij, non minori admiratione, quam fuerant expectati. Legationis Principes fuere Turonensis Archiepiscopus venerabilis senex, Episcopus Parisiensis disputator acutus, Thomas Corcellus insignis Theologus, & Bailiuius Rothomagensis. Renatus Siciliae Rex, Oratores suos his adiunxit, Episcopum Massiliensem, & militiae suæ magistrum. Sequebantur & Ducis Britanniae Legati, nepos eius, & Maclouiensis Episcopus, & alij quamplures viri praestares. Adijt & legatio Genuesium, qui Francis, tamquam Dominis adlabantur. Dux Britanniae etsi minor est Francorum Rege, eiusque terra circumdatur; suis tamen legibus viuunt, neque recognoscit in temporali ditione superiorem. ea propter cum Franci pragmaticam quandam sanctionem edidissent, quæ Apostolicæ Sedis eminentiam, gloriamque circumscribere videbatur, non obtemperauit illi, neque Gallicas leges secutus est, in obedientia primæ Sedis more maiorum perseuerans. Legati sui Mantuam profecti, cum animaduertent cunctari Francos in exhibenda Pontifici obedientia, non expectatis illis Consistorium petere, in quo sui Principis mandata reserrent. Imperato eo; Adsumus, inquit Maclouiensis Episcopus, Britanniae Ducis Legati, filij tui obsequentissimi, obedientiam tibi, & reuerentiam more maiorum exhibemus; te CHRISTI Vicarium profitemur, verum Beati Petri successorem, militantis Ecclesiae caput, & Magistrum. Christiani sumus, & te Ducem sequimur Christiani exercitus. Maiores nostri post accepta semel CHRISTI sacra, numquam apostatarunt. Vixere Romanis legibus, nec vquam primæ Sedis mandatis aduersati sunt. Pragmaticam Sanctionem Gallicæ gentis inuentum, respuerunt. praedecessoribus tuis constanti animo adhaeserunt. Sequitur Princeps noster suorum vestigia progenitorum. te iubente nos hunc adire conuentum voluit, auditorus, facturusque mandata tua. Accipit te velle in Turcas expeditionem ducere; laudat propositum tuum, & necessarium, sanctumque opus esse affirmat, quod meditaris. Non deerit tibi; cupit esse particeps huius operis. Arma, equos, naues, viros apparabit, cum iusseris, pro suis facultatibus, teque sequetur. Tantum curato, vt aduersum potentissimum hostem potenter proficiscaris. Latatus est Pontifex legatione Britannica, & amplissimis verbis Ducem, & gentem collaudauit. Inter Legatos Francos, dies aliquot disceptatum est, obedientiam prius praestarent, an res Siculas aggrederentur. Sed cum Pius inobedientibus audientiam negaret, coacti sunt obedientiam praemittere. Verbo fecit Parisiensis Episcopus, qui Davidicum illud prothema, vt aiunt, praetulit; *Secundum nomen tuum, ira & laetitia, in fines terra, iustitia plena est dextera tua.*

item etia Ducis Britannia.

Obedientia praestant.

Item etia Francisci.

DEINDE orationem suam partitus, de laude Pontificis, de Sedis Apostolicæ eminentia, de gloria sui Regis ac Regni multa locutus, tandem obedientiam Regis nomine praestitit, filialemque illam appellauit, vt seruilem excluderet: de Turcis pauca libauit, paucioraque aduersus eos auxilia promissit. Massiliensis deinde Renatum Regem obedientem obrulit; & Broccardus Genuesis Orator, pro sua ciuitate orationem habuit, ornatam quidem, sed quæ superbam olim vibem, iam seruam ostenderet, Francorum arrogantiae, ac tumori ancillansem. Pontifex omnibus auditis, indignum se esse respondit, qui tantis praeconijs extolleretur, vilem se vermiculum, puluerem, ac cinerem vocitans, nec suis meritis, sed occulto quodam diuinitatis iudicio ad Beati Petri cathedram asecretum: optare, vt ministerium iniunctum pro diuina gloria

possit explere; attributas Apostolicæ sedi laudes veras esse, quamvis re ipsa minores, quæ cælestis Regni claves accepisset, diuinitatemque referret in terris: cuius iudicium, qui sperneret, anathema esset. Regnum Franciæ inter cætera excellere armorum gloria; Regum illustria fuisse opera, & antiquum sanguinem, Carolum, qui regnare, & à suis progenitoribus haudquam degenerare, obedientiam eius erga Romanam Ecclesiam laudem mereri; quamvis aduersus Turcas pauca promissa essent, sperare se magna de illa domo, cuius proprium fuisse, & Romanam Ecclesiam, & Christianam religionem aduersus hostes defendere. Renati quoque Regis obedientiam, & Genueusis populi deuotionem commendauit. Admirati sunt omnes, qui aderant, Francorum Legatos, qui multa minabantur, tam humiles, ac submissos fuisse. Expectabant Curiales dura, & acerba Francorum audire verba, negari obedientiam; Generale Concilium peti. Spe frustrati, in admirationem Pontificis rediere.

XLV. Conqueruntur Franci de dispositione PP. circa regnum Sicilia.

Post dies aliquot, aduentus Franci Pontificem, habere se aliqua dixerunt, de Regno Sicilia, quæ præsentibus nonnullorum Principum Legatis, exponere vellent. Pontifex, libertatem fecit aduocandi, quos cuperent. Aduentauerat noua Imperatoris Legatio, cuius principes fuere Ioannes Episcopus Estetensis, virtute, & auctoritate insignis, & Georgius Tridentinus, Pontifici iam pridem notus, tum Carolus Marchio Badensis, qui soror Imperatoris nupsit. Aderant, & Legati Castellæ Regis, Episcopus Numentis, & frater quidam Ordinis Minorum, ex Iudæis ad Christianam religionem conuersus, non satis digna tanto Principe Legatio. Miserat & Alfonso Lutitanæ Rex, Oratores suos non ignobiles. Hos & alios plures accesserunt Franci; aduentusque Pontificem, Rothomagensi Bailliuo dicendi Prouinciam mandauere. Qui factio silentio, Francorum, quos appellauit Liliatos, egregia pro religione facinora, & quot in Apostolicam Sedem beneficia contulissent, longa oratione narravit: Regnum Sicilia quo pacto ad eos deuenisset, & quanto languine fuisset emptum, exposuit: Alfonso, armis non iure usum, qui eos eiecit; Pium indignè fecisse, qui filium Alfonso spurium, ac corona indignum, tanto regno præfecisset; Rhenatum spreuisset verum Regem; quod Calixtus III. quamuis Aragonensis, efficere noluisse: iniuriam passos esse à Pontifice Francos; Pium, qui nobilissimo Liliatorum spreto sanguine, præcussisset Aragonenses, petere, vt inconsultè facta, consultè reuocaret, Rhenato regnum decerneret, Ferdinandum rejiceret: sic futurum, vt contumelia Francis illata compensaretur. Hæc orationis sententia fuit: quibus auditis, cristas cuncti erigere, qui Francis erant amici, & quasi victores exultare, nec auturum respondere Pontificem arbitrari. Pontifex porò paucis pro tempore vsus, *Audiuimus, inquit, Regi Oratores, quæ pro Rhenati causa dixistis, non sine accusatione nostra. Nos, quæ fecimus in Regno Sicilia, consulente Cardinalium Senatu gesta sunt. Nunc, si reuocari tamquam iniuste acta petuntur, æquum est, vt eorum consilium exquiramus. Quo habito, responsum, & quærelis, & petitionibus vestris dabimus.* atque ita conuentum dimisit. Post hæc Pontifex graui ægritudine stomachi affectus est, & arida tuisi ad eum vexatus, vt de vita eius, & ipse, & medici dubitarent. Franci verò ea re cognita, simulationem esse, non ægritudinem dicere, responsum exigere, properare, instare, victum Pontificem suis rationibus existimare, ac propterea responsum effugere. Quod cum Pius cognouisset; *Etsi me, inquit, media in concione mori oporteat, respondebo, nec vincet animum dolor, nec faciet ægritudo, vt timere videar.* Vocatis igitur Cardinalibus, & communicato responso, quod facturus erat, quamuis nonnulli, inter paucos respondendum suaderent, ipse Legatos omnes Principum accersiri iussit, & qui

prestantes erant in Curia viri: qui cum frequentes conuenissent, Pontifex languidus, & ingenti dolore oppressus, cubiculum exiit, & in aula sua sublimi sedens folio, indicto silentio, pallidus, & admodum anxius, vix fari poterat. At ubi calor inualuit, ardens dicendi vi, dolore superato, affluentibus verbis sine vilo labore locutus, trium horarum habuit orationem, quæ maxima omnium attentione audita est. In ea Pontifex Francorum laudes, longè melius, quam Bailliuus explicauit. Confessus est, multa illos in Romanam Ecclesiam beneficia contulisse; verum non minora ab ea recepisse, quæ in Regno Sicilia facta essent, nec iure, nec ratione carere. In iustas esse Francorum quærelas, quorum iuri non esset derogatum. Verum iniurios ipsos esse negari non posse, qui legem in suo regno promulgassent, Apostolicæ Sedi aduersam, quæ multas animas in gehennam raperet. Cum Pius dicendi finem fecisset, Franci suum Regem læsum dicere, cupere audiri, ne in defensionem sui Principis honorem relinquere viderentur. His Pontifex, Vos, inquit, audiam, & quando, & quoties placebit. & statim ex aula in cubiculum rediit, omni languore, ac dolore liberatus. Ita calor orationis frigus omne deiecit è stomacho. Cardinales lætitudinè ad eum ingressi, pro seruato Sedis honore gratias egere. Curiales, qui Pontificem contemnere videbantur, in admirationem eius conuersi sunt, illud precipue laudantes, quod de pragmatica sanctione fuerat dictum, affirmantes; *memoria Patrum nostrorum nunquam fuisse Papam, qui verba scisset magis Papalia.*

Postridè Cardinales Galli Pontificem accedentes, Oratoribus Francis publicam audientiam petiere; ita illos cupere affirmantes. Pontifex concessurum se ait; verum publicè dicta, publicè confutaturum, eligerent, publicè, an priuatim confundi vellent; quia non esset elinguis Pontifex, neque partes iniustæ causæ tueretur. Considerauerunt verba Pontificis Legati, priuatamque audientiam elegere, octo tantum Cardinalibus accesserunt, atque duabus horis causam Rhenati orauere; ea locuti, quæ nullo pacto confutari posse arbitrabantur. Verum Pontifex cunctis memoriarum commendatis, quæ pondus habere videbantur, ex tempore nihil moratus, adeo efficaciter obiecta diluit, adeo acutè sua confirmauit, vt gratissimum oratoribus illis fuerit, coram paucis fuisse certamen; quippe qui suarum memoriarum actionum, qua ratione hoc, aut illud fecisset, non ignorabat. Nulla fuit argumentatio Legatorum, quam non è vestigio dissoluerit; qui rubore, ac confusione, & ipso denique silentio palam se victos reddidere: quorum plurimi, qui antea Pontificem blasphemauerant viri nobiles, & Legationis principes ad pedes eius prostrati, veniam petierunt. Reliqui ad impetrandas gratias se conuerterunt, neque amplius de Regno Sicilia verbum facere præsumperunt. Horum Facialis, siue vt hæc ætas vocabat, Azaldus vir prudens, cum in corona Curialium rogaretur, quidnam Legati silerent? quorum minarum quam tonitrua prius audita fuissent, faceret respondit: *Demonio vexati, ait, ad Ecclesiam dum irabuntur, et amoribus omnia complent; at ubi Sacerdoti in conspectum venerit, & sacris tecti velaminibus, veluti mortui conqueſcunt. Idem nobis accidit, viso, & audito Pio Pontifice cecidit omnis furor.*

Post hæc rogati Oratores, quid auxilij contra Turcas afferrent; vanum esse dixerunt de Turcis cogitare, nisi res Gallicæ, atque Anglicæ componerentur: quia nemo vellet indefensam patriam hosti relinquere: quærendam domi pacem, tum de bello in externos agendum. Ad quos Pontifex; Prius, inquit, quam Franci, & Angli reconciliantur, delebant Turcas Hungaros; serò deinde auxiliù afferetis. Licebat, si nō milite, at saltim pecunia rem Christianam iuare. Quauis cur militem quoque nequeatis mittere non videmus, qui & à vobis requiritur, & ab Anglis. Quod si

XLVI. Oratorum Francorum dicta confutantur à Pio PP.

pares

pares copias, proportionè habita ambo miserint, nil minor erit vestra domi potentia, quam nunc est aduersus hostes. Cumque rationibus satisfacere non valerent, mandatum sibi fuisse dixerunt, ea de re, vt nihil promitterent, nisi venientibus Anglis, & pacem accipientibus. Cum illi non venissent, silentium sibi esse: vtile tamen illud videri consilium, Anglos circa mare ad locum aliquem accersiri, Francis, & illis accommodum, eoque LEGATVM APOSTOLICVM destinari, qui partes componeret. Hoc facturum se Pontifex non recusauit: sed rebus deinde mutatis, cum Franci SEDVM APOSTOLICAM magis, ac magis infectarentur, & Angli magnis inter se odiis laborarent, res ipsa neglecta est: nec plura cum FRANCIS acta.

XLVIII. Legatus Apostolicus conuenitur in Anglia.

Miserat Pius, priusquam Roma recederet, Francicum Interamnensem Episcopum in Angliam, qui Regis auxilia aduersus Turcas exquireret, Regni que lites componeret. HENRICVS eius nominis Sextus, per id tempus Anglorum Regno præsidebat, vir muliere timidior, consilij, atque animi profusus inopis, & qui vxori cuncta commisisset, erat tamen Religionis amans, & circa res diuinas valde attentus, qui iussus Legationem mittere ad Conuentum Mantuanum, nomine Regio, & rebus, quæ ibi tractanda forent non indignam, Episcopos, & Proceres Regni præclaros designauit Oratores. Sed nemo illorum iter ingressus est: contempserunt omnes Regis iussiones. Ille duos Presbyteros modici nominis ad PIVM transmisit, qui & obedientiam offerrent, & cur Legati maiores non venissent, causas redderent. In litteris mandati, non fuerunt de more, aut testis nominari, aut subscripti rebellionis; sed adnotata erat Regis manu huiuscemodi subscriptio, *Henricus, teste missis, & sigillum Regni appensum.* Contempnit PONTIFEX, derisitque tanti Regis, tam vilem legationem, nec vltra ad conspectum suum admisit. Interea spretus in Anglia Interamnenis Episcopus, cum Legationis officium non permitteretur exercere, indignatus ex Anglia recessit, & transmissio mari. Calestium venit. Ioannes Varuici Comes, vir strenuus, & audax, ob indignationem Regis eò confugerat, qui paucis diebus antè, cum accepisset Regiam classem aduersus se breui nauigaturum esse, quæ in portu Sanduicæ instruebatur, cum octingentis viris noctu nauigans, imparatos hostes aggressus, edita non parua cæde, multisque cum præfecto classis interceptis, victor rediit. Is accessit Episcopo, & cognita sui recessus causa, *Mene, inquit, nobis abire. Ego te in Angliam reducam, & tue legationis locum faciam. Rex noster stupidus est, & mentis captus; regitur, non regit; apud vxorem, & qui Regis thalamum sedant, imperium est. Ego cum ferre ista non possem, & aliam Regni formam requirerem, eiectus sum à facie Regis. Breue exilium meum erit. Multi mecum sentiunt, quorum Princeps est Dux Eboracensis, cuius Regnum esset, si iura spectarentur, armata nobis copia propediem aderunt; ferro fortunam experiemus. Si dabit victoriam Deus, eysciemus hostes à latere Regis, & nos ipsi subuenimus; Rex nudum nomen retinebit: recipiemus te Summi Presulis Legatum, & breui Regno composito, classem pro Religione parabimus.*

Recipitur deinde cum honore.

Acquieuit Episcopus, & cum eo in Angliam reuersus est. Comitri, amatorum viginti milia præsto assuere, & paulò post duplicatus exercitus est. In eo Episcopus vexilla erexit ECCLESIE ROMANÆ, & quasi aduersus hostes Fidei præliandum esset, plenariam peccatorum remissionem indulgit, his, qui pro parte Varuici pugnarent, aduersus cuius hostes anathema promulgauit, litteris Apostolicis pro castris ostentis, quæ licet aliud

continent, id ipsum credebantur habere. Commissa pugna, ingens occisio facta est, & nonnulli Proceres periire. Rex Angliæ captus, Londinium ductus, ibique non abique honore Regio habitus est; Regina cum filio, & plerisque suæ factionis proceribus, in Galliam fugit. Conuocati sunt apud Londinium prælati, & proceres Regni, parlamentum, vt ipsi vocant, de rebus publicis habituri: in quo illud antè omnia placuit, vt acta prioris parliamenti, quod anno præcedente fuerat celebratum, rescinderentur. In eo enim Dux Eboracensis, Comes Sarum, & Comes Varuici, hostes Regni fuerant declarati. Rescissione obrenta, Dux Eboracensis Regnum ad se spectare dixit, qui Riccardo Regi quondam occiso propinquior esset, nec ferendum, vt ii regnarent, qui occisori successissent. Impium id genus hominum, qui regnandi causa, patricidium commisissent, Henricum Quartum, patrum suum occidisse, regnumque per tyrannidè occupasse: illi filium successisse Henricum Quintum, & quinto sextum, qui tum impii, & violenti Regis hæres esset. Parliamenta, quæ vi adhibita per metum aliquid decreuissent, non valere: Regnum sibi deberi, qui patricidiali excluso genere, Regii sanguinis primus extaret; se Regnum, & coronam petere. Henrico, vt priuato viuendum. Iusta peritio videbatur. Obstabat iurandum Regi præstitum, & longa possessio, & patris beneficium, qui Gallos, gentem infestam Anglico nomini, compressisset. Sed cum pertinaciter Eboracensis instaret, propè ad arma ventum est: neque enim Varuicius, cuius audacia res acta erat, passurus videbatur, eum Regno deiici, qui Rex esset receptus. Denique Apostolici Legati prouidentia, discordia in hunc modum composita. *Henricus, quoad vixerit, Rex esto; cum obierit, Eboracensis, aut eius filius succedat; Interea ad priora stipendia marcharum auri decem milia quotannis ex Regio sisco accipito: reliquis in rebus pacem habeto.* Sic res gestæ sunt ad Calendas vsque Nouembribus anno salutis millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo nono. Legati, toto Regno magnum est nomen habitum, in quo multum auri corralisse creditum est. Sed arma vicere, nullum ferrum tam aptum fodiendo auro, quam ensis. Paulò post Regina congregatis in Gallia nouis exercitibus, quasi virum è manibus hostium ereptura, ducere Londinium statuit, occurrentemque Ducem Eboracensem in prælio superauit, & cum plerisque Baronibus interfecit. Re cognita, trepidare Londoniarum populus, Regiæ deditonem faciendam dicere; minari, qui contra sentirent. Legatus, non tam in aduersis audax, quam cautus in secundis rebus, mortem veritus si remaneret, relicto Vaucio, in Flandriam properè nauigauit. Regina, animo, & viribus aucta, non procul à Londoniis castra posuit, & fugientem ad se Regem in eis recepit: obrinuitque proculdubio ciuitatem, nisi muliebri superbiam, & vlciscendi nimia cupiditate, duriores imponere leges ciuibus voluisset, quorum plerisque ad supplicium exposcebat. Illic enim postquam implacabilem Regiæ animum cognouere, spemque solam in armis esse, Eduardi Eboracensis interfecti filium, ac Varuiciu secuti, ad pugnam egressi sunt. Regina in prælio superata, multis suorum amillis, cum viro ac filio fugam arripuit, Victores Londonias reuersi, nouum parlamentum indixere, in quo Henricus cum filio, & coniuge hostis Regni, Eduardus verò Rex Anglorum declaratus est. Nec diu postea alio commisso prælio, superatis HENRICI partibus, Anglia ferè tota ad victores defecit; victi ad Scotos confugere, atque apud eos, ludente fortuna saluari sunt, quos sæpè felices impulerant.

Belli commoſum exitus varij in Anglia, & Regum mutatio.

His motibus laborantibus Anglicis, nihil fuit,

XLIX.



Germanorum auxilium expescit Pius PP.

quod ad tuendam fidem Pius Pontifex illinc haurire posset: atque ita spei suae magna ex parte cecidit, cum opem religioni afferre Franci nolent, Angli non possent. Conuertit se tandem ad Germanos, ne quid inexpectum dimitteret. Aderant ut diximus, imperatoris Oratores, tum Electorum Imperii, & multorum ex Germania Principum, ac Civitatum Legati. His ad se Pontifex accerit, quid Imperator, quidque ceteri contra Turcas offerrent, percontatus est: nec facile responsum obtinuit, cum Legati Principum ab Imperatoris sententia dissentirent. Sator maxime discordiarum erai Gregorius Hamburgensis, iuris interpres celebratus, & eloquentia Theutonica insignis. Oratorem suum Albertus Austriae Dux, & Imperatoris germanus eum miserat, qui per id temporis cum fratre dissidebat. Gregorius quoque, cum Imperatori dicacitate sua saepe displicuisset, & a latronibus captus, sex millibus aureis se redemisset, quacumque sibi acciderant, ab Imperatore prodiisse arbitrabatur, eamque ob causam singulari eum odio prosequeretur, neque ulli rei contentiebat, in qua putaret existimationem Imperatoris crescere. Et quonia exeditio in Turcas Friderici gloriam auctura videbatur, toto ingenio impedimenta suggererat. Superavit tamen obstinata Pij Pontificis diligentia, cum modo istum, modo illum ad se vocitans, Ecclesiam, ac Fidei causam dulcioribus verbis commendaret. Conuenerunt tandem omnes in vnam sententiam Germanorum Legati, eumque Pontifici exercitum promittere, qui pridem Francofordiae sub Nicolao Praesule promissus fuerat, id est pedites duo & triginta millia, equites decem millia; ad quam rem duos conuentus necessarios esse dixerunt, alterum Norimberge in Franconia, alterum apud Casarem in Austria, Legatumque de Latere mittendum, qui conuenta prosequeretur. Annuuit Pontifex, & Bessarionem Cardinalem Nicænum ei prouincia praefecit, Ducem vero exercitus, Fridericum Imperatorem dixit, data potestate, ut si per sese id muneris obire non posset, alium, quem veller, Principem substitueret. Rogati Oratores Franci, cum hæc agerentur, interesse recusarunt; ut qui aliorum gloriam suam esse ignominiam existimabant.

L. Sigismundus Austr. Dux magno cum apparatu Mantua venit.

Dum hæc aguntur, Sigismundus Austriae Dux, qui se venturum saepe promiserat, cum quadringentis equitibus, multaque nobilitate, & splendido apparatu Mantua venit. Obuiam iere duo Cardd. & omnis ordo Curiae. Excepit est in auditorio publico. Verba eius nomine fecit Gregor. Hamburgensis, qui multa de domo Austriae commemorauit, digna reatu & Principis animum in Turcas accensum dixit, qui nationis oblata quantum ad se pertinerent, praesens confirmaret. Pontifex, qui Sigismundum a teneris nouisset vnguiculis, pueritiam, & adolescentiam eius, summa cum laude peractam ostendit, reliquam aetatem praeteriit. Laudes familiae à Gregorio explicatas & probauit, & auxit, auxilia contra Turcas acceptauit. Vigebant per id tempus inter Sigismundum, & Nicolaum Sancti Petri Cardinalem graues inimicitiae; de feudis, & iurisdictione diu contenderant: tentatum est si quo pacto reconciliari possent. Sed cum frustra diebus aliquot Cardinales, & ipse Pontifex concordiae operam nauassent, discessit SIGISMUNDVS. Gobellinus Commentariorū Pij Secundi, in libro factum & tertio, epist. Pij trecentesima nonagesima septima Bullarium Rom. Pontif.

LI. Impostor quidam Duci Burg.

Cum autem Pius, finitimos, longinquosque principes, ad iungendas vires aduersus communem hostem sollicitaret, aliquis ingeniosus, magis ambiciosus quam religiosus finxit, etiam ex Oriente,

Dauidem Trapezuntis Imperatorem, quæ vrbs ad pontem Euxinum est verusta admodum, Vffumcastanem Armeniae Regem, & Georgium, qui se Perfidis Regem ferebat, numerosas equitum, & peditum copias, viliamque classem missuros se auxilio contra Turcas. Hunc in modum scribebant Burgundiae Duci, stylo impostoris.

gund. scribit, & ad bellum sollicita.

Illustrissime DVX BVRGVNDIÆ. Ego Dauid Imperator Trapezuntarum post plurimam salutem, libenter ad te scribo de his: quæ hic apud nos occurrunt, & tu certior factus, pro tua religione, & amore erga fidem nostram, possis deliberare, quid agendum sit. Super enim ego, & reliqui Christiani Principes, qui in istis sumus regionibus factus, atque ligam fecimus inter nos, bellum gerendi contra Turcas: & ego siliam Calo Ioannis fratris, & predecessoris mei, vxorem dedi Assenbech, qui fuit filius Carailuch, potentissimi Principis. & hoc feci, ut ipse firmus sit, & fidelis in ligis, quam nobiscum fecit, & ut perseueret in bello gerendo contra Turcas, qui tenet Constantinopolim, cum quo bellum iam gerere incepit; multasque illi regiones & oppida pugnantem eripuit, quæ propè confinia sua erant. nunc vero reuersus est in patriam suam. Itaque nos etiam ipsi parati sumus, & expectamus aduentum vestrum contra infideles, quem admodum DOMINVS PAPA ad nos scripsit, & per suum Oratorem nobis significauit, quod vos Latini Principes, debeatis inire Concilium in Ciuitate Mantuana, ut faciatis exercitum contra infideles. Quod si faciatis, nos parati sumus. Ego cum triginta biremibus, & cum viginti millibus hominum. Assenbech promptus est exire ad bellum istud cum quinquaginta millibus hominum, ad debellandam, & subigendam Bursam, & totam Nataleam. Quapropter rogo illuminatissimam Dominationem vestram, ut placeat tibi dare aliquod principium huic bello ex partibus Hungariae. Nam si vos aliquod impedimentum etiam paruum Turco infereris, ut ipse in diuersas partes distrabatur. Nos aded ipsum vrgebimus ex latere nostro, ut facile destrui, & debellari possit. Et si Dominatio tua deliberat ad hoc intendere, & venire, & aliquem tuorum mittere, nos omnes ORIENTALES PRINCIPES promittimus tibi prestare omne auxilium & opem, & quicquid in nobis erit ad recuperandam HIERUSALEM, & te illius Regem constituemus. Et ut scias, qui sumus, qui confederati sumus, & qui hoc tibi promittimus. Ego imprimis, qui paratus sum, ut dixi, cum triginta biremibus, & viginti millibus hominum: GEORGIVS Rex Persarum promptus est cum 60. millibus hominum. Gorgora Dux Georgiana, paratus est cum 20. millibus equitum. Bendiam Rex Mirigrelie cum suo filio, promptus est cum 60. millibus hominum, quod illi erit facile. Rabia cum suo fratre, & suis Baromibus cum 30. millibus hominum. Natio Githorum, & Aratorum, promittunt militare sub vexillo Georgij Regis Persarum. Dardebech Dominus Armeniae Minoris, cum 10. millibus hominum, Assambech affinis meus, ut dixi, promissit dare nobis transitum, & personaliter venire cum 50. millibus hominum. Sunt etiam nobiscum confederati duo alij infideles Domini, Caromanus, & Dominus Si-noppi, qui continue querunt, quomodo possint se vindicare de Turco Constantinopolitano, & terras suas recuperare. Aliud in praesentiarum ad Dominationem tuam non scribo, nisi quod commendo tibi Michaellem de Algeerij Baronem, & Oratorem meum, quem ad te mitto, cui fidem plenam super istis rebus adhibeas, qui verbis omnem intentionem, & deliberationem nostram exponit. Iterum te oro, ut ne permittas hoc nostrum pium negotium, & inceptum frustra fieri, quoniam à Deo factum credimus. Ego ex illo tempore, quo amicitiam contraxi cum hominibus tuis, qui ad has partes peruenerunt, semper tibi agnitus es, tuique honoris, & dignitatis fautor semper fui, eroque. Vale in Christo. Data Trapezunda, in palatio nostra residentie Anno DOMINI millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo nono, die 22. Aprilis.

Illustris-

II.

Illustrissime Dux Burgundiae, Ego Gorgora, Dux Georgiana mitto ad te plurimam salutem.

Quoniam intellexi te esse fidelissimum Christianum, & desiderasse semper aliquid agere, quod honori, & amplitudini esset sancta Fidei nostra, sicut fecerunt tui antecessores, idem multum desidero, tuam habere amicitiam. Nam & ego Christianus sum, & pro defensione, & amplitudine illius sanctissime Fidei mori cupio, nec quicquam libentius facio, quam bellum cum infidelibus gerere, maiorum meorum vestigia, & consuetudinem imitando. Post enim obitum patris mei multa cum illis bella gessi, & sepius gratia Dei de illis victoriam habui, multas Ciuitates ipsorum debellando cepi, & nisi his superioribus annis bella quadam inter me, & aliquos principes Christianos, finitimos meos orta fuissent, maiora profecto contra infideles gessissem. Sed in praesentiarum, quando mandato Domini, videlicet Ludouici Patriarche nostri pacem, feci cum omnibus Christianis finitimis meis, omnino decreui, omnem meam facultatem & vires omnes adhibere contra Turcos. Et quemadmodum promissi Domino Patriarchae nostro, ego personaliter cum viginti millibus equitum ad hoc bellum contra infideles egrediar. Quod ut facilius fieri possit, non solum pacem, sed factus, & ligam feci cum omnibus principibus Christianis, qui in istis regionibus sunt, ut communi copijs Turcam, & qui tenet Constantinopolim inuadant. Confederati enim sumus, ego & Georgius Rex Persarum, Dauidi Imperatori Trapezunde, Bendiam Rex Mirigrelie, Rabia Dux Anocasia, Bedebeth Dominus Armeniae Minoris, & alij Domini Orientales. Habemus etiam nobiscum in nostra confederatione tres potentes principes infideles, qui Turci Constantinopolitani sunt inimici, Caramanus scilicet, & Assambech filium quondam Dispendarij, & Assenbech filium quondam Carailuchi, qui Assenberch, cum confinia habeat ex ista nostra parte cum Turco Constantinopolis, promissit nobis dare aditum, ad inuadendum. Nataleam, & nobiscum personaliter venire cum omni sua potentia, & imprimis capere Ciuitatem Bursae, ut illam possideat pro se, & potiatur. Omnes nos capitulis, & pactationibus concelsimus, cum hac scilicet condicione, ut ipse sit super amicissimus Christianorum. Et si vos Latini principes, & populi venietis ad recuperandam domum Sanctam Hierusalem, ipse debeat prestare vobis omne, quod potuerit auxilium, & fauorem. Quamobrem nos hæc omnia pacem, ac ligam ex parte nostra fecimus, quæ à quingentis annis intra in his nostris regionibus non sunt audita; idque fecimus persuisi, tum auctoritate Domini Patriarchae nostri, tum litteris Domini Papa, quibus ad nos scripsit, se, & omnes principes Latinos in ciuitate Mantuae debere conuenire, & ibi congregato Concilio, exercitum preparare contra infideles. Nos vero quia id vehementer cupimus, ut possimus nos vna vobiscum venire ad hanc rem persiciendam, mittimus nostros Oratores cum Domino Patriarcha nostro, ad vos omnes Principes Latinos, & praesertim ad te, quoniam accepimus te, & omnes de domo tua diu, multumque desiderasse terram sanctam recuperare. Et ut possitis ex ipsis nostris Oratoribus intelligere, quem animus habeamus omnes ad hoc negotium Fidelis, & quid per nos actum sit hoc tempore. Cupimus etiam, & rogamus, ut nostros Oratores certiores faciatis, ut ipsi postea referre possint, an parati sitis, & prompti sumere hoc bellum iustissimum, ut sciamus, quo tempore ad arma progredi debeamus. Hoc vnum vobis pollicemur, in vna aetate debellare, & auferre totam Nataleam, & quicquid domus Orthodoxiorum, id est ipse Turcus Constantinopolitanus possidet ex nostro labore. Alteram vero partem domini sui, quæ Graecia est, quam mare Euxinum diuidit, vobis expugnandam relinquimus; quod vobis facile erit. Nam ipse Turcus in medio positus, cum potentie duorum exercituum resistere minime poterit, cito succumbet, & nomen suum è terra delebitur. Quas ob res te ante omnes alios Principes Latinos oro, ut super hoc velis cogitationem, & curam suscipere, & non sinas hanc commoditatem, quam vobis offerimus, pra-

terire, nec dedigneris nos in itari, qui omnibus rebus postpositis, fidei utilitati intendimus, & vacamus. Quod si hanc rem (quod absit) neglexeris, nihil à nobis actum esset. Nam hac condicione nos obligati sumus ad hoc bellum, si vos Domini Latini vna nobiscum eritis. Alioquin soluti sumus ab ista liga, & confederatione. Omnia enim nostra consilia, & rationes dependent à litteris Domini Papa, per Dominum Patriarcham ad nos allatis, quas veras esse praesupposuimus. Et similiter, hoc vnum considerato, quod si hoc tempore, cum à nobis sitis adiuti, nihil facietis, hic iniquissimus Turcus interim tantas vires, & animos sumet, ut quando ipsi resistere volueritis, nullo modo poteritis, & omnes nostri conatus, si vos non respondeatis, inanes forent, eritque ferè impossibile, iterum nos in istis regionibus tam prouisi voluntatibus vniri, sicut nunc sumus. Multa essent dicenda, quæ per meum Oratorem poteris agnoscere, cui fidem indubitam prestare poteris, habeasque eum oro commendatum. Vale in Christo, data in Carcoche Anno M. CCCC. LIX. Nouembris.

III.

Illustrissime Dux Burgundiae, Ego Georgius Rex Persarum, te plurimum saluto, & ut intelligas, quæ res gestæ sunt in praesentiarum per nos in Oriente, istas litteras ad te scribo. Scias igitur nos omnes Principes Christianos, qui moramur in istis regionibus, fecisse inter nos pacem, & fedus, ac ligam, & conuenerunt, inuadere cum omni nostro conatu, & potentia Turcos, sed praesertim illos, qui sunt in Constantinopoli, quoniam sunt Christianorum inimicissimi. In qua quidem liga nos singuli apparatus, & copias nostras obtulimus. Ego promissi personaliter exire cum XL. millibus hominum. Dauid Imperator Trapezuntarum obtulit, & paratus habet XXX. bremes cum viginti millibus hominum. Bendiam Rex Mirigrelie, omnem suam potentiam exhibuit, Gorgora Dux Georgiana personaliter venit cum XX. M. equitum, Rabia Dux Anocasia cum suis fratribus, & baronibus promissit nobiscum, & ipse venit cum omni sua potentia. Berdebech Dominus in Armenia minoris, pollicitus est ad hanc nostram expeditionem XX. M. hominum. Sunt etiam in dicta liga, & alij populi Githarum, & Sasoni & tres Domini potentes Turci, qui promptissimi sunt mouere bellum domui Ottomanorum, hoc est Domino Constantinopolis, quorum est vnus Caramanus, alter Ismailbech filius quondam Dispendarij, tertius Aliebech, Rex Mesopotamiae, filius quondam Carailuchi, qui & potens, & capitalis inimicus Turci Constantinopolitani est paratissimus adimplere, quæ promissit. Quæ quidem omnia supra dicta inter nos sub capitibus pacis, & alijs vinculis promissimus, rataque fecimus, hac scilicet condicione adiecta, si vos Latini vos mouebitis, & nobiscum vna eritis, ex vestris partibus bellum Turcis inferendo: alioquin si vos non intenditis hoc bellum suscipere, nos ad exsoluenda ea, quæ promissimus, nullo modo sumus obligati. Quamobrem rogo, ut omnibus rebus postpositis, velis ad hoc bellum intendere, nec te distrahant, aut diuertant à tam sancto proposito alia quacumque sint obstacula: quemadmodum ego feci: qui si difficultatibus, quæ mihi occurrerant, intendere voluissent, numquam Domino Patriarcha nostro paruissem, cuius opera & mandato, hæc nostra liga, & concordia inter nos facta est. Nunc vero licet in quibusdam rebus temporalibus, nisi hæc concordia fuerit, tamen contentissimus sum illud peregrisse, cum spirituale à DEO praerium propter hoc expectem.

In praesentiarum aliud ad te non scribo, quoniam mitto ad te Oratorem meum, vna cum Domino Patriarcha nostro, cuius verbis fidem adhibeas; quoniam ex ipso omnia poteris cognoscere, habeasque eum commendatum, & ut des illi tuas litteras responsionis, te oro, ut possim intelligere tuam sententiam, & opinionem. Vale in Christo. Data in castris nostris propè tentorium. Millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo nono, die quinto Nouembris. Extant inter epistolas Syluij, numero 377, 378, 379.

Quid autem profecerit, cum his litteris impostor artificiosus, in consequentibus dicemus,

LII.

LII. Per id tempus bello inter Imperatorem, & Venetos, Tergestinorum causa gliscente, Pius Pontifex, vt eos ad concordiam reuocaret nihil non egit, & Apostolica auctoritate omniem discordiam disculsiu. Iulianus hist. Venetae lib. 8.

Idem etiam, misso in Germaniam Stephano Nardino Sedis Apostolicae Nuncio, datisque ea de re Magistratui Constantiensi, & Basileensi litteris, dissensiones inter Sigismundum Ducem Austriae, & quosdam confederatos, sustulit. Ventura Pontanus Perusinus in Commentarijs.

LIII. Curauit pariter, inter Podiebracium, & Silesios pacem stabiliter. Enimvero Praelati, Principes, ac populi Silesiae, quemadmodum & Lusatae, obedientiam Podiebracio Regi deferre detrectabant, quamdiu is Apostolica sedi promissa non praestaret. Urgebar porro ille eo acrius, quod se contumacius illigerebant, ac iam plerisque metu armorum imperata facere coegerat. Sed nec Pius Pontifex curam sollicitandi vicinos, ac praecipue Casimirum Regem Poloniae remisit, ne Silesitas pro fide Catholica certantes, auxilio destitutos relinqueret. Quia in re Pontifici Casimirus Rex studium suum tunc probauerat, dum sine armis consilio litem ad tempus composuerat. Quo vix transacto, Podiebracius arma uerit copias, illasque ad obsequendam Wratislauiam duxerat; sed non adeo, vt rebarur, expugnari facilem. Itaque non diu ibi moratus, suburbanis aedificijs ferro, & flamma, dein agris populatione, cum insigni Wratislauensium detrimento, vastatis, Pragam redierat, aliam insuper viam contra aduersarios sibi muniens, conuictione videlicet Germaniae principum, per mutuum beneuolentiam, amicitiamque, & affinitatem. Aderatque mirifica occasio, frequentibus tunc Principibus, Egram ad fines Bohemiae conuenientibus, atque illis praesertim, qui access, & oppida a regno Bohemiae, iure, quod uocant, feudatario possidebant, inter quos tres Electores Imperij erant, Ludouicus Bauariae, Fridericus Saxoniae Princeps, & Marchio Brandeburgensis, qui Pragam non satis per religionem pacatam venire grauabantur, rogabantque Podiebracium, vt Egram ciuitatem suam ingredi non dedignaretur. Rerum, quas ibi gerebant, summa in hoc consistebat, vt Rex, si dignitatem suam incolamem retinere cuperet, a Romana Ecclesia ne discederet, a qua ipsi cum toto Imperio penderent, sed quemadmodum semel iurauerat, ita deinceps obedientiam Romano Pontifici, reuerentiamque cum vniuersis suis subditis perpetuo vt exhiberet. cetera illi expedita fore, ad eaque expedienda, consilia, studiaque sua, & opes se polliceri. Grato animo visus est ea accepisse Podiebracius, promissitque vicissim se ita facturum, vt suaderent. Indidem affinitatem cum Alberto Principe Misniae, Ducis Saxoniae Friderici filio contraxit, desposa ei sua filia, quamuis nondum nubili. Nonum enim duntaxat annum agebat, sed ne a teneris statim haerese Hussita, aut aliqua alia imbueretur, translata ante tempus in Misniam fuit. Vnde factum est, vt in omni vita sua religiosissima fuerit, & Catholicae fidei obseruantissima, multa praecleara pietatis exempla ceteris praebens, ac subditis suis multiplici virtutum luce praefulgens. Acceperat inter haec Podiebracius, datas Mantuae die 19. Augusti a Pio Pontifice litteras, quibus hortabatur illum, ne Oratores mittere differret ad Conuentum Mantuanum, quos, ait, venientes, honorifice suscipiemus, nec aliter omnibus in rebus habebimus, quam consueuerit Apostolica Sedes Regios Oratores tractare. Et quia Wratislauenses, tempore, quo obsidionem tolerauerant, legatione ad Pium missa, multa de Podiebracio pessima detulerant, eiusque electionem irritati flagitabant, Pontifex

vero Iodoco Episcopo, toti Clero, & communitati Wratislauenti, commonitorias & consolatorias, scripserat, vt scilicet, aduersa fortiter tolerarent, a calumnijs desisterent, & ea, quae regi de iure debentur, non ei denegarent: illi tamen constanter detrectarent: eaque propter Podiebracius a Pio excitatos fore arbitraretur, addidit scribere Pontifex; Silesitas vero, cum quibus tibi contentionem fuisse affirmas, numquam verbo aut litteris, ad non obediendum tuae Serenitati induximus, neque huius rei dictum, aut factum vllum in contrarium extare credimus, quin si quid ad eos scripsimus, paternam potius consolatio in eorum angustijs fuit, quam ad rebellionem iustas. Etenim cum in Fide Catholica, & deuotione Apostolica Sedes constanter perseverauerim, illos ad nos venientes, atque mitterentes, non aequum erat, inconsolatos dimittere. Quotidie tamen optamus, vt salua fidei veritate, tui omnino essent, & tibi in cunctis parerent. Neque vero, cum te per alias litteras nostras hortati sumus, vt a via facti desistens, dissensionem hanc patere componi, iudices inter te, & illos, nos declarauimus, neque alio modo, quam per concordiam conciliari eos postulauimus, tuumque etiam in Silesitas, quocunque ius habes, tollere nullo modo intendimus. Mandare autem eisdem, vt in ijs, qua dominium temporale concernunt, tuae Celsitudinis pareant, officij nostri esse duximus. Ad Imperatorem, cuius nomen sedemque recognoscis, totum hoc pertinet, & ab illo implorare super his remedium potes. Nos autem, quos caritas fidelium ex officio Pastoralis astringit, pacem inter vos, quantum possumus, curare debemus.

Fractus his litteris Podiebracius, memorque eorum, quae sibi a Principibus Electoribus dicta erant, Oratores ad Pontificem Pium delegit, obedientiam ei renouaturus, & simul petitorus, vt pacta Basileensis Synodi ab eo confirmarentur. Legatione functos collaudauit ore suo Pontifex, quod Rex eorum portam Domini videatur inquirere, per quam iusti intrarent, & sine qua iter ad caelum non pateret. Ceterum quod ad pacta, & ad communionem vtriusque speciei idiotis dandam attineret, de hac Synodum Basileensem verbis disertis definisse, illam non esse de necessitate salutis, nec alijs concessam, nisi ijs, qui in vsu eius, & usurpatione aetate iam matura fuissent, quique a ceteris ritibus, & ceremonijs ab Ecclesia Catholica institutis, non discrepauissent. Contra istud praescriptum, non videri aequum, quicquam aliud concedi, sed conandum Bohemis esse, ne plus pars eorum sapere vellet, quam totus Orbis Christianus. ac ne quid ad declarandum pactorum illorum sententiam desideretur, missurum se in Bohemiam Oratores suos, qui mandata sua perferant, & ita vt res se habet, totum negotium exponant, dentque operam, vt cum bona potius gratia, causa Wratislauensium, quam cum mala componatur.

Missi cum pleno mandato Hieronymus Archiepiscopus Cretensis, & Franciscus Toletanus Sacrum litterarum professor. Eos Georgius Podiebracius, ne loqui quidem passus est de pactis Basileensibus quae Bohemi Compactata vocabant, postquam a suis Oratoribus compertit, illa a Pontifice non esse comprobata. vnde omnis existimationis, dignitatisque sua incolumitatem sperabat. Nam si Pontifex illa rata habuisset, Regis quoque se statim ratificasse videbatur. Aliter igitur spem cecidisse, magno cum animi dolore accepit, facile tamen permisit, vt se illi Wratislauiam conferrent, atque in eam pacificationem darent, quam optaret. Redierat eodem tempore ex Curia Romana, Wenceslaus Ecclesiae Pragensis Decanus, cum litteris Pontificijs, quibus sua sponte Pius curam administrandi Archiepiscopatus Pragensis, ad eum deferretur. Hinc rursus indignatio in Pontificem adeo succensa, vt clamore & conuictio, tota Pragae iactaretur: inflammare Rochezana, cuius item mox opera, concursus ad Regem factus, fidem illius implorantium, ne pateretur, communem sibi cum ipsis

religionem, proculcari ab Antichristo. Sic scilicet Pontificem Romanum cognominabat Rochezana. Aderat Zdenco Sterenbergius cum nonnullis ex nobilitate Catholicae Proceribus nouo Administratori, illiusque causam summa dicendi facultate, summoque studio, & tanta contentione agebat, vt ausus fuerit Regi; intercedere actioni, illamque impedire, paranti iusurandum obijcere, quo se ad defendendam religionem Catholicam, illique addictos obligauerit. At Podiebracius offensionem male simulans, Fateor, inquit, ita esse, vt dicis, sed & tu fateare mea promissa tibi bene cogita, qua alteri parti promiserim; illa me quoque scias integra, & inuiolata seruare velle. Dubravius lib. 30. Cochleus hist. Hussitarum lib. 12.

LIV. Excommunicationes in Prussis latas irritat Pius.

Diximus in superioribus, a Casimiro Poloniae Rege Legationem ad Pium Pontificem missam esse. Ea perfunctus est Iacobus Senuenius Gnesnensis, & Craçouienis Praepositus, Is postquam nouo Pontifici gratulatus esset, & in potestate eius Regem fore dixisset, impetrauit, vt remitteret Pontifex Prussis diras, atque excommunicationes, quibus eos ad parendum Crucigeris Marianis adiebat. Petebat idem de transferendis ex Prussia in Tenedon Insulam Cruciferis in quo eum omnium ferè Christianorum Principum Oratores adiuebant; propterea, quod Mahumetes Turcarum Imperator, Corinthum, urbem Graeciae nobilissimam, & Lemnum, atque Mitelenem insulas paulo ante ceperat, & Peloponneso, Eubaeaeque Imperatorum fratrum dissidio frigus imminerebat. Verum id impetratum non est, impensis indulgentiae Cruciferis, & Germanis Pontifice, iam inde ex quo in aula, & ministerio Frederici Imperatoris fuerat. Cromerus lib. 30.

Diximus & superius, hoc anno ad caelestem patriam euolasse Sanctum Antonium Archiepiscopum Florentinum. Haec est vita ipsius, edita a R. P. F. Vincetio Mainardo, Geminianensi, Ordinis Praedicatorum, eiusdemque in Romana Curia Procuratore Generali.

LV. Vita & obitus S. Antonii Archiep. Florentini Ord. Praed.

Antonius, siue Antoninus, (ita enim, quod statuta puillis esset, vocabatur) Florentiae honestis parentibus Nicolao, & Iohanna nata est. Anno salutis Milleesimo trecentesimo, & octuagesimo nono Urbano Sexto, Pontifice Wenceslao Caesare. Nicolaus pater, vir probatis moribus, Tabellionatus Collegio, quod in vrbe Florentina, non contemnendo loco haberetur, quater praefuit. Vt primum infantiam excessit, visus est longè plus sapere, quam puerilis aetas pateretur. Nam ludos fugere, garrulitates odisse, excursus vitare; contra, terijs incumbere, taciturnitatem amare, se ad se colligere satagebat. In primis verò templa, ac religiofas aedes frequentans, ad sanctas conciones coraque, vt aures arriperebat, tantus adhuc puer in orationibus, vt diuertens quotidie ad Angeli Michaelis templum, cognomento, ad Hortum, atque ad Crucifixi imaginem procumbens, totius penè ciuitatis ora in se conuerterit, quod tam diu, tamque feruenter in orationis studio persisteret. Si quando supplicationes per urbem haberentur, Praedicatorum ponè sequebatur; quos iam cum videbatur praeceteris amare. Annos natum quindecim, cupido excessit, Christi se iugo inter Praedicatorum addicendi, sacris allecctum concionibus integerrimi viri, ac plane docti, Iohannis Domini Florentini, ex eodem Ordine; cuius laudum praeconium longe est vberius, quam vt nunc carptim exprimatur. Is enim ille est, qui primus collapsas vitae regularis obseruatio-

nes, quae assumptis patribus in vasto illo infandae lucis incendio, ac pestilentissima contagione, quae sub annum salutis milleimum trecentimum, & quadragesimum octauum contingit, prorsus conciderant, in aliquam spem, ac lucem dicendo, & agendo reuocauit: tantia Gregorio duodecimo habitus, vt Rhagusinam illi primùm Ecclesiam crediderit, inde etiam in Cardinalium numerum cooperauerit: mox apud Constantiam (vbi de tollendo schismate, quod tres Pontifices ducere videbantur, totius Ecclesiae, & Christianorum Principum consensu agebatur) egregiam laudem reportauit, dum summo opere contendit, vt Gregorius, cuius ille partes tuebatur, Pontificatui cederet; tandem a Martino Quinto, qui depositus, vel cedentibus ceteris, summa orbis confessione Pontifex in ea Synodo declaratus fuerat, ad conuellendam Bohemorum haeresim, quae tunc serpere incipiebat. Legatus in Pannoniam missus, Budae diem obiit. Ad hunc Antoninus (ita enim deinceps appellabitur) ad radices Faesulanarum ciuitatis, quae iam funditus interit, canobium Diui Domini a fundamentis excitantem, profectus est, vt in contubernium fratrum, diuinum quiddam iam spirans, admittiret: sed Ioannes Dominicus quancquam adolescentis indolem, acutumque, ac viua ingenium perspexisset; teneram tamen aetatem capiatum, praesertim cum gracili esset corpufculo, & magis neruis, & ossibus, quam carne suffulto, iubet expectare dum adolefceret, & regularibus institutis, quae supra aetatem illam videbantur esse; sufficere valeret. Fando autem, vt sit, num litterarum studijs operam daret, & quamnam illa essent, cum ex eo quaereret, & audiretque Pontificis sanctionibus, quas in volumen digestas, Decretorum vocitant, maximè delectari. Hinc inquit, reuertere nunc ad paternos lares, mox inter nostros admittendus, cum Decretum totum ita excussisset, vt planè videri imbuisse.

Puauit enim se pater pueri petentis vehementiam rursus temperasse, quod non tam prope tot canonum posset immensitatem, & volumina deuorare; sed puerilis ardor, Iohannis Domini cogitatus, si non elusit, superauit, Recessit Antoninus, atque ita se totum ad studia contulit, diurna Decretum, ac nocturna manu versans, vt elapso statim anno, propoliti sui tenax, Faesulas reuersus, quacunque voluminis parte quaesitus, promptè, ac memoriter ad omnia, summam facilitate responderet. Tum verò iam non exclusus, sed iniecto regulari habitu aetate, annum agens sexumdecimum, intra Praedicatorum Ordinem est admissus. Domi verò cum iussus fuerat adhuc paululum expectare, quanti esset, & an carnibus abstinere posset (quod Praedicatoribus de more est) volens experiri, acceptas de mensa carnes, quibus, quod vesceretur, videri parentibus volebat: citus puer, clam felibus, & catulis portiebat.

II.

Cucullatus tandem Cortonam, regularibus disciplinis imbuendus, mox mittitur, cum nouum canobium Faesulanum nondum esset abfolutum; vbi sub viro integerrimo, Laurentio Ripafracta (id viculi nomen est in agro Pisano, vnde oriundus erat) omnium opinione celerius ita profecit, vt iam tunc radios quosdam doctrinae, ac Sanctitatis emittere videretur; quibus postea procedentibus annis, quasi iubar splendidissimum, tenebrosas hominum mentes illustrauit. Laurentius ipse, de quo nunc loquimur, vel testimonio eiusdem Antonini (nam longè illum

Laudatur Io. Dominicus Ord. Praed.

Decretum totum memoria tener S. Antoninus.

Religiosis factis Cortonam mittitur.



vitâ functum, epistola adhuc extante prosequitur) vir longe Sanctissimus fuit. Pistorij ad Prædicatores conditus, ubi poscentibus opem non denegat salutarem. Quod si bona arbor fructus bonos facit, quid aliud ex Antonino sperandum erat, quam absoluta quædam, & numeris omnibus doctrinæ, ac probitatis forma, cum, si Ioannem Dominicum, & Laurentium spectemus, quos ipse authores, & institutores eius vitæ, quæ est in Christo, habuit, nihil non sanctum, absolutum, consummatissimum, ex eiusmodi formatioribus, & initiis provenire potuerit? exacto anno iuravit (quod religiosi solent) ac nomen dedit in Prædicatorum instituta, Fesulani cænobij nomine, quanquam Gortona constitutus, unde demum Fesulas reuersus est. Quantâ verò seculitate, quod Deo promiserat, reddere nitetur, ut in obedientiam, castitatem, paupertatem incumberet, ut reliqua omnia, quæ religiosum decent ordinem, diligentè obiret, non est nostri propositi dicere: in virginitatem quidem etiam adhuc puerulus, ita exaruit, ut in eo templo, quod Diui Michaelis ad hortum diximus appellari, cum alicuius Deum precibus pulsaret, illud inprimis propemodum extorqueret, ut quo similior agno, ipso virginitatem redderet virgo sine tæbe aliqua corruptionis duraret. Id quod cum assecutum calidius intelligeret, neque daretur ansa tantum thesaurum prædonibus rapiendi, muliebres congressus fugiendos esse sibi penitus persuasit. Itaque nullam omnino faminarum, aut quam rarissimè fieri poterat, ad colloquium admittebat; nisi forsàn, aut peccatorum Confessio, ut arcanum aliquod magni ponderis exegisset. Nam pueros, & comatulos adolescentes ita sibi esse cauendos censuit, ut nè Pontifex quidem, atque adeo senex, iuniores Diaconos, & ministros, sed adultâ iam ætate viros, & Sacerdotes domi haberet: ut abundè in ea Epistola, quam ad Laurentium, Ripastratam scripsit, quæque adhuc extat, planè perspicitur. Quod autem ad summam usque diem in eadem integritate persisteret, non vulgare fuerit illud iudicium ( præterquam quod ex Confessoribus etiam est id ipsum acceptum ) quod quo tempore animam efflabat, crebriter illud ( effatâ licet vocula ) suauissimè repetebat. S. AN. T. A. ET IMMACVLATA VIRGINITAS, QVI. BVS TE LAVDIBVS EFFERAM, nescio.

III.

Ocio perpetuum bellum indixerat, studio litterarum, & Orationibus ultra etiam, quam valeretur corporis permitteret, deditissimus. Somni, ac cibi parcissimus. Primus inter psallentium choros ita Vigiliis adamabat, ut per solutis nocturnis laudibus ( quas nunquam cum licuit, intermisit ) nè tunc quidem, quod plerique omnes faciunt, defessos artus lecto componeret, sed si somnus irruisset, postquam non iacens, sed sic sedens, in parietem paululum caput inclinasset, aut in orationibus pernoctaret, aut certè lectioni, aut conscribendis, quos nobis tantâ omnium Ordinum, atque adeo totius orbis, utilitate reliquit, libris incumberet, de quibus quoniam latius cogniti sunt, quam ut necesse sit, nunc aliquid dici longius, verba non faciemus. Illud certè posse mihi videor affirmare, scripsisse multos acutius, nullum Antonino vilius sua scripta digessisse. Quis enim, ( obsecro ) est, qui se in eius libris velut in speculo non perspicit, ad quod sui vultus, id est

Virginitatem servauit semper.

Virginitatem servauit semper.

Eius Virginitas.

animæ lapsus, & vitia non emendet? Quis tam sublimi ingenio, quis tam obtusâ acie, ut non possit uterque pro suo capiti fatiscere? Monet ut nemo alius, delectat, ut quibus, docet, ut vilius non desideres, Nusquam leuis, semper tutus, vbique incorruptus, & nè suis quidem, sicubi labantur, parcens. Ac mirum profecto est, ut tantulus homo, & grauius morbis crebro ad mortem quoque confectus, heruosus inphthysim, ineunte ætate inclinans, potuerit, non dicam tot conscribere, sed tot omnino perlegere, præsertim cum præfecturis plerumque fungeretur, quæ solum hominem, & curarum vacuum videntur exigere. Nam ut primùm vini virtus illuxit, non permixtus est intra cellulam latitare, sed modo hæc est illi, modò illa administratio domorum credita.

III.

Itaque non in gurgulio aliquo, sed in theatris, ut ita dicam, Italiæ regendis cænobiiis est præfectus. Romæ enim, Neapoli, Florentia, Senis, Caietæ, Cortonæ, Fesulis Priorem egit. Mox etiam Romanæ Prouinciæ, ac Neapolitanæ Vicarium Generalem, quod illi per munus demandatum fuerat, ut collapsus à regulari obseruatione domos, in pristinum vitæ candorem reuocaret, quod multis ille laboribus anixus est, pedibus ut plurimum se portans suis, dum Prouinciã obiret, aut a seculo insidens, ætate iam, & mala valitudine confectus aut certè si quando longiora, ac salebrosa itinera, vel hyemis asperitas a seculi usum adimeret, valentiore iumento, sed tamen quod religiosum virum deceret, vehebatur. Institutorem sui Ordinis erat seruantissimus, ut ad lineam, ad apicem, minima quæque tum in se, tum in iis, quos regendos, susceperat, obiri velleret. Carnium edulio semper abstiniuit, nisi ob aduersas valitudines, quas multas, & grauiissimas passus est, interdum à medicis cogere. Cilicio semper est usus, sed & zona interdum ferrea, ad viam cutem incinctus humi accubans, aut tabulato illis dormiuit. Si quando nulliusculè recubasset, eas delicias, sacculus paleis infertus exhibuerat, sed & frequenter in torto funiculo verberauit. Ut Sacerdotio initiatus est, quotidie & ipse sacrificabat, & sacrificio etiam alteri deuotus adibat. Eò se humiliatis abiecit, ut præfectus etiam cænobiiis, & Prouinciis, culinam adiret, cæcâbos, ollas, aliena mundaret, veniculo accepto domum purgaret, famulis etiam seruiret. Quod ipsum dum Pontificem ageret, constat etiam fecisse. Iam verò, quo charitatis ardore flagrabat: quo incendio fraternæ salutis astuabat? Quanto vsui monita illius non solum suis fratribus, sed passim omnibus extiterit? Et consulendo enim, tum pernitentes, auditis eorum Confessionibus, expiando, sed & Conciones ad populum habendo, in vinea DOMINI cultor indefessus supra fidem defudauit.

V.

Misericordia verò tanta agebatur, ut trinitium illi virtutum extiterit, quod quo pacto gestum sit, breuissimè narro, ut iam ad eius Pontificatum transeamus. Distat cænobium Fesulanum, quo ad diruta vrbis radices, loco tamen edito situm sit, quingentos supra mille amplius à Florentinâ vrbe passus. Hinc dum in ciuitatem descenderet, aut ex Florentiâ illuc exiret. ( non enim perspi-

Rusticitus varijs cænobijs, & Prouincijs.

Statutorum Ordinis obseruator

Eius humilitas.

Misericordia.

cuè con-

cuè constat ) eo itinere, quod ad ripam est Murionis fluminis, in torrentis versus morem præterlabentis, puellam immanè lachrymantem, & querulas voces edentem conspiciat. Cognitâ ciuitatis causâ, quòd scilicet à matre missa lorum lintea, capisterium, quo capiti cum linteis iam lotis impositum ceciderat, diffregisset, ac propterea maternam iram ( biliosa enim erat, & diffidilis, & quæ ob leuiore culpas de se supplicia sumpisset ) maximè timeret: affari blandè illum Antoninus cœpit, & ut domum ad matrem reuertetur, suadere. Quod cum illa in proposito pertinax non admitteret, sed potius fugam meditari se diceret, misericordiâ motus, nè quid labis miscella contraheret, ac periret, acceptas capisterij partes, cum IESV nomen inuocasset, facto signo Crucis ita coagmentauit, ut discissum fuisse nunquam credidisset. Hæc illi antè initium Pontificatum prima virtutum tyrocinia fuit, magno illi Monachorum Patri BENEDICTO nequaquam dissimilia: quibus etiam in hoc conuenit, ut quamuis uterque inuenerit, nè cui proderentur, consultius tamen, ita DEO providente, fuit, ut passim res gesta vulgaretur: ut quando vnus ad formandos Monachos, alter ad regendos populos destinatus erat, auctoritate quadam supra hominem maiore in publicum prodiret.

VI.

Intercæ Bartholomæo Zabarella, humanis rebus exemplo, complures tum Florentini, tum exteri, qui Romæ versabantur, ut quicque pecunijs, fauore, gratiâ pollebat, in Florentinam Ecclesiam inhiabant: ut longè maior esset candidatorum numerus, quam esse debuisset. Itaque certatim Eugenij Quartii aures tundeant, rari se posse pollicitis, ac precibus ( vt est nostrorum temporum calamitas ) in suas partes eius animum inclinare. Poscebant Florentini vnum aliquem ex suis præfici, qui literaturâ, & moribus insignis esset: Pontifex, nè iusta petentibus videretur reluctari, extero eam sedem credere non audebat. Cum autem è ciuibus ea Prouinciâ demandari tunc posset, non videbat.

Quamquam enim secunda ingenijs & culta moribus Florentina ciuitas: ut quæuis alia Italarum, sic: qui tamèn eo cumulo eruditionis, & probitatis splendesceret, ut instabant, EUGENIVM latebat. Itâ factum est, ut nouem toros mentes animi penderet: cum tandem probaris viris ANTONINI peritiam, integritatem, vsumque rerum ad memoriam reuocantibus ( nouerat enim probè illum Pontifex ) Archiepiscopum Florentinum, Senatu Cardinalium mirante quidem, sed tamèn maximè probante, declarauit. Iser tùm fortè ANTONINVS arripuerat, ut de more cænobii visitatus, Neapolim se conferret, cum in ipso itinere de Pontificatu intellexit: quod grauitèr accipiens, fugam statim cepit animo volutare. Vir enim, qui totâ SPIRITVM SANCTVM mente conceperat, adduci non poterat, ut se huius mundi curis implicaret.

Preficitur Ecclesie Florentina.

illum ad id fastigij nunciaret, ac moliretur, quæ poterat arte, in patriam reuocare: ille contra reniti, ac nunquam se id oneris subiturum affirmare: quin vti domum rediret, & terrere minus & precibus adhortari. Quod cum ille ( ut sunt hominum ingenia, qui in alienâ plerumque laude gloriantur ) non admitteret, expugnatus tandem, quòd hærentem nepotem, & obfirmato animo perspiceret. Senas deduci se passus est, alias contra delati honoris molem machinas paraturus. Itaque tantâ animi constantiâ, ac ferè pertinaciâ seipsum aduersus oblatam dignitatem comparauit, ut obstrucis ad blandientum, suorumque Voces auribus quauis firmissimâ turri ( nisi diuina quadam vis intercederet, cui demùm parere cogimur ) constantior extitisset. Non esse eum se dicebat, qui tanto possit oneri succedere, non posse partes Pontificis adimplere, validioribus humeris esse sarcinam imponendam, se perexiguis viribus, & imbecillioribus, quam ut posset tantæ molis sufficere, doctoribus, sanctioribus id muneris tribuendum. Cum ecce Apostolica litera, dum adhuc Senis esset, perferuntur: quibus de Pontificis voluntate in accipienda dignitate monebatur, & quòd ad Fesulanum statim cænobium se reciperet. Quo cum tandem peruenisset, quasi nunquam repugnasset, renasci ad bellum, ac propemodum reuicere vidisset. Ciuium, qui ad eum frequentes nouam dignitatem gratulatum venerant, alios rogare, prænsare alios, monere, hortari, ut se ea molestia liberum esse paterentur: denique nihil non dicere, facere, quo eiusmodi, se iugum à ceruice excutere permitterent: tùm scribere ad Eugenium literas acres, & vehementes, vtque à primoiibus, atque inprimis à Cosmo Medice, vt scriberetur, sedulo curare: se multis rationibus impediri, quo minus in Summi Antistitis sententiam inclinaret, difficilem esse curam animarum, arduam, liberam ciuitatem, ac laxam, ad formam bene viuendi redigere: deinde assuetum placido viuendi generi, non posse ad fori strepitum, atque ad turbulentas actiones, præsertim annis vergentibus, proslire. Sed frustra sic omne, quod aduerso diuino numine molimur, & irritos demùm necesse est habeat conatus. Romanus Pontifex, conscius virum se optimum delegisse, pertinacissimè in sententia persistit. Cumque illum non secti suorum literis, quas complures dederat, perspexisset iam incalescens, & commoto proptor, iubet quosdam & præsulum Ordine, & inprimis grauius virum, Dominicum Cardinalem Firmianum, ad Antoninum scribere, vt se tandem, quò diuina vis vellet, trahi sineret: itâ enim semel placuisse, nullâque ratione futurum, ut quod Pontifex statuisset, & Senatus approbasset, humanis viribus conuelli posset. Quò plus reniteretur, eò se magis sciret præceptis Apostolicis, atque anathematis alligandum. Adhæc misit diplomata Pontificia, ut mos est ad incundos præfulatus, gratuita, & omni ferè pecuniaria mercede libera.

VII.

Tùm verò Antoninus, nullum esse reliquum per fugium ad euadendum videns, præreptumque fugæ, ac precibus locum, intelligensque non posse iam sine piaculo reluctari: quandoquidem id demum placere DEO existimandum esset, quòd Summo Pontifici, quod omni sexui, atque omni Ordini probaretur: veritus præterea, nè SALVATOREM CHRISTVM parum diligere videretur, cui ut oues suas pasceret iubenti, non pareret: ran-

Detrectat oblatum muneris Archiepiscopales.

Bb 4 dem

Egre tãdem acquiescit.

dẽm licet inuitus, & sermẽ eiulans, manus dedit. Ac nẽ tunc quidẽm pede libero cucurrit. Nam antequã omninõ in Pontificatum consentiret, quosdam verendos Sacerdotes, & Abates, tũm ferẽ omnes totius ciuitatis Ecclesiasticos, ac religiosos præsides, nonnullos etiam ciuium, qui autoritate, prudentiã, & consilio pollerent, ad se scõsulas vocauit, quos cũm propositum, & obfirmatum animum Pontificis docuisset, ac singulos, vt sententiam dicerent, rogasset, viderentque pũm saluo capite repugnare possẽt, an præsulatum inire: ad vnũ omnes, non posse absque piaculo respuere demandatam sibi Prouinciã, acclamant. Quod vbi ex eis accepit, expenso iam hominum iudicio, vt exactius quoque DEI voluntatem cognosceret, voluit vt vnã secũm, quo loco confederant, procumbentes humi, DOMINVM precarentur: probẽ noscens, vbi duo, vel tres fuerint DEI nomine congregati, ipsũ in medio, pro Euangelico elogio constitutum. Exactis precibus cũm assurgerent, DEVM, cœlites, hominesque testatus, inuitum se, ac nihil eiusmodi cupientem, quin toto pectore, ac viribus reluctantem, violentẽ (ob inconcussam Pontificis voluntatem, & nẽ diutius, quã par esset, diuinis nitibus resistere videretur) ad præsulatus molam, velũt in pristinum trahi: in faciem procidens, ac toto corpore prostratus, passis manibus, & collachymans, pastorem demũm sarcinã in humeros reclinauit. Vidisset hĩc adstantium lachrymis ora conspersã. Illustre enim, ac rarum nostrã tempestate facinus, suaves quasdam, & dulces lachrymas cunctis expresserat, animo reputantibus illa olim tempora, quibus GREGORIUS, MARTINVS, AMBROSIVS, ac NICOLAUS eãdem pugnas profugiendis, tantoperẽ nũc concupitis cathedris, commouerant: reuixissetque in Antonino tam celebris Sanctorum pectora demirantibus: quos profecto hic noster Præsul, vt dignitate declinandã, itã nẽ, quod charitatis CHRISTI dissidium pareret, in adẽndã fuerat emulatus. Gesta hæc esse constat ad Calend. Martias.

VIII.

Interiectis mõx diebus aliquot, dũm ea quæ ad ineundum præsulatum comparantur post natalitium Diui Gregorij solennem diem, qui ad secundam Quadragesimã Dominicã eo anno cecidit, hoc modo, vt ab ijs est proditum, qui literis mandarunt, Pontificatum adiit. Profectus Fæsulis, ad Diui Galli adẽm, quæ porta ciuitatis accubat, benẽ manẽ venit: vbi cũm diluculo sacrificasset, prodeunte obuiã Clero in solennis pompæ morem, effusoque populo, cymbals per turres resonantibus, non equo inuectus (quod alij solent) sed pedes, & humilis, Florentiam ingressus, ad diui Petri, cognomento Maioris, Ecclesiam processit: vbi peractis, quæ Episcopali ritu peragenda erant, inde ad primarium ciuitatis phanum, augustã facie conspicuum, & admirando fornice celebratum, non modò pedibus, sed nudis pedibus collachymans identidem profectus est. Quæ res ipsis etiam propemodũ duris cantibus, necdum hominibus, lachrymas excussisset. Id autẽm propterea ab Antonino factum coniectare licet, quod eã viã, quæ ab Albitijs illic habitantibus, Albicia nuncupatur, quã tunc iter faciebat. Diuum Zenobium Florentinum præsulem, filium mulieris Gallicæ ab inferis olim reuocasse, se-

Præsulatus mulis pedibus incedens intr.

cũm animo reputaret. Ad transeuntẽ magna vis populigræssa domibus, currebat, vt noui Antistitis, cuius iam sanctitatis (quanquã antea perspecta) maior tunc fama volitauerat, benedictione muniretur: ad quam posito genu, ac iunctis manibus ardentius, quã si Romanus Pontifex illac preteriret, inhiabat. Perfolutus in maximo templo, quæ ritus exigere videbatur, ad vesperam demũm à prælatis aliquot, & ciuibus, præsertim qui præsulatus custodes appellantur, adhuc ieiunus, & lassus ad Episcopium, distans aliquantulum, deductus est: vbi tandem peractã cœnã pro deductum dignitate, conqueiuit.

IX.

Ad Pontificatum euectus, qualem se præstiterit, quantumque sui temporis Prælatus vigilantie, prudentie, mansuetudinis, iustitie, ac ceterarum sole virtutum obscurauerit, non est nostrã facultatis exponere. Itã enim totos tredecim in Episcopatu exegit annos, vt in ceteris quoque Magnũ Gregorium, qui tantundẽ Romanã Ecclesiam præledit, sit visus imitari. Primum omnium in familia, modestiam præ se tulit. Plures enim quam sex, eosque fugi, ac temperatos domi non habuit, qui vix obeundis negotijs præposita possent sufficere, omni luxu tam in victu suo, suorumque, quã in amictu refecato. Suppellex, aut instrumentum aliquod, quid esset, nesciuit. Lautitias, & munditias ignorauit: aurea, & argentea vasa, patinas, calices, & pretiosum abacum non possedit. Canes, & equos non pavit. Monstrum, denique aliquod domi non aluit: vnũ tantum malum, eumque paruulum, ac nẽ coemptum, putes, dono acceptum, ad extremas necessitates ad præsepe habuit: quo non intrã ciuitatem, sed cũm aliquo proficiscendum esset, iam senex, & occulta ægritudine confectus, vehebatur. Dicebant enim, bona pauperum non esse ad alendas bestias, aut alios luxus eroganda. Familiã tamen, quia crebrò ad DEI cultum, & obseruantiam hortabatur, alij, etsi non splendide, non parẽ tamen imperabat. Ipse parabili, facillique cibo vescabatur, ganeas, & cetera gulæ irritamenta non amans: tũm nulla ad mensẽ voluptate raptus, sed vt vestigali hoc persoluto, durum exactorem, & inexorabilem placarit. In prandio breuis, & parcus: in cœnã tenuissimus, & rarus. Semper quid inferendum esset in mensam, ignorauit: contentus ijs, quæ apparassent, quasi nil minus, quã esculenta cogitaret. Cũm discumberet, lectorem adhibuit: in quem cum hæsitare crederes, itã vtramque aurem surrigebar, vt minimum labentem, emendationis statim baculo castigaret. Quibus diebus ieiunia obseruantur semper, nisi grauissimus morbus intercederet, abstinuit. Aduentum quoque Saluatoris religioso cultu ieiuniorum tenuit, ouis tamen interdũ tunc tantum adhibitis, cũm iam ætate ingrauescente premeretur. Sed & sextã feriã (ita enim diem Veneridicam nuncupant) non ipse modò, sed familia quoque in necis CHRISTI memoriã abstinerebat. Splendidiorem nullum in vestitu cultum, quod soleret, factus iam Pontifex, non solum non admisit, sed laneas interulas, & caligas vix post multos menses, vt iam sordidas, & squalore obstitas exueret, compelli potuit. Vitæ regularis instituta, quatenus præsulatus cura permitteret, non reiecit. Cum primum Pontificatum iniret, duos ad dicendum ius Vicarios statuit, quos cum aliquando inter se dissidere comperisset, satius duxit, vni eãm prouinciã demandare, qui & probatis esset moribus, & iuris Pontificij

In Pontificatu SS. Pontificis amulatur.

Vitæ eius tenor.

conful-

consultissimus. Gratuito famulari nullum domi esse voluit: pro laboris modo, singulis mercedem statuit. Nam & Vicario nummos centum aureos in annum stipendium: æconomõ trigintã assignauit: in quem prouentum colligendorum curam, & rei familiaris strepitum, ipse vacaturus altioribus, reiecerat. Quod conuenerat, itã ad obolum præsentari statim voluit, vt nullas vllorum querimonias auditas constet, quod imminutus, aut præfixo iam tempore ferius satis vnicuique fecisset. Sed longum est ire per singula, illud dixisse satis esto, domum Antonini, domum fuisse totius sanctitatis, inter quam, & regulare Monasterium, nihil propemodum interesset, nisi quod illi tanto capitis iubare splendidius radiabat. Et cũm talem domi, & ergã familiã se gereret, DEO semper hæsit, & nunquã non pastoralis muneris partes adimpleuit.

X.

Putant complures, cum ad gradum aliquem dignitatis ascenderint, posse iam ventri, ac pluri partem sui aliquam dedicare, atque in opulento Sacerdotio securos, velut in molli lectulo, somnos stertere, qui quantoperẽ à recto itinere labantur, vel nostri Pontificis exemplo poterunt admoneri. Is enim se ad oria intelligens non vocatum, noctu seniper, atque etiam antequam cymbala Principis templi reliquos excitasset, ad matutinas laudes vigilauit, quas cũ vnã cum suis Sacerdotibus, collectissimus in DEVM persoluisset, reliquum, quod supererat, temporis ad horam diei tertiam, aut lectioẽ Sacræ, aut cudendis libris impendebat. Horã tertã sacrificabat, quod nunquam, nisi coactissimus, intermisit. Peracto sacrificio, quod totum diei erat reliquum, in obeundo pastorali munere atque audiendis ijs, qui multi alij etiam aliam ob causã accessissent, absumebat, idque ferẽ ad crepusculum, tantum; quod denegari corporis non dico commodo, sed necessitati non poterat, spatium demebatur. Nemo erat tam vulgaris, cui ad eum non pateret aditus, si minus re poterat, vel ipsã in audiendo patientiã, vel in respondendo comitate, omnibus faciebat satis. Ingenio namque fuit humanissimo, vt nullum vnquam, ne domesticos quidem, qui ob oculos quotidie versantur, quamuis ob culpã acerbiore verbo proficeret, sicut nẽ paululum quid commoiteri, ne dicam excaudescere, etiam si maximẽ id vellent, posse videretur. Constat, cũm adhuc inter Prædicatores viueret, eum cuiquam ex fratribus, quo utebatur familiariter, dixisse, Si quando in aliquem ob culpã, vti sit, aliquam commotionem acris inuectus esset, non aliqua commotione animi, sed ex vi, quam sibi intulerat, effecisse.

Vigilantia & studia.

Ab ira ac lenissimus.

Deinde, si quibus cum ieiunijs affecisset, si quas contumelias, aut conuitia irrogasset, addam, & si quid ex te iactura reportasset. Facilius vidisses gelidum marmor, quam patrem mitissimum, incallescere. Omnes omnium causã, non Sacerdotum tantum, sed prophãnorum quoque ad eum vertebantur: quas vnamini consensu ad eum ex agro, & ciuitate, quasi ad æquilibrium, & iustissimum cognitorem, afferbant. Edes assiduo religiosorum vlu terrebantur: qui frequentissimi, aut elemosinas accepturi (cuncta enim in pauperes, pater pauperum erogabat) vel de rebus dubijs consulturi, quasi ad cœleste oraculum confuebant. Vn-

cũque enim erat peritissimus, atque omnia Sacrarum litterarum copiã instructissimus. Tanta vero prudentia, & mentis acumine, atque adẽd consilio pollebat, vt passim ciues, exteri, priuati, Principes, de rebus grauissimis consulentes, eius sententiam, vt qua nihil esset actius, ac rursus, maximẽ probarent, itã vt nouum cognomen indiderint: nam quod consultor esset optimus, etiam ante Pontificatum ANTONINI CONSULTORUM vocabatur.

XI.

Siccubi verò ab illis negotiorum fluctibus esset ferianus, mirum quanto ardore litterarum studia Sacrarum, atque ad orationis ancoram recurreret. Mitto nũc, quod præter horarum munus, quo septies DEVS quotidie laudatur, eos etiam Psalmos, qui penitentiaẽ dedicantur, tum Litanias, ac Deiparã Virginis horas, cum etiam liceret, nullo vnquam die destitit, quin sedulo recitaret. Mitto nunc, quod recurrentibus hebdomadis, bis semper Defunctorum animas, visitato illo Psalmore, quo passim vtmur, officio exiabat: quod integrum Psalterium, si qua solennis celebritas incurrisset, ad calcem vsque, ac memoriter (quod mirẽre etiam magis) repetebat. Hæc enim quamquam maxima in illo nobis, & ardua videri possent, illi tamen exilia, & ferẽ, vt itã dicam, minima fuere. Illum mentis ascensum, qui nullo laborum motu, nulla genium flexura eger, quis (quæso) satis explicabit? Nulla fuit vnquam tanta negotiorum moles, & incurrentium causarum implicatio, vt vel tantillum, hominem DEO plenum retinere possent, quin in sublime totus speculatum cœlestia raperetur, atque itã etiam raperetur, vt corporis moles, non modò mentem sublatã non turbaret, sed simul rapta (quod mirum sit) in aere pendula maneret. Quod quidem contigisse constat, dũ noctu ad imaginẽ Crucifixi intrã cubiculum abditus oraret. Quin idipsum cubiculum splendore quodam solari, dũ oraret, quidam ex ministris intempesta adhuc, & arã nocte non sine lachrymis referrebat illustrari. Ad hæc nocte quadã, ad quandã vocem, vt videbatur, quod putasset se à Præsule vocatum, lecto repente profuisse: cum accurrisset, sublatum eum longe à terra, ac multo illustratum lumine vidisse: expectasseque dũ orare, (orare namque existimauit, qui sensibus excesserat) desisset. Quarenti mox, quid vellent, & cur se aduocasset, respondit: non modo non vocasse: sed quod venerat, moleste nimium tulisse: in posterum cubiculum irrumperẽ, eum se ad orationis secreta conferret, aut quippiã eorum, quæ vidisset prodere non audere.

Quod ipsum tamen post, cum humanis rebus excesserat, inuulgauit. Tũm illud etiam adiecit, inspectum fuisse interdum sublimem ad Crucifixi simulchrum raptum: quod dalcitæ alloquens, amplexibus stringeret, & oscula lateri defosso figeret. Hinc illa inter tot rerum fluctus animi tranquillitas: qua vsque adeo præstabat, vt nulla vnquam tanta posset perturbatione, ac mundi tricis irretiri, vt quoties vellent, ad diuinarum rerum theorematã statim non rediret, & interna quadã mentis dulcedine frueretur. Stomachanti semel Franciscõ Castilione, qui nostri Præsulis fuit à Secretis, ad tot rerum molestias, quas cura secuna pastoralis trahit, & quibus ipse Antoninus in primis premebatur, vt nunquam in otio, semper in negotio sit viuendum: nunquam sui, semper aliorum futuri sint, qui ad Episcopales Cathedras euecti fuerint;

Orationi dedicissimus.

Orans in aera sublatus exterritur.

Figur.



Fieri, inquit, filium non potest, ut inter tot huius seculi sollicitudines pacato animo consistamus, nisi reconditum quendam, & occultum mentis angulum intactum habeamus, ad quem negotiorum strepitus, & curam anxietas non irreat: ut ubi ab aditandis causis destiterimus, eodam tamquam ad asylum cursumus, & ab hoc exteriore homine ad eum, quem Paulus interiore appellat, recurramus.

XII.

Antoninus verò cum tantâ cordis serenitate frueretur, non commisit tamen, ut pastoralis muneris partes vel exiguas minus adimpleret: tametsi conuelli ab altissima rerum speculatione, atque ad mundi huius molestias reuocari, longè esse durissimum intelligeret. Nulla non templorum, ac sacrarum Virginum Collegia visitauit, nulla sacrificii solennia, nullas altarum, aut Calicum consecrationes prætermisit. Cum usus posceret, Sacros omnes amictus, ac vestes benedixit. Quæ munia dum obiret, nullam non diligentiam semper adhibuit. Quoties initiandi ad eum conuenissent, quoties Sacerdotia contulisset, aut collata ab aliis probaturus esset, nè obolum quidem: quid obolum? nè flosculos quidem, ut ita dicam, in domum intulit, aut quod caperentur à suorum quopiam, permisit. Quam quoque abstinentiam, ita in ceteris rebus præstitit, ut nullis posset machinis, ac pollicitis aduersus integritatem, ac iusticiam expugnari. Seueritati tamen summam humanitatem, & misericordiam copulauit: quâ in primis in erratis Sacerdotum utebatur. Itâ factum est, ut oleo clementiæ, ad rigoris vinum adiecto, neque ad delicta prorsus conueneret, neque etiam ad viuum vulnera resicaret. Quo temperamento peritus artifex usus, Clerum, quem in omne flagitiorum genus ferè prolapsus acceperat, resumpto quodam prohibitatis, ac modestiæ nitore, in meliorem formam restituit. Id quod complures quoque ciuium, ad fœnorum voraginem præcipites (Mercatura enim, quis ex Florentinis in literarum studia non incumbunt, in primis delectantur) ad salubriora, & probata commercia reuocauit. Et quando huc venimus, ut diligentiam illius, & inuictum in laboribus pectus ostendamus, non supprimam, cum primam in Pontificatum inisset, solitum Dominicis diebus nunc hoc, nunc illud ciuitatis templum adire, ac Sacras conciones ad populum habere. Quod ubi vilescere intellexit, quod egregii Concionatores erudiendæ ciuitati non deessent: id totum in alios reiecit, priuatis ipse hortamentis, & colloquiis usus.

XIII.

Non frigora, non ætus, non pluuie, non turbine, nulla denique pericula Præfulem morabantur, quominus omnia sedulo, & statim obiret: itâ ut robustissimos iuuenes in perferendis laboribus senex ipse, & tenui valetudine superaret. Rurales Ecclesias visitantem, cum sub ardentem crebrè Solem iter arriperet, constat in ascensu iuuenti semisepultos quosdam gemitus frequenter edidisse, quos tabefactus comprimere non poterit: cumque subsistere, & tantisper quiescere rogaretur: Sine modo, aiebat, iter, quod capimus, prosequamur. Triennio ferè: antequam mundo excederet, cum comperisset in maximo templo maritinas laudes implicari, quàm par esset, & confusius celebrari: statuit eò singulis noctibus, ad modestiam exemplo magis, quàm edicto docendam, se conferre. In proposito persistentem, nullis precibus, & hortatibus potuerunt duo ex domesticis Sacerdotibus auocare, quin nocte quadam, quæ ven-

Munera Pontificalia cum studio implet.

Clerum ac ciues ad meliorem reuocat.

Dioecesium ipse visitat.

toram turbine, ac pluuie solito asperius inhorruerat, ad Ecclesiam, quæ non parum ab Episcopo distat; fidei zelo, & charitatis igne feruidus properaret. Omnia sui Episcopatus templa, non per Vicarios, sed ipse visitauit. Præfulanam quoque ac Pistorientem Dioecesium adiecit, quibus, ut Metropolitanus præsidebat. Quas omnes obiret, signis numero non paucis, ac magnitudine præstantibus illustrauit.

XIV.

Ad Mugellanam vallem cum venisset (ea Bononiæ versus, ad radices Apennini iacet) cognito plebanum quendam, graui agritudine confictari, accessit; lectulo innixus, quoddam Euangelium legit, ac certas preces fudit, & sanauit. Traiicientem Seuam fluuium (is ex Apennino incurrentibus riuis iam factus auctior, Arnun influit) Boninsegna Madanellus, Canonicus Florentinus sequebatur: qui in flumine, cui insidebat, vitio in flumen lapsus (ea enim in altum se gurgitem coniecerat) cum Sancti Præfulis iam summergeendus præsidium implorasset, mox paternâ benedictione comunitus, mortis periculo est exemptus, aridis omnino ac nè minimum quid madefactis vestibus: quæ res signo maiestatem addidit. Nondum agro Mugellano excellerat, cum ecce querulis vocibus pauper occurrit: narrat aquarum pristinum, vitæ scilicet præsidium, a quo impetu fuisse dissipatum: non esse, quo pacto restituar, nisi vir Sanctus opem tulerit. Miseratus pauperem Antoninus, Confide, ait: paruo negotio pristinum concinabitur. Reuersus domum quasi nihil unquam detrimenti cepisset, reperit nullâ humanâ opereparatum.

XV.

Ad Cornicariam (id vici nomen est) cum plebanus torqueretur animo, quod pro voto ac dignitate tantum non posse Præfulem accipere, reticulum statim in proximum fontem iecit: ubi paucos, colque minimos pisciculos nouerat lustrare. Paulè post reuersus, cum vidisset magnâ vi piscium degrauari, gratias Deo egit, quod tantum hospitem iam posset commodius accipere. Pistoriensis Ciuitas fertilissimo & ameno agro gaudet, sed & lætissimis montibus, qui vrbis prominent, quasi Apennini brachiis, ad plagam Borealem cingitur. Huc Antoninus cum visitatum ascendisset, (Numerosis namque populis, & non contemnendis oppidis habitantur) in officinam ferrariam, vbi liquecens ferrum fundebatur, vnâ cum sociis rei nouitate ductus, penetravit. Quos cum quidam ex fisoribus tecto succedentes inspiceret, (& ambiguum calore ne fornacis igneus, an labore diutino affectus, aut certè suopte ingenio rabie succensus) cepit statim virulento ore in eis blasphemias iaculari. Vix ea immanium verborum procella in Antifistem cessauerat, cum repente ferrum, quod antea in aquâ morem fluere solebat, cepit congelascere, sic ut nullis ignibus, nullis follibus possent per insequenti noctis spatium ad fluxum reuocare, quoad usque præfectus fabricarum postridiè Sanctum Præfulem adiret, atque vti ad ferrariam rediens, benedictionis signum adhiberet, multis ex eo precibus impetraret. Id vbi factum est, illicò ferrum fundi, & liquecere, quasi concretam glaciem, vbi Sol incaluerit, vidisset.

XVI.

Sed antequam, relicto rure, in urbem redeamus, appingam hoc loco, quod de sua familia, tunc pro-

Miracula patræ admodum dioecesium visitat.

pemodum effata, FRANCISCVS Castilionus literis mandauit. Cum adhuc operam ruralibus Ecclesiis Antoninus daret, rogauit Franciscus, vir & moribus & literis, ut illa erant tempora, cultissimus: ut ad villam Castilionem, quæ genti nomen dederat, diuerteret. Annuit vir mitissimus, quid enim probo, & erudito viro, & quo familiariter utebatur, denegasset? Itaque Castilioni noctem vnam egit, vbi postridiè illuxit, ac iam se ad iter apparatusset; FRANCISCVS paucis aperuit enatescentis iam nobilis familiæ calamitatem, quæ vnun Danem (is germanus erat) reliquum haberet vxori sterili copulatam. Paternam itaque sufficiens proli benedictionem daret. Marietta (ita enim vxor vocabatur) ad pedes procumbenti, impresso in fronte crucis signo, benedixit: ex illo facunda reddita fœminam primo, mox septem mares, conspicua omnes forma peperit.

XVII.

Florentiæ Elizabeth, tertium Diui Domini Ordinem professa, quæ per sexennium morbo intercutis laborauerat, ad Antonini pedes prouoluta, eius benedictionem flagitauit, accepit, ac dubium, vtrâ prior in eam salus, an benedictio descenderit. Quæ namque tumido corpore procubuerat degrauiata, surrexit erecta cure leuissima. Ea postea sacrarum virginum Collegio in Diuæ Luciæ aede diu præstitit, cum nondum numerosus cætus velatarum virginum, ut nunc est, intra monasterium abderetur.

XVIII.

Vicus Florentiæ est, præterfluenti Arno promi-nens incertum, cur Nicorbolus appellatus. Hæc cum forte ANTONINVS præteriret quosdam videt linte conuchi, qui aquarum impetu ab ultimo periculo longius non abessent. Eiulantes, ac benedictionis præsidio muniri cupientes, iubet vt bono essent animo, & considerent. Ad salutare signum fluctus sterit: mox linter, sanis omnium capitibus, ad ripam placidè annauit.

XIX.

Benedictio Tempore Florentino filius erat adhuc è maternis vberibus pendens: quo morbo confictaretur, ne ipsi quidem medicis satis compertum: vt complures sentiebant, quem striges compressum fascinauerant. Nunc enim è lectulo, nunc & cunis rapus, interdum à nutricis complexibus auulsus, nudo in peuitento locabatur; quæ quis faceret, nullus vnquam potuit explorare. In hunc ad vique fere medullas arefactum, cum frustra medicorum tentata remedia vidisset, Antonini curatoris optimi orationum præsidia mater implorauit. Ea enim cum dæmonum, & magorum artes, ad quas & muliebri leuitate, & plusquam materno affectu ducta fuerat, inanes inuenisset, iam tandem respiciens, ad ANTONINVM, à quo solita erat, dum sua crimina fateretur; expiari, ruboreposito properauit. Ex eo cum acceptum linteolum, quo ad emungendas nares utebatur, oratione sulsa super cubantem filium iniecerat, statim restituta salute, omnes illæ dæmonum præstigiæ diffugerunt. Infantili signo puerile illud adiungatur. Aridum puerum maternis precibus, & genuina pietate victus, benedictione illa, qua plerumque potenter quasi præsentissimo remedio ad curas indigorum, utebatur, ita tenacibus morbi nexibus soluit, vt posset & libere ingredi, & sta-

Sterilem fœminam facundam reddidit.

Mortuum suscitauit.

Miseratione eius in egenos.

tim comprimam tantisper stylum à signorum numero, si vel vnum tantum enarrauero.

XX.

Non contemnenda nobilitate sunt in Florentiæ vrbe Filicarij. Ex ijs cuiusdam (nomen scriptores nequaquam prodidère) filiolus erat, vt vnigenitus vnice dilectus; is, dubium quo moxibi genere correptus, (nam ne hoc quidem constat) mitellus tandem expirauit, Pater quanquam paternis affectibus victus, dolori, & lachrymis indulgeret, non tamen vsque adeo insaniuit, vt se non mollem fœminam, sed debere constantem esse virum, intelligeret. Itaque in cubiculo cadauere relicto, armatus fide, ad ANTONINVM aduolat. Is tunc in Diui MARCI cœnobio nondum Pontifex habitabat. Vbi accessit, ac virum DEI vidit, conatus eloqui (quod solent maximo dolore perciti) miser hæsit. Immensa enim vi doloris tenebatur, quo minus suam patri calamitatem aperiret. Itaque totus in suspiria, totus in lachrymas utebatur. Iussus eloqui statim ad gemitus reeedebat. Rursum rogatus, quid venisset, lachrymas eiulatus augebat. Denique quo plus taceret, eò magis, quod intra pectus dolor serperet, torquebatur. Vix tandem ex lachrymis impetrauit, vt interitum filii, & vnigeniti filii pietissimo patri detegeret, quem vt sibi viuum restitueret, flagitabat. Quid hic quæso faceret ANTONINVS, qui rem tantam, & paucis DEO dilectis datam, supra naturæ leges, & fœdera peteretur? Num tantum sibi arrogaret, vt naturæ posset iura dissoluere? Contra, ferreus nè, ac tam leucus esset, vt ad paternas lachrymas, & eiulatus non mollesceret? tam impius, vt si dem petentis patris cluderet? Itaque miseratus hominem, obortis lachrymis orauit: mox blandè affatus patrem: Ne te, ait, plangere amplius conficias, ne te maceres. I doctum, in cubiculum, filium ad vitam iam reuocatum amplexare. Affuit dicto fides. Rediit, intus, viuentem est filium amplexatus.

XXI.

A teneris vnguiculis, immò à matris aluo cum ANTONINO creuit miseratio. Si quis enim voluerit vitæ illius cursum diligentius contemplari, per ætatis incrementa, maiores semper inspiciet ad misericordiam cumulos auxisse. Id quod etiam cumulatus in Pontificatus dignitate fecit. FLORENTINA ciuitas, tametsi multas Italiæ Vrbes, ingenijs, nobilitate, religioso cultu, opibus, pecuniis velaquer, vel superet: fieri tamen non potest, ut quanquam latè domineret, inter tot Italiæ Principes, & populos constituta, tunc Apennino propemodum conclusa, ob confertam populi multitudinem, agri angustia non premarur. Hinc fit, vt qui mercaturæ studio non iuuantur (quæ pars est populi multo maxime) aut nullis omnino, aut exiguis agrorum prouentibus fulti possint pro splendore natalium vitam agere: præsertim si quæ fuerint (quod solet) filij iam maturæ viro, maritis collocanda. Huic Vrbi incommodo ANTONINVS in primis esse putauit occurrendum. Itaque duodecim viros statuit, quos Diui MARTINI collegium nuncupauit. Si quod ex collatione ciuium non pauca & exilia in opus piissimum erogantium, acruissent, totum in pauperes, vt quisque plus minus rerum in opâ premeretur, sine dolo, sine fraude, nullâ carnis, & sanguinis, sed necessitatis habitâ ratione diuidebant, in eos

præfer-

præsertim qui nobili prognata sanguine, emendicare stipem per urbem erubescerent. Hoc institutum, mirum quantum labentibus annis coaluit, ut eo sexcentis etiam familiis in totum, vel ex parte succurratur: in quod & bonam prouentus sui partem ipsi contulit, & magistratum, tam alios quam ciues, quam exteros, uti conferrent, suis hortatibus excitauit. Ipse præterea si quando aliquid Christi nomine adiecto peteretur, nunquam denegabat. Si domi non haberet, à proximis mutuo capiebat: qui si recusassent, vestes, caligas, calceos, domesticam supplectilem, ocularia demum sua specilla tribuebat.

XXII.

Orator ad Pontificem missus cappam pauperi tribuit.

Orator gratulatum Pontifici Romano à Florentino populo missus, cum propinquus iam esset urbi, Martinum superauit, neque enim dimidiã clamydem, sed totam ependitem (ea nostris cappam dicitur) petenti pauperi, CHRISTI nomine adactus, dedit. Mox priusquam ad urbis portas aduenisset, incertum quo modo, sed tamen constat aliam, nulla humana arte conquistam, præfuli fuisse datam. Si quando in ciuitatem pestilentia grassaretur, non relicta urbe ad salubriora loca confugiebat: sed vere bonus pastor animam pro suis ouibus positurus, affectos morbo; non per alios, sed ipse intrepidus, instrato asino, & onusto munusculis, adibat: ne qua ex ouibus sibi creditis, desitura corporis adminiculis, aut certe sacris minus armata moreretur. Cum annonæ caritas defuisset, tunc omnes liberalitatis sinus explicabat. Sub tonsore olim erat, (is PETRVS vocabatur) eum statim egentissimus cuius pro foribus ad stare, & vel vnum panem petere nunciatur, refert tum vnus ex ministris, tres tantum esse domi, neque tunc esse commodum, ut alios pararet. ANTONINVS uti petenti satisficeret, imperauit mox duobus quoque, qui mendicatum venerant, subinde alios, qui reliqui erant, dari: sic ut profectus panariæ cellæ, mirum in modum bile actus, seu tunc non posset, aut verius iratus nollet panem in prandium parare.

plura alia in vñs pauperum erogar.

Tonsus, cum recedere vellet, Petrum ad prandium inuitauit. Is, *Equid me ait, detinus qui pane cares?* Admonitus tunc est à præfule, ne diffideret: futurum ut qui dat escam iumentis, homines quoque pasceret. Mox cum mensam apponi iuberet, contra in futurum frustra deficiente pane, minister affirmare Antoninus vero uti faceret, quod iubebatur, indomitus instaret, panariam arcam, accepta tandem claue audiens, mirum dictu, candido refertam pane reperit, quem Angelus ministerio misericors, & miserator Dominus, qui dat escam timentibus se collocarat. Præter quotidianas elemosynas, nummos aureos centum in paschalibus celebritatibus in subsidia pauperum & pietatis vsus erogabat, vsque adeo cauens, ne quid intra arculas reconditum, ad futuri temporis vsu custodiret, ut vita sancto nihil omnino, præter tenuem reculam, sine qua omnino nullus vivere potest, superesset, quin funeri sumptus etiam deesset. Edificandi curam omnem successuris Præfulibus (ita enim dicebat) dereliquit. Concussam tamen & hiantem domum, quod terra supra famam mouerat refarciuit, & noua quædam habitacula, sic poscente vsu, condidit.

XXIII.

Ac ne prodegerit fortunas Antoninum, sed pauperes recreasse cognoscamus, breuibus rem gestam enarrabo. Ambrosiana forte via, solenni die demore iter faciens in pauperis recti culmine adesse An-

gelos contemplatur. Nec admiratione percussus, cum domum introisset, viduam, ac tres vna filias reperit, nudis omnes pedibus, & laceras: quæ ut paupertatis extremam iniuriam propulsarent, lanificio, seu textina, (non enim habeo exploratum) certe operi, nescio cui honestæ virgines incumbebant. Antoninus, qui totus misericordia redundabat, ne celebri die operam lanificio cogerentur dare, simul ex proxime commorantibus edoctus, esse probis moribus, & ingenuis, statim iubet, quantum sat esset, non modo ad inopiam fugendam, sed ad commodos quoque vsus erogari. Labente tempore cum illac rursus iter faceret, iam non Angelos, sed demonem videt fastigio domus insidere: ac tum subesse mali aliquid suspicatus, quærit, quid id esset, nam prolapsæ in scelus aliquod, florem virgineum delibassent, aut dedecorofum quippiam admisissent. Cognito, quod refertæ elemosynis, iam cum inopia non pugnarent, quod lanificio non intenderent, quod multum à religioso illo viuendi more concidissent, quod delicias demum in vestibus, tum reliquos ornatus corporis adamarent: ingratitude maxime coarguit, quod in muliebres luxus, quæ ad fugendam inopiam dederat, conuertissent. Tum quod Angelos primum, mox demonem vidisset, explicuit: malam esse rerum conuersionem factam: nempe, quod simplici cultu, amico Angelis, antea vixissent: nunc insolentiores factæ, ad luxus, & illecebras Dæmoni aures præberent: redirent itaque ad se antiqua viuendi instituta resumarent, & nullum ocio, nullum dæmoni locum darent. Ex illo peritus artifex, tamen numquam non inopiam subleuauit, non commisit tamen, ut alerentur pinguius, & vestirentur cultius, quam par esset.

XXIV.

Florentino cui pauperi complures erant filiarum iam nobiles, & natu grandes. Is Antonini monitis, Annunciatæ templum in urbe atque adeo in tota Italia celebratum petitoris opem filiabus à DEIPARA VIRGINE, ante lucem plerumque properabat. Dum quodritianus in officio duraret, duos forte captos luminibus (in vestibulo enim templi, ac præ foribus de more, aduentus templi perituri stipem, accubant) de quæstu plusquam maximo colloquentes (dum se latere putant) audit, vter maiora lucra reportasset. Cum vero alter in capito assutos sibi esse duccetos nummos aureos, alter in gastero trecentos affirmaret: bonus ille vir, vtroque arrepto, ad Antoninum statim conuolauit. Is ilico aduocatos cæcos ut mendaces, ac fures increpauit, quod inopes se esse simulantes, eas pecunias egentioribus abstulissent: non posse tunc eam summam retinere. Ita factum est, ut tota consentientibus cæcis, ad præfulis arbitrium causa verteretur: qui viginti, & quinque vni, triginta alteri nummos aureos: quod erat reliquum, pauperi cuiusdam filiarum dotes fidelis dispensator assignauit.

XXV.

Pene fugerat, quod eius etiam nuda verba, diuina quadam liberalitate redundabant, Fiscellam pomis refertam, Sancto ANTISTITI vir forte pauper donauit, sperans pophoretum, ac pingue aliud se munus relaturum, ANTONINVS hilari vultu, & verbis dulcibus agens, cum poma & donantis animum laudasset: *Retribuat*, inquit, *tibi Deus*: ille autem tam angustus animo, quam fortunus

tenuis

Verba Antonini in trutinam præponderant.

tenuis, amississe se, & oleum, & operam putans, mærens, & quarulus abiit, quod nihil plus, quam verba reportasset. Id ubi Præfuli renunciarunt, reuocari ad se hominem, tum atramentum, papyrum, calamum, & præter hæc, trutinam afferri iussit.

Mirantibus cunctis, quid ageret: tria illa verba papyro perexigua inscripsit: tum in alterâ lancium papyrum, in altera poma omnia composuit: ac sublatâ trutinâ, statim papyrus, tamquam si ferri massam adiecisset, descendens, pomis in sublime volitantibus, præponderauit. Percussus rei admiratione hominem blandè ANTONINVS consolatur: *Ne me*, inquit, *ingratitude arguas*. *Disce vel sero, diuina tuis mœnera prægrauare*.

XXVI.

Neque verò inter tot miserantis dulcedines, defuit animi magnitudo, ut eam res posceret, & ire obuiam magistratibus, & intrepidus, iniqua consilia, & conatus euertere non auderet. Nulla enim tantâ vi perterretur, quam zelo iustitiæ non contemneret. Inprimis verò Ecclesiasticam libertatem ad vsque dignitatis, & vitæ pericula tutatus est. Octouiri (is magistratus Florentiæ, quanquam non supremus, vitæ, & necis imperium habet) duos forte Sacerdotes in crimine deprehensos, ac noctu à Satellitibus captos, cum diluxisset, ad Episcopum, clangentibus tubis, deduci ad Præfulem imperarunt: satis esse poenarum sumptum rati, quod eos publica ignominia affectissent: si quid acrius essent commercii, esse ab Antistite castigandos. Antoninus mirum, quam moleste tulit.

Pro libertate Ecclesiastica zelofus, ac intrepidus.

Dimissis vero Sacerdotibus, quos tunc puniri non esse commodum putauit, statim ad publicas supremi magistratus aedes proficiscitur. (est namque, ubi Octouiri quoque sua iudicia exercent). Cum ubi assederant, igne quodam iustitiæ percitus, ad eos irrupisset, temeritatis grauissimæ coarguit, tum esse illos anathemate illaqueatos, seque nexibus, quibus se irretissent, non expediturum. Irent ROMAM, SYMMVM PONTIFICEM adirent: ad eum esse rem totam deuolutam. Discedent in posterum, aut nullo pacto, aut certe consideratus, alienas causas tractare. Erant Octouiri, quanquam lapsi fuerant, non tamèn ingenio perditio, & complorato. Vbi Antistitis constantiam cognouerunt, conscientia ducti, supplices litteras, quibus expediti se petebant, ad Pontificem dedere. Qui cum se totum relaturus ex Curia putarent, eccc Pontificis litteris iubentur, uti Antoninû conueniret, ac vltro supplices fassi culpam, pro Canonum institutis, anathemate soluerentur. Antistes, quoniam publicè peccauerant, zonâ collo indita, ad fores templi iussit procedere: atque ibi spectante populo, conuerberatos terga, vinculo excommunicationis liberavit. Eares, vix dici potest, quantum omni sexui, omni ordini terrorem præ sui magnitudine incusserit.

XXVII.

Sed neque supremum illum Magistratum, à quo nulla est prouocatio, quanquam pusillus, timuit. FRANCISCVS PATAVINVS, quæstor Pontificis, Florentiam ab Eugenio missus ad componendas res, quod ciues quidam Romæ in custodia tenebantur, magistratus imperio veluti obsec capitur. Aberat tum forte ANTONINVS: qui ubi captum esse Legatum Pontificum rescituit, properè Florentiam reuersus, Magistratum verbis acerbis territauit: nisi cæpto ab-

Idem ut supra.

starent, excommunicationis se illos gladio percussurum. Alias etiam, cum contra ius aliquod tentasset, anathematis erat vinculis irretitus. Quod cum contemnerent, vel ita esse non putarent, solemni in die in publicum ad ædem sacram sub ipsa sacrificij primordia processere.

ANTONINVS cum primùm eos ad stare sacrificio intellexit, statim in templum proficiscens, iubet Sacerdotem à Sacris abstinere, clerum omnem à choro protinus abscedere. Magistratus tantâ ignominia affectus, serò tandem erratum intelligens, in ædes publicas se recepit. Sed neque tunc præful contentus sacris exclusisse, armatus zelo, ad eos progreditur, ostendit quantoperè DEVM, & Pontificem læserant, ut iura Ecclesiæ violarent: non licere Ecclesiasticis vim inferri: nisi ab incepto desisterent, maiora se in eos fulmina perstricturum. Carpentri acrius, quidam è Magistratu minitatur: videret, nè se delectaret quandoque summorum præfulatu: ac nisi iam latrare cesset, abreptum è prerorijis fenestris, præcipientem in forum dandum. Ad ea ANTONINVS, *tanti non esse se, ut cum Martyribus mereatur laureâ coronari*. Nam si dignitate, quam inuitus inerat, amouerem, nihil sibi gratius effecturus: habere angulum, quod confugiat: ac simul clauem cellula, qua sibi in canobio diui Marci pararet, ostentabat.

XXVIII.

Sed hæc verbotenus præfulem pupugere. Quod annectam, ad ipsam voluit cutem adeo intimum Sanguinem penetrare. Sacerdos Ciardus, vir famâ, & moribus perditissimus, cum ad tribunal Præfulis citaretur, arreptus furij, falcato gladio se accinxit: Mox in Episcopum profectus, exerto ferro, ANTONINI caput, qui solus tunc in sella quiescebat, petijt: ut discissum bifariam ad usque dentes aperiret, sed flexu capitis, dum ictum vitat, sella tergo gladius inhæsit. Ciardus furore ebrius, ob id impressum capiti vulnus putans, ex Episcopio in proximam domum se protipuit, ex muliercula latibulum, ad præsentem casum rogans, necubi occiso Præfule caperetur. Fœmina ad sceleratum facinus inardescens, furore muliebris accepto subsellio, perstegit Sacerdotis caput, & expulit. Qui statim fuga versus Fæstulas arrepta seu metu actus, seu post culpam respiscens, ad Ducciam in Diui Michaelis cœnobio, accepto habitu Minorum, vixit innocens. Antoninus tantum abest, ut in Ciardum quoquomodo desauerit, ut etiam maxime ex hilaratus sit, occasionem illi præstitam, ad ineundam vitæ melioris formam.

Eius erga in micum affectus.

XXIX.

Ut verò anathematis gladium in rebus maximè arduis, & quibus non aliter occurrî poterat, distinxit: sic ad leuissimos casus, cum sit excommunicationis poenarum maxima, condebat. Ad ea enim iam tempora deuenimus, ut si quis rastos, marram, vel bidentem amiserit, putet se non posse commodius, quam à Sacris exclusione, reperiturum. Quibusdam forte lachuram, nescio quam, omninè leuem passis, atque in authores damni anathematis arma flagitantibus, constanti pectore præful facturum se negauit. Tum instantibus, ac maximè commotis, quod despici se putarent, quantum à recto itinere deuiarent, qui ad minima censuris vterentur, huiusmodi voluit exemplo declarare. Candidus panis in medium allatus, cum anathematis verba in eum maiestare illa sua protulisset, statim spectantibus illis, in carbonis atredinem est conuersus, *Equis est inquit, quantumlibet famelicus, qui panem hunc non dicam deglutire, sed vel dentibus audeat remare? Quis statim vel inspe-*

Excommunicationis effectus.



ctum non projiciat. Quanto peiore conditione animas, censuræ laqueo detentis, DEVS, calices, atque homines stromachantur? Abite iam, ac nolite candorem animarum protenui lucello, in tantas sordes, ac nigredinem transformare. Mox nondum præfectis, conuerſus ad panem: Heus, ait, isto nexu anathematis te libero, ac statim, quasi excussisset atredinem, candore viderunt pristino renitere.

XXX.

Nullus fuit locus, in quo se fortem, & intrepidum non ostenderet. E templis, in quibus maxime mundiciam, & sanctitatem diligebat, non dico semel, sed sæpe feminas impudico, ac meretricio habitu, quasi instrumenta Dæmonum ad perdendas, & in venerem alliciendas animas, effugauit. Inuenes, qui spectatum venerant, quantumque nobilitate, & gratiâ pollerent, castigatos verbis acriter extriuit. Tum urbem inambulans Cruce præuâ, alectores, vel solo aspectu perterritos, ad fugam compulſit. Ad Bondelmontium porticum, quo nobiles, dum feruet æstas, ad remittendos animos conueniunt, dum maxime incaleſcere aleam vidisset, spiritu maiore supra hominem instinctus, non splendidos natales, non potestatem veritus, alucolos, theſſeras, chartas, nummos admotis ipse manibus, euerſit, quod liberis tantundem audendi suo exemplo anſam darent, præuiter increpuit. Dardanum Acciaiolum, nobilissimo sanguine ortum, inuictum acriter, & contumeliosum furentem patienter sustinuit. Eundem paulo post, dedisse impudentiæ pœnas intellexit. Anginâ namque suffocatus, amisso usu linguæ, quâ Præſulem pupugerat, diem obiit. Nouum ludigenis, sortes, in vire tunc exortum, quod vique adeo breuissimo tempore, coaluit, vt turmatim, ocellulis tabernis ad perdendam pecuniam curreteretur, quàm celeriter aduenerat, tam propere exploſit. Mille nummos aureos, qui ex eoludi genere sacerdoti cuidam obuenerant, interceptis: quos pauperibus commodissime (nam tunc quoque famem seniebat) erogauit. His nullâ in re non vigil illa addidit: IOANNEM CANINVM Medicum, exterum quidem, sed Florentiæ commotantem, negromanticum, in DEIPARAM VIRGINEM larantem, tum hæreticis dogmatis pertinaciter inquiratum, quanquam reclamantibus multis ex ciuibus, concretauit. Tonſoris Petri liberi nocte, nemine vidente, electulo ad varios domus angulos non sine magno discrimine, ac terrore omnium ferebantur. Cognito hoc ANTONINVS, præces quasdam, & exorcismos membranulâ inscripſit, atque in cubiculo ante DEIPARÆ VIRGINIS imaginulam affigi iussit, ex illo non sunt infantuli vexati. Mox cum rem totam orti coniectaret, quod Petrus libro quodam, vbi erant bonis remediis incantationes, & carmina Dæmonum permixta (Chirurgus enim erat) quanquam vt imperitus, nihil subesse mali putans, vtebatur: eundem librum in Diui MARCI peristylio, cum eod pransum accessisset, aditantibus aliquot ciuibus, edacibus flammis tradidit. Obseruatum est, quo tempore est liber igni datus, cœlum, quod antea ferrenum ardebat, repente fuisse atris nubibus obſcuratum: exulto, pristinam subito lætitiâ arriſſe.

XXXI.

Iam quanto splendore tantam in cæteris viri præstantiam immentia illa doctrinarum lux, & fulgor illustrauit? Egregium quiddam est, vitæ innocentiam, & morum integritatem in vitæ cursu renitere: sed si ad morum sanctimoniam fax lit-

Meretrices & alios male agentes infectatur inre-pidè.

Eius scripta insigne.

terarum adiungatur: quid quaeso, absolutius, quid consummatius omni ex parte potest cogitari? Præstitit verumque ANTONINVS tam egregiè, vt omnes æquauerit, multos etiam exceſſerit. Scripta illius, quod à veritate non cadant, fidem faciunt, tam fugifera, tam omnibus expectata, vt iam nullo in pretio bibliotheca quantumuis nobilis habeatur, quæ ANTONINI vigilias non habuerit: nullus, quantamcunque congeriem librorum acceperit, putet se aliquid absque illius lucubrationibus possidere. Ea omnia, quoniam ita parata sunt ad manum, ac tantoperè quotidiano usu trita, vt notiora per me nunc fiant, nequam laborabo. His paulo antè, quàm vitâ exceſſeret, extremanam manum impoſuerat.

Nam quamquam maximam eorum partem antè Pontificatum contexuerat, præſul tamen, si quando poſſet ocium suffurari, & expungendo quædam, & addendo alia, recoxerat. Quod maxime est in homine mirandum, cum omnia, omne genus doctrinarum, adyta penetrarit, nullius fuit præceptis institutus: tantum puer grammatico est traditus: mox aliquandiu, interrupto tempore, sub præceptore Dialecticis incubuit. Cætera per se, nullo hominum tradente, hausit. Quæ quidem quanquam in eius diligentiam, & operas ad studia literarum assiduas conferamus, nihil tamen absurdum fuerit, si instillatam quoque virtutis bonam eorum partem crediderimus. Superno enim lumine collustratus, multa potuit cognoscere, quæ aut nullo modo, aut certè monstrante aliquo, necesse sit, vt capiuntur. Nil verò mirum videri in ANTONINO deber, qui aduſque etiam arcana, quæ soli Deo sunt cognita, & quæ multo post tempore futura erant, penetravit: quod ne longum faciam, paucissimis expedio, cum non digna sint, quæ prorsus omittantur.

XXXII.

Amicum mercaturæ deditum blandè monuit, ne se tanta lucri cupiditate trahi pateretur, tantoque animi angore in parandis opibus vexaret: patris, quibus abundabat, diuitiis acquiesceret: ingens enim illi periculum ob eam sollicitudinem aliquandò in aquis imminere. Paulo post cum intreret Venetias, & Patanum nauigio veheretur, subitâ procella factò naufragio, iam submergendus pelago ferebatur, cum statim ANTONINI monita, memoria repetens, eius præsidium implorauit. Vix votum nuncuparat, & ecce ANTONINVS celer adſtans, capillamento eductum, ex aquis liberavit. Cum prior Diui MARCI cenobio præſeſſet, quendam cognominem suum (ANTONINVS enim vocabatur) oriundum ex Ripolis (qui viculus est ad Alpium radices, vltra Taurinum) ad Diui Dominici habitum admittit, qui mox instantiæ spiritui agiturus, traiectum in Siciliam cogitauit. ANTONINVS tamen eâ dere consulens, ne faceret, ab eo est maxime diſſuaſus. Nam si in proposito perſtans transfretaret, futurum, vt graui corporis, & animi periculo premeretur. Sed frustra ille consilium popoſcit, qui contra patris monita in Insulam traiecit: Rem, quoniam literis mandata est, longius non trahò. Cum mox è Sicilia (vt is, qui semel inconstantiam pleno poculo biberat) Neapolim nauigaret, à Saracenis captus, & Tumen, seu Tamerum ductus, exitus regularem habitum, accepta etiam vxore, CHRISTI fidem abiurauit: quanquam paulo post, cum ANTONINVM vitâ esse functum, non sine sanctitatis testimonio Itali mercatores nunciarent, memor eorum, quæ sibi prædixisset, collecto animo, ac

Scientiis sine præceptore acquirit.

Prophecia Spiritu claret.

forti

forti pectore, mortem pro Christi nomine lapidibus obrutus, tolerauit.

XXXIII.

Erant Neapoli sorores duæ, quas Antoninus, Diui Petri Martyris Cœnobio præfectus, calore suarum concionum ductas, ad quandam vitæ sanctioris formam in religioso habitu, intrâ domum tamèn, excitauerat. Has rogat, vt hospitibus, qui Florentiâ venerant, & quos acceptos mensâ, hilarius volebat recreare, placentam, farinâ, & oleo subactam, tum melle illitam pararent. Negantibus, non quod non cuperent patri gratum facere, sed quod nil ferè olei, nil mellis, & quod, ad parandam placentam sufficeret, in vasis esset: mandauit, bono esset animo, atque id tantillum sumerent, scirent abundè habituras se ad præsentem vsum, & in posterum manantium liquorum in eisdem vasis copiam futuram. Quid plura? Paruerunt sororeculæ. Oleum verò in lecyto, mel in dolio diuinâ quadam scaturigine sic creuit, vt integrum septennium, ad vsus domesticos non deesset in earum hortulis cum rigente cælo malicitæ ad vnam omnes stirpitibus aruisſent, lyomonam (ea est arbuscula ex eodem genere) quam suis præſul manibus panxerat, prodictum est, solam ab illa vredine, atque intemperie seruaram. Inuiriuss essent, si à suis sororibus tertiam separarem. Huic cum iam orbatam viro consolaturus viſitaſſet, diuino spiritu afflatus, prædixit filiarum duas CHRISTI iugum in monasterio subituras, tres antè exactum annum vitâ exceſſuras, mares in viros magnos, doctos, ac loquaces euasuros. Quid multis morer? Fœminarum duabus CHRISTI se famulari addicentibus, tres ad condicium obiere, ex maribus vnus Archiepiscopus, duo reliqui ad conferas opes, iuris quoque peritiam addiderunt. Antoninus igitur, quanquam semper amauit intrâ humilitatis caueam latitare, non potuit tamèn inter tot prodigia virtutum, & præclaros doctrinæ, ac morum radios non splendescere. Iam fama sanctitatis se non poterat intrâ Florentiæ muros cohiberi. Totam est Italiam peruagata. Ad Principes, Episcopos, Cardinales, ad ipsos Pontifices penetravit. Ea est enim natura sanctitatis, vt quò plus occultitur, eò latius delata ad conspectum hominum, ipsa sibi viam aperiens eluceſcat. Tanta sanctitatis eius mentes hominum hac tam constans opinio peruaserat, vt quacunque tranſeuntem illum cognouissent, passim current, ad flexo poplite mares, fœminas, diuites, inopes, senes, paruuli, plebeij, nobiles, ad benedictionem præſulis curarentur. Atque in tam peruulgata sanctitatis fama dicinon potest, quàm se, intrâ se, hoc est, intrâ humanæ conditionis limites coercerit. Cum quidam Sanctum eum appellasset: Sancti ait, in celo commorantur, nos peccatores terram colimus.

Oleum & mel diuini spiritus auget, & ad septennium durant.

Magno in pretio apud omne genus hominum est.

non sat fuit coluisse Antoninum, nisi etiam sanctitatem eius, cæteris amplo laudum cumulo prædicasset. Illud etiam constat, eruditum, grauemque Pontificem protulisse: Non minus ait, Archiepiscopum Florentinum in diuorum Catalogum adhuc uiuentem referendum esse cenſeo, quam Bernardinum mortuum: quem compluribus, ac probatis testibus, consensu totius Ecclesiæ, cuiusmodi honore decorauit. Id quod non ad Diui Bernardini taxationem aliquam, sed totum esse ad nostri Præſulis celebre præconium conferendum. Idem expenso, & acriter iudicio Pontifex tantam esse integritatem Antonini, & exactam peritiam conspiciat, audicndos nullo esse pacto statuit, quicunque à iudicijs, & causis, ab Antonino iam cognitis ad curiam Romanam prouocassent. Immora enim esse uoluit, quacunquè absoluendo, vel damnando vir integerimus, & qui nec falli, nec fallere potest, peregiſſet. Nihil verò vnquam ex Nicolao ad sua vel aliorum commoda quaſiuit, quod non facile, ac statim reportaret. Cum annonæ caritate ciuitas laboraret, ac sapius à Summo Magistratu pecunias in pauperes erogandas accepisset, & mox, inualeſcente malo, suis non poſſet prouentibus tenuibus admodum, pauperes, qui loco filiorum erant, recreare, ex eodem Pontifice, magnam pecuniæ summam impetrauit.

XXXIV.

Secundum Pontifices maxima beneuolentia eum complectebantur, Romanæ Ecclesiæ Cardinales. Dominicus præcipue Firmanus, vir virtute præstans, & authoritate magnus, qui celebre sanctitudinis & integritatis nomen posteris reliquit. Petrus quoque Barbus, Eugenij nepos, in Pontificatu Paulus Tum Ioannes ille à Turrecrematâ, tot ingenij, & scriptorum monumentis clarus: omnes præterea galeriti patres, tenera sunt quadam dulcedine, ac beneuolentiâ Præſulem profecuti. Id verò nullis sibi artibus, aut ambitu parabat, cum nullis esset hominum, qui minus ad gloriam, aut ambiendos dignitatum gradus duceretur. Quacunquè enim illum tractasset, immotus, & inuictus ad omnes ictus perſiſtebat. Non auri sacra vis, hominem expugnauit, non voluptatibus est raptus, non contumelijs, incensus, non humanarum laudum illecebris eneruatus. Vt enim habitum sui Ordinis, ita nè vultum quidem nequum animum, atque illam in retinenda virtute constantiam, factus Pontifex immutauit. Tantum verò abest, vt aucupandæ maiori dignitati operam daret, vt etiam ad suam cellulam, in qua honesto illo, & literario ocio, fruebatur frequentèr inhiaret. Cardinalem breui futurum adulatori cuidam impudentèr blandienti. De sepulchro, respondit, nobis est, ac propinquo interitu, non de sublimiore gradu, cogitandum.

Etiam apud Summum Pontificem.

Et S. R. E. Card.

Dignitatum Conceptor.

Laudatur Cosmus Medicus.

nis. Is ille Cosmus est, quo nullus ditor, nullus prudentior, nullus denique in religiosum cultum suo tempore propensior. Is tantum in ciuitate potuit, quantum voluit, sed ipse sibi modestiam imperauit. Cuius quoniam dicta factaque præterquam quod passim celebrantur, ab illustribus authoribus, & pluribus sunt monumentis litterarum tradita: tantum, quod ad præsentem locum spectat, delibato. Mortuo Bartholomæo Zabarella. (quod dixi) complures ad Præfulatum aspirabant. Cosmus vero, & quoniam in ciuitate plus cæteris poterat, & apud Eugenium quanta quibus gratia pollebat, nulli dubium, quin potuisset et ius aliquem, deturbatis cæteris, præficere. Noluit sanguini, & carni dare, quod virtuti, quod CHRISTO vir prudens, & integer debet indicari: sed magnus ingeniorum, & hominum spectator, ad Antoninum rem totam defertit apud Eugenium curauit. Quamquam enim adactus eius precibus litteras ad eundem dederit, ut eo fasce leuaretur: clam tamen, ne quem alterum præficeret, calentius, & ex iudicio percipit. Quod si ea meritis, quæ seminamus: immo si vnam dantes, centuplum accipimus: quid impedit ne dicam in Cosmianam domum pro vno Præfulatu, Pontificatus duos maximos rediisse? Iam tum, cum tot religiosas ædes, ac templa à fundamentis excitabat, videbatur pronepotum tias præfagire, qui Leoni Decimo, qui tibi etiam Clemens septime Ecclesiæ Ecclesiæ principibus parabat.

XXXV.

Sed Cosmum alij: nunc ad Antoninum redeamus. In quo etiam faciendam, ut illa ferebant tempora, non desideramus. Tunc enim excriuisse caput videntur cultiores literæ, quæ tot seculis obruta, ac sepulta propemodum iacuerant: quod ipsum magnâ ex parte Cosmo magno ingeniorum fautori referre acceptum, si grati esse volumus, debemus. Itaque Nicolao Quinto vitâ functo, & in demortui locum Calixto tertio successo, Florentinus populus Legatos, qui de more gratularum, Romam profecturi essent, deligit. Ii fuerunt Ianottus Pandolphus eques, Otho Nicolinus iure consultus, Antonius Ridolphus, & Ioannes Medicus, Cosmi filius, viri procul dubio præstantes. Quo tamen legationi maior auctoritas inesset, Antoninum esse primo loco voluerunt. Admissis in Consistorium publicum certa die, in consessu illo, totius Orbis celeberrimo, cum se Antoninus orando præficeret, tanto sententiarum pondere, tanta verborum copiâ redundauit, adiecta actionis gratia, tum dulci quodam vocis sono, ac totius oris venustate, ut stupore omnes maximo percellerentur, quod non Theologus, aut Orator, sed missus è cælo quidam fuisse Angelus videretur. Quæ res alterum subinde illi laborem iam confecto senio constauit. Cum enim celebre per se ciuitatis nomen, celebrius suâ Legatione reddidisset, mox ad Pium Secundum, qui Calixto successerat, collegis additis, gratulatum misit. Eos fuisse constat Angelum Acciajolium equitem, Aloysium Guicciardinum, Petrum Pactium, Guiljelmum Oricellarium, ac Franciscum Medicem. Neque vero sibi ipsi nunc etiam orando cessit, sed pari est etiam cætorum plausu celebratus. Pius vero quanti illum fecerit, vel ex eo licet coniectare, quod cum ad Pontificatum euectus, vellet conuulsis quibusdam, quæ paulatim ad publicam iacturam, & morum lapsum irreperant, Romanam curiam in antiquum candorem, ac formam reuocare, mandassetque eam Prouinciam graui-

D. Antoninus mittitur Legatus ad Summum Pontificem. Item ad Cæsarem.

bus aliquot Cardinalibus, Antoninum quoque ut peritum rerum, & integrum, illis esse addendum iudicauit: quamquam ea res, vigente tunc bellico strepitu, in paciora tempora sit dilata. Ad Fridericum quoque Cæsarem in itinere excipiendum, quem in Italiam rumor erat aduentare, Legatus est à supremo Magistratu designatus: Quod ille munus, fractus senio, reiiciendum esse in alterum dicens, recusauit.

XXXVI.

Et hæc eò pertinent, ut quanta vir prudentiâ fuerit, & quam constans opinio omnium, posse Antoninum dicendo plurimum, cognoscamus: Neque profecto in ea sententiâ fallerentur. Nam, ut cætera nunc sileamus, cum defuncto Legationis ad Calixtum munere reuersus vna cum collegis, supremum velle Magistratum (tota enim vis Legationis in eum incuberat), quæ gesta ac dicta essent, edocere: tam dilucidè omnia enarrauit, sic memoriter minutissima quæque extulit, tam strictim, quæ sparsâ erant, adunauit, ut diuinum quoddam, non humanum, esse ingenium dixisset. Neque vero non altera ex Legationibus signis fuit honestata, ut nusquam fuisse otiosum Præfullem sciamus. Nam cum venum esset ad flumen Paleam, solito tumidiorem, rogareturque ab vno ex collegis, ut dimisso mulo paruulo, cui insidebat, generoso, ac sublimi equo, ad traiectum vteretur. *Mullus meus nusquam, ait, vestigio salitur.* Mox signo Crucis facto, tuto, ac facillè transiit. Assumabant collegæ aquas, dum transirent, in stagni morem quieuisse, se non citrà periculum, altioribus iumentis insidentes, ad vteriore ripam fluminis delatos.

XXXVII.

Iam tempus appetebat, ut quod in in hoc vitæ curriculo in lachrymis seminaret, in exultatione, ad celestem vitam translatus, tandem mereret. Itaque cum annos tredecim, ac menses duos Florentinæ Ecclesiæ præfuisset, ad quam quinquagesimo, & septimo ætatis anno fuerat euectus, in morbum incidit, correptus febricula quadam, quæ phlegmatica à Phisicis vocabatur, ita ut non ignea, & acris, sed lenta, ac propterea longâ ægritudine laboraret. Erat in suburbano Antoniano, quod Episcopale herediolum portæ Dni Galli adiacens, à ciuitate non totos mille passus abest, quo solent præfules secedere, si quando animum remittere atque vrbanos placeat strepitus vitare. Cum iam cæperat morbus augeri, ac febris facta viuacior, medullas senis, & artus tenuis corpusculi depasci, forte Franciscus Castillonus accesserat (quamquam à patris latere parum aberat) Is vtrifit, cubantem solabatur; bene sperandum esse, nihil subesse discriminis: postremo redituram valetudinem bonam, & celere promittebat. Vir vero intrepidus, ac Martiano similis, vtra sibi, & ouibus tunc vita esset commodior, non deliberans: *Fiat, inquit, voluntas DEI:* ac statim diuino quodam spiritu illustratus: *Dies: ait amorum nostrorum in istis septuaginta annis, quasi summam vitæ diem præcinnens, cum iam septuagesimum ætatis annum attingisset.* Sacro itaque Eucharistiæ, mox etiam, morbo ingravescente, Calendis Maijs, paulo antequam obtenebrefceret, extremæ vñctionis clypeo mu-

Prudentia ac memoria pollet.

Decumbit.

Præfuit obitum.

nitus,

Moribus doctus Praedicatoribus abundans.

nitus, integram illam peccatorum condonationem, quam Indulgentiam vocamus, liberalitate Pontificia acceptam, legi sibi, & impendi petiit: adstantibus sui Ordinis cænobitis, qui frequentes, & quamdiu laborauit, certatim omnibus charitatis officijs, lateri paterno hæserant. His ritè ac sedulo peractis, circumfusi lecto fratres, matutinum officium decantantur: iamque ad eum locum venerant, quem persoluto triplici nocturno, Laudes appellamus, cum vir SANCTVS iam cum morte luctans, feruore quodam actus, quo potuit conatu in ea verba, quæ præcinnantur laudibus erupit: *DEVS, ait, in adiutorium meum intende.* Id quod assidentes, qui luctui, ac gemitibus vacabant, ad nouas subinde lachrymas excitauit.

Moribus doctus Praedicatoribus abundans.

Cum verò modicus iam calor teperet in corpore, atque ad ipsum iam ferè limen vitæ processisset, nihilque posset, nisi fortè truncatum quiddam eloqui, illud tamen moribundus defecta, ut poterat, voculâ crebrò repetebat: *Sequitur Deo, regere est,* quasi iam laborum præmium, ob oculis videret. Dum illud quoque (quod mihi est initio dictum) frequentè iterabat: *Sancti, & immaculata virginitas quibus te laudibus efferam, nescio: incertum, an ad DEIPARAM VIRGINEM conuersus, quæ se luctantem, cum morte videret, an hilaratus, quod inuolatum ad illum vitæ diem corpus virgo ab omni obscenitatis purgedine seruasset.*

XXXVIII.

Intèr hæc fratres post matutinas Laudes cum totum Psalterium percurrissent, eosdem psalmos à capite resumpserant: iamque ad eum vigesimi, & quarti locum venerant, quo dicitur: *Oculi mei semper ad DOMINUM,* ipse tunc sublati in cælum oculis, ac manibus, eadem verba repetens: *Oculi mei, ait, semper ad DOMINUM, quoniam ipsam ipse euellit de laqueo pedes meos.* Vix deinde percipi aliquid potuit: tantum ex continuo laborum motu, tum ex præceptis paucis, intellectum est in psalmodiâ quadam sic agentem animam versari.

Obdormi in Domino.

Inprimis verò postremum psalmum. *Laudate DOMINUM de caelis:* crebrò videbatur iterare: quo in omni vitæ cursu, ut cænobita asserebant, erat solitus oblectari. Si quid à psallendo cessasset, complexus Crucifixi effigiem, quam fratres obtulerant, tanto ardore osculabatur, ut qui aderant, non possent à lachrymis temperare. Sexto itaque Nonas Maij, pridie quam tunc ASCENSUS DOMINI coleretur, Anno à NATALI CHRISTIANO millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo nono, sub auroram ferè, amicus ille SPIRITUS DEO, effracto corporis claustro, ad vitam perennem euolauit. Quâ horâ ad Cælum epigrauit, FLORENTIÆ in Monasterio Cisterciensij religiosus vir Tutius, ex eo Monachorum genere, qui sacris non inicianitur, cum esset in peristylio, quod nunc claustrum vocamus, nubeculam vidit splendidam, pyramidalis forma, intraque illam infantulum liquido in aëre pendere: quæ Antoniano suburbano, vbi sanctus Præful obierat, adstant paulatim ad sydera tollebat. Intellexit vir DEO plenus, ANTONINUM humanis rebus excessisse: ac statim Abbati Septimiano, re soli, ac silenter patefacta, vterque cum iam luxerat, cognouit in eodem suburbano ea ipsa hora præfulem obiisse.

Aculi CONSTANTIVS Fabjanensis ex Prædicatorum Ordine, vir magnæ Sanctitatis, eadem hora, dum orans in templo vigilaret, ANTONINI

animam vidit multo gloriæ lumine vestitam, cælum scandere: quo etiam temporis articulo, alterius cænobitæ ad ignes purgatorios descendere: inspectæ rei diem, & horam annotauit: compertum est eodem momento temporis, vtrumque decessisse. Florentinæ duæ mulierculæ, tertium Dni DOMINICI ordinem professæ, in eodem simul contubernio vivebant. Harum iunior, ut è lectulo surgeret, quo posset parata domo ad Ecclesiam procedere, à seniore excitatur. Cum id parat, in larus, ut sit, recidens, à leui somno iterum occupatur: dormiens videre visa est, apertos cælos ac Salvatore sublimi folio consistere: hinc inde Angelorum, ac diuorum hominum magna copia, inter quos THOMAS AQUINAS, insitpatum: tum proximè ad AQUINATEM sellam inanem, adstantibus tamen Angelis, collocatam. Ad hæc ministros quosdam, qui pararent viam, ac dicerent: *Heus vos, aperite viam, accedite.* ANTONINVS namque Antistes Florentinus, imo deserens, nunc cælos ascendit, in sede hac instrata conuersurus. Dum hæc muliercula iunior spectat, atque ab importuna seniore rursus excitatur, rota illa simulacri series euauit. Paulò post cum ad Ecclesiam processissent, qua hora iunior ea videt, factò esse functum cognouit. Res profecto rationi consentanea, ut Doctori, & virgini Thomæ Aquinati, Antoninus quoque Doctor, & virgo iungeretur.

XXXIX.

Quo tempore Sanctus Præful animam efflauit, Pius Secundus Romanus Pontifex Florentiam apulexat, ad Mantuanum Conuentum, quem de comunij re aduersus Turcas indixerat, profecturus. Is maxime ANTONINVM, vti diximus obseruans, nihil non sibi de viri integritate, ac literis pollicitus, quantopere viuente coluisset, officijs in defunctum præstitis declarauit. Fupus itaque diligenter, ac magnificè pro viri, ac ciuitatis dignitate voluit curari. Neque enim quicquam ea de re statuerat ANTONINVS. Tantum dum morbus ingrauesceret, si quid domi fuerat, diuidi pauperibus imperauerat: sic ut quæ elato iam funere in Episcopio resederat, nummis quatuor aureis redemisset: atque ea quidem, si cochlear demas argenteum, quo ad potiunculas æger utebatur, erant omnia yllissima. Voluit itaque complures Episcopos, & aliqua insignes dignitate, dum deduceretur funus, sequi. Ad hæc defuncti Antistitis familiares, longas, pullasque indutos vestes, interesse. Hos ponè magna est pars clarissimorum ciuium, & qui plurimum auctoritate poterant, ut honestarent viri Sancti funus insecuta.

Primum itaque ad primarium templum ciuitatis cadauer extulere: vbi in conspectu Cardinalis Sancti Marci, mox PAULI Secundi, qui extremo illo officio noluit amicissimo Præfuli desse, quæ de more ad funerales pompas adhiberi solent, perlustris: inde vesperi ad Dni MARCI templum, vbi Prædicatores habitant, magna vi populicæ cum fassa, deduxerunt. Ità enim Antoninus testamento cauerat, vti non operoso monumento, sed humi proximè suos fratres condereretur. Iam vero hic vniuersam vidisset comitoram ciuitatem. Tota enim veluti in publico luctu, iustitio indicto, ad ducendum Sancti funus properabat. Non senes, non paruuli, non mares, non feminae domi constiterunt. Ad vnum omnes ad D. Marcum currere: Illi Sancti viri manus lambere, ac pedes certatim osculari: Pars gemere, quidam lachrymati, nonnulli ex altro pectore suspiria trahere, multi etiam que-

Eius gloria diuinitus visibus ostenditur.

Funus eius à Pio PP. II. & alijs Prælati honoratur.



rulis vo cibus ciuiliari. Nequè verò ciuitas, ac suburbana tantum, concursu frequentissimo ad rei famam conuolarunt: sed & ipsi se non potuerunt montes, ac remota loca coercere. Passim itaque ruebatur ex vicinis vr̄bibus, oppidis, vicis, locis campestribus, & montaneis, turmatim conuebant, quòd possent, antequam sepulchro traderetur, osculari, condonauit Pius, ad eius sanctitatis testimonium, septem annorum, actoridè quadragenarum panam iis, qui sanctum cadauer, & manus oscularum accessissent. Hinc factum est, vt aliis super alios acruentim ad cadauer osculandum confluentibus, non nisi octauo ab interitu die conderetur: quo toto temporis spatio, non modo graue aliquid, ac fetulentum non oluit, sed suauem quandam fragrantiam spirans, populos recreabat. Ore autem venustior, & hilarior defunctus, quam uiuus fuerat, videbatur. Quin manus, ac pedes adhuc mobiles, & tractabiles, quasi tunc recens exspirasset, rigor nullus contraxerat, sicuti nullus quoque liuor, reliquum corpus inquinauerat. Que vel sola magnam poterant ostendere sanctitatem: quam tamen maioribus inditiis adhuc inconditum declarauit.

XL.

Nam quo die sunt in Diui Marci templo exequia celebrata, femina inualido latere, & quo non vtebatur, Sancti corpus attigit. Nondum templi limine pedem extulerat, cum rediuntibus viribus, vsum quoque lateris integrum reddisse prædicauit. Matheus quoque Ciachus multos iam annos altero brachio impeditus, quod nè mouere quiddè poterat, nè dum sublime tollere, omni medicorum subsidio desperato, Sanctum cadauer adiit. Postquam oscula manibus impressisset, timore posito, earum alteram amenti brachio admouit, illico salute reddita adlanificium, in quod incumbere solebat, incolumis remeavit. Laurentia quoque cuius manus, & pedes excrescens tumor deturparat, saluti fuit Sancti manuum cum suis conficatio.

XLI.

Vt autem ardor ille currentium populorum, paulum refrixit, sepulchro tandem inuulerunt. Ne vero vltimam illius voluntatam infingerent, qui testamento cauerat, vt eodem conditorio, quo canobitæ, clauderetur: (Id vero pro chori foribus excauato antro, humili ac depresso loco situm est) aliud choro assidens, temporarium, ac paulò eminentius, ad laenam extruxerunt: ita factum est, vt voluntati eius obuiam non iretur, & Sanctitatis aliqua ratio, ac dignitatis haberetur. Oclusus tumulo, quod signis fulserit, non est nostri consilii recensere. Plura enim sunt, quam vt eorum nunc numerus iniri possit: præsertim cum in rebus Antonini, quantula sit ista laudatio, viri prudentes non ignorent: qui ceteras iustitiæ, mansuetudinis, pietatis, ac totius sanctimonie virtutes, ac demum celestem illam conuersationem, signorum prodigiis anteposunt. Quia tamen curiosis quoque est auribus consulendum, appingam pauca de multis, quæ fuisse constantissima comperero. Nam ingentem illam vim, quâ fulsisse scriptores prodiderunt, quicumque voluerit, ex illis petat. Non enim sum nescius si quæcumque referuntur, extremo huic operi velim addere, huius lucubrationis pedes, futuros toto corpore longiores. Tunc enim scribendorum signorum finis esset, cum à patrandis ipse demum abstineret: qui quasi

Miracula patrar.

Sepelitur tandem.

hactenus non splenderit, nunc toto Sole prodigiorum terras videtur illustrare.

XLII.

Fabrianum oppidum est in Piceno, quanquam nouum, non ignobile. Hic femina cuidam (ambiguum) cur tota facies, & caput intumuerat, vt penè orbes oculorum, adepto fermè cernendi vtu viderentur. Quasi vero hoc morbi genere, quo diu laborauit, non satis vexaretur, accessit contractio totius corporis, vt esset officio membrorum omnium desituta. Non stare, non iacere poterat, non inde semel collocata fuerat moueri. Sedebat tantum, oborto toto corpore, & in se ipsum velut in spiram misero quodam membrorum flexu redeunte. Tota erat in angustibus, & ærumnis: non interdiu, non noctu, quiescebat. Hebebat hæc germanum Andream, qui ex Prædicatorum ordine apud beatum Præsulem diu aduq; obitum perstiterat. (is enim Sancto Antistiti mos erat, vt vnum saltim è suo ordine apud se morari permissu Præsidentium vellet.) Is paucis mensibus, postquam excefferat, visum matrem, ac sororeulam hanc ægotantem vtramque mendicissimam, perrexit Fabrianum. Nè vero solo aspectu miserans, sed aliquo munusculo recrearet Antonini tunica ea, quæ non ad curam, sed in prospectu gestatur, superposita cæteris vestibus, donauit.

Conuersus deinde ad sororem, dum blandis verbis ad patientiam hortatur, in Antoninum incidit: atque vt humanis excefferat, vt plures salutis restituerat, vt quotidie signis eradicabat, longa oratione declarauit. Ad eum, quando hominum auxilia decerant se conuerteret, illius prædium imploraret: futurum, vt Sancti misericordiam præsentis remedio experiretur. Misera muliercula, quæ se desitutam omni humana ope videbat, quid non faceret? incensa fratris adhortatione, Deum se Sancti meritis iuaret, maxime precabatur. Cum aduersa sperceret, fide iam incallescens, acceptam ex matre tunicam materno adminiculo ad carnem induit, ac insequente nocte tota etiam gestauit. Vbi diluxit, detumuerat facies, membris, ac neruis vigor redierat. Quid plura? Eo ipso die, ne putes paulatim valetudinem reddisse quæ antea non stare, non iacere poterat, ad flumen ad lauanda linrea, integra valetudine, atque in totum libera, cucurrit.

XLIII.

Iam quando à femina exorsi sumus, in eo sexu adhuc aliquantulum persistamus, Florentia in Monasterio Diuæ Lucie, vbi sub signis Diui Dominici nobilis virginum cærus militat, virgo Charitas (ita enim adhuc viuens appellabatur) Guidonis Tholosini filia, toto erat pectore attonita, & contracta: quin spina dorsi ad eò curuata, vt in arcus morem, os ipsum genibus iungeretur. Ad hæc stare nullo modo poterat: ac denique monstrum, aut monstro similem appellasset. In ea, ita toto sexennio laborante, omnes suas medici frustra artes, & remedia tentarant, postremo abiecto curationis rædio, salutem penitus desperauerant. Charitas verò, quæ quanquam tabesca erat corpore salutis desiderio ardebat, ad ANTONINI charitatem conuolauit. Cum itaque sub noctem die quodam delassata intra cubiculum sederet, atque ad Præsulis Imagunculam, propè affixam, solito vehementius oraret, ardore quodam sensit interius, & cor, & corpus totum commoueri: mox visa sibi est sanctum Anulitem, non subiectum ta-

Graviter ægotantem feminam sanauit.

Item alia sanctimoniam.

men oculis, intueri, qui admota vna manu pectori, & tergo altera blandè contrectans, ita, vt diximus, inflexam, & obortam emendaret. Nec vanum fuit, quod inspexerat. Nam se illico restitutam intellexit: ac penitus correctam, nunquam, in posterum in id genus morbi incidit.

XLIV.

Relicta Florentia, quanquam Senensem vr̄bem ad eam, intra eundem tamèn sexum arque eundem ordinem consistemus. Ioanna Petri Libri filia, vsque ab incunabulis morbo comitali vexabatur. Cum deinde in Monasterio Paradisi ad campum regium virgo inter virgines habitaret, his ferè singulis mensibus eiusdem morbi furis immaniter agebatur: sic, vt insaniens, ac benè stulta, cogere per dies aliquot, quousque respiceret, compedibus, & vinculis coerceri. Cum respiceret, & de referendo inter Sanctos ANTONINO (quæ res tunc agebatur) cognouisset: audito etiam, quod signis coruscaret, confessoris horatu, eius præsidium, pollicita ceream statuam, implorauit. Breuibus rem claudo: Vidit virgo Præsulem in Prædicatorum habitu, Angelis compluribus stipatum, qui se non consistendam in posterum eo morbo pollicebatur: tum vt Florentiam iret, atque ad sepulchrum statuam erigeret, admo-nebat. Saluti reddita, ac mox, cum licuit, Florentiam profecta, statuam, ac tabellam pro sepulchro, reportata valetudinis inditium, appendit.

XLV.

Placet, vt antequam Florentiam remigremus, Pisas etiam accedamus. Vbi præfectus erat arcis veteris, MATTHIAS FERDINVS FLORENTINVS. Huic erat filius Raphael, adhuc puer, qui cum cacumen arcis ascendisset, pede lapsus, ad solum spatio cubitorum quinquaginta cecidit, & quod magis miserandum fuit, impexit in æreum lapidum, seu verius globorum, qui tormentis eneis seu bombarbis (tantum potuit furor hominum in homines) emittuntur. Illic mater, illic ad famam complures aduolarunt: omnes puerum: in quo vitales spiritus inorsum recesserant, aut mortuum, aut moribundo proximum putarunt. Melionus Crescius, qui & ipse, nescio quam in ea arce personam publicam gerebat, illuc capitis accepto (id birrerum Hetrusca lingua dicimus) quod Diui ANTONINI fuerat, accurrit: quod vbi Capiti pueri exanguis indiderunt, statim reuiuiscere, & collecto spiritu visus est melius habere, integram salutem diebus post paucis adeptus. Eodem capitis dysuria, febres, dolorem capitis, maniam, ne longum faciam, curata omnia: tum puerperium facilius fuisse, constat. Florentia IACOBUS HERANONYMI, quatuordecim annis morbo elephantino correptus, frustra admotis medicorum præsidii, conuolauit post octauum ab emissio voto diem. Ibidem Simoni Perozio, non paucis annis, intestina non absque dolore defucebant hoc olim familiariter vtebatur Antoninus, qui & ipse eo morbi genere fuerat affectus. Humana itaque videns adminicula deesse spei plenus, sepulchrum adiit: posteaquam flexo poplite, quanto ardore, potuit, orasset (mirum) adhuc sepulchro incubanti intestina stererunt, quasi iam cerro loco consista essent, ac prorsus deligata. In eadem Ciuitate PAVLVS OPERANVS, ad cætera in hanc lucem prodendum incommoda, illud etiam adiecit, quod furus, ac mutus à matris aluo, nihil omnino est vsque

Aliam à morbo comitali.

Plures à diuersis causis, & infirmitatibus.

in septennium locutus. Cum suos omnes conatus medici adaperiendum os, & aures adhibuissent.

Laurentius pater ad Antoninum, quem dum viueret, intima amicitia coluerat, nuncupatis votis filij calamitatem miserans, confugit. Breui dicam: statim reseratae sunt aures, & soluta lingua. LEONARDVS REATINVS gemina est liberalitate præfulis donatus, & quod ipse in Porrethanis balneis signea, & periculosa febre leuatus esset, & quod filiolium, è sublimi loco ad solum lapsum, cuius iam medici vitam desperarant, eius patrocinio incolumem receperat. Aloytus Florentinus, & ipse olim Præsulis domesticus, patrem habuit, qui mente lapsus, noctu solus vr̄bem non absque graui periculo circuibat. Integro biennio, quid in eo curando medici possent, voluit experiri.

Postremò cum omnia in iritum cedere vidisset, emissio voto, ad ANTONINVM iam defunctum fugiens, recepit patrem, qui tam speret, quam qui nunquam in mentis inopiam incidisset. Ioannes Marigliolus ex Ordine Prædicatorum, in Diui Marci cænobio faciendis vestibus præfectus, integrum diem dexteriore oculo laborans, vt quasi subularum cuspidè vellicari se putaret, nocte insequente, ocluso oculo (non enim tàm dolor sinebat aperiri) ad marutinas vigilias profectus, ac pro sepulchro Præsulis in orationem toto ardore animi collectus. Pater, ait, ne (quæso) obliuiscere te nunquam denegasse mihi aliquid, cum viueres, seu quid ad matrem meam inopem, & senio confectam subleuandam, seu ad meos vsus poposisses. Et nunc obsecro, affecto oculo tua clementia collirium adhibe, tantum de tua mihi misericordia polliceor, vt nunquam, nisi voti compos, sim ab hoc tuo sepulchro recessurus. Mox cum se dicturum quotidie qualdam eius nomini preculas, voto alligasset, ac penè loqui desisset, omnis, aperto statim oculo, morbus, & dolor aufugit.

Nicolaus Biliottus, diu formandis nouitijs in Diui Marci cænobio præfectus, quod est numero fratrum, & vitæ sanctimonia conspicuum, è sublimi scala, dum in Diui Marci natalicio, festa fronde templum ornat ad solum deturbatur. Territus, quod se videbat in vitæ periculo versari, adhuc sui compos, ANTONINI se muniti præsidio rogauit. Accurrunt fratres, vt exanimem putantes, volebant ad valetudinarium portare: cum subito resumpto spiritu, petijt, vt se Sancto Præsuli ad sepulchrum præsentarent. Ibidem eum orasser, tam celerem, quam integram salutem reportauit. MARCVS PERSIUS fortè cum iam annis auctus equitaret, in foueam deuolutus, equi etiam superstantis pondere premebatur. Antonini præsidio, quem dum ille in præceptis rotaretur, inuocarat, vtroque periculo est exemptus.

XLVI.

Neque verò, quanquam ad suscepti operis finem properemus, silentio inuoluendum est, & nobiles feminas, & nuptas, paterna pietate sanctum Præsulem subleuasse. Fens Belcarus, boni viri nominis, & Hetrusca lingua poeta non vulgaris, cuius hodieque nonnulla monumenta extant, respecta pietate Christiana, ex vxore filias complures tulerat: quas, quanquam rerum inops, suis maritis singulas honeste collocauit. Defuncto Antonino, vna adhuc domi, matura iam viro, superabar: quam miser, quod fortunis destitutus esset, viro non poterat perindè, ac alias, copulare. Secesserat

Varias personas diuersis affectibus affectis.

fortè ad monasterium suburbanum, cognomento Campora (Religiosas enim aedes religiosas frequentabat.) Cum absoluto prandio, de rebus salutaribus cum Monachis suavi colloquio tractasset, intra cubiculum, vti aliquantulum conquiesceret, est deductus. Hic cum obdormisceret, videbatur sibi esse in Ecclesia Diui Marci, atque Antoninum, quasi tunc viveret, intueri. Tum verò maxime instare, nè filiaz causam posthaberet, postremo, an se voti compotem faceret, rogasse. ANTONINVM vero inclinato capite, se facturum annuisse. Reuersus intra urbem, & iam agens hilarius, paucis post diebus filiam despondit viro nobili: nulla casu nuptias petens, in exigua dote quiescebat. De nubili diximus; nunc ad nuptam veniamus.

Constantia Luca Panzani filia tribus maritis fuit, alio super alium obeunte, coniugata: cum omnibus viginti, & duorum annorum spatium peregit, è quibus toros decem, & octo infecunda & sterilefcens, nihil liberorum tulit, quanquam præcepta medicorum omnia, & balnea tentauit. Peracto demùm apud tertium maritum quadriennio, ANTONINI nomen legis inuocauit, iniecturam se scilicet proli, toto septennio prædicatorum habitum: tum sepulchro statuarum ceream erecturam, si demùm sterilitate posita, marem peperisset. Quis (quæso) credat, nuncupatis illicò votis Antoninum affuisse? Nam nouem ab emissio voto exactis mensibus, statim filium peperit, & cum tota vicinia, parum supposititium putaret, quos subinde peperit, eius fecunditatem declararunt. Quatuor enim liberos, duos scilicet mares, actotidem feminas, nono quoque mense vnum, intra triennium procreauit. Eiusdem nominis, & sexus aliud vno ferè verbo perstringemus. Constantia Thomæ Benicæ, cum feminas octo peperisset, auarito, quòd tantis Antoninus signis emicaret, ad sepulchrum orans, ex eo marem triduo, postquam orauerat conceptum, mox suo tempore editum, impetravit.

XLVII.

Iam quis minuta illa, & quotidiana, depulsas dico febres, dolores capiti sedatos, oculorum aciem, & vsum restitutum, dolores dentium, rabiem placatam, pchisim radicibus conuulsam, eruptiones ex thullii sanguinis compressas, plures à naufragio seruatos, ad hæc factum mortuum, qui edini non poterat, eductum, tum tres insanas feminas (rem profectò paucis tentatam) sibi ipsis redditas, energumenam, cilicio imposito, occupantis Dæmonis tyrannide liberatam, præterea dysuriam, apoplexin, paralyin curatam, puerperium appositu pilorum barbæ leuius effectum, tum libidinis incendia restincta, ac desperatas mentes ad animi tranquillitatem reuocatas.

Postremo tot quotidie petentium, qui sibi satisfactum esse, prædicant hilaritates, hæc inquam, & id genus infinita quis narrabit? Si quis hæc vberius nosse voluerit, ex eis commentariis petat, quos, dum de aggregando eo Sanctis tractabatur, conscripserunt, aut certe ad Diui MARCI templum, Florentiam contendat, vbi quot tabellas, ac statuas (quarum numerus est multò maximus) inueniet, tot se putet signis præfulis virtute factis interesse. Quod si quis ea animi malignitate sperit, vt non modo his fidem non adhibeat, sed voluerit etiam sancti virtutibus obrectare, caueat, ne duriore aliquo supplicij baculo quariatur, sicuti contigisse cuidam nostra tempestate non ignoro. Nam quo tempore CAROLVS Octauus Gallorum

Plura eius miracula breuiter recensentur.

Rex, tanta felicitate Italiam ad repetendum Regnum Neapolitanum peragravit, totis copiis Florentiam aduenit (ea enim iam ab FERDINANDO Aragone descuerat ad Gallum) rustica plebs, ne quid in tanto belli strepitu detrimenti pareretur, intra urbem omnia conuexerat. In suburbano Antoniano lectice pars, in qua ANTONINVS, & dormierat viuens, & etiam decesserat, maximo cultu ad memoriam Sancti Antistitis seruabatur, quam & ipsam, ob aduentantem Gallum, cum alijs alio deportarant. Ac nescio qui factum sit, vt in Cauponam, quæ est ad portam Diui Galli transmigraret. Super hanc Laurentius Caupo crudam carnem, quasi lanius, nulla sancti ratione, in frustra concidebat. Quod intus Marcus Radda, ex eo voluit penfâ pecunia redimere, quo reuerentius haberetur. Nolentem grauius contempri Præfulis increpuit.

Laurentius verò commotâ bile in furorem raptus, infandum morbum canceris non modo est in Marcum, sed in Antistitem plusquam bellua factus, contemptim imprecat. *Ecce quibus, ait, signis tuus iste Antoninus vnquam enituit, vt sit Sanctus? Tum Marcus, Et si signa, inquit, quibus effulserit, melateant, publico tamen consensu, & fama omnium, vir magnus vite sanctimonie celebratur.* Vbi hæc dixit, Marcus abiit. Triduo post eo carcinomate, quod sibi, & sancto fuerat imprecatum, affectum esse in ore, miserum, accepit: quo breui etiam afflictus, expirauit. Recentius adhuc illud, quod cum de consecrando agebatur, Romæ contigisse, est ad me perlatum. Episcopus (& cuius Ordinis, & quod nomen illi esset, ne qui forsitan molestias inferam, non prodo) opera vnus Cardinalium, quos trutinanda Antonini vitæ Leo Decimus præfecerat, cuius in contubernio etiam vivebat, tam pio operi liuore, vt puro, ductus, subdolis rationum nodis repugnabat. Erat enim vir doctrina singularis, qui & Commentarios in Theologiam iam ediderat, & tunc etiam in Dialecticam scribebat. Miser oblitus illud Dauidicum, non esse tangendos Christos Dei, cum extremam iam manum veller Dialecticis imponere, fessus, vt sit, cubitum processit. Ea ipsa nocte, paulum abfuit, quin repentino, sed tamen accelerato interitui sublatus: antequam tamen extremum spiritum efflasset, mandauit Cardinali, ne suo veller suafu, & consilio rem interrumpere: debitis Antoninum honoribus, ne fraudaret: errati se nunc, quod reluctatus esset, & ipsum quoque ad id sua garulitate flexisset, pœnas dare. Et ille quidem extremum diem clausit: Cardinalis vero eius obitu terre factus, quanto antea studio consecrationem eius impugnat, tanto mox ardore impendendis illi honoribus insudauit. Aiebat enim, nisi nulla constarent alia indicia sanctitatis, vel vno hoc sibi esse magnitudinem eius exploratam.

XLVIII.

Secd narrantis iam tandem signis finem imponamus: quæ qui voluerit, potest, & debet admirari. Ego illa potius admiror, quorum sibi partem fides mortalium non decerpit, quæ frequenter cum Sanctorum munificentiâ in reportanda salute, & assequendis votis, vel ex æquo, vel parte saltem aliqua concurrunt. Scio enim humilitatem, & innocentiam, charitatem, ac cæteras virtutes Antonini, esse Antonini proprias, quas quidem, quanquam longè maximas, & omni cultu, & admiratione dignas, illud quidem sententia videtur longo spatio superare, quod gloriam potuit humanam, atque humanos potuit honores conculcare. Quoru quisque enim est, qui vltro oblatam dignitatē, inter nostri temporis ambitus, & inexplabilem honoris firim, recusa-

Honorum contemp- tor B. Antoninus.

rit? Neque

rit? Neque tam imperitus rerum sum, vt factum esse hoc ab alijs antiquis patribus denegarim, sed mores nostrorum tempore intueo, quæ tantopere ab illo nascentis Ecclesiæ pudore deciderunt. B. flo, demus Antoninum longè infra illos pristini temporis patres numerari, sed natum esse hoc tempore, atque hoc tempore eiusmodi probitatis, & contemptæ gloriæ radijs enitere, videtur priscam illam sanctimonie maiestatem, omnium bene sentientium suffragijs, atque: sed quanta est quæso, vis de industria depressæ sanctitatis, Ecce Antoninus, quanquam in cœlis gloriæ lumine vestitus radiaret, in terris etiam debito honoris titulo non priuatur. Quod enim ille numquam cogitauit, diligentia Clementis Septimi, qui ei longè post tempore in Florentina Ecclesia successit, in diuorum numerum est relatus. Id quod eum patruelis eius Leo Decimus propemodum, paratis iam omnibus, quæ eiusmodi consecrationis ritus exigit, effecisset, eo mox altiore quodam consilio ad Deum euocato, forte ne datum aliquid patriæ quis putaret. Adrianus Sextus eius nominis, extet, pridie Calendas Iunias, quo die tunc Sanctæ Trinitatis celebritas colebatur, Anno Pontificatus secundo, & ab excessu Antonini sexagesimo, & quarto, consummavit.

Diploma porò canonizationis, quod morte præceptus Adrianus Sextus dare non potuit, Clemens Septimus Successor vulgavit, hoc tenore.

BVLLA CANONIZATIONIS Sancti Antonini, Archiepiscopi Florentini, Ordinis Prædicatorum.

CLEMENS Episcopus, Seruus Seruorum DEI. Ad perpetuam rei memoriam. Rationi congruit: & conuenit equitati, vt ea, quæ de Romani Pontificis gratiâ, processerunt, licet eius superueniente obitu litera Apostolicæ super illis consecræ non fuerint, suum debitum consequantur effectum. Dudum siquidem felicis recordationis Adrianus Papa Sextus prædecessor noster pie meditantis singulos, presertim aquâ regenerationis renatos populos Prophetâ docente, misericordias DOMINI in æternum cantare, docere, magnæque profectò, & mirabilia esse opera misericordie, quibus Saluator noster IESVS CHRISTVS in salutem generis humani miserationis huius largissimè sese effundere dignatus fuerat, quæ si ab initio creati hominis recensenda forent, nulla humana lingue ad id sufficere poterant, quia inenarrabile illud erat, quod cum DEVS ipse hominem creasset, ad imaginem, & similitudinem suam, illi vt felicitatis æternæ participes fieri, & in cœlesti patria illa consortijs Angelorum ascribi posset benignè concesserat, si data sibi diuinitus legis non contempisset imperium. Neque tamen ipsum legis huiusmodi transgressorem factum, passa erat diuina clementia penitus interire, quinimò congruentibus exhibere medicinas dignata extiterat, quibus à lege DOMINI aberrans, in certam salutis semitam perduceretur. Angelos destinando, qui ei diuinam patefacerent voluntatem, ipsumque iusta suaderent, & ad implendum diuina mandata opportunè adiuaerent, mittendo etiam Patriarchas gratie sue spiritu repletos, qui exemplo sui totum humanum genus instruerent ad salutem, nec non Prophetas, qui spiritu Sancto illuminati, omnibus non presentia solum beneficia commemorarent, sed futura etiam prædicarent. Illud verò erat maximum, & cui nullum aliud miserationis opus comparari poterat, quod ipse Dei filius in persona sua, naturam no-

stra mortalitatis assumere, ac ea mysteria, quæ de passione & morte sua per Sanctorum Prophetarum ora predicata, & annunciata fuerant, adimplere, ac per passionem, & mortem suam huiusmodi, nos à perpetua morte liberare dignatus fuerat. Cumque prædecessor ipse, tot gratijs & beneficijs imitatus, ac prouocatus, nihil studiosius curare, ac efficere, quam eius voluntati, ac mandatis parere, atque obedire deberet, ipsique in illis, qui sibi propter vite integritatem, ac Sanctimoniam dilecti fuerant, & per quos diuersa, & magna miracula ostendebat, Sanctissimum nomen suum glorificari, ipsosque Cathalogo Sanctorum ascribi, & ab vniuersali Ecclesia claris honorum, ac laudum præconijs: honorari mandaret, sicut etiam ipsa sancta Mater CHRISTI Saluatoris nostri huiusmodi sponsa, prædecessorem ipsum docebat, vt fidelium animas supernâ, ac cœlesti beatitudine fruenter, debitâ reuerentia prosequeretur, quos diu in humanis adhuc agerent, ipsi DEO acceptos, post autem ab hoc seculo migrationem in Beatorum numero collocatos, & aggregatos esse intelligebat, diu fidelibus aliquo calamitatis genere oppressis, ac eorum suffragia implorantibus diuina Omnipotentia in eorundem cœlestis beatitudinis testimonium, miraculose subuenire dignabatur. Superna quoque patria illa Hierusalem ita omnium electorum saluatione letabatur, vt quorum præstantiora erant merita, pro illorum vberioribus præmijs, copiosiora etiam gaudia percipiebat, quod in excessu mentis sua postus Isaias Propheeta sensisse videbatur, cum diceret. Exulta, & lauda habitatio Syon, quia magnus in medio tui sanctus. Prædecessor igitur ipse dicendum putauit. Exultent omnes Angelorum chori, qui de euacuatione sedium repletionem solliciti, humiles corde, ac bonis, & sanctis operibus præcellentes, per virtutum gradus, in beatas illas mansiones, vnde superbi conuerant spiritus, perducere gaudent. Exultent quoque anime iustorum, qui CHRISTI vestigia sequuntur, vite huius stipendijs emeriti, ac mundi illecebris omnibus superatis, cœlesti Regno tandem perfrui meruerunt, & etiam tunc numerosiore, cœlestium civium populo letarentur. Exultet vniuersum cœlum laudibus, resurget terra gaudijs, cum Sanctorum editio letitiam habeat plurimorum. Si quidem fidei zelus exigebat, ac iustitia pietas postulabat, vt quod pro salute plurimorum gerebatur, communibus vbique gaudijs, & plausibus celebraretur, præcipue verò prædecessor ipse etiam putauit exultare debere, Pontificum beatorum cœtum, & Sacram illam Doctorem concionem, inter quos Sanctus Antoninus postquam ex hac lachrymarum valle ad cœlestem illam, quæ sursum est Hierusalem (vocate ipsum Domino) migrauerat tamquam nouum sydus gloriosè micabat, & fulgebatur. Cumque eiusdem Antonini Archiepiscopi Florentini, ex civitate Florentie oriundi Ordinis Prædicatorum vite excellentia, casti mores, fructuosa predicatio, & sanctissimum operum perpetua consecratio toti ferè orbi nota esset, & ab omnibus prædicaretur. Nos tunc in minoribus constituti, & t. S. Laurentij in Damaso, tunc Sanctæ Mariæ in Dominica Diacon. qui ex concessione Apostolica Ecclesia Florentina præfesse dimiscebamus, & dilectus filius noster, tunc ipse prædecessoris Thomæ, tit. Sancti Sixti tunc Ord. Prædicatorum Generalis Magister, Presbyteri Cardinales, ac tunc priores libertatis, & dilecti filij, Capitulum Ecclesiæ Florentinæ, considerantes ipsius Antonini Archiepiscopi vite sanctimoniam, quotiè, & quibus miraculis, tantum in vita, quam post mortem claruerat, & in dies clarebat, considerantesque ipsum, iuxta morem, & ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Canonizationis dignitate præfulgere, ac Sanctorum numero, & Cathalogo aggregari. Pie mem. Leonis Papa Decimi secundum carnem fratris patrueli, etiam prædecessori nostro in dicta Ecclesia Florent. tunc existentis, Missa Pontificali, & alijs peractis solemnibus humiliter supplicarunt, vt gloriose memoria dicti Antonini Archiepiscopi Canonizationi intendere dignaretur. Idem Leo prædecessor eorum pio desiderio amere volens, dilectis filijs Magistris Iacobo Simone, & Guiliermo Cassodoro nostris, tunc ipsius Leonis prædecessoris Capellanis, & causarum Palatij Apostolici Auditoribus commiserat, vt ipsi, vt quilibet eorum, de sanctitate vite, cateris-

que VII-



que virtutibus, & miraculis eiusdem Antonii Archiepiscopi se diligenter informarent; & habita super his informatione matura ipsi Leoni predecessori, in Consistorio suo secreto fideliter referrent, ut de fratrum suorum consilio, ad omnipotentis Dei laudem efficere posset, que sanctorum Patrum dogmata, & sanctorum Canonum institutiones, nec non iustitia, & Christiana charitas posuisset, atque requireret. Camque Auditores prefati ad inquisitionem premissorum procedentes, articulis, & interrogatorijs datis, ac citatione legitima precedente sexaginta duos testes coram eis productos recepissent, eosque previo iuramento examinassent. Idem Leo predecessor ex dicta Civitate Florentina, ad aliam urbem, & Romanam Curiam redire proposuisset, dilectos filios Ioannem Mariam, Abbatem Monasterij Vallis Fimbrosæ Fesulan. Diocesis, & Antonium Sacramentorum Canonicum, dictæ Ecclesiæ Florentinæ, ac Leonardum de Guafconibus, tunc Vicarium Episcopi Fesulani in spiritualibus Generalem, dictorum Auditorum loco, in causa Canonizationis huiusmodi surrogauerat, eisque commiserat, & mandauerat, ut ipsi, vel duo, aut vnus eorum ad vltiorem promissorum inquisitionem procederent, ac testes reciperent, eorumque attestaciones, ac depoficiones, & omnia alia acta in scriptis fideliter redacta, sub eorum sigillo clausa, ad ipsum Leonem predecessorem remitterent, ipsique surrogati in causa inquisitionis huiusmodi, ad vltiora procedentes, quadraginta octo testibus coram eis productis, iuratis, & examinatis, ac processu desuper formato, & absoluto, illum sub eorum sigillis clausum, ad eundem Leonem predecessorem remitterent, & successus nonnullis alijs testibus, tam per prefatum Vicarium, quam nonnullis alijs Notarijs ad procuratoris fidelis. Civitatis Florentinæ instantiam examinatis, & eorum attestaciones etiam sub sigillo clausis, ad eundem Auditores remisit, & de eorum mandato per Notarium causa in registro insertis, prefatus Iacobus presente eodem Guillemo, die nona Mensis Decembris, Anni millesimi, quingentesimi, sextidecimi, omnia, & singula in huiusmodi Canonizationis causa, tam coram eis, quam dictis surrogatis, & Notarijs acta deducta, producta, & probata, plenè, fideliter, & diligenter eidem Leoni predecessori, & sancto Romano Ecclesiæ Cardinalibus, in Consistorio suo secreto referat. Quæ relatione facta idem Leo predecessor, eam vultis adhibere diligentiam, & grauitatem, quam rei magnitudo postulabat, processum in ipsius Canonizationis negotio factos, venerabili fratri nostro, tunc suo Bernardino Officijs. tunc Sabini. Episcopo, & tunc in humanis agentibus bona memoria, Leonardo. tituli Sancti Petri ad vincula Presbytero, & Bernardo S. Marie in porticu Diacono Cardinalibus, per eos denno diligenter examinandos in dicto Consistorio secreto vna vocis oraculo commiserat. Cumque idem Leo predecessor prefatum Bernardum Cardinalem, ad charissimum in Christo filium nostrum, tunc suum Franciscum Francorum Regem Christianissimum Legatum à latere suo destinasset, in eius locum, dilectum filium nostrum, tunc suum Innocentium S. Marie in Dominica Diaconum Cardinalem surrogauerat. Ipsique Bernardus, ac Leonardus, & Innocentius Cardinales, in causa Canonizationis huiusmodi ritè procedentes, ac dicto processu, vna cum Auditoribus, & Abbate prefatis, nec non dilecto filio Melchior Baldastino, iuris vtriusque Doctore nostro tunc ipsius Leonis predecessoris, Aulæ Consistorialis Advocato, iteratis vicibus diligenter examinato, & causa huiusmodi mature discussa, primo per Bernardum Episcopum die tertia decima Iunii, Anni millesimi quingentesimi Decimi Nani, in vno multis, & magnis in vita, deinde in alio consistorio secretis per Leonardum Cardinalem prefatum post mortem ipsius Antonii Archiepiscopi miraculis fideliter relatis, eodem Innocentio Cardinale presente, & relationem per ipsos factam comprobante. Et si ex eorumdem Cardinalium relationibus de vite Sanctimoniam, & humilitate, alijsque virtutibus, & miraculis eiusdem Antonii Archiepiscopi plenissime constaret, quam plurimis tamen fide dignis testibus se offerentibus, ac super eisdem miraculis daponere volentibus. Idem Leo predecessor die vigesima quinta Mensis Ianuarij, Anni millesimi, quingentesimi viginti, eis-

dem Iacobo, & Guillemo auditoribus, etiam commiserat, & mandauerat, ut per se, vel alium, seu alios, tam in dicta Vrbe, quam extra eam, & ad partes, ad aliorum testimonium receptionem, & illorum examinationem procederent, & deinde in dicto Consistorio secreto referrent, ipsique Iacobus, & Guillemus Auditores, dilectos filios Venerabilium fratrum nostrorum, tunc ipsius Leonis predecessoris Archiepiscopi Senensis, & Pistoriensis, ac eiusdem Fesulan. Episcoporum Vicarios in spiritualibus Generales, ac prefatum Antonium Sacramentorum Canonicum iuxta tenorem commissionis eis factæ subdelegauerant, eisque eorum cuiuslibet mandauerant, ut super miraculis in vita, & post mortem, per ipsum Antonium Archiepiscopum factis, testes reciperent, & previo iuramento diligenter examinarent, eorumque dicta, & attestaciones in scriptis redigerent, & cuncta sub eorum sigillis clausa, ad eos remitterent. Cuius commissionis vigore, dilectus filius Ludouicus de Adimaris prefati Episcopi Fesulan. Vicarius in spiritualibus Generalis, in causa Canonizationis huiusmodi ritè procedens, super eisdem miraculis, centum quinquaginta & vno testibus eorum eo adhibito fidei procuratore huiusmodi deductis, iuratis, & fideliter examinatis, eorumque dictis in scriptis redactis, processum per eum absolutum, & suo sigillo clausum, ad eundem Iacobum, & Guillemum Auditores, per proprium nuntium remisit, ipsoque processu per eundem Auditores recepto, & aperto, ac diligenter examinato, & facta per eos super illum in secreto Consistorio fidei relatione. Idem Leo predecessor ipsius vltimi processus examen commiserat eidem Bernardino Episcopo, & Innocentio Cardinali, ac dilecto filio nostro tunc ipsius Leonis predecessoris Achilli. rit. S. Maria trans Tiberim presbytero Cardinali, quem Leo ipse predecessor, loco eiusdem Leonardi Cardinalis vita iuncti in huiusmodi causa subrogauerat, ipsique omnibus processibus per eundem Bernardinum, & Achillem, ac Innocentium Cardinales denno diligenter examinatis, facta per eos plenè, & fidei relatione, ac scrutatis eorumdem Cardinalium votis, in eandem sententiam conuenerunt, & Antonium Archiepiscopum ipsum Canonizandum censuerunt. Deinde alio tempore, videlicet die quartadecima mensis Decembris, Anni millesimi, quingentesimi viginti, scrutatis votis omnium, & singulorum Cardinalium, qui numero triginta septem tunc in secreto Consistorio aderant, vna, & eadem omnium sententia fuerat, ipsum videlicet Antonium Archiepiscopum, Canonizandum fore. Quibus peractis idem Leo predecessor in vigilia Pentecostes, Anni millesimi, quingentesimi, viginti primi, publicum Consistorium pro sexta feria post festum ipsius Pentecostes indixerat, & teneri mandauerat, in quo idem Melchior, publicam orationem, de vita, sanctitate, moribus, ac virtutibus ipsius Antonii Archiepiscopi, nec non miraculis in vita, & post mortem factis, & in processibus huiusmodi contentis, atque probatis, ut ea in secretis Consistorijs relata, Prelatis Curie, ac Curialibus omnibus innotescerent, habiturus erat, sed cum ante dictam sextam feriam febre correptus fuisset, Consistorium illud prefata sexta feria teneri non potuerat. Deinde impeditis, ac postremo obitu eiusdem Leonis predecessoris superuenientibus, in Canonizationis huiusmodi negotio vltimus processum non fuerat. Idem Adrianus predecessor post ipsius Leonis predecessoris obitum, diuina fauente clementia, ad Summi Apostolatus apicem assumptus fuerat, cum ad dictam Urbem Domino concedente peruenisset, & à nobis tunc in minoribus constitutus, ut presertim, ac Thomæ Sancti Sixti prefato, ut venerabile fratre nostro, tunc ipsius Adriani predecessoris, Nicolao Episcopo Cardinali de Flisco dicti Ordinis Prædicatorum Protectore, ac eisdem Prioribus libertatis, & Vexillifero iustitie populi Florentini requisitus fuisset, ut ad vltiorem eiusdem Canonizationis expeditionem procedere dignaretur. Et si omnimodò idem Adrianus predecessor, id facere intenderet. Peste tamen in dicta Vrbe tunc vltra modum sentiente, ad ipsum aliquantulum differre coactus fuerat. Postmodum vero cum pestis ipsa per DEI misericordiam cessasset ipse Adrianus predecessor Christiani gregis vniuersalem curam gerens, pro debito pastoralis officij, militantem Ecclesiam, cælesti, ac

triumphanti spouo illius conformare, & pro eius adificationis implemento, omnibus diligenter examinatis, ac mature discussis, ipsum Beatum ANTONIUM in Catalogum Sanctorum referendum esse duxit. De cuius quidem ANTONII Archiepiscopi Origine, vita, moribus, & sancta, omisit in presentiarum miraculis premittitudo illorum, que libello quodam impresso ex ipso Canonizationis processu per cassis procuratorem fideliter excepta, & per ipsum fideliter reuisa, atque collata continentur, aliqua ex multis ipse ADRIANVS predecessor duxit referenda.

ANTONIUS igitur ipse beatus in civitate Florent. que inter cunctas Italie ciuitates, cum multis alijs virtutibus, & dotibus, Vrbes insignes, & præclaras facientibus, tam maxime pietate, ac Religione semper floruerat, & Nicolao, & Thomasi, sub timore DOMINI piè, & castè videntibus, tanquam ex bona arbore, bonum fructum faciente ortus, & ab eis benè, & pudicè educatus, cum primum per artem DEVM sibi cognoscere licuerat, eligens ei soli seruire, ac mundi pompis omnibus renuntiare velle, sese ipsi DEO in totum dicauerat, ac in oratorio horti Sancti MICHAELIS dictæ Civitatis ante imaginem Crucifixi, humiles, ac deuotas preces porrexit, & Virginitatem, quam illi fouerat, vsque ad vltimum vite spiritum illius dono, & gratia conseruare posset. Imitaturus enim ipsum CHRISTVM, quem de Virgine natum, virginitatem perpetuè conseruasse constat, & secreta DEI contemplaturus, nullum gratius donum petere, atque impetrare potuisset. Virginitatem namque seruanti tantum dabatur propius arcana, & cælestia contemplari, ac diuinarum rerum veritatem cognoscere, quantum ea virtus secretior erat, & terrenis sordibus, omnique corporis contagione, & seditate longius abest. DEVS, qui cruciatur est cordium, sinceram puritatem, parumque animum introspectiens, humilem, ac sanctam eius orationem exaudierat, eumque inter illos commendandum elegerat, quos in Apocalypsi præiudicat Ioannes, sequentes agnum, quocumque ierit, cantantes Canticum nouum ante Thronum DEI, quod soli modulantur, qui cum mulieribus non sunt coniugati, & labem carnis, atque immunditiam omnem execrati, amittuntur stolis albis, & coronâ immortalis gloria decorantur. Puer igitur ipse à DEO electus, crebris ieiunijs, continuè ad DEVM præmeditatione, frequentibus circa Orationem, & studiâ vigilijs, etiam illum modicum ætatis calorem excidebat.

Cumque tertiumdecimum attingeret annum, ut humanis illecebris posthabitis, atque contemptis, soli DEO, eiusque mandatis seruire, ac penitus vacare posset, Religionem Sancti Dominici, que per ardua tenuit, ingredi statuerat, & die quadam deuotionis fervore accessus ad donum eiusdem Sancti Dominici de Fesulis dicti Ordinis pergens, à Priori dictæ domus habitum per fratres dicti Ordinis gestat solitum, sibi exhiberi magnâ cum humilitate petierat. Prior ipse, quem pueri tenerior ætas, & religionis austeritas, ad habitum ipsum illi negandum, eius verò feruor, & deuotio ad exhibendum inducebat, secum ipse cogitando, quoniam modo præmaturum pueri desiderium disferre posset, eum interrogauerat, quibus studijs vacaret, tunc cum respondisset se Decretorum lectioni operam daturè, tunc Prior motum inuenisse ratus, quo interponeretur amicus, donè maturior illi ætas accederet, dixerat non solite Canonibus habitum dicti Ordinis exhiberi, nisi toto Decretorum libro memoria commendato. Quibus verbis fide adhibita, innocens, simplexque ut columba puer à Priori discedens, & domum paternam repetens Decretorum lectioni totis viribus incumbere, ac vacare cepit, addeque seculi lectione, ac assidua Oratione perficeret, ut cum sapiente merito dicere posset. Optauit, & datus est mihi sensus. Illuminatus enim ab eo, qui illuminat omnem sententiam, & qui lux, via, & veritas est, eiusdem annis præ sui magnitudinem tam breui temporis spatio à quoquam vix legi posset. Quo peracto, letus, & alacer, quasi ad vi-

toris sua palmam accipendam properans, seculis reuertens, ac Priori asserens, se integrum Decretorum librum mandasse memorie mandasse, dari solitum magna instantia postulatuerat. Prior secum considerans, quam esset mirabilia opera DEI, accuis Patribus ipsius domus, factoque memorie periculo, illis rei miraculo suspentibus, ac inter se dicentibus. Quis putas puer iste erit, de illorum unanimi consensu, eundem ANTONIO ipsum genibus flexis humiliter petenti, cum benedictione DOMINI exhibuerat, in quo per quadraginta quatuor annos tanta humilitate, ac vna Sæcimoniam perseruauerat, talentum sibi à DOMINO creditum, non sudario alligans, aut terra infodiens, sed ut prouidus dispensator in communem utilitatem conuertens, ut qui eius innocentiam, & puritatem nouerat, dicere soliti fuerant, sibi videri, quod in eo Adam non peccasset, adeoque ipsius Religioni seruator fuerat, ut omnium fratrum oculos in se tanquam lucidissimum exemplar, ac reuerentissimam normam conuerteret, ipsique fratres cum tunc ætate iuuenem, aliorum Regnum præposuerat, imitumque cogeerat, ut domorum dicti Ordinis Italie gubernacula susciperet, ac Officium generalis Vicariatus, congregationis Iusticie, Regularis obseruantie exerceret. In quo ita se laudabiliter gesserat, ac tantam animi, & corporis humilitatem ostenderat, non solum doctrina, paternisque monitionibus, ( ut officium illud Prelationis exigebat ) subditos regens, atque instruens, sed corporali etiam seruitio, & proprio seruilis ministerio vrens, ut vixus CHRISTI miles, eiusque Sanctorum operum imitator ab omnibus iudicaretur, & in eo Dominicum istud verbum videretur impletum, Qui maior est vestrum, sit ipse minister vester, nonnullas dicti Ordinis domos, in quibus regularis obseruantia relaxata fuerat, visitando eas ad veram, & sanctam regularem obseruantiam reducere, & ut si omnibus exemplar præberet, vltra continens animi, & corporis labores, ac præter assiduas in orationibus, studiisque vigilias, à carnis usu quasi semper abstineret, Ceticum nunquam dimiserat, ac ferreo super umeri carnis cingulo cinctus, nudam terram, seu lignas tabulas pro lecto habuerat, donec ad senectutis annos perueniret, tunc enim strato ex paleis, vti ceperat, ieiunijs, aliisque corporis macerationibus supra tenus corporali vices continue penitentiam agens, horas fere omnes diu, ac noctis ad arcana DEI contemplananda, ac verbum eius Evangelizandum, & ea scribendum, que ad communem utilitatem, & Christianam Religionem pertinent, sedulo, ac ingiter impendebat, nec solum vna voce predicando tunc videntibus, sed & posteris plurima librorum optimorum, tam in Sacris literis, tum in naturalibus, tam maxime in moribus scientijs monumenta vtilissima relinquendo, professe studierat. Quorum tam grandium, atque adeo insignium virtutum fama permotus, pie mem: Eugenius Papa Quartus etiam predecessor noster Ecclesiæ Florent. tunc Pastore vacante, de persona eius præter omnem spem prouiderat, ipsamque illi præiudicat in Archiepiscopum, & Pastorem. Quod cum sibi nunciatum fuisset, handquaquam huiusmodi munus letatus fuerat, sed ut omni humilitate plenus, tale onus humeris suis impar indicauerat, ac statim cogitare cepit, quo pacto posset illo absolui, ac liberari. Suis igitur, & amicorum literis eidem Pontifici supplicare non desierat, ut se in minoribus inter consiliarios suos relinquere, ac dictæ Ecclesiæ de persona alterius, qui tanto dignitate magis idoneus esset futurus, providere dignaretur. Cogitauerat autem Sardiniam petere, ac ibi tantisper delibescere, donec alius eidem Ecclesiæ præficeretur, sed ut ei consuevit, Homo cogitat, & proponit, DEVS autem disponit. Nam quanto magis reluctabatur, ne Archiepiscopalis dignitatis onus sibi imponeretur, tanto magis operabatur DEVS, ne alius quam ipse Archiepiscopus crearetur. Siquidem ipsi Ecclesiæ, & civitati Florent. pariter consulere volens, tunc ipsum Eugenium Papam, tunc etiam Cosmum Medicem, qui tunc temporis in ipsa Civitate in-

\* in aliorum regimini.

gias animi doctores atque virtutes, Religionem imprimis colebat, inspirauerat, vt hominem partim precum blanditijs, partim conseruatum timore compellerent, ad consentiendum prouisioni de se facta, qui cum illam DEI voluntatem esse agnosceret, ne illi contumacius velle resistere videretur, obedientiam iugo collum subiugerat, ac Pontificis mandatis, & Cosma precibus (vri par erat) parauerat & obtemperauerat, ac non solum ipsi Ecclesie, sed etiam vniuersa civitati Florent. illiusque populo, & gregi sibi commisso, ita vtiliter presuerat, vt inde omnes intelligerent, ipsum diuino potius, quam humano consilio ipsi Ecclesie pro illius populi salute in Archiepiscopatum profectum fuisse. Nam se cum ipse reputans, ad huiusmodi dignitatem vocatus, non luxu, ac delictis delictos esse oportere, sed omnibus, & praesertim subditis, frugalitatis, ac virtutis exemplar esse debere, nihil profus de illo tenui, ac simplici victu, quo per quadraginta quatuor annos in religione vsus fuerat, immutauerat, ipsamque paupertatem, quam veluti spem charissimam semper dilexerat, constantissime retinuerat, etiam semper aliquid de necessarijs vsibus suis detrahens, vt largiri erga pauperes, ac liberalior esse posset. Octo familiaribus inter quos vnus erat Religiosus, vnus, qui pro Archiepiscopatus negotijs, vix sufficere poterant, charitatis, & misericordiae operibus semper intentus. Nam vt hospitium, quod pauperum verecundorum dicitur, in dicta civitate, in eoque Confraternitas pro illius regimine institueretur, presato Cosmo, viro piensissimo plurimum adiuuante, auctor fuerat: solum enim ipsius confraternitatis confratres, egestate oppressis, seu mendicare erubescens, vberes, copiosaque eleemosynas, elargiri. Et vt ipse beatus Antoninus omnia misericordiae opera praesertim, infirmos, ac etiam peste laborantes visitabat, illisque non solum de spiritualibus, sed etiam de temporalibus cibis, & medicinis opportunis prouidebat, illisque interdum sibi paratos cibos cum altero prandere non posset, in audita charitate largiebatur, nudos etiam propria quandoque tunica cum iam omnia erogasset, vestiebat. Cuiusque omnes mensae sua Archiepiscopalis fructus reddidit atque preuentus, in pauperum alimoniam; vixinum doctores, atque hospitalium sustentationem, aliisque pios vsus erogasset, ac pro temporum angustijs, esset pauperum copia, & nihil aliud superesset, vnde pauperibus ipsis, & indigentibus subueniri posset, a presato EVGENIO, & recolende mem. NICOLAO Quinto, ac CALIXTO Tertio, & PIO Secundo, ROMAN. PONTIFICIBUS, similiter predecessores nostris, quibus ob vna sanctitatem charus erat, non paruas pecuniarum summas, in huiusmodi pios vsus conuertendas recipiebat, easque pauperibus ipsis distribuere. Denique nullam charitatis, & misericordiae genus erga Carceratos, viduas, & pupillos omittit: memor. S. verbi PAULI APOSTOLI dicentis. Etsi habuerit omnem fidem, ita vt mentes transferam, charitatem autem non habuerit, nihil sum. In administranda iustitia, nullum iudicium eo tempore illi comparari poterat, ita vt presatus Nicolaus predecessor, appellatone, quas a suis sententijs ad Sedem Apostolicam deferri coningeret, nulli alteri committi, sed ad eum examinandas remitti mandabat, ratus hominem ab omni odio, amicitia, prece pretio, aliisque omnibus, que iudicantium animos in sententijs dictandis perturbare, ac peruertere solent, penitus alienum esse. Causas omnes ad eum delatas, concordat componere, aut celeris sententijs diffinire studebat. Cuius iudicio fore omnes propterea acquiescebant, quia id ab ore sanctissimi viri, Deo sic inspirante, procedere existimarent. In corrigendis vitijs, emendandisque delictis, vnusque reuerentia ieiunare, ita tamen, vt in eo misericordiam, cum iustitia, coniuncta esse videretur Fidei, & Ecclesiasticae libertatis defensionem, se praebat acerrimum, nec vilius minas formidabat. Cuiusque olim ciues quidam Florentini insolentiores, illi voluntatibus ipsorum se opponere minati fuissent, ita responderat, vt ostenderet nihil sibi ex bonis terris tribuere, aduini posse, quo valde tristeretur, & se Ecclesia sua spoliatum libenter ad religionem,

& fratres suos rediturum fore, qui latius, ac libentius eum varijs curarum oneribus leuatum exciperent. Clerum reformauerat, ac populum correxerat, prauosque ciuitatis mores emendauerat, ludos omnes prohibitos, atque damnatos sustulerat, superfluos mulierum ornatus restrinxerat, ac sero omnium cordibus deuotionem spirituales infixerat, quandoque sereno, quandoque vero calcaribus pro animarum, & temporum qualitate vnus, vt ferotius seditioibus sub DEI timore, & charitatis zelo vincerent, & in sancta Religione persisterent. Quibus animi virtutibus in dicto Ordine quadraginta quatuor, in Archiepiscopatu vero tredecim annos continuit, absque non solum culpa, sed etiam culpa suspitione vsus, cum annum septuagesimum ageret, quod sepius praedixerat, susceptis de mone summa cum deuotione Ecclesie Sacramentis, bonis omnibus (si qua tunc illeremanserant) inter pauperes Christi distribuit, cum lacrymis imagine Crucifixi, amplexa, ac sepius vsu repetitis verbis, seruire Deo regnare est, ac Sancta, & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam, nescio. Hilari atque laeto animo coram suis charis religiosis fratribus orantibus, & stantibus, 6. Nonas Maij anni millesimi, quadringentesimi, quinquagesimi, ita immaculatam animam reddiderat Creatori, vt cum Apostolo dicere posset. Bonum certamen certauit, cursum consummavit, fidem seruauit, in reliquo reposita est mihi corona iustitiae. Postquam presatus Pius predecessor, cum viri sanctitatem iam pridem cognitam haberet, Florentiam ingressus, omnibus Christi fidelibus eius corpus antequam sepulchro conderetur, visitantibus, indulgentiam septem annorum, & totidem quadragenarum concesserat. Ex quo tanta non solum Ciuitatis, sed etiam circumuicinarum locorum multitudo confluxerat, vt eius corpus, per octo dies sepulchro tradit non potuisset, omnibus id videre, atque osculari volentibus multaque infirmis eius intercessione sanitate a DEO implorantibus, eamque miraculose consecutis, qui licet ex sanctis operibus suis beatus & sanctus ab omnibus eius vitam inuentibus, aut sanam integerrimam audientibus, certissime crederetur, eam tamen opinionem auerit, manifestata, & oculata viso Dominica, cuidam Tuccio Monacho Monasterij Cistelli floren. Cisterciens. Ordinis in ciuitate ipsa floren. & Constantio de Esabiano, tam sanctitate vita claro, quam scientia, & doctrina in dicto Predicatorum Ordine professori, in Ciuitate Aesulanensi oblata. Quorum vterque eadem noctis hora, qua dictus beatus Antoninus ad Dominum transiit, eius animam ab angelis in celum visibiliter portari viderant. Eandemque opinionem, fideique postea confirmabant, magna, & innumera miraculorum multitudo, que omnipotens Deus ipsius beati ANTONINI inter caelestes beatorum choros recepti meritis, tam dum in hac misera luce vixerat, quam vita functus, post mortem ipsam mundo manifestaerant. Siquidem eius inuocato nomine, Demoniaci a malis spiritibus liberati, diuersorum morborum generibus oppressi, & a medicis omnino desituti, ac mortui, & pro mortuis vti que habiti reuixerant, ac pristinae sanitati restituti, ac leprosi mundati fuerant. Praeterea claud. incessum, surdi auditum, muti loquelam, contracti morum liberam, caeci lumen recuperauerant, eiusque sanctitatis non modice ipsi Adriano predecessori, & toti populo testimonium perhibere poterant verba, quibus viuente adhuc ipse beatus Anisifius ANTONINO idem NICOLAUS predecessor in Canonizatione Sancti Bernardini de Senis per eum facta vsus fuerat, asserendo non minus ad Dei laudem, Antoninum viuunt, quam Bernardinum mortuum inter sanctos referendum putare. Quibus & alijs multis, quas per eundem Adrianum predecessorem recenseri poterant, iure ac merito predecessor ipse Adrianus, ad ipsius, B. Antonini venerationem inducitur. Egitque omnipotenti Deo quantas potuit gratias, quod predecessorem Adrianum ipsum deus celebratio ideo forsan eidem Leonis predecessori permissa non fuerat, ne ad eam patria potius affectu, quam in isto deuotionis zelo motus videretur, aut non recte cuncta insipientibus indicaretur. Cuius praeter magna, & multiplicia ipsius beati Antonini merita, & mirabilia signa per diuinam potentiam ad eius intercessionem mortuilibus ostendit,

sa, qua

sa, quo in libellum, vt presertim diligenti, & fidei procuratore causa ex processu, & restum dictis, redacta, & impressa, ad multa essent, & probatissima, & vera, vt per se Adrianum predecessorem huiusmodi ad Canonizationem eandem faciant facile persuadere possent, sciretque ipse Adrianus praedecessor, nihil vniquam ferre ab omnibus Regibus, & Principibus Christianis, etiam a clara memoria Maximiliano in Imperatorem electo, tunc in humanis agene, maiore instantia a presato Leone, & ab eodem Adriano praedecessoribus postulatum, ac propè flagitatum fuisse, durum, & quodammodo impium, ipse Adrianus praedecessor arbitratu fuerat, eos tam pio, ac deuoto desiderio diuinitus suscipi. Ne igitur ipse Adrianus praedecessor, tam presatis Principibus pie supplicentibus, ac Spiritu Sancto resistere videretur, qui per os Prophetae laudare Deum in Sanctis suis iubet, Consistorium publicum habuerat, in quo cum pro vltiori executione presatis Melchior aduocatus, omnia de ipsius beati viri, vita, moribus, & miraculis copiose perceruisset, inique Adriano praedecessori, pro parte eorundem Regum, Ducum, Principum, ac plurimorum Prelatorum Episcoporum, Capitulorum, ac Religionum humiliter supplicasset, vt ad eiusdem Canonizationem maturè deliberatione praeberet a procedere dignaretur. Idem Adrianus praedecessor de relictis coram eo in primis humiliter Deo gratias agens, magnè multitudinis affante, in triduum Orationes, ieiuniumque iniecit, vt Deus omnipotens ipse Adriano praedecessori, quod factum optimum in hac re foret, ostendere dignaretur, nec pateretur, militarem Ecclesiam suam errare, quae se triumphanti conformare consueuerat. Triduo deinde elapso, omnes, qui in Romana Curia erant, Prelatos iussit in suo secreto consistorio conuenire, qui processibus super ipsius beati Antonini vita, moribus, & miraculis editis, per ipsum Melchior aduocatum breuiter reperitis, ad vnum interrogati, quid super huiusmodi negocio faciendum censerent, in eandem sententiam conueniunt, beatum videlicet Antoninum, Canonizandum esse. Ipse ergo Adrianus praedecessor Deum, & voluntatem sequens, attendensque iustum, ac debitum esse, vt quos Deus honorat in Coelis, venerationis officio laudarentur, & glorificarentur in terris, cum ipse potius laudetur, & glorificetur in illis, qui est laudabilis, & gloriosus in saecula, Diem illum Canonizationis ipsius beati Antonini, in medio Basilice Principis Apostolorum de Vrbe, quo maxima omnium generis, ordinisque multitudo confluxerat celebrandum statuerat, ibi affante populo, & vniuerso Clero de vita, & fama, & miraculis eiusdem Antonini, humiliter deuotioneque pleno sermone, per eundem Adrianum praedecessorem, vt moris est habito. Deinde Letania, & Hymno. Veni creator spiritus deuote canentis, ac reliquis omnibus legitime peractis, praedictus Ordinis Predicatorum in causa Procurator in medio stans, diciturque illud B. Ioannis Apostoli clara voce proponens, videlicet. Tres sunt, qui testimonium dant in caelo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus. Probauerat ipsas beatae Trinitatis personas, testimonium perhibere, quod beatus Antoninus in caelis esset. Patrem videlicet in miraculorum potentia, filium in doctrina sapientia, & Spiritum Sanctum, in vita ipsius bonitate. Et propterea non solum nominibus omnium, qui antedictam Canonizationem fieri supplicauerant, sed etiam ex parte ipsius sanctae, ac summae Individae Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Quatenus ipse Adrianus praedecessor, eandem beatum Antoninum Sanctum pronuntiare dignaretur, postulauerat. Eapropter Adrianus praedecessor huiusmodi considerans, quod in eadem Canonizatione non permissurus esset DEVS, ipsum errare, qui omnia in ea quomolibet requisita obseruata fuisse cognouerat, & obseruari fecerat, prout obseruauerat sub Data videlicet pridie Calend. Iunij Pontificatus sui anno primo, de eorundem Fratrum suorum Sacra Romana Ecclesia Cardin. omniumque Pralatorum in Romana Curia existentium, vniuersi consensu, & maturo consilio, de Canonizatione DEI misericordiam, ac Beatorum PETRI, & PAULI Apostolorum eius auctoritate concessisset, beate memoria ANTONINUM Floren. Sacrae Theologiae Professore, ac gremio Sacri Ordinis Predicatorum & ex officio Vicariatus Generalis, congregationis Tusciae, regularis obseruantie huiusmodi in Archiepiscopatum Floren. assumptum, sanctum esse, & aliorum Sanctorum DEI Cathalogo ascribendum, & a gregendam fore, ac fideliter firmiterque teneri debere decreuit, ipsamque Sanctorum Confessorum, & Doctorem,

quos Sancta DEI venerabatur Ecclesia confessorio solemniter ascripsit, aggregauitque, ac eum tanquam sanctum publicè, priuatimque colendum esse declarauit ac voluit, statuitque, & mandauit vniuersis venerabilibus fratribus nostris, tunc suis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filijs dilectorum, ac Patriarchalium Metropolitanorum, & Cathedralium Ecclesiarum, Capitulis, & quorumvis Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium professoribus, nec non quibuscumque Ecclesiasticis personis, vt festum ipsius Sancti ANTONINI: 2. die Mensis Maij, qua die nexu carnis, soluta eius anima, pretiosa Caelos ascenderat, singulis annis solemniter, & deuote celebrarent, Diuinum officium, velut ipso vna Confessore Pontifice & Doctore, tam publicè, quam priuatim, prout contingeret persoluendum. Dilectis vero filijs Fratribus dicti Ordinis Predicatorum, huiusmodi officium sub duplici festo, & maiori cum octauis, eo modo, quo aliorum dicti Ordinis Predicatorum Sanctorum celebrare festi, tam in die, quam in Octauis consueuerant, etiam in vacantijs feriarum hebdomadae adalium in Prouincia iuxta consuetudinem Ordinis presati, celebrandi concessit facultatem, Quibus debere per actis, inchoatque per eundem Adrianum praedecessorem, & decantato ac ad finem vsque à Cantoribus profecto hymno, Te DEVM Laudamus. In illius etiam fine, Cardinali Diacono in cantu dicente. Ora pro nobis beate ANTONINE, a Choroguestibus, vt digni efficiamur promissionibus CHRISTI. Ipse Adrianus praedecessor illic propria Orationem de eodem Sancto alta voce decantauit, qua talis est, videlicet. Gregem tuum quae sumus pastor aeterna custodi, & quos beati Presulis ANTONINI a te virginitatis, & pietatis speciali prerogativa dotati, doctrinae salutis illustras, eiusdem etiam semper tuere praesulis. Per DOMINUM nostrum IESUM CHRISTUM. Et deinde vero à dicto Choro responso, Amen, Solemne illic Missam eandem Adrianus praedecessor celebravit de dicta tunc corrente Dominica Trinitatis, collectas singulas sub vna Coniunctione terminans, additis etiam praedicta, ceterisque specialibus eiusdem Sancti ANTONINI collectis, immediate sequentibus. Pro secreta videlicet Muna, qua in salutis pro passionis filij tui memoriam sacrificantes offerimus, quae sumus vt beata ANTONINO Confessore tuo, atque Pontifice assente, nobis ad salutem prouenire concedas. Per eundem DOMINUM nostrum IESUM CHRISTUM. Et deinde vero post Communionem subiunxit dicens. Quae sumus, DOMINE DEVS noster, vt caelesti, & admirabili Sacramento salutis nostrae resecti, beati Anisifii ANTONINI Confessoris tui auxilijs semper adiuti, & abstrahamur à noxijs, & ad salutaria dirigamur. Per DOMINUM nostrum IESUM CHRISTUM. Et cum simili Coniunctione, & ita Missam ipsam ad finem vsque, cum solitis ceremonijs iuxta Ordinarum Apostolicum illic debite terminauit. Indulgentiamque plenariam omnibus officio huiusmodi tunc assistentibus deuote concessit. Quam etiam plenariam Indulgentiam similiter omnibus, & singulis fidelibus in die, qua contingeret, Translatio fieri sacri Corporis eiusdem beatisissimi Antonini, de loco, vbi humiliter tunc iacebat in terra in Ecclesia Sancti MARCI. Floren. Ordinis Predicatorum, ad eminentiorem, & honorabiliorum locum, per fratres dictae Ecclesiae in eadem Sancti MARCI Ecclesia, ad honorem, & laudem DEI, & ipsius Sancti comementibus, & manus aduocet porrigentibus, tam pro seipsis viuentibus, quam pro defunctis, & absentibus, seu infirmis, aut corporaliter accedere impeditis, mittentibus pro ea consequenda ad dictam Ecclesiam, Eleemosynam à primis vesperis translationis ipsius, & deinde per totam octauam eiusdem pro vna vice tantummodo duraturam, volens, vt ad effectum praedictae Indulgentiae consequenda, tam Prior domus ipsius Ecclesiae Sancti MARCI, quam alij duodecim fratres per eundem ibidem Confessores deputandi, possent ab soluere, omnes contentes ab omnibus casibus, & censuris, à quibus de iure Episcopi & Diocesani poterant, & vota similiter commutare. Ac etiam in loco sepulturae eiusdem Sancti Antonini, in dispositionis suae die videlicet 2. Maij huiusmodi perpetua duraturam Quadraginta annorum, & totidem quadragenarum Indulgentiarum annuatim condonauit. Ne autem de Canonizatione, decreto, ascriptione, aggregatiue, declaratione, vniuersitate, sta-



tuto, mandato, concessionibus, & condonatione predictis, pro eo quod super illis ipsius Adriani predecessoris litteris eius superueniente obitu, confecta non fuerunt, valeat quomodolibet haberi, volumus, & presata Apostolica auctoritate decernimus, quod Canonizatio, quam tam communitatis dicta Civitatis Florent. quam nostris, qui eidem Ecclesie Florent. preeminus impensis, summo desiderio, ac diligentia fieri procuravimus, ac decretum, ascriptio, aggregatio, declaratio, voluntas, statutum, mandatum, concessionis, & condonatione predictae, perinde à dicta die, Fido Calend. Junij suum debitum sortiantur effectum, ac si super illis ipsius Adriani predecessoris litteris, sub eiusdem diei Data, confecta fuissent, prout superius enarratur. Quoque presentes littere ad probandum plenè Canonizationem, Decretum, ascriptionem, aggregationem, declarationem, voluntatem, statutum, mandatum, concessionem, & condonationem Adriani predecessoris huiusmodi vbiq; sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nos enim omnes, & singulos in dignitate constitutos in virtute sancte obedientie requirimus, & monemus, quatenus universis Clericis, & populis suarum Civitatum, & Dioc. & Parrochialium presentes nostras litteras solemniter publicantes, eosdem hortentur, ut Deus ipse à quo bona cuncta procedunt ipsius Sancti Doctoris, & Confessoris Antonini meritis, & precibus exoratus, militentem Ecclesiam Apostolicam fidem, & cunctos Christi fideles, à Pagano-rum, & aliorum infidelium, & hereticorum vaeatibus incur-sibus, & à periculis semper protegat, atque defendat, ac illam, quam nobis mundus dare non potest pacem, hostium omniam sublata formidine, firma cum tranquillitate concedat. Ut quo post huius vite militiam, deponiturque Pastoralis officij munus, vna cum grege nobis credito, ad sempiterna tandem gaudia pervenire mereamur. Demum, quia difficile foret, presentes originales litteras ad vniuersumque notitiam deferri, volumus, ac decernimus, quod earum transcriptus manus publici Notarii inde rogati subscriptis, & sigillo alicuius personae Ecclesiasticae in dignitate constituta munus, ea, prout vbi libet fides adhibeatur, qua prescribitur adhibeatur, si essent exhibite, vel ostensa. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae voluntatis, Constitutionis, requisitionis, & monitionis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum. Datum Romae apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicae, millesimo, quingentesimo, vigesimo tertio, 6. Calend. Decembris. Pont. nostri, anno 1.

LVII. Vita & obitus B. Antonij à S. Germano Ordinis Praed. Praed.

Eodem anno, Comi in regione trans-Padanà diè clauit extremum Beatus Antonius à Sancto Germano, territorij Vercellensis, Dominicanam Religionem professus. In flore iuuentutis, huic instituto se dedit, breuissimoque tempore tantos in virtutibus, & doctrinâ progressus fecit, ut & sanctissimus, & doctissimus euaserit. Praestitit inuitus, Cœnobij, Bononiensi, Comano, & Florentino Sancti MARCI, in quo etiam inuicem loquelam restituit. Praelatus, profusum lachrymarum ex oculis emittebat; quod diceret, sermo vix aptum, supremo clauo fuisse impositum ineptum, ac indignum. Perfundens officio, vel amotus, palmas ad cœlum tendebat, gratiasque summas Deo habebat, qui se hoc intolerando onere exonerasset. Praelatus officij, nihil aliud dies, noctesque verbo, & exemplo, quam animarum salutem quaerebat. Interiora cordium penetrabat, & vitia oculiora percipiebat, ut ab his delinquentes auerteret. Comum Urbem in omnem licentiam suo tempore effusam, ad honestatis, & sanctitatis cultum reuocauit. Peccatis hominum compatiatur quidem; ceterum peccantes, sine reprehensione, & emendatione non dimittebat. Deuotissimus erga Beatissimam Virginem, quoties cum ea loqueretur, visebatur facie radiis illustrata. Spiritu Prophetico claras, etiam suum obitum praedixit. Mortui cadauer, suauissimum odorem spirauit, & quodam can-

dore admirando virginitatis indice resplenduit. Ad feretrum eius, plurimi à diuersis infirmitatibus sanati, & inter hos, aliquis caecus lumen recepit. Resecta vestimentorum eius fragmenta, multis agroris adiumento fuere, multaque miraculis clare: ex quibus vnum, têt igni iniectum, illatum extractum est. Ad nominis eius inuocationem, multa sanitas plurimis collata est. Illud mirum mirandum, aliquando vir Sanctus as-pexit apud Comum. Pro suo more, in ECCLESIA matutinis precibus absolutis, reliquum noctis in oratione, meditationibus, & contemplatione, expendebat; cum strepitum nocte currentium per ECCLESIA adiunctum cœmeterium, equitum, audiuit. Cum hic diutius traheretur, admiratio inprimis eum subijt, & inde curiositas explorandi, qui essent, & quo pergerent nocte intempestâ. Ergo clauibus arreptis, portam aperuit, & egressus foras, numerosissimam phalangem armatorum equitum inspexit, summo cum silentio transeuntium. Fiducia sumptâ: qui, & quo curerent, interrogauit; veruntamen nemo illorum respondit. Rarus, Germanos, vel Helueticos esse, qui idioma Italicum non intelligerent: Latino sermone compellauit. Non respondentibus tamen illis, cum rem altioris ordinis fore concepisset, oratione praemissa, praetercuntes, adiurauit, adeoque in nomine IESU CHRISTI, cui omni genui flectitur imperauit, ut qui essent, quoue properarent, edicerent. Ex his vnus respondit, Phalangem Damonum esse, & ad proximum palatium properare, ad vsurarij illius animam rapiendam. Subiunxit ANTONIVS, se velle orationibus suis eorum conatus praertere. Non amplius esse tempus, illic responderunt. Non intermisit tamen ille preces, pro salute hominis inculcare, Deumque gemitibus fatigare: cum paulo post illos ipsos redeuntes, & vsurarium caballo nigerrimo impositum, ad infirma trahentes, summo cum horrore aspexit: fœ-lisq; defuncti visionem renunciatâ, eos ad meliorem frugem hortatus est, ne participes lacri, participes quoque suppliciorum essent. Michael Pius de Viris illustribus Ordinis Praed. lib. 1.

Nullum in malum, apud DEVM vitorem impunitum. Per hæc etiam tempora inuenio, scdam equidam ex Sacerdotum ordine viui licentiam castigatam. RODERICVS LVNA, Compostellanus in Hispania EPISCOPVS, puellam virginem ex ipsa nuptiarum lætitiâ ad stuprum rapuerat. Ingens scelus, atque intolerandum. Ad hoc excitati Prouinciales, ductore præcipuo, & vindice, LYDOLICO OSORIO hominem facinoribus fœdum sede, bonisque pulsum vindicarunt. Meritis exitus consentaneus. Nouâ eâ inuidia deformis, atque intestabilis, in sordibus, & egestate reliquam vitam exegit.

Ita tanisper ex flagitio lætatus, grauissimas, atque sempiternas poenas breui percoluit. Sed neque HENRICO Regi Castellæ impunè fuit, vitelicitia. Magnorum in Castellâ mortuorum, quæ breui ad maturitatem perducerentur semina hæc effudit. Infans Rex amoribus occupatus erat, nullâ Reipublicæ curâ. Primum Catharinæ Sardo-nialæ, quam noui probri compertam à se amouit, & aliquanto tamen post Toletanis Diui PETRI virginibus Praefectam dedit: Disciplinam laxatam causabat. Honesta species! sed qui à Regiâ pellice astringeretur? De eius amasio ALPHONSO CORDOVA, capitis supplicium Medina Campes-tri sumptum. In CATHARINÆ locum, gloriosae substituta, cui forma præter Reginam, comparari nulla poterat. Puellæ, Alphonsus

LVIII. Scelus Roderici Luna puni-tum.

ANNO CHRISTI 1460.

P II PAPÆ II. Anno 2. & 3.

FRIDERICI ROM. IMPERATORIS Anno 21.

Dissentio-nes in Cas-tella.

LIX. Mira-culum deuotione Ro-sarij pa-triarum.

Fonseca Hispalensis Præsul faebat; Regina, Marchio Villenæ. Sic aula studia in ambas ducta erant, famulae in heram efferebatur. Ventum ex eo ad rixas, iurgiaque, turpitudines, & probra inuicem obijcere, neutra falsò. Aemula aliquandò à Regiâ pugnis male multata est: addita noua turpitud. Bertrandus Cucua, Regiæ Magister, Principes gratiâ potens, magnisque opibus ab eo auctus, ad Regiâ familiaritatem est admissus, nullâ maiestatis curâ. Vulgus in deterius prouum persuasione, turpem consuetudinem interpretabatur: nonnulli etiam persuasum, Rege confcio, & hortante; quò impotentia maculam elueret. Incredibilis turpitud, dedecusque. In Regum Elisabethæ, & Ferdinandi, cum rerum potirentur, gratiâ conficta quidem fabula; probabilis tamen ex Principis ignauia, Regiæ vitæ licentiâ maxima. Consequenti bus ceri è annis, aucta fides, cum Britanni Legati aduentu, ludicrum militare Madritum inter & Pardum à Bertrando institutum esset, additumque conuiuium priuatis opibus splendidius, lautiusque. Sed tanta ex eo Henrici Principis lætitiâ, vt eodem loco Hieronymianis monachis canobium extruendum curarit, nulla maiori religione, quam vt rei gestæ monumentum esset. Principum exemplo lasciuire populus, neque voluptatibus, neque vestium pretio modum facere. Proceres nullo Principis metu inter se conitari, priuati compendij spe induciti, an vt tantum dedecus procurâ et. Impendētia ex his rebus mala multis prodigijs vno tempore significata creditum est. Flamma ingens in cælo visa, quâ bifariam distictâ, parte ad orientem excurrente, euascentemque, pars altera, aliquanto spatio perlittit. In Burgen-si, & Vallisoleti agro lapidibus prægrandibus pluit, magnâ pecorum strage. Ad Penalerem quod oppidum in Carpetanis est, Celtiberiæ vicinum, infans triennis impendentes calamitates: nisi penitentiâ mutarent, denuntiasse fertur. Segobizæ, vbi Regij leones abebantur, facta inter eos laniena exitit. A minoribus maior discerptus est parte etiam deuorata. Nec defuerunt, qui coniectarent, quoniam Regium animal, id est, periculum Regi à regulis eo olento portendi. His prodigijs territâ multitudine, procurandis, Sacrificia peracta, nuncupata, vota: quod præcipuum erat futurum, mores nihilo meliores facti sunt. Mariana de rebus Hispan. lib. 22. cap. vii.

Hoc anno mirum quiddam mirandum accidit, à cultu Diuæ Deiparentis. In territorio Beluacensi, iu-uencula quædam, cui familiare admodum erat faculum recitare Rosarium, ibat cum altera sodale ad visendos peregrè amicos. In eas duo lupi, quos diutina fames armauerat, insiliunt. Altera quidè (miserum) ipsos paut. Hæc verò Diuam virginem obteltari, supplicare, vouere, quò saltem Confessione, & Communioni locus detur. Cernere erat auulsa iam vbera, ventrem lacerum, illa deuorata. Nec mora, ab accurrentibus, vltimus eius spiritus, in fugam lupis conuerfis, defenditur. Triduo etiam superuixit, confessa est, & Sacrosancta Eucharistia resecta: Virgine etiam ei apparente, quæ animam exciperet, Cælo inferret. B. Alanus de Rupe & Albertus Castell. in libro de Rosario, & alij de Rosario scri-ptores.

Erè ad finem Concilij Mantuani, Albertus Marchio Brandenburgensis, ad Pium Pontificem venit; vircelli animi, & rei militaris peritissimus, qui & in Hungaria, & in Bohemia, & in Polonia, & in omni Germania militauit, Ordines duxit. & magnorum exercituum exitit Imperator; cuius tot victoriæ fuerunt, quot prælia. Norimbergenses, octo certaminibus superauit: vno tantum succubuit, non magno accepto detrimento. octo, & decem vicibus clypeo tantum, & pileo rectus, ad singularem pugnam vocatus, victor euasit. Torneamenta tot deuicit, quot adiit. Achillem plerique Theutonicum vocauere. Cum Ludouico Baioariæ Duce, & bellum gessit, victorque pacis leges pro suo arbitrio dixit. Rursus bello reuocato, relictus à sociis, pacem ab holle recepit. Tertium bello resumpto, illatis, receptisque damnis, æquis conditionibus interuentu Archiepiscopi Cretensis, quem Pius in Germaniam miserat, inducias belli sub spe pacis amplexus est. Huic Mantuam venienti, Cardinalis Sancti Petri extra ordinem occurrit. Pontifex in auditorio publico eum excepit, laudauitque magnificis verbis, qui sua opera contra Turcas, alacri, & magno animo promississet, donauit quoque decem mille aureis, & equis Apulis duobus. In Felto verò Epiphaniæ, ensem, quo pro Natalitio Domini dignior, qui adest secularis princeps ornari solet, & pileum margaritis ornatum dono ei inter solemnia dedit.

Quoniam verò irreperat iam pridem in Ecclesia Deiæxialis consuetudo, vt aduersus Romani Pontificis censuras, victi, damnatique Apostolica sententiâ, ad futurum Concilium appellarent; scilicet, Iudicem qui non erat, & superiorem Romano Præsuli darent, qui non inueniretur in terris: & cum ipsi à suis sententiis appellari non sicerent, à Christi Vicario appelladū esse cōsenserent: cōsuluit Pius ea in re Patres, qui aderant in Conuentu, quid conferrent. Illi concordij voto responderunt, appellationes huiuscemodi, cum suis auctoribus damnandas esse, atque ita decretum editum est, atque appellantes à Romano Præsule ad futurum Concilium, tamquam hæresis fautores, & lætæ maiestatis reos, plectendos esse statuit. Illud Pontifex diplomate vulgato confirmavit, cuius seriem inferendam fore valdè vtilem existimauit. Ita habet.

Pius Episcopus, Seruus Seruorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Excecrabilis, & pristinis temporibus inauditus tempestate nostrâ inoleuit abusus, vt à Romano Pontifice, Iesu Christi Vicario, cui dictum est in persona Beati Petri, Pasce oues meas, & quodcumque ligaueris super terram erit ligatum & in cælo, nonnulli spiritu rebellionis imbuti, non sanioris cupiditate iudicij, commisi euasione peccati ad futurum Concilium prouocare presumunt: quod quantum sacris Canonibus aduersetur, quantumque reipublica Christiana noxium sit, quisquis non ignarus iurium intelligere potest. Namque, vt alia prætereamus, quæ huic corruptelæ manifestissime refragantur, quis non istud ridiculum iudicauerit, quod ad id appellatur, quod nusquam est, neque scitur, quod futurum sit? pauperes à potentioribus multipliciter op-

I. Marchio Brandeburg. laudatur & honoratur à Pio PP.

II. Appellantes à sententiâ Romani Pontificis anathemate innodantur.

primuntur remanent impunita scelera, nutritur aduersus primam Sedem rebellio, libertas delinquendi conceditur, & omni Ecclesiastica disciplina, & hierarchicus ordo confunditur. Volentes igitur hoc pestiferum virus à Christi Ecclesiâ procul pellere, & ouum nobis commissarum saluti consulere, omnemque materiam scandali ab oculis nostri Saluatoris arcere, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, cunctorumque Praelatorum, ac diuini humanique iuris interpretum Curiam sequentium consilio, ac assensu, ac certâ nostrâ scientiâ, huiusmodi Pronociones damnamus, & tamquam erroneas, ac detestabiles reprobamus, cassantes, & penitus annullantes, si quae hactenus taliter interposita reperiantur, easque tamquam inanes, ac pestiferas nullius momenti esse decernimus, ac delectamus; precipientes deinceps, ut nemo audeat quouis quaesito colore, ab ordinationibus, sententijs, siue mandatis quibuscumque nostris ac successorum nostrorum, talem appellationem interponere, aut interposita per alium ad hactenus, seu eis quomodolibet vti. Si quis autem contrafecerit, à die publicationis presentium in Cancellaria Apostolica, post duos menses, cuiuscumque status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerit, etiam si imperiali, Regali, vel Pontificali praesulgeat dignitate, ipso facto sententiam executionis incurrat; à qua nisi per Romanum Pontificem, & in mortis articulo absoluti non possit: vniuersitas vero suae Collegium Ecclesiasticum subiaceat interdicto: & nihilominus tam Collegia, & vniuersitates, quam praedicta, & alia quacumque persona, eas penas ac censuras incurrant, quas res inuestitis, & hereticis prauitatis fautores incurtere dignoscuntur. Tabelliones insuper, ac testes, qui huiusmodi actibus interfuerint, & generaliter, qui scienter consilium, auxilium dederint, vel fauorem talibus appellantiibus pari panâ plectantur. Nulli ergo omnino haec minium liceat, hanc paginam nostrorum voluntatis, damnationis, reprobationis, cassationis, annullationis, decreti, declarationis & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datum Mantuae anno Incarnationis Dominicae, M.CCCC. LX. X. V. Calend. Februa. ij. Pontificatus nostri, anno secundo.

III. Pius PP. Conuentum Mantuanum dimittit.

Paucis deinde diebus congregatis in templo Beati Patri Patribus, & vniuersis Principum Legatis, conuentum reduinâ peractâ, Pontifex è folio suo in dicto silentio, Octauum hic agimus mensem, inquit, Fratres ac filij, eos expectantes, qui ad Conuentum vocati fuerunt. Nostis, qui venere. Deinceps sperare alicuius aduentum, qui conferre aliquid ad rem nostram possit, vanum est. Licet hinc iam abire. Peregrinus, quae hoc in loco facienda fuerunt. Vram Dei bene acta sit causa. Quamvis meliora conceperimus, quam inuenimus. Non tamen nihil omnino peractum est, neque spes omnis cecidit. Dicendum est, quid res deducta sint, ut sciant omnes, quid ad sit spes; & qui Reges, quique populi ad tuendam Fidem, vel prompti fuerint, vel negligentes. Hungari si adiuuentur summo conatu, & vniuersis viribus suis, Turcas inuadent. Germani exercitum pollicentur duorum, & quadraginta millia bellatorum; Burgundus sex millium: Itali (exceptis Venetis, ac Germanensibus) Cleri decimas, populi trigessimas annuorum reddituum, ac vigessimas Iudaica substantia, ex quibus nauales copiae sustentari queant. Idem facit Ioannes Rex Aragonum; Ragusi duas triremes offerunt, Rhodij quatuor. Haec tamquam certa, solenni stipulatione per principes, ac Legatos promissa sunt. Veneti, quamuis publicè nihil promiserint, cum tamen expeditionem paratam viderint, haudquaquam decurrunt; neque patientur, ut suis maioribus deterioribus videri possint. Idem Francis, de Castellanis, de Portugallensibus dicimus. Anglia ciuilibus agitata moribus, spem nullam pollicetur; neque Scotia in immo abscondita Oceano. Dacia quoque, Suetia, ac Noruegia remotiores prouinciae sunt, quam milites possint intrare, nec solis contenta piscibus, pecuniam ministrare possunt Poloni, Turcis per Moldauiam conuerti, suam causam defendere non audebunt. Bohemos in modo locis conducere; suo ore extra Regnum non mi-

litabunt. Sic res Christiana se habent. Classem; pecunia Italica parabit, si non Venetis, at saltem Genae, aut in Aragonia: nec minor erit, quam res ipsa exposcat. Hungari, viginti millia equitum armabunt, pedum haud minorem numerum, qui Germanis iuncti ac Burgundis duo de nonaginta millia militum in castris habebunt. & quia non hic copius superatum iri Turcas arbitretur? His accedet Georgius Scanderbechus, & Albanorum fortissima manus; & multi per Graciam ab hoste deficient; & in Asia Charamanus, & Armenorum populi, Turcas à tergo ferient. Non est, cur desperemus; tantum ipse Deus capta secundet. Ite, & narrate domi, quae hic gesta sunt, & ut promissa in tempore faciant, Dominos vestros admonitos reddite; vique propitia sit nobis diuina pietas, orationibus, & operibus pijs operam date. His doctis oblationes suas cuncti, qui aderant, confirmare; qui nihil obtulerant, consuli tacuerunt, Oratores Borfij, ut plus aliquid fecisse, quam reliqui viderentur, aureorum tercenta millia in expeditionem aduersus Turcas polliciti sunt, non sine auditorum admiratione. Postquam omnes finire, iussit Pontifex Cardinales, Episcopos, Abbates, & Sacerdotes cunctos, qui aderant sacras induere vestes: & ipse suo soleo descendens, ad gradus maioris arae conuerterit, ibique flexis genibus suspirans, atque illacrymans supplici voce delectos è Psalmis versiculos, qui ad rem accommodati viderentur, respondentibus Praelatis, & omni Clero, longo spatio decantauit, & oratione praemissa populo benedixit, atque in hunc modum Mantuano Conuentui finem imposuit.

IV. Ioannes Rhenati filius classem in Turcas paratam in Christianos amittit.

Dum haec aguntur, Ioannes Rhenati Regis filius, neque ingenio, neque corpore piger, classem in Rhodano parauit, ut in regnum Siciliae aduersus Ferdinandum proficisceretur. Alanus Cardinalis Auinionensis à Calixto missus in Galliam de Latere Legatus, ut opem aduersus Turcas ex gente Francorum peteret, indulgentem Carolo Rege, decimam Clero imposuit. Collegiteo pacto vim magna pecuniae; & triremes quatuor, & viginti, apud Auinionem construxit ex auro quod supereret. Calixto nihil tradidit. Ioannes corpora nauium pro Christianorum tutelâ edificata aduersus Christianos armauit, profectusque Genam, quae hoc tempore Francis parebat, auxilia eius populi obrinuit, Caietâ, Trano, & aliorum aliis maritimis urbibus in regno promissis, si hostem inde repelleret. Cum nauigasset in Campaniam, aliquamdiu in ostio Vulturii fluminis delituit, inter spem, & metumque dubius, um nemo eorum, à quibus fuerat vocatus, occurreret. Primus omnium Marinus, Princeps Rossani ad eum venit, Theanumque illi aperuit, se, ac sua committens. Hic forem Ferdinandi vxorem duxerat, Alfonso viuente, extra matrimonium natam: & quamuis eslet ingenio rudi, propter nobilitatem tamen, & patris fidem in aula Regiâ inter charos locum obtinuit. Vacante Ecclesia Iheanensi, Pius Pontifex Nicolaum Pistoriensem, qui postea ad Cardinalatum ascendit, virum doctum praefecit. Negauit Princeps possessionem, propter quod anathema factus est, & Theano sacris interdictum: quamuis contumaciâ Cieri, Principem magis, quam Deum timentis, seruatum non fuerit. Princeps à Deo simul, & à Rege recessit, non aliam ob causam, nisi quia Traiectum, nobile oppidum impetrare non potuit, in alto Monte non procul à Lyri flumine situm, in quo primi Scipionis Africani sepulchrum ostendunt. Huius hominis exemplum, & Ioannes Antonius, Princeps Tarentinus, Vrsinorum familiâ natus paulo post securus est; quamuis antea de rebellionem rediisset in gratiam, Poterat grandæuus tenex abique virili sobole, diues admodum & longè, latèq; dominans, feliciter æuum quod supererat traducere, sed impatiens quietis, & vlciscendi stupri, quod Ferdinandus Rex eius torori, Principis Rossanæ, vxori intulerat, cupidus, canos suos sine bello deducere noluit. Rebeliauit ergo & ipse Ferdinando, ut

idem

idem Cathelanos regno eijceret, qui prius introduxerat; siue, quod postea demonstrauit euentus, ut arbiter Regni solus, & moderator esset. Secuti sunt & Caudola Domini, Iacobum imitati sequitorem. Accersit & Iosias Aprutinorum tyrannus, crudelitate, atque impietate celebratus. Accesserunt, & Aquilani, Cathelano sanguini nunquam satis placati, & Soræ Dux, & Honoratus Caetanus Sermonetæ Dominus, & Campi Basil Comites & Marchio Crotonis, qui semel captus, atque minus diligenter custoditus aufugit. Defecit & Carolus de Sanguinis & Amalphitanus Dux inter alios; & Hercules Estensi gente natus, Nicolai Marchionis quondam filius, præter omnium opinionem, qui Ferdinandi non venationis solum sed omnium secretorum comes fuerat. Is Luceriam Saracenorum, in qua cum magna equitum manu hyemauerat, hosti aperuit. Mira rerum mutatio: pauci in fide manserunt, quorum Principes fuere Honoratus Fundorum Comes, ac Salerni Princeps, qui vsque ad mortem in fide permansit, quamuis aliquando nutare sit visus. Filij eius mortuo patre, ad hostes defecere Familia Sancti Scuerini aliquamdiu in officio mansit; postea profugato Rege apud Sarnum, fortunæ manus dedit. Postremo, ut est regnicolarum variabilis natura, melioribus effectis Ferdinandi rebus, ad eum rediit.

V. Pius PP. & Mediolani Ducem Ferdinandum fauent.

Ferdinandus tot malis circumuictus, cum iam hosti profus imparem se cognosceret, Lagatos ad Pium Pontificem, & ad reliquos Italiae potentatus oratum misit, ut pro fœdere opem ferrent. Pontifex ex Mantua, Nicolaum electum Theanensem, ad Franciscum Mediolani Ducem ire iussit, sciscitatum quid ei agendum in tanta rei nouitate videretur. Nam etiam æquum erat, fœderi satisfacere, solus tamen tantum belli pondus, assumere non audebat. Franciscus subueniendum oppresso censuit, Florentinosque, ac Venetos, ut fidem feruarent, requirendos Ferdinandi nomine. Eo facto nec Florentini, nec Veneti fidei fecerunt satis Borfius, qui & ipse sextum locum in fœdere obtinuit, apertus iam hostis effectus erat. Inuentus nemo est, qui Ferdinando ex fœdere responderet, præter Pium Pontificem, & Franciscum Mediolani Ducem; qui postea, fere omnem belli sumptum, molestiamque subiere. Pius, qui nondum spem omnem in re fidei de Venetis amiserat, Gregorium Lollium fratrem suum consobrinum, Piccolominea familiâ donatum, ad eos internuntium misit; qui sæpe in Senatu de classe contra Turcas parandâ locutus, nihil profecit. Illud tamen fecit, quod raro in ea republica auditum est. Prolequebantur Veneti acerrimo odio, Petrum Barbum Cardinalem Sancti Marci, propter Ecclesiam Patauinam, de qua supra diximus, eiusque beneficiorum bona, ad publicam manum acceperant, fratrem è Senatu mouerât, & nè quis possessionem Ecclesiasticorum beneficiorum iniussa Rogatorum consequi posset, lege sancierant. Hæc omnia in Pii Pontificis gratiam, Gregorius abrogari facile obtinuit, apud eam rempublicam, eloquentia, grauitate, & animi fortitudine magni habitus.

VI. Recedit Mantua Pius PP.

Pontifex legationibus per Germaniam, & alias prouincias mittendis absolutis, Mantua ad 8. Ianuarij diem recedens, Cardinalibus quattuor comitantibus Rouerium nauigio peruenit: alij terra iter fecere. Nicolaus, Cusanus, Cardinalis Sancti Petri, ad Ecclesiam suam Braxinensem profectus est, atque ibi, sicut postea dicemus, scandalum passus. Profper Columenensis Cardinalis Sancti Georgij in Velabro, visere Venetas statuit: quo cum venisset, ciuitate donatus est, & inter patritios vrbis ascriptus. Isidorus Ruthenus Cardinalis cum in Graciam transire decreuisset, collatis ad vsum belli pluribus armis, quibus in auxilio suæ gentis vteretur, tandem apud

Annal. Ecc. Rom. 17.

Anconam remansit. Erat hiems admodum frigida, & omnia gelu, niqueque, Ianuario mense iam inclinante rigeabant. Mirabantur Curiales, senem Papam tam spera tempestate iter ingredi. Sed qui in cundo non horruit ætus, nec algorem redeundo pertimuit. Nocte in Rouerio peractâ, sequenti die Borfium occurrentem in Pado habuit, naui Buccentoriâ vectum, & magnâ minorum nauigiorum multitudinem circumdatum, adeo vt nullam non fluminis partem agitarint pulsantque remi, vexilla multicoloris impulsâ ventulo, aspectum mirabilem reddidere. Tubæ, tibæ, & omnia multorum genera in altioribus collocata puppibus, dulcem præbuerent concentum. Personatus apparere diuersi Deorum, ac Dearum & gigantum, & virtutum; pueri, ac puellæ cantare; inaggeribus, qui amnis inundationem cohibent, quasi ad spectandum viri, ac mulieres federe: illi Papæ, isti Borfio vitam precari. Ludouicus Mantuanus inuento Borfio, cum se Papæ sæpius commendasset, domum rediit. Pius Buccentoria Borfij naue concessa, Ferrariam ad nauigauit: vbi occurrentibus Sacerdotibus sacra ferentibus, & magna populi pompa, in arce, quæ supra litus icet collocatus est, & quamuis magnis precibus rogaretur, vt sequenti die maneret, non acquieuit. Borfius, decretum de decimis, vigesimis, ac trigecimis, manu sua vltimus in naui subscipit.

VII. Pius Pius Francis iungitur contra Ferdinandum.

Per idem tempus Iacobus Picininus in agro Cæsenate hiemabat, Ferdinando in fœdere Regi, qui Sigismundo Malefca pacem dedisset: nec dubium erat quin ad Callos inclinaret. Ob eam rem accedens intempesta nocte Pontificem Borfius; Magna, inquit, discrimina Ecclesia imminet, & vniuersa Italia, nisi sapis Papa. Picininus ad Francos transiturus est; tu Ferdinandi partes adiuuas. Ego illi amicus; atque idcirco susceperim, ne tantum belli ducem ad hostes discipere sinas. Si mihi hanc prouinciam commiseris, reconciliabo illum Ferdinando; at quæ ita res eius in tuto erit. Pontifex etiam sciebat Picininum ita Francis obnoxium esse, vt absque summo dedecore, eos relinquere non posset; percontatus tamen est, quo pacto Picininus auferri hostibus posset? Cui Borfius, auri certam summam tradendam Iacobo dixit, & filiam Ducis Mediolani, quæ promissa esset, vxorem, & oppidorum aliquid in regno; postremo terrarum depositum, quod Sigismundus in manu Papæ fecisset, in potestatem ipsius Borfii transferendum. Pontifex, qui Mediolanensis Principis exploratum haberet animum, de pecuniâ, & oppidis atque vxore nihil aduersatus est: depositum sine consensu partium mutare non posse respondit. Conueniebant omnia præter vltimum. Instabat tamen Borfius; sed Pontifex demisso postera die magnifico Principe, Padoque transmissio, per paludes vsque ad flumen Rhenum, nauigio peruenit. Id iter difficillimum fuit, cum ferena hiems aquas omnes glacie altrinxisset, securibus aperire viam oportuit. Sed cum ad Rhenum ventum est, adeo profunda glacies occurrit, vt frangi non posset; nec Bononiensis vehicula apparuerant. Necesse itaque fuit, vt Praesul sella portaretur, & qui eum sequebantur, pedibus irent, ob quam rem nocte præuenti, vt quilibet rusticorum casus inuenit, in eis non sine incommodo remanere. Pontifex in rure Xanti Bentiuolij cum paucis pernoctauit. Sequenti die Bononiam ingressus, in Apostolico palatio quieuit, neque petentibus suam praesentiam Bononiensibus, ad secundam diem concedere voluit. Cum Planorum peruenisset, illic certior factus est, Picininum ad Francos defecisse; neque id nouum esse; duobus antea mensibus cum illis conuenisse. Intelligens igitur Praesul, auctiores Ferdinandi partes futuras, eique magno auxilio opus fore, scripsit Mediolanensi; è re videri, vt tanto bello dux idoneus eligeretur; cuius & auctoritas, & experientia, & fides probata esset; quæ

Id 3

res apud



res apud L V D O V I C V M Mantuanum inuenirentur; suauisque illum communibus expensis; communi praefici bello. Mediolanensis verbo consilium approbavit, re non est amplexus. Et si enim L V D O V I C V S sese obtulit, ipse tamen nolle eum tam longinquam accipere prouinciam rescripsit. Credibile fuit, Mediolanensem, aut hoc honoris Alexandro Germano suo reseruasse, aut Marchionis absentiam timuisse. Venit deinde Praeful ad locum, cui nomen est Scaragliasini, in summo Appennino, non sine graui labore, niuosa, pluuiosaque die peracta, & modo vehiculo, modo sella portatus. Cum Florentiam venisset, dolore stomachi aegrotauit. Altera die Caphagiolum petijt in valle Mugellana, rus Cosmae Medicis magnifice aedificatum, in quo Mantuam petens, pernoctauerat. Hic Federici Vrbinatis nuncijs affuit, homo sagax, qui de Picinino, quae comperta essent, confirmauit iterum illum in Aprutios Ferdinandi hostem, Federicum si uideat Pontifex, iter illi clausurum. Haec res ad Franciscum remisit.

VIII. Excipitur honorifice Pius PP. a Florentinis.

Praeful Florentiam intrauit, mirificis honoribus ab ea republica cumulatus. Venere obuiam primarij ciues; Magistratus vrbis in porta ciuitatis occurrerunt. vbi de Conueneru Mantuano locuti, non sine Pontificis laude, sequentem apud se diem transigi petierunt; neque negatum est. Cosmas Medicus, qui proficiscens in Galliam Pontificem adire propter infirmitatem non potuit, nocte multa ad eum venit, & interloquendum, admirari visus est, de bello Ferdinandi causa aduersus Gallos suscepto. Pontifex, haud ferendum esse ait, Regem a se constitutum, armis eijci, neque id Italiae libertati conducere Gallos, si regnum obtinuisent, Senas haud dubie subacturos; Florentinos, aduersus Lilia nihil acturos; Bosium Mutinae Ducem, Gallis galliorem videri; Flaminiam Regulos, ad Francos inclinare; Genuam Francis subesse, & ciuitatem Astensem. Si Pontifex Romanus aliquando Francorum amicus assumatur, nihil reliqui in Italia remanere quod non transeat in Gallorum nomen: tueri se Italiam, dum Ferdinandum tueretur; atque id honestatem expolere, per fœdera, quae cum Alfonso inita fuissent. Non leuere sibi fidem abrumperet, licet alijs, qui facta pro utilitate metirentur. Laudauit Cosmas Pontificis animum, verumque lassus est popularem multitudinem nihil honesti tacere, nisi cogat utilitas, aut metus: petijtque aliqua non sine modestia, & nepotem inter Cardinales assumi, si dignus videretur. Postremo, cum iam abiturus, Pontificis pedem osculari vellet nec moueri posset podagra impeditus. Pontifex eum dimisit; iussitque postera die Cardinales aliquos, de decimis, vigesimis, ac trigessimis cum Florentinis agere; ne cum tempus esset apparandae clavis, rem veluti nouam, incipere oporteret. Delecti Ciues ad ad Pontificem venire, quibus Commemorata est Legatorum Promissio Mantuae facta, & fide iussio Mediolanensis. Falsi sunt omnia Florentini; verum Legatos suos, qui ciuitatem obligauerunt, à Prioribus vrbis, & rogatis quibusdam ciuibus mandatum habuisse dixerunt, idque fieri solere: sed nullius esse momenti, nisi postea in magno ciuitatis consilio ratum habeatur. Perraro negari, quod Legari huiusmodi mandatum habentes, promississent: verum in hac re, quae maxima esset, haudquaquam sperandum fore populi consensum; quia paucissimi essent, quibus persuaderi trigessimarum solutio posset; decimam fortasse Cleri, non tri negatum. Demiratus est Pontifex tantam Florentini populi varietatem, multisque verbis inuititiam eorum accusauit; turpe esse, inualida mittere mandata; turpius illis uti; & si in cæteris re-

bus confirmari soleat, in hac potissimum, quae omnium esset maxima, seruari oportere. At cum frustra tempus tereret, accepit, quod potuit; nec moratus amplius ciuitatem dimisit, & tertio die Senas redijt.

Hic summo suorum ciuium desiderio expectabatur. Introiit vrbem, quasi triumphans, maximis atque incredibilibus exceptus honoribus. Nam Ciues, qui se numquam reuisurum suum patrem arbitrabantur, praeter spem subito recreati reditu, mirabili gaudio affecti sunt. Virebant omnia, quamuis Februarius sua consuetudine rigeret; nec platea, non ornata floribus, & non herbis odoriferis strata inuenta est. Plantatae vbi que arbores fuere, quae nullo tempore comas perdunt. vbi que cantus, & exultantis populi voces audiebantur. Biduo antè Purificationem maximae matris, & interemeratæ Virginis reditio fuit, duodecima die postquam Mantua recessum est. Solemnitas summo Ciuium gaudio peracta, Pontifex sua manu sacras clargiente candelas. Obierat paulò antè, cum valetudinis causa apud balneas ageret, Antonius vrbis Archiepiscopus. Pontifex, Franciscum ex sorore nepotem, tres, & viginti annos natum, administratorem ei suffecit. FREDERICVS Vrbinas per idem tempus ad Pium venit, ingentis homo, & loquendi peritus. Hunc Pontifex multa promittente audiuit, pecunias ei largitus, quae Picinini commilitones, ad se traheret, neque lineret, FERDINANDI hostem in regnum penetrare. Increbuerat enim fama, praclarum belli Ducem Picininum, qui à FERDINANDO defecerat, in regnum breui profecturum; nec iam quisquam in regno erat, FERDINANDI amicus, qui tantum nomen non formidaret. Placuit igitur, & Pio Pontifici, & Mediolanensium Duci, LOANNEM Malaualtam Ecclesiasticis, FEDERICVM Regias, ALEXANDRVM Sfortiae filium, Ducales copias, Picinino ne transire posset in agro Piceno opponere, atque ita rebus compositis, Federicus domum redijt.

IX. Item a Senensibus.

Aderant tempora Quadragesimalis ieiunij, quae veluti Cardinalium Comitium censebantur; & iam fama vulgati, nouum Pontificem, novos creare Cardinales velle tamquam perfectus per omnia Pontifex non habeatur, nisi Cardinales assumpserit. Tum preces multorum porrectae sunt; Imperator vnum effugitavit, cui PONTIFEX cupide annuebat: Rex Franciae duos; vnum Rex Aragonum; Ferdinandus Rex Siciliae, & FRANCISCVS Dux Mediolanensis plures; Dux Sabaudiae vnum, Dux Burgundiae vnum; Marchio Montisferati vnum; Florentini, & Cosmas vnum. Pontifici, ex nominatis pauci placebant, & habebat ipse alios suo iudicio digniores, & quos sibi fidos existimabat fore. Caput itaque singulos Cardinales alloqui, vt eorum animos praesentiret. Postquam vero magna ex parte sibi satisfacturum iri cognouit, vocato Consistorio secretò ipsa quarta feria, in qua de creandis Cardinalibus sermo fieri solebat, in hunc modum praefatus est. *Mesius quidem multa, operari aut pauci. Mesius nostris, fratres, animarum salus est; ager, in quo metimus, Ecclesia, quam vestro consilio regendam accepimus. Hanc contra Turcas, & infideles alios tueri debemus. Ex hac tribulos, & malas herbas: hoc est hereses, & prauios mores extirpare cogimur: si volumus messim ad arcam Domini multam afferre, & denique puri, purgarique ritici in horreo multum recondere. Vos ad hac operari, nobiscum estu constituti; sed pauci estis, & nonnulli ex vobis, aut senio, aut aegritudine impediti sunt, ne ipsis vi possimus. Necessè igitur est, vt numerum vestrum augeamus, & aliquos assumamus qui debilitati vires suppleant. Curate tamen oportet, quamuis est difficile vt digno tam munere eligamus: ne duas quisquam, multiplicasti gentem,*

X. Cardd. creat Pius PP.

Et non magnificasti latitiam. Verum si dignitas hac inno-centibus, & merentibus danda est, in celo quaramus oportet, quos rubeo pileo donemus. Nos tamen vt homines, eligemus homines, quando non calum, aut Angelos, sed terram, & homines recturi sumus. Miramur autem, tantam esse potentium turbam. Nam quis est Clericali charactere insignitus, qui non se dignum Cardinalatus honore iudicet? qui non petat? qui non instet, & inter candidatas, vti ita dicamus, videri, & esse velit? Nimium visuit hac dignitas; quando, vel pueri eam sibi debere existimant. Sed incidimus in mores istos; non possumus prohibere petentes; non admittere facile, possumus. Cogitate, qui sunt idonei. De numero, ipsi iudicabimus; curaturi, ne vel auiditate vilescat dignitas, vel paucitate reipublica non satisfaciatur. Atque his dictis nominauit, quinam essent, vel per seipos, vel per alios Cardinalatum petentes. Consenere CARDINALES, quinque assumi nouos, ea lege adiecta, vt nepos vnus esset. Pius his obtentis; SEXTVM, inquit, non negabitis, quem nominauero omni exceptione maiorem, & quem proculdubio laudabitis nominatum. Illi nominationem petere; Pontifex consensum exquirere antè nominationem. Vicit tandem Pius, & assensu habito, sextum nominauit, Alexandrum Oliua, de Saxoferrato oriundum, Ordinis Sancti Augustini Generalem Magistrum, virum Theologica doctrina celebrem, & vitae sanctitate illustrem; qui vbi nominatus est, non habuit aduersariam. Nam vera virtus, quamuis occulte sepius impugnatur, propalam tuta est. Ordo nouorum Cardinalium hic fuit. Angelus Capranicus Romanus, Episcopus Rheatinus primo loco nominatus est, Dominici Cardinalis quondam Firmiani frater, vir castus, & innocens, quem prius Legatum Pontifex Roma discederet, Bononienibus Legatum praefecerat: post eum Bernardus Herulus, Episcopus Spoletanus, moribus, & doctrina insignis, & iustitiae cultor habitus, apud Narniam natus, & tunc Referendarius, & domesticus Pii familiaris. Hanc secutus est Nicolaus Fortiguerra, electus Thennensis, ex Pistorio oriundus, iuris scientia clarus, ex aula Pontificis assumptus. Quartum locum tenuit Brocardus Praepositus Salsburgensis, quem publicare non placuit, donec alij crearentur ex Transalpinis. Quintus fuit, quem memorauimus Alexander Oliua. Sextus, atque vltimus Franciscus Pontificis nepos, qui per id temporis in schola Perusina iuri Pontificio operam dabat, & iam Doctoratus insignia acceperat. Hic Diaconatus dignitatem in ordine Cardinalatus, cum effecto lescentem, obtinuit: ceteri Presbyteratum honorem assecuti sunt. Cum eo conuenissent, non expectauit Pontifex sextam feriam, in qua pronunciar CARDINALES, & publicari consueuerunt, sed ipsa die praeter omnium opinionem, pronunciationem, & publicationem fecit. Quae res non paruum molestiam antiquis CARDINALIBVS abstulit, quibus ante ora compeditorum, nulla quies dabatur.

Nouorū Cardd. nomina.

XI. Laudata satis illa Cardd. promario.

enim quisquam erat, qui pauperem monachum angustae cellae cultorem, quamuis egregium verbi Dei praedicatorum, & sanctum, praetantemque virum inter Cardinales assumendum expectaret. Summa enim fastigia, Cardinalatus quaerit. At Pius etiam in paupere censuit virtutem honorandam; haud ignarus, primos Ecclesiae Principes, pro mundi consuetudine, ignobiles, pauperesque fuisse. Quae fuit etiam in abditis Monachorum, excellentem animum, nec inopiam auri in eo contemptis, quae honarum artium copia illustrasset. Intellexerunt omnes Pio Praefuli gratam esse virtutem, atque hinc multi postea probitati ardentius incubuerunt. Nulla res adeo virtutem excitat, quam spes ipsa praemij, qui est honor. Cum nuncijs ad Alexandrum venit, rem gestam expoliturus, acceperat homo canam, & paucis intentus curis, emisit fratribus, solus in scamno dormiebat. Praefato ter quaterque cellae ostio, (apud Augustinenses enim moram trahebar) turauit audiens; excitatus est, & aperiens puluanti, nihil minus sperans, quam Cardinalis appellari, intromisit hominem, qui mox ait: *Salue Alexander, bonum tibi nuntium affero; nam te hodie Pontifex maximus, Cardinalem creauit. Irrisionem esse tamquam verus Monachus arbitratus est: at cum turba salutantium concurreret, & certam rem affirmaret, siluit aliquantisper, stupore mentis attonitus; deinde ad se reuertus, Miror, inquit, vnde Praefulus hac in me charitas, quid promerui? quid feci propter quod hac dignitas ad me deferretur: dignum me transublimi honore, sola Praefulus bonitas fecit. Incredibile tueri, quantum & Fratres iui Ordinis, & Ciues Senensis, & omnes ferme Itali hoc factum laudauerunt. Multae ciuitates, et dona miserunt, & ciuem suum esse voluerunt. Pontifex argentum mittit, quo dignitatem sustineret; & Cardinales, & aulici, insignis eum muneribus donauerunt. Sabbato deinde iudicio Consistorio in sacra Cathedra, PONTIFEX iussit Cardinales novos, qui aderant, tres accitari, & priusquam venirent, de creatione facta, deque mortis iugulorum pleraque locutus, ostendit omnibus, & dignam, & necessariam ordinationem iussit. Post haec aduentantes istos, ad cancellum stare praecipit, & dirigens ad eos verba; *Maxima, inquit, filij, & excellentissima dignitate donati estis. Ad Collegium Apostolicum vocati, consilij nostri, & consules orbis terrarum eritis. Inter causam, & causam, inter sanguinem, & sanguinem, inter lepram, & lepram discernere vos oportebit. Successores Apostolorum circa thronum nostrum sedebitis. Vos Senatoris Orbis, & similes Regum eritis; vere mundi cardines, super quibus militantis orbis Ecclesia voluentum, ac regendum est. Cogitate animo, quos viros, quae ingenia, quam integritatem, hac dignitas requirit: humilitatem, non superbiam; liberalitatem, non auaritiam; sobrietatem, non ebrietatem; continentiam, non libidinem; scientiam, non ignorantiam; virtutes omnes, nullam vitium hic bonos exposuit. Si iussis haecenus vigilantes, nunc magis vigileti, oportet aduersus malignam hostem, qui nunquam dormit quarens, quem deuoret. Si liberales fuistis, nunc opes in rebus honestis, & maxime in aliendis pauperibus profundate. Si vbi, potiusque abstinentes, nunc praecipue luxuriam fugite, abijt auaritia, facisset crudelitas, exultet arrogantia. Sint libri sacri semper in manibus vestris; dies noctesque, aut discite aliquid, aut alios docete. Opera effugite, per quae lux vestra coram omnibus luceat; & denique rates estote, quales esse debere Cardinales didicistis, antequam ipsi hoc culmen ascenderitis. His actis, vocauit eos ad osculum pedis, deinde manum, osque porrexit. Antiqui pariter CARDINALES ipsos ad osculum exceperunt, locumque sedentibus praebuerunt. Mox Aduocati caulas aliquas perorarunt; quibus de-**

cilis, Cardinales antiqui stantes coram Papa fecere coronam; noui flexis genibus, votum pro veteri forma uouerunt. exin Pontifex uniuersisq; capiti insignie Cardinalatus imposuit, rubrum de more galeorum; chorus hymnum cantauit, gratias Deo reddens. Cardinales antiqui pompam ducentes, exceptis duobus, qui cum Pontifice remanserunt, nouos ad altare Beate Virginis deduxerunt, ibique senior Cardinalium oratione super capita illorum fudit, bona eis, & Ecclesie Sanctae multa precatus: atque ita rebus peractis, ad Pontificem maximum reuersi sunt, qui dissoluto Consistorio, in palatium abiit. Par quoque solennitas paucis post diebus in aduentu Rheatinum, & Senensis Cardinalis seruata est, cum alter ex Bononia, alter ex Perusia, Romam peteret. Laudauit Pontifex Rheatinum dignè pro meritis, Senensem quia nepos suus erat, & annis minor, negauit se promoturum fuisse, nisi Cardinales multis id precibus exegissent.

XII. obit. Ioa. Card. Papiensis.

Idem ferè diebus Ioannes Cardinalis Papiensis, qui Picenum cum legatione tenebat, anxius, ne Picininus transfret in regnum, huc & illuc equitans, febrem incurrit, quae sibi vitam eripuit, non sine gaudio Prouincialium, qui nouam semper gubernationem appetunt. Pontifex ei nepotem successorem suum dedit, cui per aetatem (est enim iuuenta imperandi aetate) praepotorem adhibuit, Episcopum Maricanum, virum grauem, & regendi peritum, datis mandatis, ut ab eius consilio numquam discederet. Inter hæc Iacobus Picininus iam pridem anceps, quid ageret, transire in regnum cupiens, Ecclesiasticas, ac Ducales copias uerebatur; quæ ita collocatae fuerant, ut Picenum, Tusciam, Umbriamque respicerent, possentque iter, quocumque iretur, pracludere. Electa est hosti Picini via propter maris litus, & impositis in naues impedimentis, com meatibusque iussi sunt milites cibaria trium dierum secum assumere: quibus ordinatis, Picininus nocte iter ingressus, veloci cursu fluuium transmisit, quem aiunt Marchiae principium facere. Sigismundus Malatesta non recedens à suis moribus, ducentos assumens equites, & pedites aliquanto plures, per montana, non procul à Picinino uiam fecit, ei, si forte opus esset, ut suppetias ferret; quamuis Pontifici scripsisset, partes Ecclesiasticas se adiuturum. Urbinas uero, qui nullo pacto uiam Picinino per Marchiam posse patere affirmauerat, creditus est tergierando, & differendo iter expeditum hosti praebuisse, bellum ut tandem procul à domo repelleret. Multum id factum opinionis Federico ademit: Nam si diligens fuisset, facile ea die Picininum, ut aiebant, profligasset. In castris Ecclesiasticis octo millia pugnatorum fuere; Picininum uix tria millia sequebantur. Hic passuum quinquaginta millibus, uno cursu peractis, festus, atque exanimis ad Tronti amnem peruenit, tum nouo imbre tumidum, quem uix cum quadraginta comitibus, timens, trepidansque transmisit. Reliqui labore, atque inedia defatigati, sine ordine, & absque dubio praeda, si uel pauci insecuti fuissent. Sed Alexander, & Federicus, tum primum insectandi hostem diligentiam ostenderunt, cum euasisse compertum est. Perfida erat eius temporis militia, quæ stipendio ueluti mercatura utebatur lucro, quod nesciret, bellum producebat. Rara erat in praelio caedes, nec qui profligabatur, aliud amittebat quam equos, & arma, per raro totis uiribus, uicâ pugnâ certatum est. Si cohibant, atque hinc inde uires conterebant ad pugnam, pars partem admonebat, ita pugnandum esse, ut materia bello non deesset. His artibus, non sua uirtute tutus in regnum Picininus effugit, ut qui laudabant, non pugnandi sed fugiendi peritum dicebant. qui postquam ad Aprulios peruenit, nonnullis oppidis potitus est, nondum Ecclesiasticis copiis

Picininus in regnum vadit & Gallorum partes adiuvat.

eum allecutis. Terruit eius transitus Ferdinandi amicos, hostes in spem erexit, cum de uirtute tanti ducis rem superaret opinio. Idcirco statuit Pontifex, alias copias in Campaniam mittere, petenti Ferdinando suppetias, conductoque mercede, Simoneto egregio copiarum duce, qui diu Florentinorum stipendia meruerat, iussit ipsum, & Ioannem Maluoltam, nobilem Senensem, cum equitatu, pediatuque non paruo in Campaniam traicere, prouisuros, ne uolentia Gallorum, Ferdinandum, incognita causa regno deiceret, exercitumque in Aprulios missum, & suis, & Francisci Mediolanensium Ducis, nouis adauxit supplementis.

Ferdinando suppetias mittit Pius Pontifex.

Dum hæc aguntur, audiens Pontifex, Venetos iam sua decreta reuocasse, & Petro Barbo Cardinali Sancti Marci, sua bona dimisisse, cum Cardinalis Ecclesiasticæ Patauinæ spontè celsisset. Episcopum Feltrensem à vinculo, quo suæ tenebatur Ecclesiæ, absolutum, Patauinæ praefecit; Franciscum uero Episcopum Ferrariensem, cum suis ouibus, odio Principis prodesse non posset, ad Feltrensem transfudit: Ferrariensibus Laurentium Rouarellam, alicum suum, Antistitem dedit, egregium Theologum, & honesta uita præcipuum. Nec diu post Mapheo Contareno, Patriarcha Veneto diem functo, Andream Bondelmerium substituit, ex Ordine Canonicorum Regularium Diui Augustini, quem Senatus Venetus summis postulauit precibus. Decessit & Anconitanus Episcopus, cui suffectus est Agapitus natione Romanus, ciuili sapientiâ, & morum probitate conspicuus; cui & prosa eleganter scribere, & carmen facere promptissimum fuit, ex Auditoribus Rotæ in familiam Pii iam pridem euocato. Post hæc secessit Pontifex ad Mores, qui Obseruantes appellatur, non longe à Ciuitate Senensi. Monasterio, Capriola, nomen est: Diuus Bernardinus erexit: ob eius memoriam, & ampliatum, & adornatum est, & à uiris eius religionis sanctioribus incolabatur. Mansit hic Pontifex, diebus quindecim, Spoletano, & Theanenti Cardinalibus comitatus, ut aliquantulum à negotiis quiesceret. Non tamen aut Signaturam, aut secreta Consistoria praetermisit, neq; aduentantibus negauit. In nemore quod perpetuo uirebat lauro, & illic frequenter, auditorium sibi constituit, loco aprico sub monte; idque tantum uoluptatis auxit, quod solitudinem quaerens, uerantè tempus inuenit. Reuersus Senas antè Palmarum diem, solennitates omnes congrua deuotione peregit, quæ uel pro passionis CHRISTI memoria, uel pro Resurrectionis eius gloria quotannis fiunt. deinde podagra languit, & à fluxu capitis, maxillas doluit. Curatus aliquantisper, balneas adit apud Maceretum, non sine consilio medicorum, quamuis plerique minus docti dissuaderent. Hæc causa fuit, cur Senis tam diu manserit; quamuis & suæ patriæ studere, ac benefacere uoluerit, quæ bellis, pestibus, ac dissensionibus vexata ciuilibus, paupertate premebatur, ut emolumentis Curiae paululum respiraret. Prius autem quam balnea peteret, uolens animo infirmitatem suæ patriæ, quæ pluribus in populo scissuris iam pridem factis, diu stare non posset, accessit uiris ex regimine prudentioribus, & qui priuatis affectibus nudè uidebantur, percunctatus est, quisnam modus esset reformandæ, solidandaque ciuitatis. Illi uocandos esse ad regimen eos, qui Duodecim appellabantur respondere, qui uiri circiter quadringenti inuenirentur, & inter eos plures opulenti mercatores. Placuit consilium Pontifici, quamuis factum difficile uideretur. commisitque Sanctæ C A E C I L I A E, & Sanctæ S V S A N N A E Cardinalibus, ut priuatorum ciuium sententias exquirerent. Illi pluribus auditis, retulerunt multos consentire, plures aduersari. Re diuulgata uenerunt Magistratus urbis

XIII. diuersis Ecclesijs prouidet uis PP. item patriæ suæ.

cum Capiteo populi (sic enim digniorem Ciuitatis Magistratum appellabant) & magnâ ciuium caterua, supplicaruntque Praefuli, ne de duodecim uerba faceret. De Gentilominibus si quid amplius uellet, inuenturum Pontificem, ciues Senenses uolenti animo sua iussa facturos. Motus his Praeful, plura quærere desistit, ne amplius instans ciuitatem tristitia afficeret, neque aliud, quàm odium acquireret. Hortatus tamen est, ut circa Gentilominibus ea facerent, quæ Cardinalis Sanctæ Susanæ expositorum esset. Illi multa promittentes, læti abierunt, quòd Duodecim causas exclusissent: de Gentilominibus deliberandi tempus haberent. Pontifex, ut statuerat, ad balneas concessit. Ceperat uerum suae tempus, & circa Senas, omnino ridebant colles, ueluti frondibus, ac floribus, & luxuriantes in agris affurgebant legetes Situs ipse Senensis agri, maxime ciuitati uicinus, supra quàm dici possit, amœnum habet aspectum; colles clementer eleuati, aut domesticis arboribus, uerbisque; confiti, aut ad fruges arati iucundissimis imminet uallibus, in quibus uel sata uirent, uel praeta, & ruri decurrunt perennes aquae. Adfunt & frequentes syluae, seu natura, seu arte paratae; in quibus dulcissimè modulantur aues; neque tumulus est, in quo ciues suburbana praedia non magnificè adificauerint. Hic egregia Monasteria sanctis habitata uiris, illic in arcis modum erectæ, uidentur aedes ciuium. Per ea loca laetus transit Pontifex; nec minus iucundè fuit in balneis, in quibus mensè egit: & quamuis singulis diebus bis laueret, nunquam tamen signaturam, aut alia reipublica negotia praetermisit. Circa horam uigesima secundam in praeta exibat, & supra litus fluminis, ubi plus erat gramini ac uiriditatis confidens, ibi legationes, & suppelices audiuit. Agrestium conuices singulis diebus flores afferre, ac uiam sternere, quæ Pontifex balneum peteret; idq; tantum mercedis expectare, ut pedes eius possent oculari. Concesserat Pontifex in gratiam suorum ciuium, plenarias indulgentias, omnibus Senensem Ecclesiam uisitantibus in die Pentecostes. Huic solennitati, ut initium daret, ex balneis nondum curatus Senas rediit, interuicq; diuini officii, ad quæ ingens populi multitudo confluit, ex Tuscia, Liguria, Gallia, Umbria, ac Piceno. Inde ob eum motum grauius ægrotauit, Senisque amplius quàm cogitauerat, coactus est immorari. Exinde nocte interposita urbem egressus, Maceretum repetiit, ibique paucis diebus absumptis, ad Petriolenses balneas se contulit, ibique aquas calidas uiginti diebus per canale ductas in uertice capitis accepit. Sic factu salubre dixerunt medici, quia nimis humidum eius cerebrum uideretur.

XIV. Card. Cusani ad Signum Austriae Duce.

proque illius executione Praetatis, & Magistratibus in Germania, eodem, quo Norimbergenibus, tenore scripsit.

Pius papa Secundus, dilectis filiis Burgimasteri, & Senarui oppidi Nurnberg, salutem, & Apostolicam benedictionem. Saluator humani generis in hunc mundum ueniens, ut ex mortalibus gentes Desilio, & sibi ipsi in Summi Patri sui Regno coheredes efficeret, unum ex omnibus fidelibus in eum credentibus, regnum constituit, idque unum ipsum Ecclesiam nuncupauit, cuius ipse caput esset, & regnator sempiternus. Visibilem uero humanis oculis praesentiam sui, per admirabilem ad Patrem Omnipotentem ascensum, mundo subtrahebat, Petrum apostolorum Principem eiusq; legitimos successores cum plenitudine potestatis, ad propria gubernationem Ecclesiae substituit, tribuens omnimodam per temporalem successorem Vicariis ipsis in terris, & in calis omnia ligandi, soluendiq; potestatem, praecipiens districtè ipsos audiri, & in eorum iustionibus perhorari. Quia si qui et angressores ueneno imbuti eos non audirent, huiusmodi omnes pro exclusis à suo regno, eisdemq; à Sancta Ecclesia, inter ethnicos & publicanos, cum perditionis, & mortis filio uoluit computari. Cumenim nullum regnum, ut ipse Dominus nostri uerbo didicimus, in se diuisum stare possit; quoniam modo Sacrosanctum stabat Ecclesiae regnum, si illi, qui Christi summi Regis Vicario parere contemnerent, de regni non ualeat sorte depelli? Aduersus hoc iniquissimum fundamentum, & Ecclesiam firmam petram, haereticis quadam à paruo tempore citra sensum uisa suboriri, pullulauit; quæ sub orium uestibus, lapos & apaces intrinsecus celans, sub appellationis specie, Ecclesiam satagit unionem conuellere. Nam si qua, Christi uicarius Vicarius, Canonibus sacris etiam & iure scripto inuicem deo decreuit, statuiq; & seruari, ut dignum est, praecipit calumniatores maleuoli, & peruersi subterfugere uisitationem praesumentes, per ludibria synularum appellationum, ad futurum Concilium, (cui ad id, quod nusquam est, ac si per Christi Vicarium esse aut reperiri nequit) obedientiam quæ est de necessitate Ecclesiae, & salutis uniuersorum, improbè declinat, ac temerè. Hanc igitur Diabolico spiritu, & insinuatione exortam considerantes, in totius Ecclesiae Catholicae non tantum eneruationem, sed euersionem, in Mantuano Conuentu sapè & multum discussam, de uenerabilium Fratrum nostrorum, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium pluriumque aliorum Praesulum, & peritorum, qui aderant, mature consilio, & consensu, istiusmodi appellationem damnauimus, atque ita appellantes, notariosque ac testes, & adhaerentes omnes excommunicauimus, & saepe maiestatis Haereseos crimina, & penas eo ipso illos dissiuimus incidisse, prout in Apostolicis litteris super inde confectis, plenius continetur. Ceterum his omnibus non obstantibus, quidam ex parte Diabolo mendaciorum artifice natus Gregorius de Heimburg nomine auaritia contaminatus illuie & superatus ardoribus, quæ est seruitus idolorum, de mensè Augusti proximè praeterito, à nostrâ solenni declaratione sententiâ, quâ Senis existentes, impium Sigismundum ex principibus Austriae, ob notorium sacrilegium, propter hostilem persecutionem in personam dilecti filij nostri, Nicolai, rituli Sancti Petri ad uincula, Sanctae Romanae Ecclesiae Praefbyteri Cardinalis & Episcopi Brixinensis, & rapinam bonorum Ecclesiae illius perpetratum, iuris scripti penas declarauimus incurrisse à nobis ad futurum Concilium improbam, uerariam, temerariam, seditionem denique appellationem dictam; & illius interpositionis per dictum Sigismundum factae, ipse dictator, in originali instrumento, Florentia ad ualvas Ecclesiae affixo testis inscribitur. Quod quia loquax ille praesumptuosus, & praecipit, mendax, atque turbulentus, temerarius, ob istud facinus excommunicatus existit criminis, & penas incidit lesa maiestatis, atque haereticis, adeo ut ultra execrat. omni honore omni, & bonis iure sit priuatus; Deuotiones uestras in Domino requirentes admonemus, huiusmodi pestiferum hominem pro tali excommunicato habeatis, & priuato, ab uestrisque ciuibus omnibus haberi mandatis; ipsumque non solum ueritis, sed procul eijctis ab oppido, & dominio uestro & bona quaecumq; habet apud vos,

Gregorius de Heimburg, excumnicatur, & bonus priuatur.



XV. Prælium inter fautores Galterum & Ferdinandum Regum.

Insidias paratas, ut adire Ferdinandum.

XVI. Senes P. P. non obaudientes.

tam mobilia, quam immobilia, sicut vestro applicetis; & alia omnia faciatis, qua contra hereticos de iure canonico fieri mandantur. In quo vos nobis ostendatis, exhibebitisque Catholicos, sicut plene confidimus, & Deo gratias agimus, in talem perniciosum Ecclesiam Christi persecutorem, vos fideles, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ obediens ostendendo. Nobis, in hoc ed magis deuotiones vestra complacent, quanto scimus plurimum esse Deo charum, Ecclesiæ sue perutile, ac in primis necessarium, quod profugus iste, pestiferus, sacrorum contemptor, ab omni expellatur conuersatione, & consorcio Christianorum. Facite nobis, quid egeritis, per literas vestras describatur. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die xvij. Octobris. M. CCCC. LX. Pontificatus nostri, anno III.

Interea Simonettus, & Ioannes Malauolta, Ecclesiasticarum, & Ducalium copiarum Duces, vt Ferdinando Regi auxilium ferrent, in Campaniam iter facientes, cum iam vias arctiores, & loca periculosa euasissent, dum metari castra uellent, non parum iacturam passi sunt. Malauolta enim, & Robertus Vifinus, qui se inter eundem comitem addiderat, dum specularum cum paucis pergerent, in equites, peditelque Sorani Ducis inciderunt, cum quibus, & filius Iacobi Sabelli fuit, ferrox adolescens, qui relicta militia Ecclesiastica (Canonicus enim in Basilica Principis Apostolorum ascriptus fuerat) mundiali se dedit. Pugnatum est atrociter, quam tanta paucitas requireret. Sabellus vulneratus occubuit, gladio per ora transfusus. Sed cum hostes continuo crescerent, Robertus ad castra confugit: Malauolta casu equi in terram delapsus, ab hostibus interceptus, Sabelli damnum pensauit. Plus tamen momenti in Malauolta fuit, cuius erat in armis non paruum nomen; quamuis minus prosperè ei sæpius res successissent. Huiusmodi fuerunt eius belli primitiæ, quod Pius pro Ferdinando gessit. Inde mors, captura hinc, his, qui futura inquirunt, augurandi materiam præbuit. Simonettus iter suum peregit, & ad Regem profectus, ingenti fauore exceptus est, & aduentu eius, magna rerum mutatio facta. Rex, qui breui periturus putabatur, iam bello superior, victorque mox deleturus hostes iudicabatur, cum Pontifex Maximus, & Mediolanensis Princeps auxilio essent. Sic naturâ comparatum est, ubi plus virium, ibi & fauor hominum se inclinat. Quod cum animaduertit Rossani Princeps, & Deiphebus Euerii Comitis filius, ac Iacobus Montagana, sceleratissimum facinus & iam pridem inauditum, circa idem tempus meditati sunt. Simulantes enim penitentiam, quod ad Francos defecissent, Ferdinandum ad colloquium vocauerunt. ad quod cum Rex hinc, & Ioannes Vintemilius, ac Gregorius Corselia Maiordomus Regis, illinc Princeps, Deiphebus, & Iacobus, relicti procul exercitibus, in agrum soli secessissent, postquam paululum colloqui non conuenere, Princeps franum equi regalis arripuit, Deiphebus ferrum istringens veneno tinctum, iugulum Regis quasiuit; ille insidias cernens, calcibus vrsit equum, qui cum esset potens & altus, Regem periculo subtraxit. Sic scelerati homines, defecationis sceleri, maius scelus addere tentauerunt; illud volentes animo, quod impij dicunt, *Victoribus omnia sancta.*

Pontifex cum hæc audisset, Senas iam ætate feruente rediit, & apud Minores, amæno, & salubri loco mansionem sibi delegit. Iam Senes in duas partes diuisi, alij de Gentilium hominibus concedendum, quod Pontifex cuperet, aiebant, alij negabant. Hi cum recitâ non possent Papæ resistere, obliquam quasiuere viam; multa non iam de Gentilium hominibus locuti; sed de duodecim viris, qui regentibus infestissimi essent: nihil aliud querere Pontificem dixerunt, quam illos ad rempublicam reducere. Confinxerunt etiam literas, quibus significaretur, vrbis exulum, ac relegatorum Pium esse amicissimum, eisque subuenire,

vt viuerent in reipublica detrimentum: mansionem apud Minores elegerit, vt in fornicibus templi, qui amplissimi essent, clam pedites, equitelque collocaret, atque vno impetu ciuitatem irrumpens, exules introduceret. His, & aliis nungis, ita plebis animum infecerunt, vt verbum amplius de Gentilium hominibus audire non possent, & quamuis Pontifex, vocatos ad se vrbis Magistratus, multis verbis hortaretur, his fidem non haberent, qui disidium quærentes, suspensiones ingererent, nihil tamen perfecit. Plebs malè credula est. Pollicebantur singuli multa seorsum, conuictum loqui non audebant.

Dum hæc aguntur, Henricus Castellæ, ac Legionis Rex, cui maxima Hispaniæ pars parebat, cum ad Mantuanum Conuentum, vilem atque indignam suo nomine Legationem misisset, quasi famâ satisfacturus, Legionensem Episcopum, ad Pontificem ire iussit, & vnum ex Proceribus Regni primarium, qui egregio comitatu Senas ingressi, & in Consistorio publico auditi, non tam vera, quam pulchra, ac magnifica verba fecerunt. Discussa enim Legationis suæ facultate, nihil habere, quod pro tutela Fidei aduersus Turcas offerre Pontifici valeret. Episcopus paulo post apud Senas, diem clausit: Pius Fr. Ioannem Turrecrematam, Cardinalem S. Sixti eiusdem nationis hominem, Theologica scientiâ illustrem, & multis scriptis voluminibus clarum illi suffecit. Rex possessionem non concessit. Propter quam rem multæ, & magnæ contentiones inter Regem, & Pontificem emerferunt.

Circa hoc tempus adiit Pontificem Moyses, Archidiaconus Antiochenus, vir Græcis, ac Syriacis literis eruditus, & magni apud Orientales nominis. Hunc tres Patriarchæ miserunt, Antiochenus, Alexandrinus, ac Hierosolymitanus, & plurimi alij Principes Christi cultores. Legatio eius huiusmodi fuit, *venisse olim ad Pontificem Eugenium, inquit, Imperatorem, & Patriarcham Constantinopolitanum, & in Concilio Florentino nomine Orientalis Ecclesiæ cum Occidentali, de processione Spiritus Sancti, de igne purgatorio, de pane azimo, de primatu Romanæ Ecclesiæ, & alijs plerisque, de quibus antea disceptauerant, conuenisse, decretisque deinde suscipisse factum, quod res Patriarchæ, qui se miserant, non suscepissent, favore Litanarum impediente. Deinde bono commotus spiritu, conuictu subditorum habito, suscepto per omnia decreta, Romano Pontifici se commississe, velleque, illi, tamquam Iesu Christi Vicario deinceps obtemperare; atque ad ea enuncianda, se missum esse ab omnibus illis. Audiuit Pontifex legationem & priuatim, & publicè, collaudatis Patriarchis, scripta, quæ Moyses attulerat, in Latinum translata, in archiuiis Ecclesiæ Romanæ reconditi iussit, ipsumque donatum, ad propria remisit.*

Paucis deinde secutis diebus Legati ex Monouassia, Pontificem adierunt, se, atque vrbem dedentes. Ea est Peloponnesi ciuitas ad Orientem Cheroneisi in altissimo monte iacens, rupibus vndique præruptis tuta, vnico tantum aditu, iuncta continenti, portu, & naualibus quondam ornata. Lacedæmonem hic olim fuisse quidam opinantur, Græciæ robur, ac columen. Legati publicè audiri. *Respicite nos Pie Pontifex, dixere. Nisi manum porrigis, præda Turcarum sumus. Demetrius Palaologus noster Dominus fuit. Is ad Turcas defecit, nosque in eorum potestate tradidit aduersus est. Sensimus, ac præuenimus dolos, arcem inuadimus, uxorem eius, ad virtutem emissimus, Turcis aditum clausimus. Accessimus Thomam Demetrii fratrem, rogauimusque, vrbem, quæ sua esset, germano ad hostes deficiente, vt acciperet, ac defenderet. Negauit Thomas eas sibi vires esse, quibus tueri nos posset; horratuque est, vt vel te, vel alium Dominum assumeremus. Consilio, bis de rebus habito, placuit omnibus, ad tuam pietatem recurrere, tibi,que populum, & ciuitatem tradere. Accipe igitur supplices, ac subueni miseris. ne contemptum vrbem nostram, ad res in Græcia gerendas accommodatissimam, si classis statueris in Orientem mittere, apud nos stationem, & tutissimam re-*

XVII. Legatio Henrici Castellæ Regis.

XVIII. Legatio Patriarcharum Orientalium ad Pium P. P.

XIX. M. nouasfia vrbis tradit Pio P. P.

fugum

XX. Proposuit Pius P. P. Ecclesiæ Papiens.

XXI. Prælia vrbis, & exercitus varia.

*fugum inueniet. Si nos relinquis, cogimur in eum subire curam, non sine tuo dedecore, & reipub. Christiana maximo detrimento.* Motus his Pontifex illachrymarum est, mundanarum rerum varietatē volens animo. Nā quæ olim ciuitas, Græciæ domina, Asiam, & Orientē potentissimis classibus infestauerat, Orbisq; magnā partē sibi subiecit, eodē demū redacta est, vt stare nō posset, nisi dominos in Occidente quæret, atq; illis sese dederet, & commendaret, quorum ingenia prius, & opes contempserat. Zanotius, quē supra in Peleponesum ex Mantua missum, reuelimus, Legatorū comes fuit; multaq; de Monouassia locutus, loci naturam munitū, si paruo spūdo defendere-tur, inæx pugnablem dixit, Pium magnopere exhortatus, ne tanta recuperanda Græciæ occasione prætermittere-t. Annuit Pontifex, iussitq; Legatis in sua verba iurare, Monouassiam, suo, & Ecclesiæ Rom. nomine in deditiōne accepit, missi Prefecto, qui populo ius diceret, & annonā, cuius erat vacua ciuitas, ministraret.

Vacauit circa idē tempus Ecclesiæ Papiens. apud Insubres nobilitas, & q; soli Rom. Pontifici subest diues opū & liberaliū artium schola insignis. Io. Card. ex familia Castilioncā ei p̄suerat, quē in Piceno dū Legatū agit, obisse diximus. Pontifex Iac. Lucensem, Secretariū suum ei sufficere statuerat, virum Græcis, ac Latinis litteris eruditum. Franciscus Mediolan. Dux, animum alio verterat, nec passus videbatur sententiā Pontif. locū fore. Missus est Fr. Angelus Volturnensis, Ord. Minorū professor, qui Fraciscū leniret. Nec quā profuit, per iracundiā Fracisco, Episcopū Papiensibus, si alterū, q̄ cupi, præfecerit Rom. Pont. experiretur nō esse vni, Principes irritare. Reconciliabor Picinino haud difficile, ei; agrum Ecclesiæ diripere mādabo, & quis erit, qui P̄senti op̄e ferat. Ea cū retulisset Angelus, magis, ac magis animum Pontificis obfirmavit, vt Iacobū pmoueret, scripsitq; Pont. manu sua Fracisco, admōnēs, ne pugna aduersus Pont. ample-deretur, in qua necesse sibi esset, succubere, quia nec mutaret p̄positū, nec arma sua timeret Pius. Vichē rādē Franc. auit, & Iac. magno Senatus assensu, & vniuersæ Curie applausu, Papiensi Ecclesiæ p̄fectus est.

Per hos dies auctus animo Ferdin. Siciliæ Rex, aduentu Simonetti, & aliorum Ecclesiæ Ducū, exercitū in capum eduxit pugnantiq; copiā fecit. Drete clatibus solum acriter insitit, eosq; loco pepulit, nec cessauit virgere, donec oēs intra oppidū Sarni fugientes concluderet. Id passib⁹ circiter 30. millibus a Neapoli abest. Pars eius in arduo colle sita est, pars in plano iacet, non tam muris, q̄ aquis munita. Ex radicibus montis limpidissimi scaturiunt fontes, qui Sarnū efficiunt fluuiū tantæ frigiditatis, vt herbas, atq; arbores enecet, neq; pisces alar p̄ter cancos. In hoc oppido Io. Rhe-nari filius, & Tarentinus Princeps, & omnis nobilitas suarū partiū, atq; omnis equitatus, & peditatus ex fuga sese ceperant, cum Ferdinandi imperū ferre non possent. Nec dubitū erat, quin breui virgente fame, aut sese dederet, aut in diuersa dilapsi, hosti campum relinqueret. Clausi enim, comearus intrudere nulla ex parte poterant, & ita consilium ceperat, quo potissimum itinere fugam arripere. Horum salutū nihil tam consuluit, q̄ Ferdinandi audacia. Illum cū natura, tū necessitas supra, q̄ par fuit, audaciorem p̄buit. Erat in castris suis non tā validior hoste, q̄ animosior miles; verum importunus, & querulus stipendia petere; minari, nisi argentum daretur: Regi nihil esse, q̄ daret, & iam dū centi barbari, quos vocabat Scoppeterios, ob negatū mercedē ad hostes defecerat: vereri, ne discedentibus pluribus obfidione solueret, cogere-tur; militi abque auro nihil suaderi posse. In his angustiis confituro, vile visum est, oppidū repente aggredi, vt eo expugnato ex spoliis hostium exercitui faceret. Re in consilium ducta, probantibus pluribus, Simonettus cōtradixit, qui loco munito hostem non facile dimouendum putabat, meliusq; fame, q̄

ferro vinci, placere tamē sibi turrim quādam oppido propinquā inuadi, qua capta, impossibile esset hostes pabularū exire. Itū est in sententiā Simonetti; Verū expugnata primo impetu turri, crescentibus animis, victor, furēq; miles retineri nequit. Præterire audaces turmæ iussa ducum, & insecutæ fugientes hostes, cum his oppidi portas intrauerunt. Pugnatum est intra mœnia, summa contentione, nec pauci ceciderunt: plures tamen Ecclesiastici, quorum magnā stragem ediderunt Scoppeterii, quos diximus a Rege profugisse. Regius igitur miles, atque Ecclesiasticus, quāuis oppidum introisset, & hostes aliquos manu cepisset, ab hisce Scoppeteris nō sine vulnere, ac cæde repulsus est: hostis insecutus longe spatio extra oppidū signa protulit, cui dū Simonettus occurrit, suorumq; fugam retinere conatur, tormentali globulo percutus, ex quo deiectus est, ne locutus ē vita decessit: qui & si diutius viuere optauisset, hunc tamen exitum cupiebat, sæpē inter suos dicere solitus: *Dei mihi Deus, vt in arte mea, & in Ecclesiæ seruitio moriar.* Corpus eius ab hostibus inuentum, honorifice tumulatum est. Ioanne Regis filio, & omni nobilitate funus ducente. Multorum in hoc prælio virtus enituit, præcipue Roberti Vrsini, qui primus ingressus Sarnum, ascendere superiores oppidi partes tentauit; sed vulneratus in facie, coactus est pedem referre. Ioannis quoque Malauolta filius, egregia suæ iuuentutis rudimenta præbuit, qui paulo post Senas reuersus, febre interit. Primi Ecclesiastici pugnam ciebant, primique caesi sunt, aut capti, cum tormentorum ictus ferre non possent. Rex fuga saluatus est, impedimentis amissis; castra direpta sunt: equi supra duo millia in prædam venerunt. Secundum hanc victoriam Princeps Salerni ad Francos defecit, cui & Nolæ par ebat: idem Dux Sancti Marci, & vniuersa Sancti Seueiani domus effecit. Quod si victoriam secutus hostis, ad Neapolim castra mouisset, haud dubium, quin profligatus Ferdinandus regno cessisset. Princeps Tarenti cursum fortitudinē retinuit, qui Marte dubio regni moderator habebatur, & arbiter, finito bello victori partiturus. Ioannes Andegauensis, cum Neapolim inhihente Principe nequireret accedere, copias ad Castrum maris victor admouit, & oppido vipotitus, arcem auro redemit. Aureorum quatuor millia præfectus accepisse traditur. Verum est, quod vulgò dicitur, nullam non expugnabilem arcem esse, in quam onustus auro intrare possit asellus. Hæc in terra Laboris gesta, quæ olim Campania dicta est. In Apertijs verò Picininus accepto victoriæ nūcio, veritus, ne ignauitæ accuseretur, si nihil ab eo fieret, congregatis Aquilanis, Toscanis, Caudolanis, & omnibus Aprurinarum viribus; magnum equitum, peditumque ducens exercitum, Ducales, atque Apostolicas copias, quæ non procul ab Esculo castra tenebant, inuadere itauit. Alexander Sfortia, & Federicus Vrbinas, alter loce, alter gener, Picinino oppositi erant, equitatu pares hosti, aut superiores peditatu longè inferiores. Si planum tenebāt, Picininus collē occupauerat, qui signo dato, magno impetu in hostes delatus est. Alexander ei occurrit; commissum atrox præliū, diuq; anceps; verum virgente pedite Picinini, Alexander non pauis suorum amissis, loco paulo cessit, fuissetq; omnino profligatus, nisi Federicus; huc, atq; illic discurret, suppetias misisset, ac pro saucijs integros suffecisset. Præ cæteris verò Petri Pauli Foroluiensis excel-lens virtus, adiumento. Ecclesiasticis fuit, qui locum sibi commissum numquā deseruit: equis quatuor sub-co confossis, Federicus ei equos submittebat, cuius præstati audacia omne robur hostiū retētū est. Pugna ad horam noctis secunda, summa contentione, & ardentibus animis producta, Luna præstare lumen. Ad extremū Ecclesiastici cum loco dimoueri non possent, Bracciani ad montē, vndē venerant, re diere, victores,

ac victi

XXII. Noua auxilia mittit Pius PP. Ferdinando.

ac victi ambo exercitus. Ecclesiastici plus equorum amiserunt, hostes plus hominum, mutare tamen Ecclesiastici locum, cum Picinini copias augeri cognouissent, castraque amplius atque amplius muniturunt. Picininus in Aprutinorum interiora concessit, vbi à Matthæo Capuano, haud ignaro copiarum duce, sæpè damnis atque ignominia affectus est.

Senis cum nunciata esset Ferdinandi clades apud Sarnum accepta, Galli, qui frequentes erant in Curia vociferari, per Urbem saltare, ignes incendere, insultare Cathelanis, Aragonenses irridere, familiam quoque Pontificis probro afficere, Lombardos, Florentinos contumelia laceſcere, pulsare manibus ac ferro, si quis eorum infania, non satis applaudere videbatur. Nam & Burgundioni cuidam oculum effoderunt, & Senensem quendam ciuem interfece- runt, qui paululum aduersus eorum clamoribus videretur. Tolerant omnia Pontifex æquo animo, secumque ait, *Quid agerent, si Italia regnum obtinerent: Ego te, Italia, quantum patere adiuuabo, ne vllas patrie dominos; quamuis nec Veneti, nec Florentini opem afferant, quorum populi diu- te sibi subijcere conantur, nec inter se conuenire student, extorrum tibi dominum parant.* Sic locutus inter amicos Pontifex nihilo deiectus animo, reparare, atque instaurare copias decreuit, Ferdinandoque noua auxilia mittere, ne regno deijci posset. Interea Aquilanorum Legati ad eum veniunt, & paulo post Ioannis Andegauen- sis Oratores, suasiuri, vt relictio Ferdinando Pontifex aut Rhenari causam adiuuaret, aut bello profusus abstineret; multorum, & populorum, & principum regni litteras afferentes, qui Ferdinandi regimen, atque imperium profusus respuebant. His auditis Pon- tifices, se nihil aliud bello querere dixit, nisi vt violenti- a sublata, lis de regno per iudicium tolleretur. Id si Rhenari annueret, ab armis cessari posse. Tum v- nus ex Oratoribus; Ioannes, inquit *Cossa*, hæc ad re- verba transmittit, *Si Christus nobiscum est, non curamus, quo se vertat Vicarius eius. Vicinus apud Sarnum, auctore Chris- to. Cui Pontifex, Quamuis vno praelio superiores fuisset, in- quit, non tamen affirmare potestis, Christum, cuius occulta iudicia sunt, auxilio vobis esse. At Christi Vicarium vestris aduer- sari conatibus & sensistis hæcenus, & sentiens deinceps, magis. Atque ita Legati infectis rebus abierunt.*

XXIII. Turbatur Roma quorundam facinoribus.

Suecessit & alia interim calamitas: raro infortu- nium solum est. Roma Tiburtius, & Valerianus fra- tres, pacificum Urbis statum, multis modis turbauere. Hi cum viderent urbem, absente Pontifice, minus rigide gubernari, neque Rectoribus ad corripienda facinora, satis animi esse tempus idoneum arbitrati quo iuuentutem Romanam corrumpere possent, ac rebus eadem mutatis, Imperium Sacerdotale deijcere Bonannum quendam iuuenem audacissimum, & manu promptum, ac Ioannem Philippum, nullius facinoris expertem, & alios plerosque sceleribus in- dignos, sibi socios asciverunt; quibus cum facta con- iuratione, læuâ primum furta vilium rerum audere ceperunt; post adulteria, & pretiosarum rerum rapinas committentes, tandem neque à raptu virginum, neque à cædibus, aut incendijs temperarunt. Nec Magistratum cohiberi armis poterant, cum essent trecenti iuuenes ciciter in armis experti ac feroces auxilia sibi præsto ferentes. Ciues, in filios ciuium extendere manus non audebant: exspectabant om- nes, quid Gubernator, quid Senator ageret. Vterque timore correptus, domi se continebat. Gubernator cum habitaret in campo Florum, regiam in atrio Pompei domum, & coniuatorum minas indies au- dierit, in Apostolicum Palatium inde migravit. Con- iurati, ob eam rem, quasi victores effecti, insolentius agere, bacchari per Urbem, licentius verberare, ciues pecunias mulctare, pauperum substantias diripere, vxores prostituere, virgines iugulare, aut in Tyberi submergere, que vim perpetui nollet. Libentius O-

ptimatum expugnassent ædes; sed verebantur, ne potentiam Urbis in se prouocarent; factique esse pu- tabant, si opulentorum ciuium abusi patientia, ino- pum pauca quænis bona diripere, & in eorum feminas explorare libidine possent: donec aucti numero, & for- tiores effecti illorum quoque fortunas darentur inua- dere. Fuit inter eos quidam, cui propter amorem Ina- morati cognomen inuidere. Is perditæ puellam Transyberinam alteri desponsatâ adamauit, pariter, vt fama erat, amarus, quam ipso nuptiarum die, ad virum euntem, media in Urbe vi rapuit. Non potuerit etiam facinus tolerare Magistratus, quos Capita Regionum appellantes: factis mox impetu Inamoratum ceperunt, vincuntque Senatori tradiderunt, qui publice in eum animaduertentes: Coniurati audire veriti, ne suppli- cium de reo sumeretur, correptisque armis per Urbem dilapsi, Carum quædam Senatoris familiarem inter- ceperunt. Commoti Ciues ad reuocandam, frequentes Gubernatorem adeunt, sumere animum, & arma sua- dent, operas suas afferentes: facile Coniuratos inter- cipi posse asserunt: audeat modo Gubernator, ac Sen- ator, & ciuium consilia sequantur. Coniurati ciuium arma timentes, in templo se receperunt, quæ Marcus Agrippa dijs omnibus, siue vt melius loquamur demo- nibus dedicauit. Pantheon veteres appellarunt, nunc B. Mariæ sacrum est, & ab ea nomen habet. Non præ- sumptere Rectoris Urbis, ciues cum ciuibus expug- nare; veriti, ne multitudine armata, ciuitas diuulgato Sacerdotum iugo libertatem assereret. Illi plerisque diebus in templo se continerunt, cum circumhabi- tantes, metu, ne noctu inuaderentur, alimenta præbe- rent. Tandem ea lege perſuaſi sunt admodum relinquere, vt accepto Inamorato familiarem Senatoris redderent. Neque vel hoc pacto quieti ciuitas. Bonannus vnus ex Coniuratis, paucis post diebus armatus per urbem incedens, cum in familiam Senatoris incidisset, rogareturque arma deponere, nec parere vellet, incepta pira manum conferens, vnus ex Marscallis obruncavit, victorice satellites omnes Senatoris dissipauit, atque disiecit. Ex in liberi omni metu iuue- nes, armati atque inermes per urbem vadere nullum; non scelus impune committere. Quos cum Antoni? Pontificis nepos, turrim quandâ in extrema ciuitatis parte inuasisset, non procul à Sancto Laurentio in Lu- cina didicisset, mox accepta equitum cohorte ex Va- ticano, ad pontem Miluium se contulit, & ingressus portâ urbis, que Populi appellatur, festinus ad turrim cucurrit, vt ibi Cõiuratos cõprehederet. Illi audito ci- uis aduertit, turrim dimisere, & interiora Urbis peretes in adibus, quas Cardinalis olim Firmianus magnificas ædificauit sese receperunt. Antonio nõ fuit consiliu ex- ternum equitè intra frequentia urbis ædificia ducere; nondum plane cognitâ ciuium voluntate, quos in suos læ- uare cognatos, non erat verosimile: nec Gubernatori è republica videbatur, ciues cum ciuibus comprehen- dere. Coniurati in adibus Firmiani, tamquam in pub- lico palatio conuenientes, illic consilia de rapinis, de patrandis adulterijs capiebant, coniuuiciaque simul a- gitabant, noctes latrocinijs, dies ludis dantes. Tibur- tius, omnium Princeps, & Dominus habebatur; cuncta ex eius arbitrio pendebant. Querentibus, quid a- geret Tiburtius; Dominus, respondit debant, *aut hoc, aut illud agis.* Pudebat bonos ciues eo esse deductam Ur- bem, vt in Tiburtij potestate videretur; cupiebant- que armis tantam ignominiam delere, quod postquam per Gubernatoris ignauitiam efficere non potuerunt, congregati simul Oprimates, Tiburtium adierunt, suadentes, vt Urbe discederet, nec vellet, patriam suâ, latronum speluncâ efficeret. Si pergeret amplius gra- sari in ciuitate, non passuros facile Magnates, facile manum militum cogi posse, que remanentes iuuenes in vincula cõijciar: parum vero esse in inuente præsidij, quæ inops consilij facile dissipari: Urbis Senatui si se-

Sedatur tandem.

mel arma corripuerit, non quieturum, donec Cõiuratos oēs perditurum, ciuitateque; tam miserâ seruitute profusus liberet: Pontificis quibus, pcul abſit, citò reuerſurum, neque Tiburtio, neque cõplicitibus veniâ darurum, si eos in urbe latrociniates inuenierit. Cedat suis ciuibus potius, atque abeat; ita fieri posse, vt rogâte ciuitate, in gratiâ deniq; Pontificis redeant. Vix his Tiburtius discedere statuit, egressusque; domo, p urbem tanquam magnus aliquis Princeps, inter Conseruatorè, & Prothonotariu Apostol. Georgiu Cæſarinu, ad portâ usque; mediis in cessu, magna populi sequere carerem, quæ ad visendum Tibur. quasi ducè aliquè numeroso exercitum accurreret. Ille plenus animi, salutatis in porta ciuib. cum Cõiuratis ad oppida Sabelli cõcessit, nihil dabitur, reuerti cum vellet, posse. Inter hæc ex Cõiuratis nouè feueri, qui horredum ausi scelus, noctu ad Monasteriu D. Agnetis extra portâ Salariâ, pfectu, fractis portarum repagulis, SS. Virginum penetralia, atque abdita irrupentes, nõ modo vinum pudicitiam intulerunt, verum etiâ corruptarum virginum bona, & sacra suppellectilè diripuerunt. Hæc cum Pius Pont. accepisset, nec iam vllum esse aliud remediū seruandæ Urbis cognouisset, quæ Sedes sua repetere, nihil moratus, edictum posuit intra dies 20. se versus urbem iter arripitur, Curiales admo- nens, vt se per id tempus ad urbem cõferrent. Istud vbi Romæ auditu est, haud alia exultatio facta, quam si magna quidam victoria nunciata esset, aut ipsa Urbis tunc primum fundata, ædificataque; videretur. Põpa p Urbem ducta, ignes accessit, supplicationes p omnia templa factas; vt felix faustusque, ac celer Pontificis reditus esset.

XXIV. Castrum Leonis reddunt Pio PP.

Cupiebat per id tempus Pius castrum Leonis, sibi vbi à Ferdinando traderetur, quod sæpè promiserat. Est id in Etruria Tirreno mari adiacens, iuxta emis- sorium piscose paludis, non longè ab urbe Grosseti, at- que Vmbrosi ostia. Rex Alphonsus exorto bello ar- mis obtinuit, & compositis rebus retinuit. Huc se Pi- cininus contulit, cum Calixti copias fugeret. Hic ma- gnæ pificationes mugilum, & pingui pecorâ pascua. Io- Lyritanus natione Hispani arcis pfectus erat, quibus Io- de Castro sustinuerat. Inuitus Lyritanus arcem relin- quebat: voluntariu tñ se finxit, & quasi traditurus ar- cem Pontifici eò se contulit. Eò cum venisset, multa sibi deberi ait: nõ redditurum, nisi dissoluta summa. Negante Pontifice, tñ auri numerare, quatuor petere, Florèntinis, aut Genu- ensibus, arcem, & oppidum videri prætauit. Interea vnus ex oppidanis, quæ amicos haberet in arce, Plubini tyrannu adit, tradere arcem pollicitus, si sibi aureorum 4000. nu- meretur. Adhibuit aures tyrannus, & hominè cautu cum pecunia misit. Is traditis aliquot aureis, iussit descende- re custos deo ex turri, & diu reliqua pecuniâ numerat, fa- mulos suos paulatim ascendere, & locu capere. Quod vbi factu est, iâ numerata pecuniâ: Error est, ait, & quasi numeratur iteru auri ad se traxit, atque in turrim ppe- re cõcessit, & ostio clauso, ea deberi pditionibus stipendia dixit, signumque; militibus, qui ppe larebat, dedit: quibus ac- currenibus, & oppido positu, vexilla Aragonum, quasi p illo possideret, erexit, atque huc in modum, nõ Lyritano solui, qui in oppido erat, sed Ferd. & Papæ illiuit. Fer- dinandus ea re cognita, vnus ex Secretarijs Talamachum nomine ad tyrannu misit, vstru hominè, qui magno vltimo ingenio, arcem recuperauit, & Pio tradidit. Io. Lyritanus minoris arcem, quæ in litore maris tenebat, Papæ tradendâ reliquit, & cum Io. de Castro per agru Senensem iter fa- ciens, Neapolim rediturus, vna cum illo ab agrestibus, cæ- sus, occubuit; in vltione dånorum, quæ viuente Alfonso Provincialibus intulerat. Sic infelices homines, prioru flagitioru, que perpetrauerant, penas dederunt. Pius Pontif. castrum Leonis, & arces, & insulâ Liliu, nepoti Antonio tradidit; non tã ei, quam patriæ cõsulturus, cuius maritima loca, & chorrea ciuitatis hoc oppido claudunt.

XXV. Arces quasdam dolo in-

Inter hæc Sigifm. Malatesta silaru nõ inemor artium, pfectum arcis Mõtis Martiani, dolo intercepti, arcemque occupauit, & oppidum in potestate suâ redegit, quæ antea pignoris nomine, Pio Pontif. obseruandâ tradiderat

quæadmodum superius commemorauimus. Rogat, cur id fecisset, respondit, pfectu mulierosum fuisse viru, vxores oppidanorum dies, ac noctes infestasse, peccantibus oppidanis, se illi in- tercepisse. Huc Pontifex huc in modum rescripsit: *Esio sit ve- ritas, quæ fingis: Tu nõ in alio corriges, quæ in teipso gloriaris: Si peccauerat Prefectus, nostra erat vltio, accusandus apud nos fuit: nõ fuisse semus multu facinus. Aut reddito Prefectum & arcem, aut Ecclesia Rom. declaraberis hostis.* Contempnit ea Sigifmundus; nec multo post pditiones, pditionibus accumulans, Mũ- dauiu cum equitatu pfectus, intrõmissus ab oppidanis, quos præce, pretioque; corripuerat, arcem inuadit, territurque; Prefectum paruo corrupit auro; atque ita Vicariu ferè omnè Mũdauiensè è potestate Pontificis, fraudibus, ac dolis eripuit: vulgarâ famâ, quæ ideo id fecerit, quoniam exploratū haberet Pium Pont. ea oppida Federico Vr- binati tradituru fore. Quod cum nõ satis crederetur, ad aliud cõfugit mendaciū, scripsitque; Italia potentatibus, id eò se Mũdauiu occupasse, quia statuisset Pont. suasa illuc copias, ad discretionem, vt aiunt, hiemaru mittere. In qua re prophetauit, nesciens, quid diceret, eliciente Dño etiam de mendaci ore, veram aliquando prophetiam. Sequenti enim anno, vt suo loco dicemus, id oppidum ad discretionem ducibus Apostolicis redditum est. Discretionem vocant, cum permissa militi potestas est in oppido, quod capitur, pro suo arbitrio debacchari, corporibus liberis tantum saluis.

corripit Malateſta.

XXVI. Intenta quorundam à Luca de- reguntur.

Dũ hæc aguntur, Lucas quidã ciuis Rom. quæ sæpè Card. Colūnenſis ad Principè Tarentinu miserat, cap- tus est. Et quoniam secreta nosse Principis, & multorum Baronu existimabatur, in arce S. Angeli reclusus, iustus est dicere, quod nosset. Is absque tormentis sua manu hæc, sponteque; scripsit: Principè Tarenti, & Comitè Euersu, & Iac. Sabellu, & Columenſes aduersus Pont. cõspi- rasse, statuisseque; Iac. Picininu in agrum Rom. accedere, Vrsinis, atque Ecclesiæ infensum: nec dubiu esse, quoniam Roma caperetur absente Papâ, dantibus, aditu Coniuratis: Tiburtiu, Io. Andegauensè, Tarentinu Principè, Iac. Pi- cininum adiuuasse, pmittisseque; Urbem tradere; Card. A- quilegensis, qui apud S. Laurent. in Damaso mora- retur, auro abundante, interciperet; pecuniâque; multare; Anton. Papæ nepotem, cum p Urbem ad Card. iret, obrutu- care; opulentoru Ciuium, Mercatorum, Curialiumque; plenas domos diripere, inde militi stipendia daturum, Nihil horum sibi esse difficile, parere sibi die, nocteque; aditum in Urbem, in qua iuuenes haud minus quingen- tis robusti, & audaces, & primariorum ciuium filii, se- cum sentirent; quorum parentes tumultuante ciuitate, non auderent arma capere aduersus filios; satis ha- bituri, si domus eorum saluarentur. Hæc Pontifici re- lata, maturandum iter magis, magisque; suaserunt.

XXVII. Præuidet duabus Ecclesijs Pius PP.

Per id tempus duæ vacauerunt Ecclesiæ Metropoli- tica, Ragusa apud Dalmatas, & Rossana apud Cala- bros. Illi pfectus est Franciscus Ord. S. Mariæ Seruorū, ac Generalis Magister, natione Senensis, moribus, ac doctrina excellens: hanc sortitus est Marth. Reginus, inter Minores FF. quæ Obseruantes appellatur p dicationis gratia insignis. Huc olim Nicolaus P. M. Ecclesiæ Regim, quæ tunc fortè vacabat, pficere statuisset, inſtit accerſiri à Card. Romano rogarique; an veller suæ ciuitatis Pontifi- calè curâ suscipere. Paruit Firmianus, vocatoque; seorsu in cubiculo Matthæo: *Diligit, inquit, te Pontifex Max. tuusque; ciuibus Præſulè dare statuit, si modo animu ad hoc induxeris, neque; honore hunc in patria tuâ pulcherrimu refugeris.* Matthæus ni- hil respondens, cubiculu egressus ad Fratres, qui erant in aula, euulsa, ac lachrymas: *Accurrite, inquit, ad ſtore, opè af- ferre.* Admittitibus Fratribus, pcorantibusque; quidnã si- bi accidisset, aliquandiu nihil aliud respondit, nisi, *accur- rite, inuite, opè afferre misero.* Postremò cum læpius, ac læpius, interrogaretur, vt quid auxiliu tantopere esflagitaret: *Hec, inquit, misero inſtitutè in religione cõsumpsi, vixi pau- per & obediens, pcepta B. Francisci Patris nostri, nõ quã violauit, ver- bũ Deipatru am populi, in cella meâ p dicit egi pauperie, diuinas cõ- ſtitutus arcana: nunc ad Episcopatu vocor, ad negotiu, ad labores.*



ad honores, quos optavi nunquam. O immaculata religio, & Sacri- pates claustris, & dulcissimi cellarum silentia, & amantissimi Fratres, & consolationum meorum socij: ergo vos tandem relinquit? & me dulcissi- ma cõuersatione vestra à priuato? Nõ facta: accurrere, iuuare, libe- rare me his molestiis, defendite, ne me Firmanus vobis eripiat. Au- diuit cum ceta Firm. è cubiculo suo, atq; accessit ppius: Tace, inquit, Matthee: pone metum, bono animo esto, libera te, non vrgeris à Pont. vltra quã velis, quod placet. & rei tua consi- lio atq; in huc modum eo dimisso, Nicolao Pont. cõficta q̄ gesta erãt, nõ sine risu exposuit. Post dies octo rediẽs ad Firman. Mattheus, cõsiliũ se cepisse cõ amicis ait, rebuscq; in vtrãq; parte planè discussis, visum illi esset Pont. desiderio latissiat: ponere igit se in manu Papæ, cui nefas sit nõ obedire. Firmanus Nicol. accedens: Mat- theus, inquit, mutatus est, Episcopatu, si voles, accipiet. cui Põti- fex: & ego, ait, mutatus sum. Volui Episcopatu illi cõmittere, cum noluit, cõ vult, nõlo atq; ita Marth. dignitate excedit. Mõsit tñ in religione, nec p̄dicandi officiu reliquit, sub Calix. triremes duas ex elemosynis armavit contra Turcas, atq; in Asia pfectus, captiuos aliquos abduxit. Põti- fertus hominis, qui labores multos in Ecclesia prulif- set, vocauit eũ cõ Senis ageret, atq;: Prescissimus se vel i- gnorantẽ Ecclesia Rossan. si putauissem nũc recusatũ id oneris, sicut olim Regimen spreuisti Ecclesiã, nũc animũ tuum patefacito. Tũlle: Nicolai ordinationẽ olim r̄pugne, nũc in manus tuas me dedit: Tua voluntas, mea erit. Si in his in religione p̄seruare, manebõ quoad vixerim. Si ad Episcopatu me vocas, p̄festo assum: nec igno- ro, in culmine p̄fectionis esse, qui Pontificalibus implicatus curis, suo satis faciat officio. Atque ita Marthaus Rossanensem cõsecutus Ecclesiã, illi p̄stera nõ sine laude p̄stauit.

XXVIII Discedens Pius PP. Senensibus bona dat consilia.

His apud Senesẽs pactis, Põtifex, 4. Idus Sept. ab eis recessit, q̄ dies p̄fectionis erat statuta. Flebat vniuersa ciuitas; neq; Curiales ex amantissimo loco, mitiq; celo abeuntes, continere lachrymas potuerant. Põtifex & si vehementer angebatur, dulcem relinques patriã, ignarus, an aliquando rediturus esset, lachrymas tamen continuit, nec fororibus cum fletu occurrentib⁹, commutatus est. Secuti sunt Magistratus vrbis extra mœnia, ad Monasterium vsque Angelorum, vbi cum ciuib⁹ benediceret, rogatus, si quid iuberet, iubeo, inquit, filij, concordiam facite mihi, que sola ciuitatem seruare potest: p̄põite adia, que corda vestra excedunt; succedant diuisiones, secte, conuentiõla. Consultite in commun, que Republice vtilia sunt. Diligite iustitiam, inquitatem pellite, nolite quemquam opprimere: Defendite viduas, ac pupillo; honorate Sacerdotes, Ecclesiasticã libertatem nolite infringere: plebẽ facinorosos, legibus, que sunt ex æquo, & bono, his vitimini, reliquas abro- gate. Iuuenibus vestris viros date; celibet qui castitatem male simulant, atq; merces, à Magistratibus arceat: dõtib⁹ modum p̄nite, atque sumptibus, que datis extra, que accipitis estimare. Male se ciuitas habet, que plus emit, quam vendit. Hac p̄o tempore monumenta relinquit, que seruantibus non erunt inutilia. Atque his dictis iter ingressus, secunda die, Corfinia- num peruenit, quo in loco grauiter ægrotauit, humo- rib⁹ ex capite descendentibus, pectus, brachia, ac totum corpus adeo debilitantibus, vt nullam in partem nõ aditurus moueri posset, & morti proximus videretur. Languit duodecim dieb⁹. Ex in sanitati restitutus, mirabilem oblectationem accepit, in solo natali sur- gentibus adificiis, quã nullis Italiae celsura videretur, que admodum suo loco p̄stera dicemus. Huc Robertus ex S. Seuerini Comitib⁹, egregius copiarũ ductor, ad Pontif. venit, quem Franciscus Mediolanens. Prin- ceptus auxilio Ferdinandi, in regnum cum magna mili- tum manu mittebat, victoriã hostium apud Sarnũ ha- bitam remoraturum. Picinini⁹ in Aprutio audita Pont. ægrotatione, vocatus à nonnullis Baronibus, celeri cursu, dimissis impediẽtis, cum omni exercitu per asperos montes in comitatum Albi peruenit, in a- grum Romanum prope descensurus. Miserat Pont. priusquã è Senis discederet, Nicolau Card. Theanen- sem ad exercitum Apostolicum, qui erat in Aprutio, pronisurum, nõ subditi Ecclesiæ, aliquid detrimenti

pereretur. Is audita Picinini p̄fectione mox Federi- cum, atq; Alexandrũ copiarum duces commouit, vt dimissa parte exercitus, quæ Lofie Aprutini sufficeret, impedire conatus secũ pergerent, perniciofa Picinini consilia p̄aerentur: nec mora, per alpes Nusie, & dif- ficillima montium claustra in agrum Rheatinum cum illis peruenit. Pont. quoq; recessu ex Corfiniano ma- curato, Radicofanum appulit; deinde per Abbatiam, & Plani oppidum, ad consinia peruenit Ecclesiæ, quæ medio fere spatio, intrã Percenum, & Planum reperit- untur. Ibi Percenates in prato viridi nõ procul à Riua percini ex ramalibus tabernacula fecerãt, in quib⁹ suũ Dominũ, miro clamore, atq; ingenti letitia, peregre redeũte exeperũt, eiq; p̄adiũ parauerũt. Quo peri- acto Percenũ itũ est, nobile olim oppidũ, & vix expug- nabile, altis vndiq; rupib⁹ cinctũ: sæpe in manib⁹ la- tronũ fuit, sæpe murauit dominos, & multis subiacuit calamitatib⁹, modò direptũ, modò incẽsũ. Sub Eugenio IV. ad Eccles. redijt, cũ antea Frãscis Sfortiæ p̄az- sidio teneretur. Eo benedicto Pont. ad Aquã pendẽte se contulit, locũ instar vrbis habentẽ, & quẽ Antonius cuiusdã Petrucij filius, natione Senens. pro Frãcis. Du- ce Mediolani gubernãns, Eugenio vendidit, cui fuerat armis ablat⁹. Hic nocte p̄acta, sequenti die ad Vullin- ios peruẽtũ, vnã è duodecim ciuitatib⁹ Etruriæ, apud veteres latè memoratam: nunc castellum paruum soli bonitas, & lacus vtilitas, cui adiacet, & quod iter hac est ad Vrbem, non sinit in totum perire. Apud eos Pius vna die moratus, cũ discordes oppidanorũ animos in amiciciam reduxisset, ad Vrbem veterem iter in- gressus est; in quò de finibus periculosa suborra con- tentio; Vrbeuetanis, & Vullinensibus Pontificem in agro suo, cuius limes erat dubius portare volentibus. Pugnatum est, & manibus & ferro, & aliquot hinc at- que inde vulnerati. Vixque sedata tandem conten- tio, cum equitatus Pontificis accurrens, vtramq; par- tem diremisset. Appropinquantem Vrbi Pontificem, vt primũ videri mœnia potuerunt accedentes Lega- ti ciuitatis: Ex hoc, inquit, loco, cãm ex vrbe nostrã pulsus abiret Rom. olim quidam Præsul, populo nostro maledixit. Ex illo tempore seditionibus agitanti nunquam respiciamus. Vrbe no- strã; que nulli per Tusciã inuidebat, iam nemo non miseretur. Diuina hac vltio est. Apostolicum anatHEMA sentimus. Benedic ci- uitati, & aufer indignationem. Redibit cum rã benedictione di- uinis fauor. Annuit Præsul, & ligno Crucis super ciui- tatem factõ, magna populi alacritate, vrbem ingressus est.

Benedicti Vrbeuetari.

Mons lapideus in mediã valle confurgit, sex circi- terstadijs altus. In cacumine planities est, tria millia ambitus passuum complexa: p̄ærupta pro muris stant rupes, quarũ altitudo nusquam minor est vlnis viginũ. Hic ædes ciuiũ nobilissimæ fuere, & ampla ex- secto lapide palatia. Verustas multa cõsumpsit, plura incendit, ac vastauit ciuiliũ discordia. Extrant adhuc turres semi dirutæ, & collapsa templa: verũ Beatæ Mariæ Virgini dicatum, in mediã vrb e incorruptum visitur, templorum, quæ sunt in Italia nulli cedens, amplitudine, materiã, formã memorabile: parietes; ac pauimentum ex marmore diuersi coloris, frons altissima, & admodum lata, plena statuis, quas optimi sculpsere artifices; maiori ex parte Senen- ses; nec Pidat; nec Praxiteli inferiores. Viui ap- parent candido ex marmore vultus, & membra itã expressa hominum, atque ferarum, vt naturam æ- quasse artificium videatur: vox sola deest animantibus. Resurrectionem mortuorum, Saluatoris iudicium, damnatorum p̄nas, electorum p̄æmia, quasi res vera geratur, intueri licet. Apud Vullinensẽs Sacerdos quidam, cũ rem diuinam perageret, atque in Sacramento altaris, diuinitatẽ, humanitatẽq; Chri- sti Saluatoris adesse dubitaret, mox hostia in cõspectu eius cruentata fidẽ egit, miraculosusq; sanguis, corpo- rare rotum, super quo iacebat, obfignauit. Quæ res ab

Aliqua de ista Vrbe nar- rantur.

Vrbano

Vrbeuetani Consideratione detegunt.

Vrbano Quarto Pontifice maximo planè cognita, & approbata est, atque hinc celebritas sacratissimi Christi corporis instituta, quæ quorannis toto in orbe Christiano, summã populorum deuotione, ac so- lennitate peragitur, corporale tanti miraculi Vestigia seruans, in hac eadem translaturum, honore summo, ac religione p̄cipuã custoditur. Iuxta templum Pontificale palatium situm est amplissimum, & A- postolico culmine dignum; verũ magnã ex parte ditutum. Nicolaus Quintus cubacula quædam, & aulæ plerasque restituit, quas Pius Pontifex in- habitauit. Mansit hĩc tridũ, ciuib⁹ inuicem diffi- dentibus legem dedit, quibus in concordiam rede- untes, ciuitatem in pace gubernarent, quæ p̄st no- uitatem Gentilis recepta sunt. Hic vir nobilis fuit ex gente, cui de Sala cognomen est, versutus ho- mo, & audax; qui cũ aliquandò exulasset, tandem vocatus ab amicis, furto reductus in vrbem, exci- tator tumultu, aduersantem sibi partem deiecit, mul- tis trucidatis ciuib⁹, ad vindictam fratris, qui antea fuerat interfectus, ciuitatemque quasi tyrannus op- pressit, quamvis Ecclesiã acclamaret Dominam. Fuit tamen iterũ vrbe pulsus, & plenus ad Eccle- siam Imperium redijt. Illi Pontificum benignitate, relicta sunt paterna bona, & oppidum Ficullæ com- mendatum, Ecclesiæ nomĩne gubernandum, vt in- dẽ familiam aleret, quæ res Vrbeuetanis admodum fuit molesta, propinquitatem eius suspectam habentibus, qui non cessaret, res nouas in ciuitate moliri. Pius ad Pontificatum assumptus, quieti consulturus Gentilem sub honoris obtentu, in Picenum relega- uir, Vicariatũque Mũdauij sibi regendum commi- sit. Verũ ille quies impatiens, inde discedens non sine infamia, quod cum Sigismundo conspirasset, Fi- cullam redijt, nec diu moratus, coniuratione cum plerisque nobilib⁹ inita, in ipsã solennitate sacrati- simi Corporis Christi, quæ apud Vrbeuetanos exi- miã pompã celebratur, inquadẽ Vrbem statuit, oc- cupatosque religione ciues adorũ, atque aduersã fa- ctionis principes obrũcare, seque rursus sub Ec- clesiã titulo Dominũ constitueret. Non tulit diui- na pietas tantum scelus. Derecta est res prius quã Gentilis Vrbem ingrederetur; capti aliqui, & con- iurationem confessi p̄nas dedere; alij fugã salutem quaesiere. Indignatus ob eam Gentili Pontifex, Fi- cullam ab eo repetijt; nõ in perniciem Ecclesiæ ver- teret, quod sibi misericordie gratia fuerat concef- sum. Ille vana quorundam Cardinalium spe delu- sus, & Euerii Comit̄, atque aliorum vicinorum pol- licitationibus illectus, Pontificis mandata contemp- sit; maiores suos Ficullam condidisse affirmans; se præter censum eius loci, nihil Ecclesiæ Romanæ de- bere; patrum suorum hæreditatem nolite relinquere, moriturum prius, quã patrimonio cedat. Ponti- fex his auditis, Vrbeuetanos in armis esse iussit, mis- saque non magna militum manu, agrestibus Prouin- cia congregatis, Salam ipsius Gentilis antiquam domum in arcis forinam redactam, & loco edito si- tam, paucis diebus obsessam, & vj captam, diruit. Exin Ficullæ admouit castra, quibus Gentilis deter- ritus, cũ nullam in oppidanis spem relictam videret, deditonem fecit, eas leges subiturus, quas Pon- tifex diceret. Pius excedere omnem eius familiam ex agro Vrbeuetano iussit, ipsũ verò Galliam Cisalpinam relegauit; honorum, quæ reliqua fue- rant, nihil ei abstulit; filiarum miseratus, quarum altera nupta nõndum viro tradita, altera nubilis erat. Nec exterminandam profrus nobilitatem cen- sedit, & maiorum merita posteris, vel iniquis pro- desse non nihil debere. Verũ hæc nondum gesta erant, cũ Pius in Vrbeuetari fuit. In annum se- quentem inciderunt. Nos hoc loco ea commemo-

rauimus, nõ rursus hũc reuerti oporteat. Pius hinc discedens, cum in agrum Balneoregij peruenisset, in ipsi finitimi limitibus, rursus pericu- lum adiit; Vrbeuetanis & Regientibus, sedem eius concitato tumultu inuadentibus. Erat enim inter il- los de finibus controuersia; nec portari Pontificem in agro suo, nisi à suis laturo videbantur. Certarum est & inermi, & armata manu; & tandem sagittis aliqui vulnerati sunt, aliqui gladiis. Cohors, quæ Pontifi- cem p̄stidii causa sequebatur, pugnam diremit, & acceptam sedem, longè vltra contentionis locum, cum Præsule asportauit, vbi Regientes viri, fãmina- que cum paruulis excurrentes, Xenia obtulerunt, ciboque ac potu omnem Pontificis comitatum re- crearunt. Irum est, deinde ad Montem Flaconis, quam nonnulli Faliscorum vrbem fuisse contendunt. Ea ciuitas in alto monte iacet, inuinetque Vullinensi lacui, ad Orientem Ciminum montem prospiciens. Hic nobile palatium Galli condidit, cum Romano Pontificio fungeretur, ibi vt per æstum degeret, quibus Italici calorẽs admodum sunt insensũ. Palatium, arcis in modum adificatum fuit, adhibitis aulis, triclinijs, ac cubiculis, quæ dignitati Pontificali conuenirent; nunc pars magna, verustate, & incuria collapsa est. In eo collocatus Pius, cum vim ventorum ferre non posset (est enim veluti quadam Eoli domus) altera die Viturnium per parentes agros concessit. Nostra aras Viterbium vocat, & inermium vitam interpretatur; tamquam Romano vigente Imperio, veterani milites, ad a- quas calidas, quæ ibi vbertim scaturiunt, acturi se- nium confugerent. Romanorum Legati in itinere occurrerunt, Pontificis reditum oraturũ, quatuor vi- ri disertũ, quorum duo Iurisconsulti fuere, & Sacri Consistorij Aduocati, Antonius Caffarellus & An- dreas Sanctæ Crucis, duo alii ex nobilitate Romana Ciues primarij, quos pulcherrima iuuentus sequeba- tur, suo, & equorum cultu ornatissima. Viturnium nouam esse ciuitatem satis constat, & si olim castelli formam obrinens Herculi dicatum fuisse feratur. Duæ hĩc factiones fuere, altera Gattorum, altera Ma- gantiorum, quos & Tignosinos appellauerẽ. Cũ es- set Pius Mantuæ, diximus, quo pacto Euerius Co- mes hanc vrbem inuaserit, & quomodò Rauennas Archiepiscopus eam recuperauerit. Pauld antè, se- dente Calixto Tertio grauib⁹ discordijs eadem ci- uitas laborauit, cũ pars partem armis inuaderet, ac domus fugientis incenderet. Calixtus ad sedandum tumultum, Episcopum Syracusanum transmissit, na- tione Cathelanum, qui vatro vltus ingenio, ciuitatem ingressus, vtramque partem grauib⁹ affecit modis, alijs substantiam, alijs vitam eripiens, multos in exi- lium mittens; ita vt propemodum deserta ciuitas vi- deretur. Quo tempore illud memoria dignum acci- dit, fide forsitan apud posteros cariturum. Captus senex, & ob seditionem neci adiudicatus, cũm vi- tam quingentis aureis redimere posset, laqueo pe- rire maluit, dicens, sibi quamvis dimitteretur, bre- ui moriendum esse, filiis qui diũ viuere possent, au- rum conseruandum. Audiuit in hac vrbẽ Præsul Ro- manorum Oratores, assidente Collegio. Singuli per se verba fecere, nõ alius alio melior videretur, cũ essent eloquentia ferẽ pars. Narrauerunt, quanto in merore Roma fuisset absente Pio, quot mala emer- sissent; quã inuiti vidissent Romani eius abcessum; quã ægrè tulissent moram in alienis dibus; quã nunc læti reditum expectent. Iam parietes domo- rum, iam mœnia Vrbis exultare, vbi rumor auditus est redeuntis Pii: laudare præterea gesta Præsulis in Mantuano conuentu, orationes, disputationes, consilia, responsa commendauerunt. Vrbem capu- orbis, & suos Quirites peteret, nõ memor esset p̄c-

XXIX. Iter Pij PP. Romã versus.

Rem mo- rã ad Pij PP. Ora- tores.

Picolonia Famula. ab origine Romana. catorum, quæ iuuentus commiserat; nunc melius victoriam, quietamque civitatem: rediret quamprimum, reuertitur suos filios Pius pater. Ad hæc Pontifex: Plentem, inquit, & admirandam dolentem, stentem ipsi, & vehementer dolentes Urbem reliquimus, quæ patria nostra est, non inuitis, quam Senæ. Nam domus Picolinia, quæ nos peperit, olim ex Roma Senas migravit, sicut Aneadam nomen, ac Siluorum in familia nostra frequens ostendit. Nos Romæ Cardinalatum accepimus, & in ea Urbe ad Summum Pontificatum euecti sumus. Vidimus, quanta fuit Romanorum alacritas, cum audiret, Cardinalem Senensem, Calisto Successorem datum. Vos mihi testes estis; numquam memoria hominum, tam letos fuisse Quirites. Erat igitur molestissimum ex ea Urbe recedere, quæ iam merita de nobis esset: & iam animus profugiebat, quæ postea inter vos emergerunt mala. At volentes animo necessitatem Ecclesie, ac Fidei Catholice, quam Turca conculare nitantur; & quod unum erat remedium Christiane salutis, si cum Principibus conueniremus, tuendam Religionem communibus opibus, ac consilijs acciperemus, inuiti, ac volentes iter in vestri sumus. Inuiti relinquimus dilectam sponsam, volentes, studebamus patri nostræ amantissime subuenire. Quod si non successit, ut sperauimus; non tamen consilij, laborisque penitet. Intellexit vniuersus Orbis, vires nobis, non animum defuisse. Nemo iam nos accusauerit, quod Romæ in delicijs agentes, Fidem Orthodoxam perire sinamus; qui scio, atque infirmitate grauati, nec frigora, nec phlegmas, neque niues horruimus: per aliena hospitia longam inuisitiam; vocauimus Principes, adiuuimus populos; expectauimus, omnia fecimus, ut communi consilio publice consuleremus vilitati. Aduerens peracti; pauciores fieri, quibus religio potior, quam voluptas videretur. Et quid est, quod iam nobis valeat imputari? Ipsi seculi Principibus tota imputanda est negligentia, qui venientem ad se CHRISTI Vicarium, de Republica consulturam, audire noluerunt. Reuertimus igitur domum, si non Turcarum, ac Christianorum omnium victores. Si non itam est in hostes, (ut optauimus) speramus tamen, tale semen in terram iactum, cuius aliquando secatibus segetem. Dulcis est nobis memoria laborum, qui apud DEVM suâ mercede non simulabuntur. Illud verò excoquit mentem nostram, quod inter nos factum accepimus. Dolemus furta, homicidia, adulteria, sacrilegia, iuuentutem vestram tam multa (ut fama est) perpetrasse: nec vos arguimus, qui punire crimina parati eratis, si nostri Magistratus prelo fuissent. Illos accusamus, qui per ignauiam, atque desidiam tantopere debacchari adolescentes permisere. Fidem vestram probamus, qui tentati modis compluribus ab officio non recessistis. Viri sane probi, & prudentes estis, qui vestro Domino constanter seruitis; quamuis vestra seruitus regnum est. Et quæ ciuitas reperitur Romæ liberior? Vos sine vilo vectigali estis: vobis nulla imponuntur onera. Vos Magistratus in Vrbe geritis honestissimos. Vina vestra, frumenta vestra, quanti vultis, venditis. Domus vestra, pensiones vobis vberes pendunt. Et quis præterea vester Dominus est? Forsitan Comes, Marchio, Dux, Rex, Imperator. Maior omnibus his, cui paretis, Romanus Præsul, Beati Petri Successor, IESV CHRISTI Vicarius, cuius pedes civitatis osculari desiderant. Recte hic Rex Regum, & Dominus Dominantium, pro CHRISTI reuerentia dicitur, cuius vices gerit in terris. Sapitis, viri Romani, qui hunc vestrum Dominum obseruatis, colitis, veneramini. Nam is est, qui vos præclaros efficit, qui vos datat, qui toto ex orbe ad vos diuitias affert. Siquidem Romana Curia, quam passit, ipsa vos pascat, & aurum ex omni regione ad vos portat. Gaudemus, quia homin vestrum, & cognoscitis, & conseruatis: gaudemus, nos expectare latam Urbem, quando & lati pergitur illic: hora nobis annus est, præ cupiditate reuerti, sacra vrbis membra, & sancta Martyrum, atque Apostolorum ossa, & terram illam pio sanguine rigatam, & charos Quirites, quos velut filios amamus. Nulla gens charior nobis est, quam Romana. Desiderio desideramus, quamprimum esse cum familia nostra, &

Romanorum libertas & gloria.

cum peculiari populo nostro in Sede nostrâ. Quod si Mantuano peracto Conuentu, non statim huc aduoluimus, & remorati sumus, tres fuisse causas. Prima, ut apud baluceas valeatulum consulereamus; altera, ne per astatem, Romam ingrederemur, quo tempore ex Gallia, nuntique celo redierunt, voxus ac pestifer est aer. Tertia, ut Senenses, cuius, & externo bello iam pridem exhaustos, Curia nostra morâ paululum reficeremus; quibus consulentes, Romæ consulimus. Nam Senæ Occidentem versus, Urbis est murus; nec nos vobis, aut alteri cupimus mentiri sumus: quo tempore pronissimus reditum, eo reuertimur. Non tam cupide nos expectatis, quam libenter ad vos pergitur. Morabimur hic breuissimo tempore, dum quo sunt ad securitatem iteris, necessaria preparantur. Nam vltra progredi sine presidio, non est tutum, diem profectiois, cum Fratrum consilio statuemus, statum, mox intelligeris.

Legati, responsum Pontificis mirè collaudantes, Conferuatoribus Urbis scripserunt, Romanumque populum ingenti affecterunt gaudio, iam iam Curiam adesse putantem. Inter hæc nuntium effertur, Picinimum cum infestis exercitibus, occupato Tagliacotii comitatu, Farfensibusque, Monasterii nonnullis oppidis inualis, vbi appropinquare; Columnentes, Sabellos, Euerctum ei adederatos esse: iuuentutem Romanam, arma tenere, ac res nouas cupere: Sfortiadas, & Ecclesie milites nondum aduentasse; Picinimum agros, atque Vrbes inuasisse; Rheatinos, Tiburtinosque, & in Campania plures Ciuitates cum eo sentire, haud dubium, quin breui Romam potiat. His auditis, retulit de iuo itinere Pontifex ad Collegium Cardinalium, in quo cum variæ sententiæ dicerentur, nec certum aliquod consilium inueniretur, se cretiores amicos contulere placuit. Horum vna vox fuit, & vna iussio, ad Urbem minimè festinandum esse, manendum Viturui, aut in Vrbeueteri, donec adsit exercitus Ecclesie, qui Picinimum ex agro Romano propulset. Ille si Latium & Sabinos occupet, Euerctus trans Tyterina possideat, Pontificem Romæ clausum ius Romanos, an illis peccoribus in eum conspiraturos, Urbemque Picinino pro dituros, & quod se conferat Præsul, in tanto periculo. Nec terra iter patebit, nec mari Gallicis clallibus obsecit. In mole Hadriani quaerenda salus, & ibi tandem faciendâ deditio, quæ morte multo deterior fuerit. Quod si rerum exitus apud Vituruum expectetur, aut cum victoria reditus patebit in Urbem, aut si vicerit hostis, saluari apud Senenses Curia poterit. Afferebant, & Eugenij exemplum, quem ob animalia perditâ, Romani, in custodiam receperunt; & Nicolao paratas insidias. Romanos nullam perpeti fortunam posse: In aduersis aperte rebellare, in secundis infolere: Pontificem, nisi armis stipatus fuerit, apud eos non esse securum. Ad ea Pius; Omnes, inquit, in hoc loco manendum suadetis; nos eundem putamus. Nisi prius Urbem, quam Picinimum ingredimur, debellatam est Regnum; nec scimus, an diebus nostris Roma recuperari possit. Eugenius, qui eam perdidit, nouem annis per aliena erravit hospitia. Et quæ gloria Pontifici Maximo perditâ Roma esse potest? At Picinimum circumiacentes occupat agros! Verum, ut aiunt. Sed vltra Tyberim dicitis, & curâ Euerctum armatos tenere! fatemur. Verum non is est, qui nostrum remorari transitum queat. Euitabimus eius fines, nec ius insidias vereri oportebit. Noster erit maior comitatus, quam suus exercitus. Sed Picinimo, milos furim transmissi Tyberi, obuius erit! Si omnia, quæ possunt accidere, meimur, ac veremur pericula, quid tandem audebimus? Et nunc quoque rectum hoc ruere potest, & nos opprimere. Quocumque te veritas, semper adiunt discrimina. Non sit sine periculo magnum facinus, & memorabile. Possimus in Vrbe, ut dicitis capi, possimus claudi, possimus occidi, non negamus. Sed vbi honestius, quam Romæ, Romanus Pontifex moriatur? vbi dignius, quam in Vaticano sepeliatur? Nos DEVM adiuto

rem pie

Causa dilati itineris Pontificij, Romanam versus.

XXX. Iter Pio Romam versus dissuadente ille autem in proposito constans est.

Excipitur honorifice Pius PP. à civibus Romanis.

rem pie causa futurum confidimus. Quod si occulto aliquo diuino iudicio decretum est hostiles nos in manus incidere, aut impio ferro cadere, non recusamus. Pro Româ, & in Româ, mori; mortem appetere pro patrimonio Beati Petri gloriosum est, effugere miserum. Itaque igitur, & renuntiate Cardinalibus; nos est refugio iter ad urbem ingressuros.

Hoc cum rescriptum est, tota Curia tumultuauit, alijs gaudio, alijs timore correptis. Exin horam circiter vigesimâ, Pontifex mediam per urbem iter fecit; quamvis occultam extrâ mœnia viam tenendam nonnulli censerent. Ventum iam esse vespere ad Campaniam, ibique pernoctatum. Ex hoc loco Nepefina ciuitas petita est, peruetusta, ac munitissima. Duo riuus collem, in quo sita est, ambiunt, altissimas habentes ripas, quæ pro muro sunt, neque ascendi sine scalâ possunt, cæque longissima, quâ defunt rupes (quod modicum est) arx iacet turribus, & muris custodita præaltis, quibus Pius multum munimentis adiecit. Nepefina moruo Calisto Tertio præfectum arcis, natione Cathelanum vi captum, crudeliter interfecere, id cæminis dantes, quod in faminis esset iniurius. Scelus inultum mansit, cum aliter dedere sese cupes noluerint, nisi facinorosorum impunitate obtentâ. Præsul hinc pransus, mox abiit. Coniux Neapolitanis Vrini carnam ei in Campagnano, suo more cubiam parauerat. Ipse Formellum petijt, vbi nihil omnino parati reperit. Non cibum, non potus, non lecti reperiebantur. Quæ sita sunt à rusticis, quæ famem auferrent, panes, & cæpæ; vitum tunc primum ex vuis expressum aqua cecit, ac sicca extinxit. hinc sequenti die priusquam elucesceret, Pontifex Romam versus iter arripuit. Et quia cana fuerat præterita nocte sterilior, iussit mediâ in via, prandium apparari, apud lucidum & perennem fontem qui ex antiqua specu sub nemore vmbroso, & in valle eductâ scaturit. Hic dum prandetur, Gubernator, & Senator Urbis, & multi nobilium latibundi occurrerunt, & Cardinalis Sanctæ Anastasie, cum Simone fratre medico, omnes mensâ Pontificis accepti sunt. Eâ finitâ, rursus iter continuatum est. Pleni erant occurrentium agri, salutantiumque Pontificem. Conferuatores ad sextum ferræ lapidem, primoribus associati Ciuibus, pedestrem iuuentutem adduxere, quæ Pontificis lecticam subiret humeris. Erant ij iuuenes magna pars eorum, qui nouis rebus studuerant, furentis Tiburtij comites: propter quam rem suadebant amici Pontifici, ne scelerate iuuentuti se crederet; portandum potius suæ cohorti committeret. Risit consilium Pontifex, iuuenesque Romanos accedere, ac sellam subire, super aspidem, & basiliscum ambulabis, inquit, & concalcabis leonem, & draconem, quod propheticum, & alias sæpe impletum est, & nunc implebitur. Nam quæ immemor fera est, quam homo quæ bellua peiora facit, quam homo? Verum animal mutabile homo est, & sanctissima sæpe inueniunt ingenia. Ii iuuenes, & urbem nobis, & vitam auferre (si potuissent) parati erant; non potuerunt: errorem nocere suum; mites effecti, portabant humeris, quem calcare pedibus voluerunt. Nec fecellit opinio Pontificem subire cupidissimi iuuenes sellam eius, & ad portam Flaminiam, quæ nunc Populi appellatur, latibundi suum Dominum gestauere. Ipse in Monasterio, quod intra muros est, adheretque portæ, noctem peregit. Beatæ Mariæ dicatus est locus, in quo Nerone occisum ferunt. Sanctissime virginis auxilio, Pius sequenti die; id est nonis octobris, pompam ducens, & quasi triumphans per mediam urbem, miro populi applausu, ornatis domibus optertis panno, plateis stratis flore, atque her-

ba vicis omnibus, ad Sanctum Petrum peruenit. Intra Ecclesiam lanatum est pallium, quod supra Pontificis caput ferebatur. Præsul ad aram maiorem genua flectens, non sine lachrymis, SS. Apostolorum ossa veneratus est; deinde in Palatium in suum cubiculum se recepit. Ad noctem vniuersus populus in equis cum luminaribus ad ades Pontificis occurrit, ductaque per gymnasium pompa, ante fores palatii, magno clamore, & ingenti gaudio, vitam & felicitatem Pio optauit.

Picininus interea, qui signis infestis in agrum vicus Rheatinum peruenerat, præmissis nonnullis cohortibus, Montem Leonis Visinorum oppidum, vi ceperat, ac diripuerat, arcem in deditioem habuerat; ad IACOBYM SABELLYVM equitum, peditumque turmam misit, quorum ductor fuit Syluester Placentinus, bellator egregius, & cum his Deiphebus, Euercti filius, & Antonellus gener, viri audaces. Hi Monticellum, vrbis vicinum incoluere; illi Palumbariam, & alia Sabelli oppida, ex quibus in agrum Romanum excurrentes, granibus damnis urbem affecerunt. Cardinalis Theanensis, Alexander Sfortia, & Federicus Urbinas, quos supra diximus, ex Aprutio Picinini vestigia infecutos, cum copiis Ecclesiasticis celestine affuerunt, & Montem Leonis recuperatum, Vrfinis reddiderunt. Hos vbi adesse Picininus intellexit, vterius progredi non aufus; & si aduentum suum in dies promitteret expectantibus. Verum Bracciani, qui cum Sabello erant, nihil propterea negligentius agere, Latium, ac Sabinos infestare, prædas abducere, nihil tutum circâ inœniâ vrbis relinquere. Quibus, propter Tyburinorum dubiam fidem, apertus erat Anienis fluminis transitus. Ob eam rem misit Pontifex ad Sabellum, vt Braccianos ex oppidis suis dimitteret, Ecclesiasticos reciperet; sic se gratiam Pontificis inuenturum. Quod si pergit Picinini milites alere, hostem Ecclesie futurum. Cum verba daret, nec faceret, quod promitteret, apt obedientiam vllam ostenderet, declaratus est hostis; & in eius agrum excurrentes Ecclesie milites, abegerunt pægora, oppidum, quod Donum Dei vocant, obfederunt. Oppugnatum est id summa vi; & aliquamdiu obseffum, cum Bracciani non pauci muros defenderent, & locus esset natura, & arte munitus, in alto situs colle, abruptis vndique rupibus, vno tantum relicto aditu, quo posset oppugnari.

Interea Romanus quidem Pontificem adiit, aitque, Bonannum vnum ex Coniuratis iuuenibus, ac nominatim damnatis, qui exilium sibi sponte delegerant, audacissimum in urbem rediisse, capique posse; & locum indicat, vbi queat inueniri; apud germanum latere, & ob scorti amorem, Romam venisse. Pontifex Nicolao Soldano negotium dedit: missi, qui latronem caperent, cum improvide domum strepitu adoriuntur, nec postiora custodiunt, Bonannus, qui se quæri non ignoraret, auditu strepitu, feminudus per fenestram posteriorem saltu euasit, non sine Soldani irrisione; & apud amicos, aliquibus diebus latuit. Redit ad Soldanum Index, rursusque Bonannum, si sibi credatur, intercipi posse affirmavit, & cum eo Valerianum Tiburtij fratrem, perditæ audaciæ adolescentem, & alios circiter ex coniuratis quinque, qui postera die summo diluculo Appia porta, quæ ducit ad Sanctum Sebastianum, exituri essent. Insidias intra urbem securus fieri, locato circâ portam præsidio; milites aliquos apud Sanctum Sixtum in latibulis haberi posse, qui

XXXI. Ecclesiæ copias deterrere Picinini.

XXXII. Coniurati adolescenterum Romanos venientes capiuntur & puniuntur.



mox transeuntes Coniuratos inuaderent; fugerent illi ad portam, quando alia nulla est euadendi via, videntur hinc, atque inde sepibus, ac muris impediuntibus: sic veluti in angustis nefarios iuuenes deprehensum iri. Placuit inuentum. At cum illi non exissent, labor in cassum iuit. Homo iterum rediit, causasque moræ exposuit, verum in craftinum profecturos iuuenes, portaque Sancti Pauli abituros, ad triumphalem Constantini arcum, parandas insidias esse, ex quo loco usque ad Sanctum Gregorium, clausa est via: in Collosæo locandos esse milites, & in via, quæ ducit ad Sanctos Ioannem, & Paulum. Receptum est consilium, & ante lucem parata sunt omnia. Bonannus cum comitibus, & Romano Iudice, ortu iam Sole ad Collosæum venit: ibi dum dubitat, quam potissimum viam ingrediatur: Quid moraris, inquit, Index, quid dubitas? hac tutius obimus: ostenditque Constantini arcum, ac sub illo equitat. Sequuntur comites, mox ex Collosæo irruunt: milites, signoque dato, alios properare iubent. Fit concursus, coniurati, & à tergo, & à fronte inuasi, nesciunt, quo se vertant: præsidium in dextris, ponunt, atque exertis gladijs, pugnam conferunt. Index vociferari, plorare, in terram se proijcere, dicere altâ voce, Quid ex me petitis? Quid ego feci: cur me veluti latronem capitis? Si sum reus, interficite. Si nihil peccavi, cur meas res aufertis? Reddito innocenti bona sua, protektor, nolite asportare sacculos meos. Impleuerat ille viuis lapidibus sacculos, quos vocant bulgias, eosque diligentèr occluserat, signaueratque fidem, vt Coniuratis faceret, quasi argentum ex vrbe auferret, non rediturus: atque idcò veluti mulier, ciuilaru maximo, auxilium implorabat.

At Bonannus, vbi se circumuentum animaduertit, ad seipsum confugiens, ensem magno animo vibrans, & hinc atque illuc voluens equum, nunc istum, nunc illum vulnerat, diuque sustentauit impetum; postremò lanceâ deiectus equo, quamuis in terram prostratus non tamèn se reddidit, nec victi dedit vocem, captus violentiâ militum, vincitque respiciens quasi cadaver, equo est impositus, & in Capitolium ductus. Non profuit virtus egregio viro, Valeriano profuit: qui dum feruet pugna Bonanni, ignotus inter furentes effugit milites. Euaserunt, & reliqui coniurati, duo innocentes intercepti sunt, & paulò post dimissi. Index quoque captus tamquam malefactor, & proditor aliquandiu retentus est, & quasi torqueretur, obseruatus vsque ad vltimum veluti adhuc suspectus esset, rogantibus nonnullis ciuibus, ac pro eo fide iubentibus, relaxatus. Bonannus, quamuis manifesta eius essent scelera, adulteria, furta, homicidia, (nam & Marecallum Senatoris, vt antè diximus, obruncauerat) quæstioni tamèn datur, & vt Coniuratorum prouisiones dissolueret, aliquandiu retinetur in vinculis. Tiburtius apud Palumbariam his cognitis, cum arbitraretur Valerianum fratrem, vnâ cum Bonanno captum, accersitis Coniuratis, Roman ingredi statuit, atque amicos pertentare, si fortè vrbis statum mutare possent, eoque pacto liberare captiuos. Si id non succederet, Senensem aliquem interciperet, quo cum captiuo permutarentur. Rogatus Sabellus, pedites aliquos, vt sibi adiungeret, ad res nouas in vrbe parandas, negauit se illis posse carere. Deiphebus, & Antoneus spem præbuere, breui se cum copijs ad portas vrbis futuros, si quam in vrbe fieri nouitate cognoscerent. Tiburtium ex Coniuratis circiter quatuordecim, stulto consilio secuti sunt, arbitrari non aliter, quam prius Vrbe sibi patere, suisque cæptis Romanam iuuentutem fauere; cum pro-

cul esset Pontificis exercitus, paruoque admodum præsidio Capitolium teneretur. Ingressi urbem, quâ murus pars corruerat, non procul à Thermis Diocletiani, postquam in frequentia ædificia descenderunt quoscunque offendissent ciues, vt arma fumerent, horrabantur; iam tempus quoniam liberandæ vrbi à Sacerdotum iugo; Deiphebum, ac Siluestrum cum magna militum manu propè adesse, asserentibus se in libertatem Romanis opem laturo: expergiscerentur iam tandem, auerentque aliquid pro libertate Quiritibus, nec suis maioribus deterioribus videri vellent. Cum nemo responderet, quietumque populum Coniurari cernebant, spe capiendæ Vrbi depositâ, quod erat secundum propositum aggrediuntur, percursaque vrbi magnâ parte, horâ circiter post meridiem primâ, ad ædem Sancti EUSTACHII perueniunt. Propè domus adsunt, in quibus merces deponuntur, & vestigal exiguntur: hinc adolescentem Senensem in theloneo sedentem, arripunt, iubentque secum ire, exerto gladio mortem minantes, nisi properet. Artonius ille, imperio parat, & iam ad Columnensium domus peruenerat, cum totâ vrbe clamor exoritur, ciuitatem cum Coniuratis intrasse Tiburtium, hinc atque illuc armatum discurrere, fauentes multos habere, spoliare domos, captiuos ducere; verendum esse Sacerdotum Imperio: curritur ad palatium Pontificis, consilium; atque auxilium petitur. Pontifex audias tumultum, quid sibi rumor velit, interrogat. Refertur ciuitatem armatam esse, intrasse Coniuratos, iuuenem Senensem cæpisse, nutare omnia, sibi quemque timere. Tum Pius; Quisq; inquit, nihil periculi est; Nouimus ciuium animos, Pontificem, Romani dominari sibi capiunt, non latrones, captus est Tiburtius, nisi aut fugâ saluetur, aut latibulis; ipse sibi parauit laqueum; iam præda venit in retia; hac dies Coniuratis exitialis erit: atque his diebus, iussit Cardinales Sancti PETRI, & Sanctæ SVSANNÆ, equos ascendere, atque hortari Ciues, vt in latrones, arma fumerent, ipsique præmia ponerent, qui primi manus in eos conijcerent. Sed iam ALEXANDER Picolomineus Pontificiæ Domus Magister, & Senator Vrbi, & Vice-Camerarius, & alij plerique assumptis ex Capitolio militibus, arma cæperant, & cum his Ciues aliquot, Sacerdotalis Imperij, & quietis amatores: Inter quos ardenter visus Rusticus Agapiti, & MARCELLI frater, qui omnes magno impetu in Coniuratos ferebantur. Illi vbi spem aliam viderent nullam, relicto adolescente, quem cæperant, fugâ sese committunt, & quæ venerant Vrbe exeunt, ibique occurrentem extrâ mœnia, & longè antè alios euolantem equitem ex Capitolio, natione Longobardum crudeliter obruncant. IOANNES Philippus impiger adolescens, multis homicidijs insignis, eius equum ascendit, cuius cursu saluatus est, & alius quidam Coniuratus cum eo, nihilo melior. Reliqui cum se fugere non posse animaduertent (iam enim propè aderat multitudo cum ALEXANDRO) ad latibula diuertunt, beneficium noctis expectaturi. Erant in valle proxima, densissima arundineta, & in his rubeta, & aliores herba, in quibus latere confidebant: sed ALEXANDER cognito fugientium itinere, immisis canibus, & omni pedire introducto, occulta quæque rimatus fuit. Inuenta est Tiburtij balista, quam defessus proiecerat, quæ & ipsum non procul indicauit abesse: quæstus tandem, repertus, & captus est: non remotè ab eo, quinque alij obuolutis sub herba capitibus in morem falsianarum auium comperti, per pedes abstracti sunt.

Reliquos

Reliquos nox Saluauit propinqua, & alacritas, quæ inuenit Tiburtio inquietos reddidit negligentes cum eo capto peracta res videretur, qui Coniuratorum ductor, ac princeps haberetur. Cum per urbem Coniurati, vincit post terga manibus traherentur, Quiritum alii Dominum suum, alij Regem Tiburtium per contemptum, atque irrisionem salutabant, alij Tribunalum populi Romani, alij præfæ libertatis assertorem vocitabant, ac fundatorem quietis. Ipse nihil respondens, deiecit in terram oculos, ibat tacitus. Incredibile auditu est, quanta eius diei voluptas fuerit, cum Romanorum tum Curialium, qui conclamabant; Nunc primum salua est ciuitas, nunc pudicas esse licebit, nunc nostræ erunt vrbes, nunc alios ducere somnos poterimus. Benedictus Pius, qui nos ex tanto periculo liberauit, viri, mulieres, pueri, ac puella clamare, salutare, Palatinus amplexari, congratulari Ecclesiæ, nunc vrbi Pontificis esse dicere. Conseruatores Camerae vrbi, cum primotibus ciuium Pium aduertes, de captiuo capi supplicium petiere, quo aquabantur oppidani interruptat: sed ambres assidui plurium dierum aquam suppleuere, magnaque obfessoribus incommoda præbuere. Admoræ bombardæ sunt, & parte muri fracta, alter inuentus est murus repente ab oppidanis excitarus. Oppugnatum est summa vi oppidum, miles Sfortianus egregio corpore, & animo forti, murum ascendit, & ratus sequi alios, saltu in oppidum descendit. Fallitur; nemo paris animi reperitur. Solus aduersus Braccianorum præsidium aliquandiu pugnat; tandem multis vulneribus confossus, non inultus cecidit, minori felicitate, quam ALEXANDER in India rem similem gessit, sed non cum minori animo. Dum acrius in dies obsidio ducitur, nec iam spem vllam auxilij Picininus affert, oppidani ad Antonium mittunt, deditionem facturi, si ROMANÆ ECCLESIAE nomine recipiantur, & induciæ fiant, honestatis causa, in diem alteram, si forte interim Picininus opem ferat, qua possint obsidione liberari. ANTONIVS, Cardinale, ac ducibus consentientibus, conditionem, & obsides accipit. Quo facto, triginta pedites à IACOBO SABELLO transmissi, contra ius bellum intra oppidum recipiuntur; & nihilominus in tempore Antonius accersitur, qui oppidum recipiat. Is ingressus benè sperare omnes iubet, & Braccianos, qui præsidio inerant, in fidem acceptos, ad tentorium suum mittit, atque oppidum claudit, ne multitudini patens diriperetur. Interea præfectus arcis, vt pœnas ex oppidanis factæ deditionis assumeret, Sfortianis signum dat, vt per murum arci propinquum, se permittere oppidum ingrediantur, atque diripiant. Vulgus prædæ audium, & ANTONIO, qui seruare oppidum stauisset infensum, percipide signum arripit; & alii consensu muro oppidum intrant, rapinis, ac cædibus omnia miscentes; alij tentorium ANTONII peruadunt, & Braccianos illic milites adoriantur. Fit & in oppido, & circa tentorium pugna; neque teneri multitudo potest. Misera vbiq; rerum facies; in oppido tentorium, ignis, auaritia, ac libido grassatur; apud tentorium, Braccianorum, Sfortianorumque prælium penè par, & multus cruor; nec duces occurrentes, aut hic vulnera, aut in oppido spolia impedire poterant.

Deinde cum suis militibus castra mouens, in

tius, an occidere Pontificem stauisset, respondit: sed id quidem aliquando meditatam, si palatium inuassisset: sed desperasse propter arcem Sancti Angeli fieri posse, in quam facile parauisset refugium. Senator cum omnia didicisset, atrocissimis sceleribus, exquisita supplicia præparabat: Pontifex seueritatem colhibuit, dicens, pro maximo quoque crimine, satis penarum asserre mortem. Bonannus igitur, qui ad eam vsque diem seruatus fuerat, Tiburtius, & alij sex infelicem vitam suspensio finiere. Is exitus Tiburtii fuit, & Bonanni, & qui vnâ capti fuerent ex coniuratis, Valerianus, & Philippus, & alij complures exilium elegerunt.

Inter hæc duces Ecclesiæ recuperato (vt diximus) Monte Leone, ad oppidum doni Dei castra locauerant, idque diebus pluribus oppugnauerant. Intus erat loci populus, & Picininus validum præsidium imposituerat. Iam Antonius Picolomineus, Pontificis nepos, fontem, quo aquabantur oppidani interruptat: sed ambres assidui plurium dierum aquam suppleuere, magnaque obfessoribus incommoda præbuere. Admoræ bombardæ sunt, & parte muri fracta, alter inuentus est murus repente ab oppidanis excitarus. Oppugnatum est summa vi oppidum, miles Sfortianus egregio corpore, & animo forti, murum ascendit, & ratus sequi alios, saltu in oppidum descendit. Fallitur; nemo paris animi reperitur. Solus aduersus Braccianorum præsidium aliquandiu pugnat; tandem multis vulneribus confossus, non inultus cecidit, minori felicitate, quam ALEXANDER in India rem similem gessit, sed non cum minori animo. Dum acrius in dies obsidio ducitur, nec iam spem vllam auxilij Picininus affert, oppidani ad Antonium mittunt, deditionem facturi, si ROMANÆ ECCLESIAE nomine recipiantur, & induciæ fiant, honestatis causa, in diem alteram, si forte interim Picininus opem ferat, qua possint obsidione liberari. ANTONIVS, Cardinale, ac ducibus consentientibus, conditionem, & obsides accipit. Quo facto, triginta pedites à IACOBO SABELLO transmissi, contra ius bellum intra oppidum recipiuntur; & nihilominus in tempore Antonius accersitur, qui oppidum recipiat. Is ingressus benè sperare omnes iubet, & Braccianos, qui præsidio inerant, in fidem acceptos, ad tentorium suum mittit, atque oppidum claudit, ne multitudini patens diriperetur. Interea præfectus arcis, vt pœnas ex oppidanis factæ deditionis assumeret, Sfortianis signum dat, vt per murum arci propinquum, se permittere oppidum ingrediantur, atque diripiant. Vulgus prædæ audium, & ANTONIO, qui seruare oppidum stauisset infensum, percipide signum arripit; & alii consensu muro oppidum intrant, rapinis, ac cædibus omnia miscentes; alij tentorium ANTONII peruadunt, & Braccianos illic milites adoriantur. Fit & in oppido, & circa tentorium pugna; neque teneri multitudo potest. Misera vbiq; rerum facies; in oppido tentorium, ignis, auaritia, ac libido grassatur; apud tentorium, Braccianorum, Sfortianorumque prælium penè par, & multus cruor; nec duces occurrentes, aut hic vulnera, aut in oppido spolia impedire poterant.

XXXIII Copiarum Ecclesiæ de Braccianis victoria.

alium locum procul a reliquis ducibus, tentoria fixit: haud modicè indignatus, quod fidem nec oppidanis, neque Braccianis feruare potuisset; quamuis fidem nemo rumpit inuitus; Oppidum profus direptum est, & aliquæ domus incensæ, mulierum quoque pudicitia violata, his exceptis, quas ANTONIVS conferuauit, quæ omnia impietas, à Sfortianis & orta, & consummata est; qui postquam oppido potiti sunt, ad expugnationem arcis contendere, in qua duæ fuerunt IACOBI SABELLI filie, virgo altera, altera vidua. Tumulus erat præaltus in oppidi mediò, & in eo arx edificata, opere, ac natura munita. Mira hic militum audacia fuit, qui thosum altissimum ascendentes armati pugnare cum hoste cominus inter reptandum præsumpserunt; quorum nonnulli precipites acti, nihil nocuenti sensere. Miles Vrbinas omnibus indutus armis, superato thoso, ad murum arcis non flexo pugnam conferens priorem portam securi perfregit: quæ res Præfectum ad dedicationem compulsi. Ea libenter accepta est, ob reuerentiam nobilium feminarum, quarum feruari honos alioquin minimè poterat. Durante adhuc obsidione, cum varius in vrbe sermo esset de Pontificis actis, & bellum pro FERDINANDO susceptum, multi calumniarentur, sinistrosque rumores Cardinales Gallici, passim disseminarent; Pius, vt populum sibi conciliaret, accessit Cardinalibus, ac Magistratibus, & Piamoribus vr-bis, in hunc modum orationem habuit;

Simifros rumores auertere conatur Pius PP.

Ingentes vobis, Quirites gratias habemus, quæ nos Reipublice causa procul agentibus, quamuis hinc inuentus petulans grassaretur in Vrbe, illinc aliquorum Baronum rapacitas popularetur agros, & nouas res quæreret, in officio tamen perseuerastis, & tandem redemptis saluam vr-bem reddidistis. Licet fidem & prudentiam vestram extollere; fidem, quia non audistis eos, qui vos à vero dominio alienare conati sunt; prudentiam, quia rei vestre salubriter consulistis. Nam quid ciuitati Romane, vtilius esse potest, quam eam Civem alere, vnde alitur, & quæ opes vndique afferat? Quid gloriosius, quam ei subesse DOMINO, qui super omnes mortales habet imperium? qui Beati PETRI Successor, & IESU CHRISTI Vicarius? cuius ex oculis pedes cuncti Reges desiderant? cui diuinitus datum est, cæli portas, vel aperire, vel claudere? Sapitis certe, qui ei DOMINO fidem seruatis, cui seruire, regnare est. Sed non idcirco in præsentiarum vos accersimus, vt de vestra laude faceremus verba: alia vocationis est ratio. Sunt nonnulli, vt accepimus, qui vestras aures perniciosis, & falsis rumoribus implent, & nos belli amantes incusant; qui cum pacem habere possumus, arma præferimus, & in regno Sicilia causam tuemur inquam; vnde bellum domi, & circa muros vr-bis exortum sit; & vos nostrâ culpâ plectamini. Quibus ex rebus necessarium duximus vobis in concionem vocatis, de rationibus huius belli ad verum disceptare. Sic enim nos, & arma odisse, & pacem, atque otium cupere cognoscitis; & hanc bellandi causam, non modo iustam, sed necessariam nobis impostam. Nec nos somnia referemus, & inanes nugæ, quibus delectantur, & nutriuntur inimici vestri, veritatem ipsam, sinceram, & nudam in medium afferemus; cuius si videri facies possit, splendidior est, quam Lucifer, aut Hesperus, & in fine semper victrix. DEVS vobis corda hominum solus & ipse DEVS renes vestros scrutatur; & videt, & scit, quia non mentimur. Nihil nobis pace charius est, nihil acceptius, cuius nomen, vt inquit Orator, dulcis est, & res ipsa, tum iucunda, tum salutaris. In ea legibus obediatur, subiectis consilietur, DEO seruitur; nullus fas est, impunè peccare, sua virtuti premia, & sua redduntur stipendia vitio. Contrâ, bellum, mala omnia nutrens, diuina, & humana quæque consumat. Odimus bellum, cuius finis non est pax: horremus stra-

ges hominum, nec sanguinem scimus humanum, nec nostræ Sedis est, ferrum stringere, aut discordias ferere. Quierem noster animus, & subditorum pacem semper optauit. Sed quomodo in bellum tracti fuerimus, audite, Breuis narratio est. Cum superioribus annis occupasset Mahumetes Turcarum princeps Regiam vr-bem, quam vocant Constantinopolim, & victoriam tuens, non Græcis tantum, sed Hungaris, Italis, Theutonibus, & reliquis CHRISTI cultoribus extrema omnia minatur; Italia verò grauissimis bellorum flagrarer incendijs, dedit operam NICOLAVS Pontifex Maximus, noster antecessor, vt conueniens in vnum Italici potentatus, arma deponeret: & vt hosti religionis Turcæ facilius obuiam iretur, non solum pacem inter se statuissent, sed fœdus quoque percuissent, quo alter alteri subueniret, si cui ex federatis iniuria fieret. Fœderis caput, & conseruator, & director institutus est, Romanus Præsul. Vixerat tunc Alphonsus Aragonum, & Sicilia Rex, famâ clarus & opibus, atque consilio potens, qui post summum Pontificem, primus in conuentu pugnatus est, suo nomine, ac filij FERDINANDI Regis, & heredis futuri, quem extra matrimonium natum, Regni caputem Apostolica priuilegia reddiderat. Hoc fœdus, vt fieret, NICOLAVS persuasit: CALIXTUS Successor approbavit, & nos de consilio Fratrum confirmauimus. At cum obisset ALPHONSVS viuentis CALIXTO, filiusque ab eo Regnum exposceret, non annuit Pontifex, sed Regnum ad ECCLESIAM deuolutum declarauit; statuens illud etiam armis vindicare. Iure, an iniuria non est huius rationationis. Cogitationes eius repentinis obitus auerterit, qui quadragesimam intra diem ALPHONSVM est subsequutus. Nos suscepti, ECCLESIAM turbatam, & vndique laceratam inuenimus. Asisium, Guadalm, Nuceriam Picinnum per prodicionem inuaserat: arcis ECCLESIÆ munitissimas, Præfecti, quos Bergias Calixti nepos imposuerat, resistere abuebant. FERDINANDVS inuestituram Regni petebat, nisi impetraret, bellum minabatur. Nos milite carebantus, illi Picinnum militabat, & Dux Medolaneratus amicus. Videbamus non paruum ECCLESIÆ discrimen impendere: rem ad Senatum deduximus. Placuit Cardinalibus omnibus, etiam Gallicis, FERDINANDVM inuestituram iri. Latinus Cardinalis Vrsinus in Regnum missus, FERDINANDVM inuestiuit, coronauitque: Rhenatus, si quid iuris competijt, haud ablatum est. FERDINANDVS, Regni Principes, Duces, Barones, Comites, populares omnes obediebant, eumque sibi constituit Regem petierant, & in eius verba iurauerant. At Regnum ex testamento patris ad ALPHONSVM pertinuit, & iure illi concessum est: aut ad Rhenatum, & nihil ei ablatum, cum saluum esse velint Apostolice littere ius alienum: at cum de iure dubium esset, & vterque coloratum per se titulum ferret, licuit possessorem præferre. Si neutri ius competijt, non tulit iniuriam, qui iure caruit. Si deuolutioni fuit locus, & Calixti declaratio vim habuit; quænam superest Rhenato, vel alteri querela, sicum Fratribus nostris Regnum ad ECCLESIAM deuolutum, FERDINANDO concessimus? Nos hic Roma priusquam discederemus, & Mantua in Comento, & Senis, quoties de Regno ab Oratoribus Rhenati sumus interpellati, semper iuris viam obtulimus. Rhenatus verò plus in armis, quam in iure confidens, idem nos Mantua contra Turcas intrenti sumus, classem validam cum filio in Regnum misit, ex his periculis comparatam, quas Cardinalis AVINIONENSIS ex decimis Cleri Gallici, contra Turcas promissis, triennio antè congregauerat: Barones Regni ad res nouas concitauit, pacem illarum partium turbauit; rapinis, cadibus, incendijs omnia fœdauit; expeditionem contra Turcas impeditum, & quantum in se fuit, Christianam Religionem pessimè didicit, quamuis speramus adhuc labores nostros pro communi vtilitate susceptos, haud omnino perituros. FERDINANDVS cum se in periculo cerneret, deficientibus à fide subiectis, & armis hostium indies magis, ac magis prævalentibus, suam ruinam cognosceret, auxilium à nobis, penes quos esset directum dominium, petijt, commemorauit fœdus, de supra diximus;

rogauit, ne sibi pereunti desoremus, ne promissam postbergeremus fidem; promissimus auxilia, iustissimus bono animo esset. Verùm priusquam copias in regnum mitteremus, Archiepiscopum Raucamatem ad direximus grauem, & iustum virum, qui partem vtramque iuberet ab armis discedere, & viam pacis, aut tractantibus amicis, aut iuris ordine querere. Interdè Ferdinandum acris vrgebat armis, & propè idem erat, vt regno degeret: aded Regnicolarum inconstantia, ac perfidia res immutauerat. Nobis turpissimum videbatur, eum, quem Regem appellauissimus, vi, atque armis, sine iudicio, sine legibus, sine cause cognitione, paterno regno deturbari: Missimus auxilia, non que Rhenatum regno priuarent, sed que Ferdinandum in sui possessione tuerentur: quod non solum ex fœdere nobis incumbebat, verùm etiam ex dominio Regni directo, quod penes Romanam Ecclesiam consistit. Quod si non bene successit; (nam copie nostre debellate fuerunt, & iam hostes ad nos arma verterunt, & nostros populantur agros) nihil tamèn minus de iustitia nostra confidemus. Non semper iusta superior inuenitur causa. Sæpè Christiani, ac Indei olim in bello cecidere pro religione pugnantes. Faciemus omnem à Deo victoriam esse: sed dissoni aliam, permitti aliam, nec nos arcana Dei attingimus, cuius iudicia abyssus multa. At secundam quod homines iudicant, nemo est, qui bellum nostrum, possit iniustum dicere. Si partes nostra semel succubere; ita Deo placitum fuit: non propter iustitiam hostis, que summa est iniustitia. Castigauit nos DEVS noster, vt inquit Propheeta: sed morti non tradidit nos. Multa tribulationes iustorum, sed de his omnibus liberabit nos DOMINVS. De iustitia partis aduersæ, quid attinet disputare, que oblatam à vero iudice, iustitiam respuit, & violentie, viam eligit, ac veritate DOMINO, prorumpit ad arma? Quo factio, etiam si eius competisset, ab eo cecidit, & presertim quod (vt antè diximus) conatus nostros pro defensione fidei contra Turcas turbauit. Intellegitis iam planè, Quirites, nostre cause equitatem, & honestatem, & quod nullam contra nos iustam querelam relinquantur aduersarij. Præteritus scripta multa, quibus nomen nostrum dehonestare conati sunt: & Legationes ad concitandos contra nos Principes, missis. Tacemus impedimenta præstita expeditioni contra Turcas apparando: que possunt trahi ad causam Fidei. Omitterimus Licobum Picinnum, eis militi aurem, vexilla nostra missis: nostro detulisset, Ascalanæque vr-bem nobis furto surripere tenuisset. Silensius alia multa, vt breues simus. Idem silere non possumus, quod idem Picinnum nobis nouissime significauit, se scilicet duci Ioanni Calabria militare, iustumque esse, non Vrsinus modo, sed nos, subiectos nostros Romanos, Vrbeni, & omne Patrimonium Beati Petri armis, inuadere: minora fuisse, quam iuberetur: post hac imperata facturum, cuncta igni, ac ferro vastaturum. Nos verò compertum habemus, non solum ex his, qui deprehensi sunt; verùm etiam ex chirographis, conspiratorum, qui miro modo, & diuina quadam opè in manus nostras peruenerunt, Iacobum Picinnum conuenisse cum Tiburtio, & nonnullis Baronibus per circuitum Vr-bis morantibus, Romanum popularem agrum, Tybur diripere, Inuentite portas aperiente, Vrbeni ingredi, domos Curialium, negotiatorum, & opulentorum ciuium præda exponere: Camerarium capere, ac pecunias eius inter se partiti: nepotem nostrum obruncare: filibus, & vxoribus vestris vim inferre: pueros ad stuprum rapere, & alia admodum multa aggredi nefanda: quo proculdubio patrati fuissent, nisi noster exercitus ex Aprutio festinans: currenti occurrisset Iacobo, & nos Vr-bem celeri passu repetissimus. Immortali DEO gratias agimus, quod tam nefarios præuenimus ausus, & tantum auertimus malum. Quomodo igitur iusti aduersarij? Quo pacto Ioannes exculatrum se reddet, qui talia contra nos molitur, & ducem Calabriae vocitat, Si Dux est Calabria, & Regis futurus heres: profecto non foster subditus est: & quid sceleris, quam dominorum fallere dexteras: Si nihil ad eum de regno? vt quid talia perpetrare & aliena inuadere audeat? At Christianum

se dicit? Si Christianus? quo ausu, CHRISTI Vicarium persequatur? aut qua conscientia ministro vitur Picinno, qui omnes, per circuitum Ecclesie subditos perterritus quis adit, qui vel prece, vel precio suo de more fidei venalem habeat. Quid verò Picinnum nominamus, quasi vlla fides sit in armis, & non omnes militia astricti, perituro infames, sceleribus nobilitati, tanquam ministri diaboli, Vr-bes, ac Regna perturbent? Picinnum ex Perusinis ortus, ipse sibi viderit, quem domesticæ trahunt exempla: Ioannem non satis possimus admirari, quem Regio sanguine natum horrore scelera putabamus. Quidam vulgo dicunt, nec Ioannem, nec Picinnum contra nos arma mouisse. Vrsinus tantum intulisse bellum. Nos, qua certa comperimus, exposuimus: ista verissima sunt, illa falsa. Sed esto Vrsinus dumtaxat inuasit. Annon Vrsini Ecclesie subditi sunt? & qui eos ledit, non nos ledit? Nos & Vrsinorem, & Columnensium, & Comitum, & Sabellorum, dum in officio perseuerant, curam gerimus: & qui contra eos militat, contra nos militat. Iustissima ergo sunt arma nostra, & honestum bellum, pro subditorum salute susceptum. Sed quoniam de Sabellis fecimus mentionem, scitote Iacobum Sabellum, vnam esse ex his, qui cum Picinno conspirauerunt. Quod si negauerit? præstium testimonium affert, quod in Paluubaria ab illo recepit. Rogauimus, vt resperet, eycerretque Braccianos milites, veniam præterita culpa datur. Noluit audire: damnauit eum in Capitolio Senator; iusse in eum animaduertimus: parsiuri, si se correxerit: nec boni patris officium redituro negabimus vniquam. Non sumus ergo belli amantes, nec spontè tractamus arma, nec pro re leni certamus: pro Fide retinenda, pro auctoritate Ecclesie conseruanda, pro subditorum quiete, pro salute ciuium, pro focis, pro aris, pro vxoribus ac liberis vestris, Quirites, bellum suscepimus. Nec nos primi sumus, qui pro regno Sicilia, quod est Ecclesie, sumus permissimus arma. Eugenij Quarti, & Martini Quinti memoris nisi fere omnes. Patres vestri, Clementes, Bonifacios, Nicolaes viderunt. Quis illorum non bello se immiscuit, vt Reges, quos instituerant, pro gloria Romane Sedis in regni possessione seruaarent? Faciant igitur vni rumores, filij, qui nos sine causa bellare contendunt, & nos filij amantissimi, nolite his vocibus auscultare: conspiciate maledicos, veris tantum sermonibus aurem adhibete. Si quis vniquam Pontifex dilexit otium, & huius Vr-bis amant quierent: nos illi sumus, qui Romam tanquam, patriam diligentes, & vos omnes pro sedis dignitate filios, pro patriæ charitate fratres, pro maiorum gloria veluti parentes habemus, & colimus. Nam & nos ab origine Romani sumus. Picoionitica domus, que nos genuit, Senas ex hac Vr-be migravit, fuit multoties diximus. Dicunt aduersarij, nos hanc Vr-bem habere odio: & quo vult hoc attingi; qua ratione? quo colere? Hinc ortum habet profapia nostra: Romani, ac Senones semper amici fuisse, hic nos sacri presbyteratus acceptus ordinem, hic Episcopatum, hic Cardinalatum, & Summi Apistolatus apicem adepti sumus: & quis eam ciuitatem odio habeat, in qua summus honoribus cumulatus fuerit, semper amatus? numquam letus? Amamus vos, Quirites, & super omnes homines magnificamus, nec nobis maior cura est, quam vt Romanum populum honoribus, atque opibus cumulemus, quod sine pace fieri non potest, atque idcirco pacem semper quaesimus. Verum vbi iustitia & necessitas vrget, non solum bellare, sed vitam ponere sumus parati; ne vel dignitas nostra sedis, vel huius Vr-bis gloria pereat. Pacem, que nihil iustitiarum habeat, nihil turpitudinis sciam ferat, nec recusamus vniquam, nec recusatari sumus. Hec fuisse, Quirites, qua vobis vota esse volumus: Sybilla folium recitauimus Mendax & vanus est, qui alia vobis suggerit. Nolite audire mendaces, neque frangamini, paucis incommodis agit: at post tempore audeat ferentis. Sustinere modicum, curd finitur hoc bellum, & pax pulcherrima, cum vestra, & nostra gloria reformabitur.

His dictis cum finem fecisset Pius, Romanos magna voluptas cepit, intelligentes Dominò suo, non tantum animum, sed vim, & iustitiam abunde superpetere: Ingentesque illi gratias egerunt, qui sibi



XXXV.  
Quidam  
Malate-  
sta Faci-  
nor. reu-  
sentur.

belli originem, & cursum, & causas multis ignotas patefecisset; offerentes, se pro voluntate Pontificis, bona omnia, ac seipfos, quibusuis periculis obiecturos, quando rãm iniquum, atque impium bellum hostes mouissent.

Dùm ista fiunt, Sigismundus Malatesta, qui Mundani, ac Montem Marcianum contra fœdera Pontifici abstulerat, Senogalliam quoque pari modò eripere conatus est. Quod ubi non successit, molas omnes dirupit: Anconitanis, qui contra Etnos de finibus contendebant, auxilia misit. Robertus eius filius, dux copiarum fuit, qui profectus in Etnum agrum, ferro & igne omnia vastauit; homines, & armenta abegit. Vulgarum est per idem tempus, Venabilem quandam Monachum, natione Senensem, in agro Pennarum Sancti Marini suo in sacello imaginem Beatæ Mariæ Virginis erexisse, ad quam veluti miracula facientem, regionis accolæ frequenter accurrebant. Id agrè tulisse Sigismundum; iussisse Monachum imaginem amouere, nec parentem, misisse, quæ nocte caperent, atque ad se ducerent, daturum pœnas: Illos interceptum ore obstructo ducentes, cum tota nocte ambulassent, & iam se putassent Ariminum attingisse, summo diluculo apud sacellum, in quo erat imago, se reperisse, atque irâ concitos, captiuum in alta Cruce suspendisse, quæ ab eo index loci in truiuo paulò antè fuerat erecta. Sed mox Sicariis abeuntibus, fracto laqueo monachum cecidisse, reperit à rusticis, atque confotum reuixisse: quem numorem nota Sigismundi crudelitas, atq; impietas probabilem reddidit.

XXXVI  
Aloysii  
Acti, &  
Braccio a-  
nimad-  
uerso.

Paulò ante Aloysius Actus, Saxi ferrari tyrannus (oppidum est non ignobile in Piceno) nepotem ex fratre in vincula coniectum, strangulauit; veritus, ne se aliquandò tyrannide pelleret, aut partem dominationis vendicaret. Soli omnes imperare volunt. Oppidani parricidium detestati, Ecclesiam sibi Dominam acclamauerunt. Franciscus Picolomineus, Cardinalis Senensis, Summi Pontificis nepos, qui Legatum Apostolicum in Picentibus agebat, cum manu Prouincialium præsto adfuit, & oppido potius, parricidam in arce obsedit. Ille animo factus, eâ lege conditionem fecit, vt saluus abire permitteretur, paternâ priuatus hæreditate, eâ tantum grauissimo scelere pœnâ multatus. Parricidium Aloysij animaduersionem aliquam sensit: at Braccio Perusini nullam, quod eodem anno perpetratum est. In familia Balionum inter Perusinos nobilissima, principes erant, Pandolphus, & Braccius ex germanis nati. Pandolpho filius adolefcens, & quinque filia fuerunt, ex Panthasilea coniuge Senensî: Braccio tres fratres. Spellum oppidum est Ecclesiæ inter Assisium, & Fulginium, in colle situm, qui valli Umbriæ omnium puerhimmæ adiacet. Hoc Baliones ab Ecclesia in feudum acceperant, communiter possidendû. Pandulphi pater, Martino Pontifici charus sibi, neglectis nepotibus impetrauit, posseditque solus; & moriens filio reliquit. Braccius eam contumeliam cum diù dissimulasset, tandem vindicare constituit, Iouisq; die, mense Nouembri, amicis stipatus, qui arma sub pallio resecta ferebant, in forum prodit, occurrentem Pandolphum salutat, & amicè tamdiu alloquitur, donec aduentantem filium eius conspiciatur, Exin signum amicis præbet, quorum vnus exerto gladio Pandolphum à tergo percudit, atque in terram transfolium sternit, Braccius iacentem suâ manu iugular; ille moriens, *Heu mihi pater*, inquit: nec plura loquutus in subitam mortem clausit oculos. Id duobus modis interpretatum est; altero, quia mouisset pater, ne Pandolphus cum filio Perusiam peteret: altero, quod malam reliquisset hæreditatem, odiosa bona. Dùm Pandolphus occiditur, filius inuaditur, fugiens apprehenditur, ac confoditur; & cum

eo Crispoldus, qui protegere adolefcentem conabatur opulentus, & honestus ciuis obruncatur. Hanc sceleratissimam necem, potentia delinquentis inultam reddidit. Braccium vniversa penè ciuitas sequebatur, ad eò vt non tam ciuis, quàm Dominus videretur. Aut oppugnare urbem, aut impunitum relinquere scelus oportebat. Pontifici, perpetrari facinoris acerbissimum fuit nuncium; acerbius, quòd vindicari non potuit. Multa ferunt inuiti Reges, plura Romani Pontifices, nec semper facinorosos plectere tutum est.

Paulò antè hoc tempus Scotorum Rex adolefcens, dùm aduersus Anglicos arma mouet, & castellum acriter oppugnat, quod sibi hostes eripuerant, ad tormentum bombardæ, dùm ignis adhibetur accedens, fracto aris vase, fragmento euolante percussus interiit. Pius audito infelici casu, exequias defuncto duxit.

Rex Boffinæ sub idem ferè tempus, vt piaculum traditæ Turcis Synderouæ purgaret, ac suæ religionis fidem faceret, siue, quod multi crediderunt, avaritiæ obrenu, Manichæos, qui erant in regno suo quàm plurimi, nisi baptismum Christi acciperent, è regno migrare coegit, substantiâ relicta. Duo circiter millia baptizari sunt; quadraginta, aut paulò plures pertinaciter errantes, ad Stephanum Boffinæ Ducem perfidia locum confugere. Tres principes hæreseos in aula Regis potentes, Episcopus Nonensis vinctos, ad Pium Pontificem duxit, quos Pius per Monasteria relegatos, edoceri Christianum dogma curauit. Fr. Ioannes Turre Cremata Cardinalis S. Sixti ad se vocatos instruxit, persuasitque tandem, abiuratis erroribus, Ecclesiæ Romanæ, quæ nec falleret, nec falleretur, documenta suscipere. Reconciliatos, Pius, ad Regem remisit. Duo in fide permansere, tertius more canis ad vomitum reuertens, ex itinere dilapsus, ad Stephanum confugit.

Bellarion Cardinalis Nicænus, qui ex Mantuâ Legatus in Germaniam perrexerat, dùm hæc aguntur, cum venisset ad Imperatorem in Austriam, bellis flagrare omnia reperit. Inde Hungari, Imperatori minari, hinc Germanus Albertus, & Ludouicus Baioria Princeps, Georgius Podiebracius Rex Bohemiæ, quamuis suscepto Regni feudo in verba iurasset Imperatoris, occultè tamen insidias illi struebat, atque Imperium sibi querens, Maguntinum Electum, & Federicum Comitem Palatinum, promissis ingentibus corruperat, quoniam Electores essent, sibi, vt Imperium petitorio, suffragarentur. Nam inutilis Federicus esset, & cederet proculdubio requisitus, potius quàm Reipublicæ necessitatibus subueniret. Et iam hoc ipsum cum Federico ipse tentauerat, quamuis neque consensum, neque dissensum obtinuerat. Albertus Marchio Brandeburgensis, requisitus, apud fratrem Electorem ad id operam dare, daturum se promissit; veritus, si negaret, ne Rex ergà Ludouicum hostem suum propensior fieret. Conuentus ob eam causam frequenter habiti, modò Norimbergæ, modò Bambergæ: postremò apud Egram Rex ad se Principes conuocauit. Quo in loco Federicus Marchio Brandeburgensis Princeps Elector, rogatus, de Imperio, quid sentiret, an Bohemò videretur committendum? respondit: *Malum mori, quàm huic petitioni consentire*. Dissoluta conuentione, Rex deinceps hæreticis aperte fauere, liges inter Germanos nutrire, Imperatori magis, ac magis infidari. Nicænus etsi propemodum spem omnem amiserat rei bene gerendæ, Principes tamen Germanicæ nationis, in Austriam conuocauit, promissa exacturus, quæ Mantuæ facta fuerant. Venere Legati, non Principes; & illi verba daturi, non facta; tergiversari omnes, contradicendi causas longè querere, discordias Principum adducere, nullis Nicæni suasioni-

XXXVII.  
Misere  
obit Sco-  
torum  
Rex.

XXXVIII  
Rex Boffi-  
næ here-  
ticos à Re-  
gno suo  
pellit.

XXXIX  
Bellarion  
Card. Ni-  
cænus, par-  
uum in  
Germania  
facit  
fructum  
in  
Turcia.

bus aufcultare. Ille ne quid omittere videretur, quod ad rem conducere posset, profectus Norembergam, Maguntiam vsque penetravit, obuios quosque Principes, ac populos arans, ne Fidei necessitati decissent; ne finerent Turcarum vires crescere; irent obiam hosti, dum vinci posset. Obtinuerunt cuncti aures suas, ac verba eius, quasi fabulas exceperunt. Nemo inuenus est, qui operam suam religioni promitteret.

XL.  
Vratisla-  
uiæ Po-  
diebracio  
parere re-  
quisit.

Quòd Georgium Podiebracium Regem Bohemiæ attinet, vna erat reliqua caput prouincia Silesiæ, Vratislauenfis ciuitas, eius percola, vt superius diximus, ingenium, ad eò vt nec viuente Ladislao præsidatum, nec post mortuò, regnum eius pati potuerit, malam sane de Fide Catholica eius mentem continuo verita. Eius subigendæ, reducendæque magna illi erat cupido: quod in columi tantâ re facem propositam cognosceret, vnde in se maiora concitata incendia possent. Potentissimam urbem frustra armis appetierat. Ergò rebus adhuc recentibus, ad Pium Pontificem per procurandi speciem Fantinum Vallensem miserat, fidelem hominem, & Romanæ Sedi amicum, qui nunciaret, missurum se illic publicam Legationem, quæ alio more, quam Mantuæ præstaret obedientiam, doceretque quanto impedimento Vratislauenfium esset contumacia, ad præstandam in Turcos, quæ toties Calixto, sibi que obtulisset auxilia. Horum enim impacatis animis, impacata sibi reddi reliqua, & ad externum bellum inualida. Omnia cum deceptus Fantinus assueuerant affirmauerat, Cæsar quoque, & Principes Germanorum nonnulli rogatu Podiebracij restarentur; nihil tamen ille credendum temere iudicans, Hieronymum Archiepiscopum Cretensem, & Franciscum Toleranum, Archidiaconum Hispalensem, Oratores ad Podiebracium, & Vratislauenfes ire iusserat, mandata iniuncto, vt primum, quo ille animo esset, attente inspicerent: rum nisi bene sentire de Fide cognoscerent, facturumque viderent, quæ promississet, reducendæ Vratislauenfium nullam operam parauerit. Cum illos profectos Podiebracius ex Fantino intellexisset, atque iam, quam ad rem irent, præsentisset magnis honoribus eos accepit, & contra quam Episcopo Lucèsi Pontificis nuncio responderat de conuertendo ad sanitatem regno, indicendoque bello Turcis, magis omnia confirmauit, factaque de se fide impetrauit etiam, vt Vratislauenfium reditum Pij Pontificis nomine operarentur. Eius illi rei causâ ad eos se contuleret, ac multa conati, multa de Fide Podiebracij profectati, eos opinione duriores sententur, quòd artes eius, propinquius se noscere affirmerent. Hanc tandem intere concordia rationem, vt in triennium, etiam sui essent arbitrij: post id in ius Regium cederent fidemque hominis; quò tandem erumperet, medio interuallo experirentur. Approbauit eam concordiam Podiebracius, eiusque rei causâ dedit hoc diploma.

Vratisla-  
uensi cõ-  
cordia  
qualis.

Georgius Dei gratia, Bohemia Rex &c.  
Notum facimus tenore presentium vniuersis, quod pia, quam ad Sanctam Sedem Apostolicam, Romanamque Pontificis gestimus, & gerimus, gerereque intendimus deuotio, & obsequantia, nos inducant, vt ea præfata Sedi intueri, suisque Oratoribus, & Legatis interuenientibus, admittenda decreuerimus, quæ alias nullo pacto faceremus. Dudum siquidem nobis ad Coronam Bohemiæ gubernacula Regia dignitatis sublimatis, cum omnes Prælati, Duces, Barones, & Communitates Regni præfati, & principatum illi subditorum, debitam obedientiam, & fidem præstissent. Capitula Maioris & Sanctæ Crucis Ecclesiarum Vratislauenfium, ac Clerus, & Communitates Vratislauenfis Ciuitatis, & oppidi Namslauenfis, nobis (nescimus quo ausu, & spiritu) resistunt. Quod

re aduersum eos bella mouimus, non tamen sine nostri cordis dolore; eo quòd bellando esset nobis secundum in eos, quos magis (quandoquidem voluissent ipsi) iamquam nostros subditos, filios, & seruitores, amplecti, regere, & tractare cupiebamus. Tecimus tamen, ne præfati Clerus, vel Communitates, dum nobis ipsi, & Coronæ Bohemiæ Regni, quem pro tota potestate nostra tueri, illa samque defendere, in istius felici susceptione promissimus, deesse videremur, in maiores elati ausus, perniciosa contra nos, & Coronam præfatum molirentur. Tandem hæc res ad aures Sanctissimi Domini Nostri Pij, diuina prouidentia Papa secundi delata est. Quis cum, ea qua pacis, & tranquillitatis suorum sunt filiorum, paterne pietate cogit, & exquirat, Nuncios, & Oratores suos ad hoc specialiter deputatos, ad nos direxit, Reuerendissimum Dominum Hieronymum Archiepiscopum Cretensem, & Franciscum Toleranum, Archidiaconum Hispalensem. Qui vice, ac nomine Sedis Apostolicæ, ac Sanctitatis suæ inter seueritatem nostram, & præfatos Clerum, & Communitates, partes suas interponentes, veram prædictorum obedientiam ad nos, nostramque ad illos indulgentiam, clementiam, ac benignitatem procurarent. Cumque præfati Domini Oratores, postquam nos super his fuerunt allocuti, & nos eis omni cum reuerentia (vt debemus) Sanctæ Sedis Apostolicæ intuitu respondimus, si se in Vratislauenfium conuulissent, præfatosque Clerum, & Communitates multis rationibus, & exhortationibus ad propositum nobis obediendi conuulissent; illi eis supplicauerunt, quatenus pro obsequantia iurum, & priuilegiorum omnium suorum, gratiarumque, & laudabilium consuetudinum concessorum, vel concessarum sibi, à diuina recordationis Ducibus, Regibusque Bohemiæ prædecessoribus nostris, aut etiam à Regibus, vel Imperatoribus Romanis, apud Seueritatem nostram pro parte Sanctissimi Domini nostri Papæ instarent, necon aliqua alia à nobis peterent, que secundum exigentiam temporis, saluti præfatorum Cleri, & Communitatum necessitatibusque opportuna sibi videbantur: quibus per nos concessis, nos in suam, vt debent Regem, ac Dominum fideliter accepturi essent; hæc omnia nihilominus ad certa Capitula redigentes, quorum tenor simul & supplicationis præfate sequitur forma, & est talis.

Reuerendissime in Christo Pater, & Venerabilis, ac eximius Domine Doctor, Domini nostri colendissimi. Nos, qui representamus Prælatos, Canonicos, ac totum Clerum Ecclesiarum, Consulesque, & Communitates Ciuitatis Vratislauenfis, & oppidi Namslauenfis, humillime audiuimus, & intelleximus, vniuersa, que nobis pro parte Sanctissimi Domini Nostri Pij, diuina prouidentia Papa secundi, proposuistis. Paterne monitionis, suasionis, atque consilia sua Beatitudinis, per vestra Paternitates ad nos delata, cum ea, qua decuit, atque decet reuerentia, & deuotione suscipimus, & veneramus. Agimus prætereâ sua Beatitudinis, non quæ debemus, atque tenemus gratias, sed quæ vrique nostra paritas potest, quòd inter eam multas, atque frequentes curas, & sollicitudines suas, quibus pro salute commissi sibi gregis agitur, premittit, laborat, atque in dies, & nostri quoque dignata sit recordari. Nos sane postquam Seuerissimus Dominus Georgius, Rex Bohemiæ modernus, prout sue Maiestati placuit, bellum contra nos mouit, sicut oculi ancille in manibus dominae suæ, ita oculos nostros leuauimus ad misericordissimum inprimis Deum, ac deinde ad suam Sanctitatem, vt miseretur nostri. Non quidem, quod animi adipsenda superba libertatis vniquam habuerimus, vel quod nos diuidere ab inlicita Coronæ Regni Bohemiæ cogitauerimus, quemadmodum nonnulli (pace sua) detractores, ac emuli nostri iactitant: nequidquam, quòd præfatum Dominum Regem, ob priuatas passionis forsitan aliquas nostras, aut aliquorum odio recusauerimus; nam Regem nos habere volumus, sub Rege viuere, & cum inlicita Coronæ Regni Bohemiæ perpetuo inuiserari permansere statuimus: & nos quidem, quoniam Regem eligi oportuit, propter quædam, QUÆ NOSTRAS CONSCIENTIAS REMORDENT, differendam obedientiam censuimus. Testem inuocamus Deum super istis &c.

1. Supplicamus itaq; inprimis, vt Regia Mai. dignetur assue om-

nem animi perturbationem, iram, odium, rancoremque deponere, quem adversum nos, Capitula Maioris, & Sancta Crucis Vratislavensium Ecclesiarum, nec non universum Clerum, & Communitates Civitatis Vratislavensis, & oppidi Namslavensis, aut contra aliquem ex nobis, vel ex nostris subditis, adherentibus, & confederatis, occasione premissorum conceperit, & habuerit.

2. Item, quod omnia, & singula privilegia, gratias, iura, que ab omnibus, & singulis Diva recordationis Ducibus, Imperatoribus, Regibusque Bohemia nobis prefatis, Consulisque, & Communitatibus supradictis, consuetudines, ordinationes legitime introductas, & à nobis factas, & observatas, nec non dominia, & possessiones cuiuscumque conditionis existant, que nobis, & singulis nostrum, aut alicui ex subditis, aut confederatis nostris, quocumque modo, vel titulo iuste acquisita sunt, vel fuerint, in futuro per universam ditionem prefatis serenissimi Domini Regis confirmet, roboret, & stabiliat perpetuo duratura.

3. Item, Cum officium Christiani Regis sit, liberam, immunitatem, pacatamque custodire, tueri, defendere, & observare MATREM ECCLESIAM, ex qua & ipsi Reges renati sunt, in Capite, in membris, in adibus, in dotibus, & in quibuscumque bonis, que ad eam, & eos quomodo libet spectare dignoscuntur, quod idem serenissimus Dominus Rex, tamquam verus & Catholicus Princeps, omnia, & singula iura, & privilegia, gratias, consuetudinesque laudabiles, nec non omnia, & singula dominia, possessiones, & omnes omnino res stabiles, & mobiles, que ad Episcopatum, & Capitula, Maioris & Sancte Crucis Vratislavensium Ecclesiarum, & ad alias omnes, & singulas Ecclesias Parochiales, Monasteria cuiuscumque Ordinis, vel sexus existant, in Civitate, & per Diocesim Vratislavensem sita, omnia, & singula, eis & singulis eorum integra, libera, & absoluta, relinquat: quemadmodum à Diva recordationis Ducibus, & predecessibus suis Bohemia Regibus eidem concessa, confirmata, & roborata sunt: que etiam sua Maiestas de novo confirmare, roborareque, ut dignetur supplicamus.

4. Item, ut mandet omnibus, & singulis Officialibus, & subditis suis per Diocesim predictam, ut Censuras Ecclesiasticas reverenter suscipiant, & denunciari, servarique libere, & sine perturbatione faciant: & si quando per Indices Spirituales contra rebelles quoscumque, cuiuscumque sexus, status, conditionis, auctoritatis, dignitatis, vel preeminentie temporalis, vel spiritualis existunt, eos in vocatos esse contingat.

5. Tunc maxime contra quoscumque qui hæresim in presertim civitate, vel Diocesi dogmatizare presumunt, assistant, auxiliium, consilium, & favorem in omnibus prebendo, quousque executione ultima demandatum fuerit, id, quod prefatis Iudicibus per suas sententias pronunciauerint, esse iuris:

6. Item, Quia populus iste ex varijs suggestionibus, scandalis, cadibus, & iniurijs hinc inde secutus, formidat Regiam Maiestatem, cuperetque antequam homagium prestaret, ut repulsis odijs, & rancoribus, gratiam Regie Maiestatis sibi beneficijs, & bonis precedentibus operibus, & observantia compararet, & ex mutua cum Bohemis conversatione, exercitijs, & contrinua communicatione, animi, & mentes ambarum partium, ad integram, & veram amicitiam converterentur; vique interitus fatigata hac Civitas ab impensis gravissimis resisteret, & condigne erga Maiestatem suam se habere posset; supplicanti prefati Domini, & Communitates, quod prefatio solemnitate homagij ad triennium suspendatur. Quo tempore ex nunc sub si depromittunt Maiestati prefati Domini Regis, id sibi tamquam vero, & indubitato Catholico, Christiano Regi Bohemia prestare quod tamen infra prefatum tempus, tamquam Regi, nostro, ac inclita Corona Regni Bohemia, tamquam fideles subditi obedientes, & servientes, ac in omnibus vna cum alijs dominijs, Dominis, Principibus, & Communitatibus Sillesia eorundem profectui, amplitudini, & saluti intendentes erimus, prout à retroactis temporibus superioribus Regibus Bohemia facere consuevimus. Diebus quoque, & Congregationibus, si qua foris pro utilitate, ac commodo regni, & serenissimi Domini Regis, sine pro Sedis Apostolica amplitudine, & conservacione Catholica religionis fuerint, vocati vna cum alijs membris regni interesse, & pro viribus & facultate fideliter consulere, & operari promittunt.

Salus semper in pyramis omnibus iuribus, & privilegijs eorum Dominorum, & Communitatū, tam presentibus, quam futuris. Hac omnia nos Georgius Rex Bohemia admittimus, concessimus, probavimus, & admittimus, concedimus, ac probamus, quin etiam mensum vnum supra triennium de prestando homagio adijcimus. Acta sunt hæc Praga, die XIII. Ianuarij, Anno Domini 1460.

Georgius Rex. Hieronymus Archiepiscopus Cretensis Pij, divina providentia Pape secundi, & Sedis Apostolice Nuncius.

His per Georgiū approbatis, Apost. Nuncijs ad Pii Pontificem ingēs, ac penē vix creditum de Podiebracj mente testimonium retulerunt. Expectabantur in diem, de obedientia, de religione, & Turcorū rebus, dilati toties antē illa Oratores. Sed longo etiam tempore adhuc non comparentibus, accusabat Pius Faninum, quod quotidie tantoperē affirmata, nullum adhuc veri vestigium haberent. Ille (vt procurantium mos est) Georgij moram excusabat, afferens causas, quibus impeditum illum tardate arbitrareretur. Non secūs autem quotidianis nuncijs Regem ad servandam promissorum fidem vnrgebat, monstrans, nullum vltra excusationibus locum esse astimationemque eius apud Sedem Apostolicam venire in dubium: aut mittendum illico Romam esse, aut planē negandum. Suspensionibus ijs nihil Patribus & Pio videri molestius. His tandem adductus Podiebracius, Ioannē Rabestem, ex nobilitate Bohemica misit: qui Senā ad Pii veniens, vbi tunc ex Coenitu Mantuano subsisterat, de profertenda tantū obedientia madata petulerat, atque hanc, non nisi decreto profertei fuerat iussus. Cui rei illa adducebatur ratio, quod nondum plene potestatis sue facti essent hæretici: expedire paululum adhuc vltra communem se ostendi, donē omnium compos, sine regni discrimine venire in vnam religionem vtrumque populum posset. Artes Georgianas quamquam intelligeret Pius, audiendum tamē illum putavit. In Senatum igitur introductus, obedientiam pro se tantum, & familia obtulit; hanc quoque sic verbis, sensuque perplexam, vt facile cernerentur, necessitatis, non voluntatis missionem illam fuisse. Responsum à Pio est, professionem eam mancam videri, ac nullam & nec fidei obligato satisfactionem afferre aperta, & plena opus esse, vt connumerari ab Apostolica Sede inter Reges Catholicos possit. Eam, si non profiteatur, necessario iudicij rem futuram. Ioannes Rochezana, nequissimus veterator, & hæresiarchia, Podiebracium, in Hussitarum hæresim natum, & educationem, multisque successibus auctum, & priuatis colloquijs simulare docebat, & publicis sermonibus in heresi confirmabat, ad eaq; omnia, que narrauimus tum contra Pium Pontificem, tum contra Imperatorem, ac Principes, tum contra Catholicos concitabat.

Inter hæc, apud Genuam Lygurum caput, Franci dominio potiebantur, non sine magno Ferdinandi Regis damno, quorum classes armatæ Genuæ, mare inferum infestantes, Caietanum, Neapolitanumque litus, & omnis Calabriae maritima loca populabantur. Prosper Adurnus, missis ad Pontificem Legatis, posse se Francos Genua eijcere, dominatumque vrbis arripere dixit: & comonitis amicis constituta die, per portam, quam sibi Coniurati aperuerant, armatus ingressus, palatium occupauit. Aloysius Vallenis gubernator, qui pro Francis vrbem tenebat, pauidus in arcem profugit: eo Francorum omne præsidium se recepit. Nobiles Francorum amici, vrbē relicta, ad oppida sua profugerunt. Prosper arcem diutius oppugnauit, obseditque. Medio tempore Carolus Francie Rex, suppeticas laturus obsessis, ingentes copias terra, marique comparauit, & terrestri quidem exercitui Baiuum Constinentem præfecit, maritimo Rhenatum, Andeganiae Ducem, qui se Regem Siciliae appellabat, bellicis rebus infortunatum. Pro-

XLII. Fictam obedientiam præstat Podiebracius.

XLIII. Genuenses expellunt Præcos.

piscopum

piscopus ex familia Fulgosa, Petri fratrem, quem paulo ante vrbem inuadentem Franci obruncauerant, ad se accessit, & bellique socium assumpsit. Armatus populus, ac plenus animi fertur in hostem, haud ignarus, nisi vincat, extrema se omnia passurum. Terrestris Francorum copia, quasi ad prædam properant, prælium in conspectu vrbis committitur, locis arctis, & externo militi parum notis, nec tam equiti, quam pediti opportunis. Ibi Archiepiscopus ante alios pugnam ciens, ab equo desiliens, scuto, galea, ac thorace munitus, primus hostem ferit, stragemque haud parua Gallorum facit, quindecim sua manu, audaces viros, qui cedere nolent, strauisse proditum est: tanta eum viciscendæ fraternæ necis cupido incesserat. Pugnarum vrimque summa contentione, & acerbis animis. Gallos ignominie perditio ciuitatis, & spes recuperandæ fortis faciebat; Lygures, subeundæ panæ, & amittendæ libertatis metus. His atque illis, furorē ira misistat. Diu victoria in dubio fuit: ad extremum Galli cedere inceperunt, quos Lygur insecutus, terga feriens, miserabilem equis caedem. Inretea Rhenatus ad portum cum classe applicans, vrbem inuasit: fit tumultus, & trepidatio in ciuitate, quæ propemodum capta videretur. Sed victor exercitus, fugatis, caesisque Gallis, vrbem ingreditur, ad cuius aduentum Rhenatus suis, vt redirent, signum præbuit: quorum pars magna, dum properat ad naues, instante à tergo Lygure, aut gladio confoditur, aut vndis rapacibus absorberetur. Rhenatus terra, marique victus, disiecta classe, Saonam contendit. Genuenses ingenti liberati metu, festos dies egere. Supra quatuor millia Gallorum, vel submerga, vel caesa hoc prælio traduntur. Numquam tantum sanguinis vno certamine, hac memoria fuderunt Itali. Verum Prospero, nec profertea, nec fausta victoria fuit, cuius auspicijs de hoste laudissimo triumphans, ingrata patria, indignas gratias reddidit, quæ illo principatu amoto, Spineta ei substituit, Fulgosa gentem natum. Franci, qui erant in arce, spectata suorum clade, quæ in oculis eorum gesta est, salutem pacti arcei deditionem fecere. Ea Ludouico Fulgoso, & Archiepiscopo custodienda commissa est, Spineta paucis post diebus Ducari cedit, & non faris idoneus regimini videretur. LVDOVICVS IN PRINCIPATUM accepit: nec multo post Archiepiscopus LVDOVICVS per arma deiecto, palatium inuasit. Ducifque nomen acripuit. LVDOVICVS in arcem profugiens, turri, quæ Archiepiscopi nomine tenebatur, in suam potestatem recepta, comminari ciuibus cepit, quibus non satis grarus erat Ducatus Archiepiscopi. Conuenerunt tandem inter se partes, vt Archiepiscopus accepta pecunia, Magistratui cederet, Ludouicus pristina dignitatem resumeret. Incredibilis tanta regiminum mutatio posteritati videbitur, nec nobis fidem fecisset histona, nisi hæc actas præbuisset experimentum. Sæpe vna die hæc tē pestare, bis, terue gubernatio ciuitatis mutata est, nec tota Europa Vrbis est, in qua tot Principū mutationes isto æuo interuenerint. Genuenses cum sibi ipsi leges dicant, aut Ducē aliquē creant, quem penes summa imperij consistit, aut Capitaneos aliquos eligunt, quorum nunquam diuturna potestas fuit. Tria sunt hominum genera, Populares, Capellarij, Nobiles. Duces ex Capellarijs assumuntur, quorum familia opibus, & clientellis abundant. Populares, loco plebis habentur. Nobiles Vrbis non imperant, sed imperantibus (oppida enim circa Vrbē plurima possident) opibus, atq; affinitatibus in Vrbe potentes, quo volunt Duces inclinant. Auctoritate eorum sub Petro Duce magno perē attenuata, cum Rex Francie imperium accepisset, nobilitas rursus exaltata est, cuius arbitrio Franci vrbem gubernauerunt. Expulso Rege, & nobiles magna ex parte Genuam

inglère; Saonam, & vicina pleraq; loca Gallorum prædij retinentes, ex quibus assiduo metu diu postea Ludouicum presere.

In Apostolatus sui exordio miserat Pius in Orientem, Ludouicum quendam Ord. Minorum professorem, vt Reges Christianos Iberia, Armenia, & Mesopotamia aduersus Turcas armaret in Asia, si Christianos expeditionem in Europa aduersus eodē hostes parare contingeret. Fuerat Ludouicus sedente Calixto in Perside, vt aiebat, multoq; ibi Christianos inuenerat, & amicos Christianorum, qui Turcis insensu essent. Is paulo post rediit Pontificis ex Mantua, Romanam applicuit, quem plures Orientalium Principum Oratores secuti sunt, quorum hæc sunt nomina; David Imperator Trapezuntius, Michaelē Aligerium misit; Georgius Rex Persarum, & maioris Armeniae, ac minoris Iberia, cui pater fuit Alexander, Nicolaum Thepelum; Aqam gener Imperatoris, Mesopotamia Rex, ac Christianorum amicus, non Christianus, cui pater fuit Carailucas Trucomanno, Mahumetem Trucomanno; Gorgora in Iberia maioris ducatum obtinens, cui pater fuit Gazabe cchi; Casladan Carcechā; Vrtebeccus Armeniae minoris Dñs, Moratum Armenium. Legatorum, sicuti diuersi mores, ita & habitus fuere; adeo vt omnibus admirationi essent, & plebis, quocumq; irent, oculos in se conuerterent, puerorumq; turbam secum traherent. Perfici Oratoris, in morem nostrorum Monachorum, seruata capillorum parua coronā, totum caput tonsum, Eius, qui ex Mesopotamia venit, parimodo; sed in vertice summo capillorum parulus quidam manipulus visebatur; quædammodum gentiles gestasse flammis in pileo ferunt. His per Colchidem, & Scythia, transmisso Tanai, ac Danubio, in Vngariam iter fuit; deinde in Germaniam, vbi Fridericum Imp. salutauerunt. Hinc profecti Venetias, magnis honoribus ab eius Vrbis Senatu excepti sunt; quæ res fecit, vt veri Oratores crederentur, propter commercium, quod Venetis cum Orientalibus haberent. Cum Romam venissent, non minorem gratiam inuenerunt. Recepti tanquam Legati Regum, occurrente Prælatorum ordine. Diuertorio, & cibos ex publico acceperunt; inter quos fuisse aliquos traditum est, qui singuli diebus singulis libras carniū, haud minus viginti edere. Auditū in Consistorio corā Pont. in hūc modum verba fecere;

Missi ad nos Ludouicum Bononiensem, professione Minorum, qui ait se Mantua peruisse, vt Conuentu cum Christianis celebrato, Mahumeti Turcarum Imperatori bellum inferres, cupere, Principes nostros, cum tu in Europa illum oppugnares, in Asia tumultum excitare. Placuit sermo. Oderunt Turcas, Principes nostros: te amant, & Christi Vicarium venerantur, parandum tibi esse satetur. Ea ob causam, cū grauius inter se odijs discordarent, bellumq; gererent, iubente Nuncio tuo, arma deposuerunt, parati, vt inferres, aduersus Turcas ea resumere. Centum viginti millia pugnatorū cū volueris, presto adueniunt in Asia, vsq; ad Hellespontū, & Thraciæ Bosphorum, Mahumeti imperij inuasuri; dū tu pari modo cū Occidentibus populis aggrediaris Turcas. Ad hoc missi sumus, simulque vt, tuos oculosur pedes, tamquā vicem Dei tenentis in terra. Nobis federati sunt Bendias Mesgreliæ, & Arabie Rex, & Panchratius Iberorū, qui nunc Georgiani vocantur, & Mania Marchio Goria, & Hismael Syrijs Dominus, & Casarimena, cui pater fuit Spedias, & Fabia Dux Anagofia, & Charamanus Cilicie Dominus, quorum maxima erunt presidia. Illud tantum ex te nunc petimus, vt mater filiorum Zebedes, non tantum significare pro illis Ludouicum, qui nos huc adduxit, super eos, qui Romanum in Oriente vicum custodiunt, & tua Sedis fidei consociantur, Patriarcham constituant.

His auditis laudauit Pont. Principum desideria, & q̄ obtulerant, magni se facere ostendit. Quæ Mantua gesta fuissent, exposuit se fecisse, quæ potuisset non concurrisse Christianos Reges; sperare tamen concursuros, si morint Orientalium proposturum. Vile videri Legatos ipsos per Italiam tras Alpes in Galliam

XLIII. Ludouicus Ord. Minorum Oratores ad Pium PP. adducit.

Genuensium de Franci victoria.

Inconuenientia regimini apud Genuenses.



proficisci, eademque Regi Francia, & Duci Burgundia dicere, que se coram exposuissent. Sine Francis, expeditiones quæ dignæ sint difficile fieri posse, eam esse nationem, quæ sapè aduersus infideles, terrâ, mariq; gloriose certauerit, & nunc eam Turcis præcipue timendam fore. Assensere Legati: verum expensas itinerris, & Ludouici Patriarchatum petière. Pontifex vtrumque concessit, eâ moderatione adiectâ, nè Lud. se Patriarcham, aut scriberet, aut appellaret ante quâ reuerteretur, neue litteras eiusse dignitatis secum afferret: sed in custodia essent apud Card. S. Petri, vt maior interea de finibus Patriarchatus haberi noticia posset. Quid postea subsecutum de his sit, consequente anno narrabimus.

Interea, post expugnatû, direptumque, vt diximus, Donidei oppidum, quod pridie Cal. Nouemb. Pontifici Sanctorum Omnium vesperas celebranti nunciatum est, milites in hyberna concessere. Alex. apud Nepefinos, Federicus Vrbinas in Sabinis, ambo in solèmbus Dom. Natiuitatis, ad visendum Pontif. Româ venēte, eiq; pro veteri more, peractis vesperis cum Card. combibēt, ministrare. His paucis post diebus præsentibus, publicum Consistorium celebratû est. In eo Andreas Bentius, Fisci Aduocatus, vt erat à Pont. iussus, orationem & longam, & luculentam habuit, in qua Sigismundû Malarestæ scelera detestatus est, rapinas, incendia, cædes, stupra, adulteria, incestus, parricidia, sacrilegia, prodiciones, læsæ Maiest. & hæresis crimina: petijtque vt ad ea vindicanda R. Pont. afflungeret, audiretque supplicum voces, qui acerbissimum tyranni iugum diutius ferre non possent: purgaret tandè Italiâ receritimo, & abominabili monstrorum vitâ, nulli suis in oppidis viro bono, permitteret curam. Auditus est summa omnio attentione. Andreas nemo verba eius non probauit, nemo mentitû esse dixit. Federicus, & Alex. cuncta vera esse affirmauere, quæ Sigismundo imputaretur: verum Andream, scelestissimam, & atrocissimam illius peccata quam plurima tacuisse: prodiciones tot ab eo commissas esse, quod se cum homines communicauerint: nullum, qui sibi aliqui crediderit, nõ prodicium abijisse: Fidei Carholicæ, non vnum, aut alterum articulum, sed totum Apostolorum Symbolum contemnere Sigismundû, & nihil de religione sapere. Pontifex, acclamatione audita: Duce sunt, inquit. Ciuitates, ad quas homines ex hac vita decedentes migrant: altera est cælestis Hierusalẽ, vrbs, & patria beatorû: altera apud inferos reperitur, in qua Luciferi sedes est, & damnatorû ergastula. Maiores nostri in prioribus ciuitate complures scriptos esse declarauerunt, quos tamquã sanctos venerari licet, & dulci adoratione colere: in quare perficiendâ ea solèmitas obseruatur, quam canonizatione appellamus. Eugenius I V. prædecessor noster, Nicol. Tolentinatè canonizauit: Nicolaus V. Bernard. Senens. Calixtus III. Vincentium Valentinum, & Hofmundum Anglicum: nobis supplicatum est, vt Catharinã Senens. Rosam Vituruiensẽ, & Franciscã Rom. sanctis Christi Virginibus, seu Viduis ascribamus, atq; in cælestè re-laras esse Vrhem declaremus. Digna res nam & virtutes suas id credimus meruisse: quæ admodû & sceleratissimi in damnatorû numerû declarari merentur: sicut de Sigismundo, si mortuus esset, possemus in presentiarû sententiam ferre, quando quidè peccata, quæ sibi obiecta sunt, nulla possunt regimiratione celeri. Cû viuentem agemus mitius: vocabimus reum: audiemus, si compauerit: telam iudicij ordinariã obseruabimus. Tu igitur dilecte fili. Cardinalis S. Petri ad vincula, audisti, quæ aduersus Sigism. proposita sunt tibi hanc causam committimus audiendam, cognoscendam, & sine debito terminandam. His dictis, solutû est Consistorium. Cardinalis deindè inchoaro iudicio suo processit ordine. Gobel. Comm. Pij 2. lib. 4. & 5. Dnbrauius lib.

XLIV. Malarestæ Facinora & in eum iudicium instituitur.

30. Cochleus lib. 12. Cardinalis Papiensis Commentar. lib. 4. Eodem anno, cum Pius Pontifex, Tullensem Episcopum, ad Tornacensem Cathedram transfuisset, eaque translatione ægreferret Carolus Rex Franciæ, neque possessione admittere velle videretur, eidẽ perscripsit, officijque Regem admonuit. Ita habet. *Quæ ad nos de conditionibus Tornacensis ciuitatis tua Senenitas scripsit, non distemur ita esse, vt scribis. Abundans enim multitudo populi est in regni tui consimbis, quæ mansit in tua, & progenitorum omnium, seculis multis tutelâ præbet, tibi oportunitate loci, commoda per multa, & magna. Quod verò adigit, Ecclesiam ipsam promissam tibi, in personam Cardinalis Constantiensis fuisse, in eo vel tua Maiestas informata verè non est, vel qui de ea nos compellarunt, responsa nostra interpretati benè non sunt. Viuentiũ beneficia cuiquam promittere, nos noster non est, nec fuisse in hunc diem (adurore Deo) meminimus. Recordamur, Oratoribus dixisse, cum vacare illam contingeret, rem facturos, de qua contentari meriti posses: ciuitate non valens, precatus est, illum robustiorem transferri. Fuit iusta, & pia eius petitio. Rare, vel nulla supplicationes huiusmodi à Sede Apostolica solent repelli. Si adoles, hominem Duci Burgundia subditum, illic esse præpositum: minor culpa hæc nostra est, quam fuerit prædecessorum nostrorum, qui plures Burgundos illic stauerunt. Nos rem nouam non fecimus, veterem, & visitatam sumus secuti. Hoc quoque ad transferendum Tullensem promiores nos fecit, quod sicut Serenitas tua intelligit, tota Tornacensis diocesis sub dominio est Burgundorum; nec putamus videri inconueniens posse, si ex dominio illo daretur Episcopus, intra cuius limites maior est, & amplior iurisdictioni illius pars. Nam quod tua Serenitas queritur, & his, & alijs rebus scernere commoda regi tui, & consanguineorum tuorum nobis parum cordi esse, in hoc credimus euenire tibi, quod nobis. Vt enim tua complacere tibi à nobis sepe non putas, sic nos sepe exaudiri à te vota nostra non ceruimus. Non tamen propterea, de tua in nos voluntate sinistrum aliquid credimus. Cogitamus semper tibi causas aliquas esse, propter quas non fortasse posses, quæ volumus. Accusamus necessitatem: mente, & animo equisimilimus, Par officium à te requirimus charissime fili nec vellemus, quoties tibi obtemperatum non est, toties de animo nostro iudicium faceres. Meminimus, in gratiam etiam multa fecisse, pro honore tuo, multa, & multis dedisse: si semper non dedimus, non semper esse Apostolica Sedes potest, vt vult. Multa illa circumspicere oportet, multa metiri: ita semper actiones suas dirigere, vt reddere illarum rationem Deo, & hominibus possit. Postremo, quod nobis denuncias, te permittitur non esse, vt idem Tullensis, Tornacensis Ecclesie presit: nihil in hoc aliud respondemus, nisi Maiestatem tuam sanè intelligere, quod Regem Catholicû debeat: & nos constanter sperare, te, si factû nostrum diligentius considerare volueris, nihil distimile à claris progenitoribus tuis esse facturum: quos non minus veneratio in Ecclesiam Dei, & obedientia in Sanctam Sedem Apostolicam, quam cetera gloriosa facta illustrarunt. Ipsam autem translationem, cum facta solemniter sit, mutare sine reprehensione non possumus. Vnum à te petimus charissime fili, vt detractoribus Sedis Apostolicæ semper non credas, multa illorum passionibus tribuas: pro certo habeamus, nos Serenitatem tuâ amare, illi cû possumus obsequi cupere: nec prætermissuros vnuquã occasione aliquã esse, in qua tue bonitati placere cû Deo possemus. Quod si in aliquo præiudicium tuis iuribus putas, parati sumus, tua Celsitudini iustitiam cum omni benignitate administrare. Datum Roma IX. Nouembrii, Anno M. CCCC. LX. Pontif. nostri, anno 3. exeat inter epistol. Pij 2. numero 374.*

Gravior disceptatio fuit Pio Pont. hoc ipso año, de Episcopatu Cracou. in Polonia. Septemb. mense excessit è viuis Th. Stremptinus, Cracou. Episc. vir singulari memoria, & pietate magna præditus. Et mortuo, tres de Episcopatu, magno, & reipublicâ incommodo, & autoritatis Ecclesiasticæ, atq; Pontif. detrimento, & pernicioso ambitionis exèplo aliquadiu cõtendunt. Nam vbi dies electionis dicta aduenit, misit Casimirus

XLV. Tullensem Episcopum, ad Tornacensem Cathedram transfuisset, Pontif. Pij PP.

XLVI. De Episcopatu Cracouensi, magna controuersia.

Rex ad

Rex ad Collegium Sacerdotum, ad quod electio Episcopii pertinebat, & more antiquo pertinebat, vt Io. Grucinium, Vladislauensem Episcopum, Cancellarium regni, sibi optarent Episcopum. Is in tanto numero, tria modò presentium, ac totidem absentium suffragia tulit: reliqua duorum, & viginti, quibus antiquior fuit Regis iustione libertas, & religio, in Ioannem Brecium Procancellarium Regni concurserunt. Verum hic Regis minis deterritus, electionem suam repudiavit Vladislauensem Episcopum adipiscendi spe acceptâ. Certâ iam spe erat de Cracouensi cathedrâ Ioannes Vladislauenis, cum Jacobus Sennenius, Dobselâ Palatini Sandomiriensis, & Sbignei Cardinalis fratris filius, Gnesnensis, & Cracouensis Præpositus, à Pio Pontifice maximo, apud quem ante annum Legatione Regis nomine functus erat, Cracouensis Episcopus, renunciatum est, cedentibus nomine Thomæ Stremptini quibusdam, quos ille paucis ante mortè diebus ad peragendû id Romæ, in scio Rege Procuratores nuncuparat. Id vbi Rex accepit, fremere in Sennenium, qui sine sua autoritate, in regno suo, Episcopus esse velle, perentemque per amicos, & propinquos, magnos, & nobiles viros, non modo reijcere, verum etiam proferbere vnâ cum fautoribus, & receptoribus eius adortus est, Episcopo Vladislauenis, & Ioanne Brecio, itè quæ Ioanne Pilecio Cracouicâ, Luca Gorcano Polnaniensî, Stanislaio Oltrogio Calisicâ Palatinis, & Ioanne Rithuianis Marfalso regi inuicantibus. Nec deear sibi Sennenius. Nam & inicitus est Sacris Episcopalis à Gnesnensi, & Vratislauenis Suffraganeis, quos vocant Episcopis in arce paterna Pinzouienti, & à Pio Pontifice acceritum, & pænale, vt vocant, Mandatum, quo diris deuouebantur ij, qui eum pro Episcopo Cracouensi non reciperent, impetrauit. Ab eo mandato, vniuersum ferè Collegium Cracouensis Basilicæ Regio iussu, & minis inductum, ad Pontificem ipsum, siue ad futurum Generale Concilium pessimo exemplo prouocauit, factis tamè singuli Canonici abstinent. Pauci quidam ex eo Collegio, & omnino ex ordine Ecclesiastico, Pontificiam, quàm Regiam auctoritatem antiquiorem ducentes, cum Iacobo senserunt, inter quos primarij fuere, Demetrius Sennenius, Iacobi frater, Scarbimiricnsis Præpositus Dlugosij duo fratres, Derslaus Cerzanouius, & Nicolaus Canonici Cracouenses, quibus Sacerdotiorum reditus à Nicolao Pieniasco Succemario, & Præfecto Cracouensis Regis mandato adempti sunt, item quæ Pauli Slouenij Decani, qui negotia Sennenii Romæ agebat. Hi, & item Georgius, de Franciscano sodalitiõ Suffraganeus Cracouensis, qui Sennenium consecrara, Cracouia abesse iussi, Crizanouius verò domo ab apparitoribus Præfecti extractus, & per mediam Vrhem foras educus est, eo vestitu, quo Canonici in templo vtuntur, nempè veste lineâ latiore, & pallio cum cucullo ex pellibus, quæ Hermelinas vulgò vocant, indutus. Quare magnam in se populi spectantis commiserationem, gemitusque de acerbitate Regis commouit. Idem, tribus aliis inferioris gradus Sacerdotibus accidit, cultui diuino vacantibus. Reliquum Collegium iureiurando à Rege ipso adactum, nè quem iniussu suo ad possessionem bonorum Episcopatum admitteret, quorum tamen bona pars, à Pieniasco præfecto Cracouensi, & aliis quibusdam, tum à necessarijs Vladislauenis Episcopi, Regio vel iussu, vel permissu occupata tenebatur. Dlugosij Canonici domus, Cracouia, à Stanislaio, & Dobsleslao Curofencijs, Episcopo Vladislauenis propinquis, Rege inspectante, & approbante direpta. Nec enim modo fieri talia Rex permittebat, sed iubebat. Qua in parte singularis Stanislaui Vtropæ, gente Oxij, pietas, & magnitudo animi silentio prætereunda non est, qui iussus à Rege bona Sacer-

dotum suæ cupiditati aduersantium inuadere, Regem, quàm Deum offendere maluit. Sennenius ipse obideri in arce Pinzouienti à Rege iussus, Melstini secû Io. Dlugosio seniore, totum annum continuit, à Domino arcis Ioanne Melstino receptus, nequicquam prohibente Rege, nè perduellem suum, & hostem seruaret. Ad Pontificem verò Ioanes Rithuianus, Præfectus Sandomiriensis, & Marfalso regni, & Matthias Racianus Iuris consultus, & Canonicus Vladislauenis, rogatu, & sumptibus Vladislauenis Episcopi missi, vehementer Sennenium quasi ambitus reum, & seditiosum, & Regi, populo, atque Ecclesiastico ordini iniuriam, qui vi Thomam Episcopum sibi cedere coëgisset, Episcopatumque viuualisset, apud Pontificem criminari sunt; litterasque Sennenij, Mantua, cû Legatione fungeretur ad Regem scriptas quibus inculcare is Pontificem, quasi plus æ quo faueret Cruciferis videbatur, producebant; oblati Pontifici Regio nomine magnis muneribus, & Friderici Imperatoris, ac Georgij Bohemorum Regis ad quos Romam proficiscentes ea de re diuerterant, commendatijs litteris. Nihil tam aliud à Pontifice impetrarunt, quàm vt is Hieronymo Archiepiscopo Cretensi Lego suo causam cognoscendam delegaret, atque interea Sennenio Episcopatum administratione interdiceret. Neque æqui quicquam Hieronymus pro Sennenio impetrare à Rege potuit; ac nè Sennenius ipse quidem cû data fide cum triginta comitibus venire permiffus, supplex ad genua Regis accidisset, ad misericordiam eum flexit, asseuerante Rege regnum se prius amissurum, quàm Episcopum illum, aut quemquam omnino in suis ditionibus, se inuito esse passurum. Cessit tandem Sennenius pertinaciæ Regis, & retenta nonnulla parte bonorum Episcopatum, receptaque à Ioanne Grucinio pecunia, quam liti expensam tulerat hoc est 4000. florenorum, Episcopatu Cracouensi se abdicauit. Quo facto ij quoque qui cum eo senserant, ad Sacerdotiorum suorum vsum fructum restituti sunt. Quo tempore Hieronymus Archiepiscopus Cretensis, & Franciscus Toleranus Legati Pontificij vna cum Alberto Auftriorum, & Ludouico Baioaria Ducibus, Vratislauenis operam darent, Vratislauenibus cum Rege Podiebracio reconciliandis, Crucifero eos subornauerant, vt missa ad Casimirum Legatione, arbitrium omnis inter ipsum, & illos controuersia dirimenda sibi deposcerent, quo facilius eum spe pacis secuturum, & incautum fallerent. Casimirus autem Alberto, qui primus ea de re miserat, non grauè permiffit, vt amicè si posset, inter partes componeret. Ceterum de re vniuersa compromissum facere abnuuit, nè illum pro amico inimicum caperet; commemorans qua fide se Sigismundus Cæsar quondam in eiusdem modi re gessisset. Legatis Pontificis, & Ludouico Bauaro responsum, Regem postulatam eorum facturum fuisse, nisi Albertus id arbitrium occupasset. Erant autem suspecti Casimiro Legati Pontificij, de studio in partem aduersam, quod hic quidem Cruciferorum causam Romæ prius egisset, ille verò à mercatorio quæstu, ad Sacerdotium nupèr translatus esset. Cromerus de rebus Polon. lib. 24.

Hoc año, Tuncin Africa, B. Antoninus de Ripolis, pro fide CHRISTI occubuit. Dederat is nomen Dominicanæ familæ, in manibus Sancti Antonini, apud S. Marcum Florentiæ aliquandò Prioris. Ab eo nomen mutatus, & pietari, ac doctrinæ innutritus, spem de se magnam fecerat Religionis, & sanctitatis non vulgaris. Visendæ Prouinciæ Siciliæ curiositate tentatus, cum nequicquam dissuadente Sancto viro, nauim conscendisset, & visa Sicilia, Neapoli traieceret, à Pyratibus captus, & Tuncin ductus, pessimeq; abarbaris habitus, tãdem à quodam Genuensẽ ex ergastulo liberatus, sed tamen maniceps factus, partim

XLVII. Vita, & Martyriũ B. Antonini de Ripolis Ord. Præd. diu.

tentationibus demonis, partim contumeliis, & variis incommotis seruitutis fractus, quinto captiuitatis mense, praesente Rege barbaro, & innumera Mahometanorum multitudine, Fidem, & CHRISTVM eiuravit, habituque religioso seposito, Mahometum confessus, etiam vxorem superinduxit. Quatuor menses in apostasia, vertendis in maternum idioma Alcorani, & aliis Mahometanae sectae libris, opera cuiusdam interpretis cum exegisset, & diuino illustratus spiritu, nihil nisi fabulas, nugas, mendacia, & figmenta in eis comperisset, tandem paenitentiae facti capit. Inter haec audiuit, Sanctum in CHRISTO suum parentem, Antoninum Archiepiscopum esse viuis abiisse: cuius, cum viuendi rationes in mentem reuocasset, exemplorum, & monitorum eius memor, feruore poenitentiae cogitauit, & quemadmodum crimen admisissem, vel sanguine dilueret secum inquisiuit. Ergo velut à lethargo, vel veterno excitatus, vxorem repudiavit, habitum religiosum resumpsit, caput ex formula monastica rasit, & post multa seuerioris disciplinae, ac orationum exercitia, in conspectum Regis Mahometani, coram Proceribus, & Sarapis procedens, se perfidum, CHRISTI, ac Fidei Christianae proditorem accusauit; deinde CHRISTVM verum DEVM, & hominem constanter professus, pro illius confessione, se velle mori testatus est. Obstupuit ad nouitatem facti Rex barbarus, & primum blanditijs, ac pollicitationibus hominem seducere tentauit: deinde, cum eas omnes Antoninus floccifaceret, minis, terroribus, exquisitis tormentis, carcere, inedia, infraactum animo frangere aggressus, nihil omnino effecit. Capitali sententiae ad extremum illum subiecit; ad cuius locum Antoninus cum traheretur, Maurorumque turbam, quae illum sequebatur in viam vitae adducere conaretur, obduratus reperit. Adductus eo loci vbi supplicium perferret, habitum Ordinis exofculatus mox exiit, & carnifici, vt in contaminatum Christianis redderet, tradidit. Inde genu in terram posito oculis, & manibus in caelum contentis orationi breue spatium impetrauit, cui cum inflammato spiritu inculmberet, & identidem Mauris, vt spurcissimum Mahometi sectam relinquerent, ac CHRISTI DOMINI fidem complecterentur suaderet, ab ipsis magno in eum impetu facto, partim lapidibus, partim gladijs districtis confusus est. Incredibile narratu est, quae fuerit in martyre CHRISTI constantia. Nemo fuit, qui vocem, aut quarelam ab eius ore prolata audierit: nemo, qui illum vnquam in aliquam partem flecti, aut magnorum ictus lapidum vitare conspexerit. Cumque nullis omnino vinculis teneretur, aequè, ac si clavis confixus esset, tantisper reclusus, stabilisque perdurauit, donec magnis vulneribus, grauissimisque imprimis lapidum ictibus obrutus occubuit. Impij, ac detestabiles ministri, magna strue lignorum congesta, sacrum Martyris corpus, inflammato rogo cremare conabantur: ceterum nequaquam potuerunt. Fuit enim diu in igne, magnis flammarum globis obstrum, prorsus illaesum, adeo, vt neque in capillis capitis, aut barbæ, aliquod signum vitionis apparuerit in eo, postquam extractum ex rogi reliquis est. Non contenti autem barbari incendio, maiore contumelia, atque ignominia illud afficere perrexerunt. Namque laceratum, factatumque, per omnes vrbis celeberrimas vias paratarunt, ac tandem vndique distractum, in teterrimam cloacam proiecerunt. Aliqui Christianorum illud perfoluta magna pecunia redemerunt, & inde extractum aqua solummodo simplici abluerunt. Cumque fordes ab illo deterse fuissent, suauissimus,

& humanos quosuis superans, odor ex eo spirauit. Subleuata inde multa miracula, etiam ipsis Mauris stupenda, quando illud in templo Genuensium Christianorum ad pedes imagines CHRISTI cruci affixi, Tunesani Christiani sepelissent. Michael Pius, & Leander Albertus, lib. secundo, de vris illustr. Ordinis Praedicatorum.

Hoc tempore apud Attrebatas detecta est secta quorundam demoniacorum. In nocturnis conuentibus, ex omni ordine, statique mortalium, viri, mulieresque, Diabolum in humanam effigiem transformatum, cuius tamen faciem numquam viderent, adorabant; inque illius verba, mandataque iurabant. Praemium erat, conuiuium ab illo largiter parato epulari; inde extincto omni lumine, quemque cum sibi proximè oblatâ promiscuè concumbere. Re in lucem producta, complures ex his igni cremati sunt. Ex indicis crematorum multo plures viri, mulieresque deprehensi, etiam primarij, pars capti, & seuisissimis tormentis ad moti, alij vi pecuniae redempti, nonnulli solum verterunt: quidam verò adeo in pœnis constantes fuerunt, vt nihil confiterentur. Fuisse referuntur quidam ex iudicibus adeo detestabiles, vt quosdam sibi inimicos indicari curauerint tamquam confosios, re is in tormentis ad hoc coactis. Meyerus Annal. lib. 16.

XLVIII Secta Demoniacorum detecta, & euerfa.

ANNO CHRISTI

1461.

PII PAPÆ II. Anno 3. & 4.

FRIDERICI ROMANORVM IMPER. Anno 22.

ENSIS, anno superiore in Sacra nocte Natalis DOMINI, à Pio Pontifice pro more benedictus, Philippo Duci Burgundionum in Sacrum bellum iuro, missus est. Antonius Noxeranus attulit, Pontificis aulicus, Graecis, ac Latinis litteris eruditus. Laurentius Rouarella, Pii Pontificis apud eundem Philippum Nuncios significauerat, Philippum cum Bruxellis agrotaret, coram se constantè vouisse, si mortis periculum euaderet, suo ipsius ductu, in Turcas ducturum se expeditionem. Quamquam verò Agnes soror, vxor Ducis Borbonii, mater Ludouici Episcopi Leodiensis, multique alij eam protectionem distulderent, nihilominus tamèn ille postquam conualuit, Legatos suos ad Pontificem misit, promisitque se Constantinopolim ducturum, aut in itinere moriturum. Ea re diuulgata, Fridericus Imperator, Matthias Rex Hungariae, Alfonsus Rex Portugalliae, Venetorum, & aliorum Duces, & praeter hos Orientalium Reges, & Impetratores, Legationes ad eum destinarent, qui ad sacram militiam hortaretur. Videntes ad eum Oratores Afianos, Pius datis litteris commendauit, hoc renore.

Inualecente magno Turco, Fidei Christiana aduersario, & infinitos penè Christianos Saluatoris nostri IESU CHRISTI sanguine in Crucis patibulo abundè effuso liberatos, in seruitutem redigente, felices recordationis praedecessores nostri, maxime Nicolaus Quintus, & Calixtus Tertius, curam assumpsissent, ne Turcus iste praualeret, pro viribus prouidendi. Et qui sperabat in Europa, posse tantum efficere, quod Reges, & Principes Christiani se voluntarios, & fideles Christi milites in hoc necessario tempore ostenderent, quisque eorum ad Asiam, & Orientis partes, misit dilectum filium, Ludouicum de Bononia, Fratrem Ord. Mi-

I. Dux Burgundia moturus in Turcas esse donatur à Pio Papa.

Eidem Duci commendat Afianos Oratores Pius.

noram de Obseruantia Regulari, vt is pro sua prudentia, remur, locorum, hominumque notitia, Christianos Orientis, & alios Christianorum amicos excitaret, ad faciendum similiter arma contra Turcum. Nos autem cum in praedecessorum praedictorum labores, diuina ordinatione successimus, Mantuan accedentes, simili spe ibidem Christianorum exercitum adiuturi, eundem Fratrem Ludouicum missimus cum instructionibus opportunis, Christianos, & amicos Christianorum concordandi, & vt in Turcos suas vires coniungerent, incitanti, data eis spe, & nos in Europa nullatenus defuturos. Accedens Frater Ludouicus, omnia sibi per nos commissa diligentissime & prudentissime est excutus; qui, vt optimam illorum Regum, & Principum obedientiam, & deuotionem, quam habent ad hanc Apostolicam Sedem intelligere possent, curauit secum aduenire dilectos filios, Michaellem Imperatoris Trapezundarum, Nicolaum Regis Persarum, Castropam Ducis Georgiana, Manneben Assenbeck, Soldani Mesopotamiae, Morathum Verberecti in Armenia Domini, Oratores, & Nuncios, qui nobis litteras attulerunt, suorum Dominorum experientes feruorem, ad presumptuosissimi Turci destructionem, & simul votiuum nostrorum desideriorum executionem, Quoniam verò talium Regum, & Principum conclusiones ad honorem Dei, & Fidei nostrae tuitionem tendunt; idè volumus tuam Serenitatem participari fieri, ipsique iniunximus, vt cum praefato Fratre Ludouico Nuncio, & Oratore nostro, ad tuam veniant Celsitudinem, & singula, quae nobis verbo, & scriptis retulerunt, plane referant. D. sideramus itaque à Tua Excellentia, vt tam ipsum Ludouicum, quam ipsos Orientalium Oratores, etiam nostra contemplatione ad tuam admittas audientiam, & suorum Dominorum adea, quae CHRISTI sunt, deuotionem attendere consideres. Attendatque tua nobilitas, quod non minus, quam Orientis Reges, obligatur ad similia; & maiora, in communis hostis destructionem, pro viribus impendenda; & de hoc nos, ac ipsos simul, & totam Ecclesiam letam, & consolatam reddes, eosdemque quantocius ad nos remittas votine expectes. Commisimus autem praedicto Fratri Ludouico, vt nostro nomine Celsitudinem tuam redilat certiorer, nos in omnibus Mantuae ordinatis, promptis, & paratos sine defectu futuros, quantum ad nos attinet, quin etiam vltra ea, quae ibi conclusa sunt, & nos concernunt, omnia nobis possibilia in DEI laudem adhiuemus. Datum Rome apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominice millesimo, quadringentesimo, sexagesimo primo. Pontificatus nostri, Anno 3.

II. Afianorum Oratio.

luere praedicti Oratores ad Philippum, & in publicum Auditorium introducti. Omnes alterius causam ore in hunc modum perorarunt. Ecce Magi ab Oriente venerunt, ad stellam, quam videntur in Occidente. Si hodierno die, Christianissime Principes, de priuatis rebus, aut parum necessarijs essem apud Dominationem tuam verba facturus, non auderem profecto sine animi commotione quadam, aut fortitudine dicere. Non enim ignarus sum, quanta tuae Celsitudinis diuina sapientia totae terrarum orbe celebrata, ac diuulgata, & mea reuerentia minime sum oblitus. Ceterum, quoties breuis huius nostrae orationis necessitatem, & sanctissima Religionis utilitatem considero, toties animi timorem, atque formidinem abijcio. Vellem nosser religiosissime Princeps, vt dignitati, & magnitudini rerum de quibus in praesentiarum agitur, par esset oratio, atque ingenium. Sed quoniam necessitate muneris mihi iniuncti id recitare non potui, fretus incredibili benignitate, ac sapientia Dominationis tuae, quae acumen ingenij, ex paucis multa percipere solet, vicinque potero, dicam; & dicam breuius, quam tanta res dici possit. Quid scilicet afferant, quid petant, hi clarissimi Orientalium Principum Oratores, quos apud Dominationem tuam aflare vides, & tuam praesentiam augustissimam intueri, Magnificus Dominus Michael de Alguri, Orator serenissimi Domini David Imperatoris Trapezundarum, Excellentissimus Consul Nicolaus, Orator Georgij Alexandri, magni Regis Persarum; diligentissimus in rebus agendis Mahometus Mahometista, Orator Asserimbrech Turcumani Regis Mesopotamiae infidelis; Serenus miles Custodam, Ora-

tor bellicosissimi Gorgora, Ducis Georgiae; litteratissimus Morathus Verbrecti Armenia Minoris Orator, & imprimis religiosissimus Pater, & Dominus, Dominus Frater Ludouicus Patriarcha Antiochenus, Orator sanctissimi Domini Nostri Papae, qui quoniam ab ineunte aetate in regionibus Orientis versatus sit, tanto vsu rerum diuinarum, & humanarum pollet, vt consilio, & auctoritate sua (quae plurimum pollet) apud illas exteras nationes effecerit, vt omnes vniuersalem pacem, & vnitatem amplecterentur, & huius Legationis potissima causa fuerit. Sed quia propter moram diuturni temporis, quo apud illas gentes versatus est, non rectè tenet vsu, & consuetudinem Latini sermonis, licet in alijs linguis sit peritissimus, & ipsi Oratores, sint Latinae linguae prorsus expertes, idcirco voluit, & mandauit, vt ego vice omnium mea voce, Latine eorum sententiam explicarem. Mihi verò causam aduentus eorum apud Dominationem tuam diligentius consideranti, nimirum illud Euangelicum dici posse videtur, Ecce magi venerunt ab Oriente, ad stellam, quam videntur in Occidente: non aurum, non thus, non myrrham, quae caduca sunt, afferentes, sed alia quaedam multo maiora deferentes, pacem scilicet & vnitatem cum Occidentalibus denunciantes, Christianos, ad communem Fidei nostrae defensionem, & amplitudinem exhortantes, & te ad decus, & ad gloriam, ac immortalitatem tuae domus Illustrissima excitantes. Ad stellam veniunt Occidentalem, hoc est ad tuam Dominationem, quae cum Fidei lumen Christianissimum semper extiterit, cum verò istis diebus tanto splendore effulset, ad Orientem vsque corruscans, tum sanam peruulgatissima omnium gentium, & nationum, tum praedicatione Reuerendissimi Domini Patriarchae, vt Orientales Principes, & nationes illuminans, noua consilia inire, nouaque res moliri pro amplitudine sanctissime Fidei Christianae docuerit, & Oratores suos clarissimo lumine ad tuam vsque praesentiam augustissimam perduxerit, & (vt speramus) amplissimo lumine vniuersum Orbem illustrabit. Non enim casu, aut repente quodam consilio, vel temeritate aliqua ducti, hi Oratores ab Illustrissimis Principibus eorum, & populo misse veniunt ad D. Tuam, sed naturae deliberatione, & diuina dispositione ductantur. Nam quemadmodum Magi isti ab Oriente ad SALVATOREM nostrum DEVM verum, & auctorem Religionis Christianae peruenerunt, initium ipsius surgentis fidei significantes; sic ex eisdem regionibus Principes, ad te Dei nostro verum inuitatorem, pium, pacificum, & religiosum Principem, Patrum, & Conservatorem illius Sanctissima Fidei confugiunt, proclamant, & inuitant, vt pro vetusta consuetudine tua vnâ secum non solum illam tuearis, quae à barbaris ignominiosè vexatur, & laceratur, sed exornare, & amplificare velis, & domum Sanctam Hierusalem à sedissimâ infidelium seruitute liberare: quemadmodum eam, superioribus temporibus à religiosis viris colit, inhabitat, atque curasti. Nam licet nonnulli Principes Christiani (pace eorum dixerim) Regio nomine Hierosolymitano soleant insigniri, tu tamen non verbis, sed re, illum titulum iam pridem tibi attribuisti, ac vindicasti, tum Christianos homines ibi degentes, ac commorantes, opibus, annisque sumptibus sustentando. Sed cum haec luce meridiana clariora sunt, & in ore omnium gentium, & nationum versentur, non ero in praesentiarum in his exponendis occupatus. Veniam ad sanctam, pianque deliberationem Principum Orientalium, quae superioribus annis, cum propter antiqua odia, quae inter se exercebant, acerrima gererent bella, tum auctore, & persuasore Reuer. Dom. Patriarcha pacem, & vnitatem expetierunt, factus, ac ligam omnes iniunxerunt, & tum contra ceteros Christiana Religionis inimicos, tum maxime contra truculentissimum, & immanissimum Turcum Constantinopolitanum, Christiani nominis inimicissimum, adminabili quodam consensu coniuuauerunt, quam facile se liberaturos ab eo hoc tempore pro comperto habentes, si modo ex istis Occidentis partibus, bellum, vel paruum illi moueatur. Cogitantes igitur ipsi Principes diu, multumque, ad quem potissimum Occidentis Principem pro tantâ re peragenda mittere deberent, occurrebat imprimis Illustrissima D. T. N. A. quae multa pro fide, & Christianorum utilitate communi, clarissima, sanctissimaque facinora peregit. Itaque communi om-

Laudetur Dux Burgundiae.



num sententia, postquam rem multoties inter se examinauerunt, communiq; copijs maximum exercitum comparauerunt, nonnullisque Principibus infidelibus, Turci tamen Constantinopolitani inimicissimis secum adscitis, ac confederatis, decreuerunt tandem mittere suos Oratores cum litteris, & numijs ad omnes Principes Occidentis, sed imprimis ad illustrissimam, potentissimamque Dom. Tuam, tanquam ad authorem & principem huius belli felici auspicio gerendi; mandaueruntque ipsi Oratoribus, vt primo denuncient tibi, quid ipsi Principes in Oriente perferant, deinde te orent, & proferantur, vt cum sis sacri Baptismatis fante reuatus, & CHRISTI SALVATORIS nomine insignitus, & inter Christianos Principes maximus, & potentissimus, tanta commoditati tibi diuinitus oblate deesse nolis, immo ad defendendum, & amplificandum Christianum nomen, cum summa laude & gloria nominis tui, te promptissimum, ac benignissimum praebeas. Hac magnanime Princeps oblatio non est proflus contemnenda, nec vilo pacto negligenda, in tanta praesertim animorum, ac gentium omnium Orbis terrarum cupiditate, atque ardore belli suscipiendi, contra impiissimos hostes SALVATORIS nostri IESU CHRISTI, ac violatores gentium, qui Christianum nomen è terra delere, & penitus extinguere omni conatu, viribusque nituntur. Nec aliquid commodius tempus expectare oportet, cum ecce remotissime à nostro climate gentes se offerunt, orant, obtestanturque, (quod nunquam audire, nec lectum superiori tempore possim affirmare) tempus eligunt Orientales, inter tot Principes Occidentis. Te enim omnes Principes, te omnes populi, & nationes occidentarum paruum sequuntur; te demique omnes Christiani sibi vultu pectore, & accincti armis expectant: tantum principio opus est. Adde enim Christianorum omnium animi, quos adiunxit, ad hoc iustissimum bellum suscipiendum sunt parati, atque inflammati, vt si aliquod principium fiet, ingens, & incredibilis hominum multitudo confluet ad militandum sibi fortissimis signis, ac velle illustrissima Dom. Tua. Quid dicam de Sanctissimo nostro Pontifice, Pio Secundo, vt omnibus perspicuum est, ingentis animi, ac sapientia, qui pro suis in Republicam meritis, nunc in terris pro altero DEO colitur? Profecto dies noctesque nihil aliud cogitat, nil aliud molitur, nisi quo modo, qua via, quibus medijs Turcos ipsam immansissimum aggredi possit. Cuius quidem rei testimonio sunt, & clarissima Legationes, quas vt primum Pontifex Maximus declaratus est, ad omnes Orbis terrarum Principes & nationes diligentissime misit; & ipse praeter valetudinem suam, asperissimo hyemis tempore dimissa Vrbe Mantuam se contulit, quod facilius celebrato ibi Concilio, comparatisque singulorum Principum, & popularum copijs, contra conatus impij Turci insurgeret. Principio itaque opus est. Qui hoc principium faciet, non principium tantum, sed totam rem persequi videbitur. Sed hoc & huiusmodi, illustrissima Princeps Dom. Tua, pro tua singulari sapientia consideranda relinquo. Reuertar nunc ad Oratores nostros: nihil ipsi postulant, non pecuniam, non subsidium regionum suarum, sed vt tu, quem Occidentales sequuntur, ex Hungaria oris, atque confinis Turco Constantinopolitano bellum inferas: ipsi vero Orientales, ex altero latere Turcia, quam Natoliam appellant, ipsum vrgebant, aded vehementissime, vt virtute duorum exercituum ex diuersis lateribus pressa ceruice, manus victas praeberet cogatur. Sed de hoc satis. Nam quod ipsi petant, quid offerant, quid polliceantur, quam etiam res sit facili, si modo aliquod principium iacitur, satis certioratam Dom. Tuam, & litteris, & verbis arbitramur. Itaque ne idem sapius repetendo iures tuas in rebus arduis occupatas videat obtundere, illa consilio praetereo. Illud vero, quod proprium est huius orationis nostra, & votum, ac desiderium omnium Christianorum, minime praetermitto, orare scilicet, & obsecrare, vt animi tui Religionem, ac pietatem erga DEVM nostrum, quam semper in pluribus, difficillibusque rebus ostendisti, nunc gloriosè Princeps, pro Fide, pro Salute omnium Christianorum animam osten-

das. Suscipe patrocinium Fidei Sanctissime. Sentiant, & male experiantur hostes Crucis, potentiam, & felicitatem tuam in re militari. Et vt finem aliquando faciam, cum nullus sit praeter te, cui belli huius gerendi Prouincia sit demandanda, qui pietate, Religione, non minus, quam fortunâ, & potentia, quam sapientia, & ingenio, atque magnitudine excellis, qui demque rei militaris gloria facile omnes superas, qui scis paci imponere finem, & parcere sibi, ac debellare superbos. Incumbe, oramus per immortalem DEVM, defendere Religionem, & Fidem Christianam ab incursibus barbarorum. Vindica sanguinem tot Christianorum, huius sparsum; quod magis dolendum, animas tot fidelium Christianorum in spurcissimam, ac fetidissimam sectam Mahometi prolapsas, atque in posterum ruituras, ad Fidem Sanctissimam reuoca. Barbaricum impetum, ac rabiem inauditam, qua rita ferarum omni humanitate sablata, in Christianos trulentissime sauitum est, compece, atque contene. Neque eo animo, quo aduersus alios hostes pugnare soles, sed cum indignatione quadam, atque ira, veluti si seruos tuos contra D. Tuam exurgere videres. Viscere etiam aliquando Princeps iustissime, tantam ignominiam immisissam populo Christiano & SALVATORI DEO nostro, in direptione inelyte olim Vrbs, & nunc infelicissime Constantinopolis. Expugnata enim, & in seruitutem redacta ipsa Vrbe, quamam sedissime, ac crudelissime gesserint cruces canes, quantas caedes perpetrarint, quantum error innocentium manauerit, dictu incredibile est. Homines partim trucidati, partim acerbissimo seruitutis iugo subacti sunt; templa DEI religiosissima polluta, & retro Mahometi ritu data; Sanctorum statua in frustra diuise: Imagines vero in parietibus depictae, partim luto, partim stercore deturpatae; & imprimis ipsius Beatae VIRGINIS, & MATRIS DEI, vt fide digno testimonio acceptus est, imago prob ne sal ignominiose tractata: altaria diruta, reliquiae Martyrum porcis obiecta, Sacerdotes occisi, Matrona, & puella, ipsaeque Sacrae Virgines ad stuprum raptae: Nobiles Urbis inter vna, & epulas ipsius Turcorum ducis crudelissime ingulati; simulachrum SALVATORIS nostri in cruce pendens, in derisionem, atque contemptum. Spito, luto, ac foeditate deturpatum, iactatumque. O fides, o pietas, quis hoc credit? Sunt tamen, & haec & multo nefandiora in opprobrium fidei nostrae ab illis canibus gesta; nec quicquam augenda crudelitatis causa confectum est, sed sic se res habuit, vt ab his, qui tantis facinoribus interfuerunt, fideliter est relatum Sanctissimo DOMINO nostro, Summo Pontifici, & sacro Collegio Cardinalium. Sed quid vetera recensemus? Quasi desit aliquid indignum recenter, & nudius tertius ab ipsis perpetratum. Quotidie de Christianis triumphant, nouas villas, oppidaque nanciscuntur. Non enim contenti sunt victoria miserrime vrbs Constantinopolis, vbi contra nos, saepe superbe imperant, crudeliter dominantur, sed in nos nephanda dictu moluntur, noua consilia in pectore suo volunt; atque proprium sibi constituunt Imperium, leges commutant, & nouas sanciunt, omnia diuina, & humana iura peruertunt atque contaminant; CHRISTI vero cultores, & eius morte, ac Sanguine redempto, ad decus, & ad libertatem nati, animo, quo victi esse solent, quam turpissime, per vim, per arma, sub seruili, atque intolerabili iugo premuntur. Quas ob res iniucissimè Princeps, si contra furor, & rabiem insurgas, primum à DEO immortalis, cuius res agitur, supra quam humanâ linguâ dici possit, mirum in modum glorificaberis: deinde amicis tuis, & his, qui pro tua Celsitudine te colunt, & obseruant charior efficietis: inimicis vero tuis, si qui fortasse sint, terrorem, & formidinem non paruum incuties. Denique nihil DEO acceptius, nihil in terris praestantius, & maximo, Christianissimoque Principe dignum, agere potes, quam omnia missa facere, & omni cura, & cogitatione de vniuersa republica Christiana bene mereri. Omnes profecto CHRISTI cultores, qui sunt, quique futuri erunt, vt grati, vt memores, vt iure optimo esse debent, gloriae, &

III. Oratores Hispanorum pro facere apud Europaeos.

Minorita Ludouicus eorum ductor pro fugis Thomae autem Palaologus honore à Pio PP. excipiatur.

IV.

potentia tua sauebit, & quod Republica Christiana tantum praesidij, in tanto, ac tam communi bono ostenderit immortales, atque ingentes tibi gratias habebunt, nomenque tuum ad sidera tollent. Adde etiam, quod si iuxta Philosophorum sententiam omnibus, qui patriam conseruauerint, adiuuerint, auxerint, certum est in celo definitum esse locum, vbi beati sempiterno auro fruatur, quid tibi pissimo, ac Christianissimo Principi, praemaximo, atque amplissimis meritis in Republicam debebitur? Profecto immortalis, atque simul perpetua vtriusque vite premia tibi comparabis: & stella, qua in Occidente clarissima visa est, qua semper in fide Christiana resplendit, Orientales illuminabit, & Oratoribus iter ostendet, & perenni lumine vniuersum terrarum Orbem illustrabit, per infinita seculorum secula, Amen.

Ita apud PHILIPPVM Burgundiae Ducem dixere. Inere & in Galliam, & apud Regem Franciae fuere: Inere & per Italiam, sed nihil praesidij inuenere. Omnes eius rei curam, pro qua verba fecerunt, ad Pontificem remisere; tamquam eius esset, etiam sine ope Regum, Turcas cuincere. Corrasere tamen mendicantes, non paruum pecuniam, quo tempore multa ad Pontificem delata sunt, quae suspectam eam Legationem reddiderunt: LVDovicvm mendacem & deceptorem esse, quastus causa venisse cum eo, viros ex Oriente, qui se Regum Oratores assimulassent, falsasque Principum litteras attulissent. Et iam LVDovicvs mandata Pontificis contempserat, qui se quocumque locorum venerat, appellari Patriarcham iusserat, & honores, qui sibi tamquam Patriarchae deferebantur, percupidè acceptauerat. Constat quoque eum, & in Hungaria, & in Germania eas dispensationes fecisse, quas nec Legati de Latere, absque mandato specialia iussu fuissent admittere: ob quas res reuerso ex Francia, non idem sibi, neque Legatis fauor, qui prius ostensus est. Reprehendit eum Pontifex, qui mandata Apostolica neglexit, nec habuit, quod responderet. Verum ea tantum animaduersione multatus est, quod Patriarchatus litteras handquaquam obtinere potuit, parumque abfuit, quin recluderetur in carcere. Perperit Pontifex non tam sibi, quam sociis, quos adduxerat. Incertum enim erat, vtrum veri Oratores essent, an falsi; atque ob eam causam, pecuniam pro reditu eis elargitus est. LVDovicvs eos secutus, cum Venetias appulisset, ab ignaris quibusdam Episcopis, & in Sacerdotem, & in Patriarcham consecrari obtinuit. Quod cum Pontifex rescisset, Patriarchae Veneto scripsit, vt deceptorem in vincula reciperet. Ille à Duce Veneto praemonitus, propter fugam arripuit: nec postea, quo perueniret, aut quid egerit, vel ipse, vel Comes eius, auditum est. In his scilicet, quae longinquiora sunt, multa fallendi occasio patet, & raro veritas inuenitur. Orientalia deinceps & Transmarina Pontifici suspecta fuerunt, ea praesertim, quae viri egentes, & fame obcurioris artulere. THOMAS Palaologus interea CONSTANTINI vltimi Graecorum Imperatoris frater, à Turcis Imperio deiectus Romam venit, dimisso apud Anconam praefoso Beati ANDREA capite, de quo postea vno loco dicemus. Pontifex profugum benignè excepit, miserisque nobilissimi sanguinis, mansuetum eum adibus SANCTI SPIRITVS, non procul à palatio, & in sumptus mensuros, trecentos aureos constituit. Cardinales ducentos addidit, cui & rosa aurea in die DOMINICA, quae inde nomen habet, donq; data est, qui honor nobiliori cedit.

In ea Quadagesimâ, Pontifex in Collegio de creandis nouis Cardinalibus verba fecit; inter eos,

qui Senis creati fuissent, nullum nominatum ex Ultramontanis, nisi Praepositum Salzburgensem, quinondum publicatus esset. Italis tantum id honoris concessum; indignam rem videri nationibus reliquis: Gallos, atque Hispanos, quasi contemnantur, agrè hoc ferre: ROMANAM ECCLESIAM vniuersalem appellari, quae Orbem iudicet vniuersum, Matrem, ac Magistram fidelium; ad eius consilium ex omnibus Christianis Prouinciis, viros excellentes accersiri oportere; qui mores omnium calleant: Comitiam iam adesse creandorum Cardinalium, quae vocant Quattuor tempora: Consulere in medium, quinam ex Ultramontanis regionibus, idonei tanto munere censerentur, & quot creandi videantur. Horruere Cardinales creandorum Cardinalium audita mentione: quibus nihil augmento molestius erat, paucitate gaudebant.

Respondentes ergo Pontifici dixere, se plures esse, quam oporteret; numerositate ipsa dignitatem vilescere, nec Prouincias multos optare Cardinales, quibus essent oneri, Commendationes beneficiorum Ecclesiasticorum plurimas obtinentes. Si consilio opus sit, satis in Collegio consilij. Si Legati mittendi sint, neque illos deesse hortari, orare, supplices petere, praesentibus Cardinalibus, ne plures adderentur. Pontifex, non posse Regum, ac Principum transalpinorum, se preces effugere aiebat, nec sui honoris esse, nationes externas praeterire. Diu res in Consistorio agitata est, cum Pontifex ordinatio noua incumberet, Cardinales resisterent. Tandem conuentum est, ea lege superfedendum esse, vt in NATALITIO SALVATORIS, si videretur Pontifici, necessaria creatio Cardinalium, gererent omnes eius sententiae morem: de numero & personis tantum suffragia exquirerentur. Quod decretum sub anathematis poena iussit Pontifex secretum esse, effereatque praeter ROMANVM PONTIFICEM, nullum posse absolueret. Dimisso Consistorio, interrogati Cardinales, quidnam esset actum, nulla ab his extorqueri certitudo potuit. Coniecturis vsi, qui magni secreti impatientes erant, alij nihil actum esse aiebant, alij hos, aut illos creatos asserabant, Gallia sua causa fauorem, frequentes litteras ad amicos misere, quibus Pontificem collegij impotentem affirmare, exautoratum irrisui esse atque contemptui qui Cardinales admixtus creare nouos, non fuerit auditus.

Per hoc tempus IACOBUS PICININVS in Aprilis hiemabar, crebris excursionibus, FERDINANDI partes infestans. MATTHAËVS CAPVANS, qualiquando sub eo militauerat, egregio vir corpore, & animo forti, eam prouinciam pro FERDINANDO gubernabat, multaque oppida, & FRANCISCO HORTONENSIS, & Iosiae Auiensis Ducis armis abstulerat. Is cum PICININO saepe congressus, in fugam eum conuertit, ostenditque magistro, non esse discipulum contemnendum, inanemque famam, quae PICININVM assumeret, inuictum. Inter haec FERDINANDVS Rex, vt Pontifici Maximo pro suscepto, defensoque regno Neapolitano, gratum sese ostenderet, Ducatum Sinuesanum, ANTONIO nepoti tamquam deuolurum commisit. MARINVS enim prodicionis, maiestatisque reus id dignitatis amiserat. Verum possessione eius in multis annos non excidit, saepe inuasus, forti animo se defendit. Non semper in bello cadit, qui cecidit in iudicio. Illius victoria domina est, huius ratio, quamuis & aliquando iudicia claudicant.

Novos Card. creare statuit Pius PP.

V. Picininus superatur & Ferd. Pio PP. gratus.

VI. Terracinenſes ad Eccleſiam redeunt.

Præſquam Romam rediret Pontifex, Terracinenſes ciuilibus actiſque diſcordiſ, tumultuare inter ſe ceperrunt. Deſperantes enim res Ferdinandi, ſecundari poſſe, cuius apud Sarnum vires cecidiſſent, alii Gallorum, alij Eccleſiæ præſidium implorabant. Vicin pars Eccleſiaſtica, & præſquam Galli ſuis opem afferrent, Ciuitatem Eccleſiæ nomine percunxit, cepitque arcem oppugnare, in qua erat FERDINANDI præfectus, miſiſ ad Pontificem Legatis, qui opem redeuntibus ad Eccleſiam poſtularent. Nam Terracina iuris Eccleſiæ fuit. Alphonſus eam Eugenio Quarto, partim deditibus ciuibus, partim per arma ſurripuit, nec reddidit facta pace. Pius approbato FERDINANDI regno, ita dimiſit, vt poſt duo laſtra, ad Eccleſiam rediret. At cum iam ſuo pre ingenio à FERDINANDO deſiciens, proprium reperiret imperium, non cenſuit Põtifex recuſandam; moxque ſui corporis cuſtodes quibus præfectus erat, IOANNES cognomento Pazaglia, vir ſtrenuus eo tranſmiſit, qui deſertem fe ciuitatem pro Romana Eccleſia reciperent, atque aduerſus vim, ſi qua ſingueret, ruerentur. Iam Comitit Fundorum filius BALTHASAR Marconii Comes, deſectionem Terracinenſium acceperat, collectiſque repente copiis, montem, qui vbi ſupereminet, inuaſurus, mania conſcenderat, & occurrentes extra portas ad pugnam ciues, in fugam conuerterat. Nec dubium videbatur, quin ciuitas intra horam, hoſti diſcipienda traderetur: cum ſubito accurrens Pazaglia, præſidiumque reſtaurans, victoriam hoſti præcipuit, fugatoque procul Marconio, ECCLEſIÆ ciuitatem, ciuibus vitam, ac fortunam ſeruauit. Præfectus arcis ſpectata Marconij fuga, ſuum ſalutem pactus, locum tradidit. Id egre FERDINANDO fuit. Nec Mediolanenſium Dux æquo animo tulit; veritus, ne regni rebus officeret. At PIVS ſuam potius ciuitatem eſſe voluit, quam Gallorum, neque iniquum putauit, deſcipientes à FERDINANDO Terracinenſes recipere, cuius pater ab Eccleſia, deſicientes recepiſſet. Terracinam præſici Auſtram vocauerit: ea Volturnum caput fuit, nunc ROMANÆ ECCLEſIÆ maritima loca claudit, qua Fundoſitur. Infero mari adiacet, non procul à Cyrcæo monte, fabuloſis Poëtarum carminibus memorabili. Rupes altiffima, viti lapidis exciſa manu, viam montes intræ aperuit, & mare. Spelunca in ſummo eſt; Peſſulum montanum appellant incolæ: iter ad ſuumum per coeleas ferro factas, in lapide patet, vniſ hominis capax. Illic cuſtos habitat, qui veſtigial à tranſeuntibus exigit, facile negarum tranſicum, qui ſoluere recuſauerit. Captura huius ciuitatis Antonis admodum nocuit: verum Pio nunquam tanta nepotum ſiſt, quanta hodiè cura. Quar hodiè Campania appellatur, & APOSTOLICÆ SEDI parat, duas habet portas; alteram per Terracinam, alteram per Ceperanum. Vtraſque ROMANIS PONTIFICIBVS patentes eſſe, exteris gentibus clauſas, pernecellarium eſt, ſi Romanorum peccata ſaluare oportet: quod procurante Pio factum eſt.

VII. Portum Cornetanum, & gradus Baſilicæ S. Petri renouat Pius PP.

Cornetani Tuſcia populus, hoc tempore Pontificem aduenies, ſuas opes ex frumento eſſe dixerit, quod Genuenſibus, ceteriſque nauiticam exercereſcentibus, vendere conſueuiſſent, ad alienas prouincias deſerendum: grande inde veſtigial, Aſtolicum aratum accipere; grandius accepturum, ſi portus, vbi propinquus conſtitueretur, cætearum capax nauium: veterem, quo vterentur, minoribus tantum nauigijs conuenire, qua ſtante Auitro tæni non poſſet: eſtodiendum magis, & amplianda eſſe, muro cingendum,

& muniendum turribus: nauarios ſe rei operam; orare, ne in opere tam neceſſario dimitterentur. Pontifex, cui noua, & vilia cordi eſſent, veſtigialium partem in id operis conſtituit, & turrim præcipuam ſub aquis fundatam, inque lucem productam, vna cum fundamentis, ad reliquas ſtucturas breui apexit. Incolæ Vereris ciuitatis, quæ de ruinis Centumcellarum extat, & portum habet egregium, & arcem muniſſimam manibus carebant. Ad hæc conſcicienda rogatus Pontifex, pari modo portionem veſtigialis contribuit, & opus abſolutum vidit, muros altos, & ipſos, qui oppidum cingunt. Corruerant ſub Calixto Pontifice marmoræ gradus ſcalæ, per quos in adem Sancti PETRI aſcendebatur: vetuſtas marmoræ ipſa corroſerat, & diu calcata contriuita: aded nil reſiſtit æuo. Pontifex magno ſumptu inſtaurauit, ſcalatque ipſas commodiores, pulchrioreſque reddidit, & ſtatuis adornauit, marmoribus candidiſſimis ex Lyguiræ montibus aduectis. In Quadrageſima, quæ ſibi tertia fuit, grauiſſimè ægrotauit, pedes, manus genua, & que omnes ferme artus obſidente podagra: vt tamen icium omittet, numquam impetrari potuit.

Inter hæc Baſileenſem Episcopum, cenſuram Apoſtolicam contemnentem, datis litteris admoſuit, & ad ſeruandum interdictum, propter Sigifmundum Auſtriæ Ducem lanum, hortatus eſt, hoc renore.

Pius Papa II. Venerabili fratri noſtro N. Baſileenſi Episcopo.

Venerabilis frater. Salutem, & APOSTOLICAM benedictionem. Intelleximus diſplicenter, quomodo non obſtante, quid SIGISMUNDVS ex Auſtria Principibus propter inſandum, & notorium ſacrilegium, in perſonam dilecti filij noſtri, NICOLAII tunc Sancti PETRI ad vincula, Sanctæ ROMANÆ ECCLEſIÆ præſbyteri Cardinalis, Episcopi Brixinenſis commiſſum, in excommunicationis, & alia iuris horribiles, ac ſatis declaratas penas, cum complicibus, & ſatellitibus ſuis incidere, per noſque talis (vt noſſe debuisti) declaratus exiſtat, poſto, vt oportuit, Eccleſiaſtico interdicto in omni loco, ad quem acceſſerint: Tua tamen fraternitas, eundem SIGISMUNDVM, & ſuos, vt præſertur, ſicque tenetur, non deſerit, nec etiam (proh dolor) interdictum ſeruet, ipſoſque innotatos tremendis cenſuris, non ſolum non denunciât, quinimo ſe ad tractandum inter ipſum & dilectos filios confederatos inuoluit, non aduertens, quod per hoc maxime DEVM offendiſ, cenſuraſque & huius APOSTOLICÆ SEDI autoritatem contemnens, libertatem Eccleſiaſticam paripendiſ, & contra præſtitum per te conſecrationis tempore iuramentum venis, proprio honori non parcis, clericiſque tuis prophanas irregulares exiſtens, diuinis contra Eccleſie ordinationem ſe temerè immiſcet. Quam grauiâ quidem iſta ſint! non ignoras. Mandamus igitur per præſentes tua fraternitati, & diſtricti per præſtitum iuramentum requirimus, quatenus ab omni dicti SIGISMUNDI, & ſuorum conſeruatione, atque tractatu inter ipſum, & dictos confederatos proſus abſtineas. Interdictum autem iuxta noſtrarum ſuperinde litterarum continentiam, inuolubiliter teneas, & reneriſ facias: ſecus faciendõ, contra tuam fraternitatem, tamquam ſacrilegum dictorum ſacrilegum, & APOSTOLICÆ SEDI, ac noſtri, innoce DEI contemptricem noſ iſte ſentias prouocatos. Datum ROMA, apud Sanctum PETRVM, ſub anno Piſcatoris, die decimo Ianuarij, milieſimo, quadringentiſimo, ſecſageſimo primo. Pontificatus noſtri, anno tertio.

Faciebat Pius, reducendo ad obſequium, & ad permiſſionem Sigifmundo. At is obſcurauerat, obdueraturque, non minus quam Sigifmundus Malare-

VIII. Episcopi Baſileenſem ad ofſcium hortatur.

IX.

Anathe- ma ſi- quos ſere Pius, & Regem Gallia hortatur

Ita. Ergo Pontifex liberatus ab illa, qua diximus ægitudine, præter opinionem vulgi, quinta feriâ maioris hebdomadæ, in publicum apparuit, amboſque Sigifmundos excommunicauit: Auſtriamque propter vim Cardinali S. Perri illatam; Malareſtam, qui cenſus Eccleſiæ Romanæ debitoſ diſſoluere neglexiſſet. Regem etiam Gallie Carolum, in materia Episcopatus Tornacenſis, de quo ſuperius diximus, acerbius tibi ſcribentem, modeſtia, atque officij admonitiſ mulq; vt Pragmaticam ſancionem abrogaret, hortatus eſt, hiſ litteris. Apoſtolicâ planè libertate ſcriptis. Digniſſimæ ſunt eſt, qua legantur.

Pius Episcopus, Seruus Seruorum DEI, chariſſimo in Chriſto filio, Carolo Regi Francia illuſtri Salut. & Apoſt. Benedic.

Niſi tua ſignata manu, & tuo fuiſſet impreſſe ſigillo, numquam tuam putauimus epistolam, qua tuo nomine Michael Secretarius tuus, noſiſſimè ad nos detulit. Multa enim continet, qua à tua prudentiâ, & tuo ſcribendi more, videntur aliena. Sed neque porritor, neque ſignum, neque ſubſcriptio patitur, vt cuæ litteræ eſſe dubitemus, qua tamquam ab te miſſa reddita ſunt. Eas ob res cogimur reſpondere, & noſtram excuſare innocentiã. Neque enim nos ſumus, qui vel tuam Serenitatem, vel alium quempiam; odio proſequimur, aut odij cauſa quicquam agamus. Nos quidem tuam manſuetudinem ſemper amauimus, ſemper magnificauimus, ſemper obſeruauimus, cum propter maiorum tuorum gloriam, & magnifica geſta, tum propter modeſtiam, & religionem, quaſ in te ſitas didicimus. Neque ſane vnuquam in animo noſtro fuit quicquam agere, quod tibi, aut incommo- dum eſſet, aut moleſtum: Sed aliter tibi perſuaſum eſt, vt ſcripta tua oſtendunt, tam nobis, quam ſacro Collegio noſtro directa. Ignorant hiſ diuina bonitas, qui talia ſuggerunt: quorum magnum eſt peccatum, ſumma iniquitas, mala mens, malus animus. Illorum eſt, qui tuam Excellentiam aduerſus nos irritare, aut commouere nituntur. Similes illi ſunt, qui filium tuum à te alienauerunt. Iſi enim carnalem patriſ filium abſtulerunt, hi vobis ſpiritualem auferre nituntur. Sed minime ob- uidebat, ſi tuam conſtantiam, & moderationem retinebis, & noſtris vocibus auſcultabis, qua non tam noſtra ſunt, quam Dei, & filij eius Ieſu Chriſti, cuius Vicariatum non noſtris meritis, ſed ſua diſpenſatione in terris gerimus. Audi ergo nos ſi, & in charitati accipe ea, qua ad tua ſcripta reſpondimus. Scribis de Tornacenſi Eccleſiâ, ad quam tranſlatum eſſe Tullenſem Episcopum, haud æquo animo ſer- uatiſque tibi iniuriam factam, quod preceſ tuas non exaudi- uerimus, qua pro Cardinali Conſtantiæ, ad nos porrexiſti: & plurima ſubiungis, qua paſſo poſt capitulatum attingimus. Sed præſquam hoc agimus rem geſtam accipe. Sic enim & tua, & noſtra cauſa melius cognoscetur. Euerunt Oratores tui, vel hiſ, vel ter præſquam vacaret Eccleſia Tornacenſis, dixeruntque, noſtrum antecellorem, Eccleſiam ipſam ſue diſpoſitioni reſeruaſſe, vt contingente vacatione illi prouideret de perſona tibi acceptâ, petieruntque, vt nos idem eſſiceremus, cum tua Serenitatis plurimum intereſſet, in ea ciuitate, que tua eſſet, Episcopum præſidere, tue Maieſtati fidum, & acceptum. Idem egere nobiſcum Ducis Burgundia Legati non ſemel, ſed iterum, atque iterum, dicentes, diceſim Tornacenſem ſerere totam, & redituum maximam partem, in poſſeſtate ipſius Ducis conſiſtere, ad quem magnopere per- tineret, Episcopum Tornacenſem eum creari, qui ſibi amicus, & charus eſſet propter magnas, & opulentas Flandriæ ciuitates, vicinas Angliæ, in quibus ſtatuſ ſui robur continetur: adijci- entes, retroactis temporibus, maxime à LXX. annis citrà, numquam in ea Eccleſia præſuiſſe, qui non ex charis Ducis Burgun- die fuiſſet: & quod vnus aliter promotus ab Eugenio, tandem tranſlatuſ extitit ad Eccleſiam Narbonenſem, cum pace illic potiri non poſſet. Intelleximus rem vtrumque arduam, & per- plexam, nec vel tui, vel Ducis Oratoribus quicquam certi pro- miſimus; ſed negantes noſtri mori eſſe pro alio, non nominatim Eccleſiam Cathedralis reſeruaſſe, & ſpondimus, contingente

vacatione, nos Eccleſia illi ita prouiduros, vt nulli cauſa que- reſe, merito eſſe debeat. Cæmque tui Oratores pro Conſtan- tienſi Cardinali reſeruari Eccleſiam petereſt, Burgundi ve- ro pro Episcopo Traiectenſi, diximus à parte, nulli duas Ec- cleſias commiſſuros, prout ipſi eſſlagitabant. Hac ſunt pro- miſſa noſtra, hac acta nobiſcum ſunt ante vacationem; erat- que noſtrum deſiderium, vt numquam hæc vacatio noſtro tem- pore intercederet, cum videremus abſque turba, & moleſtiâ huic Eccleſiæ prouideri non poſſe. Verum nobis Senas ex Man- tua reuerſis, reddita ſunt authentica ſcripta, & mandata, per que Tornacenſis, & Tullenſis Episcopi, ex iuſtis cauſis, deſi- derabant inuicem Eccleſias ſuas reſignare, & ad alteru- tram tranſferri. Admiſimus nos reſignationes, & tranſ- lationes ſecimus de Fratrum noſtrorum conſilio. Deinde cum Verberij eſſemus, antequam translationes prædictæ eſſectum ſortire fuiſſent, nunciatus eſt nobiſ obitus Episcopi Tornacenſis. Commiſimus cauſam, vt ſit, vni Cardinali, & facta eſt relatio in Conſtorio; libere, & graniter, omnes Fratres noſtri ſententias ſuas dixere: placuit omni- bus Tullenſem Episcopum, ad Eccleſiam ſic vacantem tranſ- ferri. Nihil ſine conſilio, & maturâ ſine deliberatione Fra- trum egimus; omnia eis aperuimus, qua vel tui, vel alij Ora- tores in hac cauſa expoſuerant, quamquam cuncta per ſeſe noſſent: ſecimus hanc translationem ſuadentibus Fratribus, quorum aliqui affirmauerunt, Tullenſem olim Episcopum, tua Serenitati, & fidelem & acceptum eſſe, ac per eius medium tibi, & Duci Burgundia complacitum iri. Cæmque pater ille antiquus, qui multis annis cum laude Tornacenſem admi- ſtrauit Eccleſiam, in extremis vita, ſponſa ſua de hac perſonâ prouidendum eſſe cenſeret, non videbatur eius vel votum, vel conſilium ſpernendum. Fecimus ergo hanc prouiſionem; nec vidimus, aut Fratres noſtri viderunt, penſata loci, & temporum qualitate, vt ilius poſſe prouideri. Quod ſi hæc tua Serenitati non placent; non eſt tamen, quod ea in tuam contumeliam facta eſſe diuides; cum nos te amemus, & honoratum ſemper eſſe velimus. Sed iam ad partes tua e- piſtola reuertamur, eiſque quoad poſſimus, ſatisficiamus. Dicis inprimis te nunquam ceſſaturum, quouſque tua de- precatio exaudiat. Non oportebit, te diu contendere, ſi ea petieris, qua cum honeſtate concedere valeamus. Eſt enim lucrum noſtrum, cum tibi, cæteriſque Regibus iuſta petentibus complacemus. Dicis te loqui, de re tui domini. Iuriſconſulti duplex dominium tradunt, alterum directum, alterum vtile. Ciuitas (vt aiunt) vtroque iure ad te pertinet: diceſis directõ tantum: nam vtile Ducis eſt; quod multi pluris faciunt. Nec tua Excellentia Episcopatuſ hactenus vim fecit, qui in Ducatu Burgundia vacauerunt; quamuis aſſeras, & verè aſſeras, Principatum illum, ſicut & Flandriam à tua corona dependere. Dicis te inſtare pro Cardinali, pro perſona digna, & bene merenti. Nihil contra perſonam eius dictum eſt. Laudamus hominem, & quouis honore dignum, cenſemus, cui Cardinalatus inſignia miſimus, rubrum pileum; quamuis egreſerimus, ſi verum eſt, quod aliqui retulerit, eum ſcilicet in tua Curia non vti Cardi- nalatus inſignibus, quaſi non acciperetur cum honore decenti. Quod ſi ita eſt, decet tuam Excellentiam, qua dicis ſe Cardina- les amare, in hac re ita prouideri, ne dignitas Cardinalatus in tua Curia minor, vel abieſtor, quam in alijs videat- tur.

Dicis non decere, Cardinalis pati repulſam. Non pa- tnetur, ſi ea petieris, qua abſque alterius iniuria, cum Dei beneplacito concedi poſſunt. Dicis Eccleſiam fuiſſe reſerua- tam, & rem hæc à prædeceſſore noſtro Calixto præcon- ceſſam. Cum Calixtus obiit, omnia eius promiſſa interie- runt. Si vixiſſet in hanc diem, tibi mor geſtus eſſet: nunc de eo nihil poſſumus iudicare. Sciunt docti, reſeruationes ſuas, ad noſtra tempora non extenſis. Dicis Oratores tuos impatienter à nobiſ audireſ fuiſſe, & vacuos remiſſos. Sæ Legati noſtri ita in tua Curia benigne viderentur, & au- drentur, ſicut tui in noſtra, multo frequentius, quam ſaciunt. Nuncij noſtri ad te accederent. Sed tui quoties volunt die, no- ſtuque adeunt, & que volunt, dicunt: noſtri vixiſ pluribus



in mensibus copiam habent, nec à suis Curialibus benigne visuntur: quamquam tua maiestas in omni audientia modesta est, & perhumana. Nescimus, quis ille est, qui se dicat à nobis impatienter auditum. Duo Cardinales ex tua ratione interfuertur; quanda plerumque in hac re Oratorem audiuimus; Rothomagensis, & auinionensis. Ipsi testari possunt, quia vsque in finem cum omni mansuetudine hominem audiuimus: quamquam respondendo aliqua eius verba parum moderata reprehendimus. Remissimus illum vacuum in petitione tua, sed plenum in suis. Nam gratias, quas à nobis petiuit, cunctas inturu Serenitatis tua concessimus. Libentius tuas quam suas audiuissimus; sed rei difficultas non pariebatur. Ille cum satisfacere tibi non posset, satisfecit sibi; in memor. accepta gratia; nos criminatus est. Dicis neque Adrianum CAROLI MAGNI neque LEONEM OTTONIS ita intercessiones renuisse, vt nos tuas repulimus: & quod nemo concesserat Episcopus, nisi laudatus; & inuestitur à tuis predecessoribus. Quid fecissent illi duo Romani Pontifices in hoc casu, nescimus: quid fecimus ipsi, scimus, & facti nostri rationem reddere possumus. CAROLVS, & OTTOK Romanus Imperator fuit, & hoc privilegium à Romana Sede obtinuerant, quod refert, propter ingenia merita, & quia ita tempora possedant, & Arrianorum, aliorumque hereticorum factiones, quas Imperatoris maliciose conterere oportuit. Sed cum privilegium vergeret ad nosam, reuocatum est, & successores illorum Imperatorum, illi renunciauerunt in Conuentu V. Formatiensi. Nam sicut EZECHIAS serpentem anem à MOYSE erectum in creta abstulit, atque conlavit, quoniam idololatriam inducebat: ita & privilegia auferenda sunt, quae propter utilitatem publicam concessa, inueniuntur esse damnosa. Subiungo, quod neque CALIXTUS, neque NICOLAUS, neque alius simile aduersus te agere attentasset eius, quod nos fecimus. De mortuis non est nostrum iudicare, quid facturi fuissent in humanis agentibus. Nos certe aduersus te, nihil ex proposito egimus, nec tibi aduersi sumus; neque acta nostra attentata dici debent, quae sunt, in Senatu Apostolico, in loco quem DOMINVS elegit, in prima mundi Sede, in Beati PETRI auditorio, in ipsius Saluatoris tribunali. Videant, ne ipsi attentatores sint, qui nobis resistunt; & decreta nostra impugnant, & Apostolicis aduersantur mandatis. Dicis propter stem tibi euenisse, quod in re tam honesta aduersantem Romanum Pontificem &c. Vide, quid dicas. Si tu id vis, quod Papa non putat faciendum, non Romanus Pontifex tibi aduersatur, sed tu ei aduersaris; & Patri, ac Magistro tuo contradicis, cuius est de honestate iudicium longemagis, quam tuum. Dicis tandem, ita fieri, vt ceptum est, te non ab re putaturum, aduersus te conceptum odium. Absit à tua bonitate ista haec cogitatio? Quacumque agemus, in iustitie trinita suspendemus, & nos nunquam, aut odium, aut gratia, ex tramite recto deturbabit. Mirre has suspensiones, neque his aures adhibeto, qui pessimum virus tuis auribus instillare conantur. Velis cuncta pensare; neque hominibus sua rei affectis, neque etiam tibi ipsi credito. Audi viros DEVM timentes, & an licet tibi iudicare Sedis Apostolice iudicia, plene cognosces, & intelliges, nihil nos in tuam ignominiam, aut molitos esse, aut moliri vellet. Adhuc tandem bona, & digna bono Regi verba. Absit, inquit, inter quos decreta Patrum, pacem, & charitatem seruari volunt, sanctillam crescere dissidij. Idem votum nos facimus, nec nostra culpa inter te nosque vnquam suborietur dissidium. Facit diuina pietas, ne castam tuam, & piamentem delatores eludant, & ne tibi falsa pro veris ostendant.

Dicis te obsequentissimum, & obedientem Sanctae Sedis Romanae filium. Hic petimus; ne moleste pauca feras patris verba, Audies verba charitatis, & fidei; neque mouearis, si amaritudinis aliquid habent. Dulcia sicut, & suauissima, si bono corde audientur. Dicis te filium obedientem! Parce fili, si hoc parum pernegamus. Si filius

obediens es! cur Pragmaticam sanctionem tones, atque defendis, Eugenius te hortatus est, vt illam dimitteres, quia non est secundum DEVM. Idem petijt NICOLAUS, idem rogauit CALIXTUS. Pres Romani Pontifices, sancti, & venerandi Patres modo Nuncijs, & Legatis, nunciatis te rogauerunt, vt Pragmaticam relinqueres, magni, ac mali in Ecclesia dissidij! tamen nunquam audiuisti in hac parte vocem Ecclesiae Romanae. Vbi ergo tua obedientia, vbi religio? Plus regni tui aliquibus Pralatis, quam Romano Sedi auscultasti. Loquimur cum fiducia, sine felle, sine arrogancia. Amor in te nos ter, loqui vrger. DEVS in terris per se ipsum IESVM CHRISTVM Crucifixum, Apostolicam Sedem erexit, & primum, ac summum tribunal esse voluit. Nulla potestas est, quae huic aequari possit. Haec de omnibus hominibus, ac dignitatibus iudicat, eam solus iudicat DEVS. Non est de grege Domini, qui ROMANVM PONTIFICEM, suum esse pastorem negat. Audi, quid dicas DOMINVS; Quis non colligit mecum, dispergit. Cerro cum CHRISTO non colligit, qui cum Vicario eius non seminat. Pragmatica sanctio, quam tui subditi obseruant, non est ex Apostolico summe, quippe quae neque Apostolica, neque Concilij alicuius Generalis auctoritate firmata est. Nam est decreta alicuius Conciliorum in ea inserta sunt, & Pontificum sanctiones, nihil tamen ita reperiuntur, vt promulgatum fuit: sed vel additiones factae sunt, vel mutilationes: quod Pralatis regni tui facere haudquaquam licuit; & sine damno animarum suarum illis vi non possunt. Tacemus, quod multa laicalibus manibus Pragmatica concedit, quae neque humana, neque diuina iura permittunt. Patere haec dici fili, neque inuitus audias veritatem. Tui aliquando antecessores, Pragmaticam ferme similem ordinauerunt. Videntes id sine APOSTOLICA SEDE facere non posse, abstinerunt. Sequere vestigia maiorum tuorum; & dimitte haec Pragmaticam, quam Christianissimi tui antecessores ignorauerunt. & si quid est, quod reformandum sit in Ecclesiastico regni tui statu, consule APOSTOLICAM SEDEM, qua tuis honestis desiderijs nunquam deerit: atque hoc modo filium te obedientem, & obsequentissimum, appellare verissime poterimus, simulque tibi conlites, & regno. Dicis te nunquam preces porrexisse nobis, nisi honestas. Mutantur tempora, & negandas reddunt multis ex causis: & multa faciem honesti habent, quae diligentius inspecta, iniustitiam continent. Adis te ad iniuriam recepturum, nisi quae postules; impetres. Iniurius eris ipse, si sine causa te passum; iniurias dixeris: & praesertim ab ea Sede, qua mater est iustitia, & aequitatis. Postremo per amicitiam, per charitatem, per pacem, quam erga te seruare debemus, magnopere rogitas, vt precibus tuis ammentes, Tornacensem Ecclesiam, CARDINALI CONSTANTIENSI committamus, & Tullensis Episcopi translationem reuocemus. Non egemus tot adiurationibus, aut tot precibus. Nostra suoptenatura tibi morem geremus, si res ipsa ferret. Sed audiuisti, quomodo res gesta est. Iam Tullensis translatus est ex consilio vniuersi Senatus APOSTOLICI, & sua Ecclesia alter praefectus. Quomodo fieret, quod petis, sine iniuria? Iam verò ed pensum est, vt pariti quaestum iuris: id sine causa cognitione auferri non debet. Quod si (vt Oratores tui dixerunt, & littera tua sonant) praedictum tibi factum putas, & hanc translationem, iure astimas reuocandam, iudicium tibi rectum, aequumque offerimus. Causa haec de maioribus est, & ad SEDEM ROMANAM perinet. Persuade tibi, & nullatenus dubites: si causa cognita, inuenerimus ita esse, vt arbitraris, facile obrimebis ab hac Sede, qua volles; nihil enim magis optamus, quam tua Serenitati per iustitiam complacere. Haec ad tuas litteras. Ad ea, qua Secretarius tuus exposuit, non censemus respondendum. Ea enim dixit, quae de tua mente nullo modo esse putamus. Datum Roma apud Sanctum Petrum, octauo Calend. Aprilis, Anno Incarnationis Dominicae, M. CCCC. LXI. Pontificatus nostri, anno III.

X. Nonnulla militum P. Ferd. Regi.

Dum haec aguntur, dumque Terracinensem defectionem varij, variè interpretarentur, volens animo FERDINANDVS Rex Siciliae, quantum suis rebus ea defectio nocuisset, opinantibus omnibus, ob eam rem subtraeta sibi ROMANAE ECCLESIAE praesidia forte, vnicum eius rei, & valentissimum remedium exitimauit, si ANTONIVS Pij Pontificis nepos, qui iam militiae ascriptus esset, ad se cum copijs mitteretur. Sic enim intellecturos omnes, Praefulis animum sibi non esse aduersum. Missis igitur Romam Legatis, ANTONIVS, vt ad se iret, magnopere contendit. Annuuit Pontifex, vtque nepotem instructorem mitteret, IOANNEM ex familia Comitum Romanorum ei adiunxit, qui paulò antè à Picinino defecerat, egregium copiarum ducem, & Veneto- rum olim stipendijs honoratum. Huic sexcenti equites fuere, ducenti pedites: ANTONIO equites octingenti, pedites quadringenti. His additus est Petrus Summenlis cum pedibus ducentis, equitibus triginta. Haec militum manus, in ipsa maiori hebdomadà, iter in Regnum per medios hostes accepit. Dux Sorae, & Honoratus Caetanus impeditur transitum aggressi non praeuoluerunt. Restabat apud Mignanum difficilior transitus, vbi cohaerentes asperrimi colles, vallem modicam, & angustam relinquunt; angustiore reddere palus, & haec ipsa muro claudabatur. Mignanum oppidum erat nobilium Neapolitanorum, quibus Ratta cognomen indidit. Beneuentanus Archiepiscopus IACOBVS RATA, quem postea PIVS deposuit, ex hac gente ortum habuit. Praesidium hostes imposuerunt, quo prohiberi Antonio transitum putauere, sed longè decepti sunt. Quamprimum IOANNES, & ANTONIVS huc appulere, mox impetu facto, muri obicem dissecere, & aperto aditu illasi transierunt. Vnus tantum vulneratus est, qui paulò post apud Capuanum obiit, ANDREAS LVCCENSIS, IACOBI Episcopi Papiensis, qui postea Cardinalis assumptus est, germanus, nobilis eques; qui dum strenuè magis, quam cautè, pro impedimentis, quae hostes inuaserant, contendit, nondum recepta galea, sagitta confossus est oculum: caeteri alacres in Capuanum peruenere. Eà re cognita, laetitia ingens Ferdinando, fiduciaque accessit, hostibus metus, quibus Pontificis animum haudquaquam immutatum esse constaret. Fama enim vulgatum erat, ob Terracina à Pontifice captam, deinceps nihil ab eo Gallis formidandum esse. Auctus his copijs FERDINANDVS, Scaphatum, Castellum maris, & Turrin Graciam obtinuit, multaque alia hostium oppida, & arces, in Calabria, Apulia, & Terrà Laboris intercepit. Beneuentum, quod olim Samnitum caput fuisse memorant, per id temporis ad Ecclesiam redierat: prius Alphonso paruerat; & ante illum, multos annos vel Regibus, qui praerant, vel tyrannis, FERDINANDVS ex conuentione Pio restituit inuitus, cum alter Regni concessionem obtinere non posset PIVS Rauennatem Praefulem eò transfugerat, qui Vrbem pro ROMANA ECCLESIA gubernaret. Nutabant animi ciuium, & Alphonii odio, infensio filio, ad Francos inclinabant. IACOBUS loci Archiepiscopus, qui esset Andegauenlium partium, dies, ac noctes lustrabat vrbem armatus, & assilulans vereri ne Cathelani per factionem aliquam introuiderentur, seruare ciuitatem pro ROMANA ECCLESIA publicè aiebat; occultè verò cum Gallis sentiens, aperire illis portas adnuebatur. Oc-

cupatio Caudinae vallis, Romanorum olim clade memorabilis, quos Samnites sub iugum miserè, & Rauennatis custodia diligens inuidias auerit. Archiepiscopus, vbi detectam fraudem intellexit, relicta plebe sua, ad fratrum castella confugit, & quasi priuatus homo, & apostata sui Ordinis, dimisso Episcopali habitu, per Gallorum, quibus impense in conuentu Mantuano contra Ferdinandum Regem patrocinatus fuerat, castra discurrit.

Enimverò FERDINANDVS Rex, cum, & Franciscum Baucium, Ducem Andricensem, Legatos Mantuam miserat: vbi IACOBUS praeter fidem, decus, iura diuina, & humana, ministrum se, ac medium exhibuit rebellionis expromendae, quam contra Regem Proceres inierant. Cum variè pugnaretur, ALEXANDER SFORTIA, & FEDERICVS VRBINAS aperto iam veris tempore, apparatus, atque ornatis copijs, eò se profecturas renunciauerunt, quò Pontifex iuberet. Non erat Ducis Mediolanensis eadem sententia, quae Pontificis. Illi optimum factu videbatur, reddita nonnullis factiois Baronibus, Ecclesiae subditis pace, quamcumque optarent, exercitum aduersus FERDINANDI hostes in regnum prope mittendum fore: Sic enim bellum citius finiri posse; eademque Cosmae Florentini opinio fuit. Pontifex, expugnandos ante omnia eos Barones censebat, qui leges, pacis honestas respuissent, nec pugnandum toris, nisi domi pax esset; neque ferendum, vt subditi suis superioribus legeret dicere: ab illis hostes ECCLESIAE in agrum Romanum adductos; ad Vrbs vsque mania, praedas fuisse factas; iustos tenere pacem, atque hostem relinquere, contempisse. Vicit sententia Pii: ambo duces in Sabinum ducentes, dum vix castra locassent, multa in dedicationem oppida receperunt. Tyranni enim, atque oppidani magno belli apparatu perterriti, se, ac sua omnia in manu Pontificis posuerunt. Per amicos supplicem gratiam Pontificis quaesierunt; quibus supplicantibus PIVS pepercit, & oppida nonnulla, vbi vitam degere possent reliquit: sicut tyrannos ad res nouas spectantes, è finibus Ecclesiae bello amouit. ALEXANDER dum ista geruntur, profectus in Aprutios. Populi Comitum ad FERDINANDI obedientiam reduxit, & Comitissam Callani, Sulmonem, Theanum, quam Thetidis vrbem putant, & alia eius regionis oppida, quae nutare videbantur, in officio confirmauit. MATTHEVS CAPVANS Sancti Flauiani oppidum vi expugnauit, castella plurima. Iosia Aquaiua abstulit, Theramum interpesta nocte adiens, adiuantibus exulibus, perfracta porta, ciuitate absque sanguine potius est: IACOBVM PICININVM non iam ad singulare, sed cum vniuersis copijs certamen frustra prouocauit: Montorium oppidum post multam pugnam, in qua Vademonensis Comes inter Gallos nobilissimus, & Ioanni Andegauenli sanguine iunctus, lapidis ictu occubuit, strenuè defendere conatus est. ROBERTVS autem VRSINVS, & ROBERTVS Sancti SEVERINVS Cosentiam ad officium reuocauerunt.

Inter haec Pontifex, rogatus à suis ciuibus, Beata Catharinam Senensem, inter Sanctas CHRISTI Virgines, referre, accito Episcoporum Concilio, qui tunc erant in Vrbe, de uita, & miraculis inquisitione per tres Cardinales facta, qui omnia, quae inuenerant coram reuolere; interrogato conuentu, quid videretur, cum respondissent vniuer-

Iacobi Beneuentanorum Archiepiscopi perfidia.

XI. Catharinam Senensem, Ord. Praed. SS. Cathal. ascribit.

fi, canonizandam Virginem fore; in Basilica Beati Petri suggestum apparari iussit; in quo re diuinâ peractâ, orationem habuit de laudibus Virginis. Eâ finitâ, summo Cardinalium, Episcoporum, Abbatum, & aliorum, qui assistebant, Praelatorum consensu, adhibitis solemnitatibus consuetis, CATHARINAM ipsam in Cathalogo Sanctarum Virginum ascribi mandauit, commemorationem eius fieri quotannis instituit, visitantibus sepulchrum, in quo iacent ossa, in Ecclesia Sanctæ Mariæ super Mineruam, Indulgentias septem annorum concessit; ac canonizationis litteras ipse dictauit, hoc tenore.

Pius Episcopus, Seruus Seruorum DEI, Vniuersis CHRISTI fidelibus, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Misericordias DOMINI, quas in dies largius experimur, non satis explicare potest lingua mortalis. Vincunt humana eloquia, diuina beneficia: nec homini datum est, creatorem suum abundè collaudare; nec si omnes artus conuerterentur in linguas; quomodo ex nihilo creati, de non esse producti sumus in esse; nec, vel lapides, vel planta, vel animalia bruta, sed rationis participes, diuinorumque capaces effecti sumus, ac non solum Angelis, sed ipsi quodammodo inuisibili, & excelsio DEO similes, gloriâ, & honore coronati, super omnia opera eius, imperio potiti. Verum si nos ipsos rebus ceteris comparamus, nulla creatura magis ingrata reperta est, quam homo, si Luciferi, & sociorum eius superbiam praterimus. Solus inter creatura, rebellis DEO ingratisimus homo est: reliqua omnia diuinam pietatem in suo esse collaudant, nec eius unquam preceptis aduersantur. Natura legibus parent, & ea peragunt, ad que producta sunt. Terra ararum patitur, & suscipiens semina, tamquam sub visuris multiplicata reddit, & imperio DEI obediens, culta, atque inculta, humano generi consulit. Saxa in edificiorum vsum recepta: prosto adsum, nec scissa, vel excocta resistunt. Fructificanc arbores in agro videntes, & postquam aruerunt, aut ignem nutriunt, aut ados, restaque sustinent. Quanta herbarum, sine in folijs, sine in radicibus, sine in floribus, sine in feminibus, sine in succo inest utilitas? Quanta in summis commoditas? Quanta in lacubus, & maribus, qua dum nauigia subeunt, inter remotissimas gentes commercia prestant? Quid animalia, sine aquatica, sine terrestria? In omnibus laudatur Deus, dem natura iura capeunt. Elementa, & sidera faciunt imperata. Sol peragit cursum suum, nec prescriptas Zodiaci metas excedit: nec, alieno lucens lumine, suo muneri Luna deest.

Nec errantes errant stelle, certum semper & statutum iter agentes. Omnia in caelo, & terrâ laudant DEVM, & in officio manentia, benedicunt ei, nec legi resistunt imposta. Graua deorsum cadunt, leuia sursum feruntur. Cuncta gratitudinem ostendunt. DEO parant, atque nature, solus homo ingratus, inobediens, ac rebellis inter creatura reperitur est, peruersi Angeli vniuersam imitatus. Ille in caelo superbiens, creatorique similis esse cupiens, in abyssum precipitatus, meditati sceleris poenas dedit. Homo de limo factus, & in terra positus, sua imbecillitatis inmemor, & ipse quoque alta cupere cepit, qui de ligno vescens prohibito, per boni & mali cognitionem, equalitatem cum Dijs optauit, propter quod de paradiso delictarum eiectus, in multas erumnas datus est, & portâ regni caelorum clausâ, mors introiuit in orbem terrarum, que nulli hominum parcat. Quantum filij Adæ ante diluuium aberrauerint, & quam proclâ ad diuinam voluntate receperint, secuta vitio patefecit, qua omnem carnem aquarum inundatione deleuerat, ea excepta, qua cum pio Noë in arca saluata est. Cæterum neque in filijs eius nequitia, ac perfidia defuit: Malignari & ipsi sunt, & in omne prolapsi nefas. Turbis Babel in contumeliam DOMINI capta est, & ibi labium vniuersæ terra diuisum. Ab his bella introducta sunt, rapina,

tumultus, incendia, coedes, adulteria, stupra, periuria & idolorum cultus, & quicquid malorum libido, aut superbia gignit. Paucissimi vsque ad Abraham reperti sunt diuina legis amatores, ille vero vnicum certumque pietatis exemplum aded voluntati DEI se submisit, vt proprium filium immolare non dubitaret. Propter quod in semine eius benedicta sunt omnes gentes. Ex cuius liberis non solum Propheta orti sunt, diuina legis predicatorum, sed ipse quoque SALVATOR CHRISTVS, secundum carnem nati dignatus est, qui pro salute humani generis, cum in forma DEI esset, equalis patri, exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, & homo factus, tedia carnis subijt, tormenta, & cruciatus pertulit, & extremam mortem non secundum naturam, sed violentam, sed ignominiosam, sed acerbissimam, & vix homini tolerabilem, in ligno Crucis sustinuit. In quo moriens, mortem nostram destruxit, & vitam reparauit. Despoliauit inferos, abduxit sanctos patres, & victor mortis, ac diaboli triumphator, celum iam longo tempore clausum, aperiens, ascendit ad Patrem, nobisque viam ostendit, per quam eum sequi possemus euangelica lege tradita, & baptismo, ceterisque Sacramentis aperitis, per que lapsi repareremur, & saluaremur. Nec tamen tot, tantisque allecha beneficijs, nostra proteruitas, ac malignitas conuenit, nec gratum exhibuit animum, nec vitia deseruit homo. Sed quo maiori preuenit sumus munere gratiarum, eo magis ingrati reperimur, & ad illicita prolixiores. Nam quomodo sublimem diligimus, aut honoramus DEVM? Quomodo eius mandata seruamus? Quis Sacrosancto EVANGELIO pareat? Que reuerentia legum? Quis canonum metus? Que subiectio erga superiores? Que charitas erga inferiores? Quis equitatis, quis iustitie cultus, qua religio, qui mores hominum sunt: qui dicunt in cordibus suis, Non est DEVS. Alij impia essent dogmata, & blasphemias in DEVM edunt. Alij voluptatum serui, nil aliud cogitant, nisi quomodo libidines suas expleant. Alij opibus inhiant alienis. Alij humanum sanguinem stimant. Rara innocencia est, eaque parum ruita. Neque propinquitatis iura profunt, neque scripta, sanctorumque moribus leges. Viribus, & fraudibus cuncta obediunt, ita vt neque abs re princeps mundi huius appelletur diabolus: quando pars orbis maior, eius arbitrio ducitur. Nam quantum est, quod pseudo propheta Mahumetis infamia possidet: Orientis precipuam portionem, & Africa maxima regna, & in Hispania, Granateses: & in Grecia multa Prouincia sub Mahumete CHRISTVM blasphemant. Nec parua est Iudaorum natio, per orbem terrarum late dispersa, Sancti EVANGELII, & Christiane Legis inimica. Nec desunt in Septentrione, atque in Oriente cultores idolorum, in angulum Europa Christianitas redacta est. Nam quamuis per Asiam, ac Lybiam Christiani non pauci dispersi esse ferantur, non tamen illorum syncretica est fides, qui proclâ ab APOSTOLICA Sede inter infideles habitantes, & cum hereticis communicantes, improba quadam sapiunt, & multis erroribus scitent. Nec Christiani, qui sunt in Europa, tam re quam nomine Christiani existunt. Adumbrata quidem, & ficta est multorum religio, sicut opera ipsa manifestant. Nam quotus est, qui digna Christiano faciat opera: A fructibus eorum cognosceris eos, inquit in Euangelio DOMINVS. Si vultimus, vt CHRISTVS iubet, Christiani sumus IOANNES Apostolus eius, filios esse homines asserit, cuius opera faciunt. Si DEI mandata seruamus, DEI proculdubio filij sumus. Sin Diaboli, ad eum pertinemus, dicente DOMINO. Vos ex patre Diabolo estis. Dura sententia, & tamen vera. Illius quisque filius est, & ad eum pertinet, cuius mandata sectatur. Quantum autem ingrati Christiani ad diuinis preceptionibus proclâ abierint, & quantum diaboli suggestionibus adhaerint, per se seque intelligit. Interrogat quisque conscientiam suam, & retroactam ante oculos mentis vitam collocet, & quantum ab officio veri Christiani recesserit, palam cognoscat. Que cum ita sint, maxime,

est Sum-

est Summi DEI benignitas, & incredibilis misericordia, que nos tolerat, & viuere sinit, expectans, vt aliquando conuersi, redeamus in viam. Sed inuenti sumus in omni arate nonnulli Deo placentes, viri sancti, qui viucentes in carne, desideria carnis vicerunt, & celestem in terra vitam egerunt: quorum meritis, & intercessione, sustentata est mundi machina, & comminatus ignis retentus, & ira DEI, vltioque suspensa. Nec dubitamus, quin hodie quoque aliqui sint accepti DEO, quorum precibus celestem Regem placatum, benignumque redant. Inter alios autem, qui DEO placuerunt, & diuinam nobis clementiam placauerunt, Vrbs Sena inter Etruscos nobilis, atate nostra, Bernardinum aluit, qui nobili loco natus, in adolescentia flore, mundo renunciauit: & ingressus Beati FRANCISCI Religionem, cum Fratres sui Ordinis præcili abiffi ab institutis, & regula patris reperisset, eos acriter correxit. Et cum eos omnes in viam reducere non posset, sequestratis pluribus, quibus regulam reseruare placuit, cum his cenobia frequentauit, qua multa de notio correxit, & sanctissimis institutis reformauit. Circuivit Italiam predicando, vitia fulminauit, virtutes erexit. Mira eius abstinentia fuit, mira integritas, moderata grauitas, eloquij multa suauitas, multa doctrina. Et quoniam verus erat paupertatis cultor, hostis pecunia, & omnium deliciarum inimicus, semper in eius vultu ingens alacritas emicuit, & in mente, summa quies, vt qui sola innocencia gaudebat, nullius sibi conscius criminis, scandalis quam pluribus in Italia obicitur, & multa miracula perpetravit, propter que adhuc viuens, sanctus habebatur, & miro plebium colebatur honore, namquam sine populi frequentia, & singulari reuerentia receptus. Qui cum apud Aquilam Marsorum urbem, huius vite cursum peregressus, à NICOLA O Quinto Prædecessore nostro, ipso Iubilai anno, cum Christianus orbis ad purgandas vitorum sordes, frequens urbem inuiseret, inter sanctos CHRISTI Confessores relatus est. Fuerat & in etate superiori, parentum nostrorum memoria, in eadem vrbe, & in sexu femineo virgo Catherina, non minoris meriti, nec minus accepta Deo. Cuius preces in conspectu præcellæ diuinitatis, humano generi admodum saluatares, & olim fuisse, & nunc esse, & in posterum fore, non dubitamus. Nam sicut peccata malorum hominum, ac blasphemias iram Dei super nos promouant: ita & Sanctorum opera, roguminaque auerunt. Verum Catherina quamuis angelicam vitam in terris egerit, & ante annos octuaginta decedens, ad caelum migrauerit, multum signis, & gloriosis miraculis claruerit, non tamen adhuc inter sanctas Christi virgines à militante Ecclesia recepta erat. Neque enim Romani Pontifices, qui ante nos fuerunt, id decreuerant. Voluerat Vrbanus Sextus hunc ei honorem impartiri, & post eum Innocentius Septimus, ac deinde Gregorius Duodecimus, qui huius virginis, & sanctæ conuersationis eius, præcipuam habuere notitiam, sed vexati perturbatione schismatis, quod eorum tempore viguit, & multis bellorum turbibus, ac molestijs agitati, diuino (vt diximus) consilio id omiserunt, ne sensient diuisionis procellâ, quod sanctam vna obedientiam decreuissent, prophetam altera censerent. Dilata est res vsque ad tempora nostra, nobisque huius sacerrime virginis canonizatio reseruata, tamquam cõteranea nostra, atque concius: vt Senensis virginis sanctitas, decreto Senensis hominis in Romana Sede sedentis, prodiret in lucem. In qua re non imus inficias, affectum nos aliquem sanctum, & pium traxisse. Quis est enim, qui sua Vrbs præconia, sua patria laudes, sui generis virtutes, non libenter vulgari procurat, cum id post ritè, & honestè facere: Excellentia facta, & illustres virtute homines, & in omni genere, & in omni parte orbis, nemo est, qui non cupidum præconizandi affectum habere videatur, libentius tamen, & maiori cum iocunditate sua in patria, & in sua gente. Etsi nos quidem Beate Catherinæ sublimes dotes, nobile ingenium, diuinam mentem, sacratissimam voluntatem in omni natione, quam latissimi vidissemus, laetiores tamen in vrbe Senensi, qua nos genuit. Si quidem meritorum eius longè magis peculiariter esse confidimus participes, quam si Virgo hac, aut in Africa, aut in Scythia, aut in India nata fuisset. Neque enim fieri potest, quin Sanctorum propinquitas, aliquid habeat prerogatiue. Nihil tamen ob hanc causam plus minusue dicere licet, quam verum

est. Nec propter cognationem, aut patrie charitatem inter Sandos quisquam sine merito, sine solito examine, sine consuetis solemnitatibus referendus est. Quapropter etsi iocunde audiuimus, B. Catherinam Senensem esse, cuius canonizatio petebatur, non tamen in eius canonizatione quicquam omisimus ex his, que tanta in solemnitate requiruntur. Aderant multe preces non modo Senensis populi, verum etiam aliorum. Nam & charissimus in Christo filius, Fridericus Romanorum Imperator, Augustus, simulque dilectus filius, nobilis vir, Paschalis Venetiarum Dux, nobis supplicauit, ne hanc virginem suo in terris honore priuatum vltimus esse sineremus, in quam multorum populorum deuotio esset incensa, & multa de ipsa miracula vulgarentur. Mantuam vero petentes, cum inter eundem apud Senenses aliquandiu super sedissemus, & ibi in Consistorio publico ingentia eius merita, & miraculosa signa nobis essent exposita, vehementerque preces porreclæ, vt Sanctorum Christi honores illi decerneremus, haud quaquam statim annuimus: sed pro veteri consuetudine, tribus nostris S. R. E. Cardinalibus, vni Episcopo, alteri Presbytero, reliquo Diacono vltimo vocis oraculo commissimus, vt debitis habitis processibus, de vitæ, & moribus ipsius CATHERINÆ, deque miraculis eius, siue in vita, siue post mortem patris, & de reliquis ad canonizationem necessarijs, diligenter inquirerent, nobisque in secreto Consistorio, vt moris est, fidelem relationem facerent. Commissarij per annum, & vltra, donec ex Mantua, Romam redissent, rem discutientes, inuenimus processibus antiquis, apud Venetos, & alibi habitis, examinatisque de notio testibus, & summa cum diligentia cunctis ponderatis, cum seorsum inter Cardinales tantum, omnium, que inuenerant, veracem nobis relationem fecissent, ac demum per Aduocatum, ea, que nobis exposuerant, in publico Consistorio demum recitari curassent, postremo conuocatis in aula nostra Romæ vniuersis, qui iacuerant, in Curia Ecclesiarum Presulibus, assistentibus nobis Cardinalibus, iterum Commissarij præfati, per organum: Venerabilis Fratris nostri Guilhelmi Episcopi Portuensis, natione Gallici, qui primus eorum erat, rursus cuncta, que inuenerant, & rite præbata videbantur, coram explicauerunt. Ex quorum relatione, qua amplissima, & ornatissima fuit, hæc summam accepimus: que vera, conperta, cognita & explorata sunt. Virgo Catherina ex ciuitate Senensi oriunda, mediocribus orta parentibus, prius DEO sese dedicauit, quam DEVM posset per etatem cognoscere. Sex annos nata, vt DOMINO seruiret, eremum concupuit, & vrbe egressa, in caverna, loco solitario, delituit, quamuis subente spiritu, paululum demorata, domum redierit. Angelicam salutationem edocla, quoties paterna domus scalam ascendit, toties per singulos gradus, flexo geniculo, beatissimam Virginem matrem Domini salutauit. Et anno currente etatis sue septimo, virginitatem suam consecrauit Christo, quem suam in Maestrate sedentem, mirabili visione contemplantæ est, & arcana celestis aula vidit, qua non potest effari lingua mortalis. Mandanas delicias à se omnes abdicauit. Orationi totam se dedit, corpusculum suum vigilijs, ieiunijs, ac verberibus afflixit. Cœquales puellas, vt idem facerent, & docuit, & iussit. Pubes effecta scisis criminibus mortale coniugium recessauit. Coniugia, & maledicta hominum spreuit. Beati Dominici habitum, quem femina gestant, de penitentia nuncupata, exorsit, protinusque irpeperauit. Ancillare officium in paternâ domo exerceuit, nihil magis cupiens, quam vilis apud homines, & abiecta videri. Pauperibus Christi, (nam id Pater ei iussisset) largâ manu subuenit, egrotantibus summa diligentia ministravit. Diabolicas tentationes, & asiduas malignantium spirituum pugnas, patientie clypeo, & fidei galea superauit. In carceratos, & oppressos, quibus valuit modis, consolata est. Nullum ab ea verbum non religiosum, non sanctum excidit. Omnis sermo eius, de moribus fuit, de religione, de pietate, de contemptu mundi, de amore Dei, & proximi, de celestis patriæ. Nemo ad eam accessit, qui non doctior, meliorque abierit. Doctrina eius infusa, non acquisita fuit. Prius magistra vija est, quam discipula, quippe qua sacrarum literarum professoribus, ipsique magnarum Ecclesiarum Episcopis, difficillimas de diuinitate questiones proponentibus, prudentissime respondit, & ad eos satisfacit, vt tanquam agnos manifestos remisit, quos tanquam lupos, ac leones feroces acceperat: quorum nonnulli

Vita S. Catherinæ compendiosa.

Scientia infusa doctata B. Catherinæ.



diuinam in Virgine sapientiam admirati, distributis mox inter CHRISTI pauperes, quas possidebant, substantiis accepta DOMINI Cruce, vitam deinde Euangelicam egerunt. Summa huius Virginis abstinentia fuit, & admirabilis vita austeritas. Nam cum vini, & carniū vsūm prorsus abieceret, nec pulmentariis vllis vteretur, ad extremum eo deducta est, vt nec legumina ederet, nec pane vesceretur, nisi celesti, quem verus Christianus in Sacramento sumit altaris. Inuenta est aliquando à die Cinerum vsque ad Ascensionem DOMINI, ieiunium perduxisse, solâ Eucharistia Communionem contenta. Per annos circiter octo, minimo herbarum succo, coque parum retento, & Communionem Sacra sustentata est. Ad cibum quasi ad supplicium pergebat. Ad Communionem Altaris, quæ illi ferè quotidiana fuit, quasi ad celestes nuptias inuitata esset, summâ cum alacritate proficisceretur. Cilicio sub veste vebatur, quo carnem macerabat. Nulla illi plume, nulla puluaria erant. Lectum sibi ex tabulis consecerat, atque in eo iacens, breuissimum somnum accipiebat. Rarè enim vltra duas horas interdiu noctuque dormiebat. Reliquum omne tempus, vigilando, orando, predicando, opera misericordie agendo, contriuit. Spisus chordulis carnem suam maceravit, dolore capitis penè assiduo torquebatur. Aestuabat febribus, nec aliorum diuersorum morborum cruciatu carebat. Luctabatur, quàm frequentissimè cum demonibus, multisque illorum molestiis vexabatur. Sed aiebat cum Apostolo: Cum infirmor, tunc fortior sum. Nec enim in tantis laboribus deficiebat, nec charitatis opera negligebat. Assistebat miseris indigna ferentibus. Arguebat peccatores, & blandissimis verbis ad penitentiam reuocabat. Præcepta salutis, omnibus læta dabat. Quid sectandum, quid fugiendum esset, alacri vultu ostendebat. Dissidentes summo studio componebat. Multa extinxit odia, & mortales sedauit inimicitias. Pro pace Florentinorum, qui cum Ecclesia dissidebant, & interdicto suppositi Ecclesiastico, trans Apenninum, & Alpes transire, atque vsque Auinionem, ad GREGORIVM Vndecimum, PONTIFICEM MAXIMUM, Antecessorem nostrum proficisci non dubitauit. Cui vocum suum, de petenda Vrbe Româ, in occulto factum, & sibi soli, ac DEO notum, sese diuinitus cognouisse monstrauit. Fuit enim in ea spiritus Prophetia, & multa prædixit, antequam fierent, & occultissima reuelauit. Rapiabatur sepe à spiritu, & in aere suspensa, diuinis contemplationibus pascabatur, aded extrâ se acta, vt expuncta, percussaque, nihil omnino sentiret, idque frequenter ei contingebat, cum diuinissimâ reficeretur Eucharistia. Magnum, & Sanctum erat in plebibus CATHERINÆ nomen, & vndique ad eam egroti, & malignis vexati spiritibus, deducebantur, & multi curabantur. Langoribus, & febribus in CHRISTI nomine imperabat, & Demones coquebat, ab obsessis abire corporibus, Propter quas res, duobus Romanis Pontificibus, GREGORIO Vndecimo, (cuius paulo ante meminimus,) & VRBANO Sexto acceptissima fuit, adeo, vt Legationibus eorum fungeretur, multisque, & magnis spiritualibus gratis ab eis donaretur.

Fungitur Legationibus Ap. post. Sedis.

Eadem cum vite agonem iam peregeret, anno ætatis suæ, tertio circiter, ac trigesimo, in Vrbe Româ diem suum clausit. De cuius anima in celum assumptione, & gloriosa receptione, stupenda, ac mirabiles reuelationes factæ reperiuntur, apud eas personas, quæ Virginem dilexerunt, maximè verò apud eius Confessorem, RAYMUNDVM Capuanensem, Sacre Theologia Magistrum, qui postea Generalis totius Ordinis Predicatorum, Pater, Magister, & Rector effectus est. Is namque cum lanua ageret, eâ nocte, qua Virgo migravit, hora matutina dormitorium apud imaginem MATRIS DOMINI, eam contemplatus est, miro splendore fulgentem, & verba ad se consolatoria dicentem. Corpus eius aliquandiu seruatum, denique in Ecclesia Fratrum Predicatorum, quæ de Minerva dicitur, Rome, conditum est, non sine populi magna deuotione, ac reuerentia.

Cuius tactu plerique egroti salutem consequuti sunt à DEO: & nonnulli saluti fuit ea tetigisse, quæ secreta virginis membra tetigere. Postea quoque virgo ipsa iam calore recepta, vota supplicantium benignè audiuit, & vt à sponso, & DOMINO suo IESV CHRISTO SALVATORE exaudirentur, curauit. Multi enim ex diuersis egritudinibus curati sunt, qui audita Beata CATHERINÆ gloriosissima fama, eius patrocinium supplices petierunt. Propterea Venetijs, vbi nunquam virgo ipsa fuerat, & multis in locis nomen eius cum veneratione receptum est, & vota ei plurima sunt. Hæc & alia quamplurima, cum Venerabilis Frater noster Episcopus Portuensis, in Conuentu Cardinalium, & Præsulum exposuisset, & liquido probata esse affirmasset, rogati singulatim tum omnes Cardinales, tum Præsules, qui plurimi assuerunt, sententiam dicere, totis suffragijs, Beata Virgo digna celo, & astris declaranda visa est: nec quisquam fuit, qui non magnopere canonizationem eius faciendam probauerit. Quibus ad longum auditis, iussimus in Basilica Beati PETRI Apostolorum Principis, suggestum magnum, & ornatum apparari, super quo hodie adstante Clero, & populo, sermone de vita, & miraculis huius virginis per nos habito, Missarum solemnibus celebratis, & consuetis ceremonijs rite peractis, ad canonizationem huius virginis sub his verbis duximus procedendum. Ad honorem OMNIPOTENTIS, & æterni DEI PATRIS, & FILII, & SPIRITVS SANCTI, ad exaltationem Fidei Catholica, & Christianæ Religionis augmentum, auctoritate DOMINI nostri IESV CHRISTI, & Beatorum PETRI, & PAULI Apostolorum eius, ac nostra, Catherinam Senensem illustris, & indelebilis memoria virginem, cuius corpus in Ecclesia Predicatorum, quæ Minerva dicitur, Romæ iacet, & in caelesti HIERVSALEM, inter Beatarum Virginum choros, quando il eius virtus, diuina suffragante gratia, meruit, iam pridem fuisse receptam, & æterna gloria corona donatam, de Fratrum nostrorum consilio declaramus, eamque tamquam Sanctam publicè, priuatimque colendam esse decernimus, & desinimus, atque in Sanctarum Cathalogo Virginum, quas Romana veneratur Ecclesia, redigi, & adscribi mandamus. Statuentes festum eius singulis annis, prima mensis Maij Dominica die, ab vniuersali Ecclesia celebrandum esse, & omnes illi honores prestandos, qui cæteris sanctis Virginibus conueniri noscuntur. Et insuper sepulchrum eius in ipso festo visitantibus, septem annos, & totidem quadragenas, de iniunctis eis penitentijs, in forma Ecclesie consueta misericorditer in perpetuum relaxamus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrorum declarationis, constitutionis, mandati, statuti, & relaxationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem OMNIPOTENTIS DEI, & Beatorum PETRI, & PAULI Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Rome, apud Sanctum PETRVM, Anno Incarnationis DOMINICÆ, millesimo, quadringentesimo, sexagesimo primo, 3. Calend. Iulij, Pontif. nostri, anno 3.

Præter hæc Pius Pontifex vitam eiusdem Sanctæ Virginis carmine perstrinxit, vbi stigmatibus insignitam prodit in hæc verba:

*Illa crucem memori portans sub pectore semper  
Stigmata passa fuit, dictum mirabile CHRISTI.*

S. Catharina Senensis stigmatibus insignita.

Officium item proprium de eadem Sancta CATHARINA edidit, in cuius hymno ad primas Vesperas, canebat:

*Quem latet virtus, facinusq; clarum  
Quo nequit dici sanctius per orbem.  
Vulnerum formam miserat a Christi  
Exprimis ipsa.*

Scili-

scilicet, quod Christus sponsum eius corpori, pretiosa sua quinque vulnera mirabiliter impresserit, vt in tertiâ lectione breuiter memorabat.

XII. Pius PP. calores Vrbe Tyburis vult.

Ardere post eam apothecam S. Catherinæ Roma cæperat, feruente Iulio mense, fugere Cardinales caumata, nec Curiales immorari velle, æstium ærem cuncti horrere. Pontifici haud satis tutum videbatur, hoste propinquo, ab vrbe procul abire. Sorani adhuc, & Aquilani, & multi per Aprutios insidiabantur Ecclesie. statuit igitur Tybure reliquum ætatis agere; sic & ciuitatem mutantem in officio retineri, & noxium Vrbi statim euitari posse. Quod cum accepisset Federicus Vrbinus, copiarum ductor, Romam veniens, ac Pontificem maximum adiens, si verum est, inquit, quod accepi Pie Præsul, non possum non admirari. Iturum te Tybur rumor est. Quis hoc consilium dedit? An excidit memoria, populi illius perfidia. Plebs est inimica tibi Picinini consiliis auctulcat, Euerfium diligit; nihil magis odit, quam tuum caput; his te hominibus credes, qui sæpe hoc anno ciuitatem tuam militibus clauerunt, hostibus aperuerunt? Age Pontifex, consule tuæ salutis, serua dignitatem, serua, & nos, qui ex tua vita pendemus in te vno spes nostra sita est, tecum cadimus, tecum fugimus: salua caput tuum, quo cum, tota saluatur Ecclesia. Laudauerunt, qui aderant Cardinales, & Aulici, Federici verba: nam & illis plena periculum, Tyburtina profectio videbatur, Pontif. in hunc modum respondit: Quæ perfidia, vel potius demencia Tyburtini hoc anno sint vsi, non sumus oblitri, quippe quod eorum opera in extrema difficultate incidimus. Si inuenerit Picininus Tybur, quod propè affuit, Româ excedere oportebat, quando extra mœnia nihil erat tutum: nec Romanus est, qui carere pecoribus possit: facilius cum Tybure, & Romam perditam, quam Tybur cum Roma recuperaueris. Nobis curæ est dubiam ciuitatem, & prorsus mutantem in partem nostram adducere, atque in officio retinere: quod facile fiet, nobis illic per aliquot menses habitantibus. Nec nos terret amor plebis in Picininum, aut in nos odium: mutabile vulgus est: nullius populi diuturna voluntas; nunc odit nunc amat: multiora diuis consilia ex vtilitate pendunt: & quæ maiora possunt emolumenta præstari populo, quam ea, quæ Romana Curia secum affert? Locantur domus, venduntur fruges, vitia, & pecora mutantur in aurum, ad infimas etiam quacumque res, lucra perueniunt. Scitur hæc Tyburtini, atque idcirco petunt, vt ad eos eamus: non est occasio pretermittenda. Ibis: aut fugient, qui seditiones parare consueverunt, aut territi ulebunt, & sese nobis subiciant. Boni ciues quorum non est vrbs omnino vacua, nobiscum sentient: & quis erit, qui contra nos hincere audeat, Curialibus, & militibus, & parte ciuium hinc atque inde stipatos? Non sumus eius animi, vt nostra in ciuitate vim timeamus. Ipsi merentur qui peccauerunt, & nobis facultas erit arcem erigere, & ciuitati frenum imponere. Non sumus vulgi mores, victoriæ omnia parent. Edomitis anim Tyburti, tot tyrannis, cunctis qui male sapiebant cadentibus animis, oclusa sunt ora. Acquieuit his dictis Fredericus, atque in castra se recepit, quæ non procul erant à monte Cælio, quem Deiphobus tenuit, Monticellum vocant. Pontifex paucis post diebus ex Vrbe nocte intempestâ discedens, ad Anienem, orto nondum Sole peruenit. quo transmissio, Federicum, & Cardinalem Theanensem obuiam habuit, cum decem equitum turmis, qui vsque ad pontem Lucanum, securitatis causa fuerunt comites. Aniene transmissio, populus Tyburtinus ad secundum miliarium, cum ramis oliuarum, & cantibus eum ex-

cepit. Simul capita factionum, & seditiosa iuuentus, & pacis amatores ciues conuenerunt, qui lecticam Pontificis subeuntes, cum tremore pariter, & amore, suum dominum in vrbe portauerunt. Nonnulli, qui plus deliquerant, suam magis culpam, quam Pontificis clementiam aduertentes, in exilium sponte abierunt. horum bona proscripta sunt, reliquis omnibus venia data est. Duo fuerunt rebellionis duces, Toccus, & Clemens quidam nomine. Ille astutiâ, hic clientelâ potens; amici ambo, ac Picinino, per sedera iuncti, qui sæpè aperire hosti portas tentauerant, auctoresque fuerant, ne miles Ecclesiasticus intrinmitteretur. His Præsul ad se vocatis, ac blandè compellatis, impunitatem gestorum promissit. Exin concione Ciuium coram se habitâ, errata populi, & stulta consilia, & quo fuisset in periculo ciuitas, exposuit. Postremò, vt arcem construi æquo animo pateretur suasis, docens multis rationibus, id esse vrbis salutare. Istud facile obtinuit, cum viri boni, ad compescendos temerarios arcem, necessariam esse cognoscerent: ac Seditiosi obtenta veniâ peccatorum, aduersari Papæ, qui fuisset in eos clementissimus non auderent. Iecit igitur fundamenta in sublimiori loco vrbe, vbi vererem fuisse ruinæ adhuc extantes indicabant. Duas erexit turres, quarum muri viginti pedes spissitudinis habuerunt, altitudinis, altera centum triginta, altera centum: reliquis muris, suam proportionem adhibuit, fossam latam, ac profundam circumduxit; cisternas duas effudit, portam marmoribus adornauit, in quibus hos versus insculpi iussit:

*Grata bonis, inuisa malis, inimica superbis  
Sum tibi, Tybur, enim sic Pius instituit.*

Extat, & hoc Campani Epigramma:

*De Tyburtinâ, quam nunc Pius erigit arce,  
Quid vulgus totâ sentiat vrbe, rogas?  
Esse Pium mirent, nec tam punisse nocentes,  
Quam ne quid nocent, consuluisset ferunt.  
Cumque sit ingenio Princeps mitissimus, auarit,  
Argolici gratam Tyburis esse fidem,  
Nil igitur doleas Tybur, si clauderis arce,  
Non Pius hoc, sed tu surgere cogis opus.  
At tu si quereris, scimus, quæ causa querela  
Æneas Phryx est, Tybur es Argolicum.*

Opus hoc quamuis multi laboris, & magni sumptus esset, vno ramen anno absolutum est; excepto duplici muro, quem statuit, ab arce vsque ad portam vrbe producere. Fabrica viginti nullibus aureis perfici non potuisset, nisi operarios, & Tyburtini, & alii Ecclesiæ subditi sine mercede adhibuissent. Structuram cuncti laudauerunt, & opus necessarium existimauerunt, quo vicinorum audacia, & vrbe ipsius temeritas compesceretur. Nec minoris vtilitas iudicata est arx Pia in Tybure, quàm moles HADRIANI in Vrbe; quando & TYBURINA ciuitas, alterum ROMÆ munimentum censetur. PIVS TYBURE apud Minores, loco edito, vnde vrbe licebat inspicere, habitauit. Domus antiqua, & ruinosa plena muribus fuit, qui ad magnitudinem cuniculorum huc, arque illuc discurrerent, inquietas noctes reddebant. Ventri quoque, quorum ditissima ciuitas est, infesti erant; nec pluuias arcere licebat, in habitaculo romano, & niuium verusio eius reparandi monachi religiosi parum, nullam curam susceperant.

Arce Tybure construit.

Tybure apud Frâncanos degit, quos Observâtes facit.

Hos

Hos Pontifex deiecit, cum essent laxioris obseruantie, & vitam ducerent minus honestam, & loco eorum Obseruantes introduxit. Hæc isthic paulo minus quam tres menses, non sine alacritate animi propter loci amantitatem, quamuis curis vgeretur assiduis, & bellorum, & quas vel pacificus suggerit Pontificatus.

Nicolaus interea Cardinalis Theanenſis, & Federicus Vrbinas cum copijs in comitatus Albi, & Tagliacotij duxere, quorum parte in potestatem Vrbanorum redacta, eicctoque Picinini præſidio, in Aquilanum ducere ſtatuere, inſeſtisque ſignis plantitiam omnem vrbi ſubiectam, vno incurſu populati ſunt, captiuos ſupra ducentos abduxerunt, bonos iumenta, mulos, greges, & armenta omnis generis, vt eſt terra animalium alitrix, propè innumerabilia abegere; frumenta in arcis munda, & quæ à ſolo ſeparata erant, & quæ adhuc hærebant, diripere. Collecta præda, & in vnum congeſta, apud Sanctum Victorinum, quod eſt vrbi, ad quartum milliarium ruſ propinquum caſtra locauere, vt ex Aquila videri vexilla & tentoria poſſent non ſine magna ciuium ignominia, qui tamquam paruas Eccleſiæ copias, ante contempſerunt; & in oculis conſtitutas, populari agros, & ſpoliari ſuburbana prædia ſolciaſſent; nec auſi eſſent occurrere, ſolamque vrbiſ ſalutem, in manibus collocaſſent. Senſere quid poſſet Eccleſia; & qui ſe fortes, ac magnanimos iactauerant, damno, & pudore mulctati ſunt, digna Dei vltione, Aquilani quondam MARTINO Quinto ſedente, Eccleſiaſtico præſidio adueſus Braccium deſenſi fuerunt; hoc anno adueſus Pium Pontificem, cum Braccianis arma iunxerunt. Inſignita ciuitas, nec Diui BERNARDINI corpore digna, quæ adueſus marem, & liberatricem ſuam ROMANAM Eccleſiam, arma præſumpſit erigere. Sed non peccauit impunè. Deſpoliatus eſt æger Aquilanorum primo & deinceps vrbiſ cum magna ex parte, & multa ciuium ædes & templorum non parua ædificia, terræ motibus agitata, corruerunt. Cardinalis, & FEDERICVS vbi nulla ab hoſtibus pugnandi copia facta eſt, cum præda reſceſſerunt; ac per vias alperſimas, & præcipites, Auezanum petiere: ſæpe inter eundem cum hoſte congreſſi Patrum oppidum primo, & deinceps Auezanum ipſum per compoſitionem accepere. Reliqua Comitatus Albi, & Tagliacotij caſtella, partim vi, partim conuenſionibus obtinuerunt; his demptis, quæ erant, in potestate Columenſium, quibus Pontifex pacem eſſe voluit, ne manus excitaretur incendia. Aquilani, medio tempore ſuis rebus conſultum melius, Legatos ad Cardinalem miſſere, inducias belli petentes; quæ his conditionibus conceſſæ ſunt, vt abſtinentes ab armis, per annum quieterent. His peractis, exercitus in agrum Romanum reductus, per Campaniam adueſus Ducem Soræ proſectus eſt, qui agros Romanæ Campaniæ infeſtabat. Primo aduentu agrum eius vſque ad Soram populatus, parum abſiit, quin à ciuibus admittetur, quibus vita Ducis ingratiſſima eſſet. Præuentus ab eo retroceſſit, & ad Caſtellucium caſtra ſunt poſita, quod opportuno in loco iaceret ad prohibendos com meatus. In eo Antonius Senenſis, cuius ſupra meminimus, cum peditum præſidio ad cuſtodiam excubabat. Hic vir olim magnus, ac apud Senenſes primarius fuit, quem natura multis ornauerat dotibus, litterarum doctrina, facundia, prouidentia, conſilio, liberalitate, &

animi magnitudine, quibus rebus mirum in modum urbanam ſibi plebem conciliauerat. Verum his virtutibus ingentia correſpondere vitia mens inſida, ambitio, ac proditionum iuge ſtudium. Prima eius proditiones apud Lucentes emerſere, quorum tyrannum Paulum Guinigiū, quem ſibi compaternitatis titulo deuinxerat, dolo captum in manus Franciſci Sfortiæ tradidit. Nec ipſi Franciſco poſtea fidelis fuit, à quo in Aquaspendente præfectus oppidum Eugenio vendidit. Prodidit & Nicolaus Picininum, à quo recepto ſtipendio auſugit, Florentinis ſæpe mentitus eſt, à quibus ne noxiuſ eſſet, annuam ſtipem accepit. Profectus aliquando venarum, cum ſrolium perueniſſet, id eſt oppidum Florentini agri non procul à Senis, inuicatus ab eius loci nobilibus acceptauit, in arcem deſcendit, atque inter bibendum, captos hoſpites coniecit in vincula, & oppidum non paucis diebus retinuit. Eugenio Pontifici, & Alonſo Aragonum Regi ſæpe fidem mentitus eſt. Poſtremo multis modis patriam prodece adnixus, eaque propter in exilium actus ad ſummam peruenit inopiam. Duo fuerunt eodem tempore viri apud Senenſes, moribus proſus diſpares, Bernardinus, & Antonius. Ille optimus ſacræ Theologiæ Magiſter, Canonique iuris Doctor, valde ad huc iuuenis, ſacræ militiam in ordine Minorum ſectatus eſt; hic peſſimus, nihil vnquam niſi arma ad quodcunq; facinus parata geſtauit. Ille prædicator, eloquentia, ac ſuauiſſime ſermonis, grauitateque præſtans, quocumq; venit, tanta cum frequentia hominum, vt cum templa multitudinem non caperent, in plateis pulpita collocaſſentur, pacem prædicauit: hic nulli fidem ſeruans; belli ſemina ſparit. Ille nil aliud curabat, niſi quæ ad religionem pertinent, ſecularium nihil cupiens; hic religionis contemptor, nil ſibi ſatis eſſe putabat. Illum virginem obſiſſe prodiderunt: hic nullam venærem intantam reliquit. Denique ille ſuis obediens ſuperioribus, reformata Diui FRANCISCI Regula, vita auſtiorie inſtituta, ſacraſſimum DEI IESV nomen in quadam tribus litteris depictum tabella circumferens, dum omnes homines hortatur, vt illud proprijs in domibus ad demones expellendos ſeruiant, ab omnibus amarus eſt vitæ deſeſſit, & inter CHRISTI ſanctos Confeſſores à NICOLAO Quinto relatus eſt; hunc contumacem, omnibus odioſum, quem patria exortem, cum omnes ferme Italia tyranni eſſe ſuis dominiſ eieciſſent; Soranus tandem Dux complexus, in Caſtellucio (vt dictum eſt) cum præſidio collocauit. qui cum ex muris venientes Eccleſiæ copias vididiſſet; En, inquit, comites, Eccleſiaſticum exercitum cernitis. Simis, veniſſe; cum ſeminis pugnabimus: diuites nos præda faciet. Videro paterre aliquos: quid timetis? An Eccleſia Clauis pluris quam gladios noſtros faciat. Religio vobis metum inuicit, & mane Pope nomen veremini, quem Vicarium CHRISTI vocant? Vana ſuperſticio eſt: Is Dei miſiſter eſt, cuius præſulter gladius. Mihi nunquam vllus ſacerdos imperabit: diſpicio id genus hominum. Talia vociferanti, lapis tormento miſſus æneo, ſilentium impoſuit, qui iuxta eum propugnaculi partem deiecit. Appropinquans enim caſtello FEDERICI miles maioribus baſiſtis, & minoribus bombardis pugnam pro muris conſeruit. Situs loci arduus, expugnationem diebus aliquot retardauit. Interea Soranus auxilia vndique acciuit. Sinueſæ Dux turmas equitum ſex adduxit. Honoratus Caietanus ſtrenuus dux, veteranusque miles, duas CAROLVS BALIONVS vnam, Caudolani duas miſere, & alii alias; breuique ſuperior Sorani exercitus numero militum, Eccleſiaſtico factus eſt. Itaque prouocare ad pugnam

Antonij Senenſis perſidia & panitio.

XIV. Ferdinandus Rex plura oppida cepit, diripiſque.

in Templo S. Michaelis ſacrilegia commiſſa.

gnam FEDERICVM, obreſtantem irridere; verum Eccleſiæ Ducem compellere, cui rempla magis, quam caſtra conueniant, & muliebrico corde extortos non audeat inueneri gladios. Ille rumore contempto, non quid dicerent, ſed quid agerent hoſtes, prouidere, vim repellere, inſidias eurare. Caſtra eius hinc hoſtium caſtris iuncta fuerunt in Caſtellucio, ita vt obſidentes, & obſeſſi locum tenerent, & hinc hoſtis impetum propulſarent, inde oppido inſultarent. Ea belli facies vtrique exercitui grauis, diebus paucis perdurauit.

Poſtremo cum FEDERICVS ſumma vi oppidum aggreſſus expugnariſſet, atque in oculis hoſtium direptum incendidiſſet. Soranus, & qui ei ſuppeditas attulerant, relictis caſtris, non ſine dedecore abiierunt. Antonius captus, in vincula coniectus eſt, & in Vrbinarem agrum tranſmiſſus, vbi pluribus annis diri carceris incommoda perſerens, Sacerdotum, quos magnopere contempſerat auxilium implorauit. Soranus paulo poſt relictus ab amicis, cum ſpem aliam nullam haberet, pacem cum FEDERICO vſque ad Calendas Iunias pepigit, cuiusque obſeruandæ cauſa, Fontanam, & Oliuerij domum, oppida opportunita ſita locis, & egregie munita in manus PONTIFICIS tradidit: quamquam fidem more ſuo ementitus, nihil eorum, quæ promiſiſſet ſeruauit.

Ferdinandus in Apuliam proſectus, poſt vaſtatos Troia, Luceria, ſinitimæque regionis agros, & Paulum Sanguinis, cum omnibus oppidis, in obſequium, & fidem receptum, in montana, quæ Sancti Angeli appellant, exercitum duxit, atque omnia caſtella ſua regionis, primo incurſus in verba ſua iurare compulſit, præter duo, Iſchitellam, & ſancti Angeli montem, ad quem propter loci opportunitatem, & quia totius regionis erat caput, exercitum admouit; miſſiſque Legatis, cum oppidani dedicationem facere recuſarent, dato prælij ſigno, tam eſt erat oppidum in ædiſſima rupe ſitum, & propugnatoribus abundaret, poſt mediam tamen ſerme horam, quam oppugnari captum, militum virtute captum, direptumque eſt. Tyrannus loci Aloyſius Minutulus in arcem ſe recepit. Qui nunc mons Sancti Angeli vocatur, olim Garganus dictus eſt. Mutationem nominis ab æde recepit, quæ in ſummo cacumine, Michaeli Archangelo dicata eſt, propter miraculum tauri quod illic contigiſſe memoria prædidere. Locum accolæ ſumma religione colunt; afferunt & externi munera auri & argenti: vota ſupplices multa perſoluunt, ex quibus diſſimum conſtruxere templum. Hoc FERDINANDVS Rex ſuo magno malo compilarit. Hic enim bellum ſibi prolixius, ac periculofius bellandum fuit. Non ſunt impunita ſacrilegia. Odore ſuperi, ſuarum raptorum rerum, nec religionis hoſti ſemper arriſcent. Tranſit & ad proſeros, contempta diuinitatis paria.

Pius cum accepidiſſet nobile templum direptum eſſe, admodum doluit, FERDINANDVM Regem grauioribus increpauit edictis. Ille inuitum ſe recepiſſe Deo ſacrata dona reſpondit; neceſſitati, non poſuiſſe obuiam ire exercitum propter inopiam rebellaturum ſeciſſe, niſi id polij inter milites diuiſiſſet, verum non abſtulit ſe aurum à Deo, mutuum accepidiſſe, redditurumque cum vſuris, ſi regni victor euſſent. PONTIFEX cum factum mutari nequeiret, recepta promiſſione ſitura ſatiſfactionis acquieuit.

Ingens fanè fuit ſacrilegium. Nam ſepulchra eruta, ſpoliata donaria, direpti locali venerabilium reliquiarum, aræ etiam ſanguine ſædata, ac polluta adyta. Quodque mulieres, atque imbecillior ſexus eo contugerant, quiſque pro libidine trahere, verberare, cadere, infantes à matrum complexu diuellere, ac ſolo ſternere, rapere pueros, violare virgines, nec deſſe, qui ſeminarum pendendas partes inſerſis digitis contrectarent, dum gemmas, vnioneſque, aut pretioſum aliquid purtant abditum. In ipſos, quoque tribunos, ac duces ſimultuarum, dum parci imbecillo ſexui, ac factis imperant.

Priusquam PONTIFEX vrbe diſcederet, cum SIGISMUNDVS Malateſta aperre rebelladiſſet, & coactis non paruis copijs, agrum Eccleſiæ inuadere ſtatuiffet, BARTHOLOMÆVS Epicoſopus Cornetanus magno vir ingenio, & qui paulo ante gubernationem Peruſinam dimiſſerat, aduerſus ferocem hoſtem ad exercitum, quierat in Piceno, Legationem accepit, vt malo bonus, fallaci prouidus opponeretur. Infeliciter apud anem Neulam pugnauiſſet, & tandem exercitu ab hoſtibus proſtigato, ipſe quoque fuga ſe commiſſit. SIGISMUNDVS victoria potitus aliquot oppida per deditioem accepit, & fide violata præda expoſuit: quibus rebus artonni Picentes quo ſe verterent, neſciebant; quamuis FRANCISCVS eius Prouincia Legatus, ciuitates ambiens, ſpem auxilij propinquam faceret. Hæc cum audiſſet PONTIFEX IACOBYM Papienſem Epicoſum, ad res reuiliendas miſit qui ab amicis accepta mutuo pecunia, Eccleſiæ exercitus reliquias in vnum collegit, & dato nouo ſtipendio, opportunitis locis, vt hoſti reſiſterent, diſpoſuit, & ad PONTIFICEM iam Tybure manentem rediens, ſtarum rerum enarrauit; exercitum ſatis fortem eſſe ad prohibendam hoſtium excursionem; verum Imperatore carere, qui tantis copijs præeſſe norit, aut quem tot viri fortes vereantur; pacitatem ducum diſcordiam parere; armatos equites, rogatos ſacerdotes contemnere; Sacerdotes de bello gerendo, aut pace componenda conſulere poſſe; ac cum facta opus eſt, & iam dextra gladium ſtringit, ceſſare ſacerdotis imperium, nec audiri vocem præſbyteri: armatum militem nulli obedire, niſi fortiori; ciuitates Piceni trepidare, nutare multorum animos ad fortiores inclinari populos. Niſi dux adit expertus, & cuius auctoritas magna ſit, verendum eſſe, ne Prouincia ingens aliquod detrimentum patiat. Res in conſilio agitata eſt, vnum inter omnes inuenerunt, cui ducatus tanti exercitus committendus videretur, Neapoleonem gentis Vrſinæ Principem, qui & Alphoſo Regi, & Venetis ſumma cum laude militaſſet, & in magnis exercitijs ordines duxiſſet. Inuidia procerum Romanorum, impedimento erat, Vrſinorum gloriæ, non æquo animo ferentium; nec ſatis tutum videbatur, eam familiam, quæ ceteris potentia præſtaret, in Romano agro potentioſorem efficiere. Sed vicit omnia neceſſitas. Neapoleon dux creatus in Picenum miſſus eſt, & cum eo IACOBYM Vintimilienſis Epicoſus, qui Legatum ageret: cuius aduentu confirmati prouincialium animi, nuncios SIGISMUNDI deſectionem expectantes eiecere. Sigismundus, qui vſque ad mentem Luſonis proſectus erat, exercitum ſine duce contemnens, vbi Neapoleonem ad eſſe cognouit, virum nobilem, & fama clarum, qui Pontificalibus copijs præfectus eſſet, retro in ſua reſceſſit. Cornetanus Epicoſus

XV. Malateſta viſoria mectiſſe.

Neapoleon Vrſinus copiarum Eccleſiæ Dux.



XVI. Archiep. Moguntinus in Papatu Imperatorum multa molitur.

qui missionem iam pridem petiisset, successore adueniente, ad Ecclesiam suam perrexit. Apud Germanos interea frequentes conuentus habitus sunt, procurante Dyethero, electo Maguntino, qui per id temporis a Pio Pontifice extra Ecclesiam factus, quoniam non satisfacit mercatoribus, a quibus mutuum pro dissoluenda annata iam pridem acceperat, tanquam iniuriæ fuisset affectus, ad futurum Concilium appellauit, conuocatisque pluribus Germanorum conuentibus, Proceres, vt appellatori sua adhererent, magnis precibus inuitauit, sicque & aduersus Romanam Ecclesiam, & contra Imperatorem, multa molitus est, inque ea suprema Orbis capita erigere conuina, & calces iacere non dubitauit: nec censuras veritus Ecclesiasticas, quamuis excommunicatus, sanctuarium ingressus, diuina fœdanda ministeria, Missarum solennibus per contemptum interfuit. Hoc cum Pontifex Maximus accepisset, RODULPHUM Decanum Wormaticensem, & Franciscum, Canonicum Toleranum, alterum ciuilibus Iuris interpretem, alterum Theologicæ doctrinæ Magistrum, ad eum misit, vt res Germanicas inspicere, atque ipsius Dyetheri, aut mollirent animum, aut furori resisterent. Conueniant Maguntinæ Oratores Principum Germanorum, cum quibus & Gregorius Hamburgensis aderat, Sigismundi Austriaci Legatus, tanquam hereticus iam pridem damnatus. Suasere Legati, ne homini heretico communicaretur: spreuit eorum verba Dyetherus, Gregoriumque imprimis audiendum, & conuentu, cui præsidebat, admisit, & quæ vellet dicere iussit. Eius oratio plena blasphemiarum, atque errorum fuit; vnde postea non iam Gregorium, sed Errorium appellauere Catholici. Post eum, & Dyetherus ipse verba fecit, in hunc fermè modum. Quibus me modis persecutus fuerit superioribus diebus Romanus Pontifex, nullum vestrum arbitror, viri fortes, ignorari. Repetam tamen breuiter, si quis ignoret, quæ norunt omnes. Imprimis cum essem ad Ecclesiam Maguntinam electus, missilemque Procuratores pro veteri consuetudine ad impetrandam confirmationem vsque Mantuanam, vbi tum erat Romana Curia, diu preces meas suspendit, contempnitque; Procuratores vacuos remisit, cum nolent indignis petitionibus assentire. Petebatur magna vis auri, confirmationis causâ: iuramentum insolitum exigebatur: illudque inter cætera prorsus indignum requirebatur, vt Conuentus nationis suo iniussu non cogerem: Præterea alia multa nationi Germanicæ grauissima, de decimis, atque Indulgentijs, ad quas præstare iubebar assensum, sustinui, quoad potui non acerbo animo dilationem. Remisi Procuratores, nouas adieci preces, pecunias obtuli, quas confuscissent mei prædecessores Apostolico ærario pro confirmatione inferre. Diu protracta res est. Postremo, cum alio modo confirmationem obtinere nequirem, iuravi præter consuetudinem, antequam annus elaberetur, ad præsentiam me Pontificis conferre. Negotiatores, rogati à meis Procuratoribus in sese onus faciendæ solutionis, & me sibi in formula, quam vocant Camera, obligatum assumpserunt. Præterijt tempus: non potui in præfixo termino satisfacere: excommunicatus sum, & publicè denunciatus. Hæc de mea causâ. Cæterum, quantum ad vos attinet: quid sibi velle vel decimas, quas petunt, vel Indulgentias, quas afferunt, arbitramini. Bellum contra Turcas gerendum aiunt, pecuniâ opus esse. Infidæ sunt: quod si me audieritis, non praualebunt fraudes. Ego ad futurum Concilium appellauit, non tam quod iniuste sum excommunicatus, quam ne prouinciales mei, decimarum onere afficiantur. Vnicum hoc no-

bis remedium aduersus Apostolicæ Sedis Imperium relictum est. Vos si sapietis, ex cæplo meo, & vobis ipsis, & subditis vestris peropportune consulitis. Cum ea dixisset, & iam propemodum persuasa concio videretur, affurgens Rodolphus, patriâ lingua (nam & Dyetherus Teutonice verba fecerat) in hunc modum locutus est. Da veniam Dyethere, si hoc in conuentu præstantissimorum virorum Summi Pontificis innocentiam defensoris, calumnias tuas repulero: & vos Proceres, pro communi omnium Patre, Magistro, & Domino loquere, benignas aures adhibete. Contumeliosus est Christi Vicario Dyetherus, falsam calumniam illi irrogat, procul à vero absit oratio sua, iniuriam intulit, non accepit. Audite rem gestam: si mentiar! adsum Procuratores, qui Dyetheri negotia apud Mantuanam tractauerunt: ipsi testimonium perhibebunt. Rogatus Pontifex Maximus, Dyetherum in Ecclesia Maguntinâ confirmare, facturum se dixit, quod peteretur, quamprimùm Electus ad Curiam proficisceretur; Conuentum haberi Mantua, de tuenda religione consulturum, vocatum ed fuisse præcessorem suum; par fore, subrogatum illi, id Concilium adire, pro sua prouincia, quæ maxima esset, resposurum. Quis hoc reprehendat? Quis Pontificem accuset de tuenda Orthodoxa fide sollicitum: Pium desiderium, piam Præsulis mentem malè interpretatur Dyetherus. Iubent sacri Canonones, cum qui electus est, Romanum adire Pontificem, confirmationemque coram petere. Quid delicti est, cum adueniunt requirere, qui iure debentur? Vocatos ad Synodum Episcopos parere oportet! Et quæ Synodus maiorem ob causam euo nostro celebrata est, quam Mantuana? Si licet iam consecratos Episcopos illic accerseri, non licet electos? Si fuit honesta vocatio; quis recusationem laudat, Turpiter ad Pontificatum venisti Dyethere: prima tua dignitatis rudimenta in obediuntiam prætulere: a rebellionem cepisti. Dicis, ingentem pecuniarum summam fuisse petitam. Quid agit bone vir? Siccine verum procul abigis? Cæue, ne mendacijs auscultes, mentiti omnes sunt, qui vel vnum minimum ab te flagitatum asserunt, vltra summam in camera prætaxatam. Decem millia auri minimum principalis taxatio requirit, minutaque, quæ vocant seruitia, & litterarum expeditio, & Oratorum sumptus circiter quatuor millia deposcunt. Nec ex te quicquam vterius, vel exactum est, vel postulatam: neque vniquam memoria nostra Maguntina Ecclesia minus soluit. Treuerensis, quæ multo minor est, sub Calixto tertio, triginta millia dedit. Quid habes, quod queraris. Nimia Pontificis benignitas, superbum te fecit. Iam vero quod de Concilio generali, & conuentibus nationis asseruisti, quis toleret? Numquam hæc excogitata fuerunt, ne dicam petita. Nam quid ad te Germanica congregatio? Liberum est Theutonice, quando venit Imperator, conuenire. Generalis Concilij conuocatio Romani Præsulis est, non Maguntini. Illum mandare fas est, te obedire oportet, Arbitrarij Concilij nomen odiosum esse Pio? Falleris. Nihil tam iocundum illi fuerit, quam in Conuentu totius Orbis Christiani apparere, in quo tandem, & tua, & aliorum rebellium contumacia plecti posset. Si adijt Generalis Synodus, præsentia eius erit. Ipse caput, ipse Dux, ipse moderator habebitur, te multi procedent, quamuis non es ea doctrina, vt magna in Ecclesia audeas apparere. Nam quid deceres, qui vix vnum, aut alterum verbum proferre Latino non nosti? En qualem inuenimus Generalis Concilij asseruor. Bene habet Ecclesia, quando ad te denique ventum est, ex cuius arbitrio, Concilium pendeat. De decimis, atque Indulgentijs, non videris memoria tenere, quæ tua sponte obtulisti. Datuū te illis curiam in tua prouincia, verum partem cupere. Vendere tuas operas voluisti: nec tunc prouincialium te cura tenebat, nec miserabar subditorum, nec spoliari Germanos auro dolere, diu portionem acciperes. At Pontifex destinatum in opus Fidei pecuniam, partiri recum, nefas duxit, cuius sibi retinenda animam nunquam induxit. Quod Deo dandum esset, sacrilegium existimauit, ad priuatos transferre vsus. Non est Pius, qui alterum dicat, alterum faciat. Quod habet in corde, habet in ore. Ego mensuram noui, qui dedit argumētū, neq; in obscuro res acta est. Pontifex suam portionē,

Dyetherus confutatur à Decano Wormaticensi.

Cardinales

Cardinales suam, reliqui ministri suam accipere. Extant libri Camera, extant publica documenta, extant idonei testes. Voller mercator, qui tua causâ ad inopiam vergit, verum dicere de te. Mendacium tuum, & sibi in arca, & tibi in conscientia damnosum est. Dicis iustitiam esse tuam excommunicationem! Quomodo iniusta? si in eo tempore non satisfacisti, in quo sub pena excommunicationis dissoluitur mutuum tenere? At siue iusta, siue iniusta, timenda fuit. Spreuisti censuras, non timuisti; percussus anathemate, diuinis te officijs immiscuisti factus extra Ecclesiam, ingredi Ecclesiam non horruisti, polluisti Sacras ceremonias, non honorasti nec veritus es irregularitatem incurere. Sed appellasti, dices! Quando appellasti? Sanè iam cum lata esset excommunicationis sententia, & iam Rome, Maguntia, Colonia, multisque alijs in locis publicata. Rursus oro, à quo iudice provocasti? Ab eo certe, qui non habet in terra superiorem, Nam quis maior Papâ in terris? Quo celsior auctoritas? Quo sublimior dignitas? Quæ per se altior, quam IESU CHRISTI Vicariatus? Ab eo appellasti, Dyethere: qui tamèn agrè ferres, si quis prouincialium tuorum à te appellasset. Sed quem appellasti Iudicem? Quem provocasti tuæ causæ cognitorem? Futurum Concilium, dicis, appellasti: & vbi est futurum Concilium? Vbi silet: Vbi tribunal eius requiremus? Pulebra inuentio: vt impunita sint scelera, vt liceat sine metu iudicij aliena inuadere, in Index appellatur, qui nusquam reperitur. In Conuentu Mantuano aduersus hæc nequitiam, lex edita est, quæ appellanti ad futurum Concilium, eam irrogat penam, quæ rei Mandatis, & factores hereticorum plectuntur. Intelligis, quæ te pena expectet, Dyethere? quamuis Apostolica Sedes decreta parui existimas: cui non satis esse fuit, nisi & alios tuo errore inuoluas; quando & hos Proceres, vt appellationi tuæ astipulerent, horaritis. At vos viri prudentes, quid sibi velit hæc appellatio, & quantum secūm asserat veneni, planè intelligitis. Fugite hæc pestem, nolite Dyetheri causâ, & animas vestras, & nationem perdere. Ad gehennam omnes adificiant, qui Sacrosancta ROMANÆ ECCLESIAE obedientiam declinant: & quid erit ratio nostra, si licet ad futurum Concilium appellare? Quis Episcopus, quis Index suo satis officio faciet? Quo manebit obedientia? Quo sententia, executionem habebit? Omnes, qui appellant à Romano Præsule ad futurum Concilium, supremum tribunal esse fatentur, quod appellant. Sine medio igitur, ad futurum Concilium patebit appellatio via. Ea enim est supremi tribunalis prerogatiua, vt sine medio provocetur. Perniciosum est hoc virus, & nationi nostræ, & APOSTOLICÆ Sedi; quæ profecto non meruit, vt nobis auctoribus suam eminentiam perdat, Ipsa Mater nostra est; ipsa nos CHRISTO regenerauit: Ipsa nos lacte fidei nutrit, & vera doctrinæ lumine illustrauit. Nolite Patres, nolite fratres matrem contempnere, nolite conculcare APOSTOLICAM Sedem: & vbi requiremus gloriam nostram, si hæc perierit? Quid hoc mali est. Superiores, cuncti contemnimus, & diu liberi esse volumus, nemo non seruit. Decimas, & Indulgentias horretis, quæ pecunias nationis exhauriunt: Bono animo estote: nihil ab inuitis Papa requirit. Bellum aduersus Turcas indixit: sperauit, quod Oratores vestri Mantua promiserunt, ratum futurum. Decimas, atque Indulgentias, eorum consilio decreuit, ex quibus pecunia ad bellum necessaria cogerecur. Si non placet religionis opem asserre, liberi estis. Consultate in medium. Tam vobis vicini, quam Italici Turca sunt. Communi periculo res agitur: Nolite arbitrari, ab inuitis auxilia, Pium expectare. Ego & collega meus, fidem facimus, nationem Germanicam, nisi sponte sua voluerit, nihil collaturam: cuius rei si opus fuerit, decretum dabimus. Vos pro vestra circumspectione, Christianæ religionis statum, & inualecentem Turcarum potentiam, & pericula, quæ nostris capitibus imminet, & quibus modis instanti ruina sit occur-

rendum, indicabit. Hæc Rodolphum in conuentu Maguntino perorasse nonnulli affirmauerunt; plerique quamuis egregie locutum, pauciora tamen, & minis libere dixisse tradiderunt. Constet tamèn, Conuentum eius oratione persuasum, nihil eorum fecisse, quæ Dyetherus efflagrauerit; Gregoriumque Hamburgensem inde confusum abijt, ac testes qui pro Dyethero producti fuerant, aduersus eum deposuissent. Conuentu dissoluto, fractus animo Dyetherus, APOSTOLICIS Nuncijs ad se vocatis, multa de rebus gestis locutus, futurum se deinceps alium virum promisit; appellationi renunciaturum, ac Pio, dum viueret, pariturum, si speraret, se veniam, & gratiam inueniurum. Illi de veniâ nihil dubitandum esse dixere; gratiam non se intelligere, qualem veller. Cum declarasset; annatam sibi remitti, suum desiderium esse, quia paupertate premeretur: neque affirmare sperandam gratiam, neque negare, facturos se de re ipsâ Pontifici verbum; verum difficile esse APOSTOLICÆ CAMERÆ iura dimitti, ab eo Pontifice, qui multis esset grauius oneribus, appellationem si reuocauerit, suæ rei consulturum. Victus his Dyetherus, accessit tabellione, & paucis testibus, appellationi, quam publicè interposuerat, occultè renunciauit, vt quem non tam appellasse, quam & appellationem reuocasse pudebat. Idem fecerat paucis diebus antè FEDERICVS Rhenensis Palarij Comes, cum RODULPHO instructe, appellationi, quam Dyetherus interposuerat, malè se ad hæc illè didicisset. Neuter in via permanit; ambo ad vomitum rediere. Dyetherus diuina, & humana iura contemnens, nullâ excommunicationis absolutione obtenta, diuina profanauit officia. Infra tempus à iure statutum, Episcopalem Ordinem neglexit accipere; creditoribus nunquam satisfecit; Iuramentum, quo se Curiam petiturum astrinxerat; impudenter violauit; nouas aduersus Pontificem excitare turbas procurauit; Canonicos ECCLESIAE suæ, per contumeliam eiecit, bellis cruentissimis se immiscuit; villas, & Ecclesias incendit, subditis grauissima imposuit onera; alijs vxores abstulit, alijs substantiam eripuit; Sacerdotia pretio vendidit; reddendi iuris nullum adhibuit studium. Fœda omnium rerum facies; apud Maguntinos Capituli nulla reuerentia, lamentari populus, conqueri Clerus, nemo suum Præsulem laudare. His Pontifici renunciatis, cum omnes ex Rhenanis partibus venientes, Dyetheri regimen accularent, vitæque turpissimam esse dicerent, non censuit PIVS temeritatem, ac nequitiam hominis vterius ferendam fore; si modò potentem aliquem inueniret, quem posset aduersus Dyetherum erigere in Ecclesia Maguntina Pontificem, ne sententiam frustra ferret. Misit igitur IOANNEM FLASLANDIUM, Decanum Basileensem, vnum ex Cubicularijs suis in Germaniam, qui facta Dyetheri inspicere, & an inter Canonicos Maguntinos quispiam esset inquireret, qui se Dyethero auderet opponere, opibus, atque amicis munitus, illi successor datus. Inuentus est ex antiqua, & nobili domo, cognomento Nassau ADULPHVS, Clero, & populo dilectus, & quem Canonici proculdubio Dyetherum prætulissent, si libera fuisset electio Capituli, & non in paucos facta

XVII. Dyetherus res respiciere si mulat.

compromissio, pecuniis, & malis artibus parauisset. Septem fuere compromissarii, vrante diximus. tres Adulphum, tres Dyetherum elegere, septimum tribus millibus emptus, ad Dyetherum accessit. Ex maioribus Adulphi complures Ecclesie Maguntine praeferunt, quorum memoriam mirum in modum prouinciales extollebant. Fuit & aliquando Imperium in eius familia, quae apud Germanos Illustris habetur: & in Adulpho, doctrina, & mores generi respondebant. Hunc cum IOANNES percontatus est, an animus sibi esset aduersus Dyetherum, Maguntinam Ecclesiam accipere; Adulphus inducitur ad respondendum obrentis, rem ad amicos defert, Difficilis erat Conuentus magnorum virorum, sine suspitione. Simulant igitur peregrinationem ad Aquagrani, quo tempore eo concursus habetur. Conueniunt inter eundem COLONIAE AGRIPINAE, & discussio in vtramque partem negotio, acceptandam Ecclesiam censent; Adulpho promittunt auxilia, iuramentis sese obligant, scribuntque Pontifici, si litterae prouisionis eo modo mittantur, quo sit cum IOANNE conuentum, nullum fore dubium, quin Dyetherus euiciatur. Consiij eius rei fuerunt, IOANNES ARCHIEPISCOPVS Treuerensis cum Germanis suis, GEORGIO Episcopo Metensi, & CAROLO Marchione Badensi, Vricus Comes Vitrebergensis, & Ludouicus Lantgrauus Hassiae, & tres Canonici in Capitulo Maguntino praecipui. His fauoribus, atque impulsibus, & Adulphus acceptare Maguntinam Ecclesiam, & PIVS Pontifex illi committere persuasus est. IOANNES rebus ita constitutis ad Pontificem rediit, cum Tybur petere statuisset, atque illuc eum secutus, quae inuenerat, exposuit. Quinque Cardinales aderant Rothomagensis, Zamorensis, Spoletanus, Sanctae Susannae, & Vicecancellarius.

His Pontifex accessit, Dyetheri scelera, & contumaciam proponit, & quid in tanta rebellionem sit agendum, percontatur, secreto sub poena excommunicationis indicto. Censent omnes deponendum, cuius tot, tantaque crimina referrentur, nec opus esse re la iudicii aduersum Dyetherum, qui publice ad futurum Concilium appellasset, peierassetque; nec statuto tempore Sacris Pontificalibus fuisset initiatus. Manifesta crimina non egere ordinario processu, Adulphum, & sua virtute, & progenitorum claritate, Maguntinam mereri Ecclesiam. Deponitur est vestigio Dyetherus, Adulphus in eius locum sufficitur, liberantur vasalli à iuramento praestito, iubenturque nouo electo, iusiurandum fidelitatis exhibere. Fiunt litterae, ac IOANNI Cubiculario summo silentio in Germaniam perferendae, traduntur; qui tanquam aliud acturus, Basileam proficiscitur, ac deinde per Rhenum ad constitutam diem, Maguntiam nauigat. Adfunt coniurati & cum eis, LUDOVICVS Comes Feldensis ex Baioaria Ducibus. Conuocatur Capitulum, conueniunt frequentes Canonici, & cum Dyetherus adesset. Ibi Adulphus litteras Apostolicas in manu tenens, ARCHIEPISCOPVM MAGVNTINVM sese reuerentiam à Romano Pontifice declarat, Dyetherumque depositum, iubetque litteras legi, ac sibi possessionem Ecclesiae tradi. Dyetherus notitate rei attonitus, aliquandiu quid agat incertus, tandem dixerat se inquit, à Pontifice non bene instructo, ad eundem bene instruendum. Canonici, parere se cupientissimis animis PIVO Pontifici dicunt, Adulphumque complexantes in Episcopali solio collocant, eique obedientiam praestant. Exultat vniuersa ciuitas, Clerici alter alterum inuitant, eamque diem esse fatentur, qua tandem saeva tyrannidis excusse-

Depo-  
nitur Dy-  
etherus.

rint iugum. Dyetherus, postquam sibi Capitulum, & vniuersum aduersari Clerum animaduertit, cum paucis clam urbem egreditur, & ad munitissima, quae sibi parebant oppida, confugit. Quod si Adulphus, quemadmodum facultas fuit, eum intercepisset, & seipsum, & Maguntinam Ecclesiam, atque omnes circumiacentes regiones, ingentibus, quae postea secuta sunt, calamitatibus liberasset. Non prouident omnes omnia, & ipsa saepe felicitas hebetat intellectum. Adulphum nimia confidentia decepti, qui tamquam cum capite membra omnia sua recepisset Ecclesiae, contempsit aduersarium. Secutum est deinde bellum: in quo cum superior esset Adulphus, & indices secundoribus successibus vteretur, Dyetherus per amicos de concordia agere coepit, cessurumque Adulpho polliceri; si sibi castella quaedam dum viueret, relinquere possidenda, ex quibus honeste sustentari posset. Conuenient vtriusque Legati non prucul à Maguntia, formulamque pacis ediderant, quam partes acceptarant, & Dyetherus subscripsit, & iureiurando firmauerat. In ea cautum erat, Archiepiscopus honorem apud ADVLPHVM remanere, Dyethero reditus aliquot cedere, & oppida quaedam in quibus eum ageret. Sensit ea Palatinus, neque pacem ECCLESIAE MAGVNTINAE esse re sua fore putauit, cum Adulphus Marchioni Badensi, & Comiti Vitrebergensi suis inimicis esset amicus. Missis igitur nuncijs ad Dyetherum, stulte illum agere dixit, qui nobilem Ecclesiam, & primam inter Germanos, Ecclesiasticam dignitatem sponte dimitteret. Degeneris esse animi, honores refugere, Hemburgeniensem familiam, de qua natus esset, sua culpa perpetuo futuram infamiam, quae alioquin inter Germanos, & nobilis, & honoramento digna censeretur; caueret, ne tantam suo generi notam inureret. Si hostis per se ferre nequiret imperum, nollet idcirco ignominiosam amplecti pacem, futurum se auxilio, neque passurum Adulphi partes victoria potiri; percuteret foedus secum; conditiones aequas inuenturum, superaturumque proculdubio tandem Adulphum. Annuit Dyetherus, contempta iusiurandi religione. Conuenere simul ambo; Palatinus Dyethero validum promissit exercitum; Dyetherus ei castella quaedam munitissima, & magni census, pro quibus armis antea decertauerant, illico tradidit, quae supra ducenta millia aestimabantur. Duae res Palatinum traxere, auaritia scilicet, & inimicitia Badensium, quibus in commodum afferre cupiebat. Tum vero ambitioni suae morem gerere videbatur, si Maguntinam Ecclesiam, cum qua saepe contenderat, ferro, & igne dilaniatam cerne-

Hac dum inter Germanos aguntur, apud Francos CAROLVS REX fato functus est. Is qui ingentium à Romana Ecclesia beneficiorum, quae acceperat oblitus, aduersus eandem se erexit, promulgataque inter subiectos sibi populos, pragmatica sanctione, Romani Pontificis iugum, id est CHRISTI obedientiam, & eius Vicarij reuerentiam excussit. Dicere hic breuiter conuenit, quid sibi Pragmatica sanctio velit, & quomodo apud Gallos locum sibi vendicauerit. Pragmaticam sanctionem quidam rescriptum Principis esse dixerunt; nos melius sanctionem de causis possumus appellare. Pragma enim Graece, Latine causam sonat. Apud Gallos autem Pragmatica sanctio, lex quaedam de negotijs Ecclesiasticis fuit, Episcoporum consensu, & Regis edicto firmata. Eius origo, ex Basileensi Concilio in hunc modum prorupit. Inter Patres, qui Basileae conueniunt, & Eugenium

XVIII.  
Mortuus  
Carolus  
Francorū  
Rex.

Pontifi-

Pontificem Maximum, complures viguere discordiae, quae multorum malorum in Christiana religione seminarium fuere: & cum supremam apud se, auctoritatem esse pars vtraque contendere, altera excommunicauit alteram; vixque tandem post multos annos, sedente NICOLA O Quinto in vniouem reuentum est, & in vnus caulis, & sub vno Pastore, grex DOMINI conqueuit. Durante diuisione, & sedente Concilio, cum auctoritas, quae quondam Episcoporum consuevit esse, non Abbatibus tantum, sed Praepostis, Prioribus, Canonici, simplicibus Presbyteris, & vilibus Monachis communicaretur, multa illic decreta praeter bonum, & aequum edita sunt, ad emendandam Romanam, primaque Sedis eminentiam; sicut in multitudine consuevit, quae semper inimica Principi, popularem asserit libertatem. Aderant ex Gallia, Germaniaque multi inferioris gradus homines Ecclesiastici, qui cum non potuissent culpa sua, in ROMANA Curia crescere, ea se contulerant, atque ingentibus odiis APOSTOLICAM Sedem protequebantur. Aderant & nonnulli Episcopi propter scelera, suis eieci Sedibus; qui duces plebis in Concilio facti, condendarum legum auctores fuerunt, ea suadentes, quae maxime grata multitudini viderentur, & Romani Pontificis potestatem, dignitatemque restringerent. Tunc de Concilio per decennia celebrandis statuta lex est, & vniuersali Synodo, subiectum esse ROMANVM Praesulem declaratum, in his, quae vel fidem concernerent, vel sublationem schismatis, aut vniuersalis Ecclesiae reformationem. De numero etiam, & qualitate Cardinalium constitutio edita: sublatae auctoritatis; prohibitae reservationes beneficiorum, his exceptis, quae continentur in corpore iuris; electiones Praetorum, quae magna ex parte obsoleuerant, instauratae: confirmationes EPISCOPORVM, quae toto ex orbe ad ROMANVM Praesulem deferbantur, concessae Metropolitanis, & ipsorum Primatibus, expectatiuae gratiae sublatae: appellationes, omisso medio reiectae, etiam ad primam Sedem interpositae; atque in his omnibus decretum irritans appositum, si quid aduersus ea conari PONTIFICEM MAXIMUM, aut attentare contingeret. Ediderunt & alia multa, quae speciem quamuis praeserrent honestatis, plena tamen fuere veneno. Si codicem illorum decretorum legeris, qui permagnus est, pauca inuenias, quae non aut primae Sedis odio, aut effrenatae libertatis cupiditate constituta videantur. Ea cum accepissent Galliarum Episcopi, Ecclesiam Regni sui apud Bituriges conuocauerunt: & inspecto decretorum volumine, ea, quae sunt visa sibi vitia, acceperunt, alia reiecerunt. Per paucas constitutiones, vt promulgatae fuerant, in consilio admiserunt: & alias quidem trancauerunt, alias extendunt, tanquam legis condendae auctoritas apud eos esset. Condiderunt suo ex arbitrio, nouum decretorum Codicem, in quo cuncta comprehenderunt, quae vel Constantiae, vel Basileae in Apostolicae Sedis derogationem, atque contemptum sancta fuere. Nec veriti sunt per seipsum ROMANO PONTIFICI legem praescribere, atque cancellos, vltra quos cognomento nequeat, statuerent. Erat iam sextus ac decimus annus Regni Caroli: Incarnationis vero Dominicae, octauus, ac trigessimus supra millesimum & quadringentesimum, cum praetati Galliarum nonis Iulij, per actum pragmaticae sanctionis librum, eidem Carolo approbandum obtulerunt: qui oblitus, vt dixi, quantis se beneficiis cumulasset Apostolica Sedes, misso Nicolao Cardinali S. Crucis, qui Burgidos sibi conciliauerat, profanas

& iniquas Constitutiones approbauit, & in omni ditione sua seruari mandauit, grauissimis poenis aduersus eos statutus, qui contraxerent. Decretum ipsum Regis, & constituta Praetorum, pragmaticae sanctionis nomen obtinere. Ad quam abroganda plures in Fraciam ab Apostolica Sede missi Legati, dum Eugenius, Nicolaus, Calixtusque vixit, nihil proficere. Ob hanc legem praetati Galliarum, qui se iuros liberos arbitrabantur, in seruitutem maximam redacti, & quasi mancipia laicorum facti, coacti sunt in Parlamento Francia, de singulis causis respondere: beneficia, vel Regis, vel aliorum Principum, vel potentum nobilium arbitrio conferre; minores annis, indoctos, monstruosos, atque incestuosos, ad sacerdotia prouehere. Si quos pro malefactis condemnassent, his poenam remittere; excommunicatos absque satisfactione absolueret. Nulla censurarum apud eos libera facultas deinceps mansit. Si quis Apostolicas litteras in Franciam detulisset, quae pragmaticae sanctioni aduersarentur, reus extitit mortis. De causis Episcopalibus, de Metropolitanis Ecclesiis, de matrimonijs, de haeresi, in parlamento cognouerunt, adeoque debacchata est laicorum temeritas in Gallia, vt sacratissimum Christi corpus, in pompa, vt saepe accidit pro veneratione plebium, aut ad aegrotos pro viatico delatum, sub potenti manu Regia sistere iuberentur: Episcopi, & praetati reliqui, dignique venerati Sacerdotes, ad publicos carceres raperentur; Ecclesiastica praedia, bonaque omnia Clericorum, leuibis de causis, ex decreto secularis Iudicij arrestata, paterent laicis: & multas in hunc modum impietates, sacrilegia, haereses, & ineptias pragmatica sanctio peperit, quas parum gratus Rex, aut iussit aut permisit. Non tamen impunè. Filius ei vnicus erat, ex MARIA Rhenati Andegauensis Sorore Ludouicus, acris ingenij adolescens, cui iure primo genituræ, Delphinatus Viennensis obigerat. Hunc aliqui Proceres, Regi Carolo infentum reddiderunt, & filium contra pacem, vt eijceret, conuocauerunt. Erat Rex in libidinem pronus: nouis indies connubijs iungebatur, & relicta vxore legitima, aliena foedare matrimonia, & virgines corrumpere non verebatur. Multa numerabantur in palatio scorta Regia, magno empta pretio. CAROLVS Andegauensis, Reginae frater, amicum conciliator, non tam sanguinis propinquitate, quam lenocinijs gratiam Regis retinebat, & ea propter ingenti apud Regem habebatur auctoritate. Consilium eius ceteris praeferebatur; loquenti sibi nemo contradicere audebat, & Regina sorore, & nepote regni haerede, tumens, atque insolescens, cunctis importabilis videbatur. Hic inimici ad Ludouicum deserunt, matris iniuriam, & auunculi turpitudinem detegunt; marcescere Regem inter meretrices, negligi regnum, cuncta ruere dicunt: audeat iam tandem aliquid factus adolescens; &, aut CAROLVM auunculum è palatio deturber, aut abeat ipse à Rege: sic futurum, vt eius desiderio concubinae expellantur, & Regina sui thalami compos fiat. Accedebant & matris lacrimae, quae per singulos dies, se spretam, relictamque lamentabatur, non ignara, germanum esse, qui sibi pellices apponeret. Agnes quaedam cognomento bella, maioris dissidij causa fuit. Ea non abiecto loco nara, ad Curiam Regis venit, Isabellam Rhenati coniugem ex Prouincia secuta. Abeunte domina, inter ancillas Mariae Reginae remansit, non sine infamia corporis vulgari. Hanc Rex, cum esset facie pulcherrima, & sermone blando, amare coepit, breuique tempore ad eam perditur arsit, vt nec ad horam eam carere posset. In mensa, in cubiculo, in concilio, lateri eius

Galliarū  
Praetati in  
seruitutē  
redacti.

H h 3 semper



semper adhæsit. Si quis aliquando, vel Confessor, vel alius auctoritate potens, Regem de adulterio coarguit; negabat consuetudinem stupri se habere; verum oblectari faceretis, & blandimentis feminae. Licere sibi, vt cæteris Regibus, fatuum aliquem penes se habere, cum quo laxandi animi gratia versaretur; nec distare, femina, an masculus esset, sibi feminam obtigisse, quæ suis deliramentis, multos immiseret iocos, atque his nugis excusari volebat: sed minime illam, vt fatuam habuit, cui & opima prædia, & dona multa concessit, atque in palatio post Reginam, secundo loco honorauit, & duas ex ea suscipit filias, quas postea Ludouicus regnum adeptus, tamquam sorores complexus est. Eam Agnetem Ludouicus, nudo iactantis ense, occidere voluit; illaque necem non alibi, quam in Regio cubiculo effugere potuit; vnde grauioribus inter patrem, & filium inimicitia; propter quas filius in salutato patre, ad Niuernensem priuam secedens, deinde ad PHILIPPVM Burgundie Ducem, anxium illum habuit, multisque bellis intulit. Tandem CAROLVS Rex, patris demerentiam ad extremum imitatus, cum se veneno periturum existimaret, ab omni cibo abstinuit, & diurna, sed voluntaria inedia maceratus, morboque anginae præfocatus, violatæ Matris Romanæ Ecclesiæ pœnas dedit.

XIX. Omnibus lætibus succedit Regi Carolo eius filius Ludouicus.

Eius morte auditâ Pius apud Tybur, exequias ei non sine lachrymis duxit. LVDOVICVS DELPHINVS in paterno regno exceperat. Inimici nihil ausi aduersari, suopte ingenio in exilium abiierunt: vicini Reges, ac populi frequentes Legationem ad eum congruatum miserunt. Ex Italia quoque Oratores accesserunt, Veneti, & Mediolanenses, & omnium admiratione Florentini. Pius Pontifex Episcopum Attrebatensem Legatum misit, qui nouo Regi benediceret, eique Christianam Religionem commendaret, tum deinde suaderet, pragmaticam sanctionem à Regno auferre, & egegrum aliquo aduersus Turcas pro CATHOLICA RELIGIONE pacare. In hunc modum postea Pius scripsit Ludouico, postquam intellexit, quanta alacritate, & Attrebatensem exceperit, & ad abrogandam Pragmaticam animum adiecit.

Pius Episcopus, Seruus Seruorum Dei, charissimo in CHRISTO filio, LVDOVICO Regi Francie illustri, Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Accepimus ex litteris Venerabilis fratris nostri, IOANNIS Episcopi Attrebatensis, quanta eum charitate complexus sis, & quam pium erga nos, & ROMANAM ECCLESIAM geras affectum, & quam ad tollendam de Regno tuo Constitutionem illam, que Pragmatica dicta est, volenti, & erecto sis animo. Laudamus DEVM, & sua maiestati benedicimus, qui talem tibi mentem dedit. Nam quid aliud dicere possumus, nisi quod DEI beneficio ex maximis periculis liberatus es, & in hac tempora reseratus, vt esset qui suscepto Regno paterno, subleuatis erroribus; libertatem Sanctæ ROMANÆ ECCLESIÆ instaurares, atque restitueres, & maiorum tuorum aqua gloria, Christiano nomini quietem fundares. Benedictus DOMINVS, qui tue personæ custos fuit, & spiritum tuum erexit, vt cogitares, qua pia, & omni laude digna sunt. Sic Magnus Constantinus, sic duo Theodosii, sic Carolus Magnus & plures ex tuis progenitoribus, immortale nomen, & inextinguibilem consequuti sunt gloriam, quia Matrem suam ROMANAM ECCLESIAM, debito sunt honore prosequuti; quorum te vestigijs inhererentem, & diligimus eorum præcedijs, laudamus, & omnis te posteritas celebrabit.

Illud autem inter cætera commendamus, & magnificamus, quod absque conuentu, & consultatione multorum, pragmaticam auferre constituisi, quemadmodum idem Episcopus nobis significauit. Sapis certe, & Regem te magnum ostendis, qui non regaris, sed regas. Optimus enim Princeps est, qui per se, recta cognoscit, & operatur, qualem te esse credimus. Nec scriptura, que ait, vbi multa consilia, ibi salus multorum, multitudinem requirit; sed consiliorum naturitatem, & digestionem; quæ res in paucis magis, quam in multis reperitur. Neque enim aut honestos, aut iustitiam multitudini facile studeat, que varijs affectibus agitata, ad praua frequenter inclinat. Confusioni subdita est consilientium multitudo neque bene seros habet, vbi suffragia numerantur, non ponderantur. Sæpe enim fit, vt maior pars meliorem vincat. Facis, que te decet, quis scias pragmaticam esse, absque DEO, eam de regno tuo eliminare decreuisti: nec vis in disceptationem ducere, an fieri debeant, que tuispe faciendæ non sūt. Hoc est. Regem esse, & bonum Regem, & quem boni amant, mali timeant. Nam qui per alios reguntur, nec per se intelligunt, que sunt agenda, contempnunt. Probamus igitur, & commendamus admodum que de tua deliberatione circa Pragmaticam, Episcopus Attrebatensis scribit, hortamurque vt qua proposuisti in animo, cito effectu facias, neque cum postea hodie bene facere, cras faciam, dicas. Hilarem datorem diligit DEVS: que iusta, & honesta sunt, nolunt moras. Fac tuam sapientiam, sicut nos cognoscimus, ita & mundus vniuersus quamprimam cognoscit; neque aliquis decre posse, diu noluit, quod diu deliberat. Quid si Fratratui, & Vniuersitas aliquid ex nobis desiderent; te mediatore, ad nos recurrant. Nam si quis vnquam Pontifex fuit, Gallicæ nationi affectus, vt multi fuerunt; nos certe inter primos reperimus, qui gentem huiusmodi, & honoremus, & diligamus. Nec vnquam postulatis honestis aduersabimur, scimusque dignum esse, vt Fratribus nostris Episcopis in multis dezeramus, eosque honoremus, pariterque viris doctis, & qui docti esse cupiunt, in Vniuersitatibus litterarum studijs sectantibus, subuendendum esse non ignoramus. Ab his enim Catholica fides defenditur, & doctrine lumen propagatur. Age igitur filie, persece, quod in animo geris, & conside, nos tibi, & regno tuo omnia concessuros, que ratio, & honestas suadebit. Ceterum quia Regina Cypri ad nos, ex regno suo detesta & extorris, profecta est, & ad tuam credimus Serenitatem proficiscetur, consilium, & auxilium petens, Nam Regnum eius à Soltanū Aegyptij gente occupatum est, eam Serenitati Tue commendamus. Et quia, sicut accepimus, Mahometes Turcorum dominus, Synopen, & Trapezintem, & multas alias in Asia ciuitates, ac Prouincias de nouo sibi subiecit, & in Europam victorius sumens, eo proposito reuertitur, vt Christianitatem proterat, & conculcet, Serenitatem Tuam rogamus, & stentes petimus, vt respicias, in quo statu est CATHOLICA FIDES: quomodo ex vno latere Turci, ex alia parte Saraceni vrgent. Pone ante oculos lamentabiles Christianorum voces, qui per Asiam, & Græciam in medio nationis peruersa constituti, miserabilibus modis affliguntur. Cogita, in quo loco est Sacrum DOMINI sepulchrum, quod inspicere, absque Mahometanorum voluntate non possumus. Sancta Terra, que nobis lucem fides præbuit, nunc in tenebris est. Totus Oriens plenus est spurcicia Mahometica; que etiam in Europam suam virus effudit, inde Græcia, hinc Hispanis parte occupata; nec dies est, in qua non mille Christianorum anima pereant. Rhodus in periculo; & nobilis insula maris quondam Peloponnesus dicta, in potestate Turcorum est, paucis exceptis locis. Epyrus tota ad eos confluit; Bulgaria, VValachia, & Rastiana ex parte Turcis parent. Hungaria vulnus expectat extremum, quod loquidem multis afflictis cladibus, non potest tantos belli motus sustinere, nec est, qui consoletur eam. Timeat victorem Mahometem, iam spolijs Orientis, & Asia viribus autum. Timeamus sane illi genti; timeamus, & alius, qui sunt in ho-

sum

sum circuitu: nec nos sumus, qui succurrere possumus. Voluimus oculos nostros, modo huc, modo illuc, & iustitiam omnium Christianorum prouincijs, nemo Regum, nemo Principum, nobis occurrat, qui tanta rei subuenire possit, nisi tu solus, quem pius DEVS populi sui SALVATOREM (vt confidimus) huiusque saluauit incolumem, nec permisit in manus, te persequentium incidere. Tu DEI ope, hereditarium Regnum in pace consequutus es mortuo patre. PHILIPPVS BVRGUNDIÆ DVX clarus, & potens, tibi obsequensissimus est; & cæteri Duces, & Comites Regni gloriantur, & tibi sine controuersa parent. Ex Anglia, si velueris, nihil tibi aduersabitur. HISPANIAM habes amicam. Omnes per circuitum, te venerantur, & colunt: & Legationes ex longinquis partibus, ac ex ipsa Italia te honoratum, & salutatum veniunt. Magna est gloria tua; magnum est DEI donum. Intellexit diuina pietas cogitationes tuas, & multa cognouit in animo tuo proposita esse, ad commune bonum. Nec dubitamus, quin cum esses exul quodammodo à Regno tuo, tecum sapè dixeris: O si paterno in solio aliquandò sedeam, quanta faciam DEVS tibi grata? Certe non patiar hereditatem tuam Turcorum insania lanari. Auduit te DEVS, & omniatibi aduersa repulit: planauit iter tuum, & te in aucto Regno collocauit excelsum præ Regibus terra. Omnia tibi tranquilla dedit. Si quid aliquandò intra te DEO promissisti, id seruato. Si non promissisti (quod non est verisimile) recognosce beneficia, qua accepisti à DOMINO DEO tuo, qui te filium Regem creauit, & Regnum, cum diu extorris fuisti, summâ cum gloria restituit. Ostende te gratum diuine pietati, & pro tantis beneficijs vicem repende. Tolle, vt facturum Oratori nostro spondisti, Pragmaticam Constitutionem: & hoc factu, quod non est difficile, erige te totum in auxilium Christianæ Religionis contra Turcos. Stude, vt expeditio aduersus hostes CHRISTI fiat. Exhibe te, huius rei ducem, & caput. Nec dubita. Cuncta tibi erunt prospera. Hoc est negotium, te dignum: tibi hæc gloria seruata est. Nihil est, in quo te laudabilis exercere possis: hereditaria hæc tibi Præsentia est. Nam pugnare contra Turcos, & vincere, & Terram Sanctam recuperare & fidem saluare, & ROMANAM ECCLESIAM honorare, FRANCORVM REGVM proprium est. Et hæc tu commodissime prestare poteris, vera FRANCORVM soboles, sapientia, & rerum experientia præditus, in opulento, & pacifico, & potentissimo Regno sublimatus. Omnium oculi in te respiciunt: omnes afflicti te inuocant, & nos præter te, non videmus, qui hæc possit prestare. Ideo ad te vnum recurrimus CHRISTIANÆ FIDEI defensore. Tu ergo, & à nobis, & à toto Christianorum populo rogatus, & imprimis à DEO commonitus, prepara te huic prouincia, ad quam feliciter dirigendam, omnia obtinebis à nobis, quæ à iusto, & pio CHRISTI Vicario, & Beati PETRI Successore obtineri debeant. Datum ROMÆ, die vigesimo sexto Octobris, Anno SALVATORIS nostri, Millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, Pontificatus nostri, anno 4.

XX. Coronatus Ludouicus Rex, multa bona præstat.

Coronatus est interim, atque vnctus Rex LVDOVICVS in ferijs Assumptæ DEIPARÆ, ab IOANNE LVVENALE VRSINO, Archiepiscopo Rhemorum, presentibus Episcopis, Constantiensis, Lugdunensis, Bituricensis, Burdegalenensis, Leodiensis, Cameracensis, Tricassium, Carnutum, Tornacensium, Morinorum, & Ambianorum. Prima eius professio fuit, Pragmaticam sanctionem, quam pater induxerat, se prorsus eliminare, & APOSTOLICÆ Sedi in rebus Ecclesiasticis, summum imperium permittere: nec valde opus monitore Attrebatensi E-

PISCOPO fuit: Id iam pridem facturum se, Beato PETRO APOSTOLORVM Principi vouerat, si paternum solium aliquandò conscenderet.

Venientibus ad eum Parlamenti Receptoribus, & sua officia confirmari petentibus, durè respondit, quia vel iustitiam venderent, vel iura ignorarent. Scurras, & histriones, & ioculatores ex Curia pepulit; purpureas vestes eos tantum deferre passus, qui certum nobilitatis gradum attingissent. Monasterijs, & Ecclesijs multa donauit. CAROLO Andegauenis, veniam dedit. Leges plurimas pro Regni utilitate, aut nouas edidit, aut antiquas instaurauit. Quæ cum accepisset Comes Don Martinus, de clementia tanti Principis sperans, è latebris erumpens, incognitus ad cubiculum Regis peruenit, atque ibi prostratus. Ecce me, inquit, Rex. Peccauit in te DOMINVM meum: Da mihi veniam, & noli agere mecum secundum iniquitates meas, sed pro tua magnâ misericordia, suscipe me in gratiam tuam. Obstupuit Rex viso ante se homine inimicissimo, quem statuisset inter primos perdere: moxque ita fatus est: Saceri Cælitres, & quam tibi de nostra clementia per-suasisti, opinio, vitam tibi hodie seruant. Abi extra Regnum, & amplius conspectui nostro, ne te obieceris, nisi pro tuis operibus iudicio statutum. Dicenti, iter periculosum, neque pecunias se habere, quibus in exilium proficisceretur, argentum dedit, & comites, qui tutum educerent. Hæc laudata. Contra, pleraque indigna visa sunt tanto Principe. Pecunias diligenter contulit, tributa grauiora imposuit, stipendia comminuit, & quibusdam Pioribus prorsus ademittit, quæ res multum sibi fauoris detrahit, apud eos, qui soliti ex publico viuere, ad priuam mensam redacti fuere.

XXI. Cypri Tyrannus Legatos ad Pium destinat.

Mentionem in suis litteris fecerat Regine Cypriorum. Dictum est superius, IACOBYM LVSIGNANVM nothum bis apostatam, ope Soldani Aegyptii occupasse, ac legitimam Regni hereditatem, CARLOTAM, LVDOVICO SABAAYDO nuptam eiecisse. Impius; videri tamen voluit, Christianum nomen profiteri. Enimvero EPISCOPVM NICOSIENSEM, & quendam Doctorem, Oratores ad PIVM PONTIFICEM misit, qui scum facerent. PONTIFEX porro indignos hos censuit, qui tamquam Regis nuncii exciperentur. Ergo nemo his obuiam iuit, non xenia missa. Auditi priuatum, & increpati sunt, qui eius Legationem acceperunt, quem scirent adulterinum esse Regem, & Christianæ Religionis inimicò principi iuratum. Multa illi in causa IACOBI sui Regis dixerunt: verum prorsus, & longè mendicaria. Vbi de rebus publicis nihil impetrauit, ad priuata se conuertentes, vt factem aliquas secum afferre litteras possent more ROMANÆ CYRIÆ obligatas, quæ plebibus ostenderent, & pro sua libidine interpretarentur, flagitabant. Ceterum PONTIFEX eos prorsus vacuos remissit, & LVDOVICI Oratoribus presentibus satisfecit. Carlotam, post infelicem pugnam, viro LVDOVICO ab aduersariis obfesso dimisso, ærumnarum plena in Occidentem nauigans, Tyberina cum appulisset ostia, ROMAM, & CHRISTI VICARIVM inuisere voluit, missisque nuncijs, qui aditum peterent, aduerso flumine vecta, apud eum Sancti PAULI in terram descendit. Pontifex, Cardinales, & Vniuersam Curiam aggre-

tere

rere iussit, aduenientemque in aula Consistorii, publicè excepit, ac deinde in parte palatii seorsum collocavit, cibariisque illi, & familie magnificè administravit. Mulier, quattuor, & viginti annos nata videbatur, staturâ mediocri, laetis oculis, facie inter fuscâ & pallidâ, sermone blando, & Græcorum more, torrenti simili, vestitu Gallico, moribus, qui Regio sanguini convenirent. In primo congressu ex oculis Pii pedibus, paucâ loquuta est. Verum postmodum, cum inter paucos, PONTIFEX ei conuenisset, hanc per interpretem orationem habuit:

Regina Cypri honorificè excipitur, Et eius ad Pium PP. Oratio.

In felice domus mee casu, non te arbitror (MAXIME PONTIFEX) ignorare. Nam qua regio in terris nostris non plena laboris est? Quis nescit Cypriorum arumnas, & miseram regni sortem? Bis ego infelix nupsisti. Virum, quem duxi ex Portugallia, repentina, & immatura mors abstulit: quem accersisti ex Sabaudia LUDOVICUM, obsessum ab hoste reliqui. Liber, ac capivisti me. Vincam ex matrimonio filiam in spem Regni parentes educaverunt. Successi patri, & Regine novæ patrio iure adeptæ, cum viro capivisti regnare. Frater extra matrimonium natus, frater est, qui sanguinem suum persequitur, auxiliis ab Ægypto questis, hereditatem meam invadit, Regnum occupat, me, atque viram ad necem querit. Vincam nobis refugium apud Cernes castellum servatum est: Illic oronibus evasimus insidiæ germani manus. Insulam reliquam, præter AUGUSTI FANVM, & COLOSSVM, hostes tenent. At qui hostes? Christianos forsitan, aut aliquos Religionis amicos adversari nobis existimatis? Pone hanc opinionem. Cum inimici Crucis CHRISTI bellum gerimus. Ægyptij Cyprium tenent, nostra Religionis insensissimè hostes, Mahumetheæ insanie sectatores.

Huic data libertas est, quos velint ex Regno, pueros asportare, templa DEI nostri destruire, Mahumetheos ritus inferre. Frater meus pseudo-Christianus sedisimo iuramento, Soldano se adstrinxit, ut Regno potiretur. Verum longe decipitur est. Penes eum nomen Regis, penes Admiraglium Soldani, potestas erit. Conata sum, quod potui, tibi, & CHRISTO Regnum servare. Vicit Mahumetes; expulsi ambo sumus, spes modica cum viro apud Cernes restat, si manet adhuc. Ego dum ad te navigo, auxilium petitura, VENETORVM naves incurro, quarum Gubernatores cunctis me bonis excusserunt: vix vnicâ retentiâ vesse, & commeatu modo, ad te sum navigare permissa. Regno, dicitur, inops, & nulla prosteris ad te confugio. Subveni oro his propemodum Vidua. Misere regi sanguinis; misere infelici Regni; ne prorsus ab Orthodoxâ Fide recedat, ne pro Christianis, habeant Ægyptij. Tu Pater Religionis es, ac Magister Fidei. Te decet inprimis curare, ne Christianus cultus immineatur. Si perit CYPRVS, perit, & RHODVS, nec Creta saluabitur: ad Siciliam usque & ipsa Italiae litora barbarorum classes enavigabunt. Ab Ægypto, ab Africa, à Syria, Asia, & Græcia timendum erit Italia, nisi occurris in tempore, nisi prius subuenis, quam Orientis insule hostium sunt. Mihi si opem tuleris, non deest animus, paternam recuperare Regnum: breui parva manus OCCIDENTALIYM, victoriam dabit. Non sunt Ægyptij, qui vires OCCIDENTALIYM seruant. Nec ego ex te omne auxilium fugito. Ad socorum pergere iustitiam, & amicitiam, socorum, & propinquos Gallicæ Reges. Indè, ut spero, quantum sat fuerit, exercitum cogam. Tu mihi viticam dato, & vinum, quod obsecro afferam. Sed neque, nisi adiutus, in Sabaudiam ire possim. Tempestatibus iactata, nequeo amplius ferre mare, neque in nauibus est, quod edam. Terra quoque iter

mihi clausum, nec equos habenti, nec argentum. In tua sum manu, Pontifex, pereo, nisi porrigis manum. His dictis illachymara obtulit.

Pii PP. ad Regiam Cypri responsum.

PIVS ita respondit: Pone lachrymas, atque confide filia; non te deseremus. Nota tua nobilitas, & tua calamitas nobis est. Indigna pateris, non insolita. Instabile regnum solum est; nulla potentia longa, hos erigis, illos deprimit DEVS permittit; & nunc in tuo genere thronum tuum fratri dedit, te in exilium misit. Tu socii, ut arbitramur, & tui viri peccata luis. Socer vocatus in Mantuano conventu, ea, pro defensione fidei adversus Turcas, promittere, qua reliqui Italiae Principes pollicentur, nullo pacto persuaderi potuit, ut vel minimi auxilii spem faceret. Vir tuus cum ad te navigavit, haudquaquam dignatus est, ad nos usque Mantuam proficisci; quod sibi erat facillimum per Padum ad ostia Minii euedo. Contempserit nos ambo, Pater, & Filius: propter quam rem diximus inter Cardinales, Contemnit Ecclesiam Sabaudia domus, nec Religionem dignatur polliceri opem. hic adolescens, qui in Cyprium navigat, dabit penam. Dotale se Regnum possessurum existimat: fallitur, eijcietur. Vincam manus hostiles enadat. Pater eius, qui nobis auxilia adversus Turcas negavit, ad nos supplex venit, Filio rogaturus opem. Facit DEVS, ut nos optulari possimus. Evenerit prædicta: vincam falsum fuisse, quod tunc expressimus. Placuit DEO, contumaciam plerere, & SABAVDIENSIS, & tua domus. Quoties mater tua, APOSTOLICÆ Sedis manulata contempserit? Porcari filii peccati parentum. Nemo sine causa miser est. DEVS his casibus te probat, filia. In eo spera, & ipse te liberabit. Horridam tempestatem, placida serenitas sequatur. In quiete finitur labor. Quocumque postulastis ex nobis, feret: equos dabitimus, quibus ad socorum pergas, & sumptus itineris, frumentum, & vinum in Anconâ rediens, paratum invenies, quod nauibus ad obsessos vehas. Exercitum ipsa in Sabaudia, & in Gallia coges, quo Regnum & maritum vindicare possis.

REGINA pro responso gratias egit, mansitque deinde diebus circiter decem ROMÆ, donec Basilicas Martium præcipuas videret, & adloquuta PONTIFEX quater, aut quinque, impetratis, quas voluit, pro se, suisque comitibus gratis, itineri se commisit. PONTIFEX, singulos CARDINALES, singulos ei clarissimi equos iussit, & ad numerum usque necessarium ipse supplevit, dispensatoremque addidit, qui sumptus itineris ministraret, etiam extra terras ECCLESIA, si necessitas ingrueret. Comitatus eius, equitum circiter quinquaginta fuit; quem SENENSIS PONTIFEX sequitur exemplum, per suos fines abundè pauciorum. Idem fecerit FLORENTINI, & BONONIENSES, & deinde reliqui, per quorum provincias usque in SABAVDIAM ventum est. Cuncti, ut REGINAM decebat, summis honoribus excepere; nusquam minus quam in SABAVDIA benè vitâ. Hic torvis oculis, tristi vultu, verbis acerbis, ac durissimis admixta est.

Quid tu, Socer inquit, hoc tempore, ad nos venis? Quar honestas, mulierem iuvenem, relicto viro ab ORIENTE, in OCCIDENTEM navigare? tot aliena hospitia quaerere? Auxilia, inquis, quaestum veni. At isthac virum decebat magis quaerere. Quoties auxilia misimus? Quoties opera tulimus? nunc homines, nunc arma, nunc frumentum, nunc aurum suppeditavimus, & quis modus rebus erit? SABAVDIAM exhausti Cypri:

Malè excipitur Cralora ab affinis.

quicquid

quicquid pinguedinis fuit, ad vos transfuit. Vacua prociacia est. Vos: Cypri regnum perdidistis, & nos propediem in Sabaudia caritum sumus imperio; quâdo ventum est, ut vestricaus, vestigia, & omnes census alienasse oportuerit. Non meliora his locuta est sorus, eademque amica. Propter eas res marens, omni spe posita, Regina infelix retro per Mantuam, & Venetias Rhodum navigavit; necausa est in Gallias proficisci, iam perguatata apud affines, Ultramaro: cum liberalitate, & Principum magnificentia.

XXII. Scanderbecus supplicat Ferdinando mitti.

Dum ista geruntur, Georgius Scanderbecus huius, qui paulo ante non parum suorum manum suppetas Ferdinandum miserat, non sat amico factum ætlimans, nisi per seipsum illi militaret, nouo delictu militum habito, ex Albania, quæ olim pars Macedoniae fuit, in Italiam nauigavit, inuenitque prioribus copijs in agrum Ioannis Antonij Vrsini, Tarentini Principis ducens, longe, lateque terram populatam est; præfectum Trianensem, arcem Gallis prodere amiam parantem, in vincula coniecit, Tranumque in officio continuit: mox ad Troiam castris promotis, cum hostibus pugna conferta, victoriam Ferdinando peperit, vi bibus & oppidis, quæ ab hostibus occupatae erant, breui receptis. Pusi ierea æstate iam ex cæta, iunctatus à Fratre Ioanne Turre Cremata, Sancti Sixti Cardinale, ut monasterium Sublacense, cui se esse administrator, iunisset, transtulit apud Tybur Aniene, sinit am eius ripam secutus, laxandi animi gratia, cum quattuor Cardinalibus iuit. Prima illi uex peracta est in Vicouaro quidam Varronis vicum, quidam Vari appellandum censent. oppidum est in ita rupe situm, tria gelu formam gere; duo latera, præ utraque: tot saxi, hinc duo scissili pe enni, inde ad Anienis cum sum usque protensa: tertium later altissimi a turris, & axim an tiffima defendit, & fossi mansueti. Ad sunt vestigia pif: æ nobilitatis, magna pars inuari ex quadratis ingentis molis lapidibus, quales in antiquis operibus cernimus. iacebant statuæ in frusta dissectæ, nondum posito artificis ingenio, & columnæ plur es. Franciscus Vrsinus, v. b. s. P. afeclus, nob le facellum inchoavit ex marmore candidissimo, ad nauitque statuis egregijs, & floribus non contemnend. Pins indulgentias loco ascripsit, ut absoluti opus imple. factum posset. Ex hoc loco ad S. Clementem peruentum est, qu si ad passuum duom illa. Accolæ mira religione colebant, & vici opinionione Sancti inhabitabant eremitæ. Plana loci est fucies; verum retro in Anienem adeo profundæ rupes incumbunt, ut vix pateat in aquam aspectus. Pontifex sic illi ingressus, oratione facta, & benedictis eremitis ier profectum nunquam p ocul ab Aniene recessit. Multa videbantur hinc, a que i: de castella, in summis edita iug s, ex quibus viri passim, ac mulieres, s: nes, pueri, ac puellæ cateruatim descendentes Pontifici occurrebant, benedictionem accepturi; & alij vinum, alij cibaria offerebant. Pontifex apparari sibi in via prandium i sst, quo in loco limpidissimus aliquis scaturiret fons. Incredibile dictu est, quæ ot ludicium Anienem riu decurrant, quot scaturiant in vtraque ripa perennes aquæ. verum sub oppido Hæstia tantus aquarum ex viuo saxo emergit impetus, quantum molæ quatuor, aut plures requirant, pulsu perpetuo agitantur. Fons est in ter saxa, quæ si ad aetæ magnitudinem patens, non altior homine, in fundo glari nitens, quæ pluribus in locis, pro venarum scaturig ne, non sine dul i moranture sicut: aqua ipsa crystallina, ad fundum usque perspicua, gel da, & dulc s. Super hunc fontem Pontifex cum Cardinibus pransus est, ad potus singulos, lymphas exhaustiens. idem & Card nales fecerit; quibus non tanta in vini suauitate, quanta in aquæ frigiditate voluptas fuit. Plebs omnis in pratis vltra fontem cibo excepta est; quamuis essent turbæ multæ, quæ ad visendum

Pontificem, ex castellis propinquis accurrerant. Peracto prandio ag cites locorum, ut Pontifici gratificarentur, ingressi flumen aduersus aquæ cursum piscar: caperunt. Pontifex iuxta ripam (erant enim præta, & ager) iter habens piscantes intuebatur: illi ad omnem piscem capturam, sublato clamore Pontificem salutabant, trut s: que ipsas (neque enim alium fere piscem producit annis) ad ministros Pontificis deferabant; atque ita non sine ingenti voluptate, magnam itineris partem peregit. Cum ventum esset inter vineas oppidi Sublacensis, ibi Cardinalis occurrit, & paulo post Sacerdotum, Monachorumque pompa. Exceptus est Pontifex summo populi desiderio; neque enim memoria hominum, Romanus Pontifex illic alius fuerat. Oppidum est multa plebe referunt, rupem domus obledere, altera super alteram sita. In summo cacumine arx est propemodum inexpugnabilis, nisi valle interiecta rupe altior immineret. Anio magnam oppidi partem ambit, ex oppido ad monasterium Sublacense, via est duorum miliarium per abruptas petras, & difficiles aditus, quos facile liceat, hosti præcludere. vbi ad monasterium ventum est, ibi tantum in plano spatij reperiunt, quatuor ad Ecclesiam, claustrum, & officinas cetero vobio necessarias constituendas opus fuit, quæ omnia magno sumptu construxerit: priores. Hic Pontifex cum vineam nouam magna vi ferri, in saxo plantatam vidisset, rubentibus vuis vberem, vndiq; muro septam, oliueto cinctam virenti, & in medio corcular, ac domum ad habitandum candidam, percunctatus, quis noui operis auctor esset, responsum accepit; Episcopus primum quendam S. luensem, hominem Hispanum in Lusitania natum, Ecclesiasticarum pompam rædio, & mundialis curæ odio fatigatum, Ecclesiæ suæ renuntiasse, referataque sibi annua pensione ex qua posset honeste vitam traducere, huc profectum inter fratres non mutato habitu degere, diuini officij interesse, celebrare quando sibi ex animo detur; præter libertatem & vestem, nihil à monacho distare; ab hoc domum, & vineam constructam, cuius magna sint prouentura monachi emolumenta. Pontifex ad se Episcopum vocavit, ac cognita causa renunciationis Ecclesiæ, & delectæ solitudinis propositum laudauit, qui nouisset pro caelestibus terrena commutare. Ille paulo post ex hac vita decessit. Beatus profectus, si (vt credibile est) verus fuit mundi contemptus, & spectata huius seculi dignitate, qua sita est maior. Pars monachorum in hoc monasterio, quod Sublacense diximus appellari, dies, ac noctes gratissimas Deo laudes canit; pars in altero, quod Specus vocitant, ad quod mille passibus ascenditur, via difficili, & serro facta, adeoque præ ipiti, vt absque horrore adiri nequeat, hinc profundissima in Anienem descendente rupe, inde altissimo imminente saxo; nec accessibilis villo pacto, nisi modo ad dexteram, modo ad sinistram varios agens flexus in anguis morem ab imo vsque ad summum ducta, & plenisque in locis muro defensa fuisse; Monasterium sub altissimo saxo edificatum est, ita vt magna pars eius vicem tecti gerat, partem exterius construxere, ædes ipsa facta, & officina monachorum multè intra saxum patent. Benedictus, magnus ille monachorum Pater, & Deo plenus, in quo Nuisa, totum, quod habuit, bonitatis effudit, priusquâ domus al qua hoc in loco constructa esset, aut homo quispiam habitaret, solus in hac eremo penitentia sibi locum delegit, procul ab humano cultu, nulli cognitus, nisi Deo, in durissimo lapide, lectum sibi stravit. Flæse vigilijs, ac ieiunijs maceravit, hic Deo præbuit gratissimum famulatum. Secuti sunt eum discipuli, & cæpta est habitari spelunca. Sicut in altis scopulis nidos videmus hirundinum in crepidine lapidum; ita est hoc monasterium cernere affluxum sublimi saxo, ex quo sepe frustra concidunt.

Sublacum profectus Pius, honorifice excipitur.

De Sublacensi Monasterio ali qua narratur.



quam Monachos perimunt, aut aedificiorum ruinam faciunt. Multa hinc sancti Viri miracula referuntur, & cunctinabulum ostenditur, quo diabolus iussisse bonis operibus conatus est. Monachi circiter viginti hic degabant, ut par erat, credere Deo chari, numquam carnes edebant, vinum multa domabant aqua, ieiunia longa producebant, luxuria erat, duo ova comedisse, oleribus, & pane vescabantur, vel leguminibus, his epulis mensam onerabant, breuissimum tempus cibo dabant, nec multo maius somno: reliquum in oratione consumebant, rem diuinam peragebant summa deuotione, psallebant Deo confidenter. Maior pars senum erat, quorum plerique inoffensa valetudine, ad octuagesimum annum peruenerant, vultu atares, & alloquio venerabiles, quorum vnica cura fuit, dissolui tandem, & esse cum Christo. Pius cum superius, atque inferius in vtroque Monasterio rem diuinam coram se celebrari iussit, & omnia loca ex oculata esset, quae fama vulgaret, S. Benedicti corpus tetigisse, spirituales gratias elargitus, quas Monachi petuere, & omnium conscientias abunde recreatis, ad oppidum pernoscatur descendit: indeque die sequenti transiit per pontem Aniene, montem praeratum, ac difficilem superauit, & in vallem nemorosam descendit, quam descentes aequae non inuenientes ex tum, flagnum quoddam efficiunt, & palustralia loca, siluestribus idonea porcis. Prope adfuit prata, & vndique colles, altissimi vestitum oribus. Hic Pontifici prandium apparatus est, ad quod Cardinalis Theanenensis se contulit, & postea ad exercitum contra Ducem Soracensem Pontifex benedictio populo qui multus erat in praeis, per asperissimos, ac nemorosos montes in Campania, & e regione oppidi Palliani, quod N. colaus Quintus familiaris Comitum in poenam commissi criminis eripuerat, descendit. Ibi Prosper Columnensis Cardinalis, cum fratre Vrhis Praefecto, & nepotibus occurrit, se suaque Pontifici offerens. Cum ad locum ventum esset, ex quo licebat Zinzarum inueneri, desilens equo Praefectus, & ante Pontificem, genua flexit, illa, inquit, domus mea est palatium, & alta tecta demonstrans, quae Martinus Quintus tibi, & suis gentibus adificauit. O hoc descendit Pater, neque inspicium dedignate, quod persaepe tuus antecessor in habitauit, & locum, & dominum, tu praesentia, si veneris, magnificabit. Inerat Pontifici eius loci ingens visendi cupidus, de quo multa vel perit audierat, & a Martini opera sua excederet, anxius tractat cogitare. At cum Praefectus superiore anno cuncta Pontifici mandata contempserit, indignus visus est, qui tantis hospitibus praesentia gloriam possit gerantur eius Adoardus, Marforum Dux, in oppido Cauarum, quod quidam Gabios esse putant, Pontificem excepit, & summis cum lauit honoribus. Hic res miranda visa est, & quae nulli fidem futura videatur, nisi cuius oculi testes fuerint. Terra est ante oppidum agillosa, partem implens serobem, in qua, siue baculum, siue gladium impigeris, atque ad mortalem dimiseris, nulla vi possis edicere. Narrata est historia Pontifici; fabulam putauit, noluit credere, nisi postquam cubicularijs, ac medicis ad visendum missis, rei periculum factum est. Tonsor Pontificis, cum impactum ferrum nulle ingenio, nulla vi posse exahere, attonitus relicto gladio ad Pontificem rediens, dicitur demoni locum exclamauit, qui ferrum, lignamque omne inuictum in terrae viscera, retineret. Plurimum non lauit hoc miraculum, cuius illa sunt verba. *Ad. v. Mitius in Vaiente, & apud Tuscanum, & in sylua Cimintia loca sunt, in quibus in terra depacta, non extrahuntur.* Ex Caucis ad Praeneste ventum est, antiquum, & memorabile oppidum, & magnis Romanorum cladibus infigne. Inde Passanum circa meridiem Pontifex venit, & ad fontem subermalibus praefatus, ex hinc Tybur,

Mira Terrae cuiusdam natura.

inde Romam, pridie Nonas Octobris redijt, ductis in obsidum numero, quicunque magis seditioni videbatur. Redeunt Pontifici, Cardinalium ordo obuiam factus est, & Thomas Amoreus Despotus, & Legatorum diuersarum gentium, ac Regum ingens caetera, exterius vestibus, ac moribus admirabiles. Praecipue vero in se omnium conuertit oculos Regi Poloniae Legatio, quam proceci iuuenes egerant facie, ac flauis crinibus post tergum vento dimissis, in veste viridi non pauci praecedebant, altis, ac praepinguis insidentes equis, manu balistas recepto tunc moue gentis ex latere, & alio gladium, & phaleram ex pelle Lyb stidis vrsae sagittis plenam gestantes, super crines autem, aut leuissimum pileum viridi colore pennas, aut ex floribus ferta tulere. Supra humanam speciem visa iuuenum forma. Hi appropinquante Pontifice, ab equis desilientes, prout in tertiam cum Legationis principibus, Saluato is Vicarium adorauerunt, quem antea numquam viderant. Ipse urbem ingressus, summo ciuium fauore exceptus, salutatis in Basilica Sancti Petri, Beatis Apostolis, in palatium Apostolicum sese recepit, cum non tres menses integros abfuisse.

XXIII. Rex Francie pragmaticam sanctionem aboleremittit.

Dum ista geruntur, Ludouicus Rex Francie, Attrebatensi Episcopo, & Antonio Noxetano, qui iussu Pontificis in Franciam intrant, tactis sacrosanctis Evangelijs, palam promittit, pragmaticam sanctionem se se propediem abdicaturum; quoniam id Deo voverit: atque hoc ipsum Pio Pontifici scripsit, per itaque multis precibus, Episcopum Attrebatensem, & Prothonotarium Lebreum Cardinalatus honore donari, haud indignum se estimans, qui visis literis duos Cardinales in petra mereatur. Quod si aliter carendum sit, Episcopo ceteris non possit. Accesserunt, & Philippi Burgundiae Ducis episcopi, Attrebatensis assumptione magnopere flagitantes. Pius multos dies ante Comitium cum Cardinalibus tractauit, Vlamontanos neglectos se se dicens, oportereque ex eis aliquos creari; neque iam disceptandum de assumptione, quae pridem fuisse promissa, de numero, & de personis agendum. A Francorum Rege, Burgundiaeque Duce, Attrebatensem per ab alijque Regibus alios sine dedecore, & fortasse sine damno Ecclesiae, non posse negari, quod peteret. Hic dicit, cum Pontifex, maiorem partem Cardinalium in suam sententiam venisse cognosceret, congregato Collegio, secunda feria ante quartum aduentus tempora, de Cardinalium creatione sermonem habuit, & numerum exposuit, & personas nominauit. Respiciebant Cardinales tacti alter, alterum, & cum ex ipsis vultibus intelligerent, summo Pontifici annuendum esse nemo ausus est aduersari. Cuncti laudate nominatos, atque in eorum creationem consenserunt. Tunc Pontifex, non expectata sexta feria, in qua pronuacitari Cardinales consuevit, statim aueniente, ac requiescente Collegio, pronuaciationem fecit, iussitque, in diem, quae prope aderat, eiusmodi solemnitate statutam, silentio regi. Cardinales ex Italici creati sunt Bartholomaeus Rouetella, Archiepiscopus Raennensis, qui iam pridem in regno Siciliae Legatus egerat, doctrina, consilio, & morum integritate conspicuus: Iacobus Episcopus Papiensis, natione Lucensis, privilegio Senensis, & ab ipso Pontifice, qui dexteritate ingenij dilexisset, Picolaminea donata familia: Franciscus Manruani Principis filius, nondum vixit natus annos, verum qui corpore longe maiorem praese ferret aetatem, & grauitate, ac prudentia prope senili. Illi ad utrumque praesbyterij assumpti, hic ad Diaconatum. Ex Gallicis, Ioannes Attrebas Episcopus, egregius vir, doctrina, ingenio, ac diuina prope modum memor praestans, Ludouicus Lebreus, ex Regio Francorum sanguine ortus, placidae conuersationis, & cuius vita generi conuenit. Ex Hispanis, Iacobus Episcopus Vrgelensis, domo Cardone, licetis, & moribus ornatus,

Creantur noui Card.

natus, cuius maiores ad regni quendam fastigium peruenere. His tituli Praesbyterij assignati. Caperat iam Pontificem vexae chigiagra, atque ardore virgere intulerat, propter quod publicatio Cardinalium in Consistorio sequenti, sine ipso facta est. Cardinalis Nicenus de laudibus eorum verba fecit. Digna creatio iudicata, quae de viris excellentibus facta esset, & qui possent Ecclesiae prodesse, vel suo ingenio, vel amicorum auxilio. Nec minus collaudata est Pontificis prudentia. Ex creatis nouiter Cardinalibus, vnus tantum adererat Iacobus Lucensis, cui Pontifex in lectulo decubens, sua manu, vel aegroti, tubrum galerum imposuit. Raennari, & Vrgelensi alicui Pontificis, pileos tulere: reliqui postea Curiam petentes, pro more iisdem insignibus honestati fuerunt. Inter haec litterae Ludouici Franciae Regis allatae sunt, quibus iam damnata, ac sabbata penitus pragmatica sanctione nunciata. Earum exemplum illud ipsum est, ex autographo descriptum.

XXIV. Ludouici decretum circa pragmaticam sanctionem.

Ludouicus Dei gratia, Francorum Rex, Tibi Sa. & ceteris, & Beatissimo Patri nostro, Pio Pape secundo. Obelientiam filialem, & plenos deuotionis affectus. Deum solum scientes esse, cuius providentia bene consulitur rebus humanis, melius Regna, & vrbes religione cingi atque defendi quam armis, & membris, Te Vicarium Dei videntis, ea veneratione prosequimur, ut sacra tua praesertim in Ecclesiasticis rebus motu, veluti voce Pastoris audire, illud parere prompta mente velimus. Quapropter, Beatissime Pater, es si Constitutio quaedam in regno nostro, quam Pragmaticam vocant, magno Praelatorum conuentu, magna temporis deliberatione conclusa fuerit, & iam callum obducta, quicquid prope fixerit statum, Tu tamen Tuus ad nos litteris illam ad nostrum regnum auferri, explodi, abrogari, flagras nobis quoque dilectus, & fidelis Consiliarius noster, Ioannes, Episcopus Attrebatensis, quae cum potestate Legati de Latere ad hoc regnum nostrum misisti, commemoraueris ea, ad quae per ipsum Tibi nostro nomine pollicentur, mouenda, & promittenda, nos nequam regnum suscepissimus religionis insinatus quidam deduxerat, nos nostra promissa ex qui, accedente moderatice rerum Ecclesiasticarum tua auctoritate studemus, ac volumus. Et id quidem tanto volumus animo propensiori, quanto nobis regnum Francie florens, & bello vacuum tuetur Deus, & protegit. Omnibus itaque vobis potiore obedientiam intelligentes, assensimus his, quae tuo nomine nobis aperta sunt, ipsam scilicet Pragmaticam Sanctionem, Tibi, Tuamque Sedi esse insensam, vt pro, quae in seditione, & schismate tempore, atque per seditione, sectionis, a Tua Sede figuram, nata sit, & quae dum Tibi, ad quo sacra leges oriuntur, & manant, quantumlibet eripit auctoritatem, omne ius, & omnem legem dissoluit. Illud n. exoritur, quod idem Consiliarius noster, nomine Tua Sanctitatis asseruit, vt dum per Pragmaticam ipsam summa in Ecclesia Tua Sedis auctoritas minuitur, dum Praelatis in regno nostro quoddam licentia templum, per illam perstruitur, dum congruus vnus ad alia regna, conformitas, tolli videtur, abroganda sit ipsa pragmatica, pellendaque ad nostrum regnum, quippe quae aduersus Tuam Sedem Ecclesiarum omnium matrem, ab inferioribus Praelatis lata sit, sanquam, vt Scriptura loquitur, Quomodo si eleuetur virga contra leuantiem se, aut baculum, qui virga lignum est. Quae quidem, Beatissime Pater, licet plerique docti homines consutare niterentur, atque diluere, multisque nos debortarentur abrogare sanctionem ipsam, Te tamen Principem totius Ecclesiae, Te Antistitem Sacrorum, Te Dominici gregis Pastorem prostemur, & scimus, Te que inuentem sequimur Tibi, & Beatissimi Petri cathedrae consentimus, & iungimur. Itaque sicut mandasti, Pragmaticam ipsam ad nostrum regnum, nostrumque, Viennensi Delfinato, & omni ditione nostra per praesentes pellimus, deicimus, penitusque, abrogamus. Et quam, qualemque, ante Pragmaticam ipsius editionem, circa Ecclesiarum, beneficiorum, aliarumque rerum spiritualium dispositionem, censuram, moderationem, in regno nostro, omnique ditione nostra, Tu praedecessores, Martinus V. & Eugenius IV. Romani Pontifices habebant, & exercebant, eam, eandemque, nostro adiutori, Beatissimo Petro, Tibique, ipsius Successori reddimus, prestamus, & restituimus, cum summo Imperio, cum iudicio libero, cum potestate non coartata. Tu n. cum scias, quid

auctoritate diuinitus Tibi tradita possis, quae pro regni nostri, & Ecclesiarum in eo tranquillitate postulabimus, non negliges res necessarias, poteris, semper, quod optimi fuerit, iudicare. Vt regitur deinceps in regno nostro potestate Tua, vt voles, atque illam exerce. Nam vt hominum membra nulla contentione, capite vno, atque vna mente ducuntur, sic Tuas sacris decretis Ecclesiae Praelatum regno nostro, & Delfinato, conformantiam, & obedientiam plenam refundent. Quod si forte obtineatur aliqui, aut reclamabunt, nos in verbo Regio pollicemur Tuas Beatitudini, atque promittimus exequi sacre Tuas mandata, omnium appellationum, aut appellationum obstaculo proorsus excludo, eosque qui Tibi contumaces fuerint, pro tuo iussu reprimemus, & refrenabimus. Datum Turonis, sub magno Sigillo nostro, die 27. mensis Nouemb. An. M. CCCC. LXI. & regni nostri Anno primo. Sic signata per Regem in suo consilio. Verom Soilloit.

XXV. Curat publice Pius PP. legi.

Has litteras cum Pontifex in Consistorio recitasset, non potuit lacrymas praegaudium continere, cum se tandem sedente, perniciosum virus ab Ecclesia remotum cerneret, & suo tempore datum, Gallicae nationis obedientiam ex integro ad Romanam Ecclesiam redire. Redijt & Antonius Noxetas, & nouas attulit litteras, quibus idem confirmabatur, petebaturque, magno opere Attrebatensem creati Cardinalem. Pontifex creatum rescripsit, & cum eo similiter Lebreum, vt integrum esset Regi gaudium, qui pro sua religione, duos meruisset Cardinales obtinere. Remisit & Antonium, qui ensem Sacrae Natiuitatis Dominicae nocte sacratum, dono Regi afferret, vagina inclusum, ornata gemmis & auro, atque his verbis inscriptum: Exerat in Turcas tuas me Ludouice furentes. Dextera: Graiorum sanguinis vltorero. Corruet Imperium Maumerhis, & incluya rursus Gallorum virtus, te petet astra duce.

Pius interea accessit Consistorio, Cardinalem S. Petri ad vincula, quae de Sigismundo Malatesta inuenisset, referre iussit. Is causae documentis inspectis constare asseruit, Sigismundum plane haereticum esse, qui resurrectionem mortuorum inficietur, & animas hominum mortales fore testetur, nec de futuro regno quicquam speret; homicidia deinde, stupra, adulteria, incestus, sacrilegia, periuuria, proditioes, & infinita prope modum turpissima, & atrocissima scelera eius probata: nec dubium, quin summo supplicio dignus sit. Interrogati sententiam Cardinales, cuncti damnandum censuerunt. Facto publice iudicio, damnatus est reus, qui Romani Praefulis maiestatem laeserit, atque impia de Christiana religione affirmare praesumpserit, vitamque omni flagitio, & turpitudine fedatam duxerit. Priuatur ergo Vicariatu, & omni dignitate, atque honore, iisque pene subijcitur, quas in haereticos, & supremae maiestatis reos humanae leges statuerunt. Interca pro grad. Basilicae S. Petri, ex arida materia ingens pyra extructa, in cuius summirate imago Sigismundi collocatur, hominis lineamenta, & vestimenti modum adco proprie reddens, vt vera magis persona quam imago videatur, neque tamen imago falleret, scriptura ex ore prodijt, quae diceret, Sigismundus hic ego sum Malatesta, filius Pandulfi, Rex proditorum, Deo, atque hominibus infestus, Sacri censuram Senatus igne damnatus. Scripturam multi legunt. Deinde astante populo, igne immisso, & pyra, & simulachrum repente flagrauit. Fama est, quod et Robortum filium, per summam immunitate de stupro sollicitari Sigismundus, ille vero castitatis, & pudicitiae suae consulens, patri impudente stricto pugione a scelere prohiberit. Praeterea fama erat, quod cum incensus forma Theutonice cuiusdam matronae, Romam a Germania piaculorum causa, & Diui Petri, ac Pauli liminum visitatorum gratia proficiscens, perque fines eius iter faceret, consuetudine potiri expectata, neque villa ratione viae afferre vim poterit, plurimisque ex famulatio ipsius interfectis, illam quoque iugulasset, iugulatum cognouerit, atque polluerit, vt Pontan. li. de immanitate. c. 17. memorabat. Per idem

Dammatur Malatesta.

tempus & Iacobus Ratta, Arch. episcopus Beneventanus, de quo supra locuti sumus, quoniam proditor esset in Apostolicam Sedem, & beneficia Ecclesiastica, sacrosque Ordines venderet, & falsam euderet pecuniam, depositus est, eiq; substitutus Alexius, natione Sepensis, ex Clusina Ecclesia, ad Beneventanam translatus, vir probus, & amicus Pontifici. & qui olim Aeneam sacro Presbyteratus ord. neiservavit.

XXVI. Carolus Vianæ Princeps cum sancta sancti-tatis opinatione.

Dictum est aliquoties superius, de Carolo Vianæ Principe, in Joannem Patrem Regē Navarrae, & Aragoniæ, partidiale bellum mouente. Hunc Pater Rex in spem veniæ ad se euocatu, carcere conclusit, & tandem seditione mouentibus pro eo Cathalanis, dimiserat. Eū hoc anno morbus lethalis, Barcinone inuast, & nono Calend. Octob. lente corruptis vitalibus extinxit. Cathalani sibi o favore commoti, Joannem Regem hostem provincie declarant, atq; impune occidendū; ciues, proceres, Episcopos, & cuiusvis generis homines, qui ex Cathalanis ad Joannem defecerant publice proscibunt, eorumq; bona in publicū effertunt: Si quos comprehendere possunt, & trucidant; famam quoq; dispergunt. Carolus pater in veneno inter se eum obijisse, eiusq; sepulchrum saepe cum lacrymis adeuntes, signa, & prodigia ab eo patrata referunt, alteri visum restitutum, alteri auditū afferunt. Inueniuntur, qui se podagra, & quilepra, & qui hydropis liberatos aiunt, quidam et ab scissam sibi linguā redintegratā, apud S. Viti sepulchrum asserunt: tanta est mentis indigentia, concurrunt vndiq; terra, & mari ex longinquis regionibus agrotantes: frequentatur inde sepulchrum; & foras se in tanta multitudine, aliquam fides curat, aut stragula natura morbus definit. cuncta miraculo cedunt, & omnia efferunt in manus, & audita provisio referunt. Placuit signentū Cathalanis, quasi pro Viro Saaduersus Regē a ma impussissent. Coimas Vicensis Episcopus simulandi, ac dissimulandi peritus artifex, & infensus Regi, qui sibi Sagobuicentem abstulisset Ecclesiam, epistolam per orbem diuulgat, & miracula Caroli, exploratam Viti sanctitatem affirmat. Afferuntur vndiq; dona languentium, & cera impletur templum, eoq; dementia ventum est, ut iubente Cathalanorum Senatu, ad Pium Pontificem pro defuncti canonizatione sit scriptum. Ceterum Pius, quacumque in eare se ipsa, dictave fuere contempserit, atque irritū, & ipsa deinde per sese fictio elanguit.

XXVII. Ferdinandus Rex, pueri oppida resceperat.

Inter hæc Ferdinandus Rex, Ecclesiasticis, & suis copijs fretus, Iesualdū, Auallini Comitum non parui momenti oppidū cepit. Exinde Paternū, & alia pleraq; eiusdē Comitum oppida, parim vi, partim deditioe in potestatem Regis peruenere: postremo, & ipse Comes, & aliquot alij eiusdē provincie tyranni deditioem fecerunt. Capiebatur castella in hostiū conspectu, nec illis animus erat, periclitantibus subuenire, ne de summa rerū pugnarē cogere. Picininus fugienti similis in hyberna concessit. Rex pariter Ferdinandus per hyberna suis dispositis, victori prior, Neapolim redijt, Mariamq; filiam suam, q̄ primo Felici Vrsino, Principi Salernitano promiserat, Antonio Pico lomineo in matrimoniu copulauit, dotis nomine, Amalphanico concessio ducatu, qui tamen in casu restituendæ dotis, quoad viueret Antonius, ab eo regere non possit. Addidit & Iustitiæ Magisterium, q̄ inter septē regni officia præcipuū censent. Factæ sunt nuptiæ ingēci multitudinis alacritate, persuadentibus sibi populis, numq̄ deinceps Romani Pontificis auxilia, nunq̄ defutura, cum nepoti Papæ Regis filia nupsisset. Hic, & alia successit lætitiæ. Vetus Vrsinus, qui pro Tarentino Principe, Nolam in Terralaboris, Marilianum, & alia pleraq; oppida cū valido præsidio retinebat, procurant: Archiepiscopo Rauennate, Apostolica Sedis Legato cum omni ex reitu sibi credito, ad Ferdinandū defert, & qui a leio nomine Nolā custodiebat,

suo retinuit, eius vrbis Comes effectus. Is Neapolim, Pontifici sibi iussore, profectus, Ferdinando Regi de morte inuast. Ritus vero iurandi, verborumq; huiusmodi eni formula. Sedet Rex medius Regia in sella, editiore loco constituta. A fident iuxta primū ordinis Optimatus, ac Proceres. Stant inde purpuratorum frequentes ordines, loco quisq; suo. Regis ad pedes, genibus innitens à dextra procumbit parte epistolariū Magister, qui nunc Secretarius dicitur; sinistra Antistes, Euangeliorum libros Regio in sinu adlatos tenet. Horum medius, genibus, & ipse ille innitens procumbit, qui in verba iurat, utraq; manibus adaperis imposita. Ibi epistolariū Magister, verba præcit, quæ iuraturus in verba sequitur. Igur postea quam V. sus Regio ad pedes pronoluit, palam in codice veraque expansam statuit, tum Magister præcit verba hæc cepit, V. sui que ex est secutus. V. sus ego V. sus Nola, & Atripaldi Comes, Aculi, Lauri, ac Forini Dominus, illorumque, & agrorum, & finium, ciuium, atque popularium, tibi Ferdinando Regi, liberisque, successoribusque in regno Neapolitano tuis, polliceor, promitto, spondeo, pro liberis, successoribusque in hisce rem vrbibus, oppidis, agris finibusque meis, fidelem meque, illosque vti que futuros, cuiusque illorumque in ueris vbi que meque, illosque paraturos, atque imperata facturos, cum hisce vrbibus, oppidis, agris, finibus, popularibusque, perpetua cum constantia & fide. Si quid vero aduersus te, vel loquere parari fraudis, dolive, insidiarumve audiueris, sciero, cōpertumve significatum ve habuero, ind caturum illud è vestigio, ac facturum palam tibi que illisque, officia demum obituum, meque, illosque omnia domi, forisque pace, belloque, aduersum quoscumque, ac pro imperio, que probi, & fidelis subiecti, iure, lege, natura, obsecunda, ac præstada sunt Regi. Deumque his Optimum Maximum testem inuoco, per que sacrosanctæ hac Evangelia, sciens, volensque, libere que verbis conceptis iuro. Atque his dētis manus ipse è libris sustulit.

Neapolitano Principum iurandi ritum.

Hic rursum Vetus Magister præcunte verba, Ego me, inquit, cum liberis, successoribusque meis, Ferdinando Regis mei, Domini mei, liberorum, ac successorum eius Ligium hominem statuo, dedicoque, eumque me hinc sisto. Hæc ter vbi dixit, Regios osculatus est pollices, Rexque ore suo illius os ex cepit, moxque comiter appellatum dimisit. Hic est vritatus modus iurandi in verba Regum Neapolitanorum, quique Ligios illorum se faciunt, ipsam hunc morem seruant; dicti inde Ligij, quod ligatis Reges pollicibus, illos fidei, imperijque suis sic vinciant, atque obnoxios statuunt. Ex ea tempestate Ferdinandus, & Pontifex Vri opera forti, fideiq; in maximis quibusq; vbi sunt rebus, quippe qui esset magno ingenio, constanti animo, fida amicitia, maturis consilijs; integra voluntate, manu promptus, atque in certaminibus felix, in consulendo cautus, in deliberando minime temerarius, quique nihil profus ficti haberet, atque ut maxime impger, sic ipse pau omnino ambitiosus erat: & capropter reliquis Vrsinis, Danieli Comiti Sarnensi, Iordano Comiti Atripaldino, Felici Principi Salernitano, Iohanni Antoni Principi Tarentino patruo additis, formidolosus.

XXVIII. Aluminis Mineræ in agro Tolsano repertur.

Ex tanta necessariorum accessione cumulatam Pio Pontifici lætitiā, auxit noua, & inopinata accessio, tum reditum, tum munitioem bello gerendo contra Turcas, Paulo ante id temporis Romam venerat Iohannes de Castro, Pontifici iam pridem notus, cum Basileæ negotiaretur, & locum teneret Papæ Eugenij depositariatus. Huic Pater fuit Paulus Iureconsultus, sui temporis clarissimus, & qui cathedram, multos annos Patavij tenuit, atque omnem Italiam consilijs impleuit; cum frequentes ad eum litigatorum concurrerent, & iudicis eius auctoritati multum tribuerent, cuius doctrina solida & sine dolo esset, Reliquit moriens plurimas opes, & duos filios iam ætate prouectos, quorum senior patris studia seuerus est, non illudatus iuris interpretis; alter ingenio-

lus fuit,

sus fuit, & qui literis melius, quam ceteri studuisset, didicit Grammaticam, & historias, percoluit: sed varijs peregrinationibus deditus, in ciuitate Constantinopolitana permansit, & magnas opes in ea contraxit, ob pauperum tincturam, qui sub fide sua Italiae confectos illuc asportabantur, propter aluminis mineram regionis illius fecundissimam, quam quotidie perspicuens, & aluminis confectioem, & ex qua petra, vel gleba extrahi posset, facillime didicit. & cum Dei iudicio in direptione, & excidio vrbis illius à Mahumethe Turcarum Imperatore, sub Anno M. CCCC. LIII. omnia amisisset, satis exultans, quod gladium & ignem, immanissimæ gentis aufugisset, post tandem Pij assumptionem, ad eum venit, cui esset compaterinitatis federæ iunctus. A quo cum præmia, & Commissariatum generale super omnibus redditibus Cameræ Apostolicæ tam in vrbe, quam extra, & in provincia patrimonij obtinisset, dum montes, collesque omnes percurrit, atque in viscera terræ naturæ secreta rimatur, nec glebam, nec laxum reliquit intactam. Tandem in agro Tolsano, aluminis lapidem reperit. Tolsa vetus oppidum duotum erat fratrum Ecclesie Romanæ subditorum, non procul à Centumcelis, & Vrbe vetula. Hic montes alti à mari in trorsus recedunt, siluis, & aquis fecundis, disper quos dum Iohannes ambulat, nouam herbam faciem offendit. Miratur, inquir; dicit: certior fit, similem nasci herbam in montibus Asiæ, qui Turcarum ærarium aluminis ditant. Videt ipsi albos, & qui minerales apparent, mordet, falcem in re perit, excoquit, experimentum facit, alumen producit, accedente Pontificem; Hodie, inquit, tibi victoriam de Turca affero. Aureo um supra tredecim millia quotannis illa Christianis extorquet, propter alumen, quo ducens coloribus lanas inficimus: qua non reperitur apud Latinos, nisi paululum apud Insulam Hispalam, quæ olim Enaria dicebatur, Puteolis vicinam; & in L'pareo, Vulcani antro, quod à Romanis olim exhaustum pro modum defecit. At ego septem montes inueni, adeo huiusmodi materie fecundos, ut septem orbibus sufficere possint. Si iubes, accessit artifices, apparati fornaces, excoqui lapides, Europeiis omnibus alumina ministrabis, & omne Turcæ lucrum deficiet, quod tibi additum, duplicato damno illum afficiet. Materia, & aqua abunde suppetit; & portum habes propinquum in ciuitate Vetula, in quo naues onerentur in Occidentem nauigaturæ. Licebit iam tibi aduersus Turcas bellum instituere. Hæc tibi minera neruos belli administrabit, & auferet Turcæ, hoc esse pecuniam. De tiramentis similia vifa sunt Iohannis verba. Pius somnia exiit nauit, & inanes Altronomorum fabulas, idem que Cardinales omnes arbitrati sunt. Iohannes, quamuis læpe reiectus esset, à proposito tamen non recessit; tunc hunc, nuncillum interposuit, qui sibi Pontificis aditum iterum, atque iterum aperirent, coram quo posset experimentum inueni lapidis facere. Pontifex retum peritos aduocauit, illi veritatem aluminis probauere. De lapide quæritum est, ne fraus inesset. Misissum ad mineram, & inuenta eius lapidis ingens vis. Vocati sunt artifices ex Genua, qui aliquando in Asia Turcæ alumina trahebant. Hi cum loci naturam per omnia in pexissent, similem esse dixerunt Asiaticis montibus alumen ferentibus; & præ gaudio illacrymat, ter, quæterque genua stantes, Deum adorantē, cuiusque pietati benedixit e. qui tantum donum huic contulisset. tæcari. Decore lapides, & alumen multo præstantius, ac pulchritus exijt. quam Asiaticum. Missam est ad Venetos, & ad Florentinos factum periculum; res ipsa opinionem superauit. Et primi Genuenses pro viginti millibus aureis mercatum fecere: postea Coimas Medices quinque & septuaginta millibus aurum in eam rem conulit;

atque tantum prior annis attulit, præter omnium opinionem. propter quod Pius Ioannem censuit dignum, quem singularibus prosequeretur honoribus, & cui statua erigeretur in patria, in qua scriptum esset, Iohanni de Castro, Aluminis Inuentori. nec sine parte lucræ dimissus est. Fratribus Tolsæ dominis, in quorum fundo minera reperta est, immunitates dæte, & pars quota emolumentum concessa. Hæc diuino munere sub Pio Pontifice Maximo Ecclesie Romanæ accessio contigit, quæ adiuuaret ad ferenda religionis Christianæ onera, & tyrannos coercendos. Non defuere, qui rem veribus celebrarent, inter quos, & Campani hoc epigramma extat.

Esse tuos caelos tantum qui dixerit, errat: Deque Pylong. salitur imperio, Ipsa etiam tellus, quod habet tibi contulit, & se Præbuit, erupit prodigia vrbibus, Parte alia raucum es, aliaque excussit alumen, Datque alio argenti, tertia vena loco. Abdit a telluris gremio hæc latet e tot annos, Et soli Domino nunc patet e suo. Tu quod nunc auri restat, ditissima tellus, Ne ferti reas, hoc quoque redde Pio. Gubernans lib. 6. & 7. Pentanns lib. 1. & 2. de bello Neapolitano, epistol. Pij 375, 387, 388. Bullarium Romano, Aemilium, & Guagrimum in Carlo VII.

Hoc anno Pius Pontifex, edidit Constitutionem, contra Clericos male promotores. Ita habet: Pius Episcopus, Seruus Seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

Cum ex Sacrorum Ordinum collatione, character inuisibilis anima imprimatur, sacra mysteria dispensentur, & ipsa cura tribuatur animarum, in eorum susceptione, excessus graues, tanto magis plebendi sunt, quanto ex illis maiora in mentibus fidelium, & aurala generantur.

§. 1. Cum itaque (sicut sicut dignorum relatione, non nisi moleste accepimus) nonnulli Clerici extra tempora à iure statuta, quidam ante etatem legitimam, aliqui vero sine dimissionis litteris, contra sanctiones Canonicas, se faciunt ad sacros Ordines promoueri.

§. 2. Nos eorundem temeritatem, tali castigatione reprimentes, ut alii in posterum committendi summa aditus præcludatur, auctoritate Apostolica, hac constitutione perpetuo valitura, statumus, & ordinamus, quod omnes & singuli, qui absque dispensatione Canonica, aut legitima licentia sine extra tempora à iure statuta, siue ante etatem legitimam, vel absq; dimissionis litteris, etiam contra montani, (præterquam si in hoc vltimo casu, per Cameram Apostolicam, iuxta illius stylum ordinati fuerint) ad aliquem ex Sacris Ordinibus se fecerint promoueri, à suorum Ordinum executione, ipso iure suspensifint; & si huiusmodi suspensione durante, in istem Ordinibus ministrare presumpserint, eo ipso irregularitatem incurrant. Præterea vitæ ab eis penas in tales generaliter à iure inflictas beneficiis Ecclesiasticis possint iure priuari.

§. 3. Volumus autem, quod præfata nostra Constitutio, in Romana Curia existentes, post quindecim dies, absentes vero Italicos post duos menses, alios vero vltimontanos post sex menses ab ipse in audentia Contradictarum, & Cancellaria Apostolica publicatione, & affixione, ligare incipiat. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno ab incarnatione Domini, M. CCCC. LXI. IX. Calend. Decemb. Pontificatus nostri, Anno IV.

Hoc anno Sultanus Mahometes Turcarum Imperator, Trapezuntem urbem, & vniuersam Colchidis regionem, in potestatem redegit. Præerat vibi Dauides, Cornemina stirpe oriundus Imperator. I. sabro ingentium hostis copiarum aduentu petterit, cum vrbibus resistendi destitit: cur, se, quam unius inuictus submisit. E atin patris, ut Mahometes illius filiam vxorem duceret, illi que ipsam urbem, & regnum tribueret. Et quidam regione, & oppida, victus vestitusq; nomine iuxta Se ras illi assignauit; filiam vero eius ex pacto non duxit, sed Doctori, se-

XXIX. Constitutio em edit Pius P. contra male promotos.

XXX. Trapezuntem, & alia loca inuastatum Turca.



praeceptoris suo, matrimonio iunxit, qui multum laboravit, ut Saracenam f. ceret, sed frustra. Ita tantam provinciam Sultanus, absque labore, ac praes. j. adeptus est. quae ab Amisunte incipiens, usque ad Iberiam (hodie Georgiam appellant) fines porrigitur, oppidis, v. bibus, hominibus, frequentibus, & numerosa. Capta v. b. Cines Trapezuntio. tr. riam partitus est. partem vnam retinuit ipse, ex qua fecit S. I. ctarios, & Spathoglanos, quos in ianu. stenebat, eorumque ministerio utebatur, nec non ipsi nefario captus amore abutebatur, partem aliam Constantinopolim colonos transfudit: tertiam illam in patria habitare iussit, non quidem intra urbem, sed extra moenia. Davidis filiam, quamquam alteri nuptam, paulo post in suum cubiculum accersit. Eiusdem Davidis filium iuniorum, nomine Georgium, cum Adrianopolim venisset, ad Turcorum ritus induxit: nec multo post illum ipsum, & fratres, & patrem eius Imperatorem, ex sola suspitione, quasi cum V. sumcaflane conspirasset, Constantinopolim abductos necavit; atque simul Iosephum Patriarchico solio deiecit, cuique canos praecidit; sed & magno Ecclesiarchae iratus, nasum ei fidit, hac de causa. Erat in Trapezuntis regno Protouestiarius, v. u. sex primarij Trapezunte v. b. jagari de filia nepos; de cuius Jagari altera filia, in Seruia Machometi Bassa erat. Huius tam archae cum Bassa consobrinio, propinquitatis fiducia f. cto, liber Protouestiarius ad Imperatorem Mahometem accessus parabat. Habebat autem tunc legitime sibi copulatam uxorem, & liberos ex ea. Erat in gynaeo Mahometi Demetrii Asani Principis Cornubi filia, Ducis Atheniensis, quem ante aliquos annos, tyannus occiderat, relicta, formae dignitate, qua facie, qua toto corpore longe excellentissima, eoque nomine per totam Constantinopolim clarissima, & celeberrima. Huius tam illustri feminae fama, cum ad aures Protouestiarij pervenisset, eius v. denda cupido animum eius incescit. Progratia igitur, & libertate accedendi, qua apud Imperatorem pollebat, varijs effecit technis, ut tandem illum videret. Postquam eius venustatem conspexit, toto animi impetu in amorem mulieris ferri, & intra tale decem facere, aut eam sibi ducendam uxorem, aut emoriendum. Itaque extemplo literas, & petitionem praetense Bassa nomine, ad Patriarcham misit, quo benigna voluntate, potestatem sibi ducendae mulieris daret. Patriarcha vero, nullam rationem adduci passus est, ut audiret, nedum approbaret, eam petitionem; quod certum esset, profus adulte. inum esse coniugium, nec absque diuinitum legum transgressione concedi posse. Accedebat hoc amplius, quod vxor eius, & liberi reclamabant. Ut igitur Bassa vidit, Patriarcham, & magnum Ecclesiarcham plane agerendo illi morem abh. nter; apud Sultanum obtinuit, ut Patriarchae barba praecideretur, & magni Ecclesiarchae, nasus ab v. o que latere finderetur. Ac statim sine mora, Patriarcham ed. cto Regio, & Patriarchico throno deduxit, atque inde depulit. *Mihi vero* (in eodem loco, ubi barba def. cto nem passus fuerat, magna illa voce inquit) *non tantum barbam def. cto, veritatis causa, & ne transgresser leges meas, atque in peccatis incurram, sed ipsas etiam manus, & pedes, atque adeo caput ipsum.* Ita Patriarchica Sede expulsus exiit. Causa autem, cur Ecclesiarchae nasus f. l. is f. erit, fuit haec. Erat is vir sapientia praestans, legum observantissimus, iustitiae deditus. Nec v. qu. meo deduci potuit, ut vel minimum diceret f. ceretive, quod praeter officium, & diuinitum legum praecpta foret. Praeterea cognoscens ita bonum virum Patriarcha, semper ipsum versari secum voluit, eiusque consilio utebatur. Hec sciens Protouestiarius, clam ad ipsum homines al-

Patriarcha Constantinopolitani omniū animus.

legavit, & magna muera misit, ut ad recta via declinaret, persuadens Patriarchae; petitionem admitteret, facultatemque adulteram ducendo concederet. Verum laudatissimus, Deoque charus, Ecclesiarcha, cum dona retro, vnde venerant, amandavit; tum illos, qui ea attulerant, cum ira, & obiurgatione repulit, dicens; *Nolite existimare, nos vel latum vnguem assententia diuinitum declinare; sed ea tenere, ea defendere, ut immota stent, nec transmutentur, in omnia secula. Nam quicumque illa transferit, & pedibus calcaverit, incidit in iram, & execrationem Dei, aternisque penis subijcietur.* Ita retro abierunt p. def. cti, qui ad Protouestiario missi venerant, & verba haec cuncta ei renuntiarent, quae ex ore magni Ecclesiarchae audierant. Protouestarius aud. to tam libero, & feroci eius responso, Bassam accedit, id exponit, virum sanctum calumniatur: in hunc denique calpam confert, quod Patriarcha petitionem abuteretur. Ob eam rem, illius nasum f. n. di iusserunt. Ceterum, turpem amoris sui cupidinem explevit Protouestarius; atque potestatem ad Bassa, duxit illam mulierem contra leges, adulterio in quinans; legitima vxore sua, & liberis abdicatis, & expulsis prorsus. Verum non diu profus, tantum felus diuina vindicta gladius abire sinit; quo minus ei dignum facti praemium daret; sed breui, & celeriter dedit. Quodam enim die, sedens ille cum quibusdam Primoribus, alicui, & tesseri ludabat. Tunc extendit manum, ut tesseras prehenderet, & iaceret; dumque extendit, continuo moritur, horribilem in modum stridens dentibus. Vindictam habet Deus oculum, qui castigat. Nemo autem assidentium collusorum, nec alius tunc ibi versantium quisquam, vnde illud lectissimum telum venisset vidit; sed ut repente exanimatum viderant, omnes contremuerunt, magno timore perculsi, Deumque ex toto animo inuocantur, custoditos, & liberos velle se ad tam horrende irae esse. Intercius quippe eius, omnem oculorum obtutum figerat, repente veniens, si n. ilique mortis genere, quo Iulianus transgressor, & apostata quondam, extitit. Ita dum sceleratae cupiditati suae indulget, priuatus est, tum hoc, tum futuro seculo; sempiterno igni, cum omn. nefario inimicorum veritatis, & Dei grege, adiudicatus. Perlatum ad Sultanum, & Bassam subita, & terribili Protouestiarij morte, admiratio eorum animos inuast, & cognouerunt, esse iusto Dei iudicio f. c. tam vitionem, disciplina causa. Sultanus porro nihil melior ab hoc exemplo factus, filiam Davidis Imperatoris alteri iam nuptam, in suum cubiculum accedebat. Pueros ex v. b. & ad loc. v. b. f. u. itim is allectos, in peregrinorum album confictibens, ad suum cubiculum ordinabat: quosdam praeterea tradidit in disciplina, ut Turcorum studijs imbuerentur. Reliquis filijs suis, & Satrapis dono dedit, virgines; quasdam quoque per sua cubicula disposuit, quasdam amicis suis donauit, nec non quasdam breui tempore matris coniunxit. Dracula Palatini Valachiae fratrem iuniorum, apud se habebat; eo que per nefarium amorem turpiter abutebatur, & in suum conuictum adhibebat. Cum primo eum sibi turpissimo flagrant obnoxium esse velle, specimenque idem ingens ingenitatis puer ostendit. Namque ty anno amore ardenti, seque illecebris, & praebibendo delinere fatigendi, pot. ramo, quod nunquam spe auerunt futurum, iam in turpe fac nos prorumpenti, & oscula, primum inuito suo, accrepugnant, figent, non modo testuit, sed etiam extracto vagina gladio, f. mut vulneravit, & ex cubiculo se se propiciens in lateras, sese condidit. f. l. c. i. o. f. u. r. u. s. ad lanna numquam reuertisset. Er. inuero statim, atque redijt, Mahometo concubinus factus, fratri natu maiori, pos-

Vindicta diuina exemplum.

XXXI. Arch. Canthuariensis immunitatis Ecclesiasticae restor.

XXXII. Obitus Sophiae Polonorum Reginae.

fessionem Valachiae, rursitudine propudiosa apud y. annum stabilivit, infelici fato proce. um Daciae. Quos enim ex his dignitate excellere vid. bat, quosque putabat proditionis consilia agitatores, hos omnes cum tota familia lecho dedit, & palis affixit, neque liberis, vxoribus, famulisque eorum pepercit. *Histor. Turc. Ge. acie lib. 1. & 2. Laonicus lib. 9.*

Hoc Anno Thomas Bourghietius Archiepiscopus Canthuariensis, pro libertate Ecclesiastica contra Magistratum secularem strenue certauit. Celebrabat Londini Cleri consentum Anglicani. In eadem Synodo, Galfridus Longobroo ex Procurator Magistri Petri Courtruy, Archidiaconi Exoniensis, a M. io Londoniensis licetio. bus, ad instantiam Simonis Nottingham de actione personali apprehensas, & violenter in ius oborto (vraunt) collocatus est. Quod cum Archiepiscopus, & Synodus accepisset, Priorem Canthuariensem, ad Maiorem, & Vice Comites misit, ut Galfridum durante Synodo a custodia, & iudicio dimitterent: alioquin contra Londonenses per Ecclesiasticas censuras ad gratiam procedent. Hoc nuncio Galfridus liberatus, & Synodo restitutus est. *Ad. v. antiquit. Eccl. Britanniae.*

Eodem Anno Sophia, Vladislai Regis Poloniae relicta, dum caesus extremum, mulier religio. sa, magnanima, sed iracunda; & cum ad amplificandum cultum diuinitum munificia, tum in luxum profusa: quo factum est, ut non modicum a. s. alienum reliquerit; quod moriens, ut filius Casimirus, Rex Poloniae dissolueret, mandauit. Extant a. m. p. l. e. i. s. donaria, v. c. t. e. q. u. e. fac. a. e. n. s. t. i. n. a. b. i. l. i. s. p. e. t. j. i. n. B. a. s. i. l. i. c. a. Cracou. n. s. i. & in sacello, quod magnifice a fundam. mentis ex. t. a. t. u. m, & omni apparatu sacro. t. i. n. i. s. C. o. l. l. e. g. i. o. que octo Saec. dotum instructum, ac Sanctissima Trinitate dicatum Basilicam adiuunxit, in quo singulis diebus officium, & Sacrum de Sacrosancta Trinitate decantatur, in quo etiam sepulta est. *Cromerus lib. 24.*

IESV CHRISTI Anno 1462.

PII PAPAE II. FRIDER. ROM. IMP. AN. 4. & 5. ANNO II.

I. Card. Papiensis Paenitentia epistola lectu digna.

AD SACRUM COLLEGIUM ALLECTUS IACOBUS CARDINALIS PAPIENSIS, PARZENNICAM AD SEIPSUM EPISTOLAM SCRIPSIT, DIGNAM, QUAE AB EIU. S. AMPLISSIMI ORDINIS VIRI. S. DIES, NOCTESQUE LEGITUR, AC MEMORIA RECOADATUR.

Ad Cardinalatum vocatus es, & Papiensis, dignitatem in Ecclesia celebrem s. seratur, ut debet. Circumsonant nunc auribus tuis gratulantium voces, curritur ad blandimenta fortuna. Hi te magnam, illi s. y. r. u. n. a. t. u. m. p. r. a. d. i. c. a. n. t. s. u. n. t. q. u. i. r. e. p. r. o. m. i. t. t. a. n. t. m. a. i. o. r. a. Ineundo gratia omnes, formanda menti nemo inseruit. Intendit sibi, non amici bonis. At tu inter haec fortis s. m. a. x. i. m. e. h. i. s. f. r. o. n. t. e. m. a. p. e. r. i. s. c. l. a. u. d. e. a. u. r. e. s. & vultu ex. p. e. r. i. t. u. m. d. i. c. t. a. n. o. n. c. o. r. d. e. V. a. n. a. l. o. q. u. i. n. t. u. r. v. n. u. s. q. u. i. q. u. e. a. d. p. r. o. x. i. m. u. m. s. u. u. m, & l. i. n. g. u. i. s. d. i. l. o. s. e. a. g. u. n. t. S. u. n. t. q. u. i. d. e. m. m. o. l. b. e. i. l. l. o. r. u. m. s. e. r. m. o. n. e. s. s. u. p. e. r. o. l. e. u. m, s. e. d. i. p. s. i. s. u. n. t. i. a. c. u. l. a. R. e. d. i. a. d. t. e. i. p. s. u. m. e. m. p. e. r. & a. u. d. i. s. p. i. r. i. t. u. m. r. e. d. i. t. u. m, q. u. i. i. n. n. o. u. a. r. i. d. e. b. e. t. i. n. v. i. s. c. e. r. i. b. u. s. t. u. i. s. N. o. n. s. a. l. l. e. t. i. l. l. e. t. e, s. e. d. d. e. b. i. t. p. r. a. e. c. e. p. t. a. s. a. l. u. t. i. s, q. u. e. i. n. s. t. i. t. u. t. a. d. p. u. b. l. i. c. a. d. i. g. n. i. t. a. t. e. m. i. n. p. u. b. l. i. c. i. s. c. o. n. t. i. n. e. b. i. t. o. f. f. i. c. i. i. A. v. e. o. h. u. i. u. s. m. o. d. i. s. u. n. t. v. t. s. u. s. c. i. p. i. a. s. a. u. e. o. m. n. i. a. t. i. m. o. r. e. m. D. o. m. i. n. i, & i. l. l. u. m. o. m. n. i. b. u. s. d. e. b. e. t. v. i. t. a. t. i. a. c. u. s. t. o. d. i. a. s. E. s. t. e. n. i. m. i. n. i. t. i. u. m. s. a. p. i. e. n. t. i. a. e. s. t. a. u. r. i. g. i. s. f. i. d. u. s, q. u. i. e. x. c. i. p. i. e. n. s, c. o. g. i. t. a. t. i. o. n. e. s. n. o. s. t. r. a. s, & l. i. n. g. u. a. m, a. d. e. x. t. r. u. m. s. a. l. u. t. i. s. p. e. r. d. u. c. a. t. L. o. q. u. i.

tur Ecclesiastes; *Qui timent Dominum, preparabunt corda sua, & in conspectu illius, sanctificabunt animas suas. Sine illo nec salutare consilium, nec in aduersis vobis. Ponderet timor tanquam anchora, s. s. t. i. u. m. m. e. n. s. Q. u. i. n. & l. i. n. g. u. a. p. r. a. e. r. i. m. n. i. b. i. l. h. a. b. e. t, s. i. f. r. e. n. a. D. o. m. i. n. i. n. o. n. t. e. n. e. n. t, n. o. n. i. n. c. i. t. a. n. t, n. o. n. c. i. r. c. u. m. a. g. u. n. t, q. u. o. c. u. m. q. u. e. e. s. t. o. p. u. s. N. o. n. v. o. s. e. s. t. i. s, q. u. i. l. o. q. u. i. m. i. n. i, i. n. q. u. i. t. S. a. l. u. a. t. o. r, s. e. d. S. p. i. r. i. t. u. s. P. a. t. r. i. s. v. e. s. t. r. i, q. u. i. l. o. q. u. i. t. u. r. i. n. v. o. b. i. s. H. i. c. v. e. r. o. S. p. i. r. i. t. u. s, n. i. s. c. u. m. t. i. m. o. r. e, i. n. v. o. b. i. s. h. a. b. i. t. a. t. S. u. p. e. r. q. u. e. m. r. e. q. u. i. e. s. c. a. m, s. i. t, n. i. s. i. s. u. p. e. r. h. u. m. i. l. e. m, & q. u. i. e. t. u. m, & t. r. e. m. e. n. t. e. m. a. d. s. e. r. m. o. n. e. s. m. e. o. s. A. t. o. n. t. e. m. v. i. t. i. q. u. e. n. o. s. t. r. a. r. u. m, e. a. d. e. m. r. a. t. i. o. e. s. t. I. n. a. n. e. s. u. n. t. a. r. q. u. e. i. n. u. t. i. l. e. s, c. u. m. d. o. n. o. h. o. c. c. a. r. e. n. t, v. e. l. u. t. a. r. b. o. s, c. u. i. s. u. c. c. i. s. a. e. s. t. r. a. d. i. x, s. i. c. o. p. u. s. h. o. m. i. n. i. a. q. u. o. i. l. l. u. d. a. b. e. s. t, a. c. r. u. t. u. m. a. r. e. f. i. c. i. t. E. r. g. o. a. c. c. e. d. e. n. s. a. d. n. o. u. a. m. h. a. n. c. D. e. i. t. u. i. s. e. r. u. i. t. u. r. e. m, s. t. a. i. u. x. t. a. v. e. r. b. u. m. S. c. r. i. p. t. u. r. a, t. r. e. m. e. n. s, a. c. t. i. m. e. n. s. & a. d. e. u. m. d. i. c. u. m. P. r. o. p. h. e. t. a, C. o. n. s. i. g. e. t. i. m. o. r. e. t. u. o. c. a. r. n. e. s. m. e. a. s, q. u. i. a. f. i. r. m. a. m. e. n. t. u. m. e. s. t. i. m. e. n. t. i. b. u. s. t. e, & o. c. u. l. i. t. u. i, s. u. p. e. r. m. e. t. u. e. n. t. e. s. n. o. m. e. n. t. u. u. m. H. o. c. s. a. n. c. t. o. i. n. i. t. i. a. t. u. s. d. e. c. r. e. t. o, s. i. n. e. g. r. a. t. i. a. n. o. n. e. r. i. i. n. r. e. l. i. q. u. i. s. C. r. e. d. e. q. u. o. q. u. e. h. u. n. c, i. n. q. u. e. m. v. e. n. i. s. t. i. g. r. a. t. u. m, n. o. n. i. a. m. h. o. n. o. r. i. s. n. o. m. e. n. h. a. b. e. r. e, q. u. a. m. o. n. e. r. i. s, n. e. c. a. m. o. t. i. j. q. u. a. m. n. e. g. o. t. i. j. l. o. c. u. m. R. e. p. r. i. m. e. t. h. a. e. c. c. o. g. i. t. a. t. i. o. e. s. s. e. n. t. e. m. s. e. a. n. i. m. u. m, & l. e. u. i. o. r. a. f. a. c. i. e. t, q. u. a. e. u. m. q. u. e. s. u. n. t. g. r. a. u. a. t. u. r. a. A. d. s. a. n. e. t. i. a. m. c. o. n. s. i. l. i. a. a. n. i. m. u. m. p. r. a. p. a. r. a. b. i. t. S. i. a. l. i. u. d. e. s. s. e. C. a. r. d. i. n. a. l. e. m. p. u. r. a. s, e. r. r. a. s. v. e. h. e. m. e. n. t. e. r. Q. u. e. r. q. u. i. d. h. i. c. e. s. t, l. a. b. o. r. e. s. t. & d. i. s. p. e. n. s. a. t. i. o. C. h. r. i. s. t. i, n. o. n. q. u. i. e. s, a. u. t. i. m. p. e. r. i. u. m. A. u. x. i. s. t. i. m. i. n. i. s. t. e. r. i. u. m. D. e. i. a. u. g. e. n. d. a. p. a. r. i. t. e. r. h. u. m. i. l. i. t. a. s. e. s. t, a. c. p. a. t. i. e. n. t. i. a. S. a. n. c. t. u. m. m. i. n. i. s. t. e. r. i. u. m. h. o. c. a. t. e. e. x. i. g. i. t. D. i. c. e. n. s. D. o. m. i. n. u. s, Q. u. i. m. i. b. i. m. i. n. i. s. t. r. a. t, m. e. s. e. q. u. a. t. u. r. h. o. c. v. i. d. e. l. i. c. e. t. d. i. c. i. t, s. i. c. u. t. h. u. m. i. l. i. o. r. e. g. o, & p. a. t. i. o. r, s. i. c. & t. u. h. u. m. i. l. i. t. a. r. e, & p. a. t. e. r. e. C. o. l. l. a. r. i. h. o. n. o. r. e. s, s. i. d. e. l. e. a. n. t, n. o. n. c. o. n. t. r. i. s. t. e. n. t. h. o. n. o. r. u. m. o. p. e. r. a. N. i. l. m. a. g. n. u. m. C. a. r. d. i. n. a. l. a. t. u. s. e. x. s. e. h. a. b. e. t. o. c. c. a. s. i. o. n. e. m. l. a. u. d. i. s. a. s. s. e. r. e, n. o. n. l. a. u. d. e. m; t. a. n. t. i. s. q. u. e. i. p. s. e. e. s. t, q. u. a. n. t. a. i. l. l. i. u. s. e. s. t. v. i. r. t. u. s, q. u. i. e. u. m. s. u. s. t. i. n. e. t. C. l. a. r. u. s. i. f. i. t. i. n. d. i. g. n. u. s. g. l. o. r. i. a. s. i. u. e. h. o. n. o. r. e. s. i. v. i. t. a. e. s. t. c. o. n. t. e. m. p. t. i. b. i. l. i. s. N. o. n. f. a. c. i. t. c. a. t. h. e. d. r. a. S. a. c. e. r. d. o. t. e. m, i. n. q. u. i. C. h. r. y. s. t. o. s. t. o. m. u. s, s. e. d. S. a. c. e. r. d. o. s. c. a. t. h. e. d. r. a. m. n. o. n. l. o. c. u. s. s. a. n. c. t. i. f. i. c. a. t. h. o. m. i. n. e. m, s. e. d. h. o. m. o. l. o. c. u. m. N. o. n. o. m. n. i. s. S. a. c. e. r. d. o. s. s. a. n. c. t. u. s. Q. u. i. b. e. n. e. s. e. d. e. r. i. t. s. u. p. e. r. c. a. t. h. e. d. r. a. m, h. o. n. o. r. e. m. a. c. c. i. p. i. t. c. a. t. h. e. d. r. a. s, q. u. i. v. e. r. o. m. a. l. e, i. n. i. u. r. i. a. m. f. a. c. i. t. c. a. t. h. e. d. r. a. I. d. e. o. m. a. l. u. s. S. a. c. e. r. d. o. s. S. a. c. e. r. d. o. t. i. o. s. u. o. c. r. i. m. e. n. a. c. q. u. i. r. i. t, n. o. n. d. i. g. n. i. t. a. t. e. m. C. o. n. t. e. n. d. e. e. r. g. o. q. u. a. n. t. a. p. o. r. e. s. s. o. l. e. r. t. i. a, v. t. i. n. a. m. e. n. o. n. s. i. t, q. u. o. g. l. o. r. i. a. r. i. s, n. e. c. s. u. p. e. r. c. i. l. i. j. p. a. b. u. l. u. m. h. a. b. e. a. t, s. e. d. r. e. s. t. i. o. f. f. i. c. i. j. P. u. g. n. a. c. o. n. t. r. a. s. u. p. e. r. b. i. a. m, q. u. i. a. e. x. d. i. a. b. o. l. o. e. s. t, & a. u. d. i. g. e. n. t. i. l. e. m. h. o. m. i. n. e. m, a. q. u. o. p. u. e. r. e. s. i. n. s. t. i. t. u. t. u. s. l. i. c. e. t. e. n. i. m. s. i. n. e. C. h. r. i. s. t. o. s. t. e, s. i. n. e. s. e. n. s. u. b. o. n. o. t. a. m. e. n. o. n. e. s. t. E. q. u. i. d. e. m, i. n. q. u. i. t, v. t. h. o. n. o. r. e. d. i. g. n. u. s. e. s. s. e. m, p. r. i. m. u. m. l. a. b. o. r. a. u. i. s. s. e. m. p. e. r. S. e. c. u. n. d. o, v. t. a. s. t. i. m. a. r. e. r. T. e. r. t. i. u. m. m. i. b. i. f. u. i. t. i. l. l. u. d, q. u. o. d. p. l. e. r. i. s. q. u. e. p. r. i. m. u. m. e. s. t, i. p. s. e. h. o. n. o. s. R. e. l. l. e. v. i. r. s. a. p. i. e. n. s, r. e. r. u. m. n. o. m. i. n. a. n. o. n. a. n. t. e. u. l. t. r. e. b. u. s. I. d. e. m. q. u. o. q. u. e, o. t. i. n. g. e. n. t. o. s. i. a. m, d. i. c. i. t, c. i. u. e. s. f. u. i. s. s. e. q. u. e. a. d. s. u. a. t. e. m. p. o. r. a, q. u. i. a. s. s. e. c. u. t. i. C. o. n. s. u. l. a. r. u. m. R. o. m. a. s. s. e. n. t, s. e. d. e. o. r. u. m. d. e. c. i. m. a. m. p. a. r. t. e. m, v. i. x. r. e. p. e. r. a. m. d. i. g. n. a. m. g. l. o. r. i. a. n. e. c. h. o. c. q. u. i. d. e. m. i. n. i. u. r. i. a. A. t. t. e. n. d. i. t. u. r. e. n. i. m, q. u. o. d. e. x. t. r. a. a. r. r. i. d. e. t. o. c. u. l. u. s, q. u. o. d. e. s. s. e. i. n. t. r. a. & p. r. i. m. u. m. p. e. n. d. i. o. p. o. r. t. e. t, n. e. g. l. i. g. i. t. u. r. T. u. e. r. g. o. t. e. n. e. s. e. m. i. t. a. m. r. e. c. t. a. m, & h. o. n. o. r. u. m. v. o. c. a. b. u. l. a. c. u. m. h. o. n. o. r. i. b. u. s. i. n. g. e. c. o. g. i. t. a. n. s, n. o. n. q. u. i. d. s. e. d. a. q. u. o. s. n. o. n. q. u. a. n. t. u. m, s. e. d. e. u. m. g. r. a. t. i. a. e. s. a. s. s. e. c. u. t. u. s. I. n. s. t. e. r. u. i. p. e. r. s. i. n. g. u. l. a. n. o. n. e. s. t. o. p. e. r. o. s. u. m, m. o. d. o. p. r. a. e. s. t. a. r. e. t. e. d. i. g. n. u. m. C. a. r. d. i. n. a. l. e. m. v. e. l. i. s. Q. u. a. i. d. e. r. a. t. i. o. n. e. f. i. a. t, h. a. b. e. t. i. n. p. r. o. m. p. t. u. V. e. l. l. e. e. s. t. o. p. u. s. a. i. e. b. a. t. S. o. c. r. a. t. e. s. Q. u. i. b. u. s. h. o. m. i. n. i. b. u. s. p. e. r. s. u. a. s. i. u. m. e. s. s. e. t, v. t. n. i. b. i. l. m. a. l. l. e. n. t. s. e. e. s. s. e, q. u. a. m. b. o. n. o. s. v. i. r. o. s, i. n. r. e. l. i. q. u. a. m. f. a. c. i. l. e. m. e. s. s. e. d. o. c. t. r. i. n. a. m. P. a. u. c. a. & p. r. i. m. a. d. e. m. u. l. t. i. s. h. a. c. s. u. n. t, q. u. e. c. o. m. m. e. m. o. r. o. v. o. l. u. n. t. a. s, & s. t. u. d. i. u. m. p. o. r. r. i. g. e. t. r. e. l. i. q. u. a. S. e. d. a. d. d. a. m. a. l. i. u. d, i. n. q. u. o. e. n. i. t. i. t. o. t. o. s. t. u. d. i. o. d. e. b. e. t, v. t. q. u. a. n. t. u. m. v. i. d. e. l. i. c. e. t. a. n. t. e. c. e. l. l. i. s. l. o. c. o, t. a. n. t. u. m. & m. e. r. i. t. u. s. p. r. a. e. s. t. e. s. L. a. u. d. a. t. a. p. o. t. e. s. t. a. t. e. n. i. b. i. l. v. i. l. i. u. s, n. i. b. i. l. q. u. o. d. i. n. f. r. a. p. o. s. i. t. o. s. a. d. r. e. u. e. r. e. n. d. u. m, p. a. r. e. n. d. u. m, & a. d. s. i. c. i. p. i. e. n. d. a. b. o. n. o. r. u. m. o. p. e. r. u. m. d. e. s. i. d. e. r. i. a. f. o. r. t. i. u. s. a. n. i. m. e. t. D. i. u. i. n. i. t. a. t. i. u. s, n. o. n. h. u. m. a. n. i. t. a. t. i. s. p. u. t. a. n. t. p. o. p. u. l. i, q. u. o. d. s. u. p. r. a. s. e. v. i. d. e. n. t, & m. a. g. n. a. a. d. i. m. i. r. a. n. t. e. s, a. q. u. a. n. i. m. i. t. e. r. p. a. s. i. a. n. t. u. r. d. u. c. i, q. u. o. c. u. m. q. u. e. e. s. t. o. p. u. s. E. a. r. e. s. q. u. a. n. t. u. m. p. u. b. l. i. c. i. p. r. o. f. i. t, n. e. m. o. i. g. n. o. r. a. t. E. x. e. m. p. l. a. a. t. t. e. n. d. i. m. u. s. m. a. g. i. s, q. u. a. m. p. r. a. e. c. e. p. t. a. s, n. e. c. e. s. t. i. n. q. u. o. p. e. c. c. e. n. t. g. r. a. u. i. u. s. m. a. l. i. E. c. c. l. e. s. i. a. P. r. i. n. c. i. p. e. s, q. u. a. m. q. u. o. d. i. n. i. m. i. t. a. t. i. o. n. e. m. r. e. l. i. q. u. o. s. t. r. a. b. u. n. t. I. n. d. u. e. n. d. u. s. e. r. g. o. e. s. t. n. o. u. u. s. h. o. m. o, & n. o. u. i. s. e. n. s. u. s. f. o. r. m. a. n. d. i. s, q. u. i. i. u. x. t. a. P. l. a. t. o. n. e. m. p. l. u. s. a. c. a. t. e. r. i. s. h. o. m. i. n. i. b. u. s. d. i. f. f. r. a. n. e, q. u. a. m. v. i. r. i. a. p. u. e. r. i. s. Q. u. e. p. o. t. e. r. a. n. t. p. r. i. u. a. t. i. o. f. o. r. t. i. t. a. n. i. d. u. l. g. e. r. i, n. o. n. i. n. d. u. l. g. e. b. u. n. t. u. r. p. u. b. l. i. c. a. m. p. e. r. s. o. n. a. m. t. e. n. e. n. t. i. s. C. u. m. d. i. g. n. i. t. a. t. e, e. r. e. s. c. u. n. t. e. c. r. i. m. i. n. a.*

In magna fortuna, inquit Historicus, minima licentia est. Neque studere, neque odisse, sed nec irasci minime decet. Quae apud alios iracundia dicitur, ea in imperio superbia, atque crudelitas appellatur. Relinquenda tibi sunt delectationes antiquae, omittenda euagationes quotidianae. Raro, nisi cum expediat, producenda in publicum haec dignitas est. Oblata enim frequenter vulgi oculis, vilet. Secretum, & raritas estimabilior illam reddit. Instituta est vita severior, adiungenda maior religio. Quod in aliis est mediocre, id in te amulatum esse oportet, continentium, & constantium. Opus bonum propriam tuae professionis appareat. Os vero, quod Evangelium est consecratum, nil habeat turpe, aut vanum, aut multum. In eo personet semper verbum Dei. Et sicut turpe sibi iureconsulti putant, sine lege loqui; ita tu in commentis verbum crede, quod caret Scriptura. Cantato cum Propheta quotidie; Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Nulla porro intemperati animi in te signa apparent; non libido, non luxus domesticus. Castigata sunt ad vnguem singula. Corporis tui est cultus, ut vestitus familia, ea singulis mensis, illa medicis totius ornatus, ut qui haec intuentur. Sacerdotio digna existiment, & benedicant operibus tuis. Multum haec cura ministerium nostrum commendat. Nihil enim ad laudem, vel ad deum gloriam in obuium est, quam exterior species in qua eo diligentius est vigilandum, quo difficultior est eius moderatio. Magnum, inquit Cicero, est tueri personam Principis in republica, quae non animus solum, sed etiam oculus debet seruire cuius. Innocentiae quoque, & integritatis, & magnitudinis animi, & beneficentiae studium suscipe. Actiones tuae dignae in domo Dei famularum ostendant. Illa etiam diligentia non habeatur in ultimis, ut pateat omnibus domus tua. Et faciles sint ad te accessus. Audiendi non sis impatiens, nec accelerata attentio. Benigna deus responsa. Consolationem capiant, qui te aduent. Nemo tuis discat. Opera vero non singulis suspendenda, quam offerenda. Tibi enim, ut scriptum est, delectus est pauper orphano & pupillo tu eris adiutor. Labor nullus molestum habeat. Est te tunc Cardinalis petita, cum aut egentium aliquid praestitit, aut publicum curas. Hac si propter gloriam in gentilitate olim se habent, quidni tu in Christiana vita a. p. opter Deum id agas? Ad haec praeccepta p. s. n. p. u. r. i. a. d. g. n. i. t. a. t. u. e. c. o. g. n. a. t. a. ; s. e. d. e. a. p. e. r. t. e. n. o. s. t. r. o. s. f. i. (v. t. d. i. x. i.) a. d. u. s. i. g. e. r. e. h. o. n. o. r. i. o. n. u. s. e. t. i. a. m. v. e. l. l. e. s. Q. u. a. d. i. c. o. m. a. g. n. u. s. e. d. p. e. r. t. i. n. e. n. t. u. t. s. a. n. c. t. u. m. a. l. i. q. u. i. d. i. n. t. e. r. m. u. l. t. a. n. o. x. i. a. r. e. p. a. r. t. q. u. a. m. v. t. a. b. s. o. l. u. t. a. v. i. t. a. f. o. r. m. a. t. r. a. d. a. t. u. r. V. g. i. l. a. P. a. p. i. e. n. s. i. s. & e. s. t. o. s. o. b. r. i. u. s. & n. o. n. c. a. r. e. a. n. t. d. i. e. s. t. u. i. & n. o. t. t. a. r. e. c. o. r. d. a. t. i. o. n. e. b. e. n. e. f. i. c. i. j. a. c. c. e. p. t. i. A. n. n. i. p. r. e. t. e. r. e. u. n. t. & m. o. r. s. a. p. p. r. o. q. u. a. t. P. u. g. n. a. v. t. h. e. c. t. a. n. t. i. o. n. e. r. i. s. s. p. e. c. i. o. f. a. r. c. i. n. a. s. i. c. u. t. c. o. r. p. u. s. g. r. a. u. a. t. i. a. n. o. n. o. p. p. r. i. m. a. t. a. n. i. m. a. n. D. o. m. i. n. u. s. D. e. u. s. s. i. t. i. n. c. o. r. d. e. t. u. o. s. e. m. p. e. r. & q. u. a. n. d. o. V. i. c. a. r. i. a. t. u. s. s. u. o. m. e. m. b. r. u. m. t. e. a. d. d. i. d. i. t. e. t. i. a. m. p. r. e. s. t. e. r. v. t. c. o. l. l. a. b. o. r. a. r. e. a. d. c. o. m. m. u. n. i. o. n. e. m. s. a. l. u. t. e. m. v. t. i. l. i. e. r. v. a. l. e. a. s. E. p. i. s. t. o. l. a.

II. Regis Gallicorum ad Pium P. P. Legatio mittitur.

Haec cum sibi scriberet Cardinalis Papiensis, omnibus alijs Sodalibus suis scribebat, formulamque videndi Purpuratis tradebat, ad quam non omnino respexit Cardinalis Atrebatensis: praesertim in ea parte, quae est de studio partium. Enimvero postquam se navigare in portu cognouit, nec sibi de quaesita nimium dignitate amplius ambigendum vidit, quae prius tacuerat, de Ludouici Francorum Regis animo ad res Sicilias, scribere cepit; filiam Regis parulam Ioannis Andegauensis, filio Rhenari nepoti fere coetaneo, desponsatam esse; genero regnum Siciliae optari; facturum omnia Ludouicum, ut Ferdinandum a Pio Pontifice Regem inauguratum Siciliae, & solio pellat: Post haec, non ex usu fore, Francorum familiae aduersari; anxilia, quae Ferdinando missa fuissent, reuocare; hanc Regis animum placari posse, & pragmaticam sanctionem certissime sublarum iiii. Afferebantur & Interamnenis Episcopi frequentes litterae, qui postquam ex Anglia discesserat, ad nouum Regem in Franciam se se contulerat. Is locutum se semotis arbitris cum Ludouico scribebat, cuius ea sententia esset, ita demum pragmaticae sanctioni finem imponere, si de regno Siciliae ei mos gereretur; cupere genero regnum; Ferdinando, quae Princeps Tarenti-

nus possideret, relinqui posse, & ne regni titulum amitteret, Sardiniam ad ioc; Antonio Pontificis nepoti, Calabriae partem donari; Ecclesiam Romanam sua iura serua; sic Regem pacis causa statuisse. Hortari ergo Episcopos, ut ea fierent, quae magno Regi placerent: sic pragmaticam morituram fore, & Romanam Curiam; ad pristinum splendorem redituram; alioquin Regem cum Venetis fœdera inire, & ingentes copias per Sabaudiam in Italiam missurum, Modiolanensi bellum illaturum, cui necesse fuerit, exercitus & regno reuocare: remansuram cum Ferdinando solum in bello Pium, sub tanto pondere periturum; & quae Pontifici scripsit, eadem Francisco Mediolanensi crebris litteris calculauit. Tunc ea Franciscus, & missio Prosero Camulio viro docto, & qui dudum in Gallia versatus esset, cum Pio de summa re: un consultauit. Pius contemnenda Interamnenis scripta censuit, quae se vitro ingessisset, ad res sibi non commissis de regno Siciliae, quae significasset, sua non Regis esse uentura; expectandos Ludouici Oratores, qui propediem venturi essent; hos certam eius mentem allatores; tum consilium caprandum, neq; fugiendum, hoste non viso. Ludouicus paulo post Legatos ad Pontificem ire misit, Riccardum Constantinensem, & Ioannem Atrebatensem Cardinales; quos secuti sunt Andegauensis & Sanctonensis Episcopi, & Abbates aliquot, & P. oceres nobilissimi, quorum Princeps fuit, Petrus Comes Caluimontis, moribus, & aere grauis fuerunt, & Doctores, & Secretarij nonnulli Regis inter Oratores adnumerati. Praeclara Legatio, & digna Rege, quae magno equitum numero, & longo famulorum ordine, cum dies multos in itinere absumpserit, tandem tertio Idus Martij, Romam ingressa est, occurrit Cardinalium Collegio, propter Cardinales, qui missi a Rege venerant. Consistorium deinde publicum habitum in palatio Apostolico; Legati, s. i. e. pompa ad palatium ducti; Por tificem in maiestate, sed in alto solo, Cardinales solita tenuerunt stamna, Episcoporum, & Notariorum Ordo ad scabellum Pontificis pro more locatus; caetera multitudo, quae aderat, frequenter summa, aut steterit, aut in terra se dit, id spatium occupans, quo Cardinales inter, & Pontificis solum facti. Legati Regis postquam Pontificis pedes excolati sunt, & Regiae litteras redderunt, a teigo Cardinalium, & regione Pontificis sortiti locum, atque stantes iussi, quae dicere velient. Ibi Atrebatensis de Franco tum nobilitate, de regni gloria, atque amplitudine, de Gallorum viribus, de Ludouici praestanti virtute; de pragmatica sanctione, quo pacto regnum Franciae inuassisset, & quomodo illam Ludouicus climinasset, longam orationem habuit, ac publica documenta exhibuit, quibus constabat, Ludouicum Regem, ex omni regno, ac ditione sua, pragmaticam sanctionem eiecisse, illamque protinus extirpasse, & ad nihil iam rediisse, obedientiamque Romanam, primumque Sedi, ac Pio Pontifici tamquam Iesu Christi Vicario, veram, & integram restituisse, denique restituere: esset enim Ludouici animus, se Pontificis filium gerere, atque ab eius voluntate, aut iure, numquam discedere. Fecit & de Turcis mentionem, quorum gladius, non sine magno Catholicae Fidei periculo, Christianis cernicibus immineret. Cogitare Ludouicum de religionis tutela, si regnum Siciliae, Andegauensis familiae pateat, & Gentia Gallicum subeat iugum, ut patet esse; missuram in Graeciam contra Turcas, equitum quadraginta millia; peditum, qui arcibus utantur, millia triginta: qua manu facile possit Mahumetes ab Europa deurbari, & iterum Syriam cum sacrosancto Christi sepulchro recuperari. multaque circa haec magnifice locutus est, ampullosa miscens verba, & ad veritate aliena, pro vetis affirmans. Pontifex, postquam Atrebatensis expectatum &

diu desideratum finem fecit, Legationem Regis, & pium animum multis verbis collaudauit, Regni Franciae originem exposuit, & Regum gloriosa gesta. Multa de Ludouici virtute, multa de Pragmatica sanctione locutus. Ea finita oratione, Pius Atrebatensem iussit ad se accedere, atque in eodem Consistorio, rubrum pileum capiti eius imposuit, & inter Cardinales sedere mandauit. Indixit & ad duo iustitium, & supplicationes per omnia templa fieri, & pompas suorum per urbem duci. Dimisso Consistorio, vniuersa Curia, & vrbis populus exultauit; ad noctem luce re ignes, canere tubae, campanae resonare omnes, saltare iuuenes, choros ducere, cantare viri, ac senes inter sese gloriari, qui primum morerentur, sublarum Pragmaticam vidissent: laudare Pontificem, cuius tempore id donum datum esset; Regem extollere, cuius mentem tanta incessisset pietas: tanto res videtur dignior, atque admirabilior, quanto minus sperata fuisset. Neque enim quidquam erat, qui post quattuor, & viginti annos, in ueterum Pragmaticae morbum, sub Pio Pontifice auferri posse consideret. Satis consilium iri Apostolicae Sedi existimabant omnes, si malum non ingrasset.

III. Regnum Siciliae Gallis peruenit prolegati.

His peractis, accedentes Pontificem Legati Regij, de regno Siciliae longam fecere orationem. id olim a Romanis Praefolis, propter obsequia, quae acceptissimum domui Franciae datum; multo sanguine questum: Aragonenses violenter intrasse; Apostolicam Sedem, non tam Hispanis, quam Gallis obnoxiam; indigne agere, si illos praefereat. mississe Pium auxilia Ferdinando aduersus Rhenatum; iniuste id factum; deinceps ea reuocanda fore; id Ludouicum petere, non indignum audiri, qui Pragmaticam abstulerit, & aduersus Turcas tam validum exercitum obtulerit. Pontifex, de meritis Francorum erga Romanam Ecclesiam, deque genti gloria nihil se demere ait, nec de regni iure velle discedere, cuius esset certissimum iudex, & quod saepe Francis obtulerit in principio sui Apostolatus. Ferdinandum, in integrum regnum possidere concessione Apostolica, a possessore patre herede institutum; petiuisse regni Proceres, atque omnem Italiam, coronam possessori tradidi; fuisse traditam ex decreto Senatus; cum Mantuae Conuentus ageretur tuenda religionis causa, Andegauensem inconsulto Pontifice hanes, quas Cardinalis Avinionensis ex pecunia Ecclesiae comparauerat, aduersu hostes Fidei mittendas, inuassisse, atque ex his classem instruxisse, qua in Campaniam missa, regni pacem perturbauerit, Ferdinandumque magna ex parte regni sui eiecisset; decussisse Pium suppetias ei mittere contra violentiam, ne Rex a se constitutus incognita causa destitueret: Non se Francis Aragonenses, sed aequitate praefere. Subtracturum haud rogatum auxilia de regno, si cessantibus armis, res ad iudicium redigatur. Sed cum tantopere parua Praefolis auxilia, de regno auocari petantur; si armorum septuaginta millia facile Regi est, ut Atrebatensis asseruit, per Italiam contra Turcas in Graeciam, atque Asiam mittere; instruantur haec copiae; atque alpes transire incipiant, & omnes cedimus ei. Tum Genna Regi parebit, & nulla de regni ademptione mora fiet. Multa in hunc modum utrimque iactata sunt. Postremo, cum nihil ex Pontifice, nisi honestum extorqueri posset, super inducendis faciendis hoc modo conuenitum est. Aut Pontifex, placeat sibi inter contententes de regno, inducias modici conuenientibus fieri, in eum finem, ut illis durantiibus, aut amicabili tractatu, aut iudicio his soperiret. Atque in hunc finem pluribus verbis scripta schedula ad Regem missa facti, ut si vellet, de tempore, & de modis conuenire posset. Inter Oratores Regis, Andegauensis & Sanctonensis Episcopi, cum se conuersos ad Apostolicam Sedem reuerentiam, cuius antea peccatores fuerant,

Optata non obtinent.

verborum artificio, & frontis impudentia simulassent, erratorum veniam petiissent, lacrymas emississent, ingentes gratias Deo reddidissent, qui se tandem a tenebris absistaxisset, Pragmaticae sanctionis, & ad candidam lucem Apostolicae veritatis perduxisset, quaecumque; voluerunt impetrauere, atque omni gratiosis in dultis, in partiam reuerterunt. Gobellin. 7.

Forte isti ipsi reduces in Franciam, ad vomitum redierant, & Regi Ludouico ea de Pio Pontifice mentiti fuerant, quae opus fuit sacro Collegio apud Ludouicum falsi conuincere. Ita scribebat Cardinalis Papiensis Ludouico Francorum Regi, pro Collegio. Sanctissimus Dominus noster solitus semper, cum graue aliquid accidit, ex benignitate sua id communicare Collegio, retulit his diebus, non sine iustitia cordis, in certis litteris, quas Maiestas vestra ad eum scribebat, hoc inter caetera contineri, quod videt quidam ex Romana Curia redeuntes, nauasent vestra Serenitati, suam Beatitudinem accepto nuncio de sublara Pragmatica, ter, aut quater dixisse, guerra, guerra a vsq; ad capillos, quasi per opportunitatem, maiorum pecuniarum saculas maior ad bellum esse futura. Doluimus & nos cum sanctitate sua, admiratiq; sumus, tantam in hominibus perfidiam inueniri, ut cum periculo Ecclesiae, mentiri in Deum, & Vicarium suum, nulla ex causa praesumpserint. Pie tamen fecit Serenitas vestra, illa non credere, nec malignitati aures prestare. Quaru illi per has fallacias inire gratiam vestram, quarum disfidium inter societas voluntates inducere. Deus, peruersitatem illorum, vel sanet, vel perdat. Serenissime Rex, testamur Deum, & conscientias nostras, vera esse, quae Celsitudini vestra dicemus. Acceptis litteris sublationis Pragmaticae, illico in Consistorium nos conuocauit, legi eos per Secretarium fecit, lacrymantibus oculis recessit, quantum esset Maiestati vestra beneficium in totam Ecclesiam; quanta pietas sua, quanta religio, quanta bonitas mentis, laudando, & benedicendo saluari non poterat. Agebat frequenter gratias Deo. Agebat Celsitudini vestra, hoc crebro adiciens; obligati nimium Regi tam Catholico sumus, ornauit nos, ornauit tempora Pontificatus nostri. Quod Eugenio, Nicolao, & Calisto euenire non potuit, hoc per hunc Regem, Deus nobis concessit. Plena humilitatis, & gratiarum fuit eius vox, atq; oratio. Rursum aduenientibus vestra Maiestatis Oratoribus, cum in publico Consistorio, obedientiae, & pragmatice extinctionis honorificentissimis verbis esset oblata, effudit eo in loco omnis gratitudinis sua affectus. Nota est responsio Beatitudinis suae, audita laudes ab omnibus, quas in Maiestatem vestram, & Christianissimam Francorum domum conuersit. Sequentibus diebus vsq; in hodiernum, per quem quam nostrum nihil auditum est, quod non propensissimum animu indicet. Experimur quotidie ingeniu eius, & sensus. Bonus est, mitis est, & simplex, & verus. Verba illa, sua non sunt; nec habent commune aliquid cum moribus suis. Similia sunt porius ingenio, & leuitati eius, qui ea finxit, & reulit. Pro Deo, bonitas vestra tantam enormitatem non credat, suauis est in ore suo commemoratio nominis vestri; nec tunc summo honore de Rege Ludouico sentit, & loquitur. Oramus, & obsecramus Maiestatem vestram, ut aures delatoribus claudat, sicut sapientissime facit. Colat hunc Pontificem, a quo colitur, & amet eum, a quo paterne amatur. Societas haec, & conuenticio, veriq; erit perutilis. Nos dolentes disfidium inter patrem, & filium malignitate peruersorum nasci, volentesq; testimonium perhibere veritati, ex debito nostro vltro has litteras scripsimus, praecantes, ut vestro magis, quam leuium hominum testimonio credat, & bonitatem suam sequatur, non appetitum malorum. Ep. 18.

Per id temporis Regnum Bohemiae fluctuabat, propter malignitatem, & pernicitiam Rochezanae, nequissimi veteratoris, & haereticarum, qui Regem Podiebracium in Hussitarum haeresi natum, & educatum; multisque successibus auctum, multis & publicis, & priuatis sermonibus in ea haeresi (quam haereticum non esse, sed veritatem per Compactata Basilensis comprobata afferbat) cor firmare conatus; plurima contra Wenceslaum, Administratores Ecclesiae Pragensis, & contra Catholicos egit. Nam cum id hunc ipsum Wenceslaum, quoniam

IV. Legatorum aliqui sinistre Regem Galliarum informant.

V. Bohemia regnum fluctuat.



venissent Sodales Franciscani, templo, cui Rochezana praefuit, vicini, querentes contumeliam sibi, iniuriamque ab eo in omnibus suis concionibus inferri, admonuit Rochezanam Wencelium, ut a contumelijs abstineret. At ille exagitarus querela, multo deinceps, quam prius, magis, insolentiusque ad vexandos miseros, cum sua administratione incubuit, verans, ne praeter praescriptum suum sermocinarentur; ne aegrotos cum Sacramento Eucharistiae sub vna specie visitarent, ne mortuos a calice abhorrentes sepelirent. Itaque multi sine viatico decedebant, & ad sepeliendum extra portas civitatis efferebantur. Dispositum idem in omnibus domibus, qui perscrutarentur, si quem inveniunt inquilinum a lecta illorum dissentientem, ut eum vrbe exturbarent. Nec iniuriam passis vllum propius, quam Romae periculum; quippe solius Romani Pontificis censuras Podiebracius aliquid tantisper reuerentur, cum Pius mitaretur, nisi Romam, ad praestandam exactiore modo, quam prius obedientiam, & ad eiciendam haeresim Catholicam Ecclesiae contrariam, Legatos misisset, promissisque steterit. Initio igitur huius anni misit Oratores, quorum Principes fuerunt, Procopius Rabestynus, & Sdeno Cosca; inter Barones Regni memorabiles. Procopius iampridem Pontifici, cum in minoribus aeger, notissimus fuerat, & amicitia singulari coniunctus, & in pluribus Legationibus socius, cum ambo Imperatoris Consiliarij fuissent: propter quas res perceptorum veterem Pius complexus est, & donis non vulgaribus profectus. Cosca, inter paucos Regi acceptus, erat eius perfidiae comes. Procopius numquam a fide Catholica deviauerat. His duo Sacerdotes additi fuerant lingua prompta, & Hussitarum insania adacillimam assertores. Honorati sunt tamquam Oratores Catholici Regis, & in auditorio publico auditi. Procopius, nomine Regis obedientiam praebuit. Alcer ex Presbyteris voce sonora, atque oratione praecipiti, conuena Bohemorum cum Basileensi Concilio; quae vocant compactata, confirmari Apostolica Sedis auctoritate petiuit, id Regem cupere, id regnum expectare; id nisi concedatur, pacem inter Bohemos esse non posse. De communicatione vtriusque speciei, multa disseruit, & quasi sanctam, diuinamque appellauit, tamquam sine illatione esset salus. Concederat eadem die Cardinales ad hos audiendum, fallacemque orationem deprehenderant, quando ille vestitus, communicationem calicis tanto artificio extulit, ut eum salutarem Christiano populo, & reuelatam diuinitatis dixerit, tum vero illationibus obliquis ad necessitatem salutis pertinere ostendere conatus est. Pius Pontifex postulat hanc ad concilium de ferens, de sententia facti Senatus in publico quoque Bohemis respondit, ac responsi eius haec fere fuit sententia. Obedientiam recipere se, quamquam communem nimis, ac dimittam; credituram apostolicam Sedem, tum demum illos veram, absolutamque praestare, cum pulsus erroribus, ad vultu Domini Rex regnum reduceret. quod ut mature faciat, per praesentem ea hora obedientiam se arctius imperare. Calicem vero, quem tantopere commendasset, illis nec necessarium esse, nec sane etiam vtilem. Definisse Synodum Constantiensem, non licere ab institutis Ecclesiae, qua Spiritu Deo reguntur, abire. Instituisse autem, ut qui extra Sacerdotium essent, calice abstinerent: quando, & communicante turba esset, vtriusque periculum est, & ad viaticum agrorum Sacerdotum longius eum ferente, seruari difficile potest: tum autem, ne inducta plebs, quo sensibus ducitur, nisi sub vtraque specie non sumi a se totum Christum, & integrum crederet. Conuentorum porro, que memorarent, admodum nullam vim esse, nec licere illis, quod crederent. Eorum omnem rationem bipartitam videri, permitti altera, ut qui vnicionem Romanam Ecclesiam seruarent, ritumque in ceteris crederent Ecclesiae, sumendi quoque calicis usum haberent, altera vero permitti, ut

Obedientiam Podiebracius Pio PP. praebuit.

si re inde ad Concilium delata, illi nihilominus desiderio calicis tenebuntur, cumque missis Legatis petierint, indultum iri Sacerdotibus suis facultatem illius, ut tantum ministrantibus, quibus & per atatem liceret, & sponte sua pie despoferent; lege perpetuo adiecta, ut praefari populis ante calicem debeant, ne in pane carnem tantum, neque in vino sanguinem tantum, sed sub singulis totum Christum, atque integrum contineri. Illos non seruantes conuena, Synodum qua obtulisset, non indulsisse: qui non seruauerint, conuentorum nullum beneficium esse. Quod post illa non indulsit Synodus, conuenti nihil extare, non indulsisse autem, vel quod non petierint, Bohemi, vel quod indigni ob neglectum habiti sunt. Ita causam non superesse, cur aut nos ex conuentis appellent, aut Romanam Sedem: ut moueri oporteat. Sed nec commodum Pastori Ecclesiae, nec illis videri expediens, noua nunc ratione id ipsum permitti. Negasse hoc semper priores Pontifices: ab eis in tanta redissentire, non sani esse consilij. Latius indignae ceteras gentes, his datam, prohibitam alij participationem hanc calicis. Nationes quietas, opera pretium non esse, nunc commouere. Proclue quoque hoc ad errorem videri, quod ad necessitatem salutis pertinere eum, si concedatur, rudis populus nimis sit crediturus: quam rem potissime damnet Ecclesia. Porro autem diuidendorum animorum, & perpetuandi odij eam concessionem, perpetuam causam afferre. Esse in Bohemia partem adhuc sanam, nobis conseruam. hanc in dissimili ritu idem nunquam sensuram, consuetudinem armis, & animis. Timentam proinde Domini vocem, de solatium, quodcumque in se diuisum sit regnum. Aequius esse, veteri sententiae non iam concedere, quam veterem noua. Illam totius Ecclesiae probatam consensu; hanc quorundam tantum Bohemorum susceptam iudicio reliquorum fidelium repudiatam decreto. Circumstare insuper regnum, potentissimas plebes, Theatones, Hungaros, Polonos, infestas videri illas vique iuratas, ac mille licet proferantur Sedis decreta, putaturas, verari eos in errore, sicut & nunc quoque existimant: nimis quoque arrogant, Bohemicam gentem damnaturas, quae plus contenderet, plus sibi despoferet, quam Christianorum reliqua multitudo. Iurgia, obretractationes, & pugnas hinc prouenturas. Inconsultum videri, intrus atque extra perpetuos sibi hostes conscribere, nonnisi haereticis subire infamiam. Expendisse diligenter haec Romanum Pontificem; inuide, quod ab illis postulat, credere, nescire, quid petant. Dispensatorem se mysteriorum Dei esse; ad Pastoris opus pertinere, gregem Dominicum pasceri, illumque in viam rectam statuere. Non intelligere homines aliquando, quae vera sint bona. Penitus esse sepe mortales peracti voti, atque imperati. Quod Oratores nunc petant, ad vitam aeternam non pertinere. Fumum quandam, atque iranis gloriae ventum queri. Hortari proinde eos, contenti sint sub specie tantum panis, Corpus Domini, Sanguinemque assumere; ad salutem id ipsum sufficere, admonente Domino. Ego sum panis viuus, qui de vato descendit, qui manducat hunc panem, viuet in aeternum. Disceptati in Ennaus, in solius fractione panis, Dominum agnouere. Nollent plurius his esse, aut patres eorum sapientia anteire, qui sub vna tantum specie, Sacramento accepto, in Christo mori ui sunt ad vitam. Illorum filiorum esse viam contrariam. Adungant se igitur non erranti Ecclesiae, in vnicioneque religione vniant. Regnum potentissimum olim, postea labefactum, reditum mox ad antiquas opes, & gloriam, si Doctores errorum praeteritis, in viam primam redierint, matremque audierint, Romanam Ecclesiam.

Prater haec Pontifex, quale olim fuisse Bohemia regnum, quam diues, quam floridum, ac religiosum; deinde quantum decidisset, exposuit; ut corrumpent altissima palatia, nobilissima templa, amplissima monasteria, regnum ad inopiam ac miseriam peruenisset. Id haereses peperisse, & ab Ecclesia Romana recessum. Voluisse Bohemos aliquos plus sapere, quam oporteret: peregrina dogmata introduxisse; eripuisse Sacerdotibus temporaria bona, tamquam nihil possidere eis liceret, qui essent de sorte Domini. Tunc articulum inueniam, quem de civili dominio vocant, quod Sacerdotibus prohibitum asserunt. Dixerunt & verbum DEI alligatum non esse, licereque passim omnibus conuonari, delicta

vero

vero publica, nulla ferenda, neque Magistratum quempiam tolerandum, quem constaret mortali culpa irretitum. Tum quoque in lucem venisse communicationis articulum, quem vocant vtriusque speciei, & necessarium existimant ad salutem, cuius non Ioannes Hus, aut Hieronymus Constantia damnati, crematique, aut Doctor aliqui diuinae legis excellens interpretes, inuentor fuerit: Iacobellum quendam Grammatici iudi Magistrum eius erroris fuisse repperitorem, qui cum legisset apud D. Ioannem, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quid agimus inquit, illud dunt Sacerdotes nobis, paratissimas claudunt, dum Sanguinem nobis prohibent, soli ad vitam ingredi volunt. Auditus est ab indocto; crediderunt imperiti saluari neminem posse, nisi sub specie vini de calice biberent; & Doctore, atque auctore Iacobello, effectus articulus, quid diceret, Communicationem sub vtraque specie, ad necessitatem salutis pertinere: cuius contrarium in Concilio Basileensi declaratum esset. Conuena praeterea mille modis a Bohemis fuisse violata; frustra vocari amplius compactata, qua vim habere d. fuisse: quam loquidem Communico vtriusque speciei his tantum iudici fuisse ex regno Bohemia, & Marchionatu Moraviae, qui vix usum antea habuissent, & qui eam desiderarent; ipsi vero etiam insensibus, calicem tradiderint, & inuitos compulerint de calice bibere propter quam rem indulto indignos reddiderint. Quod ea, qua Rex peteret, ea se velle cum Fratribus in consultationem proponere. His dictis soluta est conu.

VI. Bohemici Legati redierunt in Bohemiam.

Post haec saepe Legati ad Pontificem vocati sunt, & cum velle Cardinibus auditi, si qua posset inueniri via, qua regnum Bohemiae ad vnitatem rediret Ecclesiae, & caeteris Christianis conforme fieret. Procopius, cum esset Catholicus, ab honesto numquam recessit: reliquus nulla potuit honestas perferri, nisi compactata confirmarentur, Bohemicam gentem haudquaquam quiescere posse affirmantibus. Propter hanc rem necesse fuit publice postulari, publice respondere. Accessit Consistorio Pontifex pro tribunali sedit, ac de Compactatis locutus, ea ex multis capitulis desisse demonstrauit; exin non posse indulgere sine magno periculo, quae egerentur. Postremo Regem in sua coronatione, ob ditium se Romano Pontifici iurauisse; oportere eum, si animae curam gereret, Apostolicae Sedis mandata suscipere, quae huiusmodi essent, ut iam tandem de illa vtriusque speciei communicatione, Romano, & vniuersali Ecclesiae, cum familia, & subditis omnibus se coartet; nisi fecerit, regnum eius suae non posse. Cum hac oratione, & Consistorium admissi cubiculum, gratias pro responso egerit, idque se fideliter relicturos in Bohemiam dicere, petentes aliquem in tri seculum, qui praesens esset, cum Regi fere relatio, & qui mandata Pontificis, si videret, latius explicaret, suaderetque Regi, ut Apostolicae Sedis mandata susciperet. Fantius erat in Curia praesens; natusque, natione Galata, & qui Regis Bohemiae procuratorem gesserat. hunc petentibus Legatis, haud de negandum Pontifex censuit. Missus ergo cum eis est, ut quae asta essent Romae, non Regi solum, sed Baronibus quoque fidelibus in Bohemia nota faceret, si qua forte Legati sub haberent.

VII. ad eos audendos conuentus indicitur.

Reuertentibus ijs in Bohemiam, illico indictus est, ad festum Sancti Laurentij, P. age, ad eos audendos ex Bohemia, & Moravia sequens Conuentus, cui Rex, Regina, & filij praesentunt. Auditi prima die Legati, contra expectationem P. j. Pontificis & Cardinalium, cuncta fide literatuler. H. s. cognitis Podiebracius, exa. fit vehemens, ac si praeterea iam metum perfidiae, male assummatam ante illam humilitatem abieceris, in Pontificem primum contumelias euomuit; Quod d. anis, inquit dici potest, de impudencia istius Pontificis? quem non potest, acta

Concilij, pactaque iurata velle facere, quae Eugenius Papa non temere, sed de sententia omnium Patrum, qui in Concilio aderant, rite nobis comprobati? nec leuitate a contentis obijcit nobis iuramentum, quo iurauimus, haereticam prauiditatem v. Ille abijcere, & omnes haereticos de regno nostro tollere. Numquam nobis haeretici, qui vere digni hoc nomine sunt, cordi fuerit, nec hodie sunt. Sed tantum etiam abest, ut eos, qui Compactata, & Communicationem vtriusque speciei obseruant, pro haereticis habeamus, ut videntissime nos inter illos, tantquam Christianos, illa (ut credimus) iuramento vestro, vna cum conuige, & liberis numeremus. Adiecit praeterea, natum se, atque altum in panis, ac calicis communicatione: scire illam diuina lege mandatam, nec velle, aut posse tantum praescriptum DEI relinquere. Ex conuentu eadem permitti quae conuena, nec abrogata haec sunt, nec adimam Romano Pontifice possint, neque enim supra Euangelium aut Concilium potestatem eius esse. Meritos virtute sua Bohemos, vt ante alias gentes illa ipsa acciperent, quae per inanes minas, cum ignominia dimittenda non sunt. Ad extremum ab illis scire cupere, An sibi tuenti conuena, adiumento esse vellent. Haec cum perorasset, Reg a factio exclamauit, Volumus. Ab altera parte, Iodocus e famia Rosenburgi, Episcopus Wratislauensis, nomine Episcopi Olomucensis, Baronumque Sternbergiorum, Rosenburgiorum, & aliorum Catholicorum respondit; Quod ad regni gloriam, & communem vilitatem attineret, omnium ipsorum in tuendo, & regno, & Rege promptam adesse voluntatem. Sed quod alienam religionem tueri debeant, nec se teneri, nec sibi videri tutelam eiusmodi salutarem. De Compactatis: Qui illis indigent, ipsi illa defendant; nos illorum nihil indigemus, praesertim, cum Pontifex illa penitus abrogat. Nam sicut in vnitatem, & obedientiam Sanctae Romanae Ecclesiae, & nati sumus, & cum progenitoribus nostris haec viximus; ita in eadem fidelium vnitatem, & viuere, & mori volumus, vnam, & tu Rex sine illis compactatis, candidam simplicemque obedientiam Ecclesiae Romanae praestares. Horum dicta ille excipiens, cum ad mouendos eos a sententia, multa esset cogatus, nihil autem praesentis, surrexit, & postero die ad horam redire iussit omnes. Conuentibus, acciuit Fantius, Pontificis Oratorem, atque venientem, seue o vultu exiecit. Ille indignabundum rogauit, ut sibi ea libertate, securitateque mandata Pontificis perorare liceret, qua Bohemis Oratoribus licent, apud Romanum Pontificem: alioqui silete, quam loqui malle. Audimuste, inquit Rex, vtriusque Pontificis, & Procuratorem nostrum. (Egeras, ut diximus, aliquanto tempore Fantius istud munus, sed menses nonnullos ante, perfecta iam Regis morte, vltro dimiserat.) Cupiens explorare Fantius, a salute, & benedictione Apostolica incepit, bonis d. cis tam Bohemos, quam Moruos compellans, qui obedientiam, debitumque honorem Ecclesiae Catholicae repineant. Alios deinde, ad hoc ipsum studium, ad eundemque consensum adhortatus est hoc argumento, quod dicit Dominus, Omne regnum in se diuisum, stare diu non posse. Enumerauit postea beneficia a Romanis Pontificibus in Bohemos profecta, quorum maximum esset ipla religio, quae a vnitatem Romani Pontificis per Cyrillum, & Methodum Episcopos, primum fuit introducta: mox ab Ecclesia Romana confirmata, & ad summum honorem usque fastigium ita perducta, ut ipsi quoque Regibus in Bohemiam aditus pateret, qui vtriusque gentis non coronantur, nisi de sententia Romani Pontificis. Nihil autem in praesens illi aliud a Bohemis exigere, quam ut facta verbis

respon-

Catholici Bohemici Podiebracius Regi aduersantur.

respondeant, quae B. hemorum Legati in Curia Romana locuti sunt, simplici, a q. re aperto animo, Regis, regniq. obedientiam, Pio Pontifici offerentes. Excusavit ad extremum Pontificem, cur non approbaverit Compactata, impedimenti causas allegando, idque pluribus verbis. Sed ista erant, quae Huiusmodi maxime offendeant, cum diceret, concessa ex pacto Concilij, numquam illas afferuisse, sed in concessa, ac plane haeretica mordicus adhuc retinere, in hoc videlicet, quod affirmant, plus inesse gratiae in Sacramento duplici, quam simplici: dein, quod sub specie panis corpus tantum, & sub specie vini duntaxat sanguis contineatur; quodque post verba consecrationis, panis remaneat, & vinum, non autem corpus, & Sanguis Christi: quae omnia in Constantiensi, & Basileensi Concilij, eu. dentissimis rationibus dicebat esse confutata. Vnum hoc ex mandatis dicendum adhuc superesse ait, Romanum Pontificem, Rochezano Pseudoarchiepiscopo interdiceret omnibus sacris, & alijs quibuslibet functionibus, tantisper, dum rescipiscat, & ad unitatem Ecclesiae, a qua Sacerdotium haberet, redeat: ad quae omnia benignum scilicet a Rege se responsum petere. Iussus cras ad eundem locum reueri, id vero ne faceret, fautorum prudentis quique distuldebat. Sed tantus Fantino animi vigor, tamque imperterritus aderat, ut vitam potius, quam mandata sibi a Pontifice Legationem deserere praeparet. Itaque altera die introductus, praesentissimo animo iterum mandata commemoravit, ac Georgio imperavit, ut calice abstinere, idemque a caeteris fieri contenderet. Rememoravit quoque iuramentum solenne, quo inter facta coronationis de ijs, caeterisque ad religionem pertinentibus se olim adegerat: praestandum protinus tanti promissi fidem edixit, quam necessario Sedes Apostolica repetat. Eam si non passiterit, utendum videri, ne periturij haeresisque subeundum sit infame iudicium, cuius rei magno Regi ad tuendam aeternitatem, curam non leuem esse oporteat. Ibi Georgius ex candescens, apprehenso capulo pugionis, quo erat accinctus, Et tu, inquit, a credita procuratore desciscens, ex tuo dominum te statuisse, vestisque ad denuncianda tuo Regi aliena imperia. Manibus nimirum meis admisti celeris, ponas expendes. Fantino respondente, fide procuratoris pridem liberato, Legationem Pontifici, licuisse suscipere: profectum esse, Oratorum, quos misisset, consilio, quia sua fuerint: nec dominatum sibi, sed salutem regno nunc querere. Gloriosus autem nil posse sorti sua contingere, quam in obsequio Romanae Sedis, pro Christo occumbere, Regemque interfectorem habere. Vehementius his Rex irritatus, haud quaequam illa hora ad vi tempore affert, ni proceres quidam imperum cohibentes, indignam rem proclamassent, abiectionis sanguine comaculati manus Regias. Quod vero ad leniendum furorem proximum fuit, sanctissimo Legationis iure violato, in periculo Assumptiois B. V. rapti in carcerem iussus est Praetorij, P. o. copius Rabesteinius Cancellarius; primum in domo sua sub custodia habitus, deinde in carcerem arcis Podiebracianae detrusus est, officio, & dignitate exutus. Eodem die Episcopus V. ratislauiensis, & Zdeneco Ste. ebergius, ne periculosis dignitati suae implicarentur consilij, Praga se subdixerunt. Substitit autem ibidem Prothadius Olomucensis Episcopus, cognatione Regi in ceteris, cuius fiducia, adiuncto sibi Ioanne Rosenbergio enixe laborabat, ut Fantinum carcere eximeret. Sed laterem, ut dicitur, lauit. Amplius tres menses in carcere Prageno fuit, atque aegredens, Ludouico Bauariae princeps deprecatore abstractus. Quo minus autem Pius Pontifex, uti ceperat, censuras, & execrationibus propter ius gentium violatum, fulminare in Georgium periculeret, obstitit precibus Fredericus Caesar, beneficio recentis Georgio deuinctus. Obsidebatur Caesar Viennae in

Podiebracij in Favorinum furor.

arce cum Leonora coniuge, & Max. miliano filio a ciuibus, & fratre suo Alberto; cui Georgius, subsidia ad se tuendum, submiserat. Postquam vero eum praeualere vidit, milites suos reuocauit, ipseque in Austriam cum octo milibus armatorum profectus, arte magis, quam Marte negotium confecit. Sequestri enim personam inter partes suscipiens, Caesar ad colloquium euocauit, atque ita eum cum filio, & vxore de manibus obsequentium eripuit, & in tuto collocauit. Cum ergo videns Pius, vna improbare, & mandata sua contempna, & iusturandam neglectam, & haeresim publice declaratam, & tyrannidem in Legatum suam exercitam, & eaque propter non sibi amplius cunctandum, sed instructuam haecenus arborem excindendam existimaret, Caesar, & principis Germaniae nonnulli, in quos extabant nonnulla Georgij officia, magnis obsecrationibus a Pio contenderunt, ut iudicio instituto paululum adhuc abstineret. Daturus se interim operam, reducere illum p. inatis studijs in semitam rectam Pius etiam intelligeret, laborem hunc inane iterum, quod insanabile iudicium esse; ne tamen videretur ad perditionem, quam ad sanationem inclinatio esse, Sedisque opera impia diceretur, tantis intercessionibus condonanda dilationem constituit. Hinc Huiusmodi audacior e. facti, auctore Rochezano, & Pragenis, Georgio Regi situm lapideam cum ense, & calice inaurato, Praga in ed. tiffimam templi foro imminenti loco, honoris gratia posuerunt. Sed & Rochezano iurisd. & amplificata est, ut possit in Moravia quoque Sacerdotes suae sectae constituere; id, quod P. ost. nni primum fecit, ac deinceps in aljs locis. G. bellinus lib. 7. Dubravium lib. 3. Cochleus lib. 12. Papien. lib. 6. Commentar.

Interca sub hoc tempore Pius Pontifex assumptis ex C. legio sex Cardinalibus seorsum, in quibus plur. fidei, ac consilij esse arbitratu est, Excusatus, inquit, fortasse Fratres, quod plerique omnes, rempublicam neglectum nobis esse, qui postquam a Mantua redimus, de propulsando Turcorum impetu, deque tuenda religione, neq. praeparamenta fecimus, neque vires, quamuis hostes indies magis vrgerent. Tacuimus; non inuis inficias, nihil egimus aduersus inimicos Crucis, palam est. Verum taciturnitas nostra causa desperatio quadam fuit, non negligentia: facultas, non animus desuit. Cogitauimus spernumero, an Christianas viuisitas vel illa via cogere in Turcas possemus, & Christiana plebi consulere, ne fieret tandem praeda Turcarum. Necesse meditando plurimas insummes duximus, & nunc dextro incumbentes lateri, nunc sinistro, infelices nostri temporis deploramus casus. Pudebat vos, nihil agere, cum Turca inde Pannoniam, hinc Dalmatiam bellis aspidius amplius, & amplius vrgerent, atq. vbi vellent gentium, ferocius grassarentur. Videre videbamur, cunctorum in nos ora conuersa, nobisq. tamquam negligentibus allatrare, qui peruenit Evangelicae legi, non afferimus opem, & quasi marcentes otio, Christianum nomen ruere sine remus. Turgebat animus, & quodammodo senilis feruebat sanguis. Iam iam placebat bellum Turci indicere, atque omni conatu, pro religione contendere; sed cum vires hinc nostras metimur, inde hostium, non est Romana Ecclesia, qua suis opibus debellare Turcas queat. Nemo, qui sapiat, fortiozem bello lacebit. Aut Superiorem, aut certe patrem esse oportet, qui pugnam eligit. Nos, Turca multo inferiores sumus nisi Christiani Reges arma coniungant. Quaeimus hoc efficere, inuestigamus vias; nulla occurrit idonea. Si celebrare conuentum venit in mentem, docet Mantua, vanam esse cogitationem. Si Legatos mittimus, qui auxilia Regum petant, deridentur. Si decimas Clero imponimus, appellatur ad futurum Concilium. Si promulgamus indulgentias, & pecunias conferentes, donis spiritualibus inuitamus: auaritia coarguitur; corradiendi auri causa, cunctis fieri creduntur; nemo fidem habet verbis nostris. Quasi negotiatores, qui respondere creditoribus desierunt, sine fide sumus. Quaecumque agimus, in deteriore partem accipiunt. de suo ingenio, metiuntur nostrum. Nihil difficilius est,

VIII. Pij PP. in Turcas animus generosus.

quam

quam aurum extorqueri. Veritatem in omnes partes aciem mentis, nihil certum, nihil solidum inuenimus, nihil non vanum occurrit. Quid agamus in tanta rerum mole? Periculumne certe adhibemus, aut sponte trademur hosti, aut rem ridiculam inchoabimus? Frustra nitimur, & laborando insaniam querere, extrema dementia est. Perplexa, & minus anxia diu mens nostra fuit, & renuit consolari anima nostra, cum in deterius prolabi omnia nostra cereremus, nec vel minima spes rei bene gerenda daretur. At cum dies, noctesque taciti magis, ac magis huc animo serimur, ut de communi salute consilium inquiramus; vnum tandem remedium in mentem venit, nostro iudicio valentissimum, & forsitan non est aliud. Audite, pauca explicabimus; deinde nostram sententiam indicabit.

Philippus Burgundia Dux, quo anno Constantinopolis amissa est, votum publice Deo, utrum se contra Turcas, & bellum cum eis geratur, & hostem Mahumethem, ad singulare certamen provocaturum, si vel Federicus Imperator, vel Carolus Francia, vel Ladislaus Hungaria Rex, vel magnus quibus alius Princeps, quem se sequi non dedeceret, ad hoc ipsum bellum proficisceretur. Nullus adhuc inuentus est ex nominatis, qui se ad tantum prolium accingeret. Excusatum se Philippus existimat, quia non est impleta voti conditio. Excusatus est, non absolutus: stat obligatio, loquitur votum, nec necet irramentum. Potest adhuc satisfieri conditioni; potest Princeps magnus aliquis huic expeditioni sese accingere, ac Philippum, ut se sequatur, accire, nisi paruerit, reus erit iuramenti, & voti violati; quod latuam eius mentem, haudquaquam arbitratur. Sedet animo nostro, quamquam senili, & egroto corpore, bellum contra Turcas pro Fide Catholica suscipere, & in expeditionem ipsam proficisci, Burgundoq. nos sequatur, edicere, qui Regis Regum ac Pontificis loci tenemus, iuramenti votiq. fidem requirere. Nulla patebit excusatio. Rege maior & Imperatore bellum petet Christi Vicarius: obnoxium voto Ducem, non decebit domi remanere. Si annuat desiderio nostro Philippus, non veniet sine comitatu magno, & valido. Nobilium Principum multum sequentur. Regem Franciae decem millia bellatorum non mittere pudebit, qui septuaginta millia publice pollicitus est. De Germania, de Anglia, de Hispania, sua sponte non pauci aderunt. Hungari, qui suam rem agunt, deesse non possunt: nec Veneti, ubi tantos viderint apparatus, classem negabunt. In Asia Charamanus, & alij, quibus Mahumethi potentia suspiria est, haud dubie arma corripient. Epiros, Albanij, Boienses, Rasciani, Valachi, Bulgari vires erigent, quibus tantis copiis a Christianis repeti Graciam viderint. Quis nescit, Romanum Pontificem cum Venetijs, & Hungarijs, sequente Burgundia Duce, adiuuante Francia Rege, Turcarum gentem posse delere? Sed habenda est ante omnia certitudo de Venetijs, & eorum exploranda consilia, qui mores Turcarum, potentiamq. nouere, & quibus viribus, quibusq. artibus superandi sint, non ignorant. Frustra Burgundis, Gallisq. hanc expeditionem suscipimus, nisi concurrant Veneti, quibus maria patent. his nostris imprimis aperienda sententia. Si non approbant, vana fuit cogitatio nostra. Si laudant, Francum, & Burgundum, missa Legatione hortabimur, ne desint Christiana religio. Ex Franco auxilia postulabimus, Burgundum ex voto requiremus; quibus, ut par est, consentientibus, propositum, & iter nostrum publicabimus. Inter Christianos dissidentes, quinque annorum inducias seruari mandabimus; obtemperantes, caelesti benedictione donabimus, rebelles anathemate feriemus; Episcopos, Abbates, atque omnis Ordinis Ecclesiastici viros, ea in hoc opus auxilia iubebimus impendere, quae commode prestare possunt: inobedientes excommunicabimus, & tamquam ignis aeterni mancipia, diabolo donabimus. Reliquos Christi fideles, ve opem pro suis facultatibus afferant, indulgentiarum largitionibus, & gratijs spiritualibus alliciemus. Et quis erit, qui auditio Pontificis motu, non moueatur? Nisi fallimur, hac vnica via est, quae dormientes Christianos valeat excitare, & Regum, ac populorum corda mouere. Vulgata deliberatio, quasi conitru magnum, excutiet somnum, & ad tuendam religionem, fidelium mentes eriget. Non arma, non equi, non homines, aut naues deerunt. Terra, marique

facile struemus bellum, postquam certa res fuerit, Romanum Pontificem cum sacro Senatu, recto itinere communem salutem querere, nec alienum desiderare argentum, qui non modo suum aurum, verum etiam & ipsum corpus pro Christi nomine sit expositurus. Hac nobis in mentem venire, ingenio nostro inuenta sint, an Deus ipse inspirauerit, vos iudicete.

Audiere Cardinales, non sine admiratione, & singulari stupore Pontificis verba: nec dubitauerit, ex Deo esse, quae Dei causam agerent; verum in re magna, nouaque, & antea nunquam addita, consultationi tempus perire. quo dato, plures dies inter se collocauti, tandem ad Pontificem reuersi, dignam Vicario Iesu Christi cogitationem dixerit; qui imitatione Magistris pro suis ouibus ponere animam non dubitaret. Nihil aduersus tam laudabile, & altum propositum dici posse; quamuis aliquae difficultates obstare viderentur. His apertis, Pontifex cui nihil esset non meditatum facile occurrir. Placuit Venetijs scribere, eosque cohortari, ut secretam tenerent, nec alijs communicarent, quam illis, sine quibus tantum absolui negotium secundum leges nequiret: ita facto opus esse. Litterae, manu Pontificis scriptae fuere. Veneti coacto Rogatorum consilio, quantum necesse fuit, diuinam Pontificis meditationem iudicauerit, facturamq. suam rempublicam pro tutela fidei rescripserunt, quaecumq. Pontifex cuperet. Tum Pontifex, suadentibus idem Cardinalibus, Laurentium Episcopum Ferratiensem, probitate, ac doctrina praestantem, & qui Franciae mores nosset, in Gallias misit, Regi, ac Duci defensionem fidei, pro desiderio Pontificis suscipiendum. Et hic quidem iam remissa Gallo-um Legatione, exceptis Cardinalibus, qui remanserunt in Curia; profectus est, iam sacra hebdomada procurrente, in qua Pius Pontifex diuinitum Beati Andreae caput iam pridem in arce Narniensis seruatum, traducere in urbem statuit. Quam rem, quoniam praecipuo studio, & singulari solennitate gesta est, ut ab initio capiti, vsque ad finem suo narabimus ordine.

IX. Card. Animum propositum Pij PP. laudat.

X. B. Andrea caput, Romanum duendum curat Pius PP.

Andreas Apostolus Iesu Christi, Beati Petri germanus, post passionem Domini, cui interfuit, & resurrectionem, atque ascensionem eius in caelum, quam vidit, accepto cum reliquis discipulis Spiritu sancto, ex Asia migravit in Graciam, & in Achaiam se contulit, Peloponnesi prouinciam, quae sibi in fortem predicationis obuenit. Morte nostra aetas vocat. Et quoniam promissionem acceperat a Domino, quando relicta nati, & retibus posthabitis ad eum transierat, quod fieret piscator hominum, haudquaquam fraudatus est. Praedicator enim effectus, & Doctor veritatis exitimus, infinitos homines linguae suae hamo piscatus est, quos Christo lucrificavit. atque ab eo instructa prouincia, religionis nostrae sacra iustepit, cognouitque Christum DEI filium, cum Patre, & Spiritu Sancto vnum esse DEVM, ac Sanctae Trinitatis fidem venerata est. Ipse autem Sanctus Apostolus iam senio confectus, sub Egea Proconsule, in ciuitate Patracensi in cruce suspensus interiit, eodem martyrio coronatus, quo frater suus Petrus, & quo Magister Iesus Christus. Claruit autem multis miraculis in vita, & post obitum. Corpus eius Maximilla religiofama mulier, conditum aromatis sepeliuit, longoque deinde post tempore in Italiam translatum, & in Amalphantana vrbe conditum fuit: quae ob reuerentiam eius, Metropolis effecta, sepulchrum habet gloriosum, & operis magnificentia, & populi concursu. Caput vero apud Patracenses in summa reuerentia, & grandi custodia seruatum, vsque ad annum salutis sexagesimum, supra mille quadringentos



tunc autem translatio eius hoc modo facta. Irum-  
pentibus in Peloponnesum Turcis; duo Despoti id  
regni obtinebant, Thomas, ac Demetrius, fratres  
Constantini, Græcorum Imperatoris, qui apud Con-  
stantinopolim paulo ante in eius excidio fuerat in-  
terfectus. Horum maior Demetrius, postquam pa-  
ratis opis affertur à Christianis animaduertit, acceptis  
alibi possessionibus, ex quibus ageret vitam, ad Tur-  
cas defecit. Thomas vero natu minor, nullo pacto  
induci potuit, ut his seruiret, qui germanum suum  
occiderant, atque Imperium Græcis ademerant, &  
Christianâ sæcra polluerant. Cumque imparem sese  
Turcarum viribus, neque spem vllam auxiliij cerne-  
ret, migrare ex Peloponneso statuit, cuius iam ma-  
gnam partem, tradente Demetrio, Turcæ occupauerant.  
Prius tamen quam inde abiret, Patras perrexit,  
quæ ciuitas in manu eius erat, & accepto inde Sancti  
Andræ Apostoli pretiosissimo capite ex sacratio, cuius  
ipse custodiam gerebat, cum coniuge, & liberis,  
multis Græciæ nobilibus comitantibus, ad Arte De-  
spotum se contulit in insulam, quam vocant Sanctæ  
Mauræ, Epiro vicinam. neque enim tantum thesau-  
rum hostibus relinquendum existimauit, quamuis il-  
li, ut rem fordidam conculcassent, curauit, ne Sancti  
Domini, canibus relinqueretur, & iter suum pro spe-  
ritus est ergo incolomis ad cognatum Despotum, &  
cum eo aliquamdiu commoratus, non minori dili-  
gentia sacrum verticem, quam coniugem, & liberos  
custodiuit. Interea multi Principes Christi ani, & qui  
sunt in Italia, & qui trans alpes habitant, Apostoli ca-  
pitis audita transuectone, Legatos ad Thomam mi-  
sere, multum auri promittentes, si sacras reliquias im-  
petrarent. Id, ubi cognouit Pius Pontifex Maximus,  
exilium tam sacri capitis admodum ægre tulit. At  
postquam sua se de expulsum, non facile restitui po-  
terat, nusquam dignus sibi refugium censuit, quam  
Romæ apud ossa germani sui, Beati Petri, Apostolo-  
rum Principis, & apud Sedem Apostolicam arcem fi-  
dei, ad quam confugere omnibus tutum est, qui suis  
Ecclesijs eiciuntur. Misit igitur & ipse suos nuncios  
ad Thomam, qui pie factum dicerent, quod ex vrbe  
ruitura, & in manus hostium infidelium ventura,  
pretiosissimum Apostoli caput abduxisset, nec fuisse  
perire. Facturum vero impie, atque crudeliter, si  
alteri, quam Romano Pontifici traderet, cuius est de  
Sanctorum honoribus iudicare: aut si alibi esse vel-  
let, quam Romæ, cum fratre suo, & cognatis ossibus,  
adduceret id Romam; futurum aliquando volente  
Deo, quod in suum solium, ope germani restitueret-  
tur; caueret, ne rem sacram, iniussu Papæ, cuiquam  
crederet, nisi Apostolorum indignationem vellet in-  
currere. nec inopiam causaretur: venturo enim ad  
urbem, ibique mansuro, si sumptus fierent, qui prin-  
cipi conuenirent. Viçtus his Despotus, nauigaturum  
se Anconam promisit, sicrumque pignus adductu-  
rum. nec mentitus est. Siquidem ad annum quadri-  
gesimum sexagesimum primum supra millesim-  
um post Christi Saluatoris ortum, Anconam ap-  
puli incolomis; ut credibile est, Apostoli auxi-  
lio, ex validis, & horrendis ereptis procellis, quæ  
illo anno Hadriaticum pelagus plus solito vexauerunt,  
& innumerabiles naves forbuerunt. At Pius  
aduertu cognito, Alexandrum, Sanctæ Sufannæ  
Presbyterum Cardinalem, vitæ sanctimoniam, & lit-  
terarum doctrinam celebrem, eò Legatum de Latere  
misit; qui cognitis Sancti Andræ reliquijs, eas ex  
manu Despotæ assumeret, atque cum apparatu, &  
reuerentia, quæ tam sacre rei deberetur, Narniam  
vsque deferret, & ibi collocaret in arce à Præfe-  
cto seruandas, donec ad urbem vehi possent, his  
honoribus, atque ceremonijs, quæ conuenirent,  
quod tunc fieri non poterat, seruiente bello, quod

tyranni circa Romam Pontifici intulerant. Ale-  
xander profectus Anconam, diligenter inspecto  
capite, & signis recognitis, ubi verum Apostoli ver-  
ticem esse indicauit, veneratus est eum; & accep-  
tum à Despoto; auro ei pro comiteatu ad Cur-  
iam donato; cum egregio comitatu; solennique  
pompa; & multis luminaribus transtulit in arcem  
Narniensem, & obsignatum commendauit Præ-  
fecto; atque ibi aliquamdiu decenter ardentibus  
perpetuo coram eo lampadibus seruatum est. Ela-  
psus deinde pluribus mensibus, cum res bellicæ Pon-  
tifici prospere successissent, & Iacobus Picininus in-  
festus Ecclesiæ hostis ex agro Romano pulsus abijt  
set, tyrannique amissis pluribus oppidis, animo fra-  
cti; ad veniam Pontificis recurrit, ceterique  
perculsi metu, aut sese dedidissent, aut procul au-  
fugissent, & iam pax in agro Romano restituta esset,  
& secuta per circuitum populi quiete potirentur,  
nec caudiretur amplius fragor armorum; statuit Pon-  
tifex, honoratum caput in urbem aduocare. utque  
eo magnificentius exciperetur adueniens, quo ma-  
ior adesset populus; omnibus, qui in eius introitu  
urbem accedebant, aut receptioni interessent, rem-  
issionem omnium peccatorum plenariam est pol-  
licitus, ac decretum in eam rem factum, ad præci-  
puas Italiciæ vrbes transmissit, præscripta die aduen-  
tus; quæ cum prope instaret, tres Cardinales ele-  
git, Bessarionem, Episcopum Tusculanum, natio-  
ne Græcum, vniuersque linguæ peritissimum, virum-  
que magni nominis, & Alexandrum, cuius ante  
meminimus, ac Franciscum Administratorem Ec-  
clesiæ Senensis, atque hos iussit Narniam petere,  
depositumque sanctum pignus inde afferre. Interea  
Romæ omnia parabantur, quæ ad solemnem, ac  
magnificam receptionem Sancti Apostoli digna vi-  
debantur. Veniebaturque Pontifex, ne in honore  
tanti Apostoli, diminute agere videretur, nec quic-  
quam satis fore arbitrabatur, fuitque illi animus A-  
postolorum Petri, & Pauli gloriosissima capita, quæ  
in ade Beati Ioannis apud Lateranum condita sunt,  
obuiam ducere, atque cum illis extra urbem adue-  
nienti facere o Andræ vertici occurrere: quod ne fie-  
ret, argenti moles impediuit, quo ipsa capita inclu-  
sa sunt: non supra quattuor millia pondo ferun-  
tur; estque præterea multum ferri, quod neque  
frangi sine graui incommodo, neque poterat por-  
tari. Omnia est igitur ea capitum delatio, manda-  
tumque, ut quibus diebus ante meridiem Beati An-  
dræ caput per urbem eueheretur, post meridiem A-  
postolorum capita in Laterano publice omnibus of-  
fenderentur, quod non sine maxima populorum  
frequentia factum est. Cardinales Narniam missi,  
cum eò venissent, recognitis signis, sanctissima vene-  
rati sunt ossa, eaque cum tremore, & summa reueren-  
tia suscipientes, ad pontem Miluium detulerunt, ipsa  
die Palmarum, quæ fuit pridie idus Aprilis, hoc an-  
no salutis, secundo, & sexagesimo supra millesim-  
um & quadringentesimum, occurrentibus per om-  
nem viam innumerabilibus populis, laudantibus  
Deum, & sese Apostolo Andræ commendantibus,  
secundoque ab vrbe milliario, in ipsa pontis turri,  
venerandas reliquias per noctem seruandas colloca-  
runt, duobus Archiepiscopis Nicolao Perotto Si-  
pontino, & Alexio Beneuentano, qui excubias a-  
gerent, ibi relicti. Pontifex autem ea die celebrata  
in Apostolico palatio apud Sanctum Petrum pro  
veteri consuetudine Palmarum solennitate, post  
meridiem cum sacro Senatu Cardinalium, & om-  
ni Clero, statuit Ecclesiam Sanctæ Mariæ in po-  
pulo petere, ibique noctem agere, ut sequenti die  
facto capiti inde occurreret. Hæret enim ea Ec-  
clesia portæ Flaminæ, quæ ducit ad pontem Mil-  
uium, Tyberi iniectum. Sed angebatur metu

Magna cum solennitate excipiendū laborat.

pluuiæ,

Pluuiæ im-  
minens S.  
Andræ  
precibus co-  
hibetur.

XI.

Pius PP. cum apparatu magno obuiam in SS. reliquit.

pluuiæ, quæ impendere videbatur. Nubes enim cæ-  
lum obduxerat, fulgura, & conuulsiones vbique  
videbantur, exaudiebanturque passim tonitrua, nec  
spes erat serenitatis. & quamuis multi dies nebulos-  
i, humectique præcessissent, tunc tamen præcipue mi-  
nari videbatur æther, & horrida tempestas instare,  
ventis omnibus urbem versus nubes impellentibus,  
itâ vt crederet nemo absque maximo timore iter fieri  
posse. Sed (mirabile dictu) seruauit sibi suum tempus  
magnus Andreas, nec iter Cleri sese honoratum eun-  
tis, interuenire pluuiam passus est. Nam et si dies, no-  
ctesque mensis eius madida fuerunt, eo tamen tem-  
pore, quo sacrum caput v. hebatur, & quo Pontifex  
illi obuiam perrexit, numquam aqua gutta cecidit  
super terram, quæ parte eundum fuit; & omnis illa  
inbrium congregatio, quæ transitum Pontificis oc-  
cupatura videbatur, vsque in noctem se contulit, ita  
vt sicco vestigio iter fieret. Nox vero humidâ spem  
ademit, post in crastinum optata solennia celebrari,  
& in aliud tempus transferenda existimabantur: ar-  
mane exorto, cessauit pluuiæ, & Sol splendens super  
terram, intare ad eundum videbatur. Mox tres Car-  
dinales, post sacrum caput in ponte repofue-  
rant, eo profecti, id acceperunt, & urbem versus cum  
pompa eduxerunt.  
Ponti Miluii vicina sunt prata latissima, quæ Ro-  
mam petenti, via Flaminia ad sinistram iacent. ea tum  
herbida erant, & florida, atque adeo lara, vt ridere  
videbantur. In horum medio iussit Pontifex sug-  
gestum erigi ex materia ita amplum, & solidum, vt  
omnem Clerum, quæ iaderat, continere possit; atque  
altum adeo, vt quæ ibi fierent, ab omnibus, qui es-  
sent in pratis, perspicue cernerentur, sublimes ara in  
medio constituta. Præmissis igitur tribus Cardinali-  
bus, vt memoratum est paulo post Pontifex ipse cum  
reliquo Senatu, cumque omni Clero, cum Legatis  
Principum, & Proceribus vrbis, atque ingenti popu-  
li multitudine, Flaminicam portam exijt, palmæ ra-  
mum in manu gestans, & pariter Cardinales, reliqui  
etiam Prælati palmas portauerunt, quibus præce-  
denti die ab ipso Pontifice donati fuerant, ob Salua-  
toris memoriam. Plena erat omnis via populo, nec  
vel agri, vel vineæ præ multitudine hominum videri  
poterant. adeo vulgus obreperat omnia. Vt primum  
in prata (nunc vineæ occupant) ventum est, quæ di-  
ximus, iussit Pontifex Cardinales, ac Prælatos, ab e-  
quis descendere, & Sacerdotalibus acceptis orna-  
mentis, sacrisque vestibus, quantum arcus iacere po-  
tesset, iter pedibus agere, secumque suggestum con-  
scendere. Erant omnium Sacerdotum paludamenta  
alba, albæ mitræ, & omnis ornatus albus, qui in viri-  
di prato candidior videbatur. Tenebat ora cuncto-  
rum attonita mirabilis ordo, & dignitas, & pompa  
tor Sacerdotum, qui bini palmas gerentes in mani-  
bus, & Deo preces porrigentes, cum Pontifice Ma-  
ximo, astante populi corona, per prata lento passu, &  
grauibus incedebant vultibus. Erant duo aditus in  
suggestum per gradus clementes: alter ponti Miluii  
erat oppositus, alter vrbi. & dum Pontifex huc ascen-  
dit, præ gaudio, & deuotione illacrymatus, sequen-  
te Collegio, Cleroque omni; Bessarion cum alijs  
duobus Cardinalibus, alterum scandit, arculam fe-  
rens, in qua sacrum caput clausum continebatur,  
eamque deposuit in altaris medio, Cantoribus sa-  
cra carmina intonantibus. Exin facto silentio, præ-  
sentatis clauibus, & ob signa oculis recognitis, aperta  
est arcula; & Bessarion accipiens sacrum Apostoli  
verticem, flens, flenti Pontifici tradidit. Ipse autem  
Pontifex priusquam sacra ossa contingeret, genibus  
flexis ante aram prostratus, vultu demisso, & pallen-  
ti, madidis oculis, ac tremula voce in hunc modum  
locutus est.

Aduenisti tandem, ô sacratissimè, & odoratissimè  
Sancti Apostoli caput. Turcarum te tuâ sede furor expulit. Ad  
fratrem tuum Apostolorum Principem confugisti exultans:  
non deerit germanus tuus tibi, restitueris in solo tuo cum glo-  
ria, volente Domino; licebitque aliquando dicere, ô felix exi-  
lium, quod tale reperit auxilium. Interea temporis cum tuo  
germano aliquamdiu commoraberis, & pari honore cum eo  
poteris. Hac est alma Roma, quam prope cernis, pretioso tui  
germani sanguine dedicata: hanc plebem, quæ circumstas,  
Beatus Petrus Apostolus, frater tuus pietissimus, & cum eo  
vas electionis Sanctus Paulus, Christo Domino regerant.  
Nepotes tui ex fratre Romano omnes, te veluti patrum, pa-  
tremque suum venerantur, colunt, obseruant, & tuo se vitio-  
trocinio in conspectu magni Dei non dubitant. O beatissime  
Andræ Apostole, veritate prædicator, & assertor Trinitatis  
excimie, quanto nos hodie gaudio replet, dum verticem hunc  
tuum sacrum, & venerandum coram aspicimus, qui dignus  
fuit, in quo visibiliter sub ignis specie in die Pemcesles sanctus  
resideret paracletus. O vos, qui Hierosolymam petitis ob reue-  
rentiam Saluatoris, visuri locum, ubi pedes eius steterunt, ecce  
sedem sancti Spiritus, ecce diuinitatis solium. Hic hic consedit  
spiritus Domini; hic tertia in Trinitate persona visa est: hic  
oculi fuerunt, qui sepe Dominum in carne viderunt: hic os sepe  
Christum est allocutum; has genas, non est dubium, quin sepe  
Iesus fuerit osculatus. En magnum sacrarium, en charitas, en  
pietas, en anima dulcedo, en consolatio spiritus. Et quis est, cui-  
us viscera non commouentur? cuius non ardeant intima  
cordis? cui non excidant præ lætitia lachryme, in conspectu  
tam pretiosarum Apostoli reliquiarum? Gaudemus, exultamus,  
Neque enim dubitamus, quin tui capitis comes adsis, & cum  
eo urbem ingrediaris. Odimus Turcæ Christianæ religionis  
hostes: in hoc non odimus, quod tui aduentus ad nos causa fue-  
runt. Nam quid nobis optatius contingeret optuiss, quam tuum  
hoc honoratissimum intueri caput? eius si agratissimo odore  
perfundi: id molestum est, quod aduenisti tibi, non eos hono-  
res impendimus, quos mereris; nos te possimus pro tua excel-  
lenti sanctimonia, digne suscipere, sed accipe voluntatem nô-  
stram, atque aquo animo patere, quod pollutis manibus, tua  
contrectamus ossa, & peccatores te sanctissimum ista memoria  
comitatur vrbs. Ingrederere sanctam ciuitatem, & esto propi-  
tius Romano populo. Sit omnibus Christianis Saluatoris tuus  
aduentus, sit pacificus ingressus tuus sit felix, faustaque tua no-  
bis cum mora. Esto noster aduocatus in celo, & vna cum Beatis  
Apostolis Petro, & Paulo, hanc urbem conserua, & vniuerso  
populo Christiano pie consule; vt vestri patrocinium fiat mis-  
ericordia Domini super nos; & si qua est eius indignatio propter  
peccata nostra, quæ multa sunt, transeat ad impios Turcas, &  
ad nationes barbaras, quæ Christum Dominum contemnunt.  
Protocauit oratio Præfulis omnium lachrymas,  
nec quisquam in suggesto affuit, vel Clericus, vel lai-  
cus, quin non ploraret, & sua non tunderet pectora,  
Beati Apostoli patrocinium implorans. Fuerunt, qui  
verba Pontificis adeo menti suæ imprefferunt, vt do-  
mum reuersi, orationem ipsam quasi ad verbum re-  
scripserint, Pontificique tradiderint. Inter hos fuit  
Theodorus, Episcopus Feltrensis, ingenio, & doctri-  
na iuxta præditus. Eam cum Pontifex oblatam legit-  
set, admiratus est hominis memoriam, & vim ingenij  
laudauit. Tenebatur, loquente Pontifice, mirum si-  
lentium, quamuis singultus nonnullorum audiebatur,  
qui peccata sua plangentes, ploratum retinere ne-  
quibant. Ardebant luminaria circum, & omnis in  
pratis populus, siue natus sit expectabat. Postquam  
vero Pontifex dicendi finem fecit, exosculatus est sa-  
crum caput, & omnes pariter, qui erant in sug-  
gesto stantes osculati sunt; & rursus Pontifex inquit.  
Omnipotens sempiternè Deus, qui cælestes simul, & terrenum  
moderaris imperium, quique nos hodie Beati Andrea Apostoli  
tui pretiosæ capitis acceptione, consolari dignatus es, tribue, qua-  
sumus, vt eius meritis, & intercessione, per fida Turcarum gentis  
atritæ superbiam, & omnium infidelium sublata molestia, Chri-

Verba Pij  
PP. viso S.  
Andræ ca-  
pite.

XII.  
Omnes ad  
sedi com-  
mouentur.

stianus populus securi tibi seruiat libertate. Per Christum Dominum nostrum. Et cum omnes respondissent, Amen, accepit venerandas Apostoli reliquias in manus suas, & eleuans in altum, circueus vndique suggestum, ostendit populo desideratum donum, nec quicquam fuit, qui eius visione priuaretur. moxque voces altissimae audita sunt multitudinis, Dei misericordiam implorantis, ita vt omnes circumuales redderent sonum. Post haec alta voce tonatum Canticum, cuius initium est, Te Deum laudamus, quod fama est Ambrosium, & Augustinum viros in Ecclesia celebres, condidisse. Eo finito, Cantores hymnum cecinerunt in hunc modum:

1. Primus hic Iesum sequitur vocantem Et Crucem primus similem subiit Martyr Argens veneratus oris. Omne per animum.
2. Hinc PIVS Gratos populante Turca Prada ne fiat canibus cruentis Tollit, & sancta profugum secundus Excipit Vrbe.
3. Seque cum sacro comitem Senatus Obuium praebet: redolente Roma Floribus festis, resonante Clero Cantica laudum.
4. Sacra fert dextra nitidus Sacerdos, Splendidi carmen refringunt Quiritis: Alma sis nostra columen, precamur, Et pater vrbis.
5. O pugil sanctae fidei supremus Primus agnoscens Dominum vocantem Primus & latho simil. triumphans Protege Romam.
6. Fac diem faustum, Deus almae nobis: Fulmen in Turcas acuens trifidum; Audiat Andreas populum precantem, Talia reddens.
7. Te precor caeli sator, atq; terra Tolle iam clades, sceleraq; penas; Et tui tandem populis miseris Contere Turcas.
8. Hoc PIVS Pastor, meritisq; tanti Pronus exorat: misere se sis Da manum mundo prope iam labenti Maxime Reclor.
9. Hoc Duces Vrbs Petrus, atq; P. Alus Supplices poscunt, pariterq; Roma His velut nitens geminis columinis Strataprecatur.
10. Da PIO vitam, rogi amicus omni; Solus in Turcas animo perenni Ausus Alpinos superare montes At ma vocauit.
11. Et caput praebet proprium libenter, Nomen vt Christi veneretur orbis, Et viam nostram videat salutis Persidus hostis. Amen.

XIII. Desert in Vrbe in SS. reliquias eius Pontifex.

Hunc hymnum iubente Pio ediderat Agapytus, Episcopus Anconitanus, cini Romanus, incertum, iuris interpret, an Orator, vel Poeta praestaret. Descendit ex in Pontifex de suggesto, luminaribus vndique circumdatus, & venabile pignus in manibus tenens, portauit in Vrbe. Cardinalibus, Episcopis, ceterisque Praelatis suum seruantibus ordinem, & palmas praesferentibus. In via praemultitudine plebis, & equorum, non pauci compimebantur, vixque aditus in tanta populi frequentia patebat. Ad Vrbe portam Clerici adfuit cum sacris, occurrens Apostoli venienti: quo salutato, redijt in Vrbe. & Pontifex Ecclesiam Beatae Mariae ingressus, caput Apostoli in altari deposuit, apud imaginem gloriose Virginis Matris Domini, quam tradunt, Beatum Lucam Euangelistam effinxisse; & benedictio populo,

Episcopos designauit ex numero Referendariorum, qui vigilias illic per noctem agerent; & ipse in cubiculo apud eandem Ecclesiam, praeparato, pernoctauit. Necdum Sol conditus est, & ecce mutato aere, nouas Austro pluuia adduxit, quae noctem totam vsque ad auroram tenuerunt; adeoque ingentes ceciderunt imbres, vt nulli spe esset, in crastinum efferendi per vrbe capitis ad Basilicam Sancti Petri, vt erat institutum. Inde communis omnium mentes occuparat moror, tantam solennitatem, quae praeparata erat, impediti dolentium, & tantam populi expectationem frustrari. Confluxerant insidiatuinae ex Germani, Gallia, Hungaria & reliquis transalpinis regionibus; tum vero ex Italia innumerae aduentauerant plebes, & viri multi nobiles, studio vsendi factum verticem; adeo vt in Iubileo, qui sub Nicolao Quinto Pontifice Romano celebratus est, quem constat fuisse maximum, nunquam vna die maior hominum multitudo visa fuerit; & omnes tristes erant, si praesentium, qui non fuerant in pratis. Nam multi postea introierant. Nec minor Pium Pontificem affligebat molestia, timorem super populo, cuius desideria frustrari animaduerebat, & hinc ciuibus, inde aduenis condolebat, qui pariter angebantur. Rogabant autem vniuersi Deum, vt serenitatem in crastinum elargiretur. Hos non audire noluit diuina miseratio; ac vero simile est impetuisse Beatum Andream suo capiti placidum tempus, qui exauditus est pro sua dignitate. Subito enim paulo ante Solis exitum; siue Aquilo fuit, siue Boreas, aut alius ventus, nubes omnes pepulit, & caelum nitidum, serenumque reddidit, & Sol ipse splendidus, ac supra modum fulgidus apparuit in Oriente; ita vt multi meminerint, & praecipue ipse Pontifex illius distichi:

Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane.

Diuisum imperium cum Ioue Caesar habet.

Sed mutauit Campi nus carmen, dixitq; circumstantibus.

Nocte pluit tota, redierunt tempora nostra.

Nox fuit acta hostis, lux eris ista Dei. Et subiunxit,

Humida praeterijt tempestas, sicca reuerisa est.

Nox inimica abijt, luxit amica dies.

Iussitque Pontifex accersit Cardinales, & parati, quae essent ad educendam pompam necessariae ipse vero in cubiculo suo celebravit, & passionem Dominicam legit eius die secundum Maium; & finito sacrificio, cum iam sequens Senatus adesset, & omnis Clerus, accersitis Cardinalibus percontatus est, quid fieri esset opus. Nam duce re in pompa caput Apostoli secretum erat; verum pedibus, an equis iter agendum, nondum certum. Etsi enim mundauerat hysterna die populum omnem viam, qua erat eundem; non tamen pluuio sa multum super induxerat luto; & transitus in lubrico solo sacerdotibus sacra ferentibus, & sacris inditis vestimentis, difficillimus videtur: tum longitudo itineris, grauis apparebat senibus. Nam circiter duo millia passuum conscenderant, ab aede Sanctae Mariae popularis, ad Basilicam Sancti Petri per mediam vrbe. Itaque multorum sententia fuit, indulgendum esse Cardinalibus, Episcopis, & Abbatibus, vt in equis incederent, reliqui pedibus ambulare. At id Pontifici minime placuit, ne vel diuisa processio pompa videretur, vel parua Sacerdotum deuotio, & minor impensa diuino Apostolo reuerentia; iussitque, vt omnes pedibus irent, honorarentque suo labore facium verticem, dignique fierent indulgentijs: si qui vero senes, aut valetudinarij id laboris subire non possent, irent alio itinere equitantes ad Sanctum Petrum, & ibi in gradibus expectarent ante fores, aduentum pompae; & nihilominus, qui non possent totum iter pedibus agere, posse autem partem; tantum irent, quantum ex suo arbitrio valerent, se loco, ex quo possent ad S.

Processio ad Vaticanum cum eisdem SS. Reliquiis instituta.

Petrum

Petrum pedibus peruenire. Quo audi o, perpauci fuerunt, qui non totum iter ambulare decreuerint. Ex Cardinalibus quidem Ioannes Praeestinus, excellentissimus Theologus, extremo confectus senio; & Prosper Columnensis doctus, ac nobilitate illustris, verum podagra vexatus; ad Vaticanum occultis aditibus se contulerunt: Ludouicus Cardinalis S. Laurentij in Damaso, domi se contulit: Nicolaus Sancti Petri ad vincula, natione Germanus, & Ioannes Sanctae Priscae Hispanus viri docti, & religiosi, graui detenti v. letudine, cum interesse non possent, petierunt, vt dominantes indulgentiarum participes fierent; quod Pontifex indulxit. Nec Philippum Cardinalem Bononiensem, Nicolai Papae Quii germanum morbus recens interesse permittit. Bessarion Episcopus Tusculanus parum validus, in Campo florum pompae se immiscuit, & ad aedem Principis Apostolorum non sine graui labore peruenit; homo, non tam annis, quam meritis confectus. reliqui omnes Cardinales, excepto Rureno, de quo post dicemus, iter totum pedibus exegerunt. Paucissimi quoque ex Episcopis abfuerunt, quamuis multi agrotarent. Fuit grande spectaculum, deuotione plenum, & reuerentia, grandaeuos videre senes, suis pedibus per lubricum ambulantes, palmas in manibus gestantes, & in canis capitis albas gestantes mitras, vestimentis Sacerdotibus indutos, & ipsis candidis luminibus in terram defixis nusquam fluctantes oculos, sed orantes; & diuinam misericordiam super populo implorantes; ex quibus nonnulli, qui prius in delicijs enutriti, vix centum passus ire poterat, non equis vecti, hac die duo millia passuum sacris onusti vestibus, in luto, & aqua facile perrexerunt. Wilhelmus Episcopus Officinis, onus sui carnis; nam pinguis erat, & aetate prouectus, non sine labore tulit; homo nobilis, & Regio sanguine natus: nec Alano Sanctae Praxedis Cardinali non difficile fuit molem fidei corporis ferre; ambo tamen alacres viam peregre. At Ioannes Episcopus Portuensis, natione Hispanus, vir ciuili doctrina excellens, qui paulo ante ex Legatione Hungarica redierat, non parum admiratio vis praebuit, qui etsi senex erat, & valitudine narius, laeo tamen, & vultu, & animo iter totum orando perfecit. Facile portabat amor, & nihil erata amanti difficile. Laborarunt in via non parum, Alexander Sanctae Susannae, & Iacobus Sanctae Anastasiae Cardinales, quorum alterum valetudo non bona, alterum sextus, & sexagesimus annus praegrauat. Vicit tamen deuotio, & nulla in parte pompae defecerunt. Latinus Vrbsina gente natus, laboris alias impatiens, & imbecillo corpore, ea die fortior effectus, nihil inter eundem laborasse visus est. Reliqui omnes, aetate, & robore valebant, vt Petrus Sancti Marci, Eugenij Quarti, Ludouicus Sanctorum quattuor Coronatorum, Galxti tertij, nepotes; Ricardus Constantiensis, qui olim Caroli Regia Franciae Consiliarius fuerat; Nicolaus Theanensis, qui pridem exercitijs Ecclesiae praefuerat, Marsoq; domuerat; Ioannes Atrebatensis, qui paulo ante abrogata sanctione pragmatice redierat ex Gallijs; Iacobus Papiensis, literis humanitatis apprime peritus; Rodericus Vicecancellarius, & ipse Calixtine pos, ingenio praestans; Franciscus Senensis, cuius ante meminimus; Franciscus Mantuanus, nobilissimus Italae, & quae Germaniae familiaris sanguine iunctus, fuitque in omnium vultibus, & grauitas, & religio, & deuotio. neq; vllus affurgens indecorus; adeoque modeste incesit Cardinalium ordo, vt supra modum astantis vrbe commoue enur ad religionem animi. Nec dissimilis visus est Episcoporum, & aliorum Praelatorum incessus; & in omnium Clero admirabilis apparuit compunctio cordium. Aderant Ecclesiarum totius Vrbs Sacerdotes, Sanctorum reliquias praesferentes. Aderant splendide vestiti

Romani Ciues, Conseruatores Camerae, Principes Regionum, & reliqui Magistratus. Legati quoque Regum, & Principum, & Vrbs B. rones, ferebantque in manibus ardenes cereos, & suum quique ex ordine locum tenebant. Pars Legatorum, ac Nobilium circa Pontificem collocata est, auratum ferens supra caput Apostoli pannu, qui Sol radios auerteret, quasi umbraculum (Balдахinum communice vocant) reliqui Clerum antecedeabant. Sunt qui afferunt, triginta milia candelarum ardentium in processu Clerici, & populi ea die supputata fuisse, ad pontem Hadriani, dum illac bini, & bini transirent homines; tantusque inuentus est Sacerdotum numerus, sacra ferentium, vt qui priores inceserant, antea ad Sanctum Petrum peruenierint, quam Papa e loco suo se moueret; & nihilominus alter instabat alteri, & praecedentis vestigium mox, qui sequebatur, occupabat. Vt ergo cuncta fuerint parata, & pompa iam diu caperat incedere, descendit Pontifex, humeris hominum, vt consueuerat, sella vectus aurea: nam pedum vsu iam pridem, vt diximus, abstulerat podagram. misitque Ostiensem Episcopum, qui duobus Cardinalibus comitatus, ex aede Sanctae Mariae Apostoli caput, ad se ferret: nam illi praemultitudine plebis, non patebat in Ecclesiam aditus. Receptum est ex altari nobile pignus, & in manus Pontifici datum, vidente omni populo, & DEI misericordiam implorante. Pontifex illud ex osculatus accipiens, & ante se ferens, & circumfusae multitudini benedicens, cepit procedere hora iam decima tertia; tantaque vbique hominum turba, viam obsederat, vt vix milites Papam stipantes, iter fustibus aperire possent: quamuis extra Vrbs aedificia, aliquamdiu eundem esset, qualiores inueniuntur semitae. Flexit enim Pontifex ad dextram, Tyberim versus, & secundum fluminis ripam incedens, reliquit ad sinistram Augusti tumulum: quibus in locis, etsi late alia praeterent viae, nihil eo die vacuum erat, adeoque densiter inter se hominum turbae cohaerebant, vti actum tritici semen vix poterat in terram cadere. Pari modo vici omnes vsque ad Sanctum Petrum oblecti reperebantur, nec turba eadem erat, qua dimisso vno loco, alterum occuparet, sed noua vbique hominum facies offendebarat. Itum est prope Tyberis cursum, donec ventum est ad frequentia Vrbs aedificia, dextro itinere. Ex in pompa ad sinistram flexit, & per arctos ciuitatis vicos, & altas aedes venit ad templum Pambon, quod gentiles dijs omnibus, id est daemionibus, Maiores nostri gloriose Virgini Matri Domini, & Sanctis omnibus consecrarunt: atque illac per plateam magni templi, vertit se ad dexteram manum, quouique praeterijt Diui Eustachij sacellum; ibique rursus sinistrosursum itum est ad aedes vsq; Eberardi Cardinalis Sanctae Sabinae, scientia iuris eminentissimi, & exemplaris viri. tumque tertium ad dexteram inclinatum est, & via itum, quam Kapae vocant, vsque ad aedes Maximi recens tunc editas. Illinc denuo sinistram iter acceptum vsque in Campum florum; quo ad dexteram pertransito, platea Sancti Laurentij in Damaso occurrat, quo in loco, sinistritum est vico vsque quo rursus adesset ripa Tyberis: & postremo dextra via, ad molem vsque Hadriani peruentum; vbi ponte transmissio, per viam sacram, ad Sanctum Petrum iter habitum, quod vbique floribus, & odoriferis herbis stratum fuit. Qua vero frequentes ciuium aedes inuentae sunt Vrbe tota, recta erat pannis, ac ramis arborum via, ne Sol offenderet, & omnes domorum parietes ornati, quos anlea, pitctique tapetes operuerant. Ingentem Romani, & laetitia, & deuotionem ostendere, & pariter Curiales, & aduenae inuicem certantes, quo alter alterum in honore Apostoli superaret.

Triginta Candelarum millia in illa processione numerata.

Processionis ordo indicatur.



Quicquid ornamentorum in domibus fuit, id totum effusum est, ad decorandas sacro capiti vias. Nulla pretiosa vestis, ea die non est ostensa. Matronæ, ac virgines, in ostijs, & in fenestris domorum, cum luminariis, & ornatu, qui tempore conveniebat, orantes, pompæ transitum intuebantur, facti utique caput venerabantur. Fumabant per trivium, & vinctas plateas altaria, ardebant thura passim, & thimiamata, & odorata arboris ramusculi; pictas tabulas, egregias statuas, & quæ vias exprimerent vultus, quisquis domi habitavit, in porticu antefores in propatulo collocauit. Multis in locis personatus varij visebantur. Pucri, Angelos cœli representantes, alij dulces canebant, alij organis pallebant; nullum musicæ artis instrumentum non audiebatur, & simul Apostoli laus, æthera implebat. Tum viri fortes, & diuersa mira: la passim suspensa, transeuntium oculos detinebant. Superavit inferiorum, & æqualium omnium studia, Melchior Equitum Rhodiensium Procurator, hinc frugi, & doctus, qui pro foribus suæ domus, altari erecto, multa incendit thura, & ornatus varijs adhibuit, & Cantores, & tibicines, & diuerso, ac delectabili concentu, transeuntes Apostoli reliquias honorauit. Cardinales, qui eo itinere habitabant, cuncti suas domos mirifice appararunt. Spoletanus quamvis abisset, (poterat enim Ecclesiam suam, per sacram hebdomadam plebeculæ suæ, & suis ouibus satisfactorum) ministros tamen domi reliquit, qui & plateam adiacentem pannis operuerunt, & parietes perpulchre ornauerunt. Sed vicus est ab Alano S. Prædix Cardinali, quem vocabant Aninonensem. is aedes habitauit in Campoflorum, quo in loco machi Pompeij theatrum fuisse commemorant, nunc Vrsinorum palatia sunt, quæ nepos Eugenij Papæ Cardinalis Portuensis, in alieno solo, maximo sumptu edificauit. Alanus altari in foro erecto, recte quoque panis aureis, & multis odoramentis incensis, pæaltos quoque palatij muros, pretiosis vestituit ornamentis, quæ ab Atræto ciuitate Galliæ, in Italiam ferebantur. At omnium sumptus, & que conatus, & omnium ingenia sperant Rodericus Vicecancellarius, qui aedes suas, quas solo veteris moneræ altissimas, & amplissimas construxit, diuitibus, & admirabilibus pannis operuit; tum cœlum sublimiter exerit, in quo multa, & varia suspenderit mirabilia. Nec suas tantum domos, sed vicinas etiam adornauit, ita ut platea circumducta, paradus quidam videretur, sua uibus plena sonis, & cantibus, seu plurimo fulgens auro domus, sicut Neronis fuisse perhibetur: tum carmina plurima appensa patientibus legebantur, ab electis ingenijs recens edita, quæ grandioribus conscripta literis, & Diui Apostoli laudes, & Pij Pontificis præconia continebant. Nec Thufei negotiatores, mensarijque, qui prope Hadriani pontem habitant, suas domos inornatas reliquere: quippe qui alter, alterum, & sumptu, & nouarum rerum studio, superare certabant. Nulla fuit platea, nullus vicus, qui habitatores haberet, qui non aliquid admiratione dignum præferret. Pontifex igitur per tot mirabilia delatus, ferensque sacrum vericem, denique in eam plateam peruenit, quæ ante Principis Apostolorum Basilicam latissime patet. hanc externus implenerat populus. Nam Romani, propter eos, qui pompam duxerunt, in suis vicis manserunt, præsertim femina. Hic maxima exorta est vociferatio, & quasi murmur aquarum multarum, cum viso Apostoli capite, cuncti tundentes sua pectora, ei sese cum gemitu, & viulatu commoedarent. Ascendit Pontifex scalam marmoream multorum graduum, quam ipse magno sumptu paulo ante construxerat, pro foribus atrij; superatoque summo gradu, venit se ad multitudine, & benedixit ei, factum vericem o-

Diuerfi Card. apparatus sunt pro SS. reliquijs.

stendens. Ingressus vero atrium, contemplatus effigiem Beati Petri, quæ sedebat ante vestibulum Basilicæ, & tamquam statua illa, germani aduentum lætabunda fletet, collacrymatus est, duorum fratrum, qui se iam pridem non vidissent, conuersum, atque complexum mente reuoluit: processitque inde in Ecclesiam, quæ tota luminibus ardere visa est; nam & ipsa plena erat viris, ac mulieribus, & pauciderant, non habentes, aut cereos, aut candelas in manibus accensas; tum lampadas innumerabiles, & candelabra lucebant; quæ omnia modulanti organo, & canente Clero, admirabiliora reddebatur. ventum est ad aram maximam non sine magno labore inter confertissimas turbas, quæ vix gladijs dabant locum. Sub ara iacent corpora Diuorum Apostolorum, Petri, & Pauli, orbe toto veneranda. Hæc pretiosum Beati Andrea caput repositum est, quod Prælati, & viri excellentes, qui aderant, omnes excolati sunt. Anno, qui præcesserat proximus, percussit apoplexis, Isidorum, Episcopum Sabinensem, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, natione Græcum ex Peloponneso, qui olim Ruthenis, & Reali genti præfuerat, cui etiam sermonem ademit, intellectum tamen non abstulit. Manebat hic languens domi, qui vbi transeuntem ante suas aedes sacrum vericem conspicuit, nullo pacto retineri potuit, quin sequeretur sanctas reliquias. Venit igitur suis pedibus in Beati Petri Basilicam, & ingressus ferreas craticulas, quæ Sancta Sanctorum cingunt, & maius altare custodiunt, accedens Pontificem signis, ac nutibus, indicauit, se cupere, diuinum Apostoli vericem osculari, impetrata venia flexis genibus, cum multis singulibus, & lacrymis, & maxima reuerentia, desiderio suo fecit satis, & tamquam voti compos exultauit, domumque lætus rediit. nam quasi patriæ suæ conditor videtur, ita sibi ipsi complacuit, & longe iucundior, visus est, venerandus senex abire. Tunc Bessaron Cardinalis, dextrum apprehendens cornu altaris, & hinc Apostoli caput, illinc Pontificem intuens, sermonem habuit in hunc modum.

Card. Ruthenij ad SS. reliquias affertus.

Ecce frater tuus, Beatissime Petro, Apostolorum Princeps, & tuus electio, & Doctor gentium, qui ultimo in Apostolatuum vocatus, pari dignitate principatum cum Petro obtinuit; ecce, inquam, vester Andreas, qui primus vocatus, cæteris viam ad Saluatorem ostendit, adest: ecce vester Andreas, ut qui in celo vobis conuictus, ac Conditore, Saluatorique humani generis assistens, gloria, & contemplationeque perfruatur, etiam in terris corpore, hoc tempore conuincatur, resideatque aliquam diu vobiscum; in, qui supra mille, quadringentos, & viginti octo annos ab assumptione Domini, corpore à vobis disunctus exierat. Hunc enim Achaia, ut nouistis, quam olim suo sanguine Deo consecrauerat retinens, procul à vobis, vrbeque Romana, que conditores, que vos Magistros fidei, que vos sanctos, verosque pastores adeptus est, positum, fidelissime custodiuit. Huius vero aduentus sui causam non ignoratis, qui non modo cuncta præterita, verum etiam pleraque futura in verbo contemplantini. Ceterum ut non ad vestram, sed ad Christianorum, si qui sunt, qui ignorant id, notitiam perueniat: Ego, inquit, tuus Andreas, Petre frater, postquam à Saluatore primo, deinde suo iussu ad prædicationem Euangelij missus, post multas diuersasque nationes, quas fidei recte, Christiano quoque nomini dedicaueram, tandem in Achaiam, Peloponnesi prouinciam, multitudine hominum, tum nobilitate, tum doctrina præditorum refertam, ita longe, lateque Euangelij veritatem disseminauit, ut omnem prouinciam ab idolorum cultu, ad veri Dei religionem conuerterim; ob quam rem ab Egea proconsule, cuius vxorem etiam gladio, ignique spiritus ab eo ereptam Christo obtuleram sacratissima eius cruce, eodem mortis genere, quatuor, & Magister noster Dominus Iesus, ipse quoque sinem finium, Vbi à Maximilla Proconsulis coniuge sepultus, ad hæc usque tempora quiescit, à Christi cultoribus honoratus, magnif-

Card. Bessaronis ad SS. reliquias oratio.

que sub-

que sub altari præconis. Sed cum Mahumethica gens (heu rem miseram, atque funebrem) quendam diaboli filium, Antichristum, Mahumeth) sequens, occupata primo cæteris Græciæ, atque Orientis partibus, tandem non sinitis his temporibus Achaiam quoque impiissime subiugasset, ac nefario cultu subuertisset; inde ego nati diuino, ex impiorum manibus profugiens, ad te vniuersalem Christiani gregis Pastorem à Deo constitutum, tamque ad iustissimum portum me recipio, ut quemadmodum Paulus tuus, imo noster à fratribus in sporta per ciuitatis muros demissus, eius, qui in Damasco præerat, crudelissimas manus, ut cursum suum consummaret, & Euangelij prædicationem finiret, euasisset; ita ego quoque ad te confugiens, filios, quos mihi, vel potius tibi, imo vero Christo Domino nostro genueram, impio nunc, & truculentissimis hostibus subditos, & non modo libertate corporum priuatos, sed etiam de fidei integritate periclitantes, ope, atque auxilio suo ad pristinam libertatem reducam, ad veri Dei cultum restituam, & ab omni gentium spurcicia purgatos, Christo Domino nostro incolam reddam; rem tibi profecto gratam, atque nimium acceptissimam desiderans. Nonne tu ille es, zelantissime Petre, qui Malcho Pontificis seruo, in Christum noctu cum cæteris irruenti, auriculam gladio amputasti? ad grauiora quoque processurus, nisi clementissimi Magistri nostri uocem percussus abstinuisset? Non tu ille es, qui prodito emnissus, extempore in eum irruens, cruciatibus affectus, & vel demissus eum dispersisset? Non tu ille es, qui Ananiam, & Sapphiram, quod spiritu sancto mentiti fuissent morte multasti? Quid modo ages? An vero in impio Turcas salutisera, ac sacratissima Crucis acerrimos hostes, per quam te, meque receperunt, qui per eam nos redemit, in barbaros membra Christi crudeliter dilanantes, & Christum ipsum contumeliosum, ac blasphemum continue afficientes, segnis eris, aut piger? Itane eos patieris? Itane eos impune debacchari permittes? Non decet hoc integritatem tuam. Non decet tuam illum feruentissimum, & incomparabilem zelum. Si talia pro rebus minoribus egisti, maiora certe pro multo maioribus facies: cum tibi præsertim Christiani Reges, Principes, ac populi cœli subijcti, tibi obediunt, tuis iussu, ut Dominicus mandatu obtemperent; & quod omnium præcipuum est, talem hac tempestate tue efforem habeas, cui inter alias virtutes hac potissimum cura, hoc desiderium animo infuset, ut innocentem anguinem Christianum crudelissime effusum iustissima animaduersione erroris scilicet. Romani tui, quorum vrbe Magistrum & Sacerdotalem ciuitatem per sacram tuam Sedem effecisti; caputque orbis totius, religione diuina, quam terrena dominatione latius presidentem infundisti: illi inquam Romani tui, cum adhuc gentiles essent, necdum tui non fratres, & filios sed socios, & amicos Regni sui ab hostibus eiecisti, ut Massynissam à Syphace, ut Ariobarzanem à Mitridate, ut alios ab alijs pullos, ad se profugientes, suamque postentes opem, suis sumptibus, laboribus, & periculis iuauerunt, ac cum magna, & illorum, & sua gloria restituerunt. Quanto magis tu, Petre sanctissime, frater, germano tuo, & in passione socio proprijs pulso sedibus, & filius tuis, actuo gregi, cui pacendo Pastorem te presfecit Dominus, inter tot tormentorum, ac calamitatum genera subuenies; oppressos subleuabis, & ex inimicorum manibus eripies? Nunc illo, quem contra Malchum euaginaueras, utendum est gladio contra seruos peccati, contra Christi proditores duntaxat, sed contra eius vexatores, atque oppressores irruerunt; nunc in eos, qui Spiritum sanctum blasphemant, & irreuerentibus peccant, Christum Dei filium esse negantes, nutu, verbo, dextra Dei animaduertendum est. Nunc uerones in gladijs uertendi; nunc uendenda tunica, & gladijs emendandis. Nunc tuus Zelus exardescat, nunc Pauli tui gladius acutatur, ut tua ope, atque auxilio, per potentissimos Occidentis Principes, fide, quam prædicasti, quam approbasti, qua pater vniuersorum factus es, super petram Christum, & te adificata Ecclesia, contra portas inferi præualeat, auctore, & teste ipsa veritate, Domino nostro, Iesu Christo. Et ut hæc ad te dicta sufficiant, nunc successorem

tuum dignissimum, & verum Christi Vicarium, Pontificem summum appello, qui me summus excepit honoribus, qui me tanta fide, & deuotione hesterno die salutauit, qui tali oratione me affatus est, ut & ipse lacrymatus sit, & omnes fere ad lacrymas conuenerit: quippe qui etiam lapidea corda, ad fletum facillime conuertisset, Te inquam Pie Pontifex maxime oro, te precor, te obtestor, ut quæ à fratre petij, tu, qui sedem eius merito tenes, qui ei in Pontificatu digne succedis, exequaris, atque perficias. Auge indus animum, quem ad vindictam Christiani sanguinis hæcenus habuisti. Ne desistas horrari Principes Christianos, & quod toties à te interpellati sunt, minime desperes. Verebuntur aliquando Christum: verebuntur Petrum, teque, meque rogantes. Induunt Christianum, Regnumque animum, digna tandem se facient; & crudelissimos hostes aggressi, gloriam sempiternam cum magna tui nominis celebritate, & populi Christiani salute adipiscuntur; cui te Deus incolam cum felicitate diuissime conferuet, Sedes Petri gubernacula cum summo decore, & moderatione reuerentem; & tibi, pro sua pietate præstet gratiam; ut qui cum magna me gloria in hac vrbe in presentiarum accepisti, cum maiori in patriam aliquando reducas; quemadmodum magno cum affectu tua sponte heri pollicitus fuisti.

Auditus est Bessaron, non absque attentione, & gratia, quamuis fessi Patres, & itinere, quietem cuperent, & iam sexta decima esset hora. nec tamen illo finiente grauari sunt audire Pontificis responsum, qui hæc subiatalit verba.

Si loqui possent Beatorum Apostolorum sacratissima corpora, quæ sub altari iacent, aduentus profecto tui venerandissimi capitis, Diue Andrea, magnopere congratularentur, & verbis amplissimis suam lætitiã explicarent, & quæ per te petita sunt auxilia, vltro promitterent. Sed requiescant illa sine voce, usque in diem Resurrectionis. Sentiant tamen hodie, sicut vere credimus, ob presentiam tam chari, & tam cognati capitis miram suauitatem, & internam quandam dulcedinem: maxime Beati Petri germani tui ossa, quibus fraternæ charitatis plus aliquid affert. Spiritus eorum in celo sunt in regno Christi, nec dubium est, quin de te cogitent, & opem diuinam implerent, qua tuus hic verex, in suum solum restituatur. Agit Petrus, agit Paulus tuam causam, & digni sunt ambobus, qui exaudiantur à Domino. Ne dubita, exaudice Iesus Christus vocem fratris tui, cuius est non fratrem tantum, sed fratres omnes confirmare, dicente Domino ad eum; & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos, quod non inepte ad confirmationem sedium trahi potest. Restitueris, volente altissimo, fratris auxilio, & Beati Pauli precibus, & confirmaberis ab eo, ut speramus, usque in finem seculi. Quantum vero ad nos attinet, quia nostri quoque facta est mentio, qui locum germani indigne tenemus, ne multis moremur, tibi Andrea, dignissime Christi Apostole, quem ab ineunte ætate usque in hoc æui præcipuo cultu venerari sumus, & intra cœli cultores, cum plerisque alijs nobis Aduocatum, & protectorem elegimus, omnes supplicas, quæ sunt in nostra potestate, ad recuperandas tuas oues, tuamque domum hic in terra, volenti, & cupido animo pollicemur. Nihil est enim, quod nobis magis cordi sit, quam Christianæ religionis, & Orthodoxæ fidei defensio, quam tui, nostrique hostes Turca, conculcare nituntur. Quod si Christiani Principes, nostram vocem audire voluerint, & suum Pastorem sequi, videbit, & lætabitur omnis Ecclesia, nec nos, quæ sunt officij nostri, neglexisse, nec te frustra huc impetratum fratris auxilia venisse.

His dictis, & collecta decantata, surgens dimisit in altari nobile pignus, ut omnibus ea dic ad videndum pateret, auditoribus sacri palatij custodia demandata. Indeque abiens comitantibus Cardinalibus, & Episcopis, & alta voce Deum laudantibus, iuit ad locum, ex quo videri poterat, & multitudine benedixit; ac nepose eius secundum carnem, Senensis Cardinalis plenarias indulgentias annunciat. His peractis, in palatium rediit. Sequentes maioris hebdomadæ dies, diuinis officijs pro veteri obseruantia sunt atr butti, & passionis Dominicæ sacra peracta, non absque plebis deuotione ingenti. Quin-

XIV. Pij PP. responso.

XV. Anathema in quodam pronuntiat Pij PP.

ta feriâ eiusdem hebdomadæ, in loco ad ideleto, Pontifex cum Cardinalibus, & omni Clero, confucrum promulgavit anathema, & homines quatuor perditionis filios nominatim excommunicavit, atque extra Ecclesiam Christi fecit; Sigismundum ex Austria Principibus, qui violentas manus in Cardinalem Sancti Petri, Episcopum suum Brixensem iniecerat, ipsa die sacra, & magna Dominicæ Resurrectionis; ac Gregorium Hamburgensem, cognomento Errorium, qui paulo ante velut hæreticus fuerat condemnatus, ut qui auctoritatem Ecclesiæ parvi faceret, contemnebatque censuras, & damnatos dogmatizaret errores. tertio loco excommunicati sunt duo fratres tyranni, alter Arimini, alter Casenæ, Sigismundus, & Malatesta, filij Pandulphi, ex genere Malatestarum extra matrimonium nati; qui sæpius requisiti, debitum Romanæ Ecclesiæ censum soluere, contempserunt. & Sigismundus quidem totius malitiæ caput, & venenata mens, sine religione, sine fide, sine Deo, nullius peccati non reus, de hæresi condemnatus fuerat.

Die Sabbathi, quæ fuit Aprilis 17. celebrato grandi officio, cum benediceret populo Pontifex Maximus, promisit in crastinum ob reverentiam Resurrectionis, in Ecclesia Principis Apostolorum sese rem diuinam facturum, portaturumque eo fac. um Andream caput, ut iterum, atque iterum videretur, quod ex altari Beati Petri abductum, in palatio clauferat. Res noua, & insperata fuit. Nam propter ægritudinem, & absentiam Pontificis, ante quatuor annos, non viderant Romani suum Pontificem, diuinam hostiam offerentem. Cumque suis pedibus stare Pius Præfatus nequirit, excogitata ingenia sunt, ut quasi sedens celebraret. Ab eo tempore quo sacrum caput ex Narnia portatum est, vsque id Sabbathi, singulis diebus, noctibusque pluit, tantumque pluuia cessauit, quantum id fuit initiare. quod in religionem pie mentes verterunt, tamquam Apostolo suo in publicum exeunti, eam serenitatem condonaret Deus. Auxit eam religionem ipsa dies Paschæ, in qua læta serenitas fuit. Descendit itaque in Ecclesiam Apostolicam Pontifex, sacrum præ se gestans verticem, & diuinam rem agens, hostiam DEO obtulit acceptissimam, tradiditque compluribus sacratissimum Christi corpus, & Clericis, & laicis sua manu, inter quos fuerunt Oratores, Venetorum Nicolaus Sagardinus, & Senensium Augustinus Datus, ambo insignes Rethores, & Philosophi elegantes, Græcis, ac Latinis litteris imbuti. Nec minus orhis Polycarpus, Regis Hungariæ Legatus, & alij viri præstantes. Expleto sacrificio accepit Pontifex venerabile caput, & pergeit in pompa cum Cardinalibus, & Clero, venit in eam partem templi, in qua nunc Sancta seruabatur: Veronica (sic enim appellatur admirabile Iesu Christi faciem, impressam Sudario, quod Veronica insignis mulier illi obtulit) iteritque procul, & iussit ostendi Sudarium. Petrus Cardinalis Sancti Marci, nobili loco apud Venetos natus, Eugenij nepos, & Achipsbyter eius Basilicæ scala concessa, venerabilem, sacramque Domini figuram ostendit, ter pro suo more diuinam misericordiam populo implorante. Fuit res venerata, & admiratione dignissima, illinc sanctum intueri Saluatoris vultum, hinc eius Apostoli pretiosas reliquias, cum Pontificem Maximum cum Cardinalibus & vniuerso Clero flexis genibus, nudatis capitibus cetero orantem. Exin ventum est ad locum benedictionis, in quo non minor turba hominum fuit, quam nuper in priori pompa. Iaque videntur, & qui nouiter aduenerant nobile Apostoli caput, & benedictionem Pij Præfati acceperunt, ac remissionem plenariam delictorum, qui per con-

XVI. Ostendit iterum S. Andrea caput Pius Pontifex.

tritionem atque confessionem capaces fuere. Abijt deinde in ad: s suas Pontifex, & sacras Apostoli reliquias secum ferens, seruandas in arce Sancti Angeli recondidit, donec locus idoneus pararetur.

Obierat non multis mensibus ante hoc tempus Rhodiæ militæ Magister, natione Gallicus. Conuentus alterum delegerat ex Hispania citiotti, Petrum Raymundum Zacoitam, Castellatum, vt vocant Impostæ, acris ingenij virum, & quatuor supra quadraginta, te igitur militasset. Confluuerant milites Rhodientes, Gallicum sibi plerumque Magistrum assumere: Superat enim in Conuentu Gallica natio reliquas. Sed erat iam prope ad extremam inopiam deducta religio, quæ me. catoribus aureorum supra ducenta millia debuit. Ideo ad Hispanos se verterant, ea spe, vt religionis incommoda, Hispanica refarci et abstinentia. Petrus Raymundus, vt primum accepit, se electam, ordinatis in Hispania rebus, ad Pium Pontificem pro confirmatione se contulit, splendido suæ religionis equitum ft patris comitatu. Hic auditis in Consistorio, paucis post Pascha diebus, quæ voluit, impetrauit, nec diu moratus in Curia, cum benedictione Pontificis Rhodum nauigauit. Pius Lollium pat. uelem uum, eidem religioni addidit, ne panem otiosus ederet, cum eo, vel inuitum misit.

Per idem tempus Pius in Senatu retulit, de loco natiuitatis suæ in Ciuitatem erigendo. Hoc summo consensu factum est, & pro Corsinoano, Pientia dicta. Nono hinc milliario distat nobile oppidum, & amplum, nomine Ilcinum, quod à Pientia Senas petentibus in altissimo monte, ad sinistram cernitur, cui & Sacramenta, & Episcopalia quæuis iura, Abbas Sancti Anthimi ministravit. Id Monasterium est non procul inde situm in nemore, ingens structura, & Magni Caroli, vtraique, opus, diues olim, & ab Apostolica Sede, præcipuis ornatum priuilegijs, cui plura oppida pleno iure fuere subiecta. Sed incuria Præfatum, paulo ante hanc ætatem, in tantam peruenit inopiam, vt retentis ægre iuribus spiritualibus, temporalia quæque perdidit. Abbas, qui hoc tempore Monasterio præfuit, homo prodigus, & curarum expertus, quicquid remanserat temporalitatis, aut neglexit, aut vendidit; adeoque cuncta dissipauit, vt in lectulo podagra languens, vix pane dolo s, & aqua miseræ sustentaretur. Pius Ilcinum, par. honore cum Pientia, ad ciuitatis nomen euehit, & in vtraque vrbe, Pontificalem insituit Ecclesiam, & Canonico. rum Capitula: sed vnum tantum Episcopum esse voluit, & vnam dioccesim, quæ ex parochia Clusini Episcopi & Aretini, partim ex castellis, & locis constituta est, quæ, vt diximus, Monasterio Sancti Anthimi suberant. Pius enim Abbat, vt cederet, persuasit, retenta, quoad vinceret pensione: Monasterium dignitati Episcopali incorporauit, & pecuniam ad redimendas, excolendasque possessiones contulit. Episcopi creatio dilata est, quousque Pius Pientiam peteret. Post hæc festum occurrit Diuæ Catharinæ Senensis, quam supra diximus ab ipso Pio inter Sanctas Christi Virgines relatam. Prædicatores Pontificem rogarunt, vt ad honorem Sanctæ Virginis sepulchrum, cum sacro Senaru se conferret. Itum est ad Ecclesiam Beatæ Mariæ Virginis, quam de Minerua vocant, quia in ruinis ædificata est eius templi, quod olim Mineruæ fuit. Inde sacrificio peracto, & frequenti populo in summa expectatione benedicto, Pontifex in ædes propinquas Cardinalis Atrebatensis se recepit, & cum nonnullis Cardinalibus apud eum pransus, vespe i ad palatium redijt.

Paucis post diebus elapsis, ad balnea Vitrubiensia, cum Cardinalibus concessit. vbi cum animo in-

XVII. Petrus Raymundus fuit Magister Rhodiensis.

XVIII. Patriam suam dignitate Episcopali ornat Pius PP.

In honore S. Catharinæ Senensis, Minerua templum ædit Pius.

XIX. Francia Rex in Pii PP. comitatus.

dulgeret,

dulgeret, Ludouico Regi Franciæ, ex Romana Curia complures delatae sunt litteræ, quæ Pium Pontificem sibi infensum assererent, bellum Siculi regni, ardentius, quam antea vquam instruere, cum pragmatica sanctionis abrogata diploma accepisset. His Rex credulus auditis, mirum in modum succensuit, non satis existimans, an verisimilia essent, quæ scriberentur: dictauitque mox ipse ad Pontificem in hunc modum, epistolam.

Ludouicus Rex Franciæ, Pio Pontifici salutem. Existimant pietatem tuam, maxime Pontifex, beneficis vincte, abrogari pragmaticam sanctionem; obedientiam liberam, ad te nisi; auxilia contra Turcas obtrahit, Concilium, & res nouas aduersus Sedem Apostolicam petentibus, dure respondi; nihil mihi vquam persuaderi potuit, quod non esset ex tua dignitate. Quis non putasset, his officijs rigor, tuum mollescere debuisse? Mihi persuasum erat, si non fieris mitior, at certe duriorum minime fieri. Contra euenit. Andegauensem, qui sanguis meus est, nunc potissimum regno conaris eijcere. Quid agam, si nequo beneficiendo iniquitum spiritum mitigare? Experiarne viam contrariam? Non faciam. Non fert animus, Christi Vicarium persequi. Tenebo captum iter, nisi nemo meorum est, qui non aliter consulat. Fortasse ponitebit te aliquando suscipi odij, & nostro generi sis amicus, & assidue tandem vincoris obsequio. Vale.

Toleabilia hæc, & quæ Pontifex rescribendo facile confutauit. Duxior Legatus attulit à Rege missus Marefcallus Tololanus, vir domi nobilis, quamuis sine litteris, & Italici sermonis ignarus, qui per interpretem in hanc sententiam verba fecit.

Rogauit te Ludouicus Francorum Rex, auxilia, quæ Ferdinando in regnum misisti, vt reduceres, cessareque suum aliquando persequi sanguinem. quod vt libentius faceres, pragmaticam sanctionem à Gallis eliminauit, & obedientiam tibi plenam restituit. Tu pro beneficio, maleficiū reddidisti; nouas in regnum captas misisti, & acris vrbes Andegauensem. Orat iterum Rex, vt desistas, & amico vii velis Francorum regno. Sin pergis Ferdinandi partes trueri, necesse est, Gallos omnes, etiam Cardinales ex tua Curia discedere. Hoc ego illa mandatum assero. parebunt, ne dubita, potius quam temporibus priuari fortune velint.

Huic Pontifex ita respondit. Esti multa, & magna sunt Ludouici erga nos beneficia, non tamen idcirco iniqua petenda fuerunt, neque nos decuit, sui causa ab honesto discedere. Ferdinando ex sedere misimus auxilia, vim propulsauimus, ne possessore sine iudicio deiceretur. Auserat Ludouicus, Andegauensibus arma, & licem de regno, ad iudicium deferat. Idem faciet Ferdinandus, aut nos hostes experietur. Plura non licet offerre. Gallicis libertas esto, cum velint ex Curia recedere. nulli clauduntur porta. Nos sortem, quam Deus eulert, equo animo expectabimus. Ea cum accepisset Atrebatensis, super sedendum ait, expectandamque nouam iustionem Regis, priusquam Curialibus mandatum fieret. Ludouicus enim, etsi publice Marefcallus se reuocandis Curialibus mandatum dederat, clam tamen, ne quo pacto id faceret, imperauerat. Terrifica verba esse voluerat, non facta. neque id latebat Atrebatensem. Itaque tempus traherebat, si forsitan Pontifex metu percussus, de reuocandis auxilijs, animum induceret. Percrebuerat iam tota Curia rumor, Regem Franciæ, Summo Pontifici succensere, & magna minari, nec dubium esse, quia Gallici omnes abiirent, nisi Ferdinandi causa, relinqueretur in defensionem. Accedere Cardinales, & alij complures, Pium orare supplices, vt sibi, & Ecclesiæ bene consuleret; referre, quæ audierant, de Regis indignatione; Curiam desertam dicere, abscedentibus Gallicis: maximum Curia membrum, penes eos esse, dandam operam, ne abiirent. Quibus Pontifex; Verba hæc sunt. Non facient, quod minantur. terrere voluerunt, non vincimur minus, manebunt Gallici, quamuis se abitueros simulent. Marefcallus cum dies aliquot mutationem Pontificis expectasset, frustra, oportere se, in quo t. iustioni Regi satif-

XX. Per Legatum duxior Rex Franciæ.

Pij ad Legatum vniuersi respondit.

facere: petere igitur, ne id Pontifex agere ferret. Cui Pius; Imo vero, ait, nimum distulisti. ita, & quamprimum Regi parato. Nec tamen hic ausus est, quod minabatur efficere, sed diu postea Curiam secutus est.

Interea cum prope adesset sacratissimi Corporis, & Sanguinis Christi solennitas, quæ quorannis summa populorum deuotione, & singulari religione in orbe Christiano celebratur, statuit Pontifex, id festum, quanta possit reuerentione, & præcipuis honoribus prosequi. Atque in primis eius causa, viam publicam, quæ ab arce per medium Viturnum, ad Cathedralam ducit Ecclesiam, crebris impedimentis incanis, & tabulatis, & porticibus ligneis deformatam, purgari, & ad pristinum reduci splendorem iussit. Ablata sunt omnia, quæ prominabant, & prespectum vicinæ domus auferebant, redditaque est vbi que sua mensura: nec paries, parietem excedere, nec tectum, tecto amplius prominere permissum. quicquid ablatum è publico fuerat, restitutum. Exin Cardinalibus mandatum, vt partem viae quique sibi deligeret, panis tegendam, quæ ornandam. Quod reliquum fuit, inter Episcopos, & reliquos Curiales distribuendum est. Quidam etiam inter Carinales ad ornandas domos parietesque suscipere. Pontifex in camerario Beati Francisci, quod ante vestibulum Ecclesiæ fuit amplissimum, ex panis diuersi coloris mirificum templum excitatis repente trabibus, suspensio, tractoque multo fure composuit. vbi erexit altare, hinc, atque inde diutibus aureis pendentibus, cui multa mirabilia imposuit, quæ spectantium oculos facile retinerent. Fuit & vestibulum fericeis, & aureis pannis ornatum, & cubiculum prope, & purpureus lectus, & historiae veteres ferico, lana & auro contextæ, & clarorum imagines virorum, & ferarum diuersi vultus; ex florenti genesta, & myrto, & lauro arcus multiplices. hinc, atque inde ab arce, vsque ad fontem, qui est in plano post cliuim admirabili opere deducti, strata floribus via. In medio è regione templi, triumphalis arcus excitatus, & Cardinalium forma, ac virtutum insignis, quæ vento ageretur, cum Præfatus, tum Regum, & Cardinalium, parietes, aut picti rapetes, aut flores obtexere. Pontifex cum Cardinalibus & omni Clero, frequentissimo altare populo, in templo, quod exerebat, primas solennitatis vespere celebravit, alto adhuc Sole, cuius radij parietes lancos penetrantes, tamquam iudis arcus, vatios simulantes colores, quasi coelestem aulam, & summi Regis habitaculum, templi faciem reddiderunt. Nec aliud, quam paradus quædam visa est, cum hinc Cantores, tamquam Angeli, dulces hymnos intonarent, inde luminaria mirabili artificio disposita, coelestia imirarentur sidera, & nunc voces humanæ dulce melos, nunc musicorum instrumentorum suavis concentus exaudiretur. Sequenti die summo diluculo, Pontifex ex arce, cum Cardinalibus, Episcopis, atque omnium Curialium ordine, in solenni pompa huc redijt, atque hinc sacratissimam hostiam ex altari suscipiens, versas Cathedralam Ecclesiam iter incepit. Aderant frequentes populi, qui vel indulgentiæ causa (promiserat enim Pontifex omnibus, qui adessent, peccatorum plenariam remissionem) vel ad spectaculum ex vicinis oppidis confluerant. plena erat omnis platea, & conspicata vbi que viris, mulieribus, ac paruulis via, vt difficile pateret Pontifici, ac pompa transitus. Itum tamen est per confertissimas plebes, non sine pressura, ac labore. Quæ Pontificis ornamenta desuere, Rothomagensis inceperunt, & Constantiensis, & Lebretei Cardinalium, qui suæ gentis more, pannis, quos vocant Atrebatenses, obduxere parietes, & altaria argento, & auro ditia construxerunt, & stultithure cumularunt. Post eos Referendarij suas domos apparauere, imaginè Saluatoris sub altari, quod

XXI. Summa cum pompa diem Corporis Christi colit Pius PP.

Varij apparatus à diuersis Card. & Alticis facti.

in sublimi



in sublimi lo cauant, iuuenem quendam, qui amularetur, sudaretque sanguinem, & aperto latere saluberrimo cruore impletet calicem, imposuerunt: & pueros, quasi Angelos addidit alatos, qui versus heroicis canerent, aut elegiacos, à doctis ingenijs editos. Subinde Cardinalis S. Sixti locum accepit, qui suae religionis dignitate, vltimam Domini cenam amulatus, Saluatorem cum discipulis expressit, & institutionem Sacramenti pro memoria passionis, & humani generis vsque ad finem seculi, aduersus infidias daemnonum perpetua defensione, & Thomam Aquinatem virum sanctum, quasi officium tantae solemnitatis lucubrantem. Post eum Cardinalis Mantuanus longum viae tractum cooperuit, & nobilissimis adornauit historijs, quas peritissimam textores pannis appinxerit diuitibus. Huic Cardinalis Portuensis successit, in cuius apparatu, draco ingens, & multae malignorum spirituum facies, horribile aliquid minari videbantur. verum draconi armatus miles Michaelis Archangeli gerens vicem, transeunte Pontifice caput amputauit, & cuncti daemones, praecipites corruere latrando. Caelum tamquam nubes rutilans pannus obduxerat, & patietes corium, more Berico, floribus distinctum aureis. Exererat & altare post eum Cardinalis Nicenus, & pueros, quasi Angelos canentes, induxerat, frequentes vbique fumabant aera, Sacerdotes pluribus in locis rem diuinam faciebant. sacra supellex, & quicquid erat in vrbe Sanctarum reliquiarum in propatulo, auro, & argento vestitum visibatur in aris. Niceno Spoletanus successit, cuius ornamenta duo clauerunt arcus, ex floribus, & fronde viridi artificiose compositi. Sacrarium, & ara in medio fuit, & vis odorifera fumi, & puero rum canentium chorus, murorum, & caeli prospectum pannus abstulit diuersi coloris, quem vocabant fatum. Proximus deinde Vicecancellarij apparatus occurrit, quatuor, & septuaginta passibus protensus. Cortina claudebat purpurea diues ostro, simulachra, & personatas historias, & cubiculum adornatum, & lectum pretiosum, & fontem, qui non aquam modo, sed optima quoque vina, per varias fistulas profunderet. Appropinquanti Pontifici, duo se obtulerunt pueri tamquam Angeli suae canentes; qui postquam flexo genu, diuinam hostiam adorauerunt, & Praesulem salutarunt, retro ad cortinam reuerfi, suauis, & alta voce cecinerunt; *Attollite portas principes vestras, & introibit Rex, pius Dominus mundi.* intus apparatu magnifico, quinque Reges, & armatorum cohors prohibere videbantur ingressum, qui auditis Angelis, & quis est iste Rex pius? responderunt Angeli, & propter Sacramentum, quod Pius in pompa ferebat, Dominus, inquit, potens in orbe. Quo dicto mox cortina remota, patuit aditus; & simul insonuere tubae, & organa, & musicorum instrumenta quamplurima. & Reges Pontifici adgeniculantes, voce canora, & dulci, de laudibus eius heroicis versus alternantes recitauerunt. Inter eundem, homo siluester ei occurrit, Leonem captiuum ducens, cum quo saepe luctatus est. Sublime pannorum erat per omnem plateam, quae fontem ambit, & diues reatum. pendebant vexilla, in quibus Calixti Praesulis, & Borgiae quondam Praeacti Vrbis insignia visibantur. Aula quoque, non materia minus, quam ingenio, & arte ditissima lateribus haesere, quae non tantum turbam impetita, sed ipsorum quoque sapientum virorum disternerent oculos, atque pascere animos. In exitu, triumphalem arcum in arcis modum aedificatum, armati milites occupauere, qui tormentis aeneis imitati tonitrua, transeuntibus ingentem incussere timorem. Cardinalis Sanctae Susanna, quod sibi obtigerat via post Vicecancellarium, naturam secutus, panno caelestis coloris obduxerat, & stellas

impresserat aureas, & fontem induxerat vini albi, ornatum floribus, & altare odoratum, & statuas, quae ridere viderentur, & canere, & chorum, qui vniuoce, & musicis instrumentis turbam oblectaret. Nicolaus Cardinalis Themasius, vt Pontifici res egregias cupienti morem gereret, ex Pistorio, vnde sibi origo fuit, ludorum artifices accersit, & pueros, qui dulce canerent. Huic platea obuenerit, quam circum Magistratus vrbis inhabitant. hanc caelestis, & albi coloris tela cooperuit, & tapetibus vndique adornauit, deduxitque plurimos arcus, virenti vestitos hedera, & flore multiplici; nec columna fuit, quae puerum, quasi Angelum non haberet insidentem, duo de viginti fuere pueri, vultu, voce, & habitu naturam Angelicam imitantes, & ij alterna demandata carmina, suauis cantu pronuntiabant. In medio fori sepulchrum Dominicum excitauit, eius simulachrum, in quo vita nostra propter nos obdormiuit in Domino. Armati circum milites oppressi somno, tamquam mortui iacuerunt, & Angeli steterunt vigilantes, qui non sinerent caelestis sponsi thalamum violari. Cum venisset ad locum Pontifex, ecce subito tamquam de caelo aduolans per funem dimissus egregias forma puer, alatus quasi Angelus, vultu Seraphico. Angelica voce, ac puri Praesulem salutauit, & hymnum canens futuram de vestigio Saluatoris resurrectionem annunciat. Fuit silentium, nemo non tacuit, auditus est summa omnium voluptate, tamquam res vera gereretur, & certus esset de caelo nuntius. Cum fuisset excitatus in aereo vase mixtis pulueribus ignis, tamquam fulgur inronuuit, dormientes excitauit milites, ac stupore pertexuit, & qui Saluatoris personam gerebat, subito omnium se oculis obtulit, homo rufus, statura, & aetate persimilis IESU, vexillum manu tenens, ornatus diademate, & qui cicatrices vulnerum perlucidis ostenderet, & verbis Italicis, partem Christiano populo salutem diceret. Post Theanensem, Cardinalis Avinionensis haud contemnendum erexit altare, & viam sibi attributam, Gallicis opibus illustrauit. Papiensis deinde quatuor coloribus caelum obduxit, & Atrebatensibus aulais vela uit latera, excitauit floridos arcus, & pueros hinc, atque inde quasi Angelos complures collocauit, qui cereos ardentem in manibus tenentes, diuinum honorarent Sacramentum. Deinceps minor ornatus inuentus, flores, & frondes, & ramalia virentia pro aulais fuere, & tectura, quae pauperes indicaret dominos; quamuis altaria, & sacris induti Sacerdotes, & canentium voces, & fumantia thura, nusquam deessent. Ambrosius Senensis, Pontificis aulicus, rursus ante domum, quam inhabitauit, meliori cultu viam instruxit, & suis opibus Sole pulso, testisque parietibus, viros aequare magnos adnixus est. Exin Cardinalis Atrebatensis, à ponte lapideo, qui partes ciuitatis coniungit, ad plateam vsque maioris Ecclesiae, tela viam cooperuit, quam nuper de Florentia iusserat afferri, lanae Anglicae, & coloris inter rubrum, pullumque medij, vici latera, suae vrbis fulciuit opibus; tabes hinc, atque inde arduas exererat, & fumibus obligauerat, ex quibus aulae penderent, cum domus circumstantes humilliores viderentur. Plateam, quae ante Cathedralem Ecclesiam late patet, Cardinalis SS. quatuor Coronatorum, magnis erectis trabibus, & sine connexis, vniuersam cooperuit, & opibus, ac miraculis illustrauit. Altare erexit loco opportuno, & à dextris Pontificalem thronum, ac sublectilia Cardinalium; à sinistris Episcoporum sedilia, & Protonotariorum, & Abbatum, & qualis in palatio Apostolico capella instruita. In parte plateae loco sublimiori, gloriae Virginis Mariae sepulchrum

erectum,

erectum, & desuper in summitate donorum, caelestis aula Regis; & sedens in maiestate Deus, & SS. Angelorum chori, & ardentia sidera, & superna gloria miris expressa modis gaudia visibantur. Petra est diuina res summa populi deuotione. Cardinalis Sancti Marci, Missam celebravit, Pontifex populo benedixit. E in puer Angelum agens, suauissimo cantu Assumptionem Virginis futuram praedixit: patuit illico sepulchrum, & virgo pulcherrima exiit, quae Angelorum manibus sustentata, cingulum dimisit, exin plena gaudio, dulce canens in caelum assumpta est, cui occurrens filius, idemque Pater, & Dominus in fronte osculatus matrem, & oblatam aeterno Patri, ad dexteram suam collocauit. Tum canere caelestium spirituum agmina, musica instrumenta tangere, laetari, gestire, & cuncta in caelo ridere. Ita solemnitati finis impositus, in qua illud miraculi praecipuum fuit, quod aulici Pontificis parauere: homo Christum exprimens, pudibunda reclusus, cetera nudus, coronam spineam in capite gerens, & tamquam sudaret sanguinem pectus, crucem baiulans, in qua pependisse videretur, ab Ecclesia Sancti Francisci, vsque ad Maiorem, curru vectus in pompa, cum Missa celebraretur, & assumptione representaretur Matris Domini, immobilis, & quasi statua perseueravit. Cum populum platea non caperet, iussit Pontifex in prae, quae retro Pontificales aedes fuerunt, descendere, atque ibi ex fenestris iterum multitudini benedixit, & plenarias peccatorum indulgentias tribuit. Hunc diuinitus mo Corporis, & Sanguinis, Domini nostri, Iesu Christi Sacramento, Pius impendit honorem. Cardinalis SS. quatuor Coronatorum, Pontificem praedio fere Regio excepit. Quicumque ea die Vitruuium intrauere, & tot miracula, tantumque rerum ordinem, & apparatus per vrbem itcedentes intui sunt, superum certissimum domicilium sese ingressos, non hominum habitacula putauerunt, & caelestis patriae imaginem, vel viuos in carnes sese spectasse dixerunt.

XXII. Pius Curiam ad se de re cogit.

Verum non diuturna mortalibus gaudia fuere. Exultantem hoc statu Curiam, ciuitatemque nimia voluptate gestientem, exorta subito pestilentia conturbauit, tabificumque venenum, & mortifera lues, plerisque tum Ciues, tum Curiales extinxit: propter quam rem terribi Cardinales, mutandam Curiam censuerunt. Pontifex retentis penes se paucis Cardinalibus, reliquis libertatem fecit, qui vellent, pestiferum morbum effugere. Ipse cum iam Curia ferme omnis abisset, & ipse cedendum pestifero furori existimauit, atque in possessiones nobilium gentis Farnesiae se contulit. Oppidum, quod caput montis vocant, Vullinensis adiacens lacu in colui; exin duas eius lacus insulas, & monasteria indidem condita, in vna Sancti Francisci, in altera Sancti Augustini inuisit, cumque mendicantibus fratribus, emendicatum panem comedere, in religioso, quod parauerant praedio, dedignatus non est. Inde Criptas oppidum, tranato nauibus lacu, concessit, & postea Aquam pendentem, aliud oppidum ingressus est. quo loco Legati ex Gentil hominum sententium ordine; ad eum venire petuerunt, ne sua causa apud Senatum amplius ageretur. Fuerae Romae Augustinus Dathus, Legatus ciuitatis, vt ante diximus, multisque precibus orauerat, vt per istam Pontifex patriam suam reuiceret. Pius spem fecerat, si meliore in se animo ciuitas inueniretur. Venerat ille vsque Vitruuium secutus Curiam; & cum esset omnium iudicio non indotus, neque ignarus dicendi, sepe cum Pio paratione contendit, & ambitiosa disputatione vincere conatus est. scripsitque Magistratibus multa, quae possent erga Pontificem, odium ciuitatis augere. Nec meliorem se praebuit, cum in Senatu reuictus, quae e-

gerat, exposuit: Pontificem odisse ciuitatis legitimis formam; nisi caueant, perituram ciuitatem esse multos ex popularibus; qui cum nobilibus sentiant, & ceptis faueant Papae; occurrendum, priusquam ingrauecat malum. His auditis, Bartholomaeus cognomento Benassij, tum forte Capitaneus, qui erat summus apud Senenses Magistratus, Gentilhomines vrbis in palatium ad se vocauit; plenusque tumore vano; Pius, inquit, vestra causa nobis molestus est. quotidie plura petit, nec cessat modo litteris, modo nuncijs vgere. fecimus, quod satis fuerat de regimine: sed plura petuntur. Quis tot molestias aequo animo ferat? Mittite ad eum, date operam, vt facesset iam tandem haec molestia. Nisi sapitis, in capite vestro cudetur faba; & nisi cessauerit Pontifex plura petere, pro regimine, quod quaeritis, aut exilium, aut carceres patiemini. Nobiles ad Pontificem duos misere, Iacobum Piccolomincum; & Bartholomaeum Saluanum, qui mentem populi apud Aquam pendentem, Capitanci verba, & Ciuium murmura, & quod factu opus esset, illi exposuere. Pontifex etiam malum suae ciuitatis erga se animum cognouit, tamem hoc modo respondit: Reuertimini, & dicite ciuitatis regimini, quicquid vi uiuant animo. Non erimus molesti patriae vestrae, neque vltimus ab his, qui ciuitatem gubernant, aliquid postulabimus. Idem erga nos ipsi agant; nihil flagitent: aqua sit vrbisque conditio. atque ita Legatos dimisit. Scripsit autem prius ex Vitruuium has litteras.

Pius Papa Secundus, Primoribus, & Capitaneo populi Ciuitatis Senensis salutem. Pientiae templum absolutum esse accepimus, quod propediem dedicaturi, eo profecturi sumus. Hoc scire vestrum Senatuum placuit. Valete.

His in Senatu recitatis, admirati omnes scripturae breuitatem, pro suo quisque sensu interpretari, & singula in peiorem accipere partem. Consultandum itaque, prouidendumque fore, ne incautus venturus Pientiam Pontifex, adoretur. Facta liberae Senatoribus dicere, quae voluissent, & secreti seruandi iussurandis extorto, multa ibi ferociter dicta. Nullius tamen oratio nocentior fuit, quam Leonardi Beneuolentis, qui veteris amicitiae, qua cum Pio Pontifice iunctus fuerat, profusus oblitus, in hunc modum verba fecit.

Nunquam ego, Patres Conscripti, Gentilhominum ordinem nostrae ciuitatis amant, neque vniquam eo rem nostram venturam existimauit, vt de communicando cum eo regimine, hoc in loco captare consilium oporteret, quando nihil in sensus est regimini. Quid stultius, quam eos in societatem regni accipere, qui te mox eiciant? Quotiens popularum euertere statum admitti sunt? Cur maiores nostri, aut Malauolias, aut Salimbene exilio damnauerunt, ac praclaras eorum aedes exciderunt, nisi quia nouis studebant rebus, & quietem vrbis impediabant? Nulla libertas, nulla securitas in ciuitate fuit, regnante isto ordine. Quae mortales optima ducunt, cuncta sibi vendicauerunt. Patribus nostris pro mancipijs vtebantur: qui superbia eorum, cum ferre non possent, in libertatem se vendicauerunt, & ab illis regimen acceperunt. & nunc iamquam benefacti paniteat, de restitutione consulimus? Fortasse putatis, naturam mutari posse. & humilitatem cum eo simul stare? Falsa opinio est. Generositas nulla non inoleuit. Adversum Pientiam gubernator, cum hortante Pontifice decreuisset, ad partem inuenire eos assumere. Contradictus erant, si aduissent; & fortasse complures in meam sententiam Senatores concessissent. Pius, vt videtis non sufficiens promissa, plura petit, & vget indices magis. Vos, si mihi auscultabitis, etiam, quae promissa sunt, reuocabitis. Tempus, in quo nouos creare Magistratus oportet; nondum adest, & in annum prorogari comitia possunt. Quid opus est praenire? Ex tempore consilium capiemus. Me tamen consultore, nunquam Gentilhomines aut clares vrbis obtinebunt, aut eum Magistratum, quem Capitaneum populi appellamus. & in praesentiarum quidem decernendum statuo, ne quid amplius eis concedatur; quam haecenus concessimus est. Si quis aliud consilium dederit, extorris esto.

Pius PP. cum Senensibus non conuenit.

XXIII. Senensium in Pium Papam animus.

Fuerunt,

XXIV. Pij PP. in Senenses & in passorem quendam affectus.

Fuerunt, qui mitiores dixere sententias, & obiecta illorum crimina diluerunt. Decretum tamen in sententiam Leonardi factum, cuius eum sensum putauere, vt nulla posthac, de promissione Pontificifaceta, mentio fieret. Pontifex ex Aqua pendenti Percennium venerat, & deinde ad confinia fe contulerat, quæ Romanum agrum à Senensi determinant. Illic, cum quattuor Cardinalibus sub tabernaculo de ramalibus facto sedebat, cum sibi decretum allatum est à Senensibus editum. Beneuentanus Archiepiscopus eius rei litteras accepit, & Pontifici tradidit, quibus lectis: En quantum fallimur, inquit Pius, Legatos Senensium, qui nos in suis finibus lætabundi susciperent, hoc in loco putauimus inuenire. Nemo datus est obuiam. Pro Legatis, contumeliosum decretum occurrit. Ditaturi patriam, ætatem in Senensi territorio peragere staturamus, & sequi Curiam iusseramus. Deceret pedes referre, & hoc emolumentum ad alias gentes transferre. nam hoc perniciosa ciues cupiunt, qui auctores decreti fuerunt. Diffidium inter nos, & patriam querunt, qui nostra discordia crescant. Non facient. ibimus, & vrbis, quæ nos genuit, & Senensi populo, vel inuito beneficiemus. Exin finito prandio, per Planum oppidum, ad Abbatiam item oppidum fe contulit, quem locum aduersus ætulum Iulij mensis delegerat. Dum hic per valles, nemora, & prata herbarum animum recrearet, & aliquando media per armenta, quæ pascebantur in pratis, rediret, accidit istud non illepidum. Custos gregis, qui numquam Pontificem vidisset, vestimenta Cardinalium, & purpuratorum admittus ornamenta, quamuis paululum hæsitauit, quem pro summo Pontifice venerari oporteret, visa tandem aurea sella, qua humeris hominum inter equites portatur, sefforem adorandum statur, & em in æta vacca, quæ aderat, catinum, ex quo bibere, & edere consueuerat, lacte plenum, Pontifici lætabundus obtulit, quem propter ætulum sitire arbitrabatur. Pontifex memor illius, qui Artaxerxi Persarum Regi iter habenti, comprehensam vtraq; palma porrexit aquam, subri sit, nec dedignatus est nigrum, & vntum catinum tamquam biberet ofculari, gustandumque Cardinalibus tradere, ne sedulitatem, & pauperis reuerentiam agrestis contemnere videretur, qui opes apud se charissimas obtulisset. Animum pensitavit eum dispensatorem, meliores proculdubio traditurum, si adfuissent.

XXV. Pij PP. Senensium oratoribus responsum.

In Abbatia Legati Senensium quattuor, Pontificem adire, xenia portantes, vina pretiosa, panes candidos, agnos pingues, & vitulos, & quæ tempori conuenirent poma. Franciscus Aringherius verba fecit, missio nis moram purgare conatus: & cum multa de charitate Senensium erga Pium disputasset, atque vrbem, & populum commendasset, postremo, vt Senes accedere, & sua præsentia charissimos consolari filios dignaretur, supplex orauit. Aderat & Leonardus Beneuolentus, cuius verba paulo ante retulimus, qui Pontifici tamquam opera sua ignoranti, subblaudiri conatus est. Pius cuncta benigne audiuit, deinde ita respondit.

Misera, qua attulistis ex patria, grato recipimus animo. Si nobis fines vestros intrantibus, urgente causa non occurrisset, ipsi videritis. Pontifici Maximo haud multum honoris affert Senensium populi Legatio, in cuius comitatu numquam defunt & Cardinales, & maximorum Regum, ac Principum Oratores. Ere vestra fuerat, aduentanti Pontifici in finibus quæ primum occurrere, ne aliquid inter vos, nosq; dissidium ortum inimici vestri existimarent; quibus nihil molestius est, quam vestrum Ciuem, in Apostolico solio sedentem, cernere rebus vestris amicam. Vobis forsassenon ita videtur, qui decretis insolitis, & inhonestis, nostrum ab alienare animum conati estis. Patriam

nobis commendatis. Et vos ipsi patriam persequimini, & hostium agitur causam. Duo sunt, quæ rem vestram saluare possunt, diuitia, atq; concordia. Illas nos parare potuimus, singulis annis per ætatem, cum Romana Curia apud vos commorantes. Sicut grex ouium impingnat agros, ita & Curia vrbes. Quattuor iam perdidistis annos, dum pauca, quæ ordinis Gentilium causa petimus, per inuidiam contumaciter denegatis: & nunc pertinacia vestra superbissimum edidistis decretum, aduersus quod dicere aliquid, aut hscere capitale sit. Pluris vestra edita, quam honorem facitis. neg, abs re. Maior est enim Leonardi, & qui eum sequuntur, quam Pontifici auctoritas. At lex vestra paucos dies permanet, nostra vero potestas, vsq; ad finem seculi permanebit. Non vultis Romanam Curiam, opes contemnit, & quibus aduersus insidias hostis defendi possitis, arma respicit: nec concordiam, alterum aduersus inimicos remedium queritis. Suadere hanc possumus, prestare non possumus. Arbitri vestri est, vniuersi studere. Sepe de hac re verba fecimus, cum Senis ageremus. diximus difficile expugnatum, munimentum ciuitatis esse, amorem ciuium, rogauimus, vt diuisionis semina tolleretur, id est nomina ipsa factionum, vnum republica corpus faciendum fore docuimus, cuius neque Gentilium homines, neque Duodecim expertes essent. Noluistis audire consilium: secuti estis desideria vestra. Frustra nobis ciuitatem commendatis, quam priuatis affectibus datis pessum. Patriam, vt nostro consolerem aduenit, efflagitatis, & horrendis deterreris edictis, repellitis, & iniuratis; vultis, & non vultis, nescitis, quid eligatis. Si voluissetis Romanam Curiam ad vos proficisci, iam pridem de petitionibus nostris aliquid mitius decreuissetis. Cum dubitaretis, nos quoque in dubio sumus, an veniendum sit. Pientiam vrbium, templumque consecrabitur. tempus interea, & opera vestra nos admonerunt, quid sit faciendum.

His dictis diluere obiecta, & placare Pontificis animum Oratores conati, nullum fecere verbum, quod Pius non statim reprobarit: maxime vero dicta Leonardi confutauit. Cum duabus ciuitatibus horis hinc, atque inde sermo percurrisset, Legati relatueros in Senatu, quæ audiuisent sese dicentes, abierunt.

Secutus hucusque Marescallus Tolofanus, cum de ebus aliquot in Abbatia mansisset, audiuissetque nouos Legatos ex Francia, qui mandata mitiora ferrent, propediem venturos, impetratis quibusdam gratijs, more hominum, qui publica missi, curare sua non negligunt, Pontifici recessit amicus. Baro inter hæc quidam illustris, à Matthia, Rege Hungariae missus, superuenit. maiestate corporis, & morum elegantia fidem exigens, & qui superiore anno ex Turcarum captiuitate fuisset redemptus. Eius oratio hunc sensum habuit; Turcarum Imperatorem, pacem Hungaris offerre, Valachiam & Bosniam relicta, apparatus belli maximum facere, in uasurumque proculdubio cum validis copijs Hungaros, nisi conditiones accipiant. Regi, nec consultum videri belli socios, eisdemque subditos hosti prodere; nec vires esse, quibus tantam belli molem sustinere queat. orare, ne deseratur. Si cesserit Hungaria Turcis, expectanda illorum arma in Italia. Rege se, Mahumetis propositum, qui sibi Occidentis imperium designarit. Hungaris domitis nihil ei difficile futurum, ex illis non esse requirendum, quod præstare non possant. His audijs Pontifex, quamuis in Italia grauissimis belli sumptibus premeretur, vixque illis suppeditare pecunias posset, in Hungaria tamen ære suo equites mille, conducturum se ait, qui Regiad bellum ituro coniungerentur, Venetos quoque oppem laturos, hortari, ne animo deficerent; in alterum annum futurum, vt maiora possint auxilia præstari. Legatus hac sponse placatus, in Hungariam redijt. Cardinalis Strigonienfis, pecuniam pro Pontifice dissoluit. Veneti aut eorum viginti millia, Regi misere.

XXVI. Hungaris pecunias subministrat Pius.

Atreba-

XXVII. Comitatus duo Rom. Ecclesia à Rege Francie oblati.

Atrebatensis, cum esset in Vitruuio Pontifex, Ludouici Regis Francie literas confistorio dederat, quoniam viges Procurator constitutus, Comitatus in Delphinatu duos circa Rhodanum, Valentiniensem ac Diensem, Romanæ donaret Ecclesie. Pius acceptauerat. Ob eam rem, placuit Antonium Noxetanum, ad Regem mittere, qui donatarum rerum promissionem, & promissi fidem exigeret. Vltimus terrarum Dominus, à suis olim nepotibus, in carcerem fuerat coniectus. Ille mortens vltima voluntate, Francie Regem, et sibi conditione nuncupavit hæredem, vt si quid vnquam ad ingratos nepotes, ex suis bonis fineret pertinere, hæreditas ad Romanam deuolueretur Ecclesiam. Carolus, qui tunc regnabat, oppida, quæ reftatoris fuerant, pieraque exhæredatis nepotibus dederat, testamentumque volauerat. Ludouicus ad regnum sublimatus, quod esset Ecclesie restituendum censuit: data potestate Atrebatensis, qui tentata hæreditatis parte vltra Rodanum sita, reliquum Pio traderet. Idque factum habuit ratum; quamuis præfecti locorum primas eius iustiones neglexerint.

XXVIII. Marchionis Badenensis Victoria & captiuitas.

Dum hæc geruntur, in Germania Carolus Badensis Marchio, accersitis belli socijs fortissimum instruit exercitum, atque aduersus Palatinum Comitum profectus, hostilem agrum tamquam horrida tempestas inuasit, villas exussit, oppida diruit, ferro, & igne cuncta consumens. Victor nusquam hostem reperit. Auctus animo à successu rerum, inimicum contempnit, ac comites, si sibi auscultauerint, turpem inuenturum hosti notam fe dixit, atque se iterum, cum delectis equitibus, Edelburgum vsque, atque ibi extra mœnia, leporaria, & aliarum ferarum septa vastaturum. Receptum est consilium. cæcos fecerant res secundæ. Octingenti equites ex omnibus copijs de ignitur, viri fortes, equis, & armis instructiores, ac vsque Hedelburgium progrediuntur, nihil meruentes, Palatinum aduentu per exploratores cognito, parte copiarum, quæ à tergo feriret hostem, in insidias collocata, cum reliquo exercitu non expectatus occurrit, & magno clamore manus conferunt. Atrox certamen initur, Badenses, & à tergo, & à fronte videntur, nec vltra progredi, nec retro cedere possunt. Solâ in dextra spes manet, clausa fugiendi viâ. alter hortatur alterum, in eadem summis conatibus itur; & iam Palatini cessurus equitatus fuerat, nisi produntibus è latebris, pedites longis hastis Badensium equos confodere capissent, stragemque animalium horribilem fecissent. Ea res Palatinum victoriam peperit, quamuis non incuentam, cum ferox hostis etiam cæso, in quo sedebat, equo, in pedes erectus, certamen instauraret, neque se victum fateri velle, nisi vulneratus. Ob hæc rem Badensis, cum fratre Episcopo Metensi, & Comite Virtembergij, multique alijs Baronibus, ac nobilibus captus est, & manibus vinculis ferreis, in carcerem tetrum raptus. Palatinus exultans, & victis illudens, diris modis affecit miserum. Ea res Dyetheri causam apud Germanos haud parum erexit, cuius esset Palatinus adiutor, Badensis inimicus. Pontifex in Abbatia accepto infelici nuncio, Superbia, inquit, nostrorum ducum, res Maguntinas debiliores fecit, non abstulit. Vno Pio, numquam Dyetherus ex auctoritate primæ sedis Maguntina præfidebit Ecclesie, & nisi fallimur, victoria, nunc ad hostes defecit, ito ad nostros redibit.

XXIX. Legatione Pontificis contemnit Franco-Rex.

Scripto illico Pius Friderico Imperatori, quam potuit accuratius, vt causam Moguntinæ Ecclesie amplecti velle, & pro liberandis captiuis, laboraret. Cæterum Palatinus æstu, & dolo quibusdam Principibus, ac prælatis Germanijs in Societatem assumptis, primum contempnit, nihilque non egit, vt Apostol cam, & Imperialem auctoritatem confunderet. Per id tempus Episcopus Ferrariensis cum Rege Francie conuenisset, mandata pontificis exposuisset,

longe aliud responsum, quam sperauerat, accepit. Contempnit omnia Ludouicus, quæ de Turcis steterantur; qui suspicionibus laborans, rem si eam existimabat, vt eo pacto res Siculæ obdormisceret. Cum instaret Episcopus, & responsa meliora peteret, misurum se ait breui, ad Pontificem Legatos suos, de rebus Siculis, & Turcanis tractaturos. Interea Henricum Angliâ pulsum in regnum restituere velle, quod vno se anno facturum non dubitabat. Id cum audisset Episcopus. At ego, inquit, in hanc expeditionem, quattuor sibi annos adicio, atq; his pro iocum dictis, recessit. Egrotabat apud Buxellam Philippus Dux Burgundie, morbo periculossimo, cum Ferrariensis Episcopus ad eum venit. Triduo cum expectasset conualescentiam illius, eadem admillus est, & adstantibus Episcopo Tornacensi, Carolo Ducis filio, atq; Antonio Croto, Pontificis Legationem exposuit, & literas manu eius scriptas reddidit. His recitatis Philippus ex lectulo hunc in modum locutus est. Victorem febrim, & me profus extincturam non dubitabam: adeo iam omnes vires ademerat. Sed tu mihi Episcopo sanitatem attulisti, cum isthoc tuo nuncio. Iuua Pontificis animi intellexisse, quem video, sua dignitati conuenire. Nullam ob causam ita duram mihi, & acerba mors vi debatur, quam quod Turcis, inultam patriæ mei captiuitatem relinquebam. Nunc spero concipio, & patrem meum vltum, & republica Christiana optime consultum iri, quando is Pontifex nobis datus est, qui curam religionis habet, & exemplo boni pastoris paratus est, pro ouibus suis animam ponere. Ego si conualuero, quod minime dubito, non solû voto meo factâ saris, sed omnia conabor exequi, quæ Pius mandauerit. iussitque consiliarios, qui astabant, de numero militum, qui esset ducendus, de machinis præparandis, de pecunijs cogendis, de itinere faciêdo colloquium habere. nec alia Philippi cura erat, quam conualescere, & se aduersus Turcas præparare. Interea Ludouicus Bello in Anglos decreto, Philippo mardat, vt & ipse aduersus Eduardum Anglici regni usurpatorem, quem ipse hostem suum declarasset, arma moueat. Eares mirum in modum Philippi animum perturbauit; misit tñ ad Ludouicum, rogatum, ne fe bello Anglico implicaret, neue cogeret Eduardo pacem infringere, quæ fe sua fore, atq; impulsore ea lege fecisset, vt solui non posset, nisi ante annum reuocata. Esse animum sibi, aduersus Turcas, expeditionem ducere: sineret se, rem fidei agere, & Romano Pontifici obedire. Ferrariensi vero, vt ad pontificem reuertetur, dixit, & animum suum referret, & impedimenta, quæ à Rege Francie. Missurum fe Octobri mense Legatos Romam, qui omnem suâ deliberationem exponerent. Non tamê hoc fecit, cum nullam ex Ludouico certam excerpere cõclusionem potuisset, & Leonardenses aduersus Episcopum suum, res moliti nouas viderentur, quibus Ludouicus, fauturum se promiserat, nec Philipp. è re sua ducebat in defensum Episcopum relinquere. Hæc Ferrariensis ex Gallijs retulerat ad Pium, qui iam Pientiam sese contulerat, peste grassante ex Abbatia effugatus. Basilicam Cathedralem, Palatum Pontificium, & Canonicam, ad fastigium, summamq; perfectione iam perduxerat architectus, magnificentia, & splendore eximitis. In decollatione Beati Ioan. Baptistæ pontifex templum, & altaria per Cardinalem Ostiensem dedicauit, & per seipsum maioris aræ frontem inunxit, ac reconditis in ea sanctorum reliquijs sigillum adiecit, ac Clusinû Episcopum, Ioantem Cingiu nobili loco apud Senenses natum illic transtulit, & nouæ sponse virum dedit. Clusinis Gabriele Picolomineum, ex ordine minorum, qui obseruantes habentur, præfecit Antistitem: & paulo post Hispanensi Archiepiscopo, in ea ipsa æde per Cardinalem Portuensem coram se consecrato, sua manu miram impofuit, & benedixit.

Inter hæc temporis, ea, quæ supra propter simultaneam retutu cognitionem compedio narrauimus in

& Ducem Burgundia impedit à bello contra Turcas.

XXX. Gestorum in Bohemia fustor narratio.



Bohemia acciderit, quae paulo luculentius, quam alij, auctor Commemtorum aperiebat istis verbis, Legati Bohemorum dum haec geruntur, Pragae reuersi, quae cum pontifice Romae gesserant, aegri narauerunt. Ille conuentu regni ad profectum S. Laurentij iussit adesse. Cōuenere frequentes Catholici, & haeretici, plures tñ haeretici. Rex in concione prodicens, ē suggestu sibi, & coniugi preparato, iussit Oratores, qui Romae fuerant, cuncta quae gesserant, exponere, & madata pontificis referre. Procopius, & Cosca oēm referentem ex ordine narauerunt, nec quicquā mentiti sunt. His finem facientibus. Miramur, inquit Rex, studium Papae, qui regnū hoc multo labore vix tandē per compactata pacatū, atq; vnicū, turbate, & distinguere conatur. Concilium nobis Basileense, maioris auctoritatis, quā ipse est, & antecessor eius Eugenius cōpactata dederūt. Non est eius auferre, quod maior concessit. Si licet papae destruerē, quicquid antecessores aedificauerunt, quis erit in sua iustitia tutus? Accusamus, tamquā iuramento in nostra coronatione prestitō, non fecerimus satis: quod iurauimus, nisi haereticā prauitatem ē regno nostro procul abicere? Sciote, uos infensos haereticis esse. At cōpactata nostra, & cōmunionem vtriusq; speciei, vt papa existimat, nunquā putauimus haesum sapere, q̄ fundata est in Eūg. lio, & praxim Christi, & ecclesiae primitiuae imitamus, & nobis tanquā priuilegium nostrae virtutis, per magnā concessa Synodum. Hanc igitur communionem abicere iurassemus? Minime quidem. Imo vero in eadem nati, educati, & in hanc vsq; Regiam dignitatem prouecti, eā quoad vita fuerit comes, tenebimus, & defendemus, & in ea tandē motiemur. exemplum nostrum, cōtoralis nostra à dextris sedens, & liberi nostri, & amici oēs sequentur. nec credimus, aliam esse viam salutis animarū nostrarū, quam compactata tenere, & iuxta saluatoris institutionem vtraq; vi communione. Quērimus autē ex vobis Bohemi, si quis propter compactata nobis, regnoue bellū indixerit, quid animi geratis, nobis an illis auxilio eritis? Tum Cosca cum haereticis, quorum multus erat numerus, cōsultatione habita, Rex ait, percipide audiuimus te cum liberis, & vxore nostrae fidei confortem esse. nos tibi ad cōpactata defendēda, regnumq; cōseruandū, nō res tui, sed corpora quoq; deuouemus; & gratias tibi agimus, qui talem indueris mentem, qualem paulo ante demonstrasti. Tum Rex ad Catholicos versus, Et vos quid respondetis, inquit. Aderat Vratislauenfis, & Olomucensis Episcopi, & multi Barones, & nobiles, ac ciuitatū Legati, qui Sdenconi Sternembergio hoc responsum commiserunt. Non te fugit, maxime Rex, nihil nobis haecenus cum tuo compactata fuisse cōmune, neq; deinceps ea curabimus: sed sicut in vnitatem, & obedientiam S. Romanae Ecclesiae cū nostris progenitoribus in hunc vsq; diem viximus, ita & in futurum viuere, ac mori est animus. Et sicut in fidei tuae natiuitatis seruandam putas, ita & nobis ipsi de nostra faciendū institutum. Petis, quid faciuri simus, si propter cōpactata bellum ingruerit. Praedecessores tui Bohemiae Reges, nihil, quod arduum esset, absq; nostrorum progenitorum consilio statuerunt. Idem te facere erga nos in cōpactatorum acceptatione decebat. Tu sine nobis, ea seruare decreuisti: illorum ergo auxilia exquirito, quorum cōsilia secutus es. Nos tamen tibi, & regno, vbi honor Dei, & iustitia non ledatur, haudquaquam deerimus. Rex eo responso minime contentus, cū aliud postulare, obtinere non potuit, dimisitq; concione, praeccepto multitudinis dato, vt postera die ad audiendum Fantinum, Apostolicae Sedis nūcium conuenirent. Interea multa Regi de Fantino relata fuerant, q̄ animū eius offenderant, non Pragae tantum, verū etiam Romae gesta. neq; id Fantinum latebat, qui per amicos communitus saepe fuerat, vt clā recederet, nec itā Regis expectari velle. Ille hinc periculum reputans, si maneret inde dedecus, si non exposita legario. e abiret, vitæ pudorem praetulit, vocatusq; venit in concionem. Quo viso, Rex vultu paululum mutato, Fantinum, inquit, audiamus tamquam Papae nuntium: postea aduersus eum, vt procuratorem nostrum aliqua proponemus. nec ita locum nuntio dignum dedit.

Fantinus dicendi copia facta, ita inquit. Lex est gentium, Serenissima Rex, omnes nuntios etiam ad barbaras, & crudelissimas gētes missos, libere, & absq; vilo timore, suorum Dominorum exponere mada: a deinde responso accepto, absq; vilo impedimento, domum redire posse. Hanc vt mihi legem Apostolico nuntio serues, peto. Annuit Rex. Fantinus dicere exorsus, multa de bono obedientie disputauit, ostendens, vnum esse principem in Ecclesia militante oportere, quae triumphantis instar condita esset. hoc Romano praesulimus datum, qui primā teneret in orbe Sedem. ab eo ligandi, soluendiq; potestatem, in omnem Ecclesiam dēruari, ei; cūctos Reges, ac populos obedire debere, qui regni aeterni cuperent fieri participes, & cohæres Christi. fecisse id olim Bohemiae principes, Duces, ac Reges; nec vilo tota in Christiana Societate populum inuentum, qui Romanis pontificibus magis deditus, & obediens fuerit, quā Bohemicū flouisse tunc miris modis regnum, viris, atq; opibus abundasse, & concordia gaudens, aedificia nobilissima cōstruxisse; ornasse templā; bonarum studia artium ad se traxisse. Successu deinde temporis humani generis hoste procurante, surrexisse in Bohemia viros pestiferos, qui primē S. dis madata dicerent contemnienda, & ad suum sentum, sancta interpretantes Euangelia, sanam doctrinam respuerunt, Iacobellum, Ioan. Hieronymum, Corandam, & Rochezanā quorum peruerso dogmate, infecta regni multitudo, ab obedientia sui pastoris abierit, & arcam Noe reliquerit, extra quam non inuenitur salus, dicēs communionem sub vtraq; specie, ad salutem necessariam esse, & multos alios errores praedicans. Hinc mutatam regni faciem, pro pace bellum, pro diuitiis pauperiem, pro doctrina, ignorantiam, pro decore, deformitatem, tamquam inobedientiae stipendia subiitralle. Pēnituisse tandem sui erroris Bohemos, ac de reditu ad matrem cogitasse. conuenisse cum Basileensi Concilio, vt reconciliaretur Ecclesiae. concordiam quandā iniuisse, cui Compactatorum indiderint nomen. Indulisse, p sua benignitate, Basileense concilii Bohemis, ac Morauis, etiam laicis, qui duplicis cōmunionis vsum haberent, vt in eo, quoad viuerent, perseuerare possent; dūmodo de praeccepto Domini esse non crederent, aut ad salutē necessarium; nec paruulos communicaret; neq; inuitos ad duplicem speciem compellerent. Nihil seruasse Bohemos eorum, quae promiserant: amississe priuilegiū; compactata extincta esse, & iam paucissimos illorū viuere, quibus indulta fuissent; propter quas res, & si diligentia Regum pax postea de temporalibus rebus in regno reformata fuerit, de fide tamen, ac religione in eam vsq; diem semper mansisse contentiones, nec vllam fuisse in sacerdotio quietē; sed alteros, alteris maledixisse, & haereticis imputasse crimen. Regem ea videntem, misisse ad pontificem maximū Legatos, qui compactata confirmari, aut innouari peterent. Pontificem, cui esset sui gregis cura, re in Apostolico discussa Senatu, inuitia peti censuisse, neq; arbitratū, filiis, quos diligenter, postulata noxia concedenda fore. causas plurimas adduxisse, quae cōpactatis locū esse non finerent; mandasse Legatis, Regi, regnoq; vt suo nomine compactatorum obsequantiā interdicerent. se quoq; missum esse, vt idem faceret. Hortari ergo sapientia Regis, vt iuramenti, quod in sua coronatione praestitisset memor esset, haereticū oēm ex Bohemia repelleret, communionē sub vtraq; specie desereret, Romanae, & vniuersalis Ecclesiae ritū imbuceret, summō pontifici, quam verbo promiserat obedientiam, factio praestaret; sacerdotes rebelles Decano Pragensi traderet coercendos, audire cū toto regno, Pij pallo. is vocem, sciretq; illum Bohemicae gentis amantissimum esse, qui & in Bohemia aliquando conuersatus fuisset, & historiam Bohemicam barbare scriptam, Romano illustriant eloquio, non sine magna regni laude. Nihil magis P. um cupere, quam

XXXI. Ad Podiebracium Fantini responsum.

XXXII. Podiebracius in carcerē conuictus.

XXXIII. Podiebracius omnes Catholicos sacerdotes congregat.

vetam

veram Bohemorum salutem; atque idcirco, non quae placerent multitudini, sed quae forent vtilia praecipisse. Hortari igitur oēs & Barones, & nobiles, & populares, vt iam tandem compactatū relicto firmēto, ad vniōnem Sanctae matris Ecclesiae reuertantur, & integram Pio pontifici obedientiam restituant, qui regni necessitatibus pie, & benigne sit consulturus. His dictis haereticorum animi admodum conseruati fuerunt, Catholicorum erecti; existimatum, Regem mandata pontificis haudquaquā neglecturum. Sed contra euenit. Nihil perfidia Regis munita est, quāuis pro dit, quae latebat. In Fantinum virus euomit, & multa minatus, proditorem suū appellat, plectendumq; dixit. Ad quem Fantinus forti, & constanti animo, vt qui mo. in nihil timeat; Corpus mihi Rex auferre potes, ait, animam non potes. Si vitam perdidero temporalem, acquiram aeternā pro veritate moriens. atq; vitam tanto me facias honore dignū, Missisti me fateor procuratorem tuum ad Romanam Curiam, gessi fidelem negotia tua. veracem me semper inuenisti, & consultorem rebus tuis videntem, si me audiuisses. Huc modo profectus, nō tuus procurator, sed Orator summi pontificis aduentavi. Dixi, quae ab illo mandata sunt. si moleste fers, nihil est, quod mihi succenseas, cui necesse fuerat obediē. Rogavi ab initio, vt me tanquam Legatum cōmuni lege loqui permitteres, & patienter audires: annuisti. Si quid dixi, quod tuas offenderet aures, iussus dixi: tu si sapias, in partem cuncta recipies meliorem, nec Romano Pontifici aduersaberis, cuius sunt, longissima manus, & nihil est eius auctoritati negatum. nosti iuramentum tuū, noli pro tuo arbitrio interpretari; clara sunt verba, & commento non egent. Hic statim haeresim abiurasti, & obedire Romano Pontifici tactis sacrosanctis Euangeliis, promissisti. Extant documenta publica. non potes dicere, non dixi. Vt cōpactata, inuito pontifice retinere. Rebellio haec est, nō obedientia. Dicis communionem sub vtraq; specie, ad salutē esse necessariam, & in ea te velle mori professus es. Haec est Hussitarum haeresis. Quid possunt dicere, nisi te relapsum esse in errorem, quem abiurasti? Vide, quid agas. Non feret ista Pius Pontifex; habet arma, quibus rebellionem tuam coercet. Regno priuaberis, & tamquam periurus, & haereticus extra Ecclesiam fies, & in hoc seculo, infamem te reddes, in altero penas dabis impietatis. Caue, ne te his malis subiciaris. Subiice te Deo, & Vicarium eius. ne cōtempseris. Plura alia fuerant inter Fantinum, & Regem verba contentioni, quae alter in alterum isto nachatus protulit. Tandē concio dimissa est, & Fantinus in diuertorium suum secessit. Rex autē inter Proceres, qui se cū remanserunt, Audiuistis, inquit, amici, quantum hodie Fantinus honorem nostrū lacerauerit, & quo pacto, nos Papa vitupe: et? Nemo vestrum condolet nobis, Pater viuere, nisi aductus Fantinum, talia praesentem vlciscamur. Nulla nobis maior cura est, quam honoris. hunc vitæ praeferrimus. vt se naremus honorem, corpus nostrū multis periculis obiectauimus. Idē fecere praedecessores nostri, numquam Bohemiae Reges honoris studiū abiecerunt. In Apostolica Sede, plures sederūt apostatae viri, & nequam. Sanctam appellant Sedem, nos non probamus. In vniōne fidelium S. Sedes existit, quam Romanæ quaerere non oportet. Multa alia in hunc modū ore polluto, & venenato tu pissima euomit verba. Deinde in vigilia assumptionis B. Mariae Virginis Fantinum in carcerem rapi iussit, & in vincula cōiecit arctissima. Procopium Rabesteinum, cautionē dare coegit, quod propriam domū non exiret, & officio Cancellarij priuauit. Grassatus & in alios fuisset, nisi motus in regno timuisset: quia plurimi ex Catholicis Baronibus aberant, qui pro dei etis arma cepissent. Episcopi V. arislauenfis, & Olomucensis, vbi Fantinum captum, & Procopium domi euentum agnouere, infalutato Rege, ad suas Ecclesias reuerterunt. Post dies aliquot iussit Rex presbyteros Catholicos, ex toto regno primores, ad se proficisci. Cōuenēre quare iudicem, & seipm ingenti, in Castello Pragensi, tertio re pleni, tamquā ad eadē essent vocati Decanus

Ecclesiae maioris, & Archiepiscopus Administratores, multa locutus aduersus perfidiam Hussitarū, cohortatus omnes, vt in vera religione cōstanter permanerent, sexta feria rem diuinam summā deuotione peregerit, & S. Sancti gratiam inuocauit, quae aduersus iram Regis pauperes sacerdotes protegeret. Hoc cum animaduertissent Hussites, idipsum die Sabbati in omnibus Synagogis suis fecerunt. Cum dies constituta vocationis adesset, summo d luculo Catholici Ecclesia Pragensem petiuere. Decanus eos in Sacellum S. Venesclai accessit, & quomodo se coram Rege deberet gerere, cōmonuit; & quibus loqui liceret, quibus tacerere necesse foret, ostendit, iussitq; ne vel minimam quaestunculā cum aduersariis inchoarent. Quod si fuere, aut insanire Regem cōtingeret, & in aliquos manus iniicere, se rent in multis mebris v nō esse corpus, neq; vnum posse tangi, quin laederetur alterum, opponerent se oēs pro salute vnius, vel minoris, Promissere oēs, verum non sine lacrymis, ac singulibus prostratiq; coram patronis Regni Bohemiae Sancti Martyribus, & Confessoribus, aduersum violentiam per fidi Regis, suffragium petiuere. moxq; & trini tamquam in pōpa procedentes, ē castello Pragensi vsq; in Regiam peruenēre. & alij quidem flebāt, quod ad viciniam pergerent, alij ridebant. Praeuenerat iam Rochezana cum multitudine suorum complicū, & Latas Regis stipabat. Postquā oēs affuere, quos Regia iussio deliderauerat, Rex ex alto folio sic locutus est. Quantum vires suppetunt regni gloriam ampliamus, & pacem fouemus: vos autem Sacerdotes iurgia inter vos excitatis, & alter, alteri compingitis haeresim, defunctū sepulturam negatis, vltos ab Ecclesia repellitis, suspectarum mulierū consortio sacerdotiū vestri sedatis, resera luditis, & alia multa, quae horremus dicere, nefanda perpetratis. nisi alios indueritis mores ibimus obuiam nequitiae vestrae, quando index abest, qui vos coerceat spirituali. Praecipimus autē vobis, vt compactata, quae pro pace regni nostri praedecessoribus Basiliense concilium indulsit, inuolubiler obseruetis. Si quis contrafecerit, nostram in se iram prouocabit. Neq; n. passuri sumus, quae Sigismundus, Albertus, & Ladislaus Reges auctoritate Apostolica cōcessa laudauerunt, vestris contentioni infruantur. Secessere his auditis paululū Catholicis, atq; reuersi, in hunc modū responderunt. Ingentes tuae Maestati gratias agimus, maxime Rex, qui nos tranquilla pace gubernas; vtq; multos annos id agas, Deū precamur. Non inuis inficias multa per sacerdotes mala parari, nam quae multitudo est, & malorū consortio non sedatur? Odimus malos, & tamē sine malis esse non possumus. nec scimus, qui sint mali. Si quos ex nobis ea, quae dixisti facere, curaueris indicare, non erit impunitum scelus; nec auctoritas puniendi abest. De compactatis dicimus idē, quod pridem regi proceres per te rogati responderunt. nunquā illis egimus, nec egimus hodie; nec Romana Sedes illa vnquam cōcessit, Basiliense tantū Concilium indulsit. verum autem, quibus indulta fuerunt, iuxta concessionem illa teneant, Deus viderit. Pacem, quam dicit, compactata praeferre, libenter amplectimur: at quod nobis ad aeternam vitam praesidium aliquod asserant, non intelligimus. De maestate tuā illud nobis persuademus, quod venerabilē Ecclesiam Pragensem, in suis ceremoniis nō impedies, neq; alium ritum nobis inculcabis, quam nostris maioribus ab Apostolica Sedere aditum. Illa est porta caeli, mori praestat, quam illi cōtraire. Haec Administrator nomine oium locutus, cum, finem dicēdi fecisset, versus ad suos, percūtatus est, An placeret, quod pro omnibus respondisset. qui vna voce dixerunt, Placet, & in aeternum placebit. Infremuit Rex, tantam in sacerdotibus, Catholicis constantiam, atque concordiam intrens, protulitq; literas quādam in casu repertas, in quibus scriptum esset, Regem in Apostolico sauire Legatos, ac haereticū sese declarasse. Michaele quidam, Vicarius Ecclesiae Pragensis, ad fororem suā Hussitarum labe infectam, misisse hanc epistolam ferebatur. Is suo bono non adfuit. rex saepius verba epistolae recitauit, grauitate quaesitus est, quod haereticus vocaretur, qui nunquam restitisset Apostolicae Sedis; quamuis noluisse, ad indulta cōmunionem cessare; v-

Eorundem Constantia.

vetam





Tandem nulla in-ducia fi-unt.

polliciti sumus, inter cōtendentes de regno. Illi Sigif- mund. Malatesta non posse negligi responderunt, qui belli socius esset. Regi Rhenato confederatus. imo ve- ro nefas est, inquit Pontifex, hereticum hominem, eas indu- cias comprehendere, quae inter Reges fierent Christianis. Si- gismund. de religione pessime sententiam, iam pridem fuisse da- mnatum; Ecclesiam Romanam prius inuulsi bellum, quā Rhenato coniungeretur. In iurium fuisse Rhenatū Pontifici Romano, qui subditum Ecclesiae, proditorum, atq; hereticū in belli societatem accepisset. Agitata deinde res est plurib. diebus. Postremo cum Franci Sigifmundum in pace profusū cōprehende- dere vellent, Pius excluderet, in fectis reb. Francorū Legati domum abierunt. Pius Ferdinandi Oratores his verbis allocutus est. Habetis, quod desiderastis non sunt in- duciae factae, iuas Ferdinandi victoriam praecepturas arbitrabami- ni. Petiturum Smitia Ducem vestris armis ante Natalia Do- mini, si bellum cōtinuaretur, affirmastis. Itenunc, & magni- fica verba factis aequat; quamvis contraria nobis sententia est. Festinat ad hiberna miles vester, prima vos pluuia in tecla de- ducet. Frigoris, & omniū in cōmodi patiens hostis, ad expugnand- as vrbes sub diuo manebit, & per aliquando penititbit tem- porariam pacem, quam obulimus, non accepisse. Illi multa in contrarium polliciti, spe pleni recesserunt.

XXXVIII. Malatesta procella inuasus ser- uatus ra- men.

Ingens calamitas id temporis Sigifmund. Malate- stam, iusto Dei exceptit. Dum n. ex Apulia. de peratis auxiliis, domum reperitur, nauem ingreditur, hor- rida inuasus procella, ita ex oculis in litore spectan- tium sublatus est, vt omnī opinione submersus cre- deretur. Sed alio iudicio seruatum, nō potuerit venti, mātiae perimere; quassatum, atq; attonitum in Dal- matiae litus eiecerunt. Ipse p. o. lūa cōsuetudine muta- tata veste, cum paulis, per asperos montes terra iter fecit, atq; in forum Iulij descendit; inde Venetias pe- tit: vbi, cum felices Ecclesiae successus, & snorū defe- ctiones subditorū accepisset, anxius animi, senatum adit, atq; afflictis eb. consilium, & auxilium eflagi- tauit. Et cum quid dem cum viri pleriq; religiosi, ad cla- uum cum Duce vrbs federent, parū letis vultibus exceptus est, ppter anathema, quo erat irretitus, cui- us se fieri participem auditores vetebarunt. Illud ni- hilominus obtinuit, missuros ad Pontificē Venetos, eiq; veniam, si fieri queat, implorandos. idem & Do- minico eius fratri responderant, supplicat flagitanti: quib. vt facis facerent, primū Nicolao Sagundino a- pud pontificem manenti, secretario suo scripserunt, vt Malatestas pontifici commendaret. Deinde Lega- tum maioris nominis Bernard. Iustinianū, Leonardi Orato- ris eius clarissimi filij miserunt, virum singulari do- ctrina, eloquentia, & grauitate insignem, & qui pro- sua Republica multas saepe Legationes, ad Imperato- res, & Reges obierat. Hunc Pius Petrioli primū au- diuit, & propter vrbs eminentiam, & hominis dig- itatem, apprime honorauit. In hunc modum ve. ba il- le fecit.

Pro illo ve- neta sollici- tant Pium PP.

Bellum, quod aduersus Malatestas geris, piissime maxime pontifex, iustum esse oēs censent, atq; in primis Senatus Venetus qui Sigifmund. mores optime caller, & eius in re. ita mō. Sedem, piacula non ignorat. At cum animaduertit, victoria tua cur- sum, & quantum agri ab eo abstulisti, quantumq; cladiibus, & i- psum, & agrum eius affecisti, satis superq; punire esse hominis scelera censet. Si pro peccato, filij maximo, vt vulgo dicunt, pau- lum supplicij satis est patri, tu non Sigifmundi tantum, sed om- nium fidelium pater es, paternae te clementiae vti decet. Sed Apostolica, pia mater, nunquam redeuntib. ad se filijs, suū pie- tatis oculis, semper ad veniam pronus est, adeo misericordiam diligis, vt saepe iustitiam praefert, crudelitatemq; vocitat omne iu- dicitium, clementiam moderatōis expert. Parcere, tui Soly pro- prium est. Septuagies septies iustus est Petrus, cuius locum tenes, in se delinquenti peccatum dimittere, & pro numero inuoluit, finitus ponitur. Peccatus in te Sigifmundus & saepe, & multū, quis nescit? At veniam petenti, quo pacto negabis Iesu Christi Vicarij, qui Dominum tuū nosti pro suis orasse persecutoribus,

& in cruce latroni veniē praeuissis, parsumq; Iuda proditori- fuisse, si humilitas misericordiam implorasset. Non vult Deus mortem peccatoris. conuersionem, & vitam cupit. Pleni sunt codices exempla. Nihil Ecclesia benignius est, nihil ad miseri- cordiam magis pronum. Quod intelligens Senatus Venetus cō- mendare tibi Malatestas aude, veniamque pro his petere, qui- bus iam pridem & amicis, & vicinis est vsus. Non correctio- nem prohibet, quae magna ex parte peracta est. extirpationem horret nobilissima familia: neque enim memoria nostra audi- uimus in Italia, praeclearam aliquam prosapia radicem e- uulsam fuisse, ac prorsus annihilatam. Vetusissimum, & no- bilissimum Malatestarum genus inter Italos memorant. Mul- ti in eo viri praestantes claruerunt, quorum egregia facinora, non Ecclesiae tantum Romanae, sed Italiae vniuersae, & ipsi Chri- stianae republicae admodum profuerunt. Sit vile filijs praecle- ros habuisse parentes. Aboleat maiorum virtus, peccata mi- norum. Concedendum est aliquid praesens imaginibus. Non tu- lit premia digna probitas, quae solos extulit auctores. Praecla- ra virtus, plures atates illustrat. Indignus est Sigifmundus (non eo inficias) cui veniam praebes; nec Dominicum laudo, qui tibi aduersus est; quamuis pro fratre arma suscipiens, excu- sari potuit. At Carolus, & Pandulphus, & alij maiores meruerit, vt posteris suis ignoscas, si quid in te peccauerit. Di- gna est Republica Veneta, quam exaudias, tuae Sanctitati, & Apostolicae sedis obsequissima filia. Agitur in hac parte de statu suo. Norunt Veneti, quos habuerunt in Mala- testarum gente vicinos. Mutationem venentur, ne deterior fiat conditio, quid habent, sciunt; quid habituri sint, nesci- unt. Multa eos timere oportet, suspecta sunt Italorum inge- nia, & nullum in perium meū vacat. Oramus pietatem tu- am, ne rebus nostris incommodis, aut in finibus nostris eos regnare permittas, quorum venentur insidias. Cum Malate- stis, quiete viciniam haerent, & vinemus, sicut speramus in posterum. Suademus praeterea, paci vt Italiae consulas, & pe- ricula metiaris, quae hoc ex bello possunt emergere. Minima saepe saecula, maximum excitant incendium. Nemo ex regno volens reuocatur. Omnia experientur homines, priusquam do- minatione priuentur. Adspirant ad Italiam Imperium Fran- ci, & in regno Sicilia non parum agri possident. Quid si Mala- testae reliquis destituti auxiliis, ad eos transfugerent, eosque sibi assumant dominos? Exemplum, omnes Romanadiola tyranni sequentur, nec Florentini Franciam amittit, a nouis rebus ab- stinebunt. Quid de Turcis dicam? At te velle eorum conati- bus resistere? Quomodo fors bellum geres, inquit, vtque in- securus domi? Quid si, vt est maligna Sigifmundi mens, ab eo Turcarum arma in Italiam inuentur? Non est longa na- uigatio ex Aulona, quam vulgo Valonam appellat, & a Tur- cis tenetur, vsque Ariminum. Omnia faciet Sigifmundus pri- usquam sibi dominatus eripiat. Incertus est belli exitus, & multa dies affert, quae nemo existimauit euentura esse. Num- quam status idem diu manet. Vicisti hucusque, & prospero statu es vsus? Quid si belli euentus varietur? Nemo, si sapiat, illi se credit. Tum paci danda est opera, cum vincitur, nec se- cundis rebus insolecere conuenit. Contentare, Pontifex, praesentirerem statu, ne dum maioris quaeis ea, quae tenis, amittas. Da pacem miseris, & Malatestarum familiam, quae satis correctis est in gratiam recipito. Hac Veneti ex te petimus, hac oramus supplicat. Annus hoc gratiae, Republicae de te bene me- renti, & quae Sanctam Sedem Apostolicam summo semper stu- dio coluit. Sincero hac animo dicimus, non minus tuae gloriae, quam nostrae Republicae consulentes. Amplectere in bonam partem, quae recta & bona ex mente procedunt.

Pontifex his auditis, huiusmodi responsum de- dit. Quaecumque rogat, Suadetque Senatus Venetus in par- tem accipimus meliorem, nec dubitamus, verba menti con- sonare. Amica esse consilia ducimus. Bellum, quod Malate- stis indiximus, non abs te iustum scetur. Nisi enim iustus est vltio nostra in Sigifmundū, nullam aliquando vindictam nos- tri maiores iustam exercere. Satis vero correctum esse reum, non recte iudicat. Atrocis delicta, atrocem exigunt penam. Merenti atrocem, sufficere scitaticam quis dixerit. Derapina a- giunt, de crimine lese maiestatis, de contemptu religionis, de

XXXIX. Pontifex ad Venetos responsum.

impia

impia haerit. & tu satis punitum dicis, cui pars agri adempta est. & in corpore nihil molestia tulit. Subditi ledere penas: Si- gismundus adhuc intactus euasit. Dicis, nos loco patrii haberi, magnemque filij peccatum, apud patrem leuius pena multari. Omnes, qui reipublica recte praesunt, subditos pro liberis ha- bent, & Senatus Venetus, suos ciues, aut filiorum loco ducit, aut fratrum. Si filij sunt Veneti suorum Magistratum, cur tam rigide puniuntur, cum deliquerunt? Nempe quia duabus rebus reipublica coninetur, pona scilicet, ac premio. Nulla diu stare ciuitas potest, nisi malos deprimat, & bonos extollat. Et Veneti quidem in coercendis criminibus semper habiti sunt seuerissimi: atque idcirco diuturna est vestra po- testas, & imperium seruatibus legibus auctum. Non tulisti perniciosos ciues: nulli apud vos licuit, impune peccare. Mille sunt horrenda Sigifmundi scelera, quorum dunca- xat vnus, si ex vestris ciuibz quispiam admisisset, non si- neretis eum vivere: nulla preces, nulla pecunia reum a morte redimerent. Et nunc Sigifmundum sceleratissimum, venia dignum putatis? Filium Francisci Foscari vestri Du- cis, quod in suspitione necati cuiusdam ciuis venisset, dirū excarnificatum modū, exilio damnauistis. Brutus Ro- manorum Consul, filios securi percussit, quod aduersus patriam, cum Tarquinij conspissent. Nec Torquatus adolefcenti filio, vitam reliquit, qui aduersus imperium suum, quamquam victor, pugnasset in hostem. Et Nico- laus Marchio Esensis atate nostra, Hugonem filium neci tradidit pro conseruanda iustitia. Quid censet? Seueros saepenumero parentes natura dedit; & tu lege constitutos, iustitia profus immemores esse vobis? Exempla nobis Christi commemoras, & Beato Petro mandatum, a Domi- no datum, vt peccata dimitteret, & nobis idem faciendum asserit. Faciemur ignoscendum esse reū, quando reuersos ad cor in veritate deliquisse penitet, nec suo exemplo nocet impunitas. Prouidus pastor, non bidas oues a grege procul abijcit. Medici ex humano corpore, putridas carnes ferro demunt, & cauterio; & tum maxime pietatem exercent, cum crudelis esse videntur. Omnes Christiani vnum su- mus in Christo corpus, & vnus grex. Cauere oportet, ne pars corporis infecta partem inspicat sanam, & non morbida facta pecus, totum corrumpat ouile. Amouenda sunt o- nia, quae corpori nocent. Non est pietas, vni membro par- cere, & totum corpus in discrimen adducere: Si oculus tuus, inquit Dominus, scandalizat te, erue eum, & projice abs te: & asserit melius esse cum vno oculo, & vno pede intrare in vitam aeternam, quam duos oculos, & duos pe- des habentem, mitti in gehennam ignis? Quid hac sibi vo- luit? Admonemur a Domino, scandalosa membra pra- cidere, ne reliquo corpori noceant. Admonemur Rectores vrbum, populorumque Duces, perniciosos reipublica ciues a medio tollere, ne multitudinē efficiant. Sigifmundum multa malefactorum penitentia tener. Id ei molestum esse dicunt, quod non peiora patrauerit. Impletum in eo est, quod in sacris eloquijs scribitur. Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit. Haereticus est! Haereti- cum iubet Apostolus post primam, & secundam admonitio- nem deitari. Commonuitur hominem bis, ter, quater, iterum, atque iterum; nihil profuit. Quomodo possimus homini haereticō, subditorum nostrorum gubernationem re- linquere. Si peccasset in nos Sigifmundus, dimitteremus ei: at peccantem in Deum, diuina legis mandata deriderem, Romana Ecclesia insulantem, Christiana plebi non minus exemplo, quam factō nocentem, non possimus impunitum relinquere. Ejiciendi sunt peccatores, ne praesentis populis, auferenda sunt a perniciosis regna, nec tam immanibus vlla permittenda potestas. Dicis, non esse arduum atate nostra, aut parentum nostrorum, nobilem aliquam domum fundi- tus esse delictam; Indignumque puras, vetustissimam, ac no- bilissimam Malatestarum familiam, nostro tempore pro- fus eradicatam iri. Falleris, non esset prima, vt arbitraris, familia nobilis extirpata. Quot illustres prosapias, & Athe- nienfes, & Romani, pro statu reipublica conseruando, & vos Veneti deliquistis, & quam plures nobiles in Istria, &

Dalmatia, & alijs prouincijs, Veneto imperio subiectis, vs- stris decretis detectis, & domos clarissimas exinguere bene- facere putastis? Vnde ista seueritas? Nempe quod reipub- lica vestra insidiabatur, quamuis subditi, & vicini, tam- quam hostes, & rebelles non timuistis corrigere, & penitus delere. Et audetis nobis suadere, ne subditos nostros, quam- quam proditores, & mego scelere coinquinatos, eo quod no- biles sint, corrigamus? Non displicet nobis vestra sequi vesti- gia, & vestram imitari iustitiam, quandoquidem hac vna potissimum via res vestras, & omnium creuisse, ab omnibus creditur. Non est Malatestarum potentia, qua viribus no- stris resistere possit. Nudi auxilio sunt, nisi vos opem asseritis. Nemo in Italia est, qui sit eos adiuturus. Non Florentini, non Dux Mediolani, non Borghis noster in Ferraria Vicarius, non alius quispiam. Omnes bello nostro tamquam iustissimo, aduersus impios sauent. Credimus vos conatus nostros im- pedire nolle, nec Apostolicae sedis iudicium infringere. Extant promissa nostra, quae nos certiores reddunt, nullum a Venetis impedimentum fore timendum. Nec Francorum, Turca- rumve metus nos agitat. Ludouicus Francia Rex, Catha- lanico, & Britannico bello distinetur; Italico, si sapit, non implicabitur. Quod si ad res Italicas inclinauerit animum, Genensium ante omnia rebellionem vindicabit, qui a pa- tre suo defecerunt. Difficilis est expugnatio Ligurum, & nobis non paruum durura tempus. Quod se recta via ad- uersus nos exercitum mittere voluerit, montes, & summa inter sunt; & Insabrum princeps nobis confederatus, qui hostes transire non sinet. Nec Franci sunt, qui pecunaria soleant auxilia mittere, Italici praesertim, quorum fidem su- spectam habent. Nec Turcis ad Ariminum via patet, nisi per Adriaticum sinum, cuius vos esse custodes asseritis, & in quo semper vestra excubant classis. Sine vestra negligentia pe- netrare in Italiam nequeunt. Expugnabitur proculdubio Si- gismundus, nisi vestra reipublica sese nobis opponat, quod nulla ratio suadet. At vicinos mutare times, & antiquos seruare cupis. Mutabis, nisi conatibus nostris obicem posue- ris, verum iustus, pro iniquis, pro infidelibus, filios, pro inimi- cis, amicos. Aut enim Ecclesia illis succedet, iustitia tenax, & nullius in conscientia culpa; aut Sigifmundi imperium, melio- ribus elargiemur, qui cum vestra republica perpetuo iungen- tur federe, nec decretis vquam vestri Senatus aduer- sabuntur. Quibus de causis indigna sunt preces, quae pro Sigifmundo estandis, nec nos illi auscultare decet. Iusto insequimur impios bello. Non sunt digni venia, qui Deum contemnunt, & quorum salus multorum pernicitem asserit. Punire nocentes oportet, ne cura videatur iniquitas, neue facilitas venia, incertum praebet delinquendi. Non est in exigenda pena periculum, nisi a vobis proueniat, nec causam habetis, cur caepa nostra impediatis, & con- tra fidem faciatis. Hortamur igitur, vt de nostris subdi- tis liberum nobis iudicium relinquatis, nec ea petatis ex nobis, quae rogati ab alijs, nullo pacto concederetur.

Orator Venetus cum suo more aduersus haec non pauca subintulisset, eaque Po- nifex manifestissimis rationibus confutasset, scripturum se tandem Sen- natui scripsit, quod accepisset responsum. Adue- nerat paulo post Tuder, & Florentinorum Legatus, pro Malatestis veniam impetraturus: cuius haec ver- ba fuerunt. Rogati Florentini a Venetis, pietati tuae Malatestarum familiam commendant. Nosti quomodo ve- lis, & quando velis reus ignoscere. Iusta est vltio tua. Iudicio tua cuncta permittunt. Verum blandiri Venetis con- silium fuit. Ero cum eorum Legato, & quae ille petieris, approbabo. tuum erit, quae velis facere. Laudauit Pon- tifex Florentinorum Legationem, quae nihil im- portunū peteret. Legati deinde simul, & Medola- nensis, & Venetis, & Florentinus Pium aduenies, multis modis Malatestarum causam orauere, raris pe- tentes veniam; de iustitia nihil spectantes, ad miseri- cordiam cōfugere. Pontifex etiam multa se debere in- tercessoribus f. t. bat, indignos tamē reos esse aie- bat, qui veniam consequerentur. Verum cum mino-

XL. Florentini pro Mala- testa in- tercessores laudatur.

LI 4

ta essent

ra essent Domini, quam Sigismundi scelera, inuenturam illi gratiam propter intercessores, si censum Ecclesiae debitum solueret, & alia efficeret, quae iure merito deberet. De Sigismundo nihil audire voluit, nisi prius haereticum deponeret, & arbitrio Pontificis, permitteret. Acceperunt Legati, quae ad Domini cum pertinebant, utque tractari facilius concordia posset, iudicium belli impetrarunt. Dominicum Malatestam paulominus odiosum necessitas fecit, quod dolentibus arteticis laborantem, non licuit suae nequitiae desideria explere. Fuit tamen haec religionis contemptor, & hunc Sigismundus frater, saepe conatus est ferro attingere, non minus, quam alterum fratrem, nomine Galeottum, cui in partitione bonorum, Ariminum obtigerat. Fuit Galeottus miris ingenij, religioni deditus, gloriae atque imperij contemptor, iusti tenax. Hunc Sigismundus primo per insidias regno deicere conatus est, suadens Ariminensibus, inutile civitati praeselle, qui dies, ac noctes in templis ageret, & diuina contemplatione contentus, humanam societatem negligeret. Se, si vocetur, in communi victurum, nec passurum, cuius homini iniurias illatum iri. His artibus excitatus populus arma corripuit, totaque urbe tumultuans in forum prorupit, ciuitatemque haud recte gubernari acclamauit. Galeottus, qui tum in palatii cella, cum Deo loquebatur, percepto clamore plebis, Crucem auream ex ara contripit, & occurrens armatis in foro ciuibus: *Intelligo, inquit, fratres commotionis vestrae causam. Non placet mihi regimen: inuicti me fertis Domini. Non est armis opus: cedere libens principatui. Ite, & quem vultis, accipite principem. Nulla erit in me mora. Priuatus, mihi, & Deo viuam melius. Vobis expedit diligenter animaduertere, quem mihi successor debetis.* Venerunt Ciues alter, in alterum oculos, & erroris plebem puduit. Sedatus est illico tumultus, & armis abiectis, rogauerunt primores populi Galeottam, ne se desereret, neve multitudinis dementia vlcisceretur, rediret ad suam soliam, & pro sua consuetudine, ciuitati consuleret. Paruit Galeottus, triennioque deinde cum summa ciuium gratia regnauit, & tandem morbo correptus interiit, non sine Sigismundi infamia, quem veneno fratrem abstulisse crediderunt, cum armis deicere non potuisset. Ipse deinde Ariminum paruit. Galeottum quasi sanctum sui ciues colere, & ad sepulchrum eius vota fecere. Sigismundus numquam eius aliter meminuit, quam fatui cuiusdam hominis.

Galeotti Malatestae probitas.

XLI. Stratagematibus Arces à Malatesta eripiuntur.

Ex his, quae sunt Sigismundus, dicitur arces stragemate non aspernando, in potestate Pontificis venere: Montis floris vna, Verruchij altera. Est Mons floris amplissimus, & munitissimus oppidum, & diues, & quod Sigismundus in omni aduersitate futurum sibi refugium existimabat. Oppidanos enim eius loci praecaece ris subditis honorabat, Magistratibus, & Praefectis praeponebat, seque illis plurimum credebat, semperque aliquid ex liberis illis morari iubebat. Mons altatus, in cuius cacumine arx munitissima iacet, quae toti dominatur oppido triplici munera muro operis antiqui, quod bombardarum ictus spissitudine sua contemnat. Accesserant & noua munimenta, oppidi quoque turres solidae, & muniti cassiores, difficillima expugnatione praeferebant, ac penè impossibiles. Sed nihil non tentandum videtur: Ecclesiasticis videbatur. Caepa est oppugnatio Montis floris, ad motum sunt machinae coeulsa est turris bombardarum lapidibus, stertitque tamquam immobile saxum. Quod postquam duces animaduertent, cuniculis agendum censuerunt, suffoderuntque montis partem: nec dubium erat, quin oppido potirentur. Arcis autem expugnanda desperata ratio videbatur, nisi aut famas, aut quibus alius casus obfessos premeret, sicut Deus permisit. Oppidani de suo periculo solliciti, praefectorum arces adeunt, periturum oppidum aiunt, bonaque habere maioris pretij mobilia, rogant in arce transferri posse, ibique conseruari, ne praeda hostium fiat; propugnaturus se animosus his extra periculum

positis, fortasse defensorum oppidum. Quod si expugnetur, tanto minus futurum damnum, quam si ad hostes minor praeda perueniret. Laudat praefectus consilium. Illi iuuenes quinquaginta robustos onerant suppellectilibus, quae sunt in oppido pretiosior, & arma sub veste ministrant. Pergitur in arcem, non creditur adesse dolus, admissi iuuenes, onera deponunt, praefectumque capiunt, & duos cum eo Sigismundi liberos, arcemque occupant; missique ad Cardinalem Legatum Oratorem, deditioem pollicentur, ea lege, ut arx in eorum potestate remaneat, liceatque Sigismundi filios, ac praefectum arce cum rebus suis emittere. Cōcedit oia Legatus, propter arce custodiam, qua tradidi Ecclesiae iubet. Illi tandem annunt, & emissis captiuis, oppidum atque arce Ecclesiae tradunt. Ita propter opinionem omnium in expugnabilem oppidum capta est. Verruchium inde Cardinalis Theanenensis, & Federicus Urbinas abierunt, peculiare Malatestarum oppidum, vnde sua origine esse tradunt. Duae illic arces fuerunt, altera oppidani custodierunt, altera Sigismundi Praefectus; & haec multo munitior. Quadringentos viros, qui arma ferre possent Verruchium habuit. Hi primo congressu intra mœnia, si se ipsos, & arce, cuius potes erat, addiderunt. Alterius arce expugnatio difficillima videbatur, in alto saxo collocata, & abunde rebus munita necessariis, multumque ibi teporis terendum. Ad dolosigitur confugiunt, quibus & hostes capere, laudem ducunt. Nunciatus cum his litteris ad praefectum noctu transmittitur, quasi ex Casena praefectus. Dominus Malatesta, Praefecto arce Verruchij, salutem. Obfissum te ab Ecclesiasticis exercitum nunciatum est. Esto vir fortis, quo ad Sigismundum cum auxilio reuertatur, qui propellere avertit. Interca si qua re tibi opus est, indicato; & si non adsunt comites, qui sufficiant ad arce custodiam petito quot velis, est vestigio munitur. Vale. Figurata litterarum ita assemblatae sunt, ut Dominici esse videatur. Signaculum quoque; aditum eius per simile, quo ille utebatur. Homo audax, & simulandi peritus, hanc prouinciam arripuit, promissis oneratus, qui arce petens, postquam introrsus est, litteras reddidit, ac de multis ad praefectum interrogatus, deo prudenter respondit, ut fidem faceret, a Dominico se se missum. Praefectus rescribit, obsidione fortis se animo toleraturum, si vni sexdecim in armis experti eorum mittantur. Epistola nuntio dat, utque cito reuertatur, exorat: & duas in partes argenteum profcindens nummum, alteram apud se retinet, alteram nuntio tradit, quasi pro characterem, quod venturam auxiliarem afferant. Ille ad Cardinalem, Federicumque redit, rem gestam enarrat, paratamque victoriam dicit. Deliguntur sexdecim viri robusti corporis, & animi praesentis, qui tertia deinde nocte, sumptis armis, cum casta quiete viderent, per vias aliquas ad portam arce exteriorē, qua solent introritari subsidia, tamquam trepidantes procurrunt. Ex industria enim duces exercitus, tamquam hostes auditi essent, tumultuare ceperunt. Praefectus, ubi adesse auxiliares animaduertit, in spem erectus, ad portam procedit; interrogat, qui nam aduenerint. Illi a Dominico venire se aiunt, obfisse arce auxilio. Petitur character, offertur dimidiatus nummus, applicatur alteri parti, conueniunt omnia, recipiuntur in arce Ecclesiastici pro Malatestis: qui postquam ad munitiora loca peruenierunt, appreheso praefecto, & eius comitibus, Ecclesiae Dominium acclamauerunt, atque aperta venientibus porta, duces Ecclesiasticos admiserunt. Suppellectilibus, & cuncta quae in arce fuerunt munimenta, ex pacto, vni sexdecim obtinuerunt, non indigni tanto praemio. Propè fuit, ne dolus patefieret, antequam pararetur, puer, qui lumen praeferebat, vni ex sexdecim viris diligentius inspiciebat, cognoscere se hominem ait, qui Federico Vrbinate seruissimus, ad quem homo: *Quidam, inquit, Mercenarius ego miles sum: qui stipendium dat, illi seruius. Nunc argento Domini inuolutus, huc veni data est fides: sic Deo placuit.* Verruchium Sigismundo ar-

XLII. Monasterium Oliueti nuntius Pius.

ces e ipure. consideranda res: dolosum aliquando vicerunt doli, & fraudulenter suae ceperunt artes. Pontifex inter haec Pientino templo consecrato, balnea Petrioli petiturus, per Monasterium sanctae Annae iter fecit. Incoluit illud Monachi religiosi in Monte Capido, atque ad modum sterili: qua nuda sua industria in parte aliqua frax reddiderunt, multasque ibi amygdalos plantauerunt, & alias inseruerunt arbores, ex quibus vite partem traducunt, piam Deo famularum exhibentes. Montis Oliueti horum religio dicitur: quorum praecipuum canobium, & totius O. dinis caput, sexto ab hinc milliario distat, eoque se Pontifex conuulit, per itinera sola astate calcanda, cui sol omnes exhibet humores, pluuiam tempore loca dixerit inaccessa, quae in argilla profundissima nullum admittit lapidem. Cedit vugulis equorum calcata terra, nec remittit, nisi maximum adhibeat equus conatum. Pluuie insuper fossis hinc, atque inde produxerunt, & angustis reliquere semitis, quibus non sine magno labore inhaerere pes paululum aberraverit, in praecipuas ruas. Venti est ad Monasterium, cui Mōtis Oliueti nomen indidit. Situs Monasterij in hunc modum se habet. Collis sublimis est, ad Occidentem respiciens topho, cretaque compactus, itadio circiter longus, latitudine multo minor. Si formam quæris, castaneae folium imitatur. Vndique rupes in barathra pergunt, pluri sima, in qua horror sit aspicere. Quae iungitur reliqua terrae collis dorsi modo, turris erecta fuit lateritia, quae omnem prohiberet accessum non amicam, & fossa deducta, quae in vtrumque barathrum emittit aquas, ea parte ponte coniungitur, quo sublato nulli poterat ad canobium aditus. Decliuus est collis, & in medio nobilitate templum constructum, & iuxta Monachorum cenacula, deambulatoria, porticus, & omnia officinam generant, quae necessariae religioni ducunt, nihil non egregium, nihil non nitidum, & quod non cupide intuearis. Agrum hunc, & encumiam centem fuisse tradunt nobilitum quorundam virorum apud Senensis prognatorum, qui Deo pleni, & religionis non curae fuerunt inuentores, & canobij fundatores, cui possessiones suas donauerunt. Nomen viri Bernardo Prologo. Ambrosio Piccolomineo & Patrio ex gente Parritia fuit, quorū ossa religiose colunt. Parua ab initio fundatio, deuotione hominum aucta, f. licet successus habuit, & in omnem Christianitatem propagata est. Ex familia Piccolominea, multa huic canobio accesserunt incrementa, cuius possessiones in circuitu fuerunt. Religio eadem ferè est, quae Monachorum S. Benedicti, suam regulam obseruantium. In habitu discrimen inuenias. Illi fusca veste vtuuntur, hii candida, atque mundissima. Vnus carnem vtrisque pariter interdicitur. In caeremonijs pleraque diuersa inuenias; in substantia vna fere est viuendi norma, & ij quidem vsque in hoc tempus, sine infamia vitam agunt. Mons ipse domesticis arboribus confitus, plurimas habet oleas, vnde Oliueti nomen ortum. Sunt ficus & amygdalae, & pirorum, malorumque multa genera. Adfunt & cupressi nebulosa, in quibus astate suas capere vberis licet. Vneta quoque, & vmbraeula pampinea, & oleum horti, & lauacia, & fons perennis, & cisternae, ac putei: & in ipsis rupibus, quæritur silua, & arbor iuniperi. Deambulatoria multa, quae duos capiant homines colle ambientium, montemque intersecant, hinc atque inde vitibus, aut roseis, si a fore obstita marino. Iocunda monachis solatio: iocundior a his, quibus, postquam viderunt, abire licet. Monachi aduenientem Pium ingenti gaudio exceperunt, & quibus omnibus modis aggressi sunt honorare. Diu erat quinquagesima, cum eo ventum est. Cardinales, & omnem familiam praesens, carnes in cena manebant. Pontifex iussit omnes eo in loco, caribus abstinerere, cum id placitum Monachis animaduertisset; exemplumque Praelatis Ecclesiarum eo deinceps venturis

De Monasterio Oliueti nuntius Pius.

dedit, ne carnes poscerent, quibus noscerent, ob loci reuerentiam, summum Pontificem abstinentem. Mansit hic & sequenti die Pius, cenamque cum Monachis in communitate ciborio petegit, & cantores introduxit, qui nouum carmen de Catharina Senensi inter edendum, tam suauis modulatione cecinerunt, ut omnibus Monachis dulces lachrymas excusserint. Adscriptum & indulgentias loco, non modicas, & priuilegia dedit religioni amplissima. In hoc canone Matheus Sicular, cognomēto Runta conscriuit, cui tam promptum fuit edere carmen, ut illud Ouidij non iniuria sibi conueniret: *Quicquid tentabam dicere, versus erat.* Dantis poema ex vulgari sermone, in Latinum vertit, & heroico versu conscripsit, quamuis parum terro. Ab eo loco deinde Petriolum, inde Tudertum. Vbi pace inter dissidentes ciues composita, dispersas legationes audiuit. Adfuerunt inter alios, & Romanorum Legati, vici primarij, quorum vnus ex conseruatoribus erat, Cameræ vrbis, Petrus Mellinus Iuriconsultus, & in comitatu, nobilium filij venere, equorum, famulorumque splendido apparatu Ipsi in vrbe cessasse, & vndique in circuitu purificatum esse aere, tutaque omnia dixere multisque & magnis precibus Pontificem onerauerunt, ut suam Romam reuideret, suisque filijs sese redderet, qui nimio eius desiderio tenerentur. Annuuit Pontifex, & sciente iam hyeme, cum omnia gelu rigerent, Idibus Decembris è Tuderto discedens, 15. Calend. Ianuarias, ad vrbum redijt, Aniene per pontem transiit, quem Numentanum vocant, nobile Naris opus, quo in loco ab Vrbanis populo, summo cum desiderio expectabatur. Ciuitas, quae propter eius absentiam, & quae nimium grassata fuerat, pestiferam luem maestissima erat, redeunte Pontifice, pristinam recuperavit hilaritatem, & lugubri veste deposita festos egit dies. Pontifex, in natali Saluatoris Domini, sacraque nocte, benedictio pro more gladio, Legatum Venerum sui Principis vice amantissimis verbis donauit, ut illo in hostes fidei Turcas vteretur.

Matthaeus Sicular Poeta natus.

XLIII. Gebelartum oppidum ab Hispanis recuperatur.

Nuntium his diebus Pio altatum est, Gebelartum oppidum, in potestatem Cast. Regis, Henrici peruenisse, non sine gloria nominis Christiani, Saracenorumque magna iactura, qui hoc velut ostio quoddam ab res Hispanicas inuadendas, utebantur. Iacet enim Gebelartum in litore maris, vbi fretum Herculeum, Africam ab Hispania disiungit, non amplius septem millibus passuum latitudine patens; quo in loco Herculeum, erexisse columnas memorant. Quidam promontoria esse perhibent, quae procul visentibus columnarum speciem praefereant. Portum habere oppidum, & tranquillum, & tutissimum aiunt, in quae Mauri ex Africa soluentes, breui traiectu se recipere consueverunt, & Regno Granateni consulerent. Vetus haec Saracenorum possessio fuit, postquam de fecit Christianis, pro qua re euperanda saepe Castellae Reges deerrauerunt, & magnas acceperunt clades, dum obstinatius obsidere locum, atque oppugnare pergant. Rex Alfonso, cognomēto bonus, dum Gebelartum recuperare contendit, vitam perdidit: & haec aetate Henricus M. dicitur, cum magno nobilitum comitatu in praelio occubuit. Vulgo apud Hispanos aiunt, *Haud quaquam tot lapides Gebelartum mania continere, quot pro illis euerendis Christiani ceciderunt.* Postremo placuit diuina pietati, locum Hispanis reddere. Seditio inter Saracenos oborta est, qui regnum Granateni occupabant: Betica Hispaniae regione praesidium, quod erat in Gebelartum, n. auxilium factionis vnus profectum, locum penè incustoditum reliquit, quod cum accepissent Hispanorum Duces, qui fines regni obseruabant, mox coactis copijs, instructo exercitu, Gebelartum petentes oppugnare ceperunt, biduoque, fatigatos oppidanos, ad deditioem compulerunt, potestate facta, ut quantum quisque humeris ferre



posset rerum suarum, abiens asportaret; eoque pacto & oppidum, & arces, quas ibi tres fuisse tradunt, in potestatem Henrici Regis venere. Hic rem gestam Pio Pontifici scribens, quoniam milites ad custodiam eius electi, latru suppetias cuidam oppido, quod ab Hispanis obsidebatur, exiissent. Qui quid horum fuerit, certa res est, hoc anno ad Christianas manus Gebeltarum rediisse, & ubi fuere Mahumetis templa, post hec Ecclesias diuinæ pietati dicatas esse, & multos ex Christianis habitatores eo confluisse. Deferta inter Gebeltarum, & Gades, vrbis olim amplissima remanserat, Algizires appellata, hinc Saracenis, inde Christianis, hostiles incursiones formidantibus. Adeam, temperato Gebeltaro, cum frequentes Christiani concurrissent, cuius aem impleuerunt. Eas res non sine singulari voluptate Pius Pontifex audiuit, quod inter plurimas Christianæ reipublicæ calamitates, hoc saltem felix nuncium accepisset. Gobellinus, Commentariorum Pij 2. lib. 7. 8. 9. 10.

XLIV. Polonos ac Cruciferos conciliare suadet Pius Pp.

Hoc anno Pius Pontifex, Hieronymum Archiepiscopum Cretensem, Nuncium in Poloniam misit, si quo modo Polonos inter, & Cruciferos milites, diuturnas controuersias componere, ac Regem Casimirum, Iacobo Sennenio, Episcopo Cracouiensem aliquando ambientem reconciliare, illum que ipsum in Turcas armare posset. Ad 11. diem Nouembris, Petricouia Comitatus agebantur. Ad finem eorum, Hieronymus veniens, ad pacem cum Crucifetis faciendam, & ad bellum Turcicum Regem hortatus est publice: priuatim autem solo Archiepiscopo interprete, reconciliare Iacobo Sennenio Regem conatus est. Implorauerat enim is proculdubio opem Pontificis, cum Rege obstate, adipisci Episcopatum non posset. Miserat & Rex, vt diximus, rogatu, & sumptibus Gruscinij, quem Episcopi esse volebat, ad Pontificem Max. Oratores Ioannem Richutianum, Marfalcum Regni, & Præfectum Sendomitiensem, & Mathiam Racianum Iuriconsultum, & Cancnicum Vladislauensem, qui Sennenij conatus impedirent. Nihil hi impetrarunt, quam vt causam cognoscendam Cretensi committeret. Itaque diligenter egit Cretensis cum Rege pro Sennenio, assenerans, Episcopatum semel a sede Apostolica capsi collatum, inuito adimi iure non posse. Sed Rege assuerante, malle se regno excidere, quam illum pati esse Episcopum; Legatoque vicissim vociferante, præstare, vt tria regna percant, quam vis & autoritas Ecclesiæ pertuberetur; re infecta, & irritatis vtriusque animis discessum est. Conuenit tandem inter eos postero die, vt Rex alia Comitatus eodem ad 17. diem Ianuarij ediceret: interim vterque scriptis ad Pontificem literis cõtenderet, vt si aliter fieri non posset, ad Vladislauensem Episcopatum Sennenius transferretur, & mox Legatus, explorata Regis voluntate de pace ad Cruciferos in Prussia contendit: nec tamen ultra Bresselauensem progressus, per literas, & interuentiones cum Magistro Crucigerorum de pace egit. Prodigia per id tempus in Polonia minore apparuisse memorantur. Quodam die Sole occidente, plutquam duabus hori, imaginem crucifixi cum gladio ab occidente, ad meridiem in aere, tendere visam esse. Caput vero, siue caluam Diui Stanislai aliquoties, dum in solenni supplicatione circumfertur, indasse. Artit inter hæc Cracouia, Poloniæ Metropolis, ita vt dimidia fere pars vrbis, ad meridiem, & occidentem Solem vergens, absumeretur. Eius incendij culpa, partim in acerbitatem Regis aduersus Iacobum Sennenium, Christum Domini, & cum eo sentientes sacerdotes, quorum decimas quoque Rex diripi iusserat, partim in eadem Andree Tencinij, in æde sacra irreligiose patratam, vulgo relata est. Paucis enim

Prodigia in Polonia visa.

mensibus ante Andream, vir veritate, & claritate familiaris nobilis, Cracouia concursu, ac tumultu Urbanae multitudinis, in æde Diui Francisci memorie dicata oppugnatus, effractisque; foribus in adyto, seu sacratio iuuentus immaniter tuccidatus est. Interfecti e ducer per mediam plateam quæ factum dicitur, in forum contumeliosè tractum, luto oblitum, & pugionibus confectum, ambaustaque; barba & capillis ludibrio habitam, & biduo in curia ciuitatis asseruarum, tertia demum die amicis ad sepulturam redditum est. Cromerus lib. 24. & 25.

XLV. Nuptiarum nefandarum vindicta.

Ad finem eiusdem anni, Pius Pontifex, vindicias matrimonij in solentis cuiusdem ascepit. Comes Celani, in regno Neapolitano potens, moriens reliquerat filiam Cobellam, seu Iacobellam, nondum virum maruram. Huic multi fuere proci, qui propter principatum, secundum leges patrias, ei debitum, conubio iungi perebant. Non tulit eo tempore Martinus quintus Pont. Max. hanc rem, sed Aduardo nepoti, admodum adolefcenti, puellam matrimonio iunxerat, dotalem vt ei Comitatum pararet. Triennio simul mansere coniuges. Mortuo deinde Martino, Cobella iam grandior, siue strumotum deditgnata virum, siue, quod postea vulgavit impotetem, clam fugit ad suos. Aduardus aliam denique superinduxit, ex qua susceptis liberis, virum se esse ostendit. Iacoputius Caudola, Celani Comitatum cupiens, suo conterminum, iam senex Cobellam sibi coniunxit, tamquam legitimè a coniuge, non viro diuerisisset. Quo mortuo, ne Celanum extra familiam fieret, nepos ex fratre viduæ iunctus est, cui durante adhuc prior matrimonio, fuisse commixtum, rumor erat. Ex his nuptijs nefandis, ac incestis, natus est Rogerothus, a quo mater sui sceleris pœnas tulit. Post recessum enim ex Tuderto Pij, Iacobum Picininum adiens, iudicium in se matris iniquum dixit, quod Gallicis præter voluntatem illius militasset. Feminam ergo Ferdinandum obtemperantem, atque Gallis aduersam, eijciendam fore, sibique tradendum imperium, qui nunquam Aragonenses, aut Cathalanos amauerit; habere amicos, qui sibi matrem tradant, cum exercitu profecturo: secum pergeret, optima spolia relaturus. Iuit eum copijs Picininus, castella agri Celani pleraque occupauit, oppidum in quo erat Comitatus inuadit, ac diripi t. Illa in arce nonnullis diebus sese defendit, & cum nemo succurreret, obsidionem, & oppugnationem admodum feralem tolerauit, quando filius matrem, omni telorum genere quæret, mater filium sagittis impetere iuberet: donec ruentibus muris, infelix illa, impijssimi filij captiua facta est. Dines suppellexi auri, & argenti, ac magna Canarum vis Picinino cessit, Castella, & arces, Rogerotho. Hic fructus in cesti matrimonij sumptibus, si matrimonium licuit appellare, contrarius, fasque contractum. Pius cognita Celani captura. Hic est, inquit, fructus recusataram induciarum, quas tantopere Ferdinandus Rex exhorruit. Sed quis mortalium de futuris rectè iudicat? Illuntur humana iudicia, sæpeque noxia tamquam profutura eliguntur. Gobellinus lib. 11.

XLVI. Obitus B. Nicolai Aretini Ord. Seruorum.

Hoc anno rebus humanis exemptus est, B. Nicolaus Aretinus, Ordinem Seruorum B. M. Virginis vsque ad centesimum circiter vitæ annum professus. Is cum Aretij ager, doctus, & bonitati comparandæ intentus, B. Virgo magnitudinem sanctitatis illius, hoc facto propalauit. Aliqua fœmina, colico vrgebatur morbo, & diris adeo torquebatur doloribus, vt affatim vitam hanc linqueere cogereetur. Conuersa interim ad preces, assiduis sese lachrymis, suspirijs, & clamoribus, B. Virgini commedabat. Huic autem sanctissima Dei mater, nocte quadam in somnis apparens, Perge, inquit, perge filia ad meum filium Nicolaum, clarum Ordinis Seruorum meorum fidus, adhibe

coram

coram eo preces, vt te tanti malis eripiat. Iuit mulier, &, Tibi, inquit, Nicolaus, Virgo Maria, mater Dei, me miserè vexatam; nunc sanandam tradidit. Cui Nicolaus confestim: Si ab ea mitteris, surge, & reuertere in domum tuam. Surrexit illa, & protinus sanata, domum repeditit. Archangelus Gaius Cent. 3. Annalium seruorum lib. 2.

Eodem Anno.

XLVII. Prædicatores fidei in uadua inueni.

Frater Nicolaus Bresten Inquisitor, deinde Prouincialis Poloniæ, & prouincialatu functus iterum Inquisitor hæreticæ prauitatis: Fr. Ioannes Cassius Messanensis per plures annos Inquisitor, deinde Cephaludensis, ac demum Catauenensis Episcopus, & Fr. Philippus Barberus Syracusanus, Inquisitor in Sicilia: Fr. Raphaël Garcia, Inquisitor in regno Valentino, Fr. Martinus de Sancto Angelo, Inquisitor Cæsareæ augustanæ, Fr. Ioannes Gerardus, Inquisitor Maioritæ, & Fr. Petrus Solanus, Inquisitor Rosellimis & Ceritaneis, Ordinis Prædicatorum Professores fidei Catholicæ insignes exitere propugnatores. Historia Polonia cap. 8. Diagus lib. 1. cap. 33. 35. 38. Et lib. 2. cap. 94. Michæl Pius lib. 3. Fernandez in Concerratione Prædicatoria ad annum presentem.

IESV CHRISTI Anno 1463.

PII PAPÆ II. FRIDER. ROM. IMP. An. 5. & 6. Anno 12.

I. De cultu sanæ uirginis Christi in triduo mortis conuentio inter v. Minores & Prædicatores.

Superiore anno, apud Brixiam Cisalpinæ Galliæ ciuitatem, Iacobus Marchianus, Ordinis Minorum Professor, Diui Bernardini quondam socius, verbi Dei prædicator in populis acceptus, ætate iam decipita, in d. e. sancto Paschæ, cum sermonem pro sua consuetudine haberet ad plebem, vt est communis error eorum, qui declamatoriè ad ostentationem doctrinæ, in Ecclesia verba faciunt, pleraque dixit, quæ fuerat vtilis, intacta dimississe. Inter cætera præter osium Christ sanguinem in triduo passionis, dum iacuit in terra spartus, indignum fuisse latriæ cultu, assenerunt, quoniam fatus, & a corpore Dominico separatus, hypostaticam verbi vnionem protinus amississet. Publicatus sermo, ad aures Inquisitoris hæreticæ prauitatis, Ordinis Prædicatorum peruenit, qui zelo fidei tactus, illico damnatam hæresim, prædicatum dixit, Iacoboque mandauit, vt renouaret errorem: nisi quam primum pareret, responsuro de fide diem dixit: & nihilominus vnium ex confratribus in sermone, qui post meridiem habitus est, contrariam sententiam diuulgare iussit. Iacobus, qui annos quadraginta sine reprehensione verbum Dei annunciasset, ac suo, & aliorum iudicio, fructum attulisset Christianæ religioni non modicum, dictam diem sibi impatientissimè tulit. Tactus est mons, & fumigauit. Pauperiem pati, & famem, & sitim, & corporis cruciatum, & mortem pro Christi nomine nonnulli possunt: iacturam nominis vel minimam ferre recusant: tamquam sua desicente fama, Dei quoque gloria pereat. Vir verè bonus, etiam famam, vbi opus est, contemnere nouit. Concurrente sequenti die ad Ecclesiam populo ambo-nem ascendit, & multa de seipso locutus; qui omnem ætatem suam, docendo populos & in Italia,

& in Hungaria consumpsisset, nec vnquam inuentus esset error in ore suo, vehementer se dolere ait, quod iam in extremo senio tanquam hæreticus accusaretur, ex eo quod sanguinem Christi in passione fufum, diuinis honoribus asseruisset indignum: Non sum esse id inuentum: Doctores magni nominis ita in scriptis reliquisse produxit, quælibet Francisci Maronei, ac Richardi, & aliorum, qui de sanguine Iesu ea continebant, quæ a se fuerant prædicata. Creuit hoc factio contentio, & schismata in populo facta sunt, pars Iacobus, ac Minoribus fratribus; pars Inquisitori, & Prædicatoribus auscultabat, & alteri, alteros tamquam hæreticos, incusabant. Interposuit Episcopus loci vices suas, neque sedate tumultum potuit, aut inflaras sui opinione placare mentes. Iacobus, nisi vinceret labores suos annorum quadraginta, quibus sine intermissione prædicando populos instruxerat, cassos fore arbitrabatur: Inquisitor defensionem fidei præteriri non posse aiebat. Res ad Apostolicam sedem remittitur. Pius consulente Senatu, vtrique parti silentium imponit, præfectisque Ordinum mandat, in termino, qui sæpè prorogatus est, doctissimos Theologos ad Curiam mitterent. Conuenere frequentes Romæ in festo natalis Domini huius anni, cum iam Pius ex Tuscia redisset. Vocantur in Apostolico palatio Cardinales, Episcopi, ac diuini, & humani iuris Doctores, quorum maximus aderat in Curia numerus. Iubentur Prædicatores, ac Minores biternos eligere, qui simul congregantes in vtramque partem, quæstionis articulum disputantes, inuenerent. Paritum est. Inter Prædicatores præcipue disputandi partes, Gabrieli Cathalano sunt attributæ. Inter Minores Franciscus Saonenfis. Vterque Philosophus, vterque Theologus peritissimus habebatur. Aduentauerat ex Gymnasio Parisiensi Wilhelmus quidam nomine, Ordine Minor, natione Gallus, quem sui gentiles omnia supra verum extollentes, in doctrina Theologica, Monarcham, & omnium Doctõrum doctorem appellabant, ac veluti quoddam numen admirabantur, cui Theologi Italici generis comparati, vix nomen discipulorum mererentur. Hunc Minores, qui de sanguine disputaret, triumvirum elegerunt. Ea res vtrum contemptibilem reddidit, cum nihil diceret auditu dignum. Quemadmodum enim terræ flumina quantumuis ampla & profunda, nomen amittunt ingressa mare: ita & Doctores domi clari, & inter suos illustres, Romanam aduenientes Curiam, inter maiora lumina nomen, & lucem amittunt, pari modo Wilhelmus Galliam, & Italiam penetrauit gloriosus, Romæque nonnullos dererunt opinione doctrinæ, tamquam ea dicturus, quæ nemo auderet confutare: sed cessit repente doctis Curie viris, & cristæ cecidere superbo. Non vixit paulò post certamen Wilhelmus, ex morbo correptus, Romæ obiit. Corpus eius Minores in Ara cæli condiderunt, viti vitam, præter tumorem doctrinæ, laudabilem, & castam fuisse tradunt. Disputatio de sanguine tribus diebus in palatio coram Pontifice, ac facto Senatu Cardinalium, & reliquorum Prælatorum conuentu agitata est. Prædicatores, conclusionem, quam defendere vellent, in hunc modum proposuere. Præiosum Domini sanguinem in passione fufum, qui demum ad glorificatum corpus redijt, hypostatica verbi vnione, nunquam fuisse priuatum. Minores in triduo passionis cessasse vnionem affirmauerunt. Vnionem autem hypostaticam Græco vocabulo, consensere omnes, personalem appellari Latine debere: quoniam verbum Dei, secunda in Trinitate persona, caro factum, quamuis Deus esset, &

homo

homo duasque naturas per se ferret, vnam tamen personam non duas gereret, & in vna persona totus in suis Deus, & totus in nostris homo contineretur: verus Deus, & verus homo: perfectus Deus, & perfectus homo. Additum quoque à Prædicatoribus est, quod non totum Christi sanguinem in passione fufum, refluxisse cum Christo, asserturi essent, quæ r saltius in daganda videretur; idque factum est, ne litteris Pij Pontificis aduersari viderentur, in quibus declarauerat Tybure manens, assertionem, quæ aliquid de Christi sanguine in terris proderet, remansisse, religioni Christianæ non esse contrariam. Pulchrum & delectabile fuit audire doctissimorum virorum præclara ingenia inter se contendere verbis, & nunciis, nunc illum superiore cernere. Certauere, vt decuit, coram tanta maiestate, non sine modestia, ac trepidatione viri religiosi, verum adeo ditam, & acre certamen habuere, vt media hyeme, cum gelu omnia rigerent, in sudore resoluere, tantus erat ardor vincendi. Audiebant attentissime confedentes, nec loquentem interrumpere quiqua præsumpsit. Prædicator primus auditus est, deinde Minor. Succedebant sibi inuicem tres viri, & alacres deficientium partes assumebant. Cum satis dixisse visi sunt Minores & Prædicatores, facta est potestas reliquis Theologis quæ vellent dicere, tum quoque nobile prælium visum, cum Prædicatorum alij, Minorum alij partes tuentur. Præcipua verò contentio inter duos Episcopos fuit, Dominicum de Dominicis Forecellanum, & Terrariensem, Theologicæ sapientiæ peritissimos. Torcellanus, qui olim cum Minoribus senferat, mutato proposito ad Prædicatores defecerat; Ferrariensis Minoribus ad stipulabatur, & summo conatu, sententiam Prædicatorum impugnabat. Fuerunt & magistri aliquot inter Episcopos, & Abbates non ignobiles, qui disputationem problematicam affirmauerunt, quæ posset in vtramque partem agitari. Non tædebat fortasse lectorem, quibus rationibus, quibus auctoritatibus, quæstionis articulus sit agitur, agnoscere. Attingemus summos argumentationum locos, & partium fundamenta, deinde iudicium lectori relinquemus, donec sancta sedes Apostolica decretum apposuerit, nisi iam videatur appositum.

II. *Vtrumque partium fundamenta summarie proponuntur.*

*ff. Prædicatorum argumenta.*

De sanguine Iesu extra corpus effuso dubitatum est, An verbi retinuerit vniionem. Priusquam fundetur, & postquam resumptus est ad glorificatum corpus, tam Minores, quam Prædicatores, vnitum fuisse diuinitati Dominicum sanguinem, concesserunt; cum Christus in vna persona Deus, & homo in cæna dixit: *Hic est calix sanguinis mei, noui, & æterni testamenti, qui pro vobis, & pro multis effundetur*; & hodie in altari sanguis Domini consecratur, diuinos consequatur honores. De triduo passionis contentio fuit. Prædicatores quamuis fundatam haberent intentionem, quoniam vniione concessa, separatione probare Minores decebat, eam tamē in hunc ferē modum fundare, ac probare conati sunt. Dixerunt enim, Dei filium æterno Patri, & Spiritui Sancto coæqualem, cum redemptus humanum genus incarnatus, atque humanatus est, non præsubstitenti secundum seipsum carni vnitum fuisse, sed inhabitantem in vtero sanctæ Virginis in circumscriptæ in suis ipsius hypostasi, ex castis semper virginis sanguinibus carnem animam tam animam rationali, & intellectuuali substituisse, ac nostræ massæ primitias assumpsisse, Deumque, qui erat natura perfectus, factum fuisse perfectum hominem, & in ipso quidem instanti vniionis momento, quando *verbum caro factum est*, mox affuisset sanguinem. Affuit enim illa caro, & quidem viuā, quæ sanguine carere nō potest, quemadmodum philosophi tradunt, nec dubium, quin simul carnem, & sanguinem, & ossa, & neruos, & pel-

lem, & cætera, quæ sunt hominis, filius Dei homo factus assumpserit. Quare satis ostensa, vitam illam, & apud omnes vulgaram sententiam adduxerunt: *Quod semel verbum Dei assumpsit, nunquam dimisit*, dicente de vniione verbi, & hominis Damasceno; *inueritabiliter, inq̄, inalterabiliter, inuisibiliter, & inuulnibiliter in duabus naturis perfectis habitibus, vna hypostasi consistitur verbi Dei, & iterū de ipso verbo: Nulla partium natura reliquit, non corpus, non animam: Sed corpus & animam rationalem, & intellectualem, & voluntariam, & motiuam possidet. Et ita ad coelos redijt.* Hoc ipsum & auctoritate magni Leonis comprobauerunt, assertentis, quæcumque in vniione verbi Dei, & hominis conueniunt, neque separationem vnquam, neque sinem perpeti potuisse. Sanguinem igitur, qui fuit assumptus à verbo, & qui in illa vniione conuenit, numquam fuisse dimissum, alioquin filius Dei sine sanguine ad coelos ascendisset, quod nefas est opinari. Exin multa sacri eloquij testimonia produxerunt, quæ sanguinem Christi humanæ redemptionis pretium fuisse commemorant, & quidem fufum: atque ipsi sanguini ea tribuunt, quæ diuinitati conueniunt, vt est peccata delere, mundare conscientias, Ecclesiam Dei acquirere, vetus Adæ piaculum detergere, vitam nobis in Deo præstare, Euangelium sanctificare, & in hunc modum plura. Ait enim in Euangelio Dominus, *Sanguis meus, verè est potus, nec adiecit in corpore clausus: simpliciter ait, Sanguis meus, quasi omne tempus respiciens, in quo suus posset sacramentaliter percipi sanguis. Et Petrus in epistola dicit: Non corruptibilibus auro, & argento redempti estis de vana conuersatione patrum traditionis: Sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati, & incontaminati Christi Iesu.* Et loquitur de sanguine fuso per comparationem ad agnum immaculatum, qui fuerit in veteri testamento figura Saluatoris, & cuius sanguis effundebatur. Non fuisse dignum pretium sanguis Christi effusus, à diuinitate relictus. Et Paulus ad Hebræos scribit: *Si enim sanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulae aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis, ad seruendum Deo viuenti?* Sanguinem Christi, sanguini hircorum, & taurorum comparat, fufum, fuso, & præfert Christi, propter vniionem verbi, vt in eodem loco exponit Nicolaus Lyritanus. Idem Paulus in Actibus Apostolorum: *Attendite, inquit, vobis, & vniuerso gregi, in quo posuit vos Spiritus Sanctus, Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo*, non retento, intellige, sed fuso: quo in loco scribens venerabilis Beda, *Non dubitat, ait, Sanctus Paulus sanguinem Dei dicere, propter vniionem persone, in duabus naturis Iesu Christi.* Et Ioannes Apostolus in epistola: *Sanguis, inquit, Christi, emundabit vos ab omni peccato.* Et rursus Paulus ad Hebræos, *In sanguine mundantur omnia*, inquit, & sine sanguine non fit remissio peccatorum. Et Damascenus, ligam Crucis adorandum ait, propter contactum corporis, & sanguinis Domini. Et Augustinus contra Faustum, *Nostra emundatio, inquit, & Dei propitiatio, nulla est sine sanguine, nec dubitat Christum dicere pro nostra redemptione, sanguinem suum fuisse, & librum Euangelij eo sanguine sanctificasse, id est confirmasse.* Et Leo in sermone de passione. *Sanguis, inquit, immaculati agni, anti que prauaricationis peccata deluit.* Et alibi, *Nunc etiam carnalium sacrificiorum varietate cessante, omnes differentias hostiarum, vna corporis, & sanguinis sui completit oblatio.* Et amplius, *Sanguis vnus iustus, quem nobis donauit, qui eam pro conciliatione mundi credimus fufum, hoc conculit patribus, qui simuliter crediderunt fundendum.* Et alia in hunc modum testimonia quam plurima in medium adducta sunt, cum ex sacro Canone, vix ex dictis sanctorum virorum, quos Romana veneratur Ecclesia. Quod si ea facere sanguis

Dominus fufus ostenditur, quæ diuinitati conueniunt: non est, cur dicere liceat, ab effuso sanguine diuinitatem abijisse. Huc & figuræ traxere veteris testamenti, quæ per sanguinem agni fufum, & vitulorum, & hircorum, fundendum Christi sanguinem præfignabant; & tum primum vim purgatiuam, conseruatiuamque; inesse sanguini ostendebant, cum erat sparsum. Ipso enim & postea, & altaria liniebant; neque sine illo audebat summus sacerdos, sancta sanctorum ingredi: coaptanda est figurata figura, & cum Apostolo concludendum, plus valeat Christi sanguinem extra corpus, quam illorem animalium; atque adeo valere, vt ipse fuerit, qui sancta sanctorum purgauerit, & alia fecerit, quæ animalium sanguini scriptura vetus attribuit; & tandem in cruce effusus, nos ab hoste redemerit. Ad quam rem, pulcher ima Ioannis Chrysostomi (super Ioannem) introducta est auctoritas in hunc modum. Hic sanguis effusus vniueris abluit orbem terrarum; de quo multa Paulus ad Hebræos profecutus est. Hic sanguis delicta, & sancta sanctorum purgabat. Quod si eius figura tantam habuit vim in templo Hebræorum, in media Ægypto liminibus aspersus; longè magis veritas, hic sanguis aureum altare sanctificauit, sine hoc princeps sacerdotum, in penetralia ingredi non audebat; hic sanguis sacerdotes faciebat; hic in figura, peccata purgabat. quæ sine verbi conuictione, haudquaquam potuisset efficere. Inuenta est etiam Diuini Bernardi auctoritas, qui vnam guttam partii sanguinis Domini Saluatoris, ad redimendum genus humanum suffeceram fuisse testatur. Idem affirmat Clemens V. Pontifex max. in epistola, quam edidit exhortatoriā, vt Christiani principes, pro tunc da religione aduersus infideles, arma sumerent; quam & Nicolaus Quintus in suis litteris inseruit; & addidit rationem Clemens, propter vniionem verbi, quæ vim sanguini dedit. Cuius omnium Doctorum sententia sit, sanguinem Christi, tamquam redemptionis nostræ pretium, non diabolo, vt quidam stultissimi putauerunt, sed Deo patri, atque ipsi Trinitati fuisse traditum; alienum à nostra religione, absurdum, atque impium videri debet, Dei sanguinem, Deo datum, de esse desinere, & perit vniū, in ipsa traditione vilesce, ac si aurum creditori numeratum conuerteretur in cuprum. Damnantur homines hoc inter homines fieri; & nos hanc deceptionem apud diuinitatem Trinitatem admittimus, & Deum sibi ipsi concedemus illa dederit? Cur præterea nobilissimus Christi sanguis, iam semel diuinitatis vniione donatus, tanto prius dōno? cum dicat Apostolus, *Sine penitentia esse dona Dei*; quoniam sine culpa non amittuntur eius, cui donatur, & quæ culpa fuit sanguinis? Nulla equidem, vt obediunt Trinitati, & quod erat constitutum ab initio ferer, de corpore effusus fluxit in terram. Non est obedientia plectenda, sed præmio profecunda, & anima, quæ semel Deo per beatitudinem vnita est, numquam dissociatur dicente in Apocalypsi Ioanne, *Foras nunquam egredietur.* Non tam solida est ea vniō, quam verbi, & sanguinis: & illam dissolui nolumus, hanc dissolutam asseremus? Vt quid insuper separatio breuis temporis, cum pauld post iterum vniri deberet? Vnam verbi & hominis vnionē factā esse, nō duas legimus, quo pacto cum sanguine bis vnium dicemus verbum? Quæ ratio suaderet quæ vilitas? Instat Dominus Sacramentum altaris in vltima cæna, vt esse passionis (sæc memoriale) perpetuum, & sanguinē seorsum à corpore conficiendum docuit, quoniam in triduo passionis, sanguis fuerat à corpore separatus. Si fuisset tunc diuinitate priuatus, non meruisset in altaris sacramento representari, quia vilior fuisset ipso representante: nec ratio turdet, eius rei pro eo tempore fieri memoriam, quod diuinitatem perdidisset, & nullam, vt aduersarij volunt, ad salutem humani generis vim obtinebat.

Quod si Iacobus Apostolus, quem ferunt, Missam ordinasse, in triduo passionis celebrasset, an purum hominis sanguinē, & non Dei consecisset? Dicent aduersarij, sine Deo esse sanguinem in calice, quia sine Deo iacebat in terra. At opinioni huic non quadrat Evangelica lectio, in qua Christus loquens Deus, & homo, sanguinem suum dicit. Non erat suus, si non erat Dei. Quod si nondum toto effuso sanguine, nondum aperto Christi latere, celebratio intercessisset, dandum esset, in calice sanguinem pro parte conuictum diuinitati contineri, pro parte diuinctum, si Minoribus ausculetur, qui sanguinem in corpore retentum semper vnitum, à corpore separatum, semper à verbo diuinctum tradunt; nec dubium est, quin totus Christi sanguis in calicem perfluxisset, quæ res multa secum afferunt incommoda pro Minorum opinione recentita. Oportuisset quoque sanguinem in triduo diuinitate priuatum, propriam hypostasim habuisse, quæ postea fuerit annihilata vniionis reditu: quod tamen ab initio in carnationis filius Dei abhorruit, qui ne vel duæ hypostases in Christo dici possent, vel aliquam hypostasim destruere oporteret, ipsi carni factus est hypostasis, & in eodem temporis momento simul caro, simul verbi Dei caro, simul caro animata, & rationalis creata est: quemadmodum ex Leone, Damasceno, & alijs auctoribus licet accipere. Sicut igitur corpus Domini ab anima separatum in ipsa verbi conuictione hypostasit, ita & sanguis ab ipso corpore diuinctus. Faciunt ad hoc Saluatoris verba, qui vtiq; parem sanguinis, & corporis rationem videtur habere, dicens, *Caro mea, verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.* Et, *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Propter quod in carnā suā corpus pariter, & sanguinem suis discipulis ministravit, & vtiq; commemorationem fieri mandauit. Similiter & in epistolis Paulus Apostolus, sanguinem Domini, cum corpore, aqua lance pensitat. *Reus eris, inquit, corporis, & sanguinis Domini.* Et plura in hunc modum non satis pia igitur eorum vox est, & ab Ecclesia repellenda, qui corpus in sepulchro iacens Domini Saluatoris, diuinitati vnitum asserunt, sanguinem vero eius in terrā fufum, à diuinitate separatum affirmant. Nam quæ charitas, quæ pietas, quæ humanitas patitur, sanguinem, qui modo in sinu diuinitatis confuebat, & vnū erat cum verbo suppositum, & vna persona, sine culpa, sine causa relinquere, & à se abijcere, & benè mereri, contumeliam inferre? Non sunt hæc de Deo putanda, quem pium prædicamus, & iustum, atque omnis iniquitatis olorem. Meus est sanguis, inquit Reges, noli tægere. Quantum memoria hominum supputare valet, & recta linea, & transfuersali in sexu virili, & in feminis longè remotis, familiaribus nobiles sanguinem suum honorant, atque inuisiolabilem fore cupiunt. Quanto cum satiore vergilianum illud in conspectu Augusti recitatum est de Marcello sororis filio; *Sanguis meus?* tam procul fuit sanguinem commendat Anchises. Quid vros commemoramus illustres; Plebeij, & a-grestes homines, sine litteris, sine legibus, ducē tantum natura viam agentes, quotiens iniuria generi illata est, nollet, inquit, lætus est sanguis: & si vulnus, aut mors interuenit, nobis, inquit, sanguinem effuderunt: nec dubitant, sanguinem pro sanguine ponere. Commune est omnibus hominibus, propinqui sanguinem in terra iacentem colligere, atque in sepulchro recondere. Posuerunt, inquit Palmyra, *Mortuaria seruorum tuorum escas volatilibus colli, carnes sanctorum tuorum bestijs terra; effuderunt sanguinem ipsorum tamquam aquam, in circuitu Hierusalē, & non erat, qui sepeliret.* In honestationem sanguinis, & carniū, æquè deplorat, tantū mortales suum sanguinem estimant, & nos pium, ac misericordem Deum, contem-



plisse suum dicimus, & eum reliquisse in terra iacentem, quoniam de corpore iustus exierit? Timenda est Beati Pauli sententia, quae ad Hebraeos scribitur hoc modo: *Irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratione, duobus, vel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei concubauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit?* Pollutum videtur ducere sanguinem Salvatoris, qui iacentem in terra, diuinitate priuatum fuisse contendit. Corruptus praeterea fuisse illico sanguis diuinitate priuatus, aduersus Dauidicam sententiam quae ait: *Non dabis sanctum tuum, videre corruptionem.* Et iterum: *Quae utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?* Ac si dicat Saluator Dominus ut homo: Quid proderit humano generi sanguis meus, si postquam illum effuderit, reliqueris eum Deus, & putrefecere, atque corrumpi permiseris? Vanum hoc, & noxium. Non ergo factum; quia nihil inutile, nihil impium Deo placet. Consecrauit filius Dei sua perfecta, & hypostatica vnione, sanguinem suum in triduo passionis ab omni corruptione, & tertia deinde luce, in glorificato corpore resumpsit, & cum illo demum caelos ascendit, & ad dexteram Patris sedet in secula gloriosus. His rationibus Praedicatores suam sententiam firmare: cui & Thomam Aquinatem, virum sanctum B. Albertum Magnum, & Nicolaum Lyritanum, & Ioannem Neapolitanum ad stipulari dixerunt, eorum verba recententes. Adductus est praeterea liber quidam Nicolai Eimerici, quem vocant Directorium, de Inquisitionis officio, in quo scriptum est, apud Barchinonam in Ecclesijs praedicatum fuisse, in triduo passionis Domini sanguinem in terra iacentem, indignum latra, quod dictum tamquam erroneum, & haereticum Clemens Sextus coarctatque damnari mandauerit. De qua re producta sunt demum publica documenta, cum Pius esset Tybure.

Minorum assertio hunc ferè modum habuit.

III. *Es. Minorum sumdamença.*

Quae latent in arcanis Dei, & ab illius supremæ potestatis voluntate dependant, nemini licet affirmare, aut negare, praeterea quae factis in eloquijs diuinitus sunt expressa. Vnitas sanguinis à Christi corpore separati cum verbo Dei, ex Dei voluntate dependet, & in arcanis eius latet, sacro Cantone nihil de hoc dicente; Non est igitur asserenda, diuinitas praeterea sanguinis in corpore Christi existenti, mediante ipso corpore fuit vnita, quod nemo negat: cessauit igitur vnio diuinitatis corpore, quod erat medium vnionis. Amplius, si quid dubius rebus vnitur, alteri principaliter, alteri per consequentiam, separato principali ab eo, quod per consequentiam vnionem accepit, separabitur pariter, & vnitum: Nec dubium est, quin sanguis Domini verbo diuinitus non principaliter, sed per concomitantiam quandam fuerit vnitum; atque idcirco separatim à corpore sanguinem, vnionis gloriam perdidisse. Ea insuper à se inuicem separata, vnionem retinere fas fuit, quae ordinem seruauerunt ad humanam naturam, cui facta fuit vnio verbi: quia remansit in illis assumptibilitas, vt in vnium redirent: sanguis hoc ordine caruit, ad humanam naturam minimè pertinens; Non ergo retinuit vnionem. Quod autem sanguis ad humanam naturam non pertineat, multis rationibus ostenditur. Cum dicitur aliquid de veritate cuiuspiam rei esse, perinde est, ac si dicatur, ad essentiam illius pertinere. Sine his enim, quae sunt de essentia rei, res ipsa stare non potest. At humana natura sine sanguine consistit, saltem ad breue tempus. Non est igitur sanguis de veritate, vel de essentia humanae naturae. Constat enim embryonem in ventre materno prius ani-

mari, id est hominem fieri, quam sanguis introducat. Quoniam embryo, cum factus est caro, & habet membra principalia, & spermatica completa, mox rationalem, & intellectuam consequitur animam, quae vitam tribuit; & tunc statim sanguis non adest, quem generari oportet ab hepate, ex alimentis forinsecus accipiendis, quod generato iam homine, & sensato iam corpore, per successum temporis fieri necesse est. Ergo pro eo temporis spatio, quamuis brevissimo, humana natura, id est, homo sine sanguine fuit: quod erat impossibile, si de hominis veritate, vel essentia sanguis fuisset. Si quis negat sanguinem ab hepate produci ex materia deforis accepta, philosophorum auctoritati contradixerit, & praetertim Aristotelis. Inuenitur & Decretalis Innocentij, quae differt ab elementis humores tradit, & illis componi corpus, his vegetari attestatur: Vnde apparet, sanguinem, qui humor est, non esse de his, quae humanum corpus constituunt, nec partem humani corporis & consequenter ad humanam non pertinere naturam, quae ex anima constituitur, & corpore. Sensit & Albertus Magnus in libro de generatione primo, sanguinem non esse humani corporis partem, qui longo sermone partes hominis diffiniens, numquam eius meminit. Quod si esset pars hominis sanguis & ad veritatem humanam naturae pertineret, esset vtique animatus: anima caret: non est igitur de veritate hominis, humanitatum esse sanguinem inde cognoscimus, quia nullam operationem, aut actum exercet animata rei: non nutritur, non sentit, non viuit, non aegritudinem patitur, non igitur animatus. His enim praecipue signis, sese indicat anima. Quod si non est animatus sanguis, profecto nec pars hominis est: quia nihil est in homine, non animatum. Minimè ergo per se vnitus verbo sanguis fuit, sed per corpus, in quo erat. Quo dimisso, & verbi vnionem dimisit. Quod si tetra flet vnionem, haudquaquam fuisset corruptus, sed vbique gentium conseruatus, sine corruptione perseverasset, & cultu latra fuisset adorandus. Ostenditur autem in Laterano, Venetijs, Mantuae, & in alijs plerisque locis incineratus, atque corruptus, non ergo retinuit vnionem. Amplius, si dicitur vnitas diuinitatis, & sanguinis in triduo passionis, necesse est & idiomatica communicari, id est proprietates sanguinis Christo attribueret. Sicut enim Christum sepultum dicimus, & ad inferos descendisse, quamuis solum corpus fuerit sepultum, & anima sola descendit ad inferos; quia diuinitas, neque à corpore, neque ab anima recessit: ita dicere oporteret, Christum effusum, aut sparsum propter sanguinem, qui fuit effusus, & sparsus: quod nemo aut dixit vnquam, aut dicere tentauit; quoniam non mansit vnitas cum sanguine. Ad hoc clarissimum Doctorum auctoritates accedunt, & primo Ioannis Damasceni, cuius haec sunt verba de Christo loquentis. Etsi mortuus sit ut homo, & sancta eius anima, ab inconaminata diuinitate sit corpore; Deitas tamen ab vnitate inseparabilis permansit; & additur, ab anima scilicet, & corpore aito. Nihil ille de sanguine contestatus est; nec nos decet aritari. Ipse enim praecipuus auctor, à quo ceteri Doctores, inseparabilitatem vnionis acceperunt. Propter quod eius potissimè verbis inhaerendum est, nec dicendum, quod ille non dixit. Adducitur & Bonaventura Ordinis Minorum professor, qui tandem Romanae Ecclesiae Cardinalatum obtinuit. Is sententiam illam, quae asserit, nihil à verbo dimissum, quod semel assumpserit veram esse ait, ad principia naturae relata, non ad coassumpta. Principia verò naturae sunt anima, & corp,

vel

vel partes essentielles hominis, inter quas sanguis non continetur, vt monstratum est. Dimissus igitur fuit. Sequitur & Riccardus, cui Mediamuillam, dicunt fuisse patriam. Is asserit, Christi pedem, si fuisset à corpore separatus, vnitate diuinitatis retentum fuisset, & cultu latra dignum: sanguinem vero, quia non sit de corporis essentia, ab eo separatum, non mereri latram. Cum his, & Scotus concurret, qui propter acumen ingenij, Doctor subtilis appellatur. Eius haec sunt verba. *Cum dicitur, assumptum à verbo numquam fuisse dimissum, de principalibus partibus corporis debet intelligi, quae concurrunt ad perfectionem hominis: cuiusmodi sunt heterogeneae, vt cor, caput, manus: & de his loquitur Damascenus. Franciscus vero Maronius, cuius est non contemnenda doctrina, in quarto sententiarum, & in pluribus sermonibus suis, non obsecrare, aut perplexare, sive implicite, sed aperte verbis clarissimis attestatur esse, separatam fuisse diuinitatem à toto Christi sanguine in triduo passionis effuso. Non est credibile tam illustri doctrinae viros, in tanto errasse negotio. Neque nobis aduersa est Damasceni, aut Leonis sententia, quae soliditatem vnionis adducit, neque vult aliquid dimissum, quod semel fuit assumptum. Absurda enim est, & aliena à vero, simpliciter intellecta, & minimè commentata. Assumpsit humanitatem diuinitas, & dimisit; quoniam in triduo Christus, non fuit homo. Assumpsit mortalitatem, & dimisit; in resurrectione factus est immortalis. Assumpsit passibilitatem, & dimisit; factus est impassibilis. Assumpsit omnia, quae sunt hominis praeter ignorantiam, & peccatum; nec tamen omnia perpetuo retinuit. Si staret sententia, pellicula praeputij, quae ostenditur in Laterano, adhuc vnitas vnio verbo. Amputari vnusquisque Domini, sive capilli, rasi pili, spura, & sudores, & sanguis, fuisse sponte de naribus effluens; & quicquid ex corpore Christi cecidisset, in vnione verbi perpetuo permansisset: quod nefas est dicere. Oportet igitur sententiam late patentem restringere; vel sicut Bonaventura dicit, ad principia naturae: id est animam, & corpus, non ad coassumpta; vel sicut Scotus interpretatur, ad principales corporis partes, quae concurrunt ad perfectionem hominis, cuiusmodi sunt heterogeneae, vt cor, caput, manus; vt euitemus absurditates, quae sine commento passim inueniunt. Nec rursus illud magnificimus, quod auctoritates admodum multarum Doctorum antiquorum, tum sacri canonis asseruntur, diuinas proprietates sanguini vel fusis tribuentes, quod abluere peccata dicatur, & nostrae redemptionis pretium. Cuncta enim, quae de sanguine dicuntur, ad vitam Christi, mortemque referuntur. Ait enim Apostolus; *Christus, pro nostris mortuus est, & cum inimici essent, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius.* Et Augustinus; *Nihil, inquit, inuenit diabolus in Christo, vt moreretur: sed pro voluntate Patris mori Christus voluit, non habens causam mori, sed obedientiam, & iustitiam mortem gestauit, per quam nos redemit à diaboli seruitute.* Et Magister sententiarum, per sanguinem, quo nos redemptos in epistola Petrus affirmat, mortem Domini sanctificari intelligit, dicens; *Reconciliati enim nos Trinitati per mortem, vt Petrus ait, non corruptibilibus auro, & argento, & reliqua: pretiosum sanguinem, pro morte accipientis: quam pretiosam dicere licet, quia per eam Christus soluit, dans vitam suam, pro suis ouibus, vt est illud Euangelicum, Bonus Pastor, ponit animam suam, pro ouibus suis.* Et in hunc modum quaecumque de sanguine Iesu dicuntur, ad mortem eius, vel ad vitam trahenda sunt. Nec putandum est, quod sanguis fuerit pretium generis humani, quia indignum fuisset pretium pro animato, animi carens. Reperimus eadem proprietates quae sanguini tribuuntur, cruci attributas esse; nec propterea dicimus, vnitam verbo fuisse crucem. Potuisset & genus humanum sine san-*

guine redimi, si filius Dei retento sanguine, pro nobis animam posuisset. Non est igitur necesse dicere effuso sanguini vnitam mansisse diuinitatem. Nec mouemur, quod in triduo passionis, si quis celebrasset, diuinitatem in sanguine non reperisset: quoniam nemo legitur celebrasse. Neque diuinitas ibi non affuisset, propter sanguinem, qui remansit in corpore. Neque idcirco inutilis est memoria sanguinis Domini, quamuis in triduo fuerit diuinitate nudatus. Inuat enim, meminisse abiectionis, & confusionis suae, quae pro nostra salute pertulit; neque profus in conueniens est, digniora representare vltiora. Rursus nec curae nobis est, quae fuerit sanguinis hypostasis extra corpus manentis, dum reuertum ad corpus, in Christi dicamus hypostasi conuiescere, quae vna semper fuit, numquam plures. His argumentationibus Minores vsi sunt, vt Christi sanguinem in triduo passionis, diuinitate priuatum ostenderent; asserentes propterea diuinitati Salvatoris nihil ignominiae, aut contumeliae irrogari; cuius mors tanto gloriosior fuit, quanto contemptibilior.

Non tacere his auditis Praedicatores, sed haec ad didere repente.

Quamuis Christi sanguinem in passione fufum, vnionem verbi retinuisse in sacris eloquijs non reperitur explicitè; implicitè tamen, & in veteri lege & in noua licet reperire, cum sanguini tribuuntur ea, quae sunt diuinitatis. Multa declarant Ecclesia, quae in sacris eloquijs non erant expressè. Dicunt Minoritas, nos sine canone loqui. Dicimus aduersario; *Medice cura te ipsum.* In emittentem sagitta reuertitur, & suo gladio vulneratur hostis. Fateretur aduersarius, vnitum verbo sanguinem fuisse, priusquam fundetur; hoc amplectimur. Fasum dicit, vnionem amississe; hoc negamus. Separatam vnionem ponit, separationem docet. Non docet Victus est. Sed ait. Amoto medio, quo duo coniunguntur extrema, coniunctionem ipsam cessare oportere: quoniam mediante corpore, sanguini fuit vnitum verbum, separato sanguine à corpore, necesse fuit & verbum à sanguine separari. Facile rejicitur haec sagitta. Doctores, duplex coniunctionis medium inducant, alterum necessitatis, alterum congruitatis. Quod dicitur de cessatione coniunctionis, relicto medio, verum esse aiunt, in medio necessario; secus in congruo. Alioquin in corpore Christi ab anima separato, necessario cessasset vnio verbi, cui, vt Damascenus ait, mediante anima fuerat vnitum. Accessisset diuinitatis vnionem in corpore, nemo praesumpserit dicere. Sicut in corpore, ita in sanguine licet argumentari. Non quiescit aduersarius. Principaliter, inquit, corpori facta est vnio verbi, sanguini per consequentiam; quoniam erat in corpore. Extra corpus igitur vnionem perdidit. Nos & animam, & corpus, & sanguinem, & ossibus, & neruis, & reliquis, quae sunt de substantia hominis, vna vnione, & principali vnitate diuinitatem dicimus. Quod si principaliter animo simul, & corpori vnionem concedamus; alia vero vnio principaliter, & per quandam sequelam vnificari intelligit, dicens; *Reconciliati enim nos Trinitati per mortem, vt Petrus ait, non corruptibilibus auro, & argento, & reliqua: pretiosum sanguinem, pro morte accipientis: quam pretiosam dicere licet, quia per eam Christus soluit, dans vitam suam, pro suis ouibus, vt est illud Euangelicum, Bonus Pastor, ponit animam suam, pro ouibus suis.* Et in hunc modum quaecumque de sanguine Iesu dicuntur, ad mortem eius, vel ad vitam trahenda sunt. Nec putandum est, quod sanguis fuerit pretium generis humani, quia indignum fuisset pretium pro animato, animi carens. Reperimus eadem proprietates quae sanguini tribuuntur, cruci attributas esse; nec propterea dicimus, vnitam verbo fuisse crucem. Potuisset & genus humanum sine san-

IV. *Replice Es. Praedicatorum ad minorum responsionem.*

Repetamus aduersantium verba. In his, quae non habuerunt ordinem ad humanam naturam ab iniuicem separatis non remanet assumptibilitas, ideo nec vniionem retinere. Sanguis non habuit hunc ordinem. Non ergo remanet assumptibilitas in eo, nec vniionem retinuit. Metemus argumenti formam, & reuincamus aduersarium suo iaculo. Vbi cumque remanet assumptibilitas, ad humanam naturam, ibi & ordo ad eam fuit, cui facta est vniio. In sanguine CHRISTI remanet assumptibilitas, quia reuinctus est. Igitur & ordo remanet ad humanam naturam, nec cessauit vniio. Tota vis disputationis huius articuli hac tendit; An sanguis humanus, sit de veritate naturae. Aduersarius hoc negat, & multis vtriusque argumentationibus, in quibus nonnumquam sibi ipsi contrarius est. Fateretur sanguini vnitum fuisse verbum, dum fuit in corpore: dicit nulli rei vniionem concedi, quae non sit de veritate humanae naturae, & hanc sanguini negat. Quomodo fuit vnitus verbo sanguis, si non fuit de veritate hominis? Assertionem assertio tollit; ponit, & negat aduersarius, & tu se iugulat ense. Pergit, & ait vnitum fuisse sanguini verbum; at non principaliter, neque per se, sed per quandam consequentiam; cum esset in corpore diuinitati vnitus. Si non erat sanguis de veritate humanae naturae, neque pars corporis humani, quae vtriusque consequentia vniio corpori, vniiri sanguinem? An quia erat in corpore, ideo vnitus est? Pudet hoc dicere. Ad excrementa, superfluitatesque corporis, liceret hoc modo progredi, quod absurdum est, ac prorsus alienum.

Non est sufficiens causa vniionis verbi, & sanguinis, quia sanguis erat in corpore. Aut igitur sanguis vnitus est, quia de veritate fuit humanae naturae, aut ob aliam causam. Si fuit de veritate, habemus, quod volumus, & reiecta sunt hostilia tela. Si propter aliam causam, ostendere oportet, quae nam fuerit causa. Quam cum nesciat aduersarius adducere, remanet veritas humanae naturae in sanguine. Quod si forte caua deducatur altera, non cessabit vniio verbi, & sanguinis, nisi & illa cessante, quamuis sanguis fuerit a corpore separatus. Sed prosequamur naturam sanguinis, an humana sit. Concedimus, nulli rei verbum vnitum, quod non esset de veritate hominis. Quoniam humanatum verbum, legimus non saxificatum aut herbificatum, & hominem factum, non brutum aliquod animal.

Negatur, ad essentiam hominis pertinere sanguinem, quia possit homo sine sanguine viuere, quauis tempore breui. Si hoc licet asserere, neque pes, neque manus, ad veritatem humanae naturae pertinebant, sine quibus non breui temporis spatio, sed aeo longissimo, licet homini vitam degere. Dicent Minores, hominem quidem esse his carentem membris, sed minime integrum. Nos quoque exanguem hominem, imperfectum dicemus; & mancum. Et amplius adijcimus, quoniam diu viuere non possit, imò verò, neque vllò modo viuere. Quamuis enim epar, vt dictum est, generatiuum sanguinis existat, ac de foris materiam expectet: non tamen idcirco sequitur, in ipsa hominis constitutione, nullum affuisse sanguinem cum ipso simul epare, cordeque, & alijs membris generatum: cum & ipsum hepar, vt Macrobius ex mente antiquorum Philosophorum scribit, nil aliud sit, quam sanguis concretus. Fateretur epari datam esse à natura, vim generandi; vltius & suppleudi sanguinem, qui deperit. Verum ab initio vitalem sanguinem, ab ipsa natura produ-

Epar est sanguis concretus.

ctum affirmamus. Nam cum ex sanguine menstruo, carnes, & ossa, & omnis compago corporis, & cor, & ipsum epar generetur; quid prohibet tum quoque & sanguinem aliquem in homine generari. Menstruus mulieris sanguis, & in carnem conuertitur noui fetus, & sanguinem; & quia successu temporis sanguis ille consumitur, atque resoluitur, & pars in membra conuertitur; prouidit natura, vt hepar ex cibis, nouum indies sanguinem generet, cibos autem deforis acciperet. Non est verum, hominem sine sanguine, vel paruo temporis momento viuere posse. Verius est quod Aristoteles ait, nullum animal sine sanguine vitam agere. Nec nobis Decretalis aduersa est, quae corpus humanum elementis constare dicit, humoribus vegetari. Longinquam enim constitutionem corporis commemorat; & quae sit, ex materia transiente.

Nec negat ex humoribus constitui corpus, quamuis vegetationem illis attribuit, cum & humores ipsi ex elementis constituuntur, pariter, ac reliquum corpus. At dum Decretalis, Ioannis Apostoli in epistola, verba recenset dicentis, *Tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, aqua, & sanguis*, partem nostram defendit, per haec asserens, Apostolum ostendere voluisse, quod CHRISTVS sit verus homo: & ad probandam veritatem humanitatis, spiritum, aquam, & sanguinem addidisse. Non probaretur per sanguinem vera humanitas, nisi & sanguis ipse ad humanitatis veritatem pertineret. Dicitur & hac ratione, aquam, quae de corpore IESV defluxit, ad veritatem hominis pertinuisse. Concedimus eo modo, quo Physici in cassula cordis humani asseruati aquam tradunt.

Est igitur sanguis inter partes hominis necessario computandus. Neque mouemur auctoritate Alberti, qui eum praetermisit. Auerois inter philosophos clarus, & Alberto antiquior, membra hominis bipartitur, & alia simplicia ponit, alia composita: & inter simplicia collocat sanguinem, cuius officium sit, deferendi spiritus in humano corpore. Ferunt & Auicennam inter membra hominis, sanguinem posuisse; cuius inter Medicos praecipua est auctoritas. Nec verum est, quod Minores asserunt, sanguinem non habere actionem animatae rei. Ducit enim spiritus in corde generatos, ad reliqua membra: Et in Leuitico legimus, quod *anima omnis carnis, est in sanguine*. Quo in loco Augustinus Commentator ait, aliquid vitale esse in sanguine; quia per ipsum maxime in hac carne viuunt, & per omnes venas corporis diffunditur. Et Auerois ex Galeno colligit, aliquem in animali sanguinem esse vitalem; viuunt ergo sanguis, viuunt & nutriunt. Quomodo enim viuere, si nutrimento careret? Nec propterea licet dicere, non nutiri, quia non accipit in portis nutrimentum, sicut caetera, quae nutriuntur: quoniam nutritionis plures esse modi queant. Et Augustinus in libro *Musica sexto* ait, Vngues, & capillos, dum secantur, non sentire; non quia ista in nobis non viuunt; aliter autem non continuarentur, aut crescerent, aut etiam vitam suam & semina ista propria monstrarent; sed quia minus libero aere penetrantur, quam vt motus possit ab illo fieri. Si viuunt capilli, & vngues, ergo & nutriuntur, quoquo modo tandem nutriantur. Idem par est de sanguine dicere. Nec obstat, quod nutrimentum dicitur esse viuientis, potest enim & in se viuente, & aliud nutrire, quemadmodum caro nostra viuunt,

Sanguis est pars natura humana.

& vermiculos, qua corrumpitur, alit. Nec idcirco inanimatus dicitur sanguis; quia non sentit; quando & ossa, & cerebrum, carere sensu tactus, philosophi tradunt. Nec verum est, quod agrotare sanguinem negant; quia dum vergit ad corruptionem, agrotat; & vulgo dicimus vitium sanguinem, & mortuum quo ad motum per agrotudinem deuenit. Mors sanguinis, corruptio eius est. Nihil ergo argumentationis afferunt Minores, quod sanguinem de veritate humanae naturae non esse, ostendant. Docendum est, quod illi dedocent, id est sanguinem, ad veritatem humanae naturae pertinere. Ad hanc rem necessarium est, inquirere, quid sit veritas humanae naturae. Beatus Thomas in septimo Quolibet testimonium Auicennae afferre veritatem cuiusque rei nihil aliud esse, quod proprietatem sui esse, quod stabilitum est ei. Illud enim dicitur verum aurum, quod ad terminos sibi à natura stabilitos pertinet. Similiter & vera esse natura humana dicitur, quae terminos suos, & suis consecuta est proprietates. Obscura haec, apertius profari libet. Natura humana specificata, est hominis forma, discreta à quacunque alia natura. Quoniam non est diuina, aut Angelica, neque lupina, aut canina, aut bruti animalis, aut plantarum, aut lapidea. Humana est, quia hominis est, ex anima, & corpore constituta, & lingulis quibusque partibus, ad perfectionem hominis pertinentibus; & participat cum Deo, & Angelis intelligendo, cum brutis animalibus sentiendo, cum plantis vegetando, cum lapidibus tantum essendo. Et competit huic naturae singularis forma, ab alijs naturis separata: quia nullum est animal homini per omnia simile. Ad hanc naturam constituta iam, vt integra sit, & perfecta multa concurrunt, non anima solum, & corpus, sed anima humana, id est rationalis, & inell. ctua. & corpus humanum, id est humanam effigiem habens, quae per caput, manus, pedes, & caetera membra insinuat. Nec est humanum corpus, sine capillis, & vnguibus, atque alijs pilis. Monstrum, non hominem dicemus; si quis ad aetatem triginta annorum, sine pilis, & vnguibus peruenerit: quia non attingit aetatem, sibi à natura constituto, quae illa in aetate barbam requirit, vngues vero, mox vt natus est homo praefert. Monstruosior autem siue puer, siue vir existimaretur sine sanguine, si possit homo sine sanguine viuere, pallore deformis, & macie venis languidis, & omni carne rugosa, & prope modum tabefacta. Quae tuncque autem hominem ad verum hominis statum perduunt, ea sunt de veritate hominis. Perducit procul à labio sanguis, imò sine sanguine natura non persistit humana. De veritate igitur eius censendus est. Dicitur à iuris, haec nostra inuenta esse, & sine auctoritate decurrere, Doctorum veteris? Ab alijs haec accepimus. Augustinus in *Questionibus super Exodum*; Substantiam Christi, id est humanam eius naturam, ex carne, & pellibus, & sanguine & iuriamatam dixit. Beati Leonis ad Flavianum haec verba legimus; Integra veri hominis perfecta quae natura, verus natus est Deus, totus in suis, totus in nostris. Nostra autem dicimus, quae in nobis ab initio creator condidit, & quae reparanda suscepit. Continet igitur humana natura, omnia, quae ab initio creator in nobis condidit. Sanguinem condidit in nobis, vt ostensum est: ad nostram igitur, id est ad humanam naturam, & eius veritatem sanguis pertinet. Si hoc negetur, aliud quod iam concessum est, non negabitur, sanguinem scilicet, vt reparetur in nobis, fuisse à Deo susceptum, quando iam reparatus est, & in caelum cum glorioso corpore translatus. Quod quid vero reparandum in nobis Deus suscepit, ad nostram naturam pertinere affirmat Leo, ergo & sanguis pertinet non minus, quam caro. Cum vellet enim Leo, Christum verum esse Deum, & verum hominem ostendere, totus in suis, & totus in nostris,

cum dixit, *nostra*, humanitatem significauit, diuinitatem cum dixit *Deus*; & ad humanitatis veritatem, vniio retulit, quae in nobis ab initio conditor condidit, & quae reparanda suscepit. Noster igitur sanguis fuit, id est ad naturam nostram, & veritatem eius pertinuit. In hac sententiam & Doctor Aquinas inclinat in *Quarto sententiarum libro*, qui hominem microcosmum, id est partem uniuersum mundum esse ait, & maioris mundi similitudinem gerere, & ita se habere humores in humano corpore, quemadmodum se habent elementa in vniuerso mundo quae mixta componunt, & inter partes vniuersi numerantur; & in corpore quidem nostro colorem igni, sanguinem aëri, flegma aquae, melancholiam terrae correspondere. Elementa vero in via generationis esse ad corpora mixta, cum sint eorum materia, non tamen adeo, vt semper in corpora mixta transmutentur, aut in transmutatione persistant, sed habere proprias, ac determinatas formas, & officia propria, ratione quarum, ad perfectionem pertineant vniuersi: sicut & corpora mixta eodem modo, & humores in homine ad membra se habere, quoniam & proprias retineant formas, & officia propria etiam per se ipsos, non corrupti, aut in membra transmutati. Sicque de perfectione humani corporis esse, quemadmodum partes reliquas, quamuis minorem perfectionem assequatur. Nam & elementa minus perfectas formas habent, quam corpora mixta. Et sicut omnes mundi partes non aequaliter, sed secundum vniuscuiusque perfectionem in cons. quantur, ita & humores aliquo modo ab anima rationali in homine perfici, non tamen aequè, ac membra principalia, & partes perfectiores, quia non sunt vniuersi, sicut neque capilli, neque vngues, aut ossa. Haec ex Beato Thoma mutuari licet, cuius aperta sententia est, sanguinem ad humanam naturam vitalem pertinere. Sed quid tantopere contendimus? Definita res est. Faterentur omnes, diuinum verbum sacratissimo Christi sanguini fuisse vnitum, dum fuit in corpore: vniionem verò dicunt aperte, ad solam humanam naturam pertinere. Consecutus est sanguis vniionem: ergo de veritate humanae naturae fuit. Nec nobis licet occurrere, quod per consequentiam fuerit vnitus in corpore clausus. Quocumque enim modo fuit vnitus, ad humanitatem pertinuit, quando nulli sine sanguine sui permittit filius Dei, nisi ad humanam pertinenti naturam, alioquin potuisset vnitum corpus, ad res superfluis vniionem trahere, quod antea damnauimus. Malè igitur aduersarij propterea sanguinem de Christi corpore fuisse diuinitatis vniionem amisisse contendunt, quia non fuerat de veritate humanae naturae. Fuit enim, & vniionem retinuit. Quamquam etiam si concedere aliquis velit, ad humanam naturam non pertinere sanguinem; non tamen idcirco concludere licebit, diuinitatis vniionem abesse, quando, vt diximus, de vniione constat. Quod si semel fuit vnitus, quomodo cumque fuit vnitus, non est ratio, quae vergeat, vniionem abesse in passione post triduum rediuram, alioquin & corpus potuisset in se pulcro à diuinitate relinqui, quod omnes negant. Manet enim in concussa sententia, *Quod semel assumpti verbum, nunquam dimisit*. Nec obstat, quod obijcitur de humanitate, quae assumpta, relicta est in triduo, & de mortalitate, & de caeteris accidentibus: quia factus homo immortalis, impassibilis, & incorruptibilis. Cum enim dicimus, *Quod assumpti non dimisit*, realem assumptionem, & realem dimissionem accipimus. Ad substantias refertur, non ad inania nomina, & accidentia: quae per se nihil sunt. Cum dicimus humanitatem Deum assumpti, corpus & animam, & omnia, quae concurrunt ad humanitatem realiter constituendam intelligimus, & haec semel assumpta, nunquam dimisit Deus. Humanitas ipsa non po-



test dici relicta, qui desijt esse in triduo; nec relictae sunt passiones humanae, quia & ipse desierunt esse. Relictum alterum ab altero dicitur, cum permanet ut unquam. Atque hoc est, quod *Franciscus Maronius* ait de verbo; *Quod semel assumpsit, numquam dimisit*, intelligendum esse, remanentibus extremis: quia non dimittitur, quod non remanet. *S. Bonaventura*, qui veram esse sententiam dixit, ad principia naturae relata, non ad coasumpta, non satis plene locutus est. Assumpta sunt enim omnia coasumpta, & coasumpta sunt, id est simul assumpta, omnia membra hominis; quae si potuissent a verbo relinqui, falsa esset commentatio *Scoti*, qui partes heterogeneas dixit non posse relinqui. Et similiter *Ricardus*, qui pedem a corpore separat, latria dignum censuit. Sed arbitratur principia naturae apud *Bonauenturam* cuncta complecti, quae cum anima, & corpore hominem constituunt: coasumpta vero ad accidentia trahi, quae tandem desierunt. Nec apparet *Bonauenturam* de sanguine loqui.

*Scoti* vero commentatio prorsus damnabilis est; qui partes heterogeneas, non potuisse dimitti, homogeneas potuisse dicit. Quo dicto, non sanguinem tantum, sed carnem, & cutem, & nervos, & venas, & viscera potuisse relinqui videtur asserere, quod pia non patiuntur aures. Quis enim dixerit, viscera Dei, si fuissent extra corpus emissa, aut ingentes carnis portiones a corpore separatas, diuinitate caruisse? Prof. esto nemo. Quoniam quae ratio corporis est, eadem & carnis est; & quae carnis, eadem sanguinis. Perseuerat ergo auctoritas salua: Nihil relictum a verbo fuisse, quod semel assumpsit.

Neque horremus obiectionem de spiritu, de sudoribus, de sanguine, sua sponte de naribus effluente, de crinibus amputatis, de pilis vnguibus, de reliquis pilis raris: Nam quod ad sputa attinet, saluifera vis fuit in eis. Numquam enim spiritus Dominum legimus, quin salutem hominibus attulerit. Quod si aut sudauit, aut sanguinem de naribus emisit: superfluit res illa fuerunt, nec vnquam vnionem obtinere. De pilis, & vnguibus amputatis, nihil constat: quia *Nazaræus* fuit Iesus, & nouacula non ascendit super caput eius. Et legimus in Euangelio, quod *capillus capitis nostri non peribit*, quanto magis non peribit capillus Iesu? Si quid defluxit per resolutionem, idem iudicium habet, quod ipsa caro. In specie reseruatur vnitas diuinitatis, & in materia, quae remanet, non autem in eis rebus, quae vel defluunt, vel prorsus annihilantur.

Et per hoc obiectioni responderet, quae fit de praepatio Domini nostri IESU CHRISTI siue apud Lateranum, siue alibi conseruato. Ait enim *Bonaventura* in quarto *Sententiarum*, pelliculam illam praecipiam, vel non fuisse de carne secundum speciem, sed diuina dispensatione parum aliquid secundum materiam, ut daretur nobis in deuotionem, more reliquiarum; vel aliquid fuisse de veritate, & illud resurrexisset cum Christo, & esse in caelo. Nam cum dicitur, quod in resurrectione resurgunt omnia, quae sunt de veritate humanae naturae, intelligitur secundum partes formales, non secundum materiales. Non enim qualibet pars materialis carnis, aut sanguinis resurgat, quod esset deforme, sed illa tantum resurgat, in quibus debita proportio corporis, & membrorum continetur: & partes quidem resolutae non necessariae, non resurgunt.

Non destruimus igitur religionem, cum dicimus Saluatorem, ac Redemptorem nostrum in

in sua resurrectione, omnia resumpsisse, quae fuerunt de veritate humanae naturae. Non tollimus religionem de praepatio, vbi cumque sit conseruata in terra eius pellicula, seu caruncula exacta: Sed aimus illic non esse diuinitatem coniunctam, cum non sit ibi species, aut pars formalis de Christi eo parte sumpta. Nec tollimus religionem, cum dicimus sanguinem, qui ostenditur in Ecclesia Lateranensi, aut in capella Regis Franciae, aut in Ecclesia Sancti Andreae Mantuae, aut apud Minores in Rupella, aut Venetijs in aede Diui Marci, sacratissima Dominicae coenae nocte solenni caeremonia, aut alibi, vnionem verbi non retinere, quod ipsa corruptio manifestat. Non enim negamus, sanguinem illum, quem populi colunt, Christi fuisse; sed dicimus, aut miraculose apparuisse, aut alias, quam in passione fuisse factum. Et si factus in passione fuit, nec redijt ad corpus in resurrectione, non fuisse vitalem sanguinem, sed nutrimentalis superfluam quandam partem, quae numquam obtinuit diuinitatis vnionem. *Thomas Aquinas* enim duplicem videtur in Christo Domino sanguinem considerasse, radicalem, & nutrimentalem. Radicalem quidem totum fuisse resumptum; nutrimentalem vero eatenus resurrexisset cum Christo, quatenus ad veritatem humanae naturae pertinuit, id est, quatenus ad proportionem corporis aequam fuit necesse. Quod amplius fuit, superfluum quidem, nec habuit ordinem ad humanam naturam, nec remanuit in eo assumptibilitas. Quamuis in Christo, quo tempore passus est, difficile sit credere, aliquid superflui sanguinis inueniri potuisse, cum esset in aetate perfecta, & complexio eius, viraque temperatissima.

Vrgent deinde Minores ad idiomata recurrentes; Si datur, *inquunt*, in triduo passionis Dominicae vnitas diuinitatis, & sanguinis; necesse est, & idiomata comminiciari, id est proprietates sanguinis Christo attribueri. Sicut enim Christum sepulcrum dicimus, & ad inferos descendisse, quamuis solum corpus fuerit sepulcrum, & anima sola descenderit ad inferos propter diuinam rem, quae neque a corpore, neque ab anima recessit: ita dicere oporteret, Christum effusum, aut sparsum, propter sanguinem, qui fuit effusus, & sparsus, quod est absurdum. *Franciscus Maronius*, hunc nobis clypeum obijcit, nec putat reijci posse. *Bonaventura*, & *Thomas Aquinas* multa de idiomatibus in medium adduxere, quae non magnificamus.

Breuis tamen responsio est; nihil absurditatis habet, si dicatur Christus effusus, cum de ipso legamus in Psalmis, *Sicut aqua effusus sum*: quae sunt verba Christi secundum commentatores. Et quamuis figurata locutio videatur, potest tamen in proprio recipi sensu; quoniam filius Dei, per sanguinem fuit effusus in cruce: & ita possemus sparsum dicere: inconcinne non dicimus, quia non recepit vultus, & nouitates inducere abstinemus. Quod vero *Damasceus* ait, ab anima, & corpore, inseparabilem remansisse diuinitatem, non propterea sanguinem excludit, qui appellacione corporis continetur. Alioquin contrarius sibi ipse esset *Damasceus*, qui alibi dixit, de verbo Dei tractans, quod nullam partium naturae reliquit, non corpus, non animam, sed corpus & animam rationalem, & intellectualem, & voluntariam, & motiuam possidet, & ita ad caelos redijt. Dixit *Damasceus*, Dei filium non reliquisse corpus in passione, neque animam, & ita ad caelos redijt. Si per corpus non intellexit sanguinem, sine sanguine Christus ad caelos redijt, quia dicit, & ita ad co-

De sanguine Christi in terra relicto opinio.

De Christi praepatio opinio S. Bonauenturae.

los redijt. hoc prorsus absurdum est, & alienum a vero. ergo dicendum est, quod nominando corpus, omnia complexus est, quae sunt de corpore humano, inter quae sanguinem contineri, non est ambiguum.

*De Scoto, Riccardo*, & alijs Doctoribus contrariam sententiam affirmantibus, et le iudicium facimus, quale rationes eorum merentur. Non afferunt rationes efficaces, non mouemur. Quod autem aduersarij fundamenta nostra pro vnione facta resellentes, aucto irates omnes de sanguine adductas, quod pretium nostrae redemptionis fuerit, quod nos Deus reconciliauerit, & reliqua fecerit diuinitatis opera, ad mortem, vel ad vitam Domini retorquent, & aucto iratibus quibusdam innuntur, coactione opus habet. In qua parte illud imprimis concedimus, mortem Christi, vitam nobis peperisse. Verum est enim, quod sacrosancta canit Ecclesia, *Ipsa enim verus est agnus, qui abstulit peccata mundi, qui mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparauit*. Necimus inficias, vitam Christi, nostrae redemptionis fuisse pretium, saluatoremque ipsam voluntarie passionem & mortem acceptando, meruisse vt nos redimeret. Est enim Christus, & redemptor, & redemptionis pretium, qui seipsum pro nobis obtulit, vt Apostolus ait.

No tamen haec vrgent, vt scripturas de sanguine loquentes, ad mortem contorqueamus, vel ad vitam, & tantam imponamus Doctoribus notam, vt proprijs vt vocabulis ignorauerint. Si vnus, aut alter metri causa, vel alia quauis necessitate, sanguinem dixisset, volens mortem significare, possemus commentationem admittere, & sanguinem pro morte accipere. Sed quis dicat, antiquae legis scriptores, aut Euangelistas, aut *Petrum*, & *Paulum*, aut alios Doctores sanctos, *Leonem*, *Augustinum*, *Ambrosium*, *Hieronymum*, *Gregorium*, *Bernardum*, *Bedam*, & cum his etiam Doctores Graecos in oratione soluta, cum mortem voluissent dicere, sanguinem dixisse? Periclitissimi fuerunt, & vin nouere verborum, & crucis mysterium non ignorauerunt. Sciebant sancti viri, & Spiritus Sancti gratia illustrari, per mortem Christi, & voluntariam vitae traditionem, humanum genus fuisse redemptum: Verum neque Christum obtulisse, nisi sanguinem fundendo; neque vitam datam, nisi cum sanguine: & in passione Dominica, corpus, & animam, & sanguinem interuenisse, & omnia simul ad salutem hominis propter verbi copulam operata; licetque absque offensione dicere & corpus Christi redemisse hominem, & animam redemisse, & sanguinem redemisse; cum totus Christus hominem redemerit, in quo haec verba coniuncta fuere, & nunc sunt. Quicquid enim in passione Domini operatus est Deus, homini tradimus; & quae operatus est homo, concedimus Deo propter communicationem idiomatum. Nec dubium, quin corpus Christi, & vita Christi, & sanguis Christi pretium fuerit humanae redemptionis. Nam Christus, vt inquit Apostolus, *per Spiritum Sanctum, semetipsum obtulit immaculatum Deo*; & Ecclesia in benedictione cerei ait, *Vt seruum redimeres, filium tradidisti*. Filius igitur Dei, Deus, & homo. Christus Iesus, redemptor fuit, & pretium, caro pretium, & sanguis pretium, & anima pretium, & vita pretium; nec tamen multa pretia, sed vnum pretium Christus Iesus, in quo continentur omnia. Vera est vox, quae dicit, Christi morte nos redemptos, & quae sanguine redemptos affirmat: nec male dixerit, qui vel corpus, vel animam adiecerit. Cuncta haec ad redemptionem nostram concurrerunt; Mors, vita,

caro, sanguis, anima, diuinitas, & simul operata sunt. Elicet redemptionis meritum, ad voluntatem Domini referatur, efficientia tamen aliqua, in carne & sanguine fuit, quemadmodum Paulus ostendit, qui sanguinem Christi, ad sanguinem comparat hircorum, & caurorum, & maioris efficacia ostendit esse. Sunt insuper & nonnulla verba Doctorum, quae nullo pacto commentationem illi in patiuntur, vt sanguinem pro vita, vel morte recipiamus: sicut est illud *Leonis de passione* loquentis, vbi ait, *sanguinem in sum fudit, qui reconciliando mundo pretium esset, & poculum*. Nam quomodo vita poculum, aut mors poculum? De fuso sanguine loquitur, & pretium vocat, quia pretium fuit sanguis redemptionis humanae, & poculum ad potum respiciens, quem Dominus suum esse sanguinem dixit; Et Doctores illum viuificare animam affirmauerunt, propter adiunctam, & indissolubiler copulatam diuinitatem. Non est igitur, cur verba sanctorum violemus, & verbum, pro verbo interpretemur.

Neque illud admittendum quod aliqui subnectunt, sanguinem Christi ad redemptionem hominis velut instrumentum interuenisse, nisi adiciant diuinitati adiunctum: quemadmodum & homine Christo tanquam instrumento coniuncto, & sibi vnito ad salutem nostram diuinitas vsa est. Nam filius Dei, qui totum sibi vnuit hominem, & partem sibi vnuit: & qui cum toto aliquid egit, id ipsum cum parte peregit. Quod autem Minores aiunt, morte Domini non cruenta, saluari hominem potuisse, nemo negauerit, si tamen ita ab initio fuisset decretum: Imo vero & sine vlla morte, potuisset redimi genus humanum. In voluntate Trinitatis fuit, quo placeret modo redimere, & cum morte, & sine morte, & cum sanguine, & sine sanguine, & cum Cruce, & sine Cruce. At cum in exordio rerum statutum fuerit pro nostra redemptione, vnigenitum Dei filium, carnem induere, Crucem subire, & animam cum sanguine fundere, quemadmodum prophetae annunciauerunt: non est obijciendum, quod sine sanguine potuerit primi parentis culpa deleri. Electa est cruenta, & dolorosa mors, atque horribilis, vt charitas maior ostenderetur; & ita vetus piaculum, in Christi sanguine, secundum oracula prophetarum abolitum est.

Illud vero stultum, quod quidam aiunt, Christi sanguinem minus dignum fuisse pretium ad humani generis redemptionem, tanquam inanimatum pro animato. Nam Christi sanguis propter vnionem verbi omni humano genere dignior, atque nobilior est. Neque inanimatus est, vt diximus. Quamquam siue animatus est, siue inanimatus, sufficit hypostatica vnio verbi, quam sanguini non conuenire tanquam inanimato si quis dixerit, facile reuincetur; cum probata sit vnio sanguinis, & verbi; plenumque temeritatis fuerit asserere, non conuenisse, quod Deus fecit. Multa vt videtis aduersus vnionem effusi sanguinis dicta sunt, quae stare non possunt, neque vllum habent fundamentum. Deus cum sibi ab initio incarnatus assumpsit hominem, vt totum redimeret, in eo sanguinem, quem plantauit, assumpsit; & quod semel assumpsit humanae substantiae, numquam dimisit. Minime igitur in passione factum dimisit suum sanguinem, sed semper cum eo fuit, & cum corpore; & cum anima; & haec demum in resurrectione coniunxit in corpore glorificato, cum quo victor mortis, ac mundi, & diaboli triumphator ascendit in caelum ibique sederet in dextera Patris per seculorum saecula regnaturus Deus, & homo.

V. Sententia FF. Prædicatorum maior Prælatum pars adhaeret.

VI. Eduardus Anglorum Rex confirmatur.

Hæc cum prædicator dixisset, Minor non pauca replicauit, volens ea destrueri, quæ suæ sententiæ videbantur aduerſa. Auditus & ipse est, quantum voluit. Sed omnia in prius dicta recidebant. Pontifex auditorium dissoluit: deinde cum Cardinalibus plerisque diebus rem tractauit. Maior pars sententiam Prædicatorum approbavit; pauci cum minoribus sententiæ. Pius quoque pontifex in maiori parte fuit. Sed non est visum eo tempore, decretum fieri declarationis, ne multitudo minorum, cuius erat contra Turcas prædicatio necessaria, offenderetur. In aliud tempus decisionem referre placuit.

Per id temporis, Henrico, Rege Anglorum, regno expulso, Margarita Regina, ad Ludouicum Galliarum Regem veniens, auxiliis impetratis, in parte Angliæ Boreali vltra Eboracum, bellum innouauit, & aliquot Castella expugnauit. Occurrerunt Regis Eduardi copiæ, & in toto certamine, Scotos, Gallosque fugauerunt, & intercepta in eis præsidia, quæ Henrici Regis nomen protegebant, cum delictis necauerunt, data potestate se redimendi Franciæ, cui Ludouico militasse dixerunt. Hac victoria confertari omnēs, qui partes Henrici tuebantur, ad Eduardum defecere, Duce Somerseti viam monstrante, ac stultum esse dicente, sæpius aduersus Dei voluntatem, pertinaci animo depugnare: Illam, ut videretur Eduardo Regnum promississe; proinde nolle se diuina voluntati resistere. Ita se victori permisit, à quo receptus in gratiam, paternam hæreditatem consecutus est. Eduardo inde regnum confirmatum; Henricus in Scoria, curarum expertus, ac modo contentus remansit: Regina cum filio ad Ludouicum maritum, & inops conuulsi rediit. Has regni Anglicæ mutationes, Galli, & qui eis conueniebant, Francisco Interamensi Episcopo imputabant, qui missus in Angliam, ad imploranda contra Turcas auxilia, placandamque gentem, dissidium excitasset, partes Regis Henrici excommunicasset, aduersus æternam salutem promissa benedixisset. Nec vanus erat rumor. Ambitio, & ingentia promissa, Franciscum deceperant. Huic pontifex re cognita, ut ad se quam propere reuerteretur, literas dedit. Ipse sibi conscius, ac timens, Eduardi Regis, & aliorum Principum commendationes emendicauit, & tamquam procurator Anglorum, ac Francisci Mediolanensium Ducis consiliarius, ad Curiam remeavit; multa in suam purgationem adducens. Cum ue auti vascula, & gemmas pretiosas ex Anglia attulisset, quamplures (venalem namque Legationem suam fecerat) ex mammonâ iniquitatis, & amicos sibi parauerat, iniquitatis, amicos sibi parauerat, quorum præsidio pontificis sibi aures conciliaret. Apostolico quoque palatio Cardinalis Theanenſis, & Gilfortus Theſaurarius veteri secum amicitia iuncterant, & amico, ne perclitaretur, operas nauabant. Dissimulauit aliquamdiu pontifex; at cum rumor in dies crebresceret, Interamensem Episcopum præter spem omnium vltionem euasisse, Iacobo Ptolomæo, ut Episcopum caperet, atque in Hadriani mole retineret, occulte mandauit, eoque factò, tabelliones, & Iudices, qui eum diligenter examinarent designauit. Ille absque tormentis, de vexillo, de anathemate, de cæteris obiectis superius memoratis, cuncta confessus est, & amplius Simoniacæ labis multas turpitudines; qui beneficia per pecuniam contulisset, & sacros Ordines, & Indulgentias, & absolutiones: scripsitque confessionem suam manu propria. Neque negare isthæc poterat. Libri eius intercepti, quos ipse dictauerat, atque signauerat, eadem continebant. Damnabant Cardinales, prælatique fere omnes, Episcopum indemnatum in vincula coniectum esse. Pius clamoribus posthæ-

bitis, clausum custodiri iussit; deinde confessionem rei, ad se clam vocatis Auditoribus Rotæ, ac iuramento adactis, ne quid efferrent, examinandam tradidit, & qua pœna plectendus esset Episcopus, qui talia commisisset, percontatus est. Illi tempore ad deliberandum obrepto, post dies octo scriptam signatamque Rotæ sigillo suam sententiam attulerunt, qui priuandum Episcopatu reum, & ab Ordine deponendum censuerunt, & in aliquo Monasterio detundendum, ubi sua peccata perpetuo desererent. Vocatur deinde consistorium secretum; in quo pontifex Anglicana gesta commemorauit, & cruentissima bella, quibus Interamensis Episcopus minime iussus, interfecit, & Ecclesiæ vexillum erexit sua manu consultum; Confessionem eius produxit, deinde Cardinalium sententiæ exquisiuit. Cumque mitiora nonnulla efferrent, quam tanta scelera mererentur, & amici Episcopi comminuerunt delicta conarentur, consilium Rotæ in medium protulit. quo lecto, erubescere defensores rei, & pars maxima Cardinalium, in Auditorium sententiam pedibus concessit. Pius Episcopum pro meritis Interamensi priuauit Ecclesiæ, & ab Ordine deposuit. Ille postea, siue Religionis zelo accensus, siue quod in seculo dignitate priuatus, vitam sibi molestissimam duceret, à pontifice petiit, ut liceret sibi in Monasterio Sancti Pauli cum monachis Cassinensibus, alias Sanctæ Iustine, Diui Benedicti Ordinem profiteri. Indultum est, & ut in presbyte arotæ ordne ministrare posset, concessum. Nec mora, habitus datus, & pro Francisco, Ignatij nomen assumptum. Eduardus, octo Rex hoc anno Parlamentum Westmonasterij habuit, quo etiam tempore Archiepiscopus Cantuariensis, & clerus in Synodo conuenerunt. In hac Synodo a iqui Proceres allatis literis Regiis, petierunt, decerni Regi ad Scotos repellendos subsidium. Quod quidem gratissimis animis Regi concessum est, quod superiore anno, Ecclesiæ immunitates atque iura, iniquis Iuridicorum calumniis conuulsa, & labefa facta, diplomate Regio instaurasset, inque eo anxioser, & decreuisset, ut Clerus tam veteribus Ecclesiasticis iuribus, quam nouis, si qua condere uellent, malitiam eorum, à quibus sua iura uiolantur, compescant, tum in causis omnibus ad Ecclesiasticum forum spectantibus, etiam in maiorum arborum decimis, etiam si viginti, aut plures annos ætate excesserint sine metu, aut pœna statutorum de prouisionibus, aut breuium, seu actonum d. Præmunire, aut cuiuscumque prohibitois, etiam nulla consultatione obrenta liber e procedant. Et si quis Index Regius, seu secularis, aliquem Archiepiscopum, Episcopum, Archidiaconum, suose Vicarios, Officiales, Commensarios, aut Iudices Ecclesiasticos quoscumque, breuibus, & processu aliquo impediatur, aut deterreat, ut ad eiusdem Archiepiscopi, Episcopi, Iudicis, seu Ecclesiastici impediti, aut perteriti monitionem, (quam Rex ratam, fidemque ei habiturum dixit) in Cancellaria, statuto sibi ab eodem Ecclesiastico Iudice die, sub pœna ducentarum librarum compareat responsum Regi de contemptu, suumque in Ecclesiasticum Iudicem processum autoritate Regia rescindi, & irritum, ac inane pronunciarit visurus, ut memorat autor antiquitatum Ecclesiæ Britannicæ, in Thoma Bourgherio, Archiepiscopo Cantuarienſi.

Diximus superius, Carolum Marchionem Badenſem, & Georgium Episcopum Metensem, pro Adolpho Archiepiscopo Moguntino, contra Fridericum Palatinum Rheni pugnantem, à victore profligatos, captos, inque carcerem compactos fuisse. Hos ille in hunc usque annum tenuit, compedi-

Franciscus Interamensis Episcopus captiuitate Episcopatu priuatur, & Monachus efficitur.

VII. Pro liberatione Marchionis laborat Badenſis Pius PP.

que & carnis coercuit, tamquam Latrones forent vltimo supplicio digni. Non neglexit eorum liberationem pontifex Pius, sed ad Imperatorem scripsit, nec non Philippo Duci Burgundiæ quas adiungo dedit.

Scripsit etiam superioribus mensibus charissimo in Christo filio, Friderico Romanorum Imperatori Augusto, quam potuimus accuratus, ut causam defensionis Ecclesiæ Moguntinæ, amplecti uellet, ac operam daret, liberationi venerabilis fratris nostri, Georgij, Episcopi Metensis, & dilectorum filiorum, Caroli Marchionis Badenſis, & Vdalrici Comitis Wirtembergensis, qui superiori ætate rebus aduersè gestis, à Friderico, Comite Palatino Rheni capti existerunt. Requisiimus suam Serenitatem ut aggredi uellet hanc operam, in quibus & laudem, & gloriam sibi parare posset. Rescripsit nobis nuper sua sublimitas, animumque promptum quidem & optime dispositum demonstrauit. Adiecit autem inter cetera, nonnulla de peruerso proposito Palatini prædicti, eumque accensum contra honorem nostrum, & Apostolicæ Sedis esse significauit, quodque post inducias Nurenbergæ initas, inter ipsos, idem Palatinus astu, & dolo, nonnullis Principibus, ac communitatibus se coniungere, & colligare nitens est, eo consilio, ut Apostolicam, Imperialemque dignitatem pro damnabili sua libidine confundere, & possumdam posset. Suadet Imperator obuiandum esse tantæ iniquitati, & ad conseruationem utriusque dignitatis præ cæteris viam, & expeditam viam nobis obuiat, qua via, vna operâ occurri possit malignitati Palatini, & complicitati, & liberationi Episcopi Metensis, aliorumque captiuorum procurari. Ea est, ut nos simul cum Imperatore, communi nomine, nobilitati tuæ, aut dilecto filio Carolo nato tuo, contra Palatinum, & Dyethericum de Isenberch, & Comitum de Katzenellenbogen, & illis adhaerentes, ac sequaces, Capitaneatum committamus, litterasque Apostolicas cum censuris, & pœnis Ecclesiasticis ad coercendum rebelles, & hostes, concedamus. Placuit nobis, & placet Imperatoris consilium, idque amplecti animo decreuimus. Sed quia neficium, quæ sit in hac re intentio tua nobilitatis, delibetimus, prius ad te scribere, ut nobis significes, quid intendas. Nam si nouerimus, tibi cordi hanc rem esse, alacri animo Capitaneatum huiusmodi, ut Imperator censet, deseremus. Nobis enim gratum supra modum futurum est, ut nobilitas tua, aut filius tuus, onus ipsum assumat, & ut assumere uelit, affectuose hortamur, ac requiremus. Id etiam postulantes, ut super ea re tuam intentionem notam nobis facias; Sæpe acceptandum duxeris, nos confestim litteras Apostolicas, ad te transmittemus. Confidentes nihilominus, quod propter hoc, non desereres religionem Christianam, quin ei contra Turcos, ut sæpe pollicitus es, auxilia opportuna ipse præstes. Erit igitur prudentia tua examinatis rebus, id consilij capere, quod dignum sit tanto principe, & quod tibi, & domui tuæ laudem, & gloriam afferat. Ceterum ex ipsis Imperatoris litteris, lato animo accepimus eum decreuisse, nostrâ præsertim contemplatione concedere tibi, Regalem inuestituram, (super quo in tui fauorem sæpius ad celsitudinem suam scripsisse meminimus) & non tantum hoc facere deliberasse, sed etiam assinitatem tecum contrahere, ratione filij sui, & filia sui nati, ac tibi Vicariatum Imperij in terris Gallicanis vltra Rhenum, concedere statuisse, quod profecto nobis est gratissimum, idque serenitati suæ, & generositati tuæ, prosperum, & felix esse optamus, ad pacem, & perpetuam consolationem utriusque vestrum, ac Sedis Apostolicæ, & Christianæ religionis conseruationem & augmentum. Datum Roma apud Sancti Petrum anno incarnationis Dominicæ, M. CCC. C. LXIII. XIII. Kalend. Februar. Pontif. nostri, anno 5. epist. 381.

Scripsit etiam Pius, pro liberatione eorundem Principum, proque iuribus Ecclesiæ Moguntinæ.

& Adulphi Archiepiscopi, Friderico Palatino: sed in litteris non præscripsit, dilecto filio, neque benedictione Apostolicam ex more adiunxit. Quod cum æg. efferret Palatinus, eaque de causa Pontificem minis tereret, & maledictis profunderet, respondit ei Pius istis uerbis Apostolico pectore dignissimis.

Pius Episcopus, seruus &c. Nobili viro, Friderico, Comiti Palatino, sacri Imperij Electori, salutem.

Quod te dilectum, de more, filium non vocamus, neque benedicimus tibi, faciunt opera tua, qui & Ecclesiæ Moguntinæ bona ad te detrahens, aduersus Apostolicæ Sedis mandata, Dyethero priuato, & anathematizato iungere arma non es veritus; & vltius publicè edicta ponere, ne quis litteras nostras, in tuis territoriis, vel publicare, vel exequi audeat, mortem ei comminatus, quæ contra fecerit, quod nihil est aliud, quam prima Sedis, & Iesu Christi Vicario rebellare. Quibus ex rebus quamuis non à nobis, ipso tamen iure excommunicatus es, & extra Christi Ecclesiam factus. Neque dilectus filius appellari potes, neque benedictionis capax haberis, nec tua te tuentur edicta, nec inhibitiones, quibus Apostolica decreta prohibes ad te deferri. Non flumina, non montes, non muri, aut alia quauis munitiones, excommunicationis ad te aditum impedire possunt. Dei sulmen est, Apostolicum anathema, cui nulla possunt arma resistere. Tu longam epistolam ad nos scripsisti, ut excusares, quod fecisti. Sed quanti momenti sint, quæ dicis, Deus nouit, & tu ipse scis, nec ignoramus. Iudicat te conscientia tua. Quæ te causa mouerit, Dyethero, tuo prius inimico, auxilium prestare contra iustitiam; omnes intelligens. Potes multa dicere, sed veritas in suo loco manebit. Petis, ne credamus inimicis tuis, neue causam tibi demus, quærendi remedia, quibus defendi possis; & arroganter aliqua per minas subnectere uideris. Nos solum operibus credimus; & ea, quæ palam uidemus, non possumus non credere. Tua offensio notoria est, & manifesta rebellio. Si te uolueris emendare, & ut bonum filium decet Apostolicis obedire præceptis, vtemur ppi patri officio, nec redeuntem filium aspernabimur, quia potius vitulum saginatum apponemus, sicut in Euangelio erga filium prodigum fecisse legitur bonum patremfamilias. Quod si perges Apostolicam Sedem impugnare, & eius decreta contemnere, senties, Romanam Ecclesiam, maiorem esse, quam vel tu sis, vel quicumque alius, qui tibi opem offerre uoluerit. Prudens es, & nosti, quæ possunt aduersus te fieri, & plane intelligis, quia non potest uinci ueritas; & quod iniuste agenti, nulla satis tuta possunt inueniri præsidia. Datum Roma anno M. CCC. C. LXIII. VII. Kalend. Martij. epist. 383.

Inter hæc Adolphus Archiepiscopus Moguntinus, quamuis rigeret hiems, collectis militibus circiter octingentis, intempesta nocte Moguntiam inuasit. Bellatores audaces ab ea parte muros conscenderunt, quæ vineas, & hortos intra urbem claudit. Facto tumultu & conferta pugna, cum hinc Dyetheri præsidium, inde Adolphi miles uigeret, superauit Adolphus, ac cæcis fugatisque Dyetheri partibus, urbem in potestatem recepit, non sine admiratione cunctorum, qui tam patua manu, tantam ciuitatem suo populo, & externo defensionem, potuerit obtinere. Noctis beneficio res acta; metus maiores copias adesse credidit. Aduersæ factionis ciues, sponte sibi exilium elegere. Hæc pro captis à Palatino principibus, belli compensatio data, ut est rerum humanarum inconstans status, nunc unam, nunc alteram eleuans partem. Captiui principes, cum miseriam ferre nequirent, & squallorē carceris horrorent, peterentque ut à suis redimi possent, his tandem legibus dimissi sunt. Me-

IX. Adolphus Nassouius Moguntiam occupat.





in Ecclesiastico. Quo in laico pusilla, & leuia existimantur delicta, in Clerico maxima, & grauissima iudicantur. Sacerdotes, quorum vita veluti speculum inferioribus est, non solum a malis operibus abstinere, sed omnia declinare conuenit, quæ quoquo modo præ se ferant. Vide, quem gradum ascenderit. Si potius, pie, & iuste imperare, ac non subditos solum, sed tempus coercere, si uales uirtute irrumperè iniquitatem; si pro communi utilitate querenda, non pro tua libidine explenda Ducatum accepisti: Si ad tutandam religionem Christianam aduersus impios Turcas animum geris, & in eam rem, corpus tuum deuouere proponis, & iniuriam proximi non quaris; consideret, rite & secundum leges tue ciuitatis Principatum hunc ad te delatum esse; & quod, ut pollice ris uiliter populo tuo præris, illum tibi, & tuis ciuibus, & uniuersæ reipublice Christiane, in nomine Sanctæ Trinitatis benedicimus. Datum Romæ apud S. Petrum, pridie Calendæ Februarias, a mo 1463.

Calli recuperare Genuam tentant.

Vera, & memoriam tenenda dixit Paulus scripta pontificis, quamuis dura: nec prohibuit exemplaria cupientibus exhiberi, ob quam rem breui apud omnes Ligures, epistola vulgata est. Archiepiscopus inde commonitus, regimen suum magna in parte correxit, mode, atque postea uisus est. Franciscus cum parte Ciuium Archiepiscopo in fensa, armatis quibusdam nauibus, Genuam inuasere, ingressique urbem, amissum Imperium recuperare tentauerunt. Occurrit cum suis Archiepiscopus, ac conferta pugna uictor euasit. Fugere ad nauis trepidi hostes, quidam cæsi sunt, & quidam capti, inter quos duces factionis aduersæ nonnulli, quos ad supplicium rapiendos, communis opinio fuit; quod tamen Archiepiscopus, sanctam suam cocrens, minime peimissit.

XIII. Obitus Theodorici Archiep. Colonien. & eius laudes.

Decessit hoc anno è uisus Theodoricus, Colonien. Archiepiscopus, cum apud supra quinquaginta, pontificatum administrasset, multa que bella pro sua Ecclesia gessisset. Canonici successorem ei elegerunt, Robertum Baiariæ Ducem, Friderici Comitris Palatini germani, sperantes eum esse, qui Colonien. & Moguntinæ Ecclesiis prædaret. Missi sunt Oratores ad Pium, confirmationem petentes. Pio resulspecta uisa est, cum propter Fridericum fratrem, Romanæ Ecclesiæ hostem in fensum, tum propter electionem, quæ paruim sincera dicebatur. nec Fridericus Imperator eam electionem laudabat, eius uiri, cuius frater hostis esset imperij. Accedebant & Philippi Burgundi preces, nepotem suum, Archiepiscopum Lugdunensem, ad eam Ecclesiam transferri petentis, nec de possessione dubitantis, cuius amici, & confar guinei, Coloniensem diaecesim suis principatibus vnd que cingerent. His rebus factum est, ut prouisio tam insignis Ecclesiæ aliquam diu dilata sit. Fuit Theodoricus, uir sui temporis omnium Germanorum facile princeps, statura eminenti, corpore pulchro, & agil, adeo ut Septuagesimum agens annum, nullo ad uanque condesceret equum, & arma non magis grauari, quam iuuenis gessit. Inuadunt loricas, & thoraces, & galeas Episcopi Germaniæ, & pro necessitatibus. Ecclesiarum aliquando tamquam Reges, bella gerunt, interfuntque præliis. An id deceat, non asserimus. Moribus in ultra tribus necesse est. Quæ sunt in vna prouincia sanctæ leges, sæpe in altera damnantur. Theodoricus pro sua Ecclesia plurima bella gessit, clientelis, & affinitatibus potens, alloquio blandus, aditu facilis, comitate, & libe alitate insignis, circumspicit in rebus agendis, & solers. Latinas literas domi didicit. Ut pontificij sui is notitia adipisceretur, in Italiam uenit, Bononiæ que Doctores Canonum audiuit, atque ibi à Ioanne 23. pontifice summo, Colonien. Ecclesiæ præfectus, priusquam possessionem allequi posset, decies cetera millia auri nummum in bellis absumpsit. nec minorem summam aduersus Cluuensem Ducem bel-

lum gerens, exponere coactus est; quæ res & ipsum, & Ecclesiam ad egestatem deduxere. Cum pacem afflicturus, præterita resarciret damna, rebus humanis exemptus est.

XIV. Trice Les. diensum cum suo Episcopo.

Non minus inquietum habuit Episcopatum Leodiensem Ludouicus Borbonius Episcopus, Philippi Burgundiæ Ducis nepos. Enimuero Leodien. non multo postquam Ludouicum summa cum reuerentia exceperant, obliu conditionis suæ, sibi arrogare paulatim ceperant ea, quæ ad supremam, & Principis tantum iurisdictionem pertinebant; neq; legem reputabant esse illam maiestatis: plane que se ita gerere aduersus hunc ceperunt, ac gesserant aduersus Ioannem Heynspurgium. Namque populus Leodien. suis auctoritate sua, circa consensum Episcopi, Sarzium Francimontis pagum, immunitatis, ac iurisdictionis, & aliorum priuilegiorum prærogatiua donare conati sunt, cuiusque propositi sui testem, iam in foro ibidè, Peronam, hoc est Columnam, in signum libertatis collatæ erexerant. Collegia etiam opificum ibidem Colarii Floqueletij uxorem, quæ maritum priorem interficiendum curauit, à Magistratu captam, & publicæ custodiæ mancipatam uoluerunt. quam tamen postea Magistratus denouo apprehensam, publico iudicio condemnatam in propatulo flammis absumpsit. Consule, in eodem modo uisum tubæ sibi arrogant; sed etiam publicè Traiecto profecti, Buchoum Kempinæ pagum, Brædæ vicinum, ignorante Episcopo, cuius id feudum est, quasi suo iure Ioanni de Wilde contulerunt. Consimilia, & alia tum multa perpetrarunt, ut querelæ ad 28. capita exacercerent. ut his remedium adhiberetur, sæpe comitia omnium Ordinum totius patriæ, alias Leodij, alias apud S. Trudonem, alias Hoy, alias Traiecti, alias alibi celebrata sunt, ad quæ & Dux Philippus, suos quoque Legatos misit. Sed Leodien. sibus nihil aliud, quam uerba dantibus, Episcopus progr. suu temporis magis ac magis regalibus suis priuar. fuit. Tadem eos res rediit, ut per uersam ditionem Leodiensem, atq; Loffensem exorti congregarentur, quos uocant, fustigatores, duce potissimum Rafone Herensi, Equite aurato. Horum præteritus erat, emendare iudicia, potissimum Ecclesiastica; cum populis conueneretur, se callida aduocatorum praxi extenuari, ipsorumque iudicium auaritia prorsus exhauriri. Hi ergo sub hoc titulo, iudicia non corrigebant, sed f. angebant, abolebantque. Consistoria enim Iuris Ecclesiastici tollebant, Iuris ipsius usum prohibebant; Iudices, consiliarios, & Aduocatos capiebant, bonis exuebant, proscribebant, exterminabant, occidebant; nec à liberis quidem interim, nec ab vxoribus eorum sibi temperantes. Hæc licentia cum nimis dissimulata, grauiores quoq; iniurias minaretur, Episcopus tandem auctores huius moris, pulsata banni, ut uocant, campana, Leodium ad palatium citauit. Istud cum semel atque iterum frustra factum esset, tertio tandem uocati comparuerunt; sed ad intermissionem uolentia suæ humanissime inuitati, minime obtemperauerunt. Episcopus, quominus tum temporis aliquid grauius aduersus illos molitus sit, prudentum quorundam consilio, mitigatus fuit: qui hortabantur, ut maturiori deliberatione uiam inuestigaret, qua citra tumultum populi, sine armis, iuridice iudicia sublata restitui possent. Consuluit ergo Parisiis, Cameraci, & Louan iureconsultos, qua uia potissimum subditos suos in ordinem red geret. Omnes unanimitè responderunt, eam esse rationem commodissimam, & efficacissimam, ut ditionem uiuensam, tam Leodiensem, quam Loffensem Ecclesiastico interdico subiceret. Reuersus Leodium secundo, Rectores Ciuitatis, & ordines patriæ conuocatos, quam potuit humanissime exhortatus est, ut ab huiusmodi vi, & iniuria desisteret,

quam,

quam, & priuatim, & publice, tum ipsi, tum subditis suis inferri. n. Cum nihil proficeret, Traiectum iratus cõcessit; & post aliquod temporis, fractus assiduis afflictorum querelis, Leodiu reuersus, tertio conuocatis Rectoibus, & Ordinibus, aduerti omni clementia, & mansuetudine cepit, ut eos ad rectam iusticiam normam in Iudicijs obseruandam, & abusus relinquendos induceret. qua ratione cū nihil proficeret, præcepit eis tandem str. cte, vigore int. meti, ac fidelitatis promissæ, ut mature de corrigèdo Reipublicæ statu deliberarent, nisi cogi ad officium faciendum ab ipso uellent. Ili his dictis off. nsi, cõmunicato inter se consilio, responderunt se ijs moribus, eoq; iure, quibus & nunc, & ante eius aduentum uixissent, porro uicturos, neq; se leges alias, aliamue consuetudine uillam recepturos esse. Hæc cum audisset Episcopus, mox ditionem ueniensam per Officialè suum Ecclesiastico supposuit interdico. Leodien. ad Consistorium Consolense facta prouocatione, per eius Sedis Officialem, ab interdico absoluti sunt, qui Leodiensem Officialè perpetuè iudicasse, & Leodien. iuste appellasse pronunciant, anno superiore 1462. Electus ad Sedè Apostolicam appellauit. quo facto, Pius Pontifex, hoc anno, Petrum Ferricij, Apostolicæ Sedis Nuncium, qui de causa legitime cognosceret, & partis uisusque instrumenta fideliter Romam transmitteret, destinauit. Is cū Aquigranum uenisset, in Conuentum Regularium, partes ad se uocatas diligenter audiuit, & bonis rationib. conciliare conatus, tandem consentiente Episcopo, interdico ad sex septimanas, intra quorū decursum, Episcopo satisfaceret Leodien. suspendit. quo tempore, cum illi nihil non nino præstissent, & interdico iterum recurrente, illo cõtemp. pro, sacra omnia sine discrimine peragerent, Legatus Apostolicus illis de integro diem dixit. Postquã aut Aquigrani com. am Legato in causa iudicij auditis utriusq; testib. partes ulteriori testu productioni renunciaissent, & proinde conclusum esset: Legatus, ut ad sententiam definitiuam obtinendã pro cõfessum offerret Pontifici, Romam se recepit: cui & utriusq; partis Legati adiuncti sunt, ut ad sententia prouocationem, & ad cætera, quæ expediebant, uigendã præsto essent. Cumq; Leodien. Legati, qui licet euenit pro se non fore facile prospiciant, uarijs technis impediuerent sententia pronunciationem, tandem tamen aduersæ partis diligentia, Pius Pontifex vna cū Cardinalibus, pro tribus sedens, definitiuam sententiam ipse pronunciauit cui? & alia plura, & hæc in eam pricipua erant capita. 1. Ludouicum Borbonium Episcopum, Leodien. Loffens. prouincia legitimum esse Dominu. 2. Leodien. illi delictorum nomine, debere multas. 3. Vigin. duos patriæ Rectores exactorandos esse. 4. Iurisdictionem superiorem penes solum Episcopum esse debere. Huius sententiæ instrumenta tria authentica eodem exemplo cõscripta, per Legatum peculiarem transmissa sunt, quorum vnum Capitulo S. Læberti, alterum Ciuitati Leodien. tertiu Episcopo traditum fuit, quo ipse aduersus rebelles institueretur, ut suffridus Petri, in Episcopi Leodien. c. 2. 4. narrabat. Ita Petri Ferricij Sacri Palatij Auditoris, Nuncij Apostolici d. ligenaria, ignis, priusquam flammam, ad incendium Gallicæ gèris euomeret, extinctus est, persuasus partibus, iudicia potius experiri, quã arma, fere iam iam parata. Enimuero cum Episcopus, ob uiolatã Ecclesiasticam iurisdictionem, & ob manifestas iniurias, ciuib. sacris interdixisset, & Clerus Episcopo suo obtemperasset, populus acer ferens diuinorum subtractionem, maledicere Sacerdotibus, uerba, & cædèq; minari, Episcop' Burgundiæ Ducis, cuius esset nepos, auxilia que. ere, Cives Ludouici Franciæ Regis patrocinia implorare, utreq; postulata, pmittere, superbire magnis adiutoribus partes, augeri in dies odio, nec aliud expectari, quam bellum, quod sine lactura fieri non poterat.

Deciditur in fauorem Episcopi.

Nec minus quietu habuit Pius Pontifex, hoc anno, patrimonium S. Petri, quarto iam anno, uentente bello, q. inter Ferdinandum Regem Sicilia, & Ioannem Andegauensem Rheati filiu, ardebat. Su. momentes, penuria annonæ laborantes, fame coacti, cum amplius obfidionem tolerare nō potuissent, Iacobus Picinino sese permiserunt. Ferdinandus Rex, Penitillatronicis oppidi obfidionem turpissime soluit, Capuq; quasi Picininum fugeret, citato itinere redijt. Sfortianus equites apud S. Seueram hibernantes, oppidiorū rebellionem eieci, Rheati vexilla erexere. Picininus successu rerum elatus, agro Romano imminerebat; ac procul dubio excursionem fecisset, omniaq; infestasset, nisi Pius, Neapoleonis uisibi copias auxisset, & alia tuendæ Ecclesiasticæ rei subsidia cõparasset. Auxit eius exercitum Pontifex ad turmas equitum v. q. duodecim, & Roberto fratri eius stipendia dedit, qui Matthæo Capuano iungeretur, alterum Aprutij partem ad Adriaticum mare uersam defendenti: duas quoque turmas equitum ex Piceno acceperunt: quæ Roberti, Matthæique copijs iungerentur. Inter hæc etiam nonnulla castella Comitatus Fani, quæ superioris anni æstate Ecclesiasticus exercitus armis obtinuerat, coniuratione facta, media hieme nocte concubia rebellauerant, captique præsidij quæ in erant, cum per inertiam parum sibi cauerent, ad Sigismundum defecerant. Ea Comes Vinas, primo Veris aduentu, non magno negotio recuperauit, coegitq; parati flagitij penas dare. Circa quod tempus, eunt Veneti uehementer uigere, Dominico Malatesta ueniam dari, seque concordia per Legatum in diatorem offerrent, annuit Pontifex, atque ihunc modum pacis leges edixit. Dominicus, si peccati ueniam petierit; si Rauennati Ecclesiæ, & Salitanensi bona, quæ abstulit, restituerit; si oppida, quæ ab Ecclesia capta, ad eum defecere, rursus in potestatem Ecclesiæ dederit; si censum Apostolicæ cameræ debitum dissoluerit; si cauerit, ut se sine liberis masculis, legitimisque de edente, Casena, Bretenosum, Meldula, & alia; quæ possidet oppida, ad imperium Ecclesiæ redeant; si deinceps se fidelem Vasaillum promissis pacem habeto: neque sperato recuperare, quæ sibi armis erepta sunt, vno tantum castello excepto, quod pro sua liberalitate donaturus est ei Pius Pontifex. Placere leges. In eo tamen difficultas orta, quo pacto caueri posset, post obitum Dominici, ne ciuitates eius in alias manus, quam Ecclesiæ peruenirent. Digna res uidebatur, de modo erat contentio. Pontifex in eam rem iuramenta Ciuium requirebat, quibus se obligarent, deficiente sine liberis Dominico, nullius imperium, præterquam Romani Pontificis admittituros. Legatus Venetus id nouum, atque insolitum, neque sine vilipendio Dominici fieri posse aiebat.

XV. Ferdinandus res non bene succedit.

Dominico Malatesta ueniam datur à Pio PP. & sub quibus conditionibus.

XVI. Ab eodem Veneti Ceruiam emant.

Deliberatione pendente, Veneti, Ceruiam à Dominico, data pecunia coemunt, quattuor millia aureorum sibi, quoad uixerit, & se mortuo, quibus uoluerit, quocumque dissoluturi, & amplius sacros salis ducentos. Salinæ apud Ceruiam sunt, & sal sibi optimum reperitur, quod ad Romandiolæ urbes delatū, plurimum Malatestis emolumentu præbebat. Veneti, quoniam Ferrariensibus, uel in iuris salém præbent, uerit, ne clam hinc subueniretur illis, locum quocumque tandem modo possent, siue iure, siue iniuria ad se trahere stauerant. Feudū hoc erat Ecclesiæ Romanæ, deficiente Malatestarum uirili sobole, ad Ecclesiam rediturum; nec licebat Malatestis in aliam familiam gentemue quouis pacto transferre; nec Veneti, aut cuiquam fas erat, inuita Ecclesia Ceruiam emere. Sed quid mirum si à non Domino Ceruiam emerunt, qui paulo ante Rauennâ Ecclesiastici iuris occupauerant? Facit & Ceruia ad imperium ampliandum, cuius salis Romandiolæ magno erant vsui, tunc ex Venetiis querendum erat sal, nisi longinquè afferretur, quod sine

N n magno



magnò pretio fieri non potuisset. Damnavit omnis Italia Venetorum factum, qui Ceruiam, Ecclesiam civitatem, ab eo emissent, qui vendere non poterat. Pius Pontifex, cum accepisset de Ceruia, quod factum erat, accessit Venetorum Legato percontatus est, quid ea in re, excusationis afferret. Ille factum confessus est, ut qui sciret, non posse defendi. Dixit tamen, id vilitatis causa factum, quoniam salis vestigal, quod Venetis in agro Ferrariensi, vicinisq; locis maximum est, Ceruiensibus salib; clam aduectis, magnopere comminueretur. Noluisse id detrimenti Rempublica ferre, atq; ita locum emisse, vnde fraudib; possit occurrere. Huic Pontifex; *Senatu intercedente Veneto, pacem Dominico promissimus. Te vice Senatus concordie Mediatorem accepimus. Inter concordia leges ille precipua fuit, ut moriente sine virib; sobole Dominico, civitates eius, quas ab Ecclesia receperat in feudum, seu Vicariatum, ad Ecclesiam reverterentur. Laudasti hanc legem: laudaverunt & Dominici Procuratores; quibus de modo contentio esset. Interea Ceruiam ab eo, qui vendere non potest, Senatus emit. Obstat natura feudi, obstat consuetudo, propter rebellionem. Obstat ius in re. Obstat Apostolica littera investitura, quae omnem alienationem prohibet. Obstat ipsa honestas. Agimus de Ceruia, & aliis Malatestae civitatibus, quomodo ad Ecclesiam redeat illo vita functo. Cum Veneti ista tractant; & dum simul cogitant, Veneti Ceruiam emere fas non erat. Ceterum vos quantum lucraretur vestra respublica, & non quantum damni Romana inferretur Ecclesie, animo pensastis. Roma Sacerdotalis facta est, & maior Italia pars, B. Petro aeterna vita claugetur, & successoribus eius in patrimonium cessit. Cuncti Reges, & Imperatores, Romano Pontifici iamquam Iesu Christi Vicario caput inclinant, & pedes eius exosculantur: sic & vos Venetos, iura, ipsiusq; possessiones defendere pareratis. Ea cum audiisset Legatus Venetus, cum nihil aliud haberet, quo suae civitatis causam tueri posset, respondit, se quamprimum Senatum de Pontificis animo creatore facturum, & quicquid a Patrib; accepisset, id totum ad Pontificem Maxim. primo quoq; tempore allaturum, assensens se sperare, Senatum facile Ceruiam emptorem in re redditurum, & in Pontificis sententia venturum.*

Nullam esse venditionem Pius PP. ostendit.

XVII. Aquilano- rum perfidia.

Aquilani per hoc tempus, greges ovium, quae in Ecclesiae pascuis, ma. itimisque locis hibernaverant, ad montana reducere satagebant. Pontifex violasse Aquilanos, induciarum federa, respondebat, qui Picinino Sulmonam obsidenti, commearus praebuissent. atq; hostis copias in suis municipiis admittissent, praedatq; coemissent in agris Ecclesiae factas, & alia quamplura aduersus induciarum formulam, datamq; fidem patrauerant: propter quae poenam aureorum quinquaginta millium saepe incurrissent. Oves, pro poena retinendas fore. Aquilani contra, liberas oves dicere, neq; retineri posse ob inducias violatas, aliunde delictum, etiam si laesa Maiestatis crimen intercederet. Ita cum publicanis Ecclesiae fuisse conuentum, cum missae sunt oves. Praecuratore fisci, publicanorum eam potestatem esse negare. Rebus in contentione deductis, Pontifex, Auditores sacri Palatii, ad se quasi ob aliam causam vocatos, iuramento adigit, ut taciti veritatem inquirant, sibi que suum iudicium afferant, Liceatne, stante publicanorum conventionione, ob violatum foedus Aquilano- rum greges retinere. Illi tempus deliberationis exposcunt, atq; octo dieb; dubio inter se discusso, Pontifici nunciant, in quaestione proposita quid sit iuris competentum habere. Pius accessit Cardinalibus, publicum Consistorium edicit, & Aquilano- rum Legatos adesse iubet, atq; in hunc modum pronunciat. Quibus duobus de regno Siciliae contententibus, eum Aquilani Regem complecti, venerarique debeant, cui Sancta Sedes Apostolica regnum decernit, immemor tamen honesti, iustiq; civitas Aquilana, tamquam in se nihil iuris habeat Romana Ecclesia, Ferdinando a nobis Rege declarato, sese opposuit, Rhenaro, eiusq; filio paruit, duces nostros Ferdinando militantes, armis aggressa est. Picinino agrum Ecclesiae vastanti pe-

ditatu adiectis; nec veritas est, modis omnibus, aduersus Dominum suum, Romanum Praesulem, hostilem ferre animu. Cumq; nostri superiores in bello essent, diripereturq; rebellium Aquilanorum ager; rogati sumus, bellu remittere, atq; in ducias amplecti; miseru filioru, cessare ab armis placuit, temporaneamq; pacem Aquilanis largiri: his adiectis legibus, ne hosti comitatus ministrarent; ne Picinini exercitum intra suos fines recipere; neve praedas emerent ex nostris agris ereptas. Si contra facerent, aureis quinquaginta millibus totiens multarentur, quotiens delinquerent. His comuni consensu constitutis, greges suos quonia alibi per hiemem feruari non poterant, ad loca nostra maritima miserunt, fide publicanorum accepta, quod nullam ob causam retineri possent. Post hec bis, terq; violata sunt ab Aquilanis, induciarum federa: ppter hoc dixim, perdidisse Aquilanos oves. Vos Oratores eoru, quamuis delictum fateremini, violataq; pacta; negatis tamen retentioni ovium esse locum, publicanorum obstante conventionione. Ne rem omnem ad Auditores Palatii retulimus, qui Rotam faciunt, orbemq; iudicant: ab his audietis, perditane sint animalia vestra. Dicite Auditores, quid tandem in hoc dubio ius decernat. Tum Decanus Rotae vir grandaeuus natione Hispanus, qui multos annos reddendo iuri in Apostolico Palatio dedisset operam; Adsumus, inquit, Beatissime Pater, Capellani tui, Auditores Rotae, fecimus, quod mandasti; examinavimus diligenter proposita quaestione, factum, quomodo se haberet, diligenter cognovimus. Vidim Constitutiones Apostolicae Camerae. Vidimus conventiones Aquilanorum, & Publicanorum, quae super mittendis ovib; interuenere. Vidimus induciarum federa, Aquilano- rum notitiam rebellionem, & in te commissum laesa Maiestatis crimen; & inducias manifeste violatas consideravimus; inuenimusq; Publicanos tuos, non potuisse promittere, quae promiserunt; neq; te illorum pactis astringi, quae decreta Camerae prohibent. Quib; ex causis, manifesti iuris esse didicimus. Aquilano- rum oves abiq; vlla reprehensione per te posse detineri. Exin Pontifex; Omnium vestrum hec sententia est, an aliqui contra dixerit: Aderat Sanctus vnus Auditoru, & ipse Hispanus, atq; penultimus in Collegio. Is assurgens, deinde genua flebens, Omnes, inquit, vt ait Decanus noster, eius sententiae sunt; quae dicta est: ego solus dissentio, & cur dissentiam, inter collegas dixi. Tum alij, dissensisse quidem Sanctum a se dixerunt, vbi d. sensisse causam, quae pondus haberet, nullam adduxisse. Post haec Pontifex; Audiuitis, inquit, Oratores Aquilano- rum, quae sit Auditorum Sacri Palatii sententia. Oves vestrae, perditae vobis sunt, & facta nostra, iure possimus illas retinere. Quod si fecerim, minor erit poena vestra, quam delictum. nec quisquam, qui sapiat, dixerit non iure factum, quod primum in Orbe tribunal iustum censuerit. Possimus ab ingratu, & rebellib; filijs, poenam exigere. Non faciemus. Maior erit nostra clementia, quam vestra perfidia. Ire, & animalia vestra, quae iure perdidistis, domum reducite. Dono ea damus reipublicae vestrae, quantum male merenti. D. scire, inter Ecclesiasticum, & seculare imperium, quantum inter sit. Nemo, qui Regem quempiam offenderit, quem admodum vos Ecclesiam offendistis, ab illo eam gratiam reportasset, qua vos hodie refertis a nobis. Vos deinceps nisi fueritis ingrati, Romanam Ecclesiam abstinbitis laedere. Resum per se spiritum Legati Aquilano- rum his auditis, qui prius attoniti, quod indebant verba Pontificis, expectabant anxij; melioremq; longae sortiti finem, quam sperauerant, confessi errorem civitatis suae, Pontifici gratias egerunt. Admirati sunt omnes liberalitatem Praesulis; nam supra centum millia ovium, ea die donavit Aquilanis. Miserat & ante aliquot dies Praesul ad Aquilanos, Protonotarium Bonohensem, cum decreto Rotae, vt in Senatu ci-

Pi PP. li- beralitas.

XVIII. Angularia Comitum perfidia; etiam insidiam in vitam Pij Papa.

ium oves perditas ostenderet, ac benignitate Praesulis, pro ovibus dominis recuperatas. quod ideo factum est, ne Legati Aquilano- rum suae diligentiae describerent, quod benignitate Pontificis erat factum. Sed nihil ea res Aquilano- rum perfidiae detraxit. Acceperunt oves, nihil effecti meliores. Dum talia fiunt, Euerfus Angulariae Comes, nullo unquam tempore perfidiae suae oblitus, multa in Pontificem machinatus est, si quo pacto perderet eum posset, ferro, vel veneno. Broccardus ad eam rem praecipuum, Picinini cancellarium, consultorem habuit. Inuenta sunt epistolae alterius ad alterum missae; in quibus plures modos tentatos fuisse constabat, extinguerunt Pontificem; nonnullos adhuc tentandos. Reperta est & Petri Pazij Florentini epistola ad Euerfum, qui de nece Pontificis ab eo requisitus, responsum, se Gallis amicum esse, si quo pacto perderet eum, nec corpori haecenus pepercisse; idem factum deinceps; verum Deo animam feruare velle. Pontificis Maximi vitae insidiarum, nulli fas esse, neq; sine detrimento animae fieri posse. Desineret posthac, similia ex se quarere. Venenum se Broccardus inuenisse aiebat, cuius si vel modica portio fellam tinxisset Pontificis, mox illi in ea sedenti vitam eriperet. corrumperendum esse aliquem ex Palatii satellitibus, quibus gestare Pontificis sellam mos erat. extinguit Pontificem, Ferdinandum prorsus periturum, apud Andegaves mansurum regnum, ex quibus Picininus, Euerfusque, cuncta, quae velint, obtenturi sint. Cavit sibi Pontifex inuentis his litteris, quanto magis potuit; quamuis diuinae potestatis custodia, quam humane se creditit. Euerfus interea ex domesticis suis quosdam apprehendit, tamquam cum Gregorio Lollo de nece sua tractassent; & apud Verallem, patre cum duobus filijs in arido puteo clausisse, ibi fame perituros, tradidit se, ore ita obstructo, vt audiri nullatenus possent; alios alij supplicij peremisse. quibusdam prodicionem confessis, quasi clemens pepercisse, litteris per Italiam missis, quib; Pontifex vitae suae insidiarum diceret; ignarus, suos mores, omnibus esse notos, quatum se perditu dixit, cu perdere alios frustra tentauit.

XIX. Dux Sorae coercitus, & multatus.

Interea Neapoleo V. sinus, Ecclesiastici ductor exercitus, coactis duodecim equitibus turmis, ac mille fere pedibus, in agrum Soranum duxit, Petri Cantelmi superbi, atque insolentis Ducis, qui iam pridem Pio Pontifici fuisset infensus, temeritatem correpturus: ac prima incurfione castellum adortus Casale, vbi caenis militique tradidit diripiendum, lateque agros vastavit, & iam maturescentes quae a versum segetes corripuit. Insula vitidis oppidum, sponte se dedit; arcem, praecunte quodam athiopo, bello obtinuit. Arpinum cum copias promotisset, atq; Sorani acciperent, arcem Insulae expugnatam, Arpinum quoque deditionem fecisse, Legatos ad Episcopum Ferrariensem misere, qui Pontificis Legatus erat in castris, parituroque se mandatis eius obtulerunt, haud alium, quam Romanum Pontificem habituri domum: tedere se tyrannicae dominationis; Romanae Ecclesiae imperium paternum esse; ei se libenter obedituros. Annuit conditionibus Episcopus, Soranamq; urbem pro Ecclesia Romana sese dediturum accepit. Loci Episcopus eius rei praecipuum extitit auctor. Dux Soranus his accitis vulneribus, pacem petijt, aut litem inducias belli, quibus durantiibus a Summo Pontifice pacem valeret impetrare. Concessa sunt induciae paucorum dierum, tribus minutissimis oppidis ab eo receptis, ea lege, vt nisi gratiam Pontificis obtineret, sciret, se ea oppida prorsus amississe. Venere Romam Ducis Legati. Pax hoc modo conuenit, Influxit Dux Soranus, Monasterio Cassinensi, Marchionis Pescarae, Comitum populi germano suo, & alijs plerisque, quaecumque abstulerat quamprimum restituere. Sorani, Arpinum, Insula, Castellucium, Domus Oliuerij,

Fontana, & alia pleraque loca, apud Ecclesiam remanere: per pauca ei, & parui momenti reddidit. Sic multatus; coereuitq; Sorae Dux, relictis Francis, ad imperium Ferdinandi redijt, decreto Pontificis, factus certior, quod a Rege non possit contumeliam ferre. Soranis reb; peractis, exercitus Ecclesiasticus vltimus profectus, Pontem corni, nobile oppidum in potestate accepit. Alfontis Sic lie Rex id oppidum ab Eugenio quondam armis abstulerat. Ioannes Rhenari filius, Ferdinando de mum ademerat. Hoc bello, ad verum dominum redijt, R. ocha deinde, licca per deditionem accepta est; arx virib; expugnata, quamuis in alto sita monte, inexpugnabilis videretur. Ea Ferdinandi nomine capta. Proximus his locis erat, Antonius Spinellus, Galliarum partium praecipuus asseror; & qui omnium conspirationum aduersus Ferdinandum paratarum fuisset inuictor. huic minutissimum parebat oppidum; *Vilhelmi Roccam* vocant, ex quo tempore belli, obtingenti pugnatores, & quidem in montani, feroces ad pugnam exire solerent. Hoc in montib; situm, arduos habebat aditus, quos aduersus quatuordecim, pauci custodirent. Mittuntur Nuncij, qui Antonio, amicitiam Ferdinandi fideant. Respuit ille Atagonense nomen, ac mandata cum de ilione contemnit. Neapoleo duo eius castella inuadit, primoq; impetu capit. cuius rei percepto nuncio, Antonius senio grauis, subito maere concussus, exanimatus cecidit, nec locutus quicquam in subitam mortem oculos clausit. Mansere eius filij, & fratris filij de successione contentes. Oppidani arcem in suas manus receperunt, hisq; tandem legib; cum Ferrariensi, ac Neapoleone conuenerunt, vt litem de successione Antonio, Papa deceret; arx & oppidum ei pareter, cuius des Apostolica haeretatem adindicare; Victor Eck sic vasallus esset, nec regno Siciliae, nec Ferdinando quicquam deberet. Accepta est conditio, ne tempus ibi futurum tereretur. Deniq; castella pleraque ad Cassinense Monasterium pertinentia, quae Gallici, Alfonso exempli secuti occupauerant, recuperata sunt, ac monasterio reddita; quae iam pridem diripuerant, atq; spoliata; hoc deniq; tempore sub Pio Pontifice restitutum & instauratum est. Ferdinadus cum longae ferijs, quatuor constitutum erat, in castra exiit; nec Sfortianus ex ordine dato secum duxisset, agrum Theanensem, & Sinuessanum agere diripuit; cum Duce Sinuessano frustra tractationem pacis exorsus, Montem aragonum in feliciter obedit. Lucetienfes tantum deditionem fecere. Seseptenenses ita demum ad obediendum redituros sese polliciti sunt, si regimen eorum, Cardinali Theanensi committeretur, cuius recti clypeo impunitati fore suam rebellionem non dubitaret. Cardinalis annuente Ferdinando, ad eam rem profectus doli, & fraude Tarentini Principis frustratus est. Federicus Urbinas interim, & Cardinalis Theanensis. Fanu fortunae proculdubio receperunt, nisi Robertus Sigfridus filius Malatestae, spe Venetorum subsidiorum, quae expectabat, ciues ad persertendam obsidionem animasset. Accesserunt per id tempus Veneti ex Dalmatia quattuor triremes, iussitantiq; Ariminum petere, tamquam piraticam prohibuitas: reueta vt Sigfridum mundi causam, sua iuuaret praesentia. Amiserat per id temporis Sigfridus aliquot naues frumento onustas, quod Fanensibus subtraheret. Cum itaq; duae ex triremib; Venetis iam accessissent, & captam Sigfridum di classem didicissent, nauimque relictam vidissent, illico impetum in eam fecere, superatoq; paruo certamine, custodes capere, & nouis impolitis velis Ariminum duxere. Misit ergo Cardinales Theanensis ad Venetaru triremu praefectos, percontatum. Cur nauim iure belli a se captam inuasisse, cu inter Venetos, & Pontificem pax esset? Negauerunt se nauim cepisse, imo verò deceperunt nauas, qui erant in sentina clausi, positos ad custodia milites, vocasse illos ad collo-

Obis Antonij Spinellus, & l. de successione oritur.

Ecclesiasticorum copiarum vicioriam Veneti impediunt.

quum, blandisque verbis illectos, ad inferiora traxisse, ipsoque paulatim extulisse, & superiora navis obtinuisse, eoque facto, clausisse, quise clauerant in locum suum, atque ex victis, viatores factos, se vela carentibus concessisse, cum iam liberi essent. quæ res Fanentium animos ad perferendam obsidionem magnoperè auxit, tamquam certa res esset Venetos Sigismundo fauere, breuique missis auxilijs, Malatestarum rebus opem laturos. At Venetis alia mens fuit, quibus nec vincere Sigismundum, nec vinci placebat. producere bellum studebant, & ambas partes fatigare sumptibus. Sic futurum arbitrat, vt relictus ab omnibus Sigismundus, accepta pecunia Ariminum, & quæcumque obtineret loca, eis venderet.

XX. Picinini ad hostes colloquium.

Alexander interim Sfortia, ad Archatum arcem castris positus, Iacobum Picininum ad certamen frustra prouocauit. Missis ille ad Alexandrum nuntijs, colloquium petijt. Placet audite eorum orationes militares, atque tandem pacis leges, quas inter se proposuissent. Placuit Ecclesiasticis, & Sfortianis ducibus, audire Iacobum, præclarum belli ducem, si forte aliquid attulisset ad regnum Ferdinandi salutare. Descendit ergo in castra Regia Picininus, & cum eo fratres Caudolæ, & ductores ordinum viri fortes. Itum ad tentorium Alexandri, ibi omnes conuenerant duces equitum, peditumque præfecti. Fit corona viro- rum illustrium, respiciunt alteri alteros, resque singulorum gestas, animo volunt, atque inde comparatione facta, quantum quisque superet, expendunt. Illic Picininus; aduersus me, inquit, procères conueni- stis omnes. vnum me perdere multi queritis. impar sum fateor vestris viribus, nec possum, qui pusillo sum corpore, iusto certamine vobiscum configere, nec vos me compellere potestis, inuitum pugnare. Natura me loci tuetur, & fides militum, huius aduentus, obsidionem soluere cogit. interim frustra te- retis tempus. Nouus annus, noua consilia ministrabit. Sed esto Picininum prælio vincere, atque in vincula rapere liceat. Quæ obsecro vicistis, duces: Nonne ego is sum, qui vos nutrio? Ego vobis opes, delicias, diuitias, ac regna concedo. Me duce, atque arma tenente, & Italia pacem inuestigante, vocati estis ad bellum, qui domi iaceretis inertes. Ego vobis aurum, quo fulgetis, arma, vestes, equos apparauit: & qui paulo ante fuitis sine nomine, gloriosos feci. Me igitur persequimini, vestra salutis auctorem? Esto, capiat, aut in bello moriar: quid vobis emolumenti supererit? Vobiscum, an alijs consulatis? Quiescet Italia me mortuo? Cui pax vilis est, nisi mercatoribus, & Sacerdotibus? Presbyteros impinguabit, si non sunt satis pingues, mercatores ditabit, si non sunt satis opulenti. Sinite me: vester ego sum auceps. Vobis venor: in mea salute, vestra est ita salus. Quid Romana Curia ditius? Quid opulentiùs Venetis, ac Florentinis? Quicquid est vbiq; desiderabile, pax Italiae his affert. Nisi ardeat Italia bello, nihil in de cordare possumus. In pace de spectui sumus, atq; ad arathrum cogimur, in bello clari. Ars nostra, est arma tractare; nolite, rubiginem in otio contrahant. Consultate in medium; bello, & armis fauete. Ab his, qui arma tractauerunt, æquum est, regna teneri. Laudo Francisci Sfortia dominatum, bellica virtute quæstum: regnare desides, turpe, atque indignum. Mercatores emundis, vendundisque mercibus insudent; Sacerdotes sacra ministrant; nobis imperia debentur. Si mihi creditis, facile omnes opes ad nos trahemus. Quæritis, quo pacto? In promptu ratio est. Nolite vincere, trahere bellum consilium est, in cuius sine militaris lucri est finis. Nemo, qui sapiat, ad eius rei terminum festinat, qua pereunte, sua pereunt commoda. Excepta sunt ingenitæ fauore Picinini verba, pauci non verâ locutum putauerunt. Indignum dicere duces ordi- num, gregarijque milites, in regnum belli ducem ita vr-

gere vt fugere nequeat; Picinino capto, nullam superfore de regno licem. Quod ibimus: dicebant. Pacata est omnis Italia: ad lignonem redibimus. Pax nobis mortifera est: in bello viuimus. Sinite, viuat, qui nobis vita causam præbet. Claudamus oculos, locumque fugæ Picinino demus. Superiores fuisse sufficiat. Belli semper reliquæ superant aliqua: hoc denique pacto saluerimus.

Aderant veterani milites, idemque facultatum superioribus bellis aciebant. Alius se olim, potuisse Nicolaum Picininum incaute agentem capere; alius Franciscum Sfortiam abstulisse, ne bellum finiret: alij alia exempla commemorabant. Tum Alexander: Nolite, inquit, timere commilitones. Numquam Italia bello carebit, nisi vni imperio gubernetur: quod quam facile factum sit, ipsi ceratis. Multa imperia bello carere non possunt, dum alterum imminet alteri, solumque cupire esse. Nisi Venetis Italiae principatum arripit, non intelligo, quoniam alius, indomita hanc prouinciam frangere possit. Hunc timere, huius resistite, ei; si aliquando militaueritis, caute, ne vincendo vincamini. Nunc alia ratio belli est. Hoc ab soluto bello, ad maiora vocamur. Nec tibi Picinine hanc gloriam arrogaueris, quasi vnus sis, qui bellatores in Italia nutrias. Superassent Gallici Ferdinandum, pacatumque regnum tenerent, cessassent que iam pridem tibi stipendia ministrare; nisi Pontifex Maximus, Duxque Mediolani suppetias Ferdinando misissent, bellumque hoc annorum quattuor, quo nutritus es, nutriuisent. Sed ais, cessissent Galli iam pridem, nisi dux eorum fuisset. Non eo inficias. Verum non sine decore Gallicæ gentis ducatum accepisti. Insignia fers Aragonensia, & Aragonensem Ferdinandum impugnasti. Natus sub Ecclesia, aduersus Ecclesiam militasti. Ducis Mediolani fratris mei gener, locerum persequi non dubitasti. Hæc tibi cura? Te nostræ salutis auctorem vocitas? priusquam arma indueres, me belli ducem ex his commilitonibus multi videre. Non ex te pender vita nostra: tu magis ex nobis pendes. Seruare te possumus, & perdere; quamuis spem videatis in montibus collocaffe. Cælum hi milites, nedum iuga montium expugnabunt. Qui potius forti credito, atque in nostras concedito partes. Ego, si annuus, & Papæ, & Regi, & Duci conciliatum te dabo. Sic tuum exercitum, te que ipsum conseruabis. Cætera, quæ commemoras, vana sunt. Nos fide optima superioribus nostris militamus. Ad hæc Picininus; Coactus, inquit, militauit Gallis, cum me alius nemo veller. Nolui ab exercitu relinqui, nutritus in armis. Patri potius indixissem bellum, quam miles me reliquisset. accepi Gallorum stipendia. Non licuit non scribere, pecunias suggerenti. Nunc liber sum: quocumque vocabor ibo, si modo cõditiones, me dignas inueniam. His dictis ambo in cubiculum secessere, multa que de concordia smullocuti, tandem his modis conuenere.

Picininus Regiarum omnium copiarum Imperator esto. Aureorum nonaginta millia stipendij nomine, quamdiu Regi militauerit, quotannis habeto. Ciuitates, & oppida, quæ obtinet in Aprutijs, retinet. Possessiones Comitris Campobassii licenter inuadito, atque acquirito. Equitum tria millia, pedites quingentos quoties opus fuerit ad prælium educto, ac per omnem Italiam; vbi Rex voluerit, bellum gerito. Francorum signa persequitur. Stipendij mediam partem ex veltigalibus exigit, quæ sunt in Aprutijs Regi obnoxia. Pontifex Maximus, Rex Ferdinandus, & Dux Mediolani æquis conditionibus persoluant. Comes Brocardus, Cancellaria Regni, & vrbem in Appulis Veltâ obtinet. Picininus in verba Regis iurato, eiusque vexilla erigito, quæ primam quartam stipendij portione percepta. Stipendij in annum durato, & si Regi placuerit idem legibus in biennij, si modo ante finem

XXI. Fauent milites Ecclesiasticis, resistunt tamen Alexander Sfortia.

XXII. Forma concordia inter Picininum, & Pium, & Ferdinandum.

primi anni mentem suam declarauerit. Stipendio finito, cui velit Picininus militato, dum arma Regi non inferat. Et in hunc modum plura condicta, & accepta sunt, eâ conditione adiectâ, vt liberum sit Papæ, ac Ferdinando ea intra decem dies, vel iara habere, vel rejicere. Ducis Mediolani bistantum temporis datum. Alexander, vt consensum Pij Pontificis extorqueret, iturum apud Tybur Papam conuenit, diuque de concordia locutus, raribationem in formula promissa obtinere non potuit, immutatique plebitque conuentionum capitibus, remissus est, vulgata vbiq; famâ, tamquam Picininus in gratiam Pontificis redisset, relictisque Gallis ad Aragonenses prius defecisset. Interea exercitus qui contra Picininum conuenerat, aduersus Aquilanos profectus, cum primo impetu nonnullis oppidis captis, Aquilanis terrorem incussisset, eos existimantes, Picininum Ferdinando conciliatum, coegit ad Pium Legatis mittere, ei que vrbem, & agrum dedere, atq; vt populi sui miseretur supplicare. Nondum ij discesserant, quando hoste vique ad moenia excurrente, aggressum turba ex agris in vrbem profugiens, omnia compleuerat, & ciues ad mutationem consilij adegerat; scilicet aperendam vrbem Ferdinando, quem Sedes Apostolica Regem dedisset: haud amplius recusandum esse, nisi ciues petant pacem, sibi non deesse animum tradendæ vrbis. Stultum esse cum Deo, & hominibus bellum gerere. Aquilani, qui se liberos, & vxores vendituros, aut famis causa comesturos sæpius asseruerant, priusquam Regem admittrent, ad primam rusticorum teriti vocem, quærendum cum hoste pacem censere, missique Legatis pro voluntate Ducum, Regi se dedidit, Oratoribus abrogata auctoritate, quos ad tradendam Pontifici vrbem designarant.

XXIII. Comitissam Celani liberat Pius PP. ac solatur.

Rugero Celani Comes, cuius ante meminimus, his mutationibus, & quoniam Neapole sibi intulerat arma, deterritus, matrem hortatus est, vt se liberam Pontifici scriberet, veniamque filio peteret. Mulier, ne peiora ferret, quod iussa fuerat, fecit. Accedunt Legati Pontificem, matris & filij litteras afferentes, belumque deprecantes. Pontifex indignum pace Rugerorum ait, qui nec matri pacem dederit. Comitissam tunc se liberam crediturum, cum extra potestatem filij fuerit. illam, si se adiecit, inuenturam pro meritis gratiam. Rugeroto, principatum, quem matri ademit, aut dimitteandum, aut armis defendendum.

Neapole interea Comitatum ingressus cum exercitu, castella pleraque, & munitiones vi obtinuit, inter quæ magni momenti oppidum Ortuchium, Fucino adiacens lacui, expugnauit. quo percepto Rugeroto matrem dimisit, sperans, per eam Pontificem posse placare. Illa Tybure Pium conuenit, atque his verbis vfa est. Ante tuos pedes constituta, maxime Pontifex, nunc demum me liberam esse intelligo. Impius me filius contexit in carcerem; ancillam, & captiuam ex domina fecit. Tua mihi pietas, libertatem reddidit; tibi gratias ago, meque commendo, & hunc paruum (duxerat enim tecum alterum ex liberis natum minorem. Pro maiore nihil peto. Plura dicere volentem, lacrymæ impediuerunt. cui Pius. Tua spes, inquit, mulier digna est, cui fauori sumus neque tibi, neque huic secundo filio tuo deerimus. Adsum in Apulia non parui census castella, que Rugeroto tibi perdidit, ea in tuam potestatem restitui iubebimus; tu deinde huic relinques. Comitissam Celani, cuius erat Rugeroto heres: quoniam illi indignum se fecit, ad Antonium nepotem nostrum ex voluntate Regi perueniet. Agmenta, quæ in agrum nostrum biematura missi sunt, petenti Rugeroto numquam tradere volumus. Salua sunt tibi. Iste boni animi. Non erit sine nostro præsidio tua virtus. Nec plura in primo congressu fuerunt verba: sed cum Pontifex breui Romam profecturus

esset, mulier quoque eò pergere iussa est. Medio tempore Celanum per deductionem captum est, & arx tradita, apparatus Regio ædificata, nec minus munita, quam commoda. Similiter & castella reliqua Comitatus præter duo deductionem fecere; quorum alterum nondum tentatum erat; in alterius acies oppugnatione Robertus Vrsinus lapide iclus in fronte, prope exanimatus fuit. Marinus vero Sinuesæ tyrannus, postquam tandem expertus est, plus Regis vires, quam suas valere f audes, nec iam amplius insidijs esse locum, pacem, quam sæpe promissam teiecerat, missis Legatis vtro repetijt, neque repulsus est. Filia Regis, eius filio desponsata est. Arces, & oppida pleraque munitissima, tamquam filij pignus, Regi tradita. Ioannes Andegauensis, qui Marino cum duabus equitum turmis auxilio venerat, intra dies quindecim ex agro Sinuesano iussus excedere, intra constitutam diem ad Enatiam insulam nauigauit, fideique Ioannis Entorelia, hominis Aragonensis famosi piratæ, & qui dominum suum Ferdinandum prodidisset, se commisit.

XXIV. Francia Regi in Pium animus exasperatus, & eius indicia.

Ludouicus Francia Rex, dum hæc geruntur, ex animo Pontifici diditissimo visus est paululum eccidisse: siue quod eum secundæ res nimis extulissent, siue quod ægre ferret, Ferdinandum fauore Præfatis, in regno Siciliae superiorem esse, scripsit litteras Pio, itemque Cardinalibus sua dignitate indignas, & quasi Pontifice superior esset, damnauit opera eius, & quomodo Pontifici viuendum esset Maximò, regulas præscripsit. Vexare illum bello regnum Siciliae: suis consanguineis hostem esse, nec pacem velle, neque inducias; Ecclesiam Moguntinam diris calamitatibus sic becisse; Comitum Rheni Palatinum, Ducem Austriae Sigismundum, durioribus edictis vrgere; Regem Bohemiarum hæreticum appellare; nulum sinere trui quiete: facturum melius, si paci Christianorum studens contra Turcas consilia verteret. Petere, vt Cardinales de mente Pontificis sibi responderent. Recitatae sunt in Consistorio secreto litteræ. Pontifex innocentiam suam ostendit. Cardinales scripta Regis magnopere admirari, aut parum in eo consilij esse dixerunt, aurialiter scriptum esse, quam ipse præcepisset. Sed non hic solus error eius. Tria decreta edidit. Primum, in quo se iudicem competentem, & non alium declarauit, omnium litium, quas super Regalijs orti contingerent, aut contigisset. Regalias Galli vocant, ius quoddam à Francorum Regibus usurpatum; vacantibus Ecclesijs Cathedralibus, redditus earum atripere, ac beneficia conferre, Neque nouus Episcopus inuestituram acceperit. In altero decreto sanciuit, Præfides Parliamenti, cunctoque ministros suos, in causis etiam beneficijs, his priuilegijs gaudere, quibus Apostolica Sedes Parisiensem scholam donasse perhibetur. In tertio, iudicium super possessorio cuiuscumque beneficij Ecclesiastici, sicut esse constituit; nec licere in regno suo præter se, cuiquam ad id manus extendere: Constituta pœna, si quis decreta transgredetur.

Non tam religiosus abolita pragmatica sanctione visus, quam huiusmodi decretorum editione sacrilegus. Pius Pontifex irato Regi haudquam litteris respondendum censuit, quæ semel lectæ, quod amplius dicant, nihil habent, nec respondent interrogata. Duo Legati missi sunt, alter ab ipso, alter à Collegio, viri excellentes, qui iam pridem in Romæ iudicio claruerunt, Theodorus, Episcopus Feltrensis, & Ludouicus, Archidiaconus Bononiensis, Apostolicæ Sedis Notarius, quorum doctrinam, an faciendam magis admirarentur homines, erat incertum. Instructi sunt, quibus modis obiecta Pontifici crimina diluerent, quibusve Regem ad sanioiorem mentem reuocarent, ei; potissimum



Ludovici Regis temporis.

tissimum rei incumbere iussi. de bello quoque aduersus Turcas suscipiendo verba facere, eamque prouinciam, quoad possent, suae Celsitudini persuadere, facultate concessa inducias in regno Siciliae quinquennale, triennale sive sitem componendi, si Regi contra Turcas animus esset arma sumere. Addidit his gratiora Ludouicus. Spiritu enim rebellionis imbutus, Legatum Apostolicum Ioannem Caesarium, Sacri Palatii Auditorem, in Britanniam proficiscentem, comprehendere, scripturasque cunctas ei auferre temerario ausu praesumpsit. Neque his contentus, Alano Cardinali Auinionensi, qui mittendi Legati causa fuisset, fructus beneficiorum omnium, siue, ut aiunt, temporalitatem ademit, sibi que usurpauit. Pari poena, & duos eius nepotes, Episcopali dignitate praeditos coercuit, quamuis prorsus innocentes. Communitus est & Cardinali Rothomagensi, tanquam & ipse cum Auinionensi conspirasset. Crimini dabat missionem Caesarii, quoniam de feudo iudicaret, iterum Britanniam, inter Episcopum Nanetensem, & gentis Ducem, quos suos esse subditos aiebat, sibi que iudicium feudi pertinere, non Papae. Tyrannica vox fuit, & a vero aliena. neque Dux, neque Episcopus, Regis Franciae subditum se confitebatur, quamuis uterque magni Regis potentiam veneretur. Nam quemadmodum in suo regno Ludouicus Imperatorem se dicebat, ita & se Regem in suo principatu, Britanniae Dux assebat. Episcopus vero Nannetenensis prius fundatam fuisse suam Ecclesiam, temporaliaque dominia, & quae vocant regalia iura habuisse contendit, quam Regnum Franciae, in quo Rex Ludouicus regnaret, constitueretur. Merito itaque summum Pontificem in contentione Ducis, & Episcopi, iudicium suscepisse. Sed quis ista Regi suaderet, qui pro lege cupiditas esset, praesentesque tantum auribus Magistros audiret?

XXV. Stephani Bosniae Regis ad Pium Legatio.

Inter haec Stephanus, hoc anno, qui paulo ante genitoris suo Regi Bosniae, vita functo successerat, Legatos ad Pium Pontificem misit, duos senes, statuta proceros, & habitu venerabiles. Eorum alter huiusmodi orationem habuit. Rex Bosniae filius tuus, Beatus Pater, nos ad te misit, iussitque suo nomine haec dicere. Certus factus sum, Mahumetem, qui Turcis imperat, aetate proxima, infesta contra me signa motuum, & iam copias, & belli machinas apparasse. Non sum ego, qui tantum impetum ferre possim. Oraui Hungaros, & Venetos, & Georgium Albanum, ut opem mihi afferant, dem ex te peto. Neque auri montes postulo. Scire hostes ac prouinciales meos cupio, tuum mihi fauorem haudquaquam deesse. Si non int Bosnenses, me non futurum in bello solum, fortius dimicabunt, neque Turcae ingredi meas terras audebunt, quorum sunt aditus difficillimi, & arces pluribus in locis, prope inexpugnabiles. Tuus antecessor Eugenius, patri meo coronam obtulit, & Pontificales Ecclesias in Bosna, voluit erigere. Renuit pater, ne Turcarum in se odium prouocaret. Erat enim nouus Christianus, nec Manichaeos adhuc regno expulerat. Ego a puero baptizatus fui, & si terras Latinas didici, & Christianam fidem solide complexus sum. Non timeo, quae pater timuit. Coronam, vt ad me mittas, opto, & sanctos Episcopos. Hoc signum erit, te mihi non defuturum, si qua inuenerit belli moles. Spem subditis a te coronatus, terrorem hostibus afferam. Iussisti, viuente genitore meo, arma, quae in Dalmatia sub Venetorum manu erant, Croatiae nomine collecta, vt ad eum mitterentur. Non placuit Senatui Veneto. Iubeto, ad me modo mittantur, fortasse maius imperium inuenies, quando mutata est mens Venetorum, & Turcis feruntur indicturi bellum. Haec peto, & vt Legatum ad Hungaros mittas, qui meam causam Regi commendet, horteturque arma mecum iungere. Hoc pacto saluari Bosna poterit:

alioquin peritura est. Turcae in meo regno munitiones aliquas coëstruxere, & in aggressis mitem animum ostendunt, dicunt futuros liberos, quicumque ad se deficiunt, blandique complectuntur. Rusticorum rude ingenium non intelligit artes, & liberatum perpetuo duraturam existimat. Facile his dolis illectae plebes, a me deficient, nisi tuo praesidio munitum viderint, nec diu nobiles in suis arcibus perseuerabunt, deserti a rusticis. Si quærerent regnum meum Mahumetes, neque ultra progredi vellent, ferenda esset mea fors, neque pro me tuendo, reliquam Christianaetate vexare deceret: verum insatiabilis regnandi cupiditas, nullas habet metas. Post me Hungaros agitabit, & Dalmatas Venetis subiectos, & per Carnos, & Histros quæret Italiam, cuius imperium ambit, & saepe de Roma loquitur; atque huc direxit animum. Quod si permittentibus Christianis, meo regno potitus fuerit, aptissimam prouinciam, & loca peropportuna inueniet ad suum desiderium explendum. Ego tempestatem primis expecto, post me Hungari, & Veneti, & reliquae nationes suam sortem experientur; nec Italia conquiret. Sic stat consilium hostis. Haec explorata ad te defero, ne olim dixeris, non fuisse praedictum, & me argueris negligentem. Pater meus, antecessori tuo Nicolao, & Venetis futuram Constantinopolitanam calamitatem praedixit. Non fuit adhibita fides, amittit cum suo magno malo Christianitas Regiam urbem, & Patriarchalem sedem, & Graeciae columen. Nunc ego de me vaticinor. Si fidem datis, & opem, saluabor; alioquin peribo, & meam ruinam multi sequentur. Haec Stephanus ad te deferri iussit. Tu qui Pateres Christianae religionis, & consilium, & auxilium adhibe.

Pius his auditis, consilio Fratrum adhibito, ita respondit.

Habemus fidem legationi Stephani. Eadem multis ex locis nunciatur. Occidentis quarit imperium Mahumetes, qui Orientali peruenit. Aptissima eius desiderio Bosna est. hanc portam (credibile est) imprimis perfringere conabitur. Non perficiet, audente Rege, foris animo resistere. Ardua sunt montium claustra, & aditus, quos facile turripauca queant. Coniungent Vngari arma, & Veneti. Legatum eius rei causa ad vtramque gentem mitemus. Communem causam, communibus adiuuabunt viribus. Nos tantum auxilij prestabimus, quantum per facultates licebit. Arma, quae sunt in Dalmatia ministrari iubebimus; Ecclesias Cathedralis in Bosna mandabimus erigi, & in erectis constituemus Episcopos. Coronam mittere sine praedicio Regis Hungariae haudquaquam possumus, cuius Rex Bosnae vasallus est, & ad eum pertinet coronare Regem. Suscipientur, quid sit animi eius. Si equo animo tulerit, coronam, quae parata est, per Legatum mitemus. Inuito, non faciemus iniuriam, neque irruimus eum, a quo sunt auxilia expectanda. Stephanus si sapiat, Matthiam Hungariae Regem omnibus sibi studiis conciliabit, quo cum fadere, ac benevolentia iunctus, difficile a Turcis pessumdabitur. Sic remissi Bosnenses laeti abierunt. Hos secutus est Orator Pontificis Dominicus Lucentis, qui & apud Venetos, & apud Hungaros eorum postulata exequi curaret.

Dum haec Bosnenses contra Turcas quaeritant, Ioannes Dracula Princeps Valachiae, ad Turcas defecere volens, a Matthia Rege interceptus, & in vincula coniectus, non modicum Pio laetitiae materiam ministravit. Non est recitanda Ioannis atrox nequitia, & natura immanis; cuius inter Valachos, quibus praefuit, adeo nobilitata sunt scelera, vt nulla queant tragodia superari. Valachi populi sunt ultra Danubium habitantes, inter mare Euxinum, & regiones, quas hodie Transiluanas appellant, in quibus septem Ciuitates Theutonici sermonis existunt. Valachi lingua vtuntur Italica, verum admodum imperfecta, & corrupta. Sunt, qui legiones Romanas eo milas olim censeant, aduersus Dacos, quae eas terras incolabant; legionibus Flaccum quandam praefuisse: a quo Faci-

XXVI. Pij PP. ad Bosnenses responsio.

XXVII. Valachia Princeps ad Turcas defecere cogitans, captus a Rege Hungariae.

Ingentia eisdem seculum recensentur.

primum, deinde Valachi mutatis litteris, sint appellati, quorum posteri barbariores barbaris euasere. Iis hac aetate Dragula praefuit, animo inconstanti, & vario, quem anno sexto, & quinquagesimo supra mille quadringentes in carnati verbi, Ioannes Fluniades regni Gubernator, eo quod ad Turcas defecisset, bello victum, captumque cum altero filio neci tradidit, Ladislao quodam ei suffecto, qui Valachos imperio regeret. Fugit Gubernatoris manus alter Dragula filius, nomine Ioannes, de quo imus narratum; qui paulo post exercitu comparato, interfecit Ladislao, paternam haec ed. tatis magnam partem vendicauit, cunctis, qui sibi, patrique fuerant aduersi, crudeliter necatis. Hic Cybinensem ingressus prouinciam, quam plures villas populo plenas succendit: viros catenatos admodum multos, in Valachiam tractos, palis affixit. Negociatores publica illos ad se, per Valachiam cum pretiosis mercibus transeuntes, direptis bonis interemit. ex Vurcia quadringentos pueros tamquam lingua Valachorum erudiendos, ad se iussit adduci, quos in aetuario clausos immisso igne cremauit. Viros sui generis nobiliores, & qui p. opiniores sibi fuerunt, cum liberis, & vxoribus interfecit. Quosdam ex domesticis suis vmbilico tenus terra suffodi iussit, ac lagritis transdidi, nonnulli scilicet ademit. Daxm quemdam filium alterius Daxm Vauoda: in bello cepit, viuenteque, ac videnti sepulchrum erexit, iussitque Sacerdotes exequias decantare, quibus finitis, captiuo caput amputauit. Legatos Siculorum, & Transiluanorum quinquaginta tres, ad se missos, in vincula coniecit, & ingressus eorum terras, nihil hostile timentes, ferro, & igne cuncta vastauit. Caellinum suarum copiarum ducem, eo quod immanitati suae non satisfacere, palo transfixit. Viros ex Vurcia sexcentos, in alteram prouinciam transeuntes, cum in manus eius peruenerint, ad palos peremit. Zeganum quandam, quoniam furem deprehensum reculasset manu sua suspendere, in magno lebeti decoxit, epulandumque suis ciuibus tradidit. Pueros lactentes e matrem sine abstulit, & illis videntibus, ad saxum allisit. Transiluanam ingressus prouinciam, cunctos Valachos illic habitantes quasi amicos ad se vocauit, & in vnum congregatos, immisit militibus interfecit, & late eorum exulsi. Supra triginta hominum millia his artibus interemisse traditur. Superiore anno Turcarum Imperator, cuius ditioni subfesset, censum ab eo petijt. ipse iturum se Adrianopolim dixit, censumque allatum, petijt ergo litteras ad locorum praefectos, quibus tuto ire posset. Concessae sunt. Transiit Danubio, qui glacie coactus erat, cum exercitu occurrentes, Turcarum praefectos interfecit, & late grassatus in populos, supra viginti quinque millia virisque sexus hominum trucidauit, inter quas, & venustissimae virgines perierunt, quamuis a Valachis peterentur in vxores. captiuorum magnum numerum in Valachiam duxit, quorum alijs pellem detraxit, alios igni affluit infixos veribus; alios in oleo feruenti decoxit, reliquos palis affixit, ita vt silua palorum quodam in campo appareret, in quo haec gesta sunt. Cum animaduertisset, virum aliquem in agro laborantem, cuius camisia breuior, vix pendenda regebat, percunctatus est, an vxor ei esset. vbi didicit vxoratum, iussit accessit fraxinam, venentemque interrogauit, quodnam esset eius artificium? Respondenti, nere, & luere: subinulit. Cur ergo viro tuo camisiam, quae verenda regebat, non perficisti? iussitque mox feminam ad palum rapi, viro que a iam dedir vxorem. Cum tot flagitia perpetrasset, a Matthia Rege Hungariae tandem captus est. Causam capturae praebuere litterae suae, quae in hunc modum ad Imperatorem Turcarum cum scriptis mitterentur, interceptae sunt. Imperatorum, Imperatori, & Dominorum Domino, qui sole sunt magno Admirato, & magno Soldano Mau-

meti, in omnibus fortunato. Ioannes Vauoda, & Dominus Valachia humilem subiectionem. Seruus ego magni imperij tui, certiore te facio me hodie ad terram meam proficisci tum exercitum, & confido in Deo, obventurum me illam, nisi tuo praediar imperio. Ideo magnitudinem tuam suppliciter oro, ne meum errorem, & peccatum magnum meum iusticias; quoniam imprudenter in te peccaui, & malum feci in terra tua. sed miseretur mei tua clementia, atque indulgeat, vt legatos ad te mittere possim. Mihi nota est omnis Transiluanica regio, & omnis Hungaria: & conditiones locorum, rerumque, calico. Si placuerit imperij tui magnitudini, possum pro redemptione delicti mei, totam regionem Transiluanam tui manibus tradere; cuius possessionem adeptus, poteris omnem Hungariam tua potestate subire. Legati mei plura ad te deferent. Ego quoad vixero, tuus ero inconcussa fidei seruus. Deus magni imperij tui multos faciat annos. Scripsit in Rothel septimo Idus Nouembrii 1462. Fuerunt & aliae binae litterae eiusdem ferre sententiae, vna ad Bassam, altera ad Therononae dominum, vt pro se intercederent apud magni Imperatorem. Eae de lingua Bulgarica in Latium conueulsa, ad Pium Pontificem missae fuerunt.

Legati enim post haec Matthiae Regis Pontificem adierunt, Albertus Episcopus Vesprimienensis, & Stephanus Segniae Comes: ac statuisse Turcas, Hungariam inuadere dixerunt; nec vires Hungaris esse, quibus tanti hostis propulsare impetum queant: peluisse superioribus bellis, omne robur exercitus; regnum nec vires habere, nec opes; nisi externa inueniant auxilia, nullam spem superesse salutis. orare Pontificem, rebus afflictis, vt opem afferat, simulque reliquos Christianos hortetur, ne Christianae religionis murmur, expugnati finant. murum esse Christiani nominis Hungariam affirmant, quo perfracto facile pateat in omnes Christianos prouincias Turcis iter. Occurrendum prius, quam porta pateat hostibus. Supra collaudata Hungarorum constantia, qui annis supra octuaginta cum Turcis pro religione certauerint, stipendia equitum mille missurum se Regi pollicitus est in annum praesentem; horrarurumque Reges, qui proximi sunt, vt arma coniungant. inque annum sequentem spem longe maioris auxilij praebuit, dum medio tempore sibi ipsi, & reipublicae non deforent Vngari. His sponsonibus Legati fiducia pleni domum rediere: vbi res multo deteriores inuenere, quam dimiserant, regno Bosniae interea a Turcis subacta.

Bosnense nomen apud veteres non inuenimus. Nouum est, a Bosna (vt arbitramur) fluuio receptum, qui regnum Bosnae interfluens, Sauum influit. Prouincia Bosnae a Moesia incipiens Occidentem versus, media inter Pannoniam, & Dalmatiam procurrit. Rex gentis nouus, tributum, quod sui maiores iam pridem pendere Turcis consueverant, incertum quae spe fretus, perentibus recusat, & oppidum, quod ad confluentes Sauum, Bosnamque hostes construxerant, Sclausis, & Hungaris magnopere formidandum expugnauerat. Ea contumelia per motus Mahumetes Turcarum Imperator, virus, quod in Hungaros, aut a iosis existimabatur concepisse, in hunc Regem euomuit. Hoc cum ille accepisset motus, ac pauide accersito Nicolao Moduliensi Episcopo, qui tum forte Romani Praefectus in regno Bosnae Legationem gerebat; Tu me, inquit, Legate his misisti malis; qui consilium tuis consilia perulisti, vt Imperatoris potestatem, cui vix queat orbis resistere, ausus fuerim oppida expugnare. aufer, quod inuulisti periculum. Huic Legatus; Sine, ait, in Hungariam proficiscar, mox adero cum certis, & validis auxiliis. tu modo in fide permaneas. Conceditur eundi facultas; Episcopus Hungaros adiit, & perituris Bosnenibus opem Apostolicae Sedis nomine implorat. Hungari exercitum cogunt, Saouque pro opere transmissio hostem a tergo lacerare statuunt, si fo te ab incapto possit retrahi. Vitale consilium perfidia intercepta. Vnus ex Turcarum Ducibus, Bassam vocant, decimo quarto

XXVIII. Hungari suppliciter petunt a Pio PP.

XXIX. Bosnae regnum captum a Turcis.

Calendas lunias ingentibus praefectus copijs sub oppido Robazio, quod regni Bosnae caput fuit, castra locavit, postmodum Imperator confectus est. Radaces Manichaeus olim, deinde Christianum mentitus, oppido praefectus erat. Is pretio corruptus hostem intra mœnia recepit, suasque custodiis arcis, ne Turcis rerum dominis resisterent. Tradita est arx munitissima, quae facile poterat biennio defendi, nulla re indigens. Imperator praeter opinionem positus oppido, ad persequendum Regem cum parte copiarum Bassam mittit. Triginta passuum millibus Rex aberat in oppido, quod Lazi vocant; eod namque Turcarum adventu percepto cum thesauris confugerat, Dalmatiam petiturus. Bassa cum venisset Lazi, abijisse Regem inuenit, eumque magnis itineribus consecutus, in castro Elutio claudit, & arcta obsidione cinxit. Ille quarta demum die fame, & siti coactus, sese cum omni thesauro, quem quinque Reges tot annis congregauerant, fidei Bassae credidit; quem Imperator ad se ductum, multa spe demulcens, facile induxit, vt oppida, quae in sua potestate remanserant, reddi iuberet, plura, & meliora a se denique expectaturus. Scribiturque, esse arces, claves, munitionesque tradant; parent omnes, atque octo ferme dierum spatio amplius septuaginta, natura, & arte munitissima oppida, & auri amplius, quam decies centena millia nummum ex Christianis opibus, in manus hostium peruenire: quamuis non tam re, quam nomine Bosnenk Christianum sibi nomen usurpare. Raptae matronae, atque virgines; templa Sanctorum diruta; viri religiosi, omni contumeliarum genere affecti; nobilitas omnis ad seruitium in Asiam missa: Regi, paucis post diebus caput abscissum, & cum eo alti sanguinis plerique necati. Post Regem secundum in Bosna caput Dux Stephanus fuit, subdito um numero, atque auro potens; verum Manichaeorum infectus haec est. Eius filius, cum patris imperium ferre non posset, ad Turcis defecit, quorum armis adiutus, pacem bello persequi cepit, eumque viribus imparem, ad insulas Dalmatias fugere compulsi. At ubi Regem Bosnae contra fidem necatum animaduertit, venit Turcarum seuitiam, patri reconciliatus, cum eo ad munitiora loca se contulit. Regina Bosnae, dum perditio regno, viroque capto ab hostibus furorem Turcarum fugit; in manus Pauli cuiusdam, Sclauoniae Bani peruenit, a quo tamquam hostis esset, captiua retenta est, quamuis ad eum quasi hospitem declinasset. Ipse vero non multo post, dum Turcis agrum suum vastantibus occurrat, cum quingentis nobilibus circumuentus, ab illis occisus, violati hospitij poenas persoluit. Bacchari vadique per Bosnam Turcae, abdita quaeque scrutari, nihil intactum relinquere, vicinas regiones incurfare, atque praedari. Prope Rex Hungariae aderat cum copijs: qui ubi per transfugam insidiari sibi Turcas accepit, in sidas contra terendit. Turcarum quandam ducem cum quatuor millibus militum conuenit, congressusque in fugam vertit, ac persecutus, omnes fere trucidauit. Hoc tantum solamen post amissum Bosnae regnum Hungaris est datum.

Magna quoque diuitia.

Dux Bosnae cum filio pacatur.

XXX. Venetiam Turcas montes statuant.

Venetis, priusquam Rex Bosnae caperetur, accepto nullum esse in Peloponneso Turcarum exercitum, (Imperatorem namque in Bosnam profectum omnes fere copiae secuta fuerant) tempus aduenisse rati, quo maximam, nobilissimamque totius Graeciae Cheronensem sibi subijcere possent, ingentem classim in sinu uerant: praefecto Aloxio Lauredano in gntis spiritus, vt exiret mabatur, viro, quem sub specie Eubae defendenda, in Orientem nauigare iusserant; potestate concessa, vt si sibi de publica videretur, bellum Turcis inferret, Peloponnesumque illis, ceterisque possessoribus quocumque posset modo eriperet. Ad erat omnis Albanensium fauor, Venetum impe-

rium supplicibus votis vltro vocantium, quorum ingens multitudo Archadie, caeteroq; peninsulae montes inhabitabat Graecis infecta. Equitatus ex Italia, pediatuque numerosus transfectus erat. Ex Creta sagittariorum tria millia fuerant accessita: ex alijs insulis, alia auxilia conuenerant. nec dubium erat, quin Albanis in castra Venetorum venientibus, exercitus supra XXX. M. bellatorum poterit ad pugnam educi. Belli causa, iniuria vni propulsatio, & Christianae religionis defensio praetendebatur. Argolica expugnatio, & Nauparti diteptio contra foedera, Turcis obijciebantur. Peloponnesus, quanti esset emolumenti, norant, cuius vestigia aut trecenta millia nummum quotannis afferrent. Arcem hanc olim Graeciae, vocitaram non ignorabant, in medio maris sitam, quod Asiam, Syriam, Aegyptum, Libyam, Hispaniam, Galliam, Italiam, Illyricum, Macedoniam, Epirum Boetiam, Atticam, Thessaliam, atque omnes Tracias abluit, & Euxino miscetur pelago. aptissimam ad orbis commercium regionem, veramque mercatorum sedem, vino, tritico, & omnibus, quae vitae humanae requirit vsus, abundantem. Meditabantur Veneti, Peloponnesum modico labore expugnari posse; quando nunciatum est Regem Bosnae a Turcis infeliciter captum, omnemque proflum Illyridem in periculo versari maximo. Renuciant ergo audite Pontifici, Christianos omnes per litteras in auxilium vocant, reique suae maxime timent, qui alienis paulo ante imminerebant: nec satis domi securi sunt, qui forsiterere alios caperant. Ragusei quoque, & Georgius Albanus, & Despotus Artae, & alij quamplures, Romam mittunt, petitum consilia, atque auxilia. Pontifex quoque ad totum omnibus consulit, Benefactionemque Cardinalem Nicenum, Apostolicae Sedis Legatum Venetias ire concessit iussit, qui Senatui spem auxilij praeretur, metumque hostis auferret, vocaturum in arma Pontificem, Christianos Principes assereret, futuramque breui, si Deus annueret, vt ingentes copiae sub vexillo Crucis aduersus Turcas educerentur. Raguseis pedum manus, visque non parua frumenti auxilia decreta.

XXXI. Gerardus quidam Societatem Iesu instituit.

Miserat iam pridem Pontifex, Lucam quandam Dalmatam in Gallias, visum, an ea vera essent, quae Gerardus quidam scripserat. Merito iam hic tabernam Bononiae tenuerat, natione Gallus; quaeque mendacissimo peculiolum congregauerat. deinde perditam Constantinopoli, cum accepisset, praedicatorum in Ecclesijs sermone inanes publice asserere, eulam mereri, qui contra Turcas arma caperent, Zelo fidei, a religionis seruire correptus, sub Calixto tertio, publicata in hostes fidei Christianorum expeditione, d. tractis rebus, & omni substantia in argentum redacta, cum trecentis peditibus Romam venerat, profecturas in Graeciam, si stipendio iuuaretur. Cum nihil accepisset, mestus abijerat, seruireque omni deposito, in Sabaudiam migrauerat. At Pio Mantum petente, ad eum se contulerat, multoque sibi comites adesse dixerat, qui cuperent contra Turcas militare: facultas eis tantum daretur, Societatem congregandi sub nomine Iesu, in qua conscripti plenariam peccatorum remissionem consequerentur. Accesserat Basilario Cardinalis Nicenus, dignumque fide hominem probauerat; concedenda esse omnia, quae peterentur; facile illum decem millia hominum cogere posse, quae rebus gerendis magno essent adiumento: Petrum eremitam, vilem, & abiectum hominem idem f. & tasse, quo tempore Gortif. edus Boliouius exercitum traiecit in Asiam: Cur nequirent ea praestare haec tempora, quae praestiterent superiora? Cur non foret iterum, quod semel actum est? Annuerat Pontifex ea lege, vt in Societatem nullus admitteretur, qui suis militare sumptibus in Turcas per annum nequiret. Profectus homo cum litteris, quas

optauerat.

optauerat, cum Gallias circummisit, quarto demum anno, memoria eius iam obliterata, ex comitibus suis vnum ad Cardinalem Nicenum misit, Pontifice apud Pientiam agente, quatuor hominum millia in eam vsque diem, Societati Iesu adscripta referentem; breui supra decem millia conuentura. Vexillo opus esse, & facultatibus quibusdam amplioribus, ac ducentis aureis, quibus filium redimeret, creditoribus obligatum. Nicenus his acceptis, laetus ad Pontificem iuit, nuncium adduxit; litteras ad se missas ostendit, rogauit, ne tanta benedictio rerum omitteretur occasio. Pontifex hominis similia dixit, quae referentur, excogitataque nugae, ad corradendum aurum, Vexillum, quod petitur haud temere tradendum, nisi homini cognito, ac probato: facultates, quae peterentur, non parui ponderis esse, neque cuique concedendas: timendum, ne nouum inde quaratur aucupium, quastus causa peti. ducentos aureos perdere haud multum esse Romano Pontifici: at honorem amittere nimium. Missarum se hominem in Gallias fidem, qui rei veritatem inquirat, ferat; aurum; & si re ad actum inuenit, Gerardo tradat: reliqua vestigio mitti posse, si fraudas abit. Laudauit Nicenus conueniret, is Lucam misit, qui Gerardum conueniret, & an vera essent, quae scripta sunt, inspiceret. Huic quoque mandauit, Burgundiae Ducem accedere, & quae dixisset ei Ferrariensis Episcopus anno superiore, quae uere ipse respondisset, commemorare: Cur non seruata essent promissa perquirere; hortari, vt voto suo faciat satis. Lucas in Sabaudiam cum appulisset, inuenit Gerardo de Societate Iesu percontatus, comperit generosos aliquos, excellentesque viros dedisse nomina, daturumque Ducis filium, nomine Philippum, si Dux Societatis a Pontifice crearetur: quae res non nihil spei Lucae praebuit. At cum ventum in Burgundiam esset, quo in loco quatuor millia conscriptorum esse ferebantur, & arma multa collecta, diligenter omnia perscrutatus, nihil inuenit; Gerardum de mendacio coarguit. Ille se vera locutum aiebat; verum Burgundiae nomine, Brabantiam, ac Flandiam intellexisse, quod ibi quoque Burgundus dominetur: eundem esse illum conscriptorum multa millia inuenturum. Itur Bruxellas, in itinere in sidia Lucae sunt; quibus superatis, certus redditur, nugacem fuisse Gerardum. Interrogantur Episcopi, qui rerum gestarum testes esse assererant: nemo Gerardum se nosse ait, nec quisquam inuenitur, qui de Societate Iesu aliquid audiuerit. Illud vero quidam ex consilio Ducis assererant, fuisse Gerardum apud Regem Franciae priusquam moreretur, facultatibusque petijisse, Societatem congregandi; educendum se exercitum ex Gallicis copiosum, tamquam contra Turcas iturum, & apud Anconam mare traiecturum, at in Piacentes profectum, in Aprutios transiturum, delectisque Ferdinandi partibus, regnum Rhenato firmatum; spreuisse Regem flagitiosum hominis consilium, qui religioni statuisset illudere. Haec de Gerardo comperit, cuius contumeliosum, constat tadidicem non habuisse. Vera est Euangelij parabola de semine iacto. Non inuenit in Gerardo verbum Dei terram bonam: cito euauit pia cogitatio, quia non fuit sale condita: plura sibi persuasit, quam praestare posset. Deceptus, in arcum prauium conuersus est: qui postquam Lucam incolumem appul se Bruxellas animaduertit, sciens mendacia sua deprehensum iri, nem inquam inueniri posset, curauit.

XXXII. Philippus Dux Burgundiae ad bellum in Turcas intratur.

Lucas porro conuenit Philippo Burgundo, mandata Pontificis exposuit. Ille in Anglicis tarditatis sitae causas coniecit; non potuisse iudicis belli pacifici; non tutum fuisse insidat domo, longinquam expeditionem inire, de concordia vsque in eam diem actum, in natalitio D. Ioannis Baptistae futuros apud S.

Audomaram Franchorum, & Anglorum Legatos, atque in annos decem, se auctore accepturos pacem, licere iam exequi, quae Ferrariensi Episcopo promississet; memorem se verbi sui, quod non esset facturus irritum. Placuit Lucae responsum; quod cum firmari litteris peteret, modo ad hunc, modo ad illum missus, multos dies frustra consumpsit. Lasciuenti inter delicias Burgundo; quamquam seni, & modo in choreis, modo in palaestris voluptates haurienti, canasq; lautissimas ad noctis vsque medium producenti, cura religionis excidit. Purpurati praeterea expeditionem in Turcas pestiferam ducere; principem atate grauem, prano consilio domum relinquere; ignotasque provincias bello quare: e: Burgundis hinc remotam esse in Graecia militiam; numquam reuersurum, si citi: sua quisque metui pericula; alij labores metuere, alij sumptus; alij mutationem imperij animo voluere, pro mitissimo patre, filium regnaturum, cuius non satis perspectam naturam habent: veteri, ne clementissimo domino, crudelis succedat: illud euitari non posse, quin nouum dominum, noui sequatur ministri; sibi relinquendam aulam esse, siue in militiam proficiscantur; siue domi manent. Detestari omnes propositum principis, & cum non audeant aduersari palam domino, causas morae clam nece, tardoque suapte natura, nemo stimulum adhibere. Mutatum iam videbatur propositum, de Turcis silentio facto, cum subito post tertiam noctis vigiliam Burgundus in morbum cadit, adeoque sensus omnes amittit, vtriquam diu mortuus crederetur. Accurrunt medici, remedia omnis generis adhibent, alij spem vitae minimam faciunt, alij proflus desperant. Sequenti die, siue bonitate naturae, siue miraculo quodam diuino Burgundus ad se redit, breuitque praesina valetudini restitutus; consilio procerum accessito. Quod viuo, quiddam; hospitem me cernitis, inquit, proceres, diuina gratia est. commerui mortem, qui voto meo non feci satis. Nostis, quae vouerim, & quae Pio Pontifici promiserim; quamuis animus semper fuit adimplere promissa, plus tamen a quo distuli, domesticis voluptatibus allectus. Interea non sine magno Christianitatis damno, aucta est Turcarum potentia; iute indignatus Dominus, morbo me flagellauit; sed vsus misericordia, cor meum me morti non tradidit. praeter vestram, & meam opinionem, pristina valetudinem cito recuperavi. communitio haec fuit, citauit me Deus, non est, quod amplius differam. Ite omnes, & qui amici mei estis, qui que uouistis mecum, accingite vos itinere, vt cum Pius Pontifex iussit, praesto sitis. Ego quidem nisi moriar, non deero. Dixere omnes, parendum Deo; neque vltra morandum: suum quisque corpus, suamque animam obtulit. Vocauit & Lucam princeps; dixitque; Redi quamprimum Romam, ac Pio dicit; Legatos meos in festo Assumptionis Beatae Virginitis Mariae secum suuros, meque facturum postulata: Quibus modis in Turcas eundem sit; Legati expedient: curet Praesul ad constitutam diem totius Italiae Legationes habere; quibuscum res ipsa trahatur. Lucas eius rei litteras, testes postulauit; quibus obtentis, pridie quam Pontifex Tybur accederet, Romam redijt; quo audito Pius ingenti gaudio repletus; vniuersis Italiae potentatibus Burgundi propositum scripsit, vtque Legatos ad medium Augusti Romam mitterent, imperauerat.

XXXIII. Pax inter Imperatorem & Hungariae Regem conciliatur.

Pet hos dies aduentibus Pij Pontificis Oratoribus, Dominico de Dominis Episcopo Torcellano, & Rodulpho Decano Wormacienfi, Matthias Rex Hungariae, Imperatori Friderico, cui iam pridem erat insensus, reconciliatus est. Christianis rebus salutare factum, Hungaris aduersus Turcas, audacius pugnatibus, nihil a tergo timentibus. Res est. Matthias regnum adepto nunquam Turca conquiretunt; modo

do hanc



do hanc regni partem, modo aliam inualere: aegreque illis restitit, cum plenam in subditis obedientiam non haberet, tamquam non esset verus Rex, per vim electus, nec sacro diademate coronatus. Petijt saepe ab Imperatore coronam S. Stephani, qua Reges Hungariae coronari solent, neque obtinuit: ob quam rem despectior apud suos indies fuit. Accessit & manifestae rebellionis malum. Praecipui Regni proceres Ecclesiastici, & seculares ab eo deficientes, Fridericum Imperatorem super se Regem constituerunt, cum quibus & Michaelem Zilagam, Matthiae auunculum sensisse proditum est; qui postea a Turcis captus, necatusque est. Hinc ortae inimicitiae inter Fridericum, & Matthiam capitales, cum regnum non caperet duos, & vterque Regem Hungariae se diceret, & quantum Hungari Imperatori fauente, eo minora faciente, quam promiserat, cito ab eo defecerunt, & in gratiam Matthiae redierunt, non tamen cessauit odium, nec belli materia defuit, Imperatore regni coronam, & titulum deferente, Hungariamque per suos duces pluribus in locis infestante. Molesta ea res Pio Pontifici fuit, cum propter odia Regum nullo tempore non detestanda, tum quod ea dissenso Turcas, ad imperium occidendi suo ingenio erectos, magis, ac magis incitabat. Mandauit igitur Cardinali S. Angeli apud Hungaros agenti, vt Imperatorem accederet, pacemque suaderet. Paruit Cardinalis, sed frustra verba fecit. Missus est & Bessarion Nicenus, alter Cardinalis idipsum procuraturus; nec profuerunt labores eius. Hieronymus deinde Cretensis Archiepiscopus ad eandem prouinciam iussus fuit, quamuis propae ad concordiam Reges deduxit, non tamen perduxit ad exitum inchoata. Successit vltimo Rodolphus, qui modo vnam, modo alteram partem adiens monedo, vrgendo, dies, ac noctes instando, concordiae tandem formam reperit, quam Rex vterque probauit. At cum signari conuenta peteretur, Imperator nil se facturum ait, nisi Romani Pontificis accederet auctoritas, quae foedera coprobaret, & aduersus ea facturos, anathemate feriret. Ea res triginta dies pacem suspendit. Interim Pius secundum postulata litteras Apostolicas ad Rodolphum misit. Tum quoque & aliae difficultates intercessere. Opportune circa idem tempus Tomcellanus Episcopus alijs de causis in Germaniam missus, Imperatore adierat, hunc sibi Rodolphum in tam difficili, ac propemodum desperato pacis negotio socium adsciuit: nec recusare partes, ob reuerentiam primae Sedis. Ambo concordiae summis conatibus operas nauauerunt, alter ad eam rem missus, alter admissus, quibus adnitentibus praeter omnium spem, sublati difficultatibus, his foederibus in concordiam itum est. Matthias Regnum, & Regni titulum conseruato, Imperatorique filius adoptiuus esto, eique auri nummum octuaginta millia dissoluito. Decedenti sine liberis, Maximilianus alter Imperatoris filius, ex coniuge natus succedito. Imperator Regiam inane nomen, & oppida quaedam in finibus regni vitacomite retineto: vltimus regnum, ne ingreditor; sacram coronam Matthiae reddito; amici deinceps ambo sunt. His vltro citroque acceptis, atque ob-signatis, rursus noua contentio emergit: prioresque Hungaros pecuniam numerare oporteat, an Imperatorem tradere coronam. Legati, vno simul tempore, & aurum ad se defert, & coronam iusserunt. Quo facto, vt acceperunt, partibus tradiderunt, publicarique pacem iussere; quae tanto iucundior vlti populis, quanto diutius expectata. Tempestiuas res, & ad expeditionem contra Turcas inuendam admodum necessaria, Pio Pontifici nuntium eius vltima die quinti Pontificatus sui anni, allatum est: sequenti die anniuersarium quasi natale celebratum, & annus inchoatus Sacerdotalis eminentiae sextus.

XXXIV.

Medio tempore Alexander Cardinalis Sanctae Sinae

sanctae, non sine Summo Pontificis merito: e febre correptus exinguitur, cuius vitae sanctimoniam, cum per omnem vitam emicuisset, tum maxime in obitu claruit; qui & si dies quamplures agonizauit, numquam tamen intermisit de Fide Catholica disputare; Symbolum exponere, obstrusos scripturarum sensus aperire, dubiaque reuolueret: hortari adstantes ad Euan-gelicam vitam, ad caelestis patriae desiderium erigere, contemnenda esse huius promissa seculi, quae velis, nolisyè relinquere oportet: in ea patria thesaurizandum, cuius gaudia sine fide durent. Cum rogaretur, testamentum facere; animam, inquit, meam Deo relinquo, Pio Pontifici corpus, & haec, quae vocantur seculi bona, ipsi familiae curam, & sepulturae meae committo. Deinde quasi dormiens expirauit; ingens Sacri Collegij decus, in quo vitae fulgor cum doctrinae luce contendit. Potuerant sine damno multi homines perijisse; in hoc graue vulnus accepit Ecclesia. Ita plerumque fit, vita breuis bono est, malo quam diutissima. Seruantur ad penitentiam pessimi, siue vt bonos exercent; probitas caelum perit. Pius exequias Cardinale dignas, amico peregit, & familiae curam suscepit. Ad Ecclesiam Camertinam, cui praefuerat Alexander, Agapryum Anconitanum Episcopum transtulit, Aprutinum ad Anconitanam, ad Aprutinanam Crotoniatem.

In funere Cardinalis Alexandri, Antonius Campanus, Interamnenis Episcopus, laudatoriam habuit, haecque de illo praesentibus Cardinalibus, Episcopis, Clero, & populo recitauit.

Alexandro Cardinali origo fuit ex Saxoferrato, Umbriae oppido. Parentibus ortus est modicis, patre Alerentio, matre Ioanna. Educatus primum rustice, atque incultè apud Buccellinum suum, duobus millibus passuum procul ab oppido, cum tertium aegens aetatis annum, flores, vt solent pueri seclaretur, proximum in fontem concidit. Aderat Margarita foror, triennio maior, quae fratris lapsum conspicata, non ausa ipsa descendere in fontem, ad proximas refugit casus, vlulatuque omnia compleuit, & fratrem in fontem delapsum, opem, atque auxilium clamauit. Accurrit, quae proxima erat, matrona Diambra, nomine, vbi puer, & qua parte cecidisset percontata. Coniecit se in fontem; quassitum aliquamdiu, correptumque puerum suspendit in ora, cruculis sublati, vt quas hausisset aquas, refunderet. Interea mater audito vlulatu, & ipsa ad eum locum percurrit. Vbi exanimem vidit natum, vellit comam, laniam exsecatque genas, & filium nequicquam appellans nomine, ciulatus in caelum tollit. Iam horis circiter nouem iacuerat puer. Hic mater, cui erat coma in tergum reiecta passis ad caelum manibus, factoque in orbem gyro terram deosculatur. Inde ad templum conueta gloriosissimae Matris, quod procul inde cernebatur, Virginis opem implorat, filius, si reuiuiscat, vouet. Extremò visus est puer primum mouere labella, mox tollere oculos, matremque appellare. Quae reattoniti, qui aderant, puerum subito ad templum deducunt, offeruntque altaribus. Hic sacrarium ingressus, forte Dalmaticam vidit vestem, in cuius lyngo simulachrum inerat Virginis auro intertextum. Conuersus ad matrem puer, Dalmaticamque complexus, simulachrum digito ostendens; Mater, inquit, mater, haec mihi manum porrexit in fonte, haec opitulata est, nec aliquanto spatio adduci potuit, vt inde discederet. Id miraculi non clam fuit. Oppidani omnes, & exanimem reuiuiscit puerum, & quae de Dalmatica dicta sunt, qui per aetatem supererant, attestantur. Sacellum in fonte Virgini erectum est, miraculi monumentum. Parentes expectato biennio, quo aetas paululum confirmaretur, puerum sacris iniuriarunt, professum Diui Augustini Ordinem,

Obitus Card. S. Sinae.

XXXV. Oratio Antonij Campani in funere dicti Cardinalis.

Liberatur suffocatio, a B. Virgine.

dinem, qui illo ipso in templo Virginis tenebatur. Non desperatone, aut inopia adducti sunt, vt eum initiarent, ope sanctissime Virginis seruatum illi eum dedicarunt, a qua seruatus est.

Prima rudimenta ingenij, in patria fuerunt. Hic eum Grammaticae operam dare cepisset, Aetelicae quod finitimum est oppidum prope profecit. Inde sexdecim annos natus, Ariminum profectus, cum in Dialecticis, quantum visum est, oportere, profecisset, incubuit Philosophiae. Arimini studia Philosophiae inchoata, Bononiae perfecta sunt. Ea in vrbe octo continuos annos ita exarsit philosophandi studio, ita altissimas noctes euigilauit, vt iam tum oculi facti sunt ei hebetiores; quod cum multi per libidinem, & intemperantiam soleant subire, hic ex vehementissima quadam subinit inhaesione studiorum, & tamen cum vigilantia eum aequales, & ingenio non vincerent, ipse vniuersos modestia, & vtriusque a longo interuallo superauit. Idque etiam adolescens semper habuit in ore; homini multo esse difficilius, atque praecelariu bonum esse, quam doctum, nam alterum naturae, & occasione, alterum virtuti, & proposito videri tribuendum. Bononia relicta Perusiam petijt ad Theologiam audiendam; vbi eodem candore vitae, quam auctoritate legeret Philosophiam, aut Theologiam audiret, viginti commoratus annos, per omnes gradus, quos habuit in clarissimum euasit Theologum. Conscripta multa, & discipulis reliquit complures non obsecutores, qui eius doctrinam, & vitam secuti sunt. & cum adhuc in sui Ordinis, quae vigeat, licentia solutus viueret, nihil ramae egit vnquam, quod probatissimum, & obseruantissimum religionis virum dedeceret. Interrogatus ab amicis quo pacto inter Conuentuales Fratres, posset tam obseruante viuere. Nihil, inquit, prohibet inter furiosos sanum esse, aut inter infirmos validum. Perusia cum generalis Fratrum Conuentus haberetur, quamquam inuitum, & recusantem, eum omnes pari consensu Prouincialem declarauerunt. quod munus tam recte, tamque moderate gessit, vt contra decreta Ordinis, perpetuo triennio de successore non stragatum; nec antea est abdicatus, quam profectus Romam, Procurator Ordinis designatus ab Eugenio, summis viribus restitit, ne designaretur. Sed quum in altiores vitae tempestates ferri se videret, quam perferre sine periculo posset, totum se contulit ad religionem obseruandam. In id animum, in id omne studium conuertit. Hac de causa pecunias publicis salarijs comparatas, propinquis, & pauperibus in capita distribuit. Ipse obseruantiam ingressus, quicquid habuit librorum, suppellectilis, fortunarum omnium, id totum in commune contulit, nihilque sibi fecit reliquum. Hoc modo abdicatis curis rerum temporalium, omni studio ad praedicandum Verbum Domini, Euangeliumque disseminandum contendit. Qua re ad Cardinalem Tarentinum Prouinciatorem Ordinis nunciata, mitruatur statim qui dehortarentur. Eunt vna & Eugenij litterae, quae hominem ad curam Ordinis, & pristinam vitam reuocarent. quas hic adfuturas dum praesentiret, clam omnibus abijt in syluas, & vno contentus comite, duobus circiter mensibus, inter nemora, saltusque delituit, a Petro quodam eremita sustentatus. Inflat interea crebris litteris Tarentinus; monet, hortatur, suadet, ne seipsum tanta gloria doctrinae, & nominis fraudet; redeat in publica gymnasia, in quibus principem locum obtineret, nec Ordinem deserat. Ad quod ille rythmo quodam materne conscripto, ita respondit, vt diceret gloriam nominis, nisi quae ex DEO esset, afinorum ruditiu esse comparandam, nec aliud esse, quam

sonum quendam rudem, & inanem; obestaturque est, vt perfare sibi in proposito liceret, & ei seruire, cui obtemperare regnum esset, non seruiturum. Quod quum honeste negare non posset, tandem imperauit. Redijt deinde statim in publicum congressum; & quod conceperat adortus, totum se praedicationibus perimittit. Qua in re tantam breui est gloriam consecutus, vt qui aetate sua fuerit acceptior, non videretur. Nulla fuit ciuitas in Italia, quam ille sanctissimis praecipis non, vt prope dicam, reformauerit. Nullus gladius in hostem atrocior fuit & capitalior, quam huius lingua in scelera, atque flagitia. Praedcauit verbum Domini Neapoli, Florentiae, Venetijs, Bononiae, Senis, Ferrariae, Mantuae: Italia tota praedcauit, semper maximo concursu hominum, qui eius altissima scientiarum delectati, vitae in primis exemplo mouebantur. Nulla ne suspiciuncula quidem exorta est de eius vita. Hoc progressu rerum, Vicarius totius Ordinis constitutus, iustrare orbem, & primum pedibus ire; mox valetudinarius factus, a fello vehi cepit. Tum instituta Ordinis, & decreta maiorum redintegrare aggressus, coercuit dissolutionem fratrum, similitates per prouincias omnes compressit, diremit lites, templa cultu, atque edificijs auxit, omnibus in locis obseruantiam introducere conatus est. Quaecumque adijt loca, omnia redegit in formam, atque religionis cultum reuocauit, non sine maximis contentionibus, quum improbitissimi aduersarentur. Nec de surtunt talluniarores, qui quando aliud non possent, durum illum, & seuerum appellarent, in eos, qui minus seruare religionem dicerentur. Nec sacris tantum duntaxat studuit rebus; etiam prophanas non neglexit. Senis eadem cruentam, & ciuilem cladem sic compescuit, vt multi essent, qui eius se opera capitis periculo liberatos esse fatentur. Perusia, saepe auctor concordiae ciuibus fuit. Quum tumultuaretur Florentiae, non nihil egit de statu ciuium. Familiaritates Principum ea de causa diligenter aucupatus, vt possent prodesse, valeretque auctoritate, quotiens vellent, quicquam suadere ad communem utilitatem. Capitales inimicitias, & priuata odia, quocumque profectus est, oppressit, sopiuit, extinxit: omni conatu intentus, ad extirpanda vitia, fouendamque virtutem, ad honestam vitam, ad pacem, tranquillitatemque suadendam. Electus est deinde Generalis in Conuentu Picena; sed ita electus, vt palam clamaret, ne se eligerent; interminareturque electoribus persequatur omnes, quando singulorum vitia, moreque calleret. Hoc quoque officium tam innocenter, & custoditè, tam integre, & praeter omnem auaritiam gessit, vt quamquam esset instituto Ordinis iam veteri sexcentis aureis nummis salarium constitutum, nihil tamen attigerit, nisi quantum ad sumptus itinerarios, & viaticum fuit necesse; reliquum exigi vetuerit. Quod autem summa probitate Ordini suo praesuisset, commissaque sibi, & priuata, & publica negotia summa diligentia conficeret, Pius Pontifex, qui hoc vidit, nullius precibus, nullo intercessore, quae prima fuerunt Comitum Cardinalium Collegio, Patribus omnibus non solum consentientibus, sed etiam approbationibus cooptauit, solumque dignum iudicauit ex omni orbe terrarum, quem ornari, vel non petentem oporteret. Nec eum sefellit opinio, tantum se gloriae, atque gratiae apud homines allectatum, quantum communis totius Italiae, multatamque gentium laetitia declarauit. Pij enim prudentiam, atque iudicium, omnes in caelum exulerunt, qui sua sponte virum tam sanctum, doctum, praecel-

Paris in locis praedcauit Prouincialis & Generalis sui Ordinis creator.

tum, per-

Muneribus liberalitatem eam esse oportere, ut nihil accipiat, nisi a ditoribus, ceteris ipse largiatur: alioquin rapinam eam, non liberalitatem videri. Nam rapaces aues escam ab imbecillioribus capere, illorumque exorbere sanguinem, consuevisse. Missus in Picones ad bellum inter Anconitanos, atque Efinos componendum, cum munera diuersarum rerum, cratheres, vasa argentea varij generis, ab omnibus, quacumque transiret, oppidulis, & ciuitatibus ei offerrentur, maiorie constantia fuit in reiiciendis, quam illi liberalitate in offerendis: ita ut neque ad victum allata recipere voluerit. Cum ei comites dicerent per iocum; *Quantum M. Curium Marforum bello, tantum nos in Picones egimus praeda.* Nam cum intrasset ille nihil se praeter saginam gustum, quo sacrificaret, eo bello reportasse; nos nec que ad gustum quidem faciunt attingimus; conuersus ad eos; *At, inquit, M. Curium veni in Marfos, ut pradae, nos venimus in Picones, ne praeda ferent.* Rerum etiam, quae debebantur, nihil cuiquam extorsit per iniuriam: multis multa per beneficentiam relaxauit. Stephano cuidam cognomento Capano, qui postea Leuelsen Ecclesiae praefectus est, cum quadraginta aureos nummos deberet ex actibus conductis, dicenti sibi soluendo non esse; *At, inquit, si tibi soluendo non est, nec mihi erit accipiendus, abi, & liber esto.* Amicos, quos numerata pecunia non poterat, pignore, aut sponsonibus iuuabat; quod ex rerum inuentariis licebat intueri. Operam iusta postulabat, nisi iniquam denegauit; petentibus iniusta, praestitit nunquam. Familiaribus domesticis, quibus non esset, semper plus dedit, quam quisquam postulasset. Quod ut facerent audientius, inuitabat ipse saepe ad postulandum: aut vbi subesse necessitatem intelligeret, non expectabat, dum postularetur, ipse sua sponte occurrebat. Eleemosynas praeterquam quae praeforis fuerat ad ostentationem, & maximas faciebat, & occultissime. Romae familias quatuor, quotidianis sumptibus alebat. Iudaeos, qui essent ad fidem conuersi, mensuris sustentabat pecunijs. Graecos, aliosque extorres patria, vino, frumento, pecunia fouebat. Eorum Ducem, quum velle se redire in Graeciam diceret, aureis nummis quinquaginta donauit. Conuentus Fratrum, cenobia, & templa omnia sua commissa corae, ultra quam paterentur, facultates curabat. Plagati in agro Perusino, quum annuo centum perceptisset, in effractione aedis sexaginta contulit. In caenobio Sancti Emiliani in Eugubinis, ante quam quicquam esset perceptum, viginti ad futuram ecclesiam; Camerini ad Canonicam aedificandam quadringentos; ad aedem Sanctae Susannae iam collabi coepit, quum nihil adhuc acceptum esset emolumenti, centum quinquaginta erogauit. Ad aedem Sancti Stephani in monte Caelio, ne quid aedificium intermitteretur, mille aureos

In alios liberalis.

nummos, maturius, quam erat pactus, & in quo suo tempore persoluit. Templo gloriosissimae Virginis in Saxoferrato, cui se dedicauerat, aedes fructuaras coemit Romae aureis nummis circiter ducentis, ac calices argenteos, libros, Missales, vestes sacras, paramenta altarium, rectoria parietum largitus est. Haec diuitiae ei fuerunt, hi thesauri: horum causa negotiatus, hoc modo vix sanctissimus mercabatur. Nec tamen publice haec iactabantur: occulta esse iubebat, quae cumque contulisset. Nemini occludi ostium volebat eleemosynam postulanti, pauperum dicens esse, quae bona ei obuenissent, non sua. Germanis, & propinquis, non quidem quatuor ipsi postularent, sed quae ad victum partem cederent, nec tamen sine permisso Pontificis conferebat. Interrogatus, quomobrem germanum fieri militem procurasset; *Pt, inquit, ex Magistratibus industria vult sua, non ut ex me, quae pauperum sunt, asportet.* Piuatitas caeremonias intermisit nunquam. Preces horarias non absorbebat, ut faciunt plerique, & singulis diebus sex horas officio absoluendo contumebat; adeo verbum se iugabat verbo: clausulam clausula dimittebat pondere vocis rato, & aperto. Audiebat Missas tardiusculae, quum esset liberum, nec antequam, qui conuenissent, aliquid auri audisset omnes. Interrogatus, cur ita faceret; *Quoniam, inquit, ad opus Dei expeditum accedere oportet, non inuolutum negotiis.* Pendebat in Missa attonitus, collachrymabat, ut nonnumquam extra se rapti videretur. Quum quid esset non recte curatum a suis in Missa celebranda, illud semper afferebat, *ed erat oburgatio; Male dictum homo, qui facit negligenter opus Dei.* Festum nullum occurrebat, in quo suos non hortaretur ad quiete, honesteque viuendum. Haec duo perere se a suis aiebat; *Concordiam, & honestatem; cetera omnia ex arbitrio permittere.* Familiarem, quod in aede sacra famulam salutasset, domo eiecit. Quum quid audiret commissum a suis flagitij prorumpere in lachrymas, seque de conspectu tristissimus excipiebat. Mensa parca, & proxima priuata, nisi quum conuiuia essent affuturi, familiae quantum abunde, ac laeue essent, apparari volebat, nullum, aut perquam rarum inter eius canam, & familiae discrimen. Vini supra quam valitudini expediret, parcissimus. Abstiniuit & carnis esu, nisi medici veruissent valetudinarium, & senem. In caena, & prandij, aut sacrae Scripturae, aut homeliae Sanctorum perpetua mensa legebantur. Vbi si quid erat scriptum dubioscule, ipse interpretabatur; ceteris in rebus silentium erat. Prandium, disputationes quotidianae excipiebant. De rebus sacris porro quaestiones, in horas duas trahabantur, numquam minus quam in vnam. Vbi esset disputatum, ingredientem cubiculum, qui vellet alloqui, subsequerebantur; nemini aditus intercludebatur. Audiebat omnes ea comitate, ea mansuetudine, qua solent priuati. Mox paululum sedens, quiescebat, ita ut plerumque non dormiret. In die diurnas horas, nonnumquam ad dictandum aliquid. Nam & legendi, & scribendi usum iam idem intermiserat, ocalorum causa. Cubiculum, & aedes tota tapetis, ac auleis ornatae ad dignitatem; secretoria sacris imaginibus familiae ante eum mortuum incognitis. Internitebant continentibus pannis parietes, ipse assiduo cilicio premebatur. Stabat pro foribus lectus pluma, purpuraeque instratus; ipse nunquam, nisi in quotidiana veste dormiuit, habitu illo cucullari, ne in morte quidem intermisso. Pannis lineis vsus est nunquam. Foris factum, & delictis ostentabat, intrus quotidianis afflictamentis se emacrabat. Continebat se peribenter domi, nisi quum aut Pontificem adiret, aut videret collegas, aut templa Mariae Maioris, & Populi frequentaret.

Vixit eius tenor.

Nam

Mendaces ac secretorum reuelatores desigantur.

Obitum praesit.

Nam haec duo loca, continuatis adibat Sabbatis. Quod si ea die per pluiam, aut aliud impedimentum non licuisset, post die, aut ad summum perendie reppererat. Haec venationes; haec diuersoria fuerunt. Inter eundem, amicos, qui comitarentur, vocari ad se iubebat suo quemque spatio, ne quid esse posset inuidiae. Sermones laeti, festiui, periocundi semper: tamen sancti, pudici, honestissimi fuerunt. Verbum turpitudinis, perinde ac ipsam turpitudinem detestabatur. Iurabat, post ingressum ad obseruantiam, mendacium se in omni vita sua dixisse nullum, quod quidem veniret in mentem. Duo genera hominum perniciose esse dicebat, qui essent mendaces, & qui commissa secreta non continerent; ceteros ferri posse. Congressus hominum litteratorum, & probatae vitae, incredibile dictu est, quanti faciebat: ceteros & si pro humanitate non aspernabatur, tamen declinabat. Vixis prophans ad studium & custodiam corporis, non libenter est vsus. Initiatis sacris se videndum, tractandumque permittebat. Iam propinquus morti, quum somno grauem multi excitarent, & confiterentur, conuersus ad Malactam vnum ex suis; *Abi, inquit, filium Malactae, neme tanges; nam prophanus es.* Etiam a nepotibus quamdiu in se fuit, tangi se non est passus: tanto pudicitiae studio tenebatur. Mortem suam praecognouit. Sex diebus antequam coepisset exorare, discedentibus duobus familiaribus Gallis, quum mensures ad reditum postulassent; *Non, inquit, me inuenietis.* Cardinale Rutheno mortuo post confectas exequias, quum domum rediisset, incidissetque in mensa de oratione habita mentio; *Cito, inquit, episcopus meus, pro me oraturus est.* Romae in sacello, quod domi aedificauerat, sepulchrum erigi clam iusserat in scriptis speciem, ita ut aperiri facile posset. Intra imago inerat depicta Cardinalis mortui, iacentis eo habitu oris, & vestium, hisque lineamentis, quibus ipse erat, inscriptumque in interiori latere sepulchri, *In omnibus operibus tuis, memora re nouissima tua, & non delinques in aeternum.* Id sepulchrum, ne familiares quidem sciebant, scrinium stipatorum rati. Pictor, eo mortuo confessus est, se iurando adactum, ne cui patefaceret. Aperiens autem, ut postea cognitum est, quotiens oraret, ibique speculabatur. Paulo ante mortem, cum de aede Sanctae Susannae suffulcenda loqueretur, diceretque Campanus, & commodius, & magnificentiis futurum, si aedem totam demoliretur, alteramque substrueret subductam, & exigentiam, quod ex materia veteris templi, renui sumptu fieri posset; *Erras, inquit, filium, nam morte mea statim subsecutura, destructam aedem relinquere non reserit.* Scripserat impridem sermones circiter centum, de ortu saluatoris, de Caena Domini, de peccato in Spiritum Sanctum, & rebus variis. Eos cum annos multos suppressisset, paucis ante mortem diebus emendandos, edendoque suscepit. Calendis Maiis, delato ad eum quodam libello Mathematico, in quo euentus anni huius contineri dicebantur, cum nescio quid de morte Cardinalium diceretur; *Etiam, si, inquit, hic tacuisset, de me sciebam.* Togam, & cucullum, cum quibus fuerat ingressus obseruantiam, annos iam sexdecim feruari iusserat, ut in eisdem moreretur. Profecturus Tybur, expandi eos iussit, se cumque deserit, quod quum esset neglectum, vehementissimè indoluit, misitque statim, qui deferrent. In terrogatus saepe ab eo, qui curaret domum, quot mentium prouisionem fieri vellet, semper illud respondit; *Si Septembrem viderimus, nihil deerit.* Repetentibus amicis, & annos eum multos victurum contententibus; *At, inquit, nondum menssem Augustum superauimus.* Mortuus est anno aetatis sexto, & quinquagesimo, quem numerum Mathematici absolutissimum, & perfectissimum esse voluerunt. Initium

morbi paulisper suppressit, sine ducentibus faris, sine arbitratus, nihil noui mali adesse, vbi vis inualuit, acciri medicos iussit, primumque omnium afferri sacrosanctam Eucharistiam, quam, cum prius symbolum Nycenum altissima scientia exposuisset, constratus humi, passis ad terram manibus pronus, inque longum protensus, lachrymans, ac singultiens accepit. Vesperis, cum ardentissima febris aetnaret, de fide Christiana, quam vera esset, & quanta proposita praemia, copia nunquam audita differuit. Inhibentibus medicis, cum iam vox prope defecisset, illis ipsis iniunxit, ut cum appropinquare mortem praesenserent, inungi se iuberent, ne sine sacraunctione decederet, quod & diligenter factum est. Gloriosissimam Virginem Mariam etiam extra se semper habuit in ore; illam sibi non esse astatem, illam interdiu dictitans. Interrogatus, quo in loco vellet sepeliri; *Animam, inquit, iam pridem Deo voui, nunc corpus Pio relinquo, vbi vis volent, ibi me sepelire.* Interrogatus etiam, num quid vellet mandari suis; *Nihil, inquit, nisi, ut boni sint, & recte viuant.* Cum iam certissima instaret mors, dicentibus familiaribus, ne quid timeret; *Quid, inquit, ego timeam, qui ad nuptias eo? Idque saepe repetiisse auditus est; Ire se ad nuptias. Eo mortuo sterunt amici, luxit Curia, Italia omnis in maestitia fuit. Illum pauperes, quos alebat, amici, quos complectebatur, collegae, quos maxima prosequeretur reuerentia, boni omnes, docti, religiosi lamentabantur. Neque enim erat, qui non censeret, extincto illo lumen Curiae, decus collegij, sacrarium religionis, ornamentum literarum, specimen viuendi esse extinctum; neque vquam in quoquam fuisse, vel mediocrem virtutem, quae in Alexandro non visa sit eminentissima. A Campanus in oratione funder.*

Romae in templo S. Augustini, iuxta sacellum S. Nicolai sepulto, epitaphium positum est, his ipsis verbis.

Alexandro Olijae Saxoferrateni, Theo. clarissimo. Eremit. Sancti Augustini. ab infantia spei maxime alumno. Qui cum esset sui Ordinis Generalis, ob singularem doctrinam & vitam sanctimoniam, Cardinalis a Pio II. ignorans creatus est. Vixit annis quinquaginta quinque. Obiit anno salutis 1463. Occiderat prope tam placide nascentis olivae Gloria Naiadam semisepultu avaro: Vidit, & occurrit superum Regina cadenti Possit, ut hinc fructu luxuriare nouo. Thomas Gratiarius in Anastasi Augustiniana.

Bessarion Cardinalis Nicenus dum ista sunt, cum Venetias appulisset, Bucentauro nauimagno ciuitatis fauore a Principe, & senatu exceptus est, & pro reuerentia prima Sedis, praecipuis cumulatus honoribus. Auditus in senatu, persuasus Partibus facile suavit, quae voluit; id est ut bellum in Turcas publice decernerent. Veneti enim & si praefecto classis liberos belligerandi arbitrium permiserant, tectum id tamen consilium sapienter seruabant, non prius vulgaturi, quam magno aliquo damno, ut sese occasio obulisset, hostes accessissent. At Bessarione audito, cognitaque pontificis voluntate, qui se belli socium offerebat, senatus consultum palam ediderunt, in quo Turcae hostes Venetorum declarati sunt, hisque magnis animis bellum indictum, & ad classem, quae iam nauigauerat, plures triremes additae, & supplementa militum missa. Bessarion obtento decreto, rem diuinam in Diui Marci templo fecit coram Principe, & Senatu, cum Viriati Iustiniani clavis Imperatoris vexillo benedixisset, eidemque cum

Ejus obitus.

Eius Epitaphium.

XXXXVI. Veneti ad bellum Turcis inferendum se declarant.



XXXVII Burgundia Dux contra eosdem Turcas belli desiderio flagrat.

imperio abeantis, maio um more solenni carimonia de Turcis victoriam precatus est: mox religioforum pompam per urbem duxit; decimas, vigesimas, ac trigemas, imposuit; & plenarias indulgentias publicavit, his, qui sanctam expeditionem, aut are, aut maribus adiuuauerunt.

Circa idem tempus Legati Burgundorum, Pontificem apud Tybur conuenerunt, Guillelmus Tornacensis Episcopus iam pridem pontifici notus, & ab eo ex Tullensi Ecclesia, ad Tornacensem translatus, & cum eo tres proceres in ducali palatio potentes. Hi sine arbitris auditi, dixerunt, Philippum principem suum statuisse facere pro defensione fidei, quae cumq; desiderasset ab eo Ferraticis Episcopis; dilationis interiectae Anglicos fuisse causam, qui bellum illatum Galliae vid. bantur; impediturq; Ducts iter; nunc indudiarum decennalium spem certam fore, liberumque Duci, quo velit ire: reliqua se Romae dicturos, quam breui periturum pontificem didicissent. Collaudauit Pius sancti Philippi propositum, dignumq; principem esse dixit, quem S. Sedes Apostolica, summis prosequeretur honoribus. Auditus est etiam Tybure Legatus Georgij Albaniae domini, quem vocabant Scanderbecchium. Verba eius hunc habuere sensum. Venisse Mahumethem Scopiam, innumerabiles ducentem copias, improuisumque Georgium opprimere voluisse: nullum pacis esse Georgio ad muniendam prouinciam tempus, vnicum et salutis remedium fuisse, pacem ab hoste petere; id factum esse conseruandae prouinciae causa. ac cum voluerit pontifex, rursus in bellum ibitur. optare Georgium in terris Ecclesiae refugium, si regno pellatur a Turcis. Pontifex, necessariam pacem non improbat, si, quod aiebat Georgius, Imperium Apostolicae Sedis saluum esset. Refugium pulso, in agris Ecclesiae non defuturum, si pro religione pugnant ab hoste fidei eiciatur.

XXXVIII. Oratores Burgundi ad bellum in Turcas Pium PP. & alios incitant.

Cum autem Legationes Italicae Romam peterent, ad res fidei accersitae, pontifex relicto Tybure, ad eas properare statuit. Idibus Septembris Romam reuersus est, Cardinalibus, omniq; clero, & populo, ac Legationibus principum extra moenia occurrentibus. Post dies deinde aliquot, eo in consistorio publico sedente, accessit Burgundorum Legatis, & quae vellent dicere iussit, Guillelmus Episcopus Tornacensis professione monachus, Legatorumque primus, longam, ac doctrina referam orationem habuit; in qua multa de Turcis, & eorum insolentia, foedique moribus differuit, gesta eorum exposuit, & quanta intulerint Christianae religioni detrimenta, narrauit. De nobilitate Graecorum, de antiquitate, doctrina, plura recensuit, eorum ruinam deplorauit, ostendit pericula, quae Christianis ceruicibus imminerent, nisi celeriter aima fumerent, ac seipso defendere. Adhortatus est pontificem maximum, Cardinales, cunctaque Legationes adstantes, ne tanto in periculo differant amplius, Christianae Reipublicae consulere, atque hosti occurrere. Philipp. Burgundiae Ducem, qui se misisset, statuisse proximo veno tempore classem in Turcas ducere, bellumq; totis conatibus pro sacra religione suscipere; neq; corpori suo parsum, quamuis senex esset, venturum n exercitum, ac non solum ducis, sed militis quoque munera subiturum, nisi mala valetudine impeditur: eoque casu missurum, qui suas vices impleverit. His auditis pontifex, ita locutus est.

Pij ad praefatos Legatos responsum.

Expectatis venerabiles fratres, filique dilectissimi, Burgundiae Oratoribus auditis, responsum nostrum, non sine desiderio (vt arbitramur) in quo dignas pro meritis amanissimo filio nostro, Philippo Burgundiae Duci laudes attribuamus, & quae sunt amplissima eius praeconia in medium afferamus. Non tam possibilia, quam iusta desideratis. Non est ca nobis dicenda vis, quae vestraeque expectationi

satisfacere. Multa, & magna de Philippi dicenda essent, quae sine vena oratoris vberima explicari non possent. Dicendum esset de nobilissimo familiae genere, cuius originem ab illo reperitur, de corporis, & animi dotibus, de iustitia, de fortitudine, de moderatione, de humanitate, de caeteris virtutibus, quae in summo viro semper summae fuerunt. Dicendum esset de rebus ab eo clarissime gestis, siue pacis fuerint tempora, siue belli; cuius tot fuerit victoriae, quot praecellia, & tamen pluries cum hoste conflixit, quam alius nostri temporis quisquam cum inimico suo concertauerit. Plena est omnino terra Gallicis, trophaeis ac positis; qui etiam ultra Rhenum in Germanica gente victoriarum signa defixit. Non sunt haec, quae nosster possit percurrere sermo, ne dicamus explicare, ac ingenium, & os magna sonaturum cupiunt. Fenilis & arida vena nostra, tantae rei non sufficit. Nec Philippus ista desiderat; vera virtus eius seipsa contenta, verborum lenocinia non requirit. Magna, & praecellara operatus est, non cupiditate laudis, sed vt Deo placeret. ab eo praemium expectat, non ab homine qui nihil potest no mortale largiri. Sed esto non possumus Philippo, quanta meretur laudes, impartiri, nec ipse talia requirit; an propterea Legationem hanc dignissimam praeribimus, & nullo prosequemur honore? Minime gentium. Dicendum est aliquid ad ea, quae proposita sunt, neofraudanda est suo praeconio tam insignis Legatio. Quid habet Legatio Philippi? quid mandat? quid offert? Turcarum arma nostris imminere ceruicibus dicit; clades, quae passa est Christiana religio, & quas passura videtur, in medium affert: hortatur, hostibus obuiam eamus, priusquam amplius inualescat: Philippum, si Turcae bellum indicatur, si exercitus idoneus appareretur, in hac expeditionem venturum, nec corpori suo parsum, vt incolomitati consulari sacrae religionis. Qualia vobis ista videntur, fratres? Quis non hac maxima, & summa dixerit? Quis hunc principem satis collaudare poterit? Nulli Christianorum minus timendi sunt Turcae, quam Philippo; & nihilominus primus est, qui se profecturum in eos, gesturumque bellum pro sacro Euangelio pollicetur. O mentem principis dignam, o excellentem animum, o sanguinem nobilissimum. Longissimum iter opponitur, rigida superanda alpes altissima transmittenda flumina, latissima transanda maria, vasta terrarum spatia, ab Occidente in Orientem peragrandia: cuncta superare est animus. nullum in causa Dei, recusandum fore laborem; nullum vitandum periculum censet. Amanti omnia sunt facilia. Princeps Deo amicus, nihil tam horribile putat, quin pro Dei honore sit subeundum. Dilectissimi principum maximis aequandus Regibus, cui opes, & omnes deliciae affluunt, cui tot latissima prouinciae, tot clarissimae vires, tot validae gentes, tot ditissimi populi seruiunt, cui praesto ad sunt cuncta quae mortales maxima ducunt: relinquere splendendam domum, amatam coniugem, charissimum filium, dilectam sororem, duces nepotes, fideles amicos, vt Deo seruiat, non veretur. Accedit aetas grandior, cui quiete opus esset, hanc quoque postponit. Nihil sibi antiquius est, quam Deo placere: spernit omnia propter Deum. Nec vos ante egregiam voluntatem, aut leuem, aut nouam putetis. Solida est, & iam pridem firmata. diu hoc propositum Philippo fuit. ab eo tempore, quo Turcae Constantinopolim expugnauerunt, hoc votum vouit, nec vnquam ab eo recessit. decimum fere annum in hac voluntate perseverat. Serenissimus Imperator Fridericus, complexus in Germania conuentus celebravit, in quibus de suscipiendocomtra Turcas bello consuluit: in omnibus, aut praesens Philipp. adfuit, aut Legatos habuit. Nos eum Ratibonae in Norico supra Danubium vidimus, eade praemittentem, quae nunc a suis Oratoribus audimur. In

Mantuano

XXXIX. Principum Italiae auxilia exquirunt Pium PP.

Mantuano conuentu, Ioan. Duce, Cliuensem ab eo missum vidistis, nec excidere memoria, vt arbitramur, eius promissa egregia. Iam dudum obfirmatum hoc propositum magnanimo Duci fuit, vt aduersus Turcas proficisceretur. Non est profectus, quoniam non adfuit consensus aliorum principum, qui ad tantam expeditionem obcurdam sufficeret. Nunc fortasse miserebitur nostri Deus, exercitumq; iam tandem in Turcas cogi validum, ac felicem donabit: quando etiam venetorum florentissima Respublica classem armatam potentissimam, & in hostem misit, & Matthias Rex Hungariae conuocauit, & pacem in regno consecutus, quas vobis armare copias poterit; & hic nobilissimus princeps, cum lectissima militum manu, ad hoc bellum venturum se pollicetur. Conuenient, vt speramus, & reliqui potentatus Italiae; nec Reges Occidentis auxilia negabunt, ostendetq; pius Iesus, Mahumethaeas spurcicias sibi odiosas esse, & pro nobis pugnant ante faciem nostram, conteret hostes. Sed vt ad vos tandem, insignes Oratores, verba nostra conuertamus, consolari nos estis hodie oratione vestra, & magnifica sponse Philippi, digna profecto suo sanguine, ac suo nomine. Quod autem nos hortamini, vt ad fidei sanctae defensionem nauemus operas, curren tem pungitis equum. Nihil nobis tam cordi est, quam sacrae religionis defensionem. Audiuit omnis Ecclesia in Conuentu Mantuano consilia, & desideria nostra. Non fuimus exauditi: frustra laboramus; nec tantum propterea defaigati sumus. Stat animus ab inceptis non desistere, donec Christianos principes, ac populos, ad defensionem sacrosancti Euangelij, diuinaeque legis excitemus. Ob hanc causam accersimus per hos dies ad praesentiam nostram, Italiae potentatus, quoniam Legationes adstantes cernitis, vt cum his, & vobiscum de tuenda religione consiliamus. Quod si non defuerint nobis auxilia fidelium, & praesentium Italorum; intelliget breui, non Roma solum, sed omnis Italia, & ipsa tota Christianitas, curam nobis, & animum Christianae Reipublicae consulendi, non desuisse. Pietas tantum magni Dei, & Domini nostri Iesu Christi nobis adfit, & tuam potius misericordiam, quam nostras mercediatur iniquitates. His dictis, ex auctoritorio discessum est, cunctis Philippi nomen, & animum ad astra tollentibus.

Post die pontifex Legationibus Italiae ad se vocatis percontatus est, quando Philippi sponsonem audissent, & necessitate belligerendi non ignorarent, quid tandem offerrent pro fide Catholica defendenda? quibus responduerunt expectare oes, quod pontifex vnus imponeret, nullum pro sua virili in opere tam sancto defuturum. Tum pontifex: Quid opus est, inquit, multis immorari? Extrat Mantuanum decretum: illud, si placet, seruabimus. In eo, secundum vires distributa sunt onera; Clericis decima, laicis trigesima prouentuum trium annorum imposta sunt. Iudeis, omnium bonorum vigesima: Lae dauerunt hoc omnes populi, quamuis postea executio impedita est, Italia nouis bellorum motibus perturbata. Nunc pax propemodum rediit, licebit iam Turcis inferre bellum; pecunia, quae necessaria est, secundum decretum colligi poterit. Nobis, nec facilius via occurrit, nec distributio aequalior. Ad hoc legati, probare se verba pontificis dixerunt, tamquam priuatos homines: verum vt Oratores, non habere ad ea potestatem rogare, vt liceret suos dominos certiores facere, atq; ab eis consensum requirere. Solus Orator Venetus; Meus, inquit, princeps his hortamentis haudquaquam eget; in bello est; Vrsari Iustiniani, viri fortissimi auspicias classem aduersus hostes fidei, & magnam, & validam misit; & iam partem Peloponnesi a Turcis eripuit. Accepit decimas, vigesimas, ac trigemas, & alia sponte per se ipsum, contentiente Senatu, suis subditis ascriptis onera: omnia sunt, quae ad victoriam necessaria creduntur; tibi nostra Respublica, nulla in parte decedit. Tum pontifex collaudatis

Ana l. Eccles. Tom. 17.

Venetis, qui magno, & excellenti animo bellum fidei suscepissent, conuersus ad Legatos reliquos; Ite, inquit, & vestris dominis renunciate, quae diximus, & hoc vnum adiciite; nos eorum pecunias minime cupere, nec tangere illas velle. exgant ipsi a suis subditis argentum, atq; in milites & naues erogent, quibus in bello possimus vri. ipsi duces sibi deligant, & sua nauibus affigant signa: libentius haec auxilia, quam pecuniaria ab eis accipiemus, placuit dictum; nec plura eo die gesta.

Florentinus Orator nihil horum ex quo animo audiuit, cui suspecta erant omnia, quae Venetorum estimatione augere videbatur. Is solus pontificem adiens, Quid agis, inquit, maxime Praesul? Aduersus Turcam bella geres, vt Italia Venetis seruire cogas? Quaeq; in Graecia exactis Turcis acquiruntur, Venetorum erunt, qui subacta Graecia, fortasse ad reliqua Italiae manus apponent. Nosti gentis insatiabilem regnandi cupiditatem. Succedere Romanis se iactitant, & Imperium Orbis sibi deberi. huc eos adiuuas, locia iungens arma; nec vides, quo praecipitem trahis Italia. sed taceamus Italiae damna; quid erit Romanae Ecclesiae illis regnantibus? putasne suam dignitatem teroabit? Tu praudentiae fuerit, his periculis obuiam ire. Venetus in bello est, Turcasq; graui vulnere laesseiuit, Peloponneso propemodum ad impa. non est, quod amplius reconciliari Veneto Turca queat; immortale odium natu est. Hoc nobis meo iudicio optandum fuit. Sine, inter se decerent; quae sunt hinc, atq; inde vires, nec Venetus Turcam, nec Turca Venetum debellabit. diu trahetur bellum, & ambo fortasse corruent, vt nos tandem frui quiete permittant. Tuum propositum est, quantum ego animaduerto, Italiam, & oem Europam a metu Turcaru liberam reddere; atq; idcirco belli societatem cum Veneto iungis. ego salubrius affero consilium, qui non modo Turcas Christiano: um ceruicibus imminet, sed ipsos quoq; Venetos doctoe repellendos, atq; id sine sumptu, sine labore, sine periculo, & cum summa quiete. Florentinorum consilia, quemadmodum ego existimo, pro tua sapientia non contemnis, neq; paruidicis. hec est media prudentium aliquorum schola ad te detuli: tu quod in rem Christianam erit, complecteris. Admiratus est vehementer pontifex his acceptis, tandem que ita locutus est.

XL. Florentinorum responsum.

Si essemus ipsi, quo tu es loco, nec sacris imbuti, nec Iesu Christi Vicariu decorati, forte esse idem sentiremus, quod ipse sentis, fucatisq; rationibus succumberemus. Sed non est principis eadem, quae priuati hominis mens, nec viris Ecclesiasticis idem animus, qui secularibus. Multa in populo roteratur, quae in Clero nemo audire potest. Quae sunt plebi venalia peccata, in sacerdote mortalia ducuntur. Principes seculi, & vrbi Rectores, quocumq; tandem modo sua tuentur imperia, no curant, dum tuentur: atq; idcirco sepe iugentiu violant, & moribus aduersantur honestis. Populus victorem laudat, nec turpitudini ascribit per fraudes, ac dolos viciisse, si modo laicus est, qui stravit hostem. at si sacerdos insidius hostem perdidit, imo & si aperte insidiantem necauit, iniurius habetur. adeo iustior est populus. Clericis vult esse, quae laicum. Noli ergo mirari, Otto amantissime, si de rebus, quae modo gerende sunt, alia est nostra, quae tua, vel Florentinorum sententia. Illi si salua reipublica sua, oia ire perdidit, sunt; si fide negligunt, inter homines tamen, sibi reuerent locum. At nos si vel minima negligentia in his vrsumur, quae sunt fidei, mox oim Christianorum vocibus laseramur. En, inquit, Christi Vicariu, secine defensionem fidei postponere deceret? Concilio opus est, in quo negligentia puniatur, & melior eligatur. Nulla in pontifice maximo tam parua culpa est, quae populi no ducant maximam. Angeli esse volunt, no hominem. Audi ergo ex nobis, Otto amantissime, verba & si no Angeli, at salte Clerici, & hominis comunem sortem excedentis. Patemur Venetos more hominum, forsan plura cupere, quam habeant, atq; Italiae dominatu cupere, cu nemo sorte sua quiescat. Victoria potius aduersus Turcas Veneti, Illyridis, ac Graeciae possessores effecti, Italiam sorte subigere conabuntur, si modo barbarorum metu vacent, & non externis bellis distineantur. Sed esto Italia subi-

Pij ad Florentinos oratio.

Oo 2 gam. quid

gant. quid autem Veneti an Turcis seruire manent? Inimicus Man- tuam, Christianos oes adhortati sumus, in Turcas, ut arma ca- perent, nec seruire hostes fidei in Christianos ultra grassari spre- nerunt Veneti hortamenta nostras; spreuerunt & alij seruire oes, non sine magno detrimento Christiana religionis. Nunc muta- ta est sententia Venetorum, audito Legato nostro, apertum bellum indixere Turcis, & armata ingenti classe hostes pererruere, sup- petias a nobis petunt, ut qui se hoste inferiores esse non dubitant. Summus Venetis, bellum pro religione capessent, paruerunt: nunc penitent, auxilium denegabimus? Quis hac audient Lau- dabit? Deus hanc mentem inimicis tribuat vniuersae Crucis, ut cõsortes suae legis in bello relinquunt nobis non licet, pro S. Euan- gelio pugnantibus, opẽ quous pacto subtrahere. Dices, in bellum Venetos, non fidei defendenda causam, sed Imperij cupiditatem adduxisse, Peloponnesum, quae fuisse? Sit ita, hoc satis est nobis, quoniam vincite Venetos, Christus vincit; Turcarum victoria, Euan- gelij subuersio est, quã totis conatibus auertere venemur. Asserui- sit, Turcis, atq; Venetis contendit, futurum, in eã vobis corru- ant, tanquã non sint maiores Turcarum, quam Venetorum opes. Falleris, multo est inferior Turca Venetis, quãuis classe mari- ma superior habeatur. Insulas, & quae sunt in litore maris op- pida vexare potest: in mediterraneis minimũ est, quod afficere queat. Quod si Turcarum duces, terrestres copias, (q; Deus auer- tat) in oras Dalmatiae deduxerint, quemadmodũ consiliũ cepis- se videtur, facultate Venetis armandi classem facile possent eri- pere, qui remiges, naualesq; focos, sepe ex Dalmatia legunt. Non casu facile terra Imperij quã maris acquiritur. Memoria tra- ditũ est, Rhodius, & alios plerosq; imperitasse mari, quorum in terra admodũ parua potestas fuit. At qui longe lateq; in terra do- minati sunt, his proxima maria pleriq; paruerunt. Non est igitur existimandũ, Turcarum principatum, qui est in Asia & Europa, terra latissimũ, a Venetis posse deleri, quãuis mare pro sua vo- luntate percurrat, quando in terra pugnatũ castra obferre cas- tris nequeunt, equitũ pedumq; turmis, ac robore multo infe- riores. Quod si a nobis, & aliis Christi fidelib; non fuerint adiuti, cũ dedit ore, danoq; nostra religio cito desiccat. Maximi sum- mus est classis in Oriente magna alere, nec diu id fieri potest. At si recedit classis, quacũq; illic igitur sunt, necesse est ad hostes cito deficiant, quorum ipso aderunt exercitus, nisi prorsus ab Europa Turca migrare cogantur. Perparum est q; in Graecia obtineri a Venetis, aut seruari queat. Non est ergo salubre consiliũ tuũ, quod nec Venetos seruat, nec Turcos delet. Quod si perierint Ve- neti, si frustra de seruanda Italia cogitatis. Bellum maximũ, & periculosissimũ inueniunt, in quo sine pernicie Christiana religio- nis, succedere nõ possent, ferenda sunt laborantibus, auxilia, ad- gũenda vires, supplementa militũ ministranda; querenda est omni studio victoria; cõmune bellũ est, omni ope intendendũ, ne cedere hosti cogantur. Et nos quidẽ cũ Philippo Burgundia Duce Venetis nõ deerimus, classes lassib; coniungemus, atq; oes ma- ritimas vrbes infestas Turcis reddemus. Ex altera parte Matib; Rex Hungaria, superiorẽ Mysiam, Macedoniã, vicinã q; regio- nem, terrestrib; copiis agitabit. Difficile erit Mahometi, cui non desunt potentes in Asia inimici, omnib; in locis resistere. Vince- tur, vsq; nostras optinuit, atq; ab Europa prorsus eliminabitur; nisi iustus, & misericors Deus nostris offensus iniquitatib; aliud (q; absit) de suo populo censuerit. Nec propterea Venetos Italia iugũ imposturos arbitramur, quãdo de Turcis triũphauerint. Non oĩa, quae Turca occupant in Europa, Venetorum erunt, Pelo- ponnesus illis cedit, & fortasse Beotia, atq; Attica, & in Aca- ronia, atq; Epiro pleraq; loca, q; mari coherent. In Macedonia Georg; Scanderbecus, primas partes sibi venditabit; in aliis Graeciae regionib; non deerunt Graeci nobiles, qui Turca euecto, ty- rannidẽ occupent, quib; necesse erit, libertatem relinquere. Reli- quae, quae vergũt in Danubium, vt est Bulgaria, q; olim inferior Mysia dicta est, & Rascia, quae superior, & Seruia, & Bosna, & vltra Danubium Valachia, quam prisci Daciae vocauerunt in solo Sarmatico, sive vt quidã volunt, Scythico vsq; ad Euaximũ, por- tum, ad Hungaros pertinebũt, quorum aliquando fuerit possessio. Nemo victis, eliminatisq; Turcis plus locupletabitur, quã Hun- garus, q; multo potentior erit, quam Venetus, inter quos postea de Dalmatia forte bellũ orietur. Nunc autẽ inter eos aduersus cõ- munem hostẽ, quem magis verentur, societas est, & de lite Dal- matica silentiũ. Non est, q; Italia cantopere timeamus, nec Ro- manor; exempla vereri oportet. Lõge distant a Romanis, Vene-

torũ mores. Multas licet videre naves, priusquam Veneti Ita- liam frangent, At nisi Turca poterit resistere cito & Hungari cedat, & Veneti, nec mora fiet, quin nostra quoq; libertas perat. Occurrendum est presenti periculo, q; a Turcis imminet. De Ve- netis suo tempore cogitabitur, si opus erit; nec de re valentia re- media. Prouidentes viros esse Florent; ab ipsa puritã didicim; & res antequã fierent, multo cernere, atq; hoc est, q; de Imperio Veneto vaticinamini; verũ simile monstrũ est, nõ videre propin- qua eos, q; longinqua prospicere. Ardenti b; edificijs, nõ affertis aquam; crematuris olim cõsulere, apperatis. Aegrefertis, in Gra- cia crescere Venetos, atq; vt magis, magisq; crescant, operẽ datũ qui societas belli declinantes, q; vestra futura erant spolia Ve- neto relinquitis. Nõ est hoc sapere. Cõsultus ager vestra respu- blica, si a suis virib; classem instruens nobis sese adiunxerit, Ori- entalisq; parte praedẽ perierit, hoc pacto honestũ, & vtiliũ rati- onẽ habebit. Quod si orisus domi Florent; remanserit, cũ Pa- pa in bellũ ierit, & reliqua oĩa Italia in arma proruerit, infame nomẽ vrbi erit, & Deus illi succent; nec ducturos in eã Vene- tos quisquã arguet, aut vrbi opẽ afferet. Iustũ Dei iudiciũ illud experiemini, vt q; Christiani in bello contra Turcos periclitantes reliquerint, in discrimine cõstituti, & ipsi ab omnib; deserantini. Ea cũ accepisset Otto, exstimare se; inquit, pontificẽ vera loqui, nec animum eius fore mutabile; victum te- ratiõib; prope adamantinũ, Scripturũ S. etiam Flo- rentino, quẽ cũq; accepisset, nec dubitare, quia tan de oĩa fierent ex voluntate pontificis; verũ non sine labore, ac mora: cum populo rem gerendã, cui nihil od. ofius est, quam aurum exponere. nec plura locutus abiit. Pontifex sequenti die secretum consilium aduo- cat, Cardinaleque hoc modo alloquitur. Sextus agitur annus (viri fratres) postquam Beati Petri Ca- thedram ascendimus. Quis vestrum interea defensorẽ fidei nõ multis magnisq; precib; nobis cõmendauit? Quis nõ dixit bellũ contra Turcas gerendum esse, & oes Ecclesie thesaurũ esse fundẽdos; vestro consilio, sua suaq; Mantuum iuimus, Christi anos, vt ibi Reges in societate belli accesserimus. Non successit ex sententia; non audierunt Christiani Pastoris vocem. Reueris domũ, per- turbata oĩa reperimus. Io. Andegauis, Rhenati filius, nauigia, qua Cardinal. Auinionensis sacra pecunia contra Turcas in Rob- dano cõparauerat, sibi arripuerat, & in struãta classe aduersus Christianos, in regnũ Siciliae duxerat, atq; Italia quã pace qua- debat bello inestauerat. Misimus suppetias Ferdinãdo, qui Rex erat a nobis cõstitutus, ne de regni possessione sine iudicio eie- reretur. Rem difficile inchoauimus: Regni Baronis exceptis paucis oes aduersus Ferdinãd; reb; lauerant. Magnũ & memorabile Fran- cia nomẽ, haud parũ in regno valebat. Accesserat Picininus, Pi- cinini filius, qui a Rege Ferdinãdo, ad Ericos defecerat, & ta- quã belli fulmen, terrorẽ prouincialib; inuulerat. In agris Eccle- sie familiae nobiles, aut apte cũ hostib; sentiebãt, aut auxilia cũ ministrabant, Vrsini exceptis, atq; Comitib; quos ere cõduxim; Columnẽ in Capania sepe res novas moliri sum. Eueris Anguilaria Comes, modo vniũ, modo alterũ furari oppidũ ag- gressus est. Gentili Salensis vrbe veterẽ occupare tentauit, & i- culla nobis eripuit. Rebellauerit & nobiles in arce Canali mun- tissima, quã putabant in expugnabile. Quid Sigism. Malatesta quot nobis molestias intulit? Liberatus ab hoste, cui prorsus erat impar beneficio nostro, pacẽq; cõsecutus, Muldauit, & alia oppi- da, quae iure pignoris tenebamus, p; fraudẽ, dolosq; nobis eripuit; ad hostes defecit, Gallorũ stipendia meruit, copias nostras in Pi- ceno p;stigit, omnẽq; late agrũ populatus. Perusini nouarũ cu- pidi rerũ, nõ tam nobis, quã Picinino sauebant. Rheasini, vix in officio mansere. Romana inuentus grassari vrbe, rapinas, ca- desq; facere hostemq; accersere. Aduersus tot tantaq; difficultate; nec Veneti, nec Florentini, vt excedere tenebantur, auxilia praeuere. Dux Mutina, Gallorum partes enixissime inuit, Solus Franciscus Mediolanensium princeps, Ferdinãdo, nobisque auxilio fuit. Vidimus per id tẽpũ, vos ferme omnes metu trepi- dare, nec quisquam vestrũ consilia nostra probabat. Ruituram Ecclesiam arbitrabamur, nec poterat de nobis non dura lo- qui, qui re Turcarum omnia, bellum Gallicum suscepissimus, Ferdinãd; magis causam, quam Christi defenderemus. Ex- istimabatẽ ex animo nostro celum fidei penitus decidisse, nec vllam nobis esse curam tuende religionis. Falsa opinio fuit, male de nobis opinati estis. Non videbatẽ cor nostrum, neq;

XLI. Pius Card. aduocat.

intrepescere mentem poterat. Nulli molestiores, quam nobis fuere Turcarum victoria. nulla ab illis subacta gẽtes, nulla vr- bes euerse, nulla Christianorum anima rapte sine singulari more nostro, atq; inmensissimo dolore. Ardebat animus sub- uenire miseris; pudebat hostes grassari in agris fidelium, neq; inuenire resistentes. Sed quid ageremus? Occupati domestico bello, fors pugnare non poteramus. Aut Roma cedere oportebat, aut Gallos vincere, qui fretis inuisionibus nostris contra ius fasque, regnum Siciliae inuasent, & a Gallosq; nostros in circuitu contra nos armarant. Necessaria summissum ar- ma, quae defenderent, non quae offenderent: pacare domum o- portuit, deinde Turcas bello petere. Huc mens nostra, huc cogi- tationes oes intentae fuerunt. Pro Christo pugnamus, cum Ferdinãdum defendimus. Turcis bellum intulimus, cum Si- gismundi concussimus agros, vidit ex alto pius, atq; optimus Deus, animum nostrum, nobisq; adfuit, & dicitur cõsilia no- stra. Misit de caelo Angelum suum, atq; hostes conteruit & contriuit. Factiosi tyranni omnib; excuti opibus, praeter paucos, prostrati ante pedes nostros veniam petiere. Tyburini, qui & i- p; propmodum ad hostes defecerat, arcis subire iugum coacti sunt. Columnenses humiliati, summis precibus vt eos ab ini- micis protegeremus, pro vt iustate, & dignitateq; domus obtinere- re. Eueris, pauidus, tremensq; domi quisq; sit: Canaleses fundi- tus deleri sunt: Gentili quosq; amisso patrimonio in exilium actus; Perusini dicto obediens effecti; Rhenati nulla impe- rata recusant, Iulius Camertinus, qui vnus fuerat ex conspira- toribus a Sigismundo cecitatus, domi contra naturam quiescens, oppidum Sorocata, quod non recto titulo inuaserat, trepidus reddidit. Quid de Sigismundo actum sit, omnes tenent. Cum Senogalliam nobis eripisset, inuasit ab exercitibus nostris, fugatus, profligatusq; est, vixq; cum paucis euasit. Muldanium deinde vi captum, quamuis externo milite munitum esset, & omnia vicariatus oppida in potestatem redacta, Transiuere co- pia in agrum Ariminensem, breuiq; Muldanium, Monteflorum, Verucium, S. Archangelum, & circumiecta castella partim vi, partim deditioe nostri duces obtinere: mirabili praesidentia Dei, atq; misericordia, inexpugnabilia, quae puta- bantur loca, & quae nec Picininus, nec Franciscus Sfortia pra- clerit dices, quamuis tẽta essent, euincere nullo pacto valuerunt, breui tempore capta sunt. Iam est ad Eraniam. Vrbs ma- gna, & potens, & in litore maris iacens, vnde saepe auxilia suscepit, obfessa tandem manus dedit. Recepta est & Senogallia, & Gradaria, quae Francisc. Sfortiam in obsidione iacentẽ de- luit. Nihil Sigismundo remansit praeter Ariminum, & quaedã in Apennini montibus niuosa loca, & in Etruria Cisterna, ma- gna Dei vltio, peste, fame, atq; bello conteritur, qui paulo ante superbus per contemptum, atq; irrisionem intercepti Episcopi Cornetani ornamentis, equitem quendam ex suis iusserat illa induere, atq; obsequantem per castra quasi Legatum summi Pontificis populo, atq; militi benedicere. Sic sacrorum contem- ptoribus Deus retribuit. Dominicus Malatesta cum Sigismundo fratri opem tulisset, nostrisq; conatibus aduersaretur, magna parte agrũ multatus est, iussisset Vrsina eiecius, nisi respiciens, ad misericordiam nostram cõuolasset. Haec in agris Ecclesia ge- sta extra regnum. Referamus nunc breuiter, quanto nos saure misericors Deus in ipso regno profectus est. Transseamus Cam- pania recuperationem, cuius magna pars ad hostes defecerat, concordiam vrsi Vrsini, res Calabriae, expugnationẽ Cosen- tia, reditum Marchionũ Quironiatũ, & S. Severini familiae. Ad maiora veniamus. Quid Troiana victoria gloriosus, in qua omnes hostium vires in vnum conuulsa, infelix prelium com- misere: Ioan. Andegauensis, cuius auxilio res gerabantur, & Picininus formidatus copiarum Imperator, atq; iniunctus exi- stimatus, primarũq; duces turpem arripere fugam coacti sunt. Troia deinde in potestatem venit, & Ioan. Costa, Regia libera- litate dimissus. Contra principem Tarentinum ducta copia, A- sculum illi eriperunt. Dux Melisae ad Osuntium Regi se dedit, & paulo post Princeps ipse Tarentinum relicti Francisc. atq; ab- uersata Picinini societate, suo Rege reconciliatus est. Picinini cum eo procerũ magna caetera in gratiam rediit. Neapoleo Vrsinus, nostri ductor exercitus ad compescendam Soranũ Ducẽ teme- ritatẽ profectus, Insulam, & Soranũ, & Arpinum, & alia ple- raq; magni momenti castella illi eripuit, ac Francum imposuit;

recuperavit & agrũ Abbatia S. Germani, & Pontemcorum olim Eugenio, ab Alfonso ereptum; Antonio Spinello, praecipuo Gallici nominis assertori, tantum terroris inuasi, vt subito morbo correptus interierit; nepotes eius Fabritius & Geruasius in arce VVilhelmi, quam inexpugnabilem putant, Ecclesia ve- xilla exercent. Duxit & aduersus Rogerotum Gelau Comi- tem, qui Picinini armis aditus, priuatam Imperio matrem in carcerem comiecerat. huic breui tyrannidem ademit, atq; vt Ferdinãdus decreuerat, Comitatum nepoti nostro Antonio tradidit. Ex altera parte Alexander Sfortia ab Apulia per a- speros montes in Aprutius duxit, cõiunctisq; Marthae Capua- no, & Roberto Vrsino in Caudolas, Picininumq; contendit, qui apud Archas castra tenebant. Non fuit animus hostib; cum A- lexandro manus conferere; iugitatis castris adiuuitoria mon- tis loca migrauerunt, ac misso caduceatore pacem petentes, post paucos dies cõpositis reb; suis Ferdinãdo se submisere. Duxit Alexander & aduersus Aquilanos, qui omni spe auxiliij desti- tuti, mox deditioem fecere, quãuis liberos, & vxores comestu- ros se olim dixerant, priusquam Francos relinquere: vt saepe maior oris, quam animi ferocitas reperitur. Ferdinãd; vasa- ta Rossani principis agrorum magna parte, in planiciem Sin- uessanã ingredi conatus est, quae mari, flumine, ac montibus clausa, difficillimos habet aditus. Vicit omnia cõstans animus diuino saure adiutus; munimenta disiecta sunt, & omne pra- sidium ad turrim, quam vocant Balnearium, locatum magna vi repulsus. Obrepta est & planicies, & ager omnium diris- mus direptioni datus, atq; ad portas vsq; Sinuessa procursum. Constermatũ tandem animo Rossani princeps, quamuis Ande- gauensis cum duob; equitum turmis auxilio aduenisset, pacem nihilominus petijt, multatũq; nonnullis maritissimis locis, in pristinam beneuolentiam receptus est; Ioan. libertas datus est intra quindecim dies, quocumq; veller, extra regnum abiret. Is apud Enariam se recepit, ibiq; Catelani fidem secutus, qui suum dominum prodidit, egens, merensq; latitat. Haec illi pra- mia sum violatae fidei, & Ecclesiasticae classis in Christianos armata. Sic Deus in suos hostes vltiscitur. Quis non haec diuina opera recognoſcat? Non sunt haec nostra, viri fratres. Deus, Deus est, qui talia orditur, & rexit. Maximum regnum, qua- dringentis circiter millibus passuum protensum, nusquam mi- nus quam centum millibus latum, tot vrbib; tot munitis ar- cib; reſertum, tot Baronibus, tanta militia plenum; cum vno anno concordis rebellionẽ ad Francos defecisset, paucissimis auc- ciuitatibus, aut Baronib; cum Ferdinãdo remanentibus, do- nante altissimo, cuius est regna de gente in gentem transferre, huc deniq; redactum est, vt omnia Ferdinãdi nomine teneã- tur; exceptis in Aprutijs Ortona; in Apulia Manfredonia, Be- stia, S. Seuea, arce Luceria, & Campibasi Comitũ paruula regione; in Calabria Mantua; in Tyrreno mari e regione Neapolis, Castrum oui semi dirutum ab hostibus detinetur, & non procul a Baia arx Enaria, in qua diximus Ioan. Latere. reliqua nostris, & sociorum armis euicta, ad officium rediere. Quorsum haec, quare ista, tam longa narratio? Nempe vt intelli- gatis beneficia magni Dei, quibus & Romanam Ecclesiam, & vos nosq; cumulauit, vt cogitatis vna nobiscum, vicem repen- dere, atq; habere gratias largitori. Peracta sunt duo grauissi- ma bella, Siculum, ac Bicenium; & quamuis reliquiae nonnul- la in regno remanserint, satis est, quod nostris cogitationibus impedimento esse non possunt. Ipse per se Ferdinãdus minuta haec, quae restant, euellere offendicula sufficit. nobis iam liberũ est, aduersus Turcas arma capessere. Non possumus amplius, nec volumus differre; nunc desiderium nostrum implere licet; nunc pro fide pugnare fas est, quod semper optauimus. Nunc Deus cogitatum nostras, hisq; viam iam tandem expeditam reddidit. Rogatis nos scopus, vt hoc ipsum ageremus! nunc vos rogabimus; caere, ne quod in nobis reprehendistis, in vobis in- crepare possimus. Nunc vestra fides, vestra religio, vestra deu- otio in lucem veniet. Si vera erit, non fida charitas vestra, nos sequemini. exemplum dabimus vobis, vt quemadmodum nos ipsi facturi sumus, ita & vos faciatis. Nos autem Magistrum nostrum, & Dominum Iesum Christum, piũ, & sanctum pastorem imitabimur, qui pro suis ouibus animam ponere non dubitauit. Ponemus & nos vitam nostram pro grege nostro, quando aliter Christiane religioni, ne Turcarum viribus con-



culcur, subuenire non possumus. Armabimus classem, quam pro facultatibus Ecclesie instruere poterimus, ascendemus nauem quamuis senio, morbisq; onquassati, dabimus vela ventis, atq; in Graeciam, & Africam nauigabimus. Et quid ages, (dicit quispiam) in bello: senex, sacerdos, mille morbis oppressus, & in prelium ibis? Quid togata ualbit in pugna cohortis? Quid facer Ordo Cardinalium praestabit in castris? Vix tympana, tubaeq; ferent, ne dicam bombardas hostium In delictis egere iuuentiam, & tu senium macerabis armis? Inconsulte agis. Melius domi cum Cardinalibus, atq; omni Curia remanere, classemq; argento paratam, forti, & affueto malis milite instruat, mites in hostem: aut Hungaris, aurum sueres, qui copias validissimas in Turcas agant. Pulchre dictum, & utile, si adsit aurum. Sed unde id corradiemus? Aerarium nostrum diuino bello exhaustum est, nec prouentus Ecclesiae sunt, qui tante rei sufficient, quamuis diuino munere aluminiis uena reperta est, que magis, ac magis diuina pietati nos obligat, & ad tuendam religionem inuitat. Omnis pecuniarum summa, qua singulis annis ad Cameram nostram peruenire potest, ad trecenta millia auri nummum haudquaquam ascendit. mediam partem custodes arcium, & praefecti prouinciarum, & belli duces, & aulici nostri consumunt: neq; his sumptibus carere Apostolatus potest. Quis reliquum ad debellandos Turcas sufficere dixerit: Intellegit pro uestra prudentia. Iste maior pecunia opus esse, uix decies centena mill. a in annu sufficienti Turcano bello, q; triennale, aut certe longius futurum, uiri docti in Mantua iudicauerunt. Audimus in susurrations uestrae. Si adeo difficile bellum censet, qua spe pergis non apparat uiribus, que sufficient: Isti uenimus. Bellum cum Turco necessarium imminet: nisi sumimus arma, atq; occurrimus hosti, ad uim dereligionis censemus. tales inter Turcas erimus, quales inter Christianos, Iudaeorum cernimus despectam gentem, nisi bellum sumimus, infames sumus. At bellum sine pecunia geri non potest? Quare occurrit hoc loco, ubi pecunia perquiremus? a fidelibus Christianis, respōdebimus. Urgemus amplius, Quo pacto quo modo? Oēs rē tate uia sunt, nulla uoto respondit. In diximus Mantuae conuentum, qui inde fructus emersit? Misimus in prouincias Legatos, sperit atq; irrisi uere. Imposuimus Clero decimas: appellaram est pernicio exēplo, ad futurum Cōcilium. In sumus indulgentias predicari: aucupium id est ad extorquendas pecunias dixere, & inuentum Curialis auaritia. Omnia quacumq; agimus, in partem deteriorē populus accipit. Ea cōditio nostra est, qua mensuram per dita fide, nihil creditur nobis. Despectus sacerdotum est, & nomen Cleri, & si uerum fateri uolumus, nimis est Curia nostra, uel luxus, uel fastus. hinc odiosus populo sumus, adeo ut nec uera dicitur, audiamur. Quid agendum in tanta contumacia censerit? An non querenda uia est, qua ueritatem fidem recuperemus? uiaq; dicitur. Et qua uia hic nos ducet? Nulla certe, nostris temporibus, uisitata ad usum iam pridem timere transendum. Querendum est, quibus artibus maiores nostri, hoc nobis imperium Ecclesie latissimum pepererunt, atq; illa uendunt. Principatus enim facile his modis retinetur, quibus initio partus est. Abstinentia, castitas, innocētia, zelus fidei, religionis seruior, contemptus mortis, martyrii cupido, Romanam Ecclesiam toti Orbi praefecerunt. Primi, Petrus & Paulus in clyto martyrio dicauerunt: secuti deinde pontifices alter post alterum longa serie ad tribumalia Gentium rapti, dum falsos Deos accusant, Christumq; uerum, & uincum Deum manifesta uoce facentur, exquisitis supplicis mortem obire, eaq; pacto nouellaplanationi cōsultuere. Crediderant discipuli magistros uera locutos, qui suam doctrinam morte firmassent, nec uili potuerint ab ea tormentis auelli: ueri, & probati pastores, qui pro gregibus suis animam posuerunt, magistrum, & Dominum imitati Iesum, aeternam, & optimum Pastorem, qui pro suis ouib; in ara Crucis occisus, humanum genus pro Patri reconciliauit. Conuersis deinde ad Christum Romanis, apertis Ecclesis, & Euangelio passim disseminato, cessauere martyria. & sancti confessores inuolueri, qui doctrina lumine, sanctioriq; uita fulgore, non minus Christianis plebib; profuerunt, quā martyres, uicis hominum frenant ponentes, quae solent in pacelatus uagari. Ab his, & ab illis Ecclesia nostra magna effecta est. Seruari non potest, nisi praedecessores nostros imitemur, qui regnum Ecclesiae condidere. Nec satis est confessores esse, predicare populis, fulminare

in uita, virtutes in caelum tollere. ad priores illos accedendum est, qui pro testamento Domini, corpora sua tradiderunt. Nihil est, quod pro salute gregis nobis commissi perpeti non debemus, etiamsi anima ponenda sit. Turca, modo istam, modo illam Christianorum prouinciam uasant. Bosna hoc anno capta est, & Rex gentis obrutus. Trepidant Hungari, trepidant vicini omnes. Quid agemus? Armatas illi copias obuiam mittimus? Non est aurum, unde parentur. Quid ergo? Reges hortabimur, illis occurrant, atq; hostes de nostris sinibus propulserit. At hoc frustra tentatum est. Non belle dicitur, Ire. Fortasse melius audient, uenite. Hoc tentare libet. Si sententia in bellum contra Turcas pergere, Christianosq; principes, ut nos sequantur, factio simul, & uerbis inuicere. Fortasse cum uiderint Magistrum, & patrem suum, Romanum pontificem, Iesum Christi Vicarium, senem, & agrotum in bella uadentem, uidebit eos, domi manere, arma capient, defensionemq; sacra religionis fortib; animis amplectentur. Hac nisi uia Christianos in bellum excitat, nescimus aliam, hanc ingredi placet. Scimus rem senio nostro pergrauem esse, nosque ad certam quodammodo mortem profecturos. Neque hanc recusamus: cuncta Deo committimus, fiat uoluntas eius. Morituum nobis aliquando est; neq; interest, quo in loco, dum bene moriamur. Beati, qui moriuntur in obsequio Domini. Mars bona, malam uiam redimit. Nobiscum bene actum putabimus, si Deo placuerit nos in eius seruitio, nostros finire dies. Vos, qui tantopere nos adhortati estis in Turcas bellum mouere, domi in otio remanere non decet. Oportet, membra suo coaptari capiti, & illud sequi, quocumq; ierit. Quod agimus, necessitatis est. promissa est profectio nostra Philippo Burgundiae Duci. Potum is uouerat, profecturum se contra Turcas in bellum, si aut Imperator, aut Rex Franciae, aut alius princeps, quem se sequi non dedecet, idem agere proponeret. Intellegimus quanti momenti esset profectio Philippi, inquit magna pars Occidentis sequitur. Cupiebamus hunc iter incipere, atq; (ut aiunt) glaciem perfringere primum, haud dubitantes, quin eum maxima nobilitum, ac procerum multitudo sequeretur. Verum neq; imperator, neque Rex Franciae, neque princeps alius superior, in Turcas arma proferre animum apposuit. Solutum se Philippus uoto existimabat, cuius non esset impleta conditio. Venit in mentem, excusationem hanc ei subripere, uocatisq; sex Cardinalibus, quorum fides, ac taciturnitas spectata nobis erat, anno ab hinc fere secundo, propositum nostrum aperuimus. Oblituerunt ad primum sermonem Cardinales, rem maximam, & superioribus inauditam temporibus probare non poterant. At postquam saepe consultatum est, & hinc pericula fidei, inde Romana Ecclesiae detrimenta, aequis lancibus ponderata sunt, in sententiam nostram omnes concessere. Scripsimus itaq; Senatui Veneto propositum nostrum, indicto silentio, eiusq; principis consilium, & auxilium postulauimus. Placuerit ueneti meditata nostra, atq; auxilium promiserunt, summaq; fide silentium seruauerunt. Episcopum deinde Ferrariensem, ad Ludouicum Regem Franciae misimus; qui uelut somnia, dicta nostra contempserit, ratus idcirco talia nos effinxisse, ut eius animum a rebus Italicis auerteremus. quamuis maiora fuerit eius somnia, qui se uero anno uicturum Angliam, atq; Hispanicis contentiones pacaturum iactauit; deinde per Italianam domitibus Genuensibus, subactoque Sicilia regno, facile in Graeciam traieciturum, omnes barbaras nationes edomiturum, deseruit Ferrariensis Regem, & ad Philippum (ut erat iustus) reuēta se contulit, ad quem cum uenisset, lectulo cubantem, atque inter cetera dixisset, necessarium esse contra Turcas arma sumere, uotoque satisfacere: nam & nos ipsi in eam expeditionem profecturi essemus, qui Regis, & sacerdotis Iesu locum teneremus; Prohē ades, inquit, Episcopo: nam hoc mihi nuntio sanitatem affert. Faciam, qua iubet Pontifex, euntem sequar, breui ad eum Legatos de tota re transigenda misurus. Ecco adsum Legatus, audiuit eorum postulata, defensionem fidei nobis suadet, atque in Turcas bellum: promissa Ferrariensis exigunt, uenturum principem dicunt, si nos pergrimus: Sin minus, domi mansurum. Quid aimus? Promissa Duci, & Veneti profectio, sine dedecore summaque turpitudine negari non potest. Non est integra

res; oportet. Periculosum iter ingredimur, non negamus, nobis scilicet, qui senes, & ualitudinarii sumus, cetera non item. quando spes magna victoria consequenda oblata est, neq; enim soli in hostem pergrimus, Penetrorum ualida classis, & maris domina nos comitabitur. Aderunt & alij Potentatus Italiae. Dux Burgundiae Occidentem astraet secum. A Septentrione Hungarus uigebit, & Sarmatae: rebellabunt per Graeciam Christiani, atque in castra nostra procurerunt. Albani, Seruij, Epirota libertatis tempus aduulso gaudebunt, & partes nostras adiuuabunt. Nec deerunt in Asia moris Caranami, & Tarsae, & aliorum, qui Ottomanos aduertunt. Adsit tantum diuinus fauor, ad uictoriam cetera facturunt: nec nos pugnatu- ri, pergrimus corpore debiles, & sacerdotio fungentes, cuius non est proprium arma uersare. Moysen illum sanctum Patrem imitabimur, qui pugnantem aduersus Amalechitas Israele, orabat in monte, Stabimus in altis apippe, aut in aliquo montis supercilio, habentesq; ante oculos diuinam Eucharistiam, id est Dominum nostrum Iesum Christum, ab eo salutem, & uictoriam pugnantibus nostris milibus implorabimus. Cor contritum & humiliatum non despicit Dominus. Eritis & uos nobiscum, exceptis senibus, quibus ut remaneant ignoscimus, orabitisq; pariter. & operibus bonis Christiano populo diuinitatem reddere propitia. Cogitatis, dum ista dicimus, quod erit interea Romana regnum Ecclesiae? Recusabunt Ultramontani ultra mare se sequi, nec in absentia tua, satis tutum erit patrimonio Ecclesiae. Iesu pergrimus, omnia prouisa sunt, audite, Romanam Curiam, & omnia eius officia, & duos pariter Legatos ex ordine uestro, apud urbem relinquentes; alter spiritibus neq; uis praerit, temporibus alter. Inuenient omnes, quod quaerent, non iniqua petentes. Maiores tantum causa, & perdifficiles, & rara, ad nos deferentur. Vicarius noster iustitiam temperabit, beneficia conferet, uidiatis prouidebit Ecclesis, succur- rerit egenis, dispensabit, gentis largietur, pro dignitate, & personarum meritis. Alter subditis Ecclesiae dicit, & hostem propulsiabit, praesidio militum fuluus, quorum ductor erit Antonius, nepos noster. Huic equitum tria millia, peditum duo millia relinquentes, quorum pars apud Picensis manebit. Hoc pacto, quantum humana possumus ratione prospicere, in tuto dimittimus omnia. Sed nihil est, in quo magis speremus, quam in Altissimi adiutorio. Nisi enim Dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilat qui custodit eam. Pro Deo nostro pro- priam eius sedem, & Romanam Ecclesiam relinquentes, & hanc aenitiam, atq; hoc debile corpus suae pietati deuouemus. Non erit immemor nostri. Si non dabit reditum, dabit in caelum aditum, & primam sedem, sponsumq; suam indemnem conferuabit. Audistis propositi nostri seriem; uos nunc uicissim animi uestri sententiam promitte.

XLIII. Card. Pij propositum laudant.

Inter loquendum saepe illacrymatus est Pontifex, neque solum Cardinales continere potuerunt. Prior in collegio, qui responsum esset Cardinalis Officium fuit. Rothomagensis Ecclesiae Pontifex, homo Gallicus: qui licet a re propolita alienus, iustus tamen sententiam dicere, minimè aduersari ausus est; natura hominis peruenit honestas: Ego, inquit, & consilium tuum, Pontifex, laudo, & animum admiro, te sequar quocumq; iusseris, & si mihi nauigatione nihil difficilior est, onus quodcumq; impofueris feram. Cardinalis Portuenis natione Hispanus, etate grandaeuus, cadentibus uertim lacrymis, nec singultus retinere ualens; Hominem te, inquit, haec tenus existimaui, Pontifex, nunc Angelum iudico. Vicisti opinionem meam. Deus addit captis tuis; ego latei tuo comes semper adero, siue aqua, siue terra sit iter habendum, nec te per flammam euntem deseram, quando recta in caelum uadis. Similia ferē locuti sunt, sequentes, ad Spoletanum usq; Pontificis propositum summis in caelum laudibus extulere. Spoletanus est unus eorum Cardinalium fuerat, cum quibus ab initio rem tractaram diximus, & in utramque partem disceptationes audierat, intellexeratque obiecta in contrarium confutata fuisse, ut tamen plus aliquid, quam ceteri scire uideretur, propositum Pontificis, etli magnum, & dignum laude uideri asseruit: igno-

rare se nihilominus ait, an perfici posset, difficultatesque iam millies refutatas, in medium adduxit, tamquam ea primum die de profectioe uerbum audisset: sed non impudē locutus est. Pontifex facile sapē uictum reuicit. Aliorum percontatus sententias, nullum inuenit, qui non magno perē profectioem, & laudauerit, & iuaserit; nec quisquam fuit, qui non res simul, & corpus obtulerit, excepto Atrebatensi, ut mox subiiciemus. Pontifex laetus assentione Senatus silentium imperauit, usque ad constitutam diem.

Interea Cardinalis Theanenſis, & Federicus Vrbinas, post diuinam Fani obſidionem, in qua supra quam dici queat incommoda pertulerunt, non solum ab hoste iaculis, ac tormentis mirum in modum laeſiſſi, uerum etiam inclementia caeli, & inſidiis vexati, quibus castra tamquam ſtagna, & ingentes lacunae inundauerunt, oppugnare tandem urbem decreuerant cuniculis, & patentibus fossis, per quas miles à lateribus tuis incederet ad muros usque de uiculis. Sigismundus Malatesta per eos dies ex Arimino Fanum uenit, inſpecturus, an oppidum posset seruari, commeatu (quod pro tempore parare potuerat) nauibus importato. Is urbe luſtrata, & hostium robore, atque operibus conſideratis, acceſſit Roberto filio, quem loco praefecerat, Ego, inquit, Ariminum neceſſario reuertor; tu quemadmodum capisti hanc urbem forti animo defendit. Quod si uis hostium superauerit, aut deditionem ipsi ciues tentauerint, cauto, ne salua ciuitas ad Ecclesiam perueniat, aut ignem tectis inſerito, aut hostibus praeda exponio: atque his dictis abiit. Vrbinas, & Cardinalis cognitis quae gerebantur in ciuitate, paratis muris adiuuatur. Committitur acre certamen, undique tela, & saxa volant, scandunt Ecclesiastici muros iam magna ex parte bombardis eictos. Reparauerant ciues interius ex materia, terraque alterum molem; quam dum illi seruare nituntur, Ecclesiastici deiicere, multi mortales petiere, multi ex utraque parte uulnerati ex pugna receſſerunt, fuissetque proculdubio capta moles, & urbs direptione exposita, nisi Ecclesiasticis missilia defecissent; quod ubi Federicus agnouit, recepti cecidit. Intellexere Fanenses periculum in quo fuerant, nec ausi fere eundam expeſtare pugnam, in tempeſta nocte Legatos ad Cardinalem miſere, cum quo rebus compoſitis, 7. Calend. Octobris deditionem fecerunt, nec facultas fuit Roberto patri imperium exequi; qui paulo post & ipse arcem tradidit, paternamq; ſententiam uerens, declinato Arimino, Rauennam se contulit. Pius in menta forte ac- cumbear, cum Cardinalis nuntio ſignificatum est, Fortunae Fanum in potestatem suam integrum deueniſſe. Exiit illico ad caelum manus, & optimo, summoq; Deo gratias egit, qui se tantis beneficiis cum- mularet, ſecumq; tacitus inquit, Nulla iam causa est, quae me retinere domi poſſit: uocat me Deus ad bellum suum, atque iter aperit. Non est, cur amplius dif- feram. Capto Fano, paulo post & Senogallia recepta est, & oppidum S. Ioannis in Mariliano, & Gradata deditionem fecere; & Anconitani quamuis inuiti, Monreſmurtianum, quem clam Legato à Sigismun- do coemerant, Ecclesiae tradiderunt. Deinde cum omnibus copijs Cardinalis in Montemferreſtanum traiecit.

XLIII. Ecclesia sic a copiis Fanum occupant.

XLIV. Italia Principi ad Pium responsio.

Italorum interea Legationes, acceptis à Dominis suis responsis, Pontificem aduēt, decreuimusque Mantuae factum de decimis, uigesimalis, ac trigesimalis receptum esse affirmant. Mittuntur exaetores; nihil morae futurum, quin Pontificis desiderio satisfiat. Ferdinandus Siciliae Rex ita respondit, & Franciscus Mediolanensium Dux, & Butius Mutinensis, & Ludouicus Marchio Mantuanus, & Bononiensis, & Lucenses, Genueſis quamuis rogati, nullum ad Conueſatum miſere:

nec Sabaudia Dux, quamvis in Italia multum agri obtineat, nec Marchio Montisferrati. Florentini Legato misso, nihil nisi verba dedere: habere se Constantinopoli negotiatores suos primarios ciues, vereri se, ne bello contra Turcas implicari viderentur, sui ciues infortunium pariantur, ut sunt barbarorum mores: statuisse Magistratus naves ex maioribus tres, quas vocant Gallicatas, sub specie negotiationis Constantinopoli mittere, indeque suos ciues, atque omnes eorum fortunas abducere, quod ante natale Domini cum existimarent futurum: tum facile civitati bellum suaderi posse, siue pecuniaris ad bellum contributiones. Piusquam hoc fieret, frustra tentari populum, cui nihil difficilius, quam sumptum suadeas. Senes post diutinas consultationes, & frustra Senatorum defatigata consilia, tandem auri nummum tria millia trecentos, in eam expeditionem se collaturos dixere. Tantum illi, & Iesu Christo Domino Deo suo polliciti sunt, & Romano Pontifici blanditi, qui post acceptum Pontificatum in urbem Senensem, supra quingenta millia aureorum transfudit. Contempsit utroque Pontif. Neque enim de Florentinis aliud iudicium fecerat. Correxerunt se tamen post aliquot dies Senenses, & pro tribus millibus, decem millia collaturos scripserunt suae reipublicae paupertatem excusantes, quae licet Pontificis opinioni minimè satisfaceret, accepta sunt tamquam grata, vincente Pium patria charitate, cui vel erranti acquiescendum putavit.

Veneri, ut relatum est, apertum iudicium Turcis bellum. Aloysius Laurendus classis praefectus ad Isthmum Peloponnesi adnavigauerat, vasa quindecim millia calcis eo detulerat, elaborataque materiae tantam vim, ex qua turres quinque multorum tabularum, siue castella excitari possent. Duo hic maria Ionium, & Aegeum ad sex millia passuum terram coeicent. Hoc spatium, Examilium, Graeci vocant, quo clauso, vniuersa Peloponnesus a retrestribus copijs defensa est. Propter quod murum a mari, ad mare duxerunt veteres, turribus, & fossis egregie munitum, qui saepe ab hostibus deiectus, saepe ab incolis instauratus est. Turcae vltimo deuicta Constantinopoli, Attica, & Boetia subacta, murum destruxere, Peloponnesumque ferme omnem, in suam potestatem redigere. Extrabant adhuc fundamenta, & reliquiae veteris aedificij, cum Veneta classis appulit. Excitatus est repente murus Veneti studio, in altitudinem, & crassitudinem pristinae; turres erectae supra centum qua dragina, & ab exteriori parte latior, ac profundior fossa deducta. Camque Venetis interior quoque, vis timenda videretur, neque enim Graeci omnes peninsula ad eos defecerant, Turcarumque non parua manus munitiora infederat loca, alteram fossam interius effoderunt, egestamque terram in aggeris modum composuerunt, seruiato spatio inter murum, & aggerem, in quo veluti in arce milites protegerentur, & machinae omnis generis ad propulsandos hostes conseruarentur; tum portae opportunis constitutae locis. Quatuor tantum oppida in fide Turcarum mansere, in quibus praecipua sunt Corinthus, vrbs quondam celebris. Tria millia Turcarum eo confugisse, fama fuit. Veneti non praesumere munitissimum oppidum, ac defensore plenum armis oppugnare, fame macerandos hostes putauerunt, curis omnibus, atque studijs ad muniendum Examilium conuersis. Duces Turcarum, qui Atticam obtinebant, vbi mutari Examilium didicerunt, coactis octo millibus equitum, perturbatum opera eo procurarent. Sed cum iam opus absolutum inuenissent, retrò abire confusi, maioribus viribus opus esse censentes. Interea & Lemnos, & complures insulae Aegei maris, quas vocant Cyclades, abiecto Turcarum iugo, ad Venetos defecere, quae cum Pontifex didicisset, decretum suae pro-

XLV. Veneti Peloponnesum muniunt.

Plures insula ad Venetos deficiunt.

fessionis promulgatum statuit, ad rem perficiendam multa consultanda cum Cardinalibus fuerunt, in quibus semper aduersum, ac renitentem Ioannis Cardinalis Atrebas sese praebuit, cum sub alienato animo Pontifici esset. Namque cum aliorum iudicio doctus, suo vero doctissimus Atrebas sibi videretur, ut qui litteras memoriae multas mandasset, & profanas, & sacras, & quicquid apud Latinos legitur percurrisset, selectisque Philosophorum, & Poetarum dictis referisset memoriae praeu, ac de quacumque re sermo incidisset, paratus esset aliquid dicere, & piscorum dicta Doctorem in medium afferre, omnia haec de causa licere sibi existimabat. Cum itaque vacassent in Gallia aliquot mensibus ante duae insignes Ecclesiae, altera Metropolitana, Vesuntiorum apud Burgundos, altera Cathedralis Albiensis apud Francos in Aluernis, utraque satis diues, Atrebas utramque ambiuit, atque Pontificem adiens; *Vesuntiam, inquit, Ecclesiam, unde mihi origo est, negare non potes, Albiensem petiit Rex Franciae, ut mihi commendes, iam pridem hoc Regi promissisti.* Cui Pontifex; *Nostram, ait, consuetudinem nosti, Pontificales Ecclesias nulli duas committimus, nisi sit altera ex titulis Cardinalium;* harum vnam delige, duas sperare nolo. Quo auditu Atrebas vehementer doluit, & quasi contumelia tactus, commemorare sua in Apostolicam sedem beneficia, pragmatica sublationem sibi attribueret, & amicitiam Regis Franciae, quae suo studio quaesita fuisset. Mansit tamen in sententia Pontifex. *Qua re indignatus Atrebas Pontifici, quantum potuit, semper deinceps restitit; & demum impetata abeundi potestate, post decretum in Turcas promulgatum, in Franciam abiit.*

Inter haec voluens animo Pontifex, quantum, & quod periculosum bellum esset, quod aduersus Turcas suscipere statuisset, & quantum rebus gerendis conducere, Francisci Mediolanensis auctoritas in eo militantis, longam ad eum epistolam misit. In ea conatus est homini suadere, ut secum in expeditionem iret, totius exercitus Apostolici Dux futurus, aeterna inde fama, & animae salutem consecuturus, posteritatique suae in principatu Mediolanensi consuturus. Sed frustra conatus est, Delitit iam praesentibus deuinctus animus, futuras contempsit, excusationesque procul quasitas obtendit. Pius nihil minus in adiutorio confisus Altrissimi, ad xi. Calendas Nouembris, Pontificatus sui anno sexto, conuocato publico Consistorio, quod admodum frequens fuit, tamquam Legatis Burgundis responsurus, Gregorium Lollium, decretum communi Cardinalium consilio, & assensu editum legere iussit in quo, & necessitatem belli, contra Turcas gerendi, & profectiois suae, & sperandae victoriae causas, & praemia bellatorum, & impediendum vitiones late aperuit.

Istud est decretum profectiois in Turcas: cum praerogatis eiusdem passagij.

Pius Episcopus, Seruus seruorum Dei. Vniuersis, & singulis Christi fidelibus, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Ezechielis Prophetae magni sententia est, *Veniens gladium nisi annunciauerit speculator, animarum, quae perierint sanguinem de manu eius requirendum fore.* Quod veriti sanctae memoriae praedecessores nostri Nicolaus Quintus, & Calixtus Tertius, ab eo tempore, quo Turcorum effrenata rabies Constantinopolim expugnauit, venturum ad interiora Christianitatis hostilem gladium clamare non cessauerunt, commone-re Christianos Principes, ac populos, quanto in periculo esset nostra religio, nisi occurreret hostibus priusquam amplius inualecerent. Suaserunt, ut arma sumerent, defensionem Catholicae fidei subirent, firmiter bestijs obuiam irent, nec sinecent immanem dreconem Mahometem, fideles deuorare animas. Videbant ferocem illius animum occupata Con-

XLVI. Mediolani Ducem ad bellum horataturum Pium sed frustra.

XLVII. Profectio in Turcas decretum.

stanti-

stantinopoli minime quieturum, cuius inexplabilis est dominandi cupiditas, nec dubium, quin Orientali bacho imperio, ad Occidentale aspiraret. Antum iata est in tempore futuro calamitas, sed non fuit credita. Non fuerunt audita sanctorum Pastorum voces, viles admonitiones, turba pertransiuit aure Christianus populus. Hungari tantum sub Calixto vigilantes arma sumperunt, qui de tuendo regno solliciti, dum saes fines obseruant, custodiunt nostros. Ex ipsis Hungaris, ac Theuronibus, & alijs vicinis non pauci, quamuis magna ex parte pauperes, & secundum seculum ignobiles, in clyti vero in conspectu Dei, Crucem Domini assumpserunt, & magno in hoites spiritu perrexerunt, quorum potissime ausibus, apud Albam Graecam, quam nostri Belgradum vocant, Turcarum ingentes copiae profligatae fuerunt, & Mahometes ille terribilis, ac ferrox turpem arripuit fugam. Nationes aliae tamquam nihil ad eos Turcarum facta pertinerent, in suis sedibus quiete manserunt. Nos deinde (sicut Domino placuit) quamuis indigni tanto munere, Calixto successimus, qui mox in Apostolarum initio, Mantuanum Conuentum indiximus, in quo de communij utilitate, communibus Christianorum consilij ageremus. Venit in mentem, quod per Elaiam scribitur; *Super montem excelsum ascende in quibus euangelizas, Syon; exalta in fortitudine vocem tuam quae euangelizas Hierusalem; exalta, noli timere.* Dicitur id nobis putauimus. Satisfecimus, ut arbitramur, praecipio. Assuimus in tempore praesentis, non sine sumptu, & labore grani. Ostendimus fidelibus Christianis vulnera sua, & quae passi fuerant, & quae passuri videbantur, nisi seiplos aduersus Turcas defenderent. Clamauimus, quasi tuba exalta uocem nostram. Audiuit omnis Ecclesia, sed non exaudiuit verba nostra. Non fuit plus ponderis nostris, quam praedecessoris uocibus. Frustra conati sumus, in castrum abire labores. Interea quantum creuerunt Turcarum vires, difficile dictum est, auditu miserum. A mari Pontico usque ad anmem Sauum, & ab Aegeo pelago, usque ad Danubium nobilissimas interiacentes Prouincias suae possessionis fecere. Transiuerunt & ipsam Danubium, Valachiasque magnam partem occupauerunt. Penetrauerunt & Sauum, atque agros Hungariae longè, lateque vastauerunt. Hoc anno Bosnam inuaserunt, vniuersamque regnum sibi subiecerunt, & insulam Lesbou. Quanta uero crudelitate in subactis urbibus, ac Prouincijs usi sint, horret animus dicere. In Constantinopoli Graecorum Imperator obrutus est, & caput eius haste suffixum per castra delatum. Faltianis principibus eruti sunt oculi. In Lesbou multitudo puberum, paulo transita. In Bosna, Regem, qui salutem pacis sese dederat, cum patre suo, Mahometes ipse humano sanguine insatiabilis, sua manu (ut fertur) iugulauit. Quis nobiles viros? quis Sacerdotes commemorauerit ad caedem raptos? Senes, ac iuuenes in plateis immanissimè trucidatos? Vbiq; cruor caesorum visus, vbiq; morientium gemitus auditus; nulla reuerentia matronarum, nulla virginum. Fædum relatu est; quantum hoc genus hominum in libidinem sit immissum, cui omnes abominaciones gentium, pseudoprophetae, quae venerantur, indulsit. Quid de sacrosanctis Iustitiani opus toto orbe memorabile, Mahometis sacrosanctijs referuatum est. Reliqua sacra, ac diruta sunt, aut poluta; altaria disiecta, atque protrita; imagines sanctorum delatae, aut ludo sedatae. Nulla Saluatoris Christi, aut gloriosissimae matris eius statua sine singulari probro dimissa. Simulacrum Crucifixi per defensionem in castra delatum, saxo, & luto peritum, & tandem in caeno relictum. O Domine Deus; uenerunt gentes in haec aedificatum tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt moenicina seruorum tuorum escas volatilibus caeli, carnes sanctorum tuo-

rum bestijs terrae. Effuderunt sanguinem eorum, & non erat, qui sepeliret. Quamuis non potest laedi tua maiestas, nec tua gloria minui; decet tamen seruos tuos, decet nos miseros Christianos quae tuam velut in contumeliam sunt, totis conatibus auertere, atque vltici. Non tulit Phinees adulterantem Zambri, sed Zelo incensus Domini, Madianae Scortum, & ilium interfecit. Vidit Mathathias facificantem idolis Hebraeum, & doluit, & contremuerunt renes eius, & accensus è furor eius, secundum iudicium legis, & infiliens, trucidauit eum super aram. Sed quis est Zelus poster? quae cura religionis? Blasphematur sancta Trinitas, conculcatur Euangelium, sacra nostra profus abijciuntur, Christianum nomen, funditus eradicatur, & subit emus. Nemo est, qui pro communi salute allurgat. Stat mater Ecclesia dolens, & gemens, & non est, qui consoletur eam. Et quid dici de nobis potest infelicibus Christianis, nisi Propheticum illud; *Facti sumus opprobrium vicinis nostris, subannatio, & illusio, qui in circuitu nostro sunt.* Maiores nostri Hierosolymam perdidere, & oem Asiam, & Lybia. Nostro tempore Graecia est amissa, & Europae maxima pars. In angulo orbis redacta Christianitas est. Dei, & Domini nostri Iesu Christi sepulchrum, nisi Saraceni uelut nri, videre non possumus. Quæstus causa nobis illud ostendit. Patriarchales sedes veneratae dignissimae, Constantinopolitana, Antiochena, Alexandriana, & Hierosolymitana, iugo seruitutis oppressae a Saracenis occupantur, aut Turcis. Non sine dedecore, & ignominia nominis Christiani, Romanam Ecclesiam, matrem omnium fidelium, ac magistratam, quam Beati Apostoli Petrus, & Paulus suo martyrio dederunt, nunc nobis eripere Mahometes interminat. & fac et, nisi tandem excitemur a somno, & conatus eius studemus eludere. Vae nobis Christianis Principibus; vae nobis, ut qui nati sumus videre contritionem populi nostri, & contritionem sacrae religionis. Videmus fratres nostros in manuum impiorum rapi, diuersis excarnificari supplicijs, & non mouemur. Videmus indies Christianorum prouincias, ab infidelibus inuadi, & non angimur, sed in domo quiescimus. Quot iam regna ab Euangelio sunt aliena? Quae gens iam non habere ditauit terram Domini, & non obtinuit spolia eius? Siue Orientem respicimus, siue meridiem, siue in Arcion vertimus oculos, ois Ecclesiae copositio ab lata est. Ancillam videmus, quae fuit libera, & domina gerit. Ecce sancta nostra, & sepulchritudo nostra, & claritas nostra magna ex parte desolata. Coinquauerunt eam Turci, & Saraceni, & aliae fœdissimae gentes. Quid nobis adhuc viuere, nisi cogitamus de tanta infamia iugere, ac pristinum recuperare decorum? Comouemur vehementer, dum talia merte volumus, angimur, cruciamur: nec a se possumus esse quietos, nisi Principes Christianos pro tutela sacrae religionis aduersus impios Turcas arma sumere videamus. Pastoralis officij nostri esse quis nescit, Dominici gregis curam gerere? qui eius loco successimus, cui dictum est a Domino, *Pasce oues meas.* Oves Christi fideles populi sunt. His consulere nos oportet, has protegere, & totis consertare conatibus, ne luporum, aut aliarum bestiarum moribus pereant. Sed quid agat infelix pastor, vbi luporum innumerabiles turmas gregem inuadit; inuasiq; canes insurge, & latrare, ac de fere caulas obaudiu, ac diffugiunt? Haec in presenti conditio nostra est. Turci tamquam lupi, & immanes bestiae, ouile Domini, id est Christianam plebem lacerare conantur, & lacerant. Vocamus in auxilium principes tamquam cõsules Christianae plebis. Acces claudunt, nolunt audire vocem pastoris, post sua quisque desideria pergit. Quid agemus? Solite lupos, hoc est Turcas aggredimur. Non sunt vires nostrae, quae tantam vim ferre queat. Nimum creuit Turcorum potentia: nec potest eorum imperium deleri, nisi Christianorum magno conatu, magnisque classibus, & exercitijs. Non habet Apostolica sedes, unde ista conquirat, nisi Christiani Reges, Christianique populi opem afferant. At hoc eis suadere, haec-

nus



nus non potuimus. Conuicatum fecimus, Legatos misimus: omnia tentauimus quae uisi fuerunt ad excitandos animos pro tempore necessaria. Non proficimus. Quomodo nunc proficemus? Quid ergo? Negligemus ne fidei defensionem? Minime quidem. *Pastor bonus*, inquit in Euangelio ueritas, *animam suam ponit pro ouibus suis; mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriae, uidet lupum uenientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit, & dispergit oues.* Admonemur his uerbis, quidnam agere debeamus. Extrema omnia tentanda sunt, pro salute Dominici gregis. In grauioribus morbis grauiora adhibent remedia medici: idem & nos facere conuenit. Non decet pastorem, suas oues relinquere. Occurrere lupis oportet, etiam si sit anima pro grege ponenda. Pastor bonus imitandus est Dominus Iesus Christus; & optimi praecceptoris uestigis inharendum, qui quod uerbo docuit, opere adimpleuit. Alios haecenus exhortati sumus, defensionem fidei suscipere, atque in bellum ire, missuri Legatos, & alia facturi, quae nostrae facultates suffere possent, mansuri pro necessitatibus Ecclesiae apud septa ouium, quae restat nondum expugnare. Nunc maiora promittimus, & quanto aliter excitare Christianorum torpentia corda non ualeamus, nos ipsos periculis obiectabimus, nostrumque caput aduersus Turcos asseremus in bellum: & quantum nobis Ecclesia Romana, & patrimonium Beati Petri ministrare poterit, tantum pro fide Catholica protegenda exponemus, & profundemus in hoc itinere. Nec soli proferemur in hostes. Clarissimo genere natus, & amabilis Deo princeps, Philippus Burgundiae Dux, in hanc expeditionem uenturum se offert, non sine delecta militum manu, & exercitu ualido. Potentis, & clari Venerorum Ducis, Christophori Mauri ingens, & formidanda classis superioribus mensibus in Graeciam nauigauit, torumque ferè Peloponnesum uis, atque armis eripuit hosti, Isthumemque peninsulam, qui sex millibus passuum inter duo maria patet, undecim (ut aiunt) diebus excitatis mutis, ac turribus clausis: memorabile factum, & inter praecleara ueterum opera ueneranda. Haec eadem classis, ut promissum est, nobis non deerit. Spondet quoque & caeteri Italiae potentatus pro sua religione, & in commune bonum affectione, praecipua tam sancto digna opere auxilia. Fauente nobis altissimo, matritimum bellum feliciter absoluemus, quoniam non sunt Turci pares in pelago Veneris. Ex altera parte in terra pugnant Hungari, genus hominum in bello ferax; & iam Turcos uincere didicerunt. Inclutus Rex gentis Matthias, iam coronam, & pacem in regno consecutus, ingentes poterit deriuare, atque in praesidium ducere copias. Haec nobis certissima sunt belli praemia: cum his libemus, cum his Dei praesidium decertabimus. Erunt & Albani nobiscum, & multi per Graeciam, ut speramus, & alias hosti subactas prouincias, à Turcis deficientes, castra nostra sequentur. Christiani enim sunt, odeturque Mahometem. Hosti parent, coacti metu, qui non est diuturnus Magister officij. Ut primam spes libertatis affuerit, aduersus insolentes dominos, cornua erigent. Nec deerunt in Asia morus: ut sunt in omni gente, atque in omni prouincia male parati homines, & nouit artu cupidi, qui tempus expectant. Non erit facile Turcis tot locis occurrere: Difficile defenditur, quod uadiq; à multis oppugnatur. Quod si quis innumerabiles hostium copias esse dixerit, nec putauerit in castris fidelium, parem numerum cogi posse. Respondemus, multum inter se distare homines; & alios natura imbelles esse, alios feroces. Virus spectanda magis est, quam numerus. Non est in multitudine exercitus uictoria belli, quae de caelo conceditur. Tam facile Deo nostro est in paucis uincere, quam in multis. Nostra causa Dei est; pro pro lege Dei pugnamus; ipse Deus conteret hostes

ante faciem nostram. Audimus susurrare aliquos. Non desunt, qui murmurantes aiunt. Quid agis in bello senex, agrotus, sacerdos? Non est tuum bellare, nec potes, nec debes ferire gladio, qui loco eius sufficit. Quis est, cui praecipit Dominus, ut gladium in uagina mitteret. Reges tuo iussu, tenentur enses exercere, tuum est iusta bella gerentibus benedicere. Fatemur, non conuenit nobis effundere sanguinem, quando per alios possumus iustitiae, fideique, necessitati subuenire. Quod si religio in periculo est, & absque nostro non potest ferro defendi, non est nobis ueritum, quod Samueli, & Heliae legitur fuisse permissum. Sed necesse hoc propositum nostrum, ut gladio pugnemus in bello. Nam quo pacto strinxerimus enses, qui uix manum ad benedicendum populum possumus eleuare? Oratione pugnamus, non ferro, precibus adiuuabimus praesiantes, non brachijs. Erimus in alta puppi, aut in aliquo monte propinquo dum praesidiatur, & nostris benedicemus, hostibus uero maledicemus, quemadmodum de Moysse legitur in bello Amalechitarum; quo orante, uincit Israel; cessante orare, succumbat. Orabimus & nos sine intermissione pro bellatoribus nostris. Hoc praestare poterimus, hoc sedulo faciemus. Cor contritum, & humiliatum, non despicit Dominus. Possidemus & hoc ipsum domi manentes facere, nec minus ualent praesces nostrae. Sed non est sola orationis causa, quae propriam sedem relinquere cogit, & in bellum trahit. Ut alios excitemus, pergitur. Exemplo nostro quamplurimos inuitare studemus. Sequuntur & nos uenerabiles fratres nostri, sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, quemadmodum ad hoc ipsum, qui ualidi sunt, sponte se obtulerunt. Sequuntur & Episcopi complures, & alij minoris Ordinis Sacerdotes, & Clerici, non oraturi tantum, uerum etiam pugnaturos, cum res ipsa postulauerit. Expertas quoque bellorum, & robustissimos militum cohortes, & fortia pectora iuuenum ex agris Ecclesiae ducemus ad praesidium, qui nobis oratione pugnantibus, ferro pugnent. Ibimus extensa Dominicae crucis vexillo. Sacratissimum Christi corpus praecedet, & sanctarum reliquiarum arcula. Saluatorem in bella uadentem sequemur, ipsi coharebimus, ipsi praesces ad duas porrigemus, ab ipso salute imploremus. Miserebitur nostri, ut arbitramur, piissimus Iesus, nec populum suum in hostium manus uenire permittet, cuius pretiosissimus sanguis in ara crucis à maligno nos hoste liberauit. Et quis erit Christianorum tam feri, tam lapidei, tam ferrei pectoris, qui audiens Romanum Pontificem, Beati Petri successorem, Domini nostri Iesu Christi Vicarium, aeternae uitae clauigerum, Patrem, ac Magistrum uniuersorum Christi fidelium, cum sacro Senatu Cardinalium, Clerique multitudine in bellum, pro tuenda religione, libens domi remaneat? Et quae poterit excusatio quaequam iuuare? Senex, debilis, agrotus in expeditionem pergit; & tu iuuenis, sano ac robusto corpore domi delitescas? Summus Sacerdos, Cardinales, Episcopi praesidium petunt: & tu Miles, tu Baro, tu Marchio, tu Dux, tu Rex, tu Imperator in aedibus propitijs octaberis; Siccinè perueriti hominum officia patieris; ut quae sunt Regum, Sacerdotum agant, quae nobilitati conueniunt, subire Clericam oporteat. Necessitas ire nos urget, quia nos possumus alio pacto pro diuinae legis defensione, Christianorum animos commouere. utinam hoc modo commoueamus. Non pergitur in bellum tamquam nostrum sit officij, sed quoniam aliter consulere fidei non ualeamus. Nescimus, an hoc sufficiens remedium erit. Maudauit Dominus Beato Petro, ut titubantes fratres sua conuersione confirmaret, dicens; *Ego rogauit pro te Petre, ut non desisteret fides tua: & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos.* Quod Petro dictum est, & nobis dictum intelligimus. Confirmare fratres, qui titubant debemus.

Confirmabimus vos fiantes, & filios, ut speramus, hac protectione nostra; & ita non praeualebunt portae inferi, aduersus Ecclesiam Dei nobis commissam. An negabitis nobis auxilium a uestra? & Caput uestrum, Patrem, ac Magistrum in hostes proficiscentem, fideles Christiani relinquitis? En quanta uobis gloria erit, Crucè Domini, cù sacratissimo corpore Iesu, ipsumque Romanum Patrem, sine uestris praesidijs in hoste pergere. Noscite Reges, ac Principes officium uestrum. Idcirco gladium geritis, ut Ecclesiam, fidemque tueamini, atque ut malos, & iniquos homines de terra pœne coëccatis. Et quoniam homines peiores quam Turci reperiuntur: qui fidem sanctae Trinitatis abiciunt, & Saluatorem Christum uerum Deum esse negantes, abominabilem Mahometis complexi legem, in omnia scelera prolabantur: & iam maximam oibis partem, suis nefandissimis abutibus sedauerunt, & legem conantur Euangelicam dissipare. Aduersus hos gladium dedit uobis diuina maiestas. In hos illud exercere debetis, ac diuinam uicisci contumeliam. An non pudet, tam diu, tam sedam gentem, tam turpiter in Christianos esse grassatam? An bellum non fatis iustum, non satis necessarium esse putatis, aduersus nationes, quae conuenerunt disperdere uos, & sancta uestra: Accingamini iam tandem; & quoniam am sine nobis ire non uoluitis, uenite nobiscum; sumite arma, & secum, & uenite in auxilium nostrum, imò uero uestrum, & uenerit reipublice Christianae. Exemplum de Philippo recipite, quem nec domesticae deliciae quibus prouinciae suae plurimum abundant nec suorum praesces; nec itineris longitudo, aut difficultas, aut senectus ipsa, ex proposito suscipiendi contra Turcos belli usque in hanc diem desicere potuerunt; neque fauente Domino, in futurum deiecerunt. Imitamini hunc nobilissimum principem; nec animam alia brata, aut lapides, sed homines rationales esse uoluit: & cum primi parentis culpa damnati essetis, ac mancipia facti daemouum, misit filium suum in similitudinem carnis peccati, qui morte sua mortem uestram deleteret. Scrupula, & inanimabilis charitas, ut seruum redimeret, filio suo non pepercit. Dominus Iesus in cruce pro nobis pendit, inter latrones; innocens agnus cum sceleratis de puratus est; speciosus forma praefilijs hominum diuerberatus, laceratus ab impijs, deformis apparuit. *Planta pedis usque ad uerticem, non erat in eo fauitas, neque species, neque decor.* Sic placuit patri, qui propter peccata nostra tradidit illum. Propiciationem enim proposuit eum, per fidem in sanguine suo. Iniquitates nostras ipse portauit, & liuore eius sanati sumus; qui cum inimici essemus, & conciliati sumus Deo per mortem filij eius. O crudelis Christiane, o ingrata, o mentis inops, potes ne ista audire, & non animo commoueri? & non cupere pro illo mori, qui pro te mortuus est? De honore illius agitur, & te de diabolica seruitute, pretiosissimo suo sanguine redemit. De Christi nomine disceptatur, de fide Catholica, de baptismo, de caeteris Ecclesiae sacramentis, de sacrosancto Euangelio. Aduersus haec omnia Turci militant; haec enutere, ac profus delere conantur: & tu nihil contra moliris? Quid agis iners? Redde te gratum Deo, & cogita, quoniam pacto, creatori, Redemptorique tuo aliqua ex parte satisfacias. Et quoniam peccator es, redime tuas iniquitates, tam sancta, & salutifera protectione. An diuitias bonitatis Domini, & patientiae, & longanimitatis eius contemnis? An ignoras, quoniam bonitas Dei ad penitentiam te adducit? *Cave, ne secundum duritiam tuam, & imperitiam cor, iram tibi eueas; in die ire, & reuelationis iustitiae Dei, qui reddet uisitijs, secundum opera eius.* Conuertere, & agito penitentiam ad omnibus iniquitatibus tuis, & non

erit tibi ruina. Propterea expectat Dominus, ut miseretur tui. Projice prauiticationes antiquas, & fac tibi cor nouum, & spiritum nouum, & ueni, milita pro Domino, ne morte moriaris aeterna. Cogita de proximo ruis, & fratribus Christianis, qui uel sunt in captiuitate Turcorum, dura seruitute pressi, uel captiui indies, atque in seruitutem rapi uerentur. Si homo es, humanitas te trahere debet, ut opem feras homini indigna ferenti. Si Christianus es; pietas Euangelica, qua iubemur proximos tamquam nosmetipsos diligere. Considera proximorum tuorum Christi fidelium erumnas, in quos Turci deserviunt. Filij e complexu parentum, & infantes ab uerberibus matrum eripiuntur, uolantur uxores in conpectu uirorum, senes tamquam inutiles occiduntur, iuuenes tamquam boues aratro iunguntur & terram vomere uerunt. Miserere fratrum tuorum; affer opem tam dura ferentibus. Quod si nihil horum te trahit, at saltem de tua salute cogita: nec te tutum idcirco existimes, quia mansiohem fortasse procul à Turcis sortitus es. Nemo tam remotus est, quin reperiri queat. Si dimiseris in periculo, qui ante te proximus est igni, dimittes & ipse similiter à vicino, qui retro te habitat. Talis oportet nos esse in alios, quales erga nos illos cupimus inuenire. Nolite auxilia Gallosum sperare Theutonum, nisi & uos Hungaris, nec uos Galli Hispanorum, nisi Theutonum opem feritis. *Qua enim mensura mensi fueritis, eadem remetietur & uobis.* Nec propterea sibi quisquam blandiatur, quoniam principatu polleat, aut regno. Constantinopolitanus Imperator, & Trapezuntius, & Rex Bosniae, & Rasciae Domini, & alij quamplures principes capti, & crudeliter occisi; quid sit expectandum edocent. Nihil tam contrarium Mahometi, quam nomen Regium. Orientis adeptus imperium, ad Occidentale festinat. Nouam erigere Monarchiam conatur. Vni Turcorum imperio, & uni Mahometis legi, cuncta submittere studet. Si potestis talia ferre principes, ac populi Christiani, manete domi, nec iam de subuertenda formidali Turcorum potentia cogitate. At si seruire iugum horretis, si contumeliam Dei, & proximi tolerare nequitis, si pudet, semiueros Asiaticos, Graecorum gentem (quod numquam antea fecerunt) subegisse, eoque superbia prorupisse, ut Europam sibi totam breui tempore parituram sperent: si cor uerile uobis est, cor nobile, cor altum, cor Christianum, sequimini uestigia patris uestri, sequimini castra uestra, uenite in auxilium dei, uenite in auxilium fratrum uestrorum; opponite uos, murum pro domo Dei; cogitate de uestra salute, de uestra gloria: nolite permittere, ut sine uestris auxilijs proficiscamur in Turcos. Mittite subsidiarias acies, iuuate Christianum exercitum. Quanto fortiores ibimus, tanto citius auxiliante Domino, cù uictoria reuertemur. Nec putetis insuperabiles Turcos esse. Vincti, & sepe possunt, & sepe uicti fuerunt. Quantum ualeret arma Turcorum, Belgradus ostendit. Minor est Turcorum potentia, quam fama feratur. Imbellè, atque inermè multitudinè ad praesidium ducunt, quae tamquam peccudum gregem dissipare licebit. Nec ipsa Turcorum agmina, grauioris armaturae usum didicere; raras loricas, rariores rhoraces induunt: nec Galeas more nostro lucetèes ostendunt; raro tegunt corpora ferro, acinace uerunt, & arcu, parma se protegit, & galeis, pilosa quadam materia, diuinaque contextis. Quod si in Latinas inciderint acies, tigrèthes chalybe, ferratasque; hastas, & catafactos equos, & manubalistarum sagittas, intelligent, cum mulieribus se haecenus pugnae, nunc cum uiris esse certandum. Diximus, quae nobis haecenus promissa sunt auxilia, & quanta spe uictorie praedamus. Quod si uos quoque conueneritis arma, & auxiliare addideritis turmas, multo alacriores ibimus. Nec dubium, quin Orientales ingressi prouincias, tanto maiorem ad nos conuersum inueniemus dediturum se populorum, quanto validior fuerit noster exercitus. Si mouebimini

vos Christiani occidentales, & pastorem animarum vestrarum secuti fueritis, mouebuntur & multi ex Graecia, atque Asia Christiani, qui verum esse Christi Vicarium, Romanum Pontificem non dubitant. Iam dudum non fuit in Oriente Romanus Praeful: Vt primum innotuerit, Latinam classem, Romanum vehementem Praefulem, innumerabiles turmas, non dubitamus, ad visendum Beati Petri successorem, cum fletu, & lachrymis sacros ofcularum pedes accurrent, seque & sua ei permittent. Hac spe freti, venerabiles Fratres, ac filij dilectissimi, his rationibus persuasi, his consilij moti, venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, hoc ipsum suadetibus, corpus nostrum, canitiq; nostram & seniles, ac debiles artus, huic sanctae expeditioni consecramus, Dominoq; commedamus, statuentes circa Nonas Iunias, quae proximè instat Anconam petere, atq; in eius portu nauem conscendere, & cum ea classe, quam interim nostro, & aliorum sumptu poterimus instruere, Adriaticum ingredi pelagus, & ulterius recto itinere aduersus hostes fidei proficisci. Non dubitantes, quin Philippus Burgundiae Dux maritimis armatis copijs ad idè tempus praesto adsit, Venetijs, validam classem, de qua dictum est, expeditam in mari habeant, & tam ille, quam isti sese nobis coniungant, sub vexillis Ecclesiae, ac viuificae Crucis signo aduersus impios Turcos, auctore Domino feliciter pugnaturi. Cruce signati autem, qui suis, aut mittentium sumptibus in hac pia expeditione militaturi sunt, vt nauis aequo pretio ad traiciendum Venetijs habeantur, abimus. Eap oporter vos omnes, & singulos Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, & cuiuscumq; conditionis viros Ecclesiasticos, Religiosos, & seculares, qui de sorte Domini effecti estis; Vos quoque Imperatorem, Reges, Duces, Marchiones, Comites, Communitates, Barones, Nobiles Milites, Ciues, & alios quoscumque fideles, siue in viribus commotemini, siue in agris, per viscera misericordiae Domini nostri Iesu Christi, per passionem eius, qua nos redemit, per iudicium extremum, in quo stabitis ante tribunal eius accepturi, quoscumque, secundum opera sua per spem vitae aeternae, quam promissit Deus diligentibus se, obnoxie monemus, requirimus, & obsecramus, vt quae commodè potestis in hanc sanctam expeditionem, nobis auxilia praebere non differatis, sed in tempore praedicto ad nos mittatis. Veniat per se ipsum, qui validus est, & commodè potest. Qui vero non venit, mittat alium, aut alios iuxta vires suarum facultatum. Si neq; alium potest mittere, de bonis sibi à Deo collatis, quantum secundum conscientiam suam potest, per fideles manus, in hanc expeditionem contribuat, aut in cistis reponat quae ad hoc opus in singulis diocesis constituantur. Nec dubitet quisquam magna praemia à Domino consecutus eos, qui hoc sanctum opus, & tam necessarium pro suis viribus adiuuerint. Manifestum enim, exploratumq; est omnibus, qui sacrosanctam religionem, fidemque orthodoxam adiuuerint, auxerint, defenderint, certum esse in caelo, & definitum locum, in quo beati auro sempiterno fruuntur. Credendum est semper sacris veteribusque sermonibus, post hanc vitam migrandum esse in alteram asserentibus; & qui pie in hoc seculo vixerint, legèq; Domini seruauerint, in altera vita beatam sine fine consecuturos, & qui nos miseram. Infallibile Propheticum illud est, *qui non oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae promissit Dominus diligentibus se;* & quod, Paulo teste, *non sunt condigne passionibus huius seculi, ad futuram gloriam quae reuelabitur in nobis. Iustissimus est retributor Dominus, qui nec bona sine premio, nec mala sine poena praeferit. Confidite in Deo, & non confundemini. Date de bonis vestris ei, qui dedit vobis, & centum accipietis pro vno, & vitam aeternam possidebitis. Quam vt certius consequi valeant, qui nostris ex-*

hortationibus obedientes, hoc sanctum opus, & necessarium iuxta possibilitatem suam adiuuerint, nos de omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius autoritate confisi, de plenitudine potestatis caelitus nobis concessae, omnibus verè poenitentibus, & confessis, qui in hanc expeditionem nobiscum venerint, aut per Hungariam, aut aliam viam contra Turcos arma protulerint, & per annum, aut ad minus per sex menses, si amplius non potuerint, in bello perseuerauerint, plenissimam omnium suorum peccatorum remissionem, & veniam elargimur; ita vt pro satisfactione delictorum, & poenarum, quae fuerant imponenda, succedat labor itineris, atq; militiae: nec facerent aliam poenitentiam constitutibus iniungat, qui venturi sunt; volentes eos, qui (vt praemissum est) ad hoc sanctum opus proficiscuntur, omnem gratiam, & indulgentiam consequi, quam nostri praedecessores, proficiscentibus in subsidium terrae sanctae, & in anno Iubilaeo Romam petentibus, dare consueverunt. Non dubitantes, quin animae illorum, quos ad hoc bellum proficisci bona mente contigerit, cum beatis sanctorum Patrum, & Angelorum Dei spiritibus, post hanc vitam in caelestibus sedibus collocentur, & consortes in perpetuum Christi facti, aeterna felicitate fruuntur. Quod si forsitan anno non exacto ipsorum aliquos, post iter arreptum, in prosecutione tam pie, & tam sancti operis ex hac luce migrare contigerit, volumus, & concedimus, vt tales nihilominus praefatam indulgentiam integraliter consequantur. Similiter & eos, qui non venientes, alium, vel alios suis expensis secundum suarum virium facultatem, transierint, vice sua ad annum, aut ad minus ad sex menses in hoc bello militaturos, ita vt non solum mittentes indulgentiam, & gratiam huiusmodi consequantur, sed etiam missi. Et vt omnis aetas, & sexus, & cuiuscumq; professionis homines huius sanctae indulgentiae participare esse possint, volumus, vt personae quoruscumq; Monasteriorum, seu locorum religiosorum, maritimarum, siue mulierum, cuiuscumq; Ordinis seu professionis existant, quae pro singulis decem suppositis claustris sui vnum bellatorem destinauerint, hac eadem indulgentia, & gratia gaudeant, & missi ipse gaudeat. Idem concedimus, & indulgentiam, vniuersis fidelibus, qui non valentes per se singuli alium mittere, duo simul, tres, aut quatuor, aut plures, vsque ad decem, vnum miserint, qui vice eorum in bello pugnauerint, aut alium opus vile facturus interfuerit, volentes vt & ipse pariter gratiae particeps fiat, si per annum, aut ad minus per sex menses continuauerit, aut post iter arreptum in via decesserit. Insuper, qui commodè venire, aut alium per se, vel cum alio, aut alijs mittere non valens, quantum per hebdomadam cum familia sua exponere consueuerit, in arca, in sua ciuitate, vel diocesi ob hanc causam constituenda imposuerit, indulgentias huiusmodi pariter assequatur. Volumus autem & Apostolica auctoritate mandamus, vt quicumq; huic operi tam sancto se obligauerint, salutare signum viuificae Crucis vestibus imprimant, & in humeris suis illius memoriam portent, cuius passio ne ab aeterna damnatione redempti sunt; ipsum imitantes, cui ob nostram redemptionem Crux imposta fuit, cum factus est principatus super humerum eius, & qui nos admonens ad sectanda vestigia sua, *Qui vult, inquit, venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Ne vero haec nostra professio, & ipsum professionis tempus lateat, mandamus omnibus, & singulis potè orbis Metropolitanis, in vi eius, qui nobis debent obedientiae, vt ipsi primum in Ecclesijs eorum cantata Missa solenni spiritus sancti, & conuocato populo, has nostras literas publicent, & in circuitu Ecclesiarum processiones faciant: deinde

copias earum authenticas, Suffraganeis suis quantum citius mittant, illos monentes, vt & hoc ipsum in suis Ecclesijs, cum deuotione, & diligentia faciant. Quod in tanto Christianae religionis discrimine, quantum à Turcis in praesentiarum ceratit imminere, nulli dubium esse debet, quin Christiani omnes, Reges, & principes, quam alij potentatus, & privati homines, ad defensionem Catholicae fidei, & sanctae legis Evangelicae iuxta possibilitatem suam, cum bonis, & corporibus suis, de necessitate salutis viriliter assurgere, & indefinenter assistere teneantur. Ea propter fideles ipsos Iesu Christi cultores, vniuersos & singulos, cuiuscumq; status, & conditionis fuerint, siue Pontificali, siue Imperatoria, vel Regali praesulgeant dignitate, harum serie monemus, ac requirimus, & in vim promissionis factae, in sacri susceptione baptismi, & in vim iuramenti praestiti cum dignitatum suarum infusas susceperunt, & per obedientiam nobis debitam, eis & eorum singulis mandamus, vt hanc sanctam expeditionem, ad quam profecturi sumus non sine maximo corporis nostri dispendio, modis quibus possunt, quam celerrime adiuuare, & promouere festinent ab illo cuius causa agitur, exuberantia suscepturi praemia, & in praesenti vita, & in futura: negligentes autem negligenter, & in extremo iudicii die, minime inter illos inuenientur, quibus dicturus est Dominus, *Venite benedicti patris mei, percipite Regnum.* Nam quo pacto cum Christo regnaturus est, qui temporale regnum, aut delicias, aut voluptates pro Christo non vult relinquere, cum dicat ipse Christus in Evangelio, *Qui diligit patrem suum, & matrem suam, aut uxorem, aut filios plusquam me, non est me dignus.* Considerate ista fideles Christiani, & mente reuoluite diligenter, ne igno-rantes, ignoremini, & tandem panitent non adiuuifese in periculo constitutam Iesu Christi religionem, & fidem. Cauent sibi, qui tales exiterint. Tu vero quicumq; fueris Christiane fidelis, qui pro tuis facultatibus expeditionem contra Turcos subeundam adiuueris, *Benedictus esto in ciuitate, & benedictus in agro, benedictus fructus ventris tui, fructus terrae tuae fructusq; iumentorum tuorum, & armentorum, & gregum. Benedicta horrea tua, & benedicta reliquia tuae; benedictus esto ingrediens, & egrediens. Det Dominus inimicos tuos qui consurgunt aduersus te, corrumpentes in conspectu tuo, & mittat tibi Dominus benedictionem super cellaria tua, & super omnia opera manuum tuarum, & abundare te faciat omnibus bonis, & constituat te in caput, & non in caudam.* Tibi autem qui nolens audire verba nostra, non modo iuuare opus sanctissimum, ad quod anhelamus, negligis, verum etiam volentes adiuuare impedis, aut deterres, non solum nouissima illa tremendi examinis dies, coram Redemptore tuo, cui omnia dedit pater in manus, ad sempiternum supplicium est expectanda, sed misera interim per omnem vitam timenda calamitas. Iustum est enim veri Dei iudicium, iustae ultiones facere. Considerat femitas pedum tuorum, nec falli in faciem potest. Paratam verò bonorum, & malorum operum gerens mercedem, ire remuneratum, quod bene, nec impunum, quod male gesseris, esse permitret. Fidelis autem populi sui, & sanctae Ecclesiae suae, & legis suae Catholicam fidem perturbans, vbiq;q; eris, inuenieris ab eo, & quae diuinae voces iniquis denunciant, erunt tuo capiti horis omnibus trepidanda, ne videlicet maledictus sis in ciuitate, maledictus in agro; & ne mittat Dominus super te esuriam, & sitim, & increpationem in omnia tempora tua; ne gestate, frebre, & frigore te percutiat; ne sis semper calumniam sustinens, & oppressus cunctis diebus, & stupens, ad terrorem eorum, quae videbunt oculi tui; ne det tibi Dominus cor pauidum, & deficientes oculos, & animam terrore consumptam, & ne sit tibi vita tua, quasi pendens ante te, & ne timeas nocte, ac die, & ne credas vita tua. Aduersus vero hanc iram Domini Dei tui

potestas nulla tua, nomen nullum tuum, nec terrenum priuilegium poterit praualere. Sagittae eius acutae, penetrant ad intima cordis, & carbones desolatorij, animam nocentem exurunt. Vos vero infelices piratae, & infelices latrones, qui vel terra, vel mari, diabolo militantes, in Christianos latrocinia exercetis, si exeuntes ad hanc sanctam expeditionem, si redeuntes ab ea impedire, capere, vel spoliare quocumque praetextu eritis ausi, vos inquam cum adiutoribus vestris, cum fautoribus, ac receptoribus, anathema estote, & ab Ecclesia Christi penitus alieni. Vos quoque qui scienter ab his venditis vtimini, aut aliquid emitis ab his, aut aliquid potest, aut loca eis conceditis, cum eis publice, vel occultè communicatis, pariter anathema estote. In vos autem vniuersitates locorum, & ciuitatum, mandamus per Ecclesiarum praelatos interdicti sententiam ferri, nolentes, vllum priuilegium sedis, Conciliorumue, quacumque verborum vim habeat, vos ab hac poena defendat, etiam si de verbo, ad verbum inferi, vel particulatim illud exprimi, & recenserit oporteret. At tu Domine Deus, qui nosti corda hominum, & tenes illorum scrutaris, & nihil ignoras eorum, quae fiunt, si bene agunt Christiani Principes, priuatiq; homines, si de tuo honore solliciti sunt, si expeditioni quam pro tuendo Evangelio praeparamus, quae praestare possunt auxilia, non denegant, adiuua eos, dirige gressus eorum, diesque multiplica; retribue mercedem pro benefactis, conserua eis regna, & principatus, patrimonialia, & possessiones auge, & tandem ad pingua pasca tua & diuites mensas accersito. Quod si corde indurato, sua potius, quam tua quaerentes, priuatas causas magis, quam publicas curant, auaritia student, voluptatibus, ac delicijs indulgent, & nos ad tua bella vadentes nolunt associare, aut auxilio iuuare, cum possunt, quin potius opem ferre volentes impediunt, aut conuertit illos domine, & sana, quod in istum est, aut quod noxium est, ne noccat cohibeto. Angustias nostras aspicias piè Deus, de excello sancto tuo, & nobis, quia praeter gloriam nominis tui, & praeter salutem gregis Domini, nil aliud quaerit vox nostra. Memento Domine Iesu Christe, Quoniam Beato Petro, & Successoribus eius clauis Regni caelorum tradidisti, volens, quaecumque ligentur ab eis in terris, ligata esse in caelis, quae soluentur, soluta. Ecce adlum Beati Petri Successor, impar meritis, autoritate non minor, indignus Vicarius tuus. Respice ad preces nostras, & exaudi nos de alto folio tuo. Benedicite, quibus ipsi benedicimus; & quibus malediximus, maledicito. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordiae tuae. Adiuua nos Deus Salutatis noster, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propius esto peccatis nostris, propter nomen tuum. Da felicem cursum ceptis nostris. Vltio sanguinis seruorum tuorum, qui effusus est à Turcis, introeat in conspectu tuo. Audi gemitus compeditorum, & redde inimicis nostris septuplum in sinu eorum, improprium, quod exprobrauerunt tibi. Respice super populum tuum benignis oculis. Fac nos ire cum prosperitate ad bellum tuum, ac reuertere felices. Da nobis victoriam de tuis hostibus, vt tandem recuperata Graecia, per totam Europam dignas tibi canterus laudes, tibiq; perpetuo seruamus, & omnis terra adoret te, & nomini tuo psallat in secula seculorum. Datum Romae apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicae, Millefimo quadringentesimo sexagesimo tertio, 11. Calend. Nouembr. Pontificatus nostri anno sexto. Epist. 397.

XLVIII. De absentia sua solatur

Hae Pontifex publicè edicebat. Auditum est summa attentione decretum, quamuis vix duabus horis potuerit recitari. Ipsa dulcedo sermonis, reique nouitas, & promptitudo Pontificis animam suam pro suis



Romanos Pius PP. & Principibus scribit pro bello in Turcas.

omibus offerentis multis astantibus excussit lacrymas. Burgundi ingentes gratias egere Pontifici, Domino suo tam gratum, tamq; magnificum relaturi responsum. At Romani cognita Pontificis deliberatione, propè in desperationem adducti sunt; tamquam Romanam Curiam, & quæ inde p. oueniam emolumenta, prorsus amissu. i. Quod ubi Pontifex animaduertit, Bono, inquit, animo estote filij Romani, quos veluti animam nostram diligimus. Profecturi aduersus Turcas, Apostolicam hic Cameram relinquemus & Audientiam causarum, & Cancellariam, & Pœnitentiariam, & reliqua Romanæ Curia munera, & duos Legatos; alterum, qui temporalibus præsit rebus, alterum, qui spiritualia administrat, & concurrentibus ad Urbem, vice nostra s. beniat, Remanebunt & Cardinales antiqui, quibus ægritudo perfectionem interdicit; nos quoque ad nos Dominum cito cum victoria reuertemur. Confidite, Deus consolationis & pacis, huic Urbis sanctorum Apostolorum martyrio consecrata, sua præsidia non denegabit. His dictis, summa omnium alacritate dimissa est concio. Pontifex, qui acerrimo pedis dolore tenebatur, atq; ægrè tam diu panam diffimalauerat, propè in cubiculum abscessit.

Diebus præteritis conuenerant Legati, Burgundi ac Venetus cum Pontifice, atque in hunc modum fædus iniierant. Bellum totis viribus contra Turcas in unum, duos, tresue annos (si sic esse poterit) gesturos se promiserant, ea conditione adiecta, vt sine socijs nulli liceret à bello discedere. Addiderat Pontifex, veniente Philippo Duce ad Italicas oras, & in Græciam profecturos se simul iturum. Legati, quibus esset ampla potestas, his vinculis suos Dominos obligauerunt, simile fædus & Matthias Rex Hungariæ cum Venetis pepigit.

Decreto eulgato, Pontifex scripsit postea priuatim Imperatori, Regibus Europæis, Philippo Duci Burgundiæ, ac in primis Duci Veneto, in cuius gratiam potissimum expeditionem decebat. Ita huic.

Pius II. Episcopus, Seruus seruatorum Dei. Dilecto filio, nobili viro Christophoro Mauro, Duci Venetiarum, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Quod iam pridem occulto concepimus animo, nunc in lucem venit, & omnibus patefactum est. Aestate proxima in expeditionem contra Turcos ibimus, & Apostolicus sacer Senatus comes erit, nec deerunt robusta militum cohortes que nobis oratione pugnantibus, ferro dimicent. Decretum nostrum publicè lectum est II. Calend. Nouembri, in auditorio nostro. Quod promissimus, faciente Altissimo perficiemus, neq; irrita emouentur verba nostra, quanto per facultates licebit, tanto fortiores in bellum proficiscemur. Comitabitur & nos Deo proprio, dilectus filius Philippus Burgundiæ Dux, ex alio Francorum genere natus, quem validas, & expertas in armis copias adducturum non dubitamus. Spem non paruum in eius exercitu collocamus; nec minorem in classe tua, quam pauld antè in Peloponnesum nauigare iussisti, cuius egegia facinora, & priscis æquanda mirabilibus referuntur. Perseuerantiam hanc in bello contra Turcos nobiscum, & cum præfato Duce, fiduciam gerimus: quoniam cum Oratore tuo, ita conuentum est. Nec dubium nos habet, quin totis conatibus hoc bellum adiuues, quod pro fide Catholica suscipitur. Hac quamuis magna sint, prosperitatemq; haud dubiam promittere videantur, multo tamen maiora, & clariora essent, victoria que certiorum spem præferrent, si tu ipse in bellum ires, teque nobis adiuuanges, Reipublica Veneta Ductor, & Princeps. Multum in rebus bellicis autoritas valet, & maiestas, ac presentia Principum, terronaturq; sæpè magnis nominibus hostes, & fama magis, quam vis ipsa disspantur. Multum (crede nobis) afferret terroris inimicis nostris, magni Burgundiæ Ducis presentia. Nos quoque propter Apostolicæ sedis dignitatem, hostilem ænium non nihil augebimus. Quod si tu pariter accerseris, Eucina

natoria nauis, & Ducalibus sublimis insignibus, non Græcia solum, sed Asia quoq; & omnis exterritur Oriens. Nec dubium, quin simul iuncti pro sancto Euangelio, proq; gloria nostri Dei, auctore ipso, res clarissimas gerere valeamus. Hortamur igitur nobilitatem tuam, vt nostro in hac parte desiderio satisfacere non postponas. Accingere huic bello, atq; res tuas ita disponito, vt nobis mare ingredientibus præsto adsis apud Anconam. Te nobis coniungere, erit Reipublica Veneta valde gloriosum, & Reipublica Christiana admodum salutare: tu vero æterna vite premia consequeris. Scimus, apud Venetos non esse nouum, Urbis principem in classem descendere, ac bellum gerere. Quod si vniquam licuit, nunc maxime licet, quando pro religione certamen adest, & Christi Saluatoris causa geritur. Veni ergo fili; neq; labore recuses, quem nos sponte subimus, Neq; te senem dixeris, tamquam propter ætatem debeat excusari. Philippus quoq; senex est, & multo longiore, quam tu ipse facturus es viam; & nos etiam senectus inuast, annos duo de sexaginta nates. Accedunt morbi, qui nos dies, ac noctes vrgent; nec tamen detrectamus in bellum ire. Noli tamquam senem, & debilem, huic tam sancto, & tam necessario bello te subtrahere. Consilium tuum, & auctoritatem querimus, non lacertorum robur, aut alias corporis vires. Quod Philippus in bello præstabit, hoc ex te desideramus. Cura, vt venias. Tres erimus in bello senes. In Trinitate Deus gaudet. Trinitatem nostram celestis Trinitas adiunabit, & ante oculos nostros, conteret hostes. Expeditio ista senum appellabitur, quia senes bello prærimus; iuuenes tamen brachia exercent, & pugnam conferent, atq; hostem conficiet: verum ductu, consilioq; nostro. Præclara res est, ad quam te inuitamus, fac, vt non desis: nec mortem metuas, qua vitam tribuit meliorem. Moriendum est etiam omnibus in hoc seculo; nec quicquam melius est, quam benemori: nec honestius mori licet, quam in causa Dei. Veni ergo, & consolare nos. Aut cum victoria reuertemur, præstante Domino; aut si aliter in celo decretum fuerit, eam fortiter feremus, quam dabit diuina pietas. Nobis malè esse non poterit voluntatem nostram celesti beneplacito subijcentibus. Datum Roma, anno Incarnationis Dominicæ 1463. Octauo Idus Nouembri.

In hunc fere modum, alijs Principibus, paucis immutatim scribebat. Christophorus Marzus affuturum se Anconam promisit, quod cum Pius accepisset, in hæc verba pleno Consistorio propulisse dicitur. Benedicti sint filij nostri Veneti: Benedicti sit eorum tam pia, tam sancta intentio. Benedicat Deus Christianissimam Rempublicam, ac Duce, & Senatuum eorum conseruet, & adiuuet, eiq; honorificentissimè omnia tribuat. Iustinianus lib. 8. hist. Veneta.

Reipublica Genuensis, ad quam contra Turcos excitandam Pius Fabianum à Montepolitano, iureconsultum egregium miserat. Pontificio conatu dilaudato, respondit, Genuenses à sua, & maiorum suorum pietate haud vniquam deflexuros, idq; cum sua sponte, & maiorum exemplis indutos, tum Pontificis adhortationibus incitatos; daodecimq; ciues ex primarijs designauit, qui ea, que ad expeditionem pertinerent, procurarent. Folieta, lib. II. Laudauit pariter Pius eorum promptitudinem, eisq; nonnullas condiciones proponentibus sequentes scripsit.

Accipimus literas vestras, & vidimus, qua dilecto filio Fabiano, Oratori nostro publicè respondistis. Laudamus deuotionem omnium vestrum, qui verba salutis audire non neglexistis, & personam patris in persona Nuntij honorastis. Fecistis, quod Catholicos decuit, & quod facturos vos, semper credidimus. Litera ipsa bonam mentem vestram declarat: testimonium Fabiani exploratam spem præbet boni operis. Aliter de ea ciuitate credi non potest, qua Dei est cultrix, & ad protectionem fidei opportunitatem præcipuam habet. Erunt hæc omnia ad gloriam vestram, & animarum perpetuam salutem. Deo sic placeat, cuius causa nunc agitur. Dicitis contentari vos, si hæc felix sanctaq; Cruciatæ effectualiter fiat, velle ex vobis armare octo vsq; in decem naves. Tempus hic nullum, vel adducende, vel continuande classis præfigit. De numero natium, & continuatione, audietis Oratorem nostrum. Habet à nobis,

quid

quid vile hac in re censeamus. Tempus vero educende classis, ipsi dicemus. Intellexistis in literis istis publicatis, & Nonas Iunias, Anconam nos profecturos, vt inde nauigemus in hanc sanctam expeditionem. Hæc publica vox omnibus satis esse debet, qui ad obsequium Domini deuotis animis tendunt. Sed si terminus hic certus alicui forsitan non est, & cogitatis impedimento aliquo interiri teneri non posse, quo minus diem præscriptam seruemus, propterea q; conditionem hanc additis, si hæc felix, sanctaq; Cruciatæ effectualiter fiat. Significamus sufficere vobis, vt adiuuente Duce Burgundiæ, qui ex Masilia per mare vestrum Ostiam ibit, eodem tempore vos quoq; solutis, & classis vestrae iungatis, ad nos inde postmodum ad condictum locum venturi. Hoc pacto effectualiter fieri Cruciatam videbitis, & latere vos dies non poterit. Sic quæsumus, dilectissimi filij, agatis, & Deum adhibeatis in consilij vestri inspectorem verum cordium hominum. In istem literis addidit, dicimus, non indignum fore, vt quas conditiones ciuitas hæc vestra in huiusmodi bello, ac victoria sit habitura non ignoret, tam pro his locis nostris, nostrorumq; que à Turcis sunt occupata, si recuperari ea contingat, quam iuribus alijs, que ad nos, & nostros pertinere videntur; ad quod gratissimum esset vobis lucidius responderi. Respondemus ad omnia vobis vt Pater, & Pontifex, cui commissæ est salus animarum vestrarum. Primum, cum Christianistis, & Deo omnia debeatis; iniuriarumq; suarum reses sæpè fueritis, postet esse satis vobis propolita spes vite æternæ, & merces celestis, vt sacrificium immaculatum videremini Deo offerre. Hoc tamen esse vestrum propolium credimus, & hæc mentè adiuuere vos monita nostra credimus. Verum si adhuc vltiora requiritis; intendimus, que à Turcis sunt occupata, & vestrorum fuerunt, aut vestra pro viribus nri, vt ad manus vestras reuertantur. Hoc honestum nobis videtur, & nostris fauoribus dignum; atq; ita nos iuxta possibilitatem nostram facturos recipimus. Iura quoque vestra, & vestrorum, in omnibus commendata habebimus. Cooperantes enim nobiscum pie, & fideliter, expectare à nobis paternam retributionem debetis. Ii sumus, qui retribuere pro benefactis semper optamus. Præcipuum quoq; in perficienda classe assertis, vt quicquid virtute Bullarum nostrarum per indulgentiæ, aut aliter in Domino Genuensi colligi poterit, in apparatus huiusmodi cadat. Compatimur angustijs vestris, quibus per hos annos estis afflicti, nec supra vires vestras aliquid perimus. Adiuuare vos volumus in eo, quod possumus, vt in eo, quod potestis adiuuemur à vobis. Habet in hac re mandata à nobis noster Orator, ipsum audite. Recta via eunibus ministrabit, quod poterit, atq; vt plurimum possit, nitetur assidue. Audiuisse vos credimus, que ex Peloponneso h' diebus sunt nunciata, & necimus, an animis sitis commoti. Non turbetur, filij, cor vestrum, nec propterea segenus ad opportuna incumbite. Vna calamitas degerere mentes nostras, non debet, non ita sancta hæc causa, nec ita nomen Italium possit. Malis cedendum non est, sed duce signo viuifice Crucis audentius contra eundem. Misericors Deus victoria viam aperiet. Pias defensionis aliquando videtur disferre, non quia sit verbi sui oblitus, in quo nobis spem præbet; sed vt tenet constantiam nostram, & videat, quam stabilia sunt fundamenta cogitationis nostrarum. Perseuerantib. præsto est misericordia eius, victorem facies, qui putabatur antea victus. In nobis ipsis experti aliquando hæc sumus. Suscepimus pro iustitia defensionem regni Neapolitani; bellum gestimus cum Sigismundo Malatesta propter heresim, de qua erat damnatus. Deposuimus Archiepiscopum Moguntinum, Electorem Imperij, propter rebellionem aduersus hanc sedem, atq; alium eius loco præfecimus. Ea omnes cause iuste sunt iudicate. In earum rationem exordijs, damna accepta sunt manifesta. Apud Sarnum fufus est vnus exercitus; in Piceno alter deletus; in Germania ab his, qui partes nostras tenebant, ingens iactura accepta. Non sumus animo fracti. Ad eum oculis verimus, qui in tribulatione sperantur se consolatur. Duximus omnia in bonum, perseuerantes constant. Non datur andem sumus in opprobrium hostibus. In Regno, causa Romana sedis superior est. Sigismundus, que habebat, amittit, abiurauit publicè heresim, & pro iniustitijs suis veniam supplicem poposcit. Prunus Moguntinus, recognouit erratum, cessit Ecclesie, & cum gloria Apostolicæ Sedis, vero Archiepiscopi manus submisit. Dona Dei hæc sunt, &

pia constantia premium. Itidè in presenti bello Christianis eueniet, si nos non regerint iniuria, & si in Domino spem nostram locauerimus, eum Propheta dicentes; Domine, factus es spes nostra, turris fortitudinis à facie inimici. Veniet, disponente Altissimo, Burgundiæ Dux, & exemplum eius nobiles, & Barones multi sequentur, erit inuictus exercitus. Venetis in die magis copias, & classem instruat. Hungariæ Rex, nos in regno recuperato, quod estate proxima, interfecto Rege, erat amissum potenter se parat ad reliqua, & cum Venetis trienniali federe, contra Turcas est iunctus. Nos quoq; operamur sine intermissione, quod possumus: conuocamus in societatem nostram Catholicos principes, ibimus ipsi, & ponemus animam pro grege commisso. Non apparet nunc forsitan, qua videremulci desiderant; sed apparebunt, & maiora operibus Deus præstabit. Nostrium est operari pro viribus; illius incrementum dare operibus nostris. Venite filij nobiscum, nec propter Turca metumini, aut diffusiones, abscondatis faciem vestram à Christo. Quisplagas inulit multas, maiores habet, quas possit inferre. Attendite, eunte Vicario suo, & portante crucem super humerum eius, quid agant Dominica oues. Retribuet vniciq; secundum opera sua, panam, & premium gerens in manu. Nos deuotiones vestras facturas confidimus, que Catholicos decet, & que soliti estis; atq; ita per viscera misericordie Dei nostri vos obtestamur. Erat ex mandato nostro vobiscum noster Orator, cooperans vobiscum dies, ac noctes. Curate, vt per eum continue consolemur de actionibus vestris, ab eo quoq; in singulis mentem nostram noscitis. Datum apud S. Petrum &c.

Insiuabat in his literis, Pius, cladem nonnullam Venetis illatam. Res est. Vrsatus Iustinianus classis Venetæ Imperator, quum supplementum nuper ab Urbe missum accepisset, cum quadraginta triremibus, ac biremibus, minorib. alijs nauigijs, in Lesbum insulam ferociter mouit, Mythileneq; oppidum in ea oppugnaturus, bellicoso classis apparatus insulae portum qui ad meridiem vergit ingressus est, quo inlesso, ex agris ingens Turcorum fuga facta, ac toto insula vehementer trepidatum, tercentique & amplius ex barbaris capti, Vrsati iussu partim palo affixi sunt, partim fluctibus merfi. Oppidum deinde, expositis in terram copijs, & à continenti, & à mari intrepidè vir ferox aggreditur, munitionesq; milites, lociq; nauales audacissimè subeunt, certamenq; circa eas mitro animorum ardore, in conspectu Imperatoris initum, in sex horas magna vtrinq; sanguinis effusione est diffractum. Sed telorum multitudine, violenteque hostium impressione repulsi, deinam Veneti cessere, eaque oppugnatione ad III. M. virorum fortissimorum accliderata dicuntur. Nec ad eam cladem Vrsatus atq; mum remisit; quin ad vindicandam suorum cædem, homo ingentis spiritus accensus, paucis post diebus atrociori pugna Mythileneos terra, mariq; iterum aduersus est. nihil tamen prosperiorem habuit successum. Nam post varios conatus armorum, pari penè cæde Venetus, barbaro egregè vincente, à manibus repellitur. Nec hac quoq; suorum clade Vrsatus obfidionem soluisset, nisi trepidè nunciatum esset, Orthomanicam, quinque, & quadraginta triremium classem appropinquare, duosq; ad hæc equitum millia aera in sua parte, in litore exposita, breui affuturam. Hæc aut ad Imperatorem perlata, eius, omniumq; animos non parum turbauit. Non expectandas itaque tantas Vrsatus hostium vires ratus, ab undi consilium cepit, statimq; cum tota classe, ex Mythileneo litore gemens, frendensq; in Eubæam venit, inde in Peloponnesum delatus, Methonè applicuit, vbi rei malè gestæ conscientia ita doloris acerbitate confectus est, vt dimidio horæ expirarit, magno cum vniuersæ classis mærore. Et funè clades hæc ad Mythileneum, fæda, funestaque fuit. nam ad quinq; hominum millia ferro petiere, & in h' s Angelus Pefæ: eus, Patrii loci nati, qui militaris honoris memores, mortem potius, quam dedecus pati maluerunt. Iustinianus lib. 8.

L. Venetorum cladis Vrsato Iustiniano Duce.

LI. Sigismundus Malatesta Ecclētia reconciliatus, & quibus sub ditionibus.

Narrabat etiam Pontifex, Sigismundum Malatestam, hæresim abiurasse, & veniam culpæ petijisse. Istuc hanc in modum factum. Sigismundus in Ariminum clausus, cast. Ila iam pauca possidens, animo fractus, Legatos ad Pontificem mittens; Pacem, inquit, victus peto, quas dederis leges subitur. Victoris honor est, victo parcere. Contereor, peccavi in te grauerer, verum neq; leues dedi pœnas. Seruatus deinceps, cauebo Ecclesiam lædere. Pontifex exhiberi mandata iussit, quæ postquam iure consulto probauerunt, in hunc modum Sigismundo pacem dedit: Procurator eius in Basilica sancti Petri, die festo, dum res diuina geritur, errores super quibus accusatus est, manifestam hæresim sapiens, ab eo prædicatos, atq; assertos fuisse reitetur, illosq; suo nomine reuocent, & abiurent; eos præsertim, qui resurrectionem mortuorum inficiantur, & a imas hominum immortales. Idem Sigismundus per se agat in Arimino. Pio crimine maifestatis, atq; hæresis, omni se priuarum imperio, ceterisq; fortunæ bonis intelligat. Arminum ex benignitate Apostolica cor. rectus, de nouo nomine vicarius accipiat, cesumq; pendat quotannis mille aureos, oppidis, & arcib. reliquis, munitionibusq; quocumq; in loco sitæ fuerint, nihil moratus cedat. Ecclesia, quam læsit pro damnis cuncta recipiat. Federicus Vrbinas, quæ sua fuerunt, recupere. His peractis, pax esto. Tum quoq; apud Ariminum pars agri propinqua, & V. b. necessaria, & immunita, reconciliatio Sigismundo dono dabitur. Procurator es dictam pacem acceptauerunt, quibus perdidit ciuitatis Ariminensis magnus inaccessus. Et die Dominica, quæ proxima fuit, in Apostolorum Basilica frequenter ad rem diuinam populo, multis adstantibus Episcopis, ad aram Diuæ Mariæ, alta, & intelligibili voce, Sigismundi hæresim publicè confessi, iuxta facultatem traditam potestatis abiuraru. S. g. secundus autem oppidorum, & arcium, vt erat iustus, Cardinali Theanensi possessionem ad præst. tutam diem tradidit; inter quæ nobile oppidum Cistermain Tuscia, Tiferentibus imminens, ad Ecclesiam peruenit, non sine Florentino molesta, quæ loco potiri multis artibus adnixi fuerant. Per facta est signatio locorum per Sigismundum, pridè Calendas Nouembrib. Sequendi die Cardinalis pacem ei reddidit, & agrum præscripsit, quem possit Ariminensem dicere, & sibi possidendum habere. In arcem coarctata potestas eius est: tumbæ (vt appel. ant) quodam ei d. m. f. se sunt, id est palatia pauca habitata colonis: munita, & frequentia loca cuncta perdidit. Post hæc Sinuesanus Episcopus ex impeto Cardinalis, Ariminum concessit, an. thema fact. lat. rus; cui vnicius populus, & ipse Sigismundus occurrerit, erratorum veniam petens. Ipse ad Ecclesiam profectus, quæcumq; errasset, & tyrannus, & populus palam ostendit, qui mandata Ecclesie contempserunt, iustiq; triduo cessare diuina officia, atq; in ieiunijs esse populum, vt mereretur absolutionem accipere. Post triduum cõgregatio in Ecclesia populo, Sigismundus sit. xis genibus coram Episcopo, & ara maiori, errores suos confessus est, & veniam petijt, atq; in verba Pij iurauit, idemq; populus fecit; promittentes deinceps madata, & censuras Ecclesie omni tẽpote seruaturus. Episcopus, hoc facto, penitentes absoluit, ciuitatiq; benedixit, & cardotib; qui stante interdito, diuina profana: ar. officia, p. facinoris, qualitate suspens. Picinins èt per hos dies, q. leges pacis ab Alexandro dictas aliquãdiu recufauerat, nec retinere mediocis militè posse, vlt. o in concordia venit, Sulmonè vrbe, & aliquot in Aprutijs oppida consecutus, & in annu stipendij nomine auri, non viginta millia dissoluit. Multu. n. ad victoriam p̄nebat, quæ partu Picinins esset. Is tandem belli Picini, & Capani, & Malatesta. ã rebellionis,

ac insolentia finis fuit, pro sedis Apostolicæ mauerunt. Reftab. t. Dux Mediolani Sfortia, magnum operæ pretiũ in sacra expeditione facturus, si ad eã inclinasset. Is per hos dies Pio Pontifici respõdit, datis his litteris, in quibus post significationem promittendis suæ, de rationibus belligerendi nonnulla ex re militari Pio Pontifici proponit. Litteras tuas Beatissime Pater, vt grauissimas & ornatisimas, ita ardentissimè desiderij plenas, Christianeque reipublice studiosas non minorè delectatione, quam dolore, summa tamen cõreuerentia, vt par est legi, atq; accuratissime perlegi. In quibus, cum tam pie, atq; eleganter Christiana religio, fideiq; Catholica calamitatem, non modo vt litteris sat, ab eo narratam, veru sculptam, effigiatamq; aduerterem, non potui non vehementer dolere, & angere. Nam ò temporum nostrorum ignominiam singulararem. ò perpetuã atq; nostram infamiam. ò execrabile apud posteros nomen eorũ, qui viuunt. H. populi, quos Cyrus vnica Asia subacta, in cetero rem Scythiam primus ducere ausus est, qui verè à Thamyri vidua fuit, profraiti; ad interemptionem delati sunt, Regis capite in vterò sanguinis misso, cõ exprobratione illa, Satia te humano sanguine, què sitisti, quos inde post temporũ spatia à Perse, maiori cum apparatu, maioriq; exercitu, terra, mariq; in Græciam ductos, quã quisquam alius quaruimus ante se, & post se atatum, nationum, gentium duxerit, Themistocles parua manu vicit, sudit, & in Asia redire coegit. Alexander Macedo subegit. Et qui non modo à Romanis olim rerum Dominus, verum etiam à quibusvis alijs Imperatoribus non secus, ac famina fugari, in feruitatem acti, & peccati domiti sunt, eosdem populos esse dixi. Nam est Tercius illi prisci, his se populus immiscuerunt, eorum molities, & vetus patrie consuetudo, atq; habitus, desides illos, effaminatosq; reddiderunt ita vt nomen duntaxat Turcorum apud eos manserit, virtus mox etiam in secunda generatione ext. neta est. Quoiens enim post ea tempora à finitimus deuti sunt. Et ne legæ exempla peccamus, cum patrum nostrorũ memoria, eius qui hac atate Turcũ imperat auus, sapiens à amberlano fuit, tandem captus, & catenis nudus iniectus est. Nunc tandem prob dolor, non modo in Europam transire ausi sunt, verum nobilissimam illius partem, & apud quam imperium olim fuisse ferunt, cum plerisq; alijs non ignobilibus nationibus occuparunt, diriperunt, ferro, igneq; vastarunt, templa Dei sanctissima, & vetustissima profanarunt, cum maxima non populorum modo, verum etiã procerum, & ipsorum quoq; Principum inhumanissima strage, cum grauissima & ignominiosa nominis Domini Iesu Christi iniuria, velut scitatis tua distinctus, copi. fus, seriosus scribit Errata de hinc mea est illi literis cõ facile recognouerim, & q. multu me Deus optimus maximus donis, gratijs beneficijs auerit, nullo eum g. ato studio fuerim psecutus, & q. mihi q. auis succensendũ fore existimo. cum contumax illi, vt at, rebellisq; fuerim, multaq; in legem suam superbe deliquerim, q. neq; negare possum, & facile fateor, nullo saltem digno opere satisfecerim, dolui quidem, atq; vehementer ing. mihi. cõtamen, quibus pcellis, quibus pericul. Petri nauicula agitatur, literatua me attentum reddiderunt. Si pleraq; alia, hoc v. l. vnum maxime sento dolore, in spem pariter delectationemq; me vertit, q. intelligã te quasi calo ad hanc rem dimisso rectore, ad salutem portum, & quidem incolumem eam, reducemq; fore. Accedit ad hoc potentissimi illius Principis Philippi Ducis Burgundie votum insuperabile, laudeq; immortalis dignissimum, cuius virtus, potentia, auctoritas ad spem ipsam plurimum conferret. Verum ne epistola modum excedam, ad eam partem me cõferam, vnde õs litterarum tuarum videtur oriri intentio. Hortatur me sanctitas tua, & multu & quidem robustissimũ, teg. ipse d. gnissimis argumentis, suadet pia, atq; iustissima, pro salute publica in Mahomete, monstrum spurcissimum capere, magnanimitq; Philippi imitari exemplum, & vel imprimis supremũ d. ai. statem tuam sequi, & quæ æternam filij Dei representat, & vices illius gerit in terris. Fateor, Beatissime Pater, nullam esse ad eternam felicitatem, aut expeditionem aut ceterorum viam, aut famam, & gloria dignorem, quam q. superest mihi vita, pro nomine, & gloria illius exponere, qui humanam induit carnem, & mori elegit, quo humanũ genus non mortale modo pro pe-

LII. Mediolani Ducem ad sacrum bellũ hortatur Pius, & illius respõsum.

cato, sed mortuũ scitũ ad vitã reduceret sempiternam. Fateor, me Philippo maiore natu esse verum tamẽ illi rei militaris scientia, virtute, auctoritate, felicitate, proprijsq; necessarijs, Imperatorijsq; muneribus non mihi modo, sed omnib. multarumq; etia Imperatorib; p̄ferendũ esse. Numerus clarissimas eius victorias, gentes domitas, nationes subactas, populos sub imperũ missos, & tandem rerũ ab eo gestarũ gloria ante oculos pone, quarũ testis est Germania, testis Britannia; quãquam sanctitati tua longè notior esse, quã mihi certior sim: & facile intelliges, inde eũ dignũ esse, in quẽ moles tanti, & tam amplissimi imperij conferatur, & cuius auspicijs Christiana arma, & signa militaria moueantur. Humanissimi enim, & modestissimi principis, & dignitatem tuã clementissimam, atq; sapientissimã scio eaq; p̄per vercor, ne vires meas, pace vtriusq; dixerim, sup. modũ estimates opinioe fallamini. Nolim tamen, Beatitudo tua dici hoc opinetur, quo humeris meis equũ fugã onus imponi, quouẽ parere sibi fortassis recusat. Parebo. n. ibo, quo iusseris & ornati peragã, q. Christianũ hominẽ, & tua sanctitatis studiosissimũ decet, tum ob reuerentiã clauis, timorẽ Dei, & pietatẽ in proximum, tum q. vehementi quãdã indignatione afficior, q. atq; vestra, tanta, & tam insigni ignominia notata sit. Opiniariarũ, Beatissime Pater, quicquã vel natura mea iucundius, vel consuetudini apius, quã exercitiũ Castrensẽ, in quo ab adolescentia mea educatus sum, & vsq; ad hanc ætatem versatus: Pax mihi, fateor, & imprimis Italica placet, p. qua concilianda, cõseruanda, amplificanda, nullã operã, nullũ studiũ, nullã industria, aut p̄ermissũ, aut p̄ermissurũ sum: verum otium tanquam natura meã inimicũ, abhorrendũ semper fugiendumq; inuisũ, quo veluti scribis, testaturũq; med. ci, in hanc nouissimã, q. me ad exitũ p̄p̄e inuast, valetudinẽ inciit. Neq; vxoris igitur, aut maiorũ blandimenta, neq; delectatio principatus, neq; deliciarũ molities in otium me cõpellũt, neq; labores, & pericula, quib. affluet sum, & a capessendo bello hoc deterrebunt, neq; necessariorũ, aut amicorũ consilia, mentẽ ab instituto diuerterent, quin Christi crucẽ sequar, quin facultates meas ois, & ipsam quoq; vitam meam, p. Christiana religione tuenda exponam. Sed sup. oia pro æterna felicitate adipiscenda, quam per Prophetas primũ Deus, inde p. filiu, nunc per te his omnib; p̄ponit, qui caput suũ ob blasphematores, & inimicos fidei Catholice deuocirunt. Cõsequ. Beatiss. pater, ab annis èt minus grauidios, fidelia amicorũ, & necessariorũ cõsilia, & quẽ aduere studiosẽ, diligenter audire; idq; p. priuatis, aut publi. is negotijs, q. mihi arbitratu sum eligere, disponere, facere, nõquam factu apud me p̄bat a est eorũ conditio, q. cõ apud eos summa imperij, vel regni sit, regi malunt, quam regere. Existimatne Clementia tua, apud me esse quẽquam, qui in eũ furorẽ, vel dementiam vergeret, q. d. gnitatis mee curam, q. salutis publicæ studiũ q. felicitatis desideriu d. iudicare audeat, aut me fortassis tanta ignauia recordie, desidia, vt tam facile in falsorũ susorũ sententiam traheret? Deus à me Pius hanc motũ stupiditatis aurtat. Neq; statũ eũ me iacturã formido. Est mihi, vt tu d. cis, vxor virtutis, ac rerũ experientia p̄dita, nõ minus dilecta, quam desiderata à populo. Est & Galat. p. imigenitus meus iam grandis, & supra tãtẽ prudens. Sui & Veneti, nõ sedere solũ mihi, sed amicicia singulari, beneuolentiãq; coniuncti. Florentinos eo loco habeo, quo tu ipse dico. A Christianissimõ Francorũ Rege in eẽm casum fauorẽ reb. miã, auxilia, subsidia p̄sudia p̄solatẽ, cõ ceteris vero finitimus nulla mihi cõtendens, nulla stimulates, nulla inimicitia sunt. & sup. rã, Dei mihi filiu spero, pro cuius gloria, & honore pugnaturus sum, de senorem. Itaq; neq; atas, neq; mollũ deliciarũ cupiditas, neq; domi rerũ mearũ metus, neq; pecuniarũ defectus, quib. te inueniendũ optimã operã nauaturũ existimã, à sanctissimo me desiderio tuo, atq; ab instituto meo diuerterent. Vereor tamen, Beatiss. pater, ne circa duo nos breuitas tẽporis verget; & q. ad tantũ apparatũ terra, mariq; disponendũ, quãuis hinc maxima expeditionis molis necessarius est, partũ, ad verũ primũ spaciũ detũ esse existimẽ, & q. quã plerũ, malis pristina egrediendũ reliquijs teneor, q. mihi quodã magno studio, & diligentia curarẽtur, in maximũ me periculu traherent, in b. iurũ medicũ, adhibito magni examiniõ cõsilio, balneis illis curare, atq; cõsumere, pollicentẽq; illis me ad salubritẽ, & integritã valetudinẽ restituere. Quod si factũ vt spero fuerit, aliãq; (q. Deus a. erãt) legitime causa nõ adue-

nerit, institui quantũ sup. est mihi vita, p. defendẽda Christianorũ religio, p. fide Catholica amplianda, p. Dei Evangelio cõseruando, p. Mahometis idolatria, ex sanctis, Dei tẽplis iam non solũ p̄sanatis, sed adulteratis, pessumdati, diruti, expellenda deducere. Nã si Decus, pariter, & Decij filius, p. Senatus populũq; sui victoris, si pleriq; alijs Romanorũ p. patria, si innumerabiles penẽ oim atatu, gentiũ, nationũ, p. mortali duntaxat gloria sese deuouerunt, qd nobis faciendũ, quib. celestis gloria, ac beatitudo æterna, p̄ponitur? Ibimus p̄fecto in hanc expeditionẽ, & partẽ nostrã, p. incorruptibili, corruptibile, p. celesti, ter restitẽ, pro perpetua, caducã exponemus. Et quãquam, p. tua singulari prudentia, magnãq; rerũ experientia opportunẽ te desiderasse existimẽ, q. ad hanc maximam expeditionẽ necessaria sint, tuatamen singulari bonitate, & clementia freres, veluti, q. rei bellicæ studiosissimus fui dicam, q. d. sentio. Primum, q. in bellis si scipendũ cõsiderandũ est, & magno cõsilio explorandũ, quanta sit inimicorũ potentia, quantum, & qualis exercitus, q. sit eorum militandi disciplina atq; industria, q. locorum situs, quib. vel se valeat exterũ p̄sidiũ, auxiliũq; treri, vel impugnare hosti, atq; repellere. De his ita se ad bellũ parare, vt optima spes de victoria habeatur. Turcorũ q. d. potentia adeo spernẽdã, vt q. ad victoriã necessaria sunt negligamus, nõ censo, neq; vt ab infest. o bello desistamus timendã. Vide, q. d. capitula istuc ad me transmissa, de hinc ille eadẽ diligentius, ac maiore studio à virũ (vt par est credere) in imitariũ virũ, ac facultatũ expertis examinata, atq; digesta ostendant. Trecenta millia militũ, Turcorũ Imperatorẽ ducturũ fore assi mant, atq; litera tua eos populos inermes effaminatos, imbelles esse respõdent. Fateor, beatiss. pater, maximam eorũ partem eiusmodi esse. Perũtamen in armis, bellicisq; expeditionib; vt facile meminisse possimus, multis ætatis nost. a. annis cõ maxima Christianorũ strage versati sunt. Arma habent ad eminus, cominusq; pugnandũ. Pro eorũ lege, atq; Imperatore nõ modo parere imperio sed mori quoq; p̄cipi, atq; parati sũt. Habent p̄terea & ad inuadendũ, & ad fugiendũ equos agiles, corporaq; corũ agilia. Habẽt insup in castris, vt plures affimãt, sexdecim pugnatorũ millia, quos Ianizeros vocant, rubur, firmamentũq; militie, instar p̄balangis armis affictos, et belli expertes, diuersarũ nationũ, diuersarũq; gentiũ, mercede conductos. Hinc sicut nõ timenda, ita non spernendo exercitũ, quales p. adipiscenda victoria vires opponenda sint, qualesq; exercitus conducendi, crediderim, et cõ Philippo Duce contrulisse. Itaq; alia ã te nationũ Christianarũ principes, potentatũq; ad sup. plendũ exercitũ tui vires, aut vocasse, aut vocaturũ non dubito. Si igitur, vt soles cetera oia, ita hæc quoq; recte instituti, nõ modo tota Europa Mahometã idololatriã depellemus verum et Christiana signa in Asia traducemus. Hierusalem Dei sacrariũ recuperabimus Iesu nomen, fidemq; Catholicam sanctiq; Euangelium in ea loca restituemus, in quib; p. Apostolos tradita olim, atq; p̄pagata fuerant, desideratũ triumphum Romanũ ad sedem tuam reportatur. Capitulumq; obliteratã latrare, barbaricis Orientalium populorum spolijs cingemus, quib. tandem Lateranensem, Petriq; Basilicã exornabimus. Verum quoniam huic expeditioni p̄sentiam tuã p̄staturum affirmas, cogitanti mihi, atq; ipsem accurate pensanti, qd vitã tuã ad hanc rem gerendã, q. duo detrimenti causa afferre valeat, multu hinc, atq; inde argumentis, & quẽ firmissimis agitata mens requirit nõ trahi, in varias, diuersasq; sententias. Hoc vnũ quietẽ mihi ipsam, sp̄oq; optima plenã reddat, q. intelligam tẽ hanc à te maturẽ, vt eius mos exposcit, grauitẽ, studiosẽ, diligenterq; cõsideratam. Itaq; quicquã à te excogitatum, deliberatumq; fuerit, id mihi non humano, sed diuino factum esse consilio persuadẽdo. Datum Mediolani, octauo Calend. Nouembriũ, M. CCCC. LXIII.

LIII. Ferdinandus promouetur Principi Tarantini.



cauerent, ne Ferdinando sese redderent; polliceri auxilia, & in milites externos pecunias ministrare, & iam duas, ac viginti equitum turmas ad res nouandas in superiorem Apuliam expeditas ducere. Comperit sunt eius epistolae eadem die scriptae; altera ad Ferdinandum missa, praecipuam quandam charitatem praeferebat; altera Ioanni directa, ne animo deficeret, hortabatur, & auxilia vltro offerebat. His cognitio maturandum in Apuliam Ferdinandus cecidit; & iam Luceria Sarracenorum, eiectione Gallico praefidio, ad eum defecerat. Delectis igitur ex sententia Pontificis ex omni exercitu quatuor, & viginti equitum turmas, prope in Apuliam traiecit, nec sanctam Seueram egregie defensionem aggressus. Manfredoniam petiit, quae mox deditione ciuium in eius potestatem deuenit; quamquam direptionem eade non potuit. Praefectus arcis, Galliam tritemem ad se nauigare conuocatus, & noui auxilii spe deceptus, eruptionem facere praesumpsit; cui dum Ferdinandi cohortes resistunt, & miles e castris ad tumultum excitatus occurrit, ciuitatis rapina prohiberi non potuit. Praefectus in arcem repulsi non sine damno profugit, tritemisq; ipsa Gallica intercepta est, defensoribus in terra deprehensis. Completa est nouis militibus tritemis, & aduersus alteram, quae non procul ab erat, tamquam amica nauigare iussa, illam quoque fraudis ignaram comprehendit. Istud postquam Principi Tarentino nunciatum est, subito illum inuasi moror, & stomachi dolor, vehemensque metus exagitabat hominem. Erat enim pusillanimi, superbus & tumens, in secundis rebus pauidus, & fractus in aduersis. Crecebat indies moribus, neque medici spem vllam salutis promittebant. Reto igitur ad propria reuerti statuit, iam ferene dies duodecim aduersus aegritudinem contendens. Vehementer clausa lectica, ad oppidum, cui Altamura nomen est; quum cum deponere vellent, decimo septimo Calendas Decembris, extinctam sine testamento inuenerunt, neque confessione Deo reconciliatum, neque Sacramentis Ecclesiasticis ex more Christiano munatum. Qualis vita praecessit, & quomodo confectus est exitum. Sine religione vixit, sine religione decessit. Oppidani nihil eius morte felicitati audierunt. Mirares. Nulla ciuitas eius indoluit mortem. Publicum ubique gaudium, publica conuiuia, & comestiones; communique laetitia, ut assolet in avari diuitis obitu, quem nihil recte facere vulgo dicitur, nisi cum moritur. Anaristimus enim fuerat Ioannes Antonius, adeoque lucris intentus, ut sibi soli mercaturas sui Principatus seruauerit. A subditis emit, quanti voluit praetij, quaecumque venalia fuerunt, eaque vendidit negotiatoribus externis, crediturque raro defuisse; ludaeos, quos posset expilare facilius, complures in ditione sua sustulit; cum Tuncis commercia habuisset, tenui victu contentam esse familiam voluit; luminaribus nullis utebatur, nisi candelarum ex adipe, hincque praeparat. Itaque mors eius, visa est subditorum vita, & resurrectio. Ferdinando accepto mortis eius nuncio, relicta apud Manfredoniam paucis, qui arcem expugnarent, cum omni equitatu, celeri cursu Altamuram contendit, ubi omnium singulari laetitia exceptus est. Ingens rerum mutatio. Intra dies ferme octo, Legati Ciuitatum & oppidorum omnium, quae in potestate Principis fuerunt supra trecenta, percipide sese Regi dederunt. Principis quoque coniunx, & Iulius gener, & duces exercitus, nihil morati, imperata Regis fecere, atque in eius verba iurauerunt. Ingens gaza reperta: nihil Regem latuit. Conferuata in multis annos opes, & nimium custoditi thesauri, subito in lacem venere. Relatum est, supra decies centena millia aurum nummum valuisse, quae in thesauris; horreis, ac pecoribus Principis inuenta sunt, & sine diminutione, in manus Regis peruenere.

Secundum hanc felicitatem, & arx Manfredoniae obrenta est, & vrbis Vestae. Seuerinenfes apud Legatum Apostolicum, de reconciliatione sua tractare ceperunt, cum se omni spe destitutos intelligerent. Luceria, Alfonso quodam amafia, Ferdinandi faciem verita, cum filio Ioannis Cozza in Dalmaciam profugit. In regno exinde, exceptis paucis, omnia Ferdinando paruerunt; vnde spes ingens Pio Pontifici accreuit, sublati impedimentis, ad expeditionem contra Turcas, multa adiumenta prouenire. *Commentar. Pij 2. lib. 10. 11. 12.*

Ea impedimenta, cum in Italia Deus summoerit, humani generis inimicus, alia alibi conuocauit, ingenti cum detrimento reipublicae Christianae, & afflictione Pij Pontificis. In Bohemia Georgius Podiebracius Rex, iam propalam sedi Apostolicae, & Catholicis infestus, multa aperte conatus est ad labefandam fidem Catholicam, & auctoritatem Pontificiam. Imprimis enim missis in Galliam Oratoribus, Regem Ludouicum, ac proceres Gallos ad turbulenta illa, quae narrauimus consilia, contra Pontificem excitauit. Deinde in regno Bohemiae, contemptis Principum Catholicorum sanis consilijs, nunc scribens, nunc mittens, nunc offerens, perpetuo autem & ludens, & moras iudicio necens, vocantem, monentemque Pium audire recusat. Pseudo-Archiepiscopo in Catholicos tyrannidem exercenti omnia permisit. Vbi nihil profici est intellexit, damna autem publica quotidie crescere, aduocauit consilium Pium, atque in solo residens, longa oratione. Hufitanorum defleuit errores, a summo Georgij, maleficia assidua, Catholicorum aeternas, manifestum peritium, relapsum in haeresim, intercessores eluso, patientiam suam spretam, magnis lamentationibus proferens, vindictam nimium tardatae tempus iam adesse ostendens, Wratislauenses, & Namslauenses, quibus Georgius infestissimus erat, palam in suam tutelam, & protectionem recepit, atq; ab omni illos vinculo fidei Georgio datae absoluit, edicto quoque prohibuit, ne quis illis dicto, aut facto noceret, neque contra illos arma cum haereticis ferret. Quialiter fecisset, eum contra reipublicam Christianam facturum, poenasque olim debitas laturum. Istud est edictum, ad historiae cognitionem valde necessarium.

Pius Episcopus, Seruus seruum Dei. Cogit nos Gregorius Dominici, humeris nostris insufficientibus curam imposta, ut tanto propensiori studio in haereticam prauitatem erroribus extirpandis inuigilemus, quanto illi per humani generis inimici fallaciae astutius, etiam sub religionis specie, cordibus mortalium immixti, plures trahere possunt in gehennam. Dudum siquidem in clivum Bohemiae Regnum, quod Christianum, & fidelem populum habere consuevit, ad hanc perniciosam Iacobelli, & suorum sequatui, in aliquibus partibus Hufitarum nuncupatam haereticam prauitatem, pro magna eius parte prolapsam, ut communionem Eucharistiae Sacramenti sub vtraque specie, vni videlicet & panis, quoad Laicos, & non confitentes, de necessitate fore salutis aeternae proficitur: cum propter obitum felicitis recordationis quondam Ladislai nouissimi Regis careret, Georgium de Podiebrat, sibi Regem delegit. Qui dum se Catholicum affirmasset, postmodum dum coronationis reciperet insignia, licet in venerabilium fratrum nostrorum Lauriensis & Pragensis Episcoporum, ac nonnullorum Ecclesiasticorum, & secularium virorum notabilium manibus tactis per eum corporaliter Sacramentum Eucharistiae, publice, & sponte promiserit, spondebitur pollicitusque fuerit atq; iurauerit, quod deinceps fidelis, & obediens esset sanctae Romanae Ecclesiae, & illius pro tempore Pontificibus, in eiusque obedientia, & conformitate, more aliorum Catholicorum, & Christianorum Regum, in vniuersa orthodoxa fidei, quam ipsa sancta Romana Ecclesia confectur, praedicta, & tenet, fideliter obseruaret, ac deinceps fidem & Ecclesiam ipsam protegeret, atq; tueretur, & defenderet; &

LIV. Podiebracius Bohemiam turbat.

populum sibi subiectum, ab omnibus erroribus, sectis, & haereticis, ac artibus, ipsius Ecclesiae, & fidei Catholicae contrariis reuocare, & auertere; nec non fidei Catholicae obseruationem, ac obedientiam, conformitatem, vniuersam, ritum, cultumq; ipsius Sanctae Romanae Ecclesiae reduceret, & restitueret in dicto regno. Licetq; dictus etiam Georgius deinde per dilectum filium Ioannem de Rabenstein, Notarium nostrum, eius ad nos oratorem, pro se, eiusq; conthorali, & liberis pollicitaretur, ut praecipua nostra reuenter susciperet, & eis obsequeretur, ac deinde cum se huiusmodi iuramento astrinxisset, ac obligasset, per charissimum filium nostrum, Fridericum Romanorum Imperatorem illustrem, ut talis exiit confirmatus, nihilominus cum ipse Georgius his omnibus facta contraria ageret, publicaq; & continuata fama aduersus ipsum laboraret, quod contra tam solenniter factas suas promissiones, & iuramentum, dictam haereticorum sectam foueret, & amplecteretur, dilecti filij Clerus, Capitanei, Consules & communitates Ciuitatis Wratislauensis & oppidi Namslauensis, nihilominus cum ipse Georgius his omnibus facta contraria ageret, publicaq; & continuata fama aduersus ipsum laboraret, quod contra tam solenniter factas suas promissiones, & iuramentum, dictam haereticorum sectam foueret, & amplecteretur, dilecti filij Clerus, Capitanei, Consules & communitates Ciuitatis Wratislauensis & oppidi Namslauensis, tamquam Catholicis, & veri Christi fideles, eundem Georgium pro Rege sibi recipere, eius homagium praestare debite recusarunt: propter quod Georgius ipse, bello illos impugnare coactus: nos tunc de his certam notitiam habentes, ut tantis incommodis repagulo essent, dictumque Georgium, ac ipsam inclivum Bohemiae Regnum, ad veram obedientiam, & vniuersam Apostolicam Sedem, & sanctam ipsius Romanae Ecclesiae reducere possemus, venerabilem fratrem nostrum, Hieronymum, Archiepiscopum Cretensem, & dilectum filium sacrae Theologiae professorem, Franciscum de Toletto, tunc Archidiaconum de Astigia in Ecclesia Hispanensi, Oratores nostros ad partes illas misimus; & tandem huius homagij suspensio ad triennium, & vnum mensem per eos facta exiit. Vtrum duobus deinde fere annis decursis, cum idem Georgius, nihil de huiusmodi iuramentis per eum promissis se facturum ostenderet; nos tanta rei moram periculosam esse sententes, praefatum Georgium, ut promissionibus, & iuramentis praetactis satisfaceret, regnumque praefatum ad vniuersam sanctae matris Ecclesiae reduceret, per certum nuncium nostrum iterum fecimus sollicitari, si demum Georgius ipse, transacto post vnius anni spatio, solennes ad nos Oratores transmittens, nobis obedientiam praestitit veralem, ut prius, sed non realem, sui, & Regni nomine, in vniuersa fidei, & ritus communionis, quam iuxta iuramentum, ac promissiones ante dictas expectabamus: eumque tunc per proprios Oratores sumus hortati, pro huius rei finali consummatione, ut dimissa vniuersa sua, atque haereticis praesumptione super articulo communionis huiusmodi, ipse cum Regno Bohemiae se nobis & Ecclesiae sanctae, atque aliis regnis conformaret, dilectum filium Franciscum de valle, vtriusque Iuris Doctorem, ad eundem Georgium, Regnum Bohemiae & Marchionatus Moraviae, ac vicina eius dominia transmissimus, qui sibi per nos intincta, fideliter, in conuictu ob id per dictum Georgium, in festo S. Laurentij proximo elapsio indicto, coram Praelatis, Magnatibus, & aliis multis exposuit: idem tamen Georgius Sathanae laquei ligatus, in sua pertinacia obstinatus permansit. nam publice inibi cum eius conthorali sibi confedente, in Praetorium, Procerum, Magnatum praesentia, postquam, ut intelleximus, in nos & sanctam Sedem Apostolicam, ipsamque sanctam Romanam, & Apostolicam Ecclesiam, fidei matrem, multis detractionibus, & blasphemis, ore polluto, & impudicis labijs inuexerat, etiam proferre veritus non est hac, vel in effectu similia verba, videlicet: ut nemo deinceps de fide, & religionem, conuictus, & liberorum meorum dubijs existat, nunc palam, & publice profiteor, charissimos parentes meos, in hac veritate communionis salicis vtriusq; speciei mortuos esse, meque in ea uatum, educatum, atque usque vsq; in hoc tempore vixisse, vniuersaque, & mori velle cum uxore, & liberis meis: asserens, communionem illam esse de necessitate salutis, & adiectis; Deo magis, quam hominibus esse parendum. Neque his contentus, sed etiam praefatum Franciscum, Oratorem nostrum, post factam per eum constitutionem essetorum compellatorem super communionem praedicta, postquam erroris illius declarationem, & propositionem eorum, quae ipse Orator noster a nobis habuit in mandatis, sacrilege in eum manus in-

iecit, & turpiter durissimis carceribus mancipauit, in Dei, huiusque Sanctae Sedis, & Romanae Ecclesiae opprobrium, atque nobis, (qui, licet immeriti, Christi vices in terris gerimus) in vilipendum, & contemptum. Nos autem, qui nobis factam iniuriam nihil pendimus, Dei tamen, & Ecclesiae offensam vindicare tenemur, sic in praemissis animaduertere debite volentes, ne error ille saeuissimus arma habens, sub religionis specie amplius serpere valeret, & ne fideles Christi, per subiectionem dicti Georgij, eius erroribus valeant maculari, nuper proprio motu, ex certa nostra scientia, fidelium prospicientes salutem, dictos Clerum, Capitaneos, Consules, communitates Ciuitatis Wratislauensis, necnon oppidi Namslauensis, ab obseruatione concordiae praedictae, auctoritate Oratorum nostrorum conclusa, omniumque dependentium & conuictorum, etiam si eius vigore ad homagium praestandum venerentur, absolui-mus, & absolutos fore declaramus, vni alia nostris litteris continetur. Et quamuis pridem charissimus filius noster, Fridericus Imperator, ac nobilis Ludouicus Barania Dux, Illustris, praemissa sentientes, nobis supplicarunt, ut ab vltiori processu contra dictum Georgium, ob certas causas abstineret, sine iam factis processibus suspendere vellemus, cum dictum Georgium, ad Ecclesiae gremium rediturum sperarent; Nos eorumdem, & praefati Imperatoris precibus inclinati, ab vltioribus processibus aduersus ipsum Georgium decernendis vsque ad praesens distulimus. Sed cum iterum post haec dictus Georgius, per alium nuncium nostrum exhortatus ad cor redire, erroreque suos recogoscere, & ad Ecclesiam Catholicam reuerti, & se illius ritus conformare, non curauit, nec curat, nihilq; nobis spei de hoc per Imperatorem ac Ducem praedictos haecenus allatum sit; considerantes, debitum officij nostri fore, haeresim extirpare, & Christi fideles in obseruantia, ritu, & Orthodoxa fide Sanctae Catholicae Ecclesiae confirmare; ne praedictus Georgius ipse suum venenum liberius effundat, ac dictos Clerum, Capitaneos, & communitatem Wratislauensem, ac oppidum Namslauensem quouis modo opprimat, contra nostram, ac huius Apostolicae Sedis prohibitionem, vigore dictae concordiae, ad homagium, & quaevis alia praestanda inducere, & compellere possit; motu proprio, & ex certa nostra scientia, nostraq; mero officio, non ad eorum, seu alterius, pro eis oblata nobis petitionis instantiam, Clerum, Capitaneos, Consules, communitatem Wratislauensem, ac oppidum Namslauensem praefatos, sub nostra, & Apostolicae Sedis protectione, vsque ad nostrum, & eiusdem sedis beneplacitum suscipimus, suscipimusq; per praefatos, nihilominus Apostolica auctoritate, dicto Georgio, necnon Ducibus, Marchionibus, Principibus, Baronibus, Nobilibus, communitatibus, & ceteris quibuscumq; ipsi Georgio adhaerentibus, & complicitibus, seu subditis, sub excommunicationis latae sententiae poena, quam in his scriptis ferimus, inhiemus, ne se de Clero, Capitaneis, consilibus, & communitate, & oppido praedictis, contra nostram huiusmodi prohibitionem, quouis modo intromittant, aut ipsos in rebus, seu bonis suis directe, vel indirecte impediunt, seu bello disturbent, aut ei, & suis adhaerentibus, aliquem fauorem, aut loci receptaculum, contra eos praebeant; nec etiam predicantes contra praefatam sectam impediunt. Quinimo harum serie hortamur, & in virtute sanctae obedientiae, per viscera misericordiae Iesu Christi requirimus, omnes, & singulos charissimos filios, Imperatorem, ac Reges Christianos, & dilectos filios, Nobiles viros, Duces, Marchiones, Barones, Milites, militares, Nobiles, communitates, & oppidanos, ceterosque quoscumque Bohemiae Regni, & Marchionatus Moraviae Catholicos, ac Sillesia, & Lusatia incolae, & alios quoscumque, quatenus dictis Clero, Capitaneis, Consilibus, communitatibus, & oppidorum praefatorum, omni potentia, auxilio, & fauore assistant, nec permittant eos, per dictum Georgium, aut alium ad homagij praestationem compelli, seu alias indebita vexari, seu oppugnari, contra auctoritatem nostram, sub penis, & censuris in aliis nostris litteris contentis, quas contrarium facientes incurere volumus ipso facto, iuramento fidelitatis, seu homagij, dicto Georgio, aut quibusuis aliis praefato non obstante, cum eos, tenore praesentium, vigore dicti homagij, quominus nobis in praemissis obediant, vni-nime iureiuramus: aut si aliquibus sit a praedicta Sede in-

Wratislauenses & Namslauenses recipit sub protectione Sedis Apostolicae.

indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes de huiusmodi indulto mentionem, ceterisque contrariis quibuscumque, non obstantibus. Et quia difficile foret has nostras Apostolicas litteras ad omnia, ubi forte necesse fuerit, de illis notitiam haberi, loca perferri, idcirco volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod eorum transumpto, sigillo alicuius praelati, siue Iudicis Ecclesiastici, cum subscriptione Notarii publici sigillato, vbiq; etiam in iudicio, & extra stetur, & fides adhibeatur, acti praesentes nostra originales litterae exhiberentur. Datum Roma apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicae, 1463. Quarto Calendae Aprilis, Pontificatus nostri, anno Quinto.

LV. In executionem edicti postea alias litteras destinavit.

In executionem porro superioris edicti, Pius pontifex eas, quas adiungere visum, vulgavit. Pius Episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, Cretenis, ad regnum Poloniae, terramque Silesiae, ac Prussiae nuncio, & Oratori Sedis Apostolicae, & Gnesnensi, Archiepiscopo S. & A. B.

Hodie motu proprio, ex iustis, ac fidei Catholicam concernentibus causis, dilectos filios, Clerum, Capitaneos, Consules, communitatem Vratislaviensem, & vniuersitatem oppidi Namslawij, ab homagio prestando, Georgio Podiebrat, ad nostrum, & Sedis Apostolicae beneplacitum absolutos fore declarauimus, ac eos in nostram, & Apostolicae Sedis protectionem suscepimus, mandantes omnibus, & singulis Christi fidelibus, cuiuscumq; status, seu gradus existant, sub penis, & censuris Ecclesiasticis, ne praesato Georgio contra Vratislavienses, & Namslawenses praedictos, vigore dicti homagij auxilium, fauorem, & consilium praestent, quinimo eis, tamquam Catholicis, & sanctae matris Romanae Ecclesiae obedientissimis omni consilio, fauore, ac potentia assistant, prout in nostris litteris desuper confectis plenius continetur. Quocirca fraternitati vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel alter vestrum, postquam praesentes litterae vobis praesentatae fuerint, per vos, vel alium, seu alios, ipsas litteras, ac omnia, & singula in illis contenta, in dicti Regni, ac altarum, partium vicinarum Ecclesiarum, Dominiorum, & festiuis ceterisque diebus, quando & quotiens vobis videbitur solemniter publicetis, & exponatis, seu publicari, & exponi faciatis, ut melius, & clarius intelligantur, etiam in vulgari, & nihilominus quaslibet personas, quas excommunicationis sententiam occasione contraveniendi praedictis litteris, incurrisse constituerit, quotiens vobis opportunum esse videbitur, tandem, Dominice festiuitatis diebus in Ecclesiis, cum maior inibi populi multitudo conuenerit ad diuina, excommunicatos publice nunciatis, faciatisq; ab aliis nunciari, & ab omnibus arctius euitari, donec a contraveniendo desierint, & litteris praedictis obedierint, ipsaq; persona excommunicata, ab huiusmodi excommunicationis sententia, absolutiois beneficium meruerint obtinere. Non obstantibus omnibus illis, quae in praedictis litteris volumus non obstruere, aut si dictis personis, vel quibusvis aliis communiter, vel diuisim ad dicta sedes sit indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo, ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Dat. Roma apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicae, 1463. Quarto Calend. Aprilis, Pontif. nostri, anno 5.

LVI. Podiebratiam Pij PP. iram mitigare iussit.

Hanc pontificis indignationem, & has censuras praevenie volens Podiebracius, deprecatorias Pioscripserat, simulque Fridericum Imperatorem mouerat, qui deprecatores ad Sedem Apostolicam, pro se mitteret. Ita scriptum. Georgius, Dei gratia Rex Bohemiae, & Marchio Moraviae. Eisdem sanctitatis vestrae deuotus filius. Beatissime Pater, & Clementissime Domine. Obediet am cum veneratione ad pedum oscula beato. u. Venit ad nos nomine sanctitatis vestrae, venerabilis Ioannes de Rabenstein, Praepositus Visegradensis, sanctitatis vestrae Peronotatus, & Refectandarius, Decretorum Doctor, conciliaris deuotus, & fidelis noster dilectus, & ea, quae sibi a sanctitate vestra iniuncta fuerunt, nobis reulit. Haec nos intel-

leximus: sed credimus quod vestram sanctitatem non fugiat, sanctissime Pater, quia nunquam aliud nobis menti nostrae incidit, quam vt honor summorum pontificum, ac Sedis Apostolicae, praerogatiua sanctitatis vestrae, quantum in nobis fuit, omni cum diligentia, & accuratissima opera seruetur. In hac quoque opinione, & nunc perfirmus, stabimusque, Deo iuuante in aeternum. Id autem, de quo praesentis accusamur, factum videlicet diebus S. Laurentij proxime praeteritis, non ambigimus, quia intelligit sanctitas vestra, quomodo aliter non erat faciendum, secundum quod res, & tempus, & propositio publicae illius rei postulabat, tantum captus est, quas ob res? Iam sanctitati vestrae, & nonnullis Reuerendissimis Dominis Cardinalibus praesertim. Tunc loco, & tempore postulantis, vt diximus, materia rei, populo astante, hoc volebat. Non est igitur, cur sanctitas vestra nobis succensere summopere debeat, cum vestra Beatitudo, Pontifex prudentissimus, & rerum maximarum expertissimus ex stat, remque non ignorare possit, ex qua origine, quibus causis, quas propter rationes resista in hunc finem deduxit fuisse. Sunt quamplures, (credimus) delatores, famaeque nostrae ( quantum eorum se extendit potentia) destructores; quibus quantum fidei adhibere debeat scit peroptime, Beatitudo vestra. Praeterea etiam Ioannes, inter alia hortatus est nos, verbis sanctitatis vestrae, quatenus contra Vratislavienses nihil attentemus. Quae res vt clarius a sanctitate vestra percipiatur, necessarium est praerim, principalis, & altius eam ordiri. Cum nos vno consensu, partibusque vobis in Regem electi, & more Regio vncti, & coronari fuimus, vestra Beatitudo, Serenissimus Dominus, & affinis noster, Romanorum Imperator, Reges, & omnes Principes, Comites, & Barones, militares, & communitates, tam sacri Romani Imperij, quam regni, & dominiourum nostrorum, tam non subditi amici, quam subditi nostri dilecti, nos, vt decens est, pro Rege Catholico & non perfido habebant, & vt Regem, etiam non subditi venerati sunt, & vt Regi fidelitatem subditi, & obedientiam praestabant. Soli Vratislavienses, qui Regibus Bohemiae subditi, ac regno haereditarie incorporati existunt, nescimus, quo fretri spiritu, aut quibus ducti consiliis, obedientiam, prout tenebantur, facere recusabant. Nos eos bene, & iuste, potentia a Deo nobis data ad obedientiam, & suis obligatoribus satisfaciendum compulsumus; sed sanctitati vestrae, cui semper placere nitimur, motam gerere cupientes, eos in subiectionem, tranquilla animi cum patientia, abique armorum quouis fenitia accepimus: ipsi quoque nobis, vt vero Regi Bohemiae fidelitatem, & subiectionem praestiterunt. Faciat itaque sanctitas vestra, (quam non dubitamus, Regnum Bohemiae distrahatur, & diripi nolle, magisque in pace, & tranquillitate manere) saepeque nunciatos Vratislavienses moneat, quatenus nobis, & regno debitam fidelitatem iam dudum praestitam obseruent, caeteraque quibus Regibus, necnon in clytæ Coronae regni Bohemiae obligantur perficiant, & perfecta teneant, & custodiant. Non enim ipsorum esse existimamus, vt religionis, & fidei Catholicae quaestiones dissoluant. sunt quibus dubitatas fidei ad decidendum est commissa. De his autem rebus amplius latiusq; locutus est Orator, & Nuncius Serenissimi Domini Imperatoris affinis nostri, qui veniet ad sanctitatem vestram, & nomine Serenissimi Imperatoris cum sanctitate vestra tractabit. Bene valeat sanctitas vestra, quam Deus clementissimus, & gloriosus, nobis, Ecclesiae suae sacrosanctae, ad bonum, & beatum regimen conseruare, & tuere incolumem dignetur. Datum Pragae die 3. Martij 1463.

Ceterum vbi Orator Imperatoris, apud Pium, pro

LVI.

Georgio,

LVII. Pij PP. ad Caesarem in negotio Podiebracij responsum.

Georgio intercessit, Pius respondit hunc in modum. Pius Episcopus, servus servorum Dei, charissimo in Christo filio, Friderico Romanorum Imperatori semper Augusto. S. & A. B. Intelleximus ex litteris serenitatis tuae, per dilectum filium, VVolfgangum Oratorem tuum, maiestatem tuam, Georgio, auctore Regi Bohemiae, qui tibi in tuum inuictissimum, & atrocissimis oppressionibus fideliter, & efficaciter succurrit, non immerito, vt scribis afficit, idcirco, & nobis expectare, vt dilectos filios, Cives Vratislavienses inducamus, quid eide, vt suo Regi homagium praestent, cum etiam ad id ex pacto nunc obligentur, & timere non habeant, quod vnquam compellantur, fidem, atq; ritum communionis, quam tenent immutare. Charissime fili, non est tua serenitati incognitum, ipsum Georgium, neq; nobiscum, & hac S. Romana Ecclesia quae est mater Christiana fidei, neq; tecum, atq; ceteris Christianis Regibus, in fide Catholica & ritu concordare, sed se ipsum per publicam declarationem a corpore Christi mystico, & sancta Ecclesia, cuius Christus caput existit, dānabitur (quod cum dolore referimus) separasse. & cū Christus Dominus noster, sit Rex Regum, & Dn. Dominantium, necesse existat oēs Christianos Reges, de ipsius Regno esse, & vt vniuersa Ecclēsia, cui nos, licet immeritis, vt eiusdem Vicarius praesidemus, certū profecto est, eum, qui seipsum ab Ecclēsia Catholica schismaticè separat, in republica Christiana nullā, aut Regem, aut aliam posse tenere dignitatē, nos quoq; vt fideles Christi Vicarium deest, eundem pro ethnico & publicano, atq; absorto de corpore Christi membro, sine vlla dissimulatione habere tenemur. Ex quo intelligit maiestas, nos oportere, mandare dictis Vratislaviensibus, vt nobiscum sentiant; & Georgium ipsum Regem esse non posse, nec vt Regi obediendum fore ei, qui de corpore Christi, se sua sponte praedidit. Nec in hoc quacumq; pacto ipsi obstruere possunt. Sicut enim mors naturalis, pacta praestandi homagij dissoluit, ita non minus haec absortio a corpore Christi (extra quod Christianus, vt Christianus non viuunt) pacta illa dissoluit. Non n. Vratislavienses a nostris Oratoribus, induciti fuerunt, vt se obligarent, post triennium, & vni mensum praestare Georgio homagium, vt Georgio, sed vt Regi Catholico. Postquam autem Georg. ipse se declarauit, a Catholica, & vniuersali Ecclēsia in fide, & ritu separatum, ipso facto patefecit, se non esse filium cui a dictis fidelibus, Christianis praestari debeat homagium, sed potius mortuum conseri, cui nullus Christianus, etiam qui eidem praestitit homagium, obedire tenetur. & nisi alia scripta celsitudinis tuae spem dedissent, quod pfe Georg. errore dimisso, tua opera ad Ecclēsiam rediret, iam mandauit ea, quae contra ipsum obstruere coneris, vt nobis in memoris pareat, & ad vniuersam Catholicam Ecclēsiā redeat. & quando se se Regiae dignitatis capacē fecerit, nos semper tuis desiderijs pro ipso, quantum cum Deo poterimus, complacemus. Quod si tua serenitas in hoc se posse proficere sperat, pro tanto bono, ac vt tua celsitudini morem geramus, a publicatione ipsius senentiae, ad tempus aliquod suspense debemus. Ita tamen, quod interim Georgius ipse & sui, ab omni infestatione ipsorum Vratislaviensium, & aliorum Catholicorum abstineant. De quo nobis quantocius rescribi, & eosdem Vratislavienses certiorari deposcimus. Si vero tua serenitas non speraret, quod apud dictum Georg. in praemisio posse proficere, rogamus celsitudinem tuam, & ipsam per viscera misericordiae Dei nostri requirimus, vt Catholicam fidem, atque ipsos Vratislavienses, & alios Catholicos, (vt ex Imperiali Maiestate plus caeteris obligari) tam ipsi Georgio, quam aliis cunctis Hussitis, & haereticis praeseras, eosq; iuxta posse defendas, Datum Roma apud S. Petrum, Anno Domini, 1463. die 16. Maij, Pontificatus nostri, anno 5. Cochleus lib. 12. Dubrauius lib. 30. Papien. lib. 6.

LVIII.

Haec Pius pontifex in negotio Podiebracij sanciebat, atque rescribat. Ceterum cum ad aures ipsius prouenisset, tam Podiebracium, quam complures alios, siue de fide Catholica, siue de auctoritate Roman. pontificis, non omnino recte sentientes, ea, quae is aliquando Aeneas Syluius vel scriptissimus, vt legitur, Basileae, vel pro Basileensibus, ad suam ipsorum defensionem afferre, hincq;

velut adamantino clypeo se tueri; prudētissimo vsus consilio, iam potifex, voluit illa omnia damnare, seu retractare, ne in posterū alicui sint in lapidem offensionis, vel petram scādali. Edidit ergo ea de re edictū, quod hic necessarium fuit ad scribere. Ita habet. Pius Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, Re & Oratori, & vniuersitati Scholae Coloniensis, salutē, & ap. bened. In minoribus agentes, nondum sacris ordinibus iniuriati, cū Basileae inter eos versaremur, qui se Generale Concilium facere, & vniuersalem Ecclesiam repraesentare aiebant, dialogorum quaedam libellū ad vos scripsimus, in quo de auctoritate concilij Generalis, ac de gestis Basileensium, & Eugenij Papae contradictione ea probauimus, vel damnauimus, quae probanda, vel damanda censuimus, quantum capiebamus, tantum defendimus, aut oppugnauimus; nihil mentiti sumus, nihil ad gratiā, nihil ad odiū retulimus, existimauimus bene agere, & recta incedere via; nec mentis nostrae aliud erat obiectum, quā publica utilitas, & amor veri. Sed quis non errat mortalis? Sapientem inquit Philosophi, nunquā errare, verū est. At quis sapiens, nisi bonus? quis bonus, nisi solus Deus? Omnes declinauerunt, simul inuites facti sunt, non est, qui faciat bonū non est vsq; ad vniū, inquit Propheta regius. Declinauimus & nos ab vtero matris, errauimus in itinere, & non in via: ambulauimus in tenebris, & procul a veritate deduxerunt, ne c nobis tm errauimus, alios quoq; in praecipitium traximus; & caecis ducati praerentes ca. i, cum illis in foueam redidimus, forsitan & aliquos ex vobis ipse nostra decipere, & in deum deduxerunt, quoru sanguinem, si de manibus nostris requisierit Dominus non habemus, quod respondere possimus, nisi nos, vt homines, peccauisse: qui arbitantes, rectum iter ostendere, obliquū monstrauimus. In misericordia tāum Dei spes nostra sita est, quae supra omnia opera eius elucet. Sed haud quam satis fuerit, diuinā misericordiam implorare, & dicere Parce Domine, parce peccatis nostris, nisi pro viribus, vulnera, quae in istis, venitate curare anitamur, & sicut est in fabulis, Sagitta, quae vulnerauit offerat opem, siue vt canit Ecclesia, Medela inde ferat, hostis vnde laecerat. Mortem quidā prius sibi conscierint, quam videri velint, aliquando male fenisse: & nonnulli ne vel ad horā videantur errasse, semper errant, & dum vel minimam tolerare honoris ista curā nequeunt, totum abiiciunt, & perpetua notantur infamia & in pessimis prolabantur haereses: qui ne appareant inconstantes, pertinaces efficiuntur, superbissimi hoc agunt, qui videri Dij, nō homines volūt, quales Constantiae cōbusti sunt nostra atate, in magno conuente Hieronymus, & Io. Heretiarum. Nos homines sumus, & vt homines errauimus: neq; imus inficias, multa, quae diximus, scripsimus, egimus, damnari posse; verū non vt Arius, Euiyeches, Macedonius, aut Nestorius, & alia blasphemorum turba, ex animo damnata viam elegimus, sed dū peccauimus, vt Paulus, & ignoranter perierat fuimus Ecclesiam Dei, & Romanam, primamq; sedem. Propter quod Prostrati ante oculos Diuinā pietatis, supplices oramus: Delicta iuuentutis meae, & ignorantias ne memineris, &c. Pudet retro is, pœnitet male fecisse, & male didicorum, scriptorumq; vehemēter pœnitet, plus scriptum, quam factum nocuimus. Sed quid agamus? scriptum, & semel emissum volacirreocabile verbum. Non sunt in potestate nostra scripta, quae multas incidit in manus, & vulgo leguntur: vniuersaliter, quae sunt edita, nam si futuro in seculo male erunt, & aut in malignas mētēs inciderint, aut incautas, fortasse scādali parient. Qui hoc scripsit, in quiete, in beatitudine Petri Cathedra sedet, & Christi Saluatoris Vicariatus gestis ita scripsit Aeneas qui postea summus Pontificatus adeptus, Pius II. appellatus est, & inuenitur mutasse propositum, qui eum elegerunt, & in iunio Apostolatus

Retractatio eorum, quae postea in minoribus existens scripsit de Conc. Basileens.

verice



vertice collocarunt, ab ijs scripta eius probata videntur. Verendum est, ne talia nostris aliquando successoribus obiciantur; & quae fuerunt Aeneae, dicantur Pij. atque ab ea sede auctoritatem vendicent; aduersus quam ignoranter lauerunt. Cogimur igitur dilecti filij Beatum Augustinum imitari, qui cum aliqua in suis voluminibus erronea inseruisset, retractationes edidit. Humilis, & probatissimi vir ingenij, qui suas ineptias verecunde confiteri, ac corrigere, quam imprudenter defendere maluit. Idem & nos facimus, confitebimur ingenuae ignorantiae nostrae, ne per ea, quae scripsimus iuuenes, error irrepat, qui possit in futurum, Apostolicam sanctam sedem oppugnare. nam si quem decuit vquam Romani, primumque throni eminentiam, & gloriam defendere, ac extollere, nos illi sumus, quos sine vllis meritis pius, & misericors Deus, sola dispensatione sua, ad Beati Petri solium, & dilectissimi filij sui Domini nostri Iesu Christi Vicarium euocauit. Quibus ex rebus dilectiones vestras hortamur, & in Domino commoneamus, ne prius illis scriptis inhareatis, aut fidem vllam praestetis, quae supremam Apostolicam Sedis auctoritatem quouis pacto elidunt, aut aliquid astruunt, quod facta sancta Romana non amplectitur Ecclesia. Suadete omnibus, vt id solum praeter ceteris venerentur, in quo Saluator Dominus suos Vicarios collocauit: & quod Beati Apostoli Petrus & Paulus, suo sanguine dicauerunt. nec putetis diuinam prouidentiam, quae cuncta gubernat, & nihil negligit eorum, quae creauit, inordinatam vel quille militarem Ecclesiam, quae cum sit sponsa Christi, profecto a Deo est, & ordinem habet, dicente Apostolo, quae sunt a Deo, ordinata esse. Requirit autem ordo vt inferiora a superioribus gubernentur, & ad vnum tandem perueniant, tanquam principem, & moderatorem cunctorum, quae infra se sunt: Sicut grues vnam sequuntur, & in apibus vnus est rex: ita & in Ecclesia militanti, quae in statu triumphantis habet, vnus est omnium moderator, & arbiter, Iesu Christi Vicarius, a quo tanquam capite, omnis in subiecta membra potestas, & auctoritas deriuatur, quae a Christo, Domino nostro sine medio in ipsum infuit, nec profecto in alium, tanquam sui exercitus ducem, supremam auctoritatem Christus principaliter deriuasset, quam in suum Vicarium, qui primus fuit Petrus, cui commissam nouimus Dominici gregis curam: nec duos, pluresue Petros Euangelistae commemorant, nec duos, aut plures instituit Dominus, qui suum locum tanquam capita tenerent aequalia: sed vnum constituit, vt verticem, ac ducem, & pastorem vniuersi gregis, Simonem Petrum dicens, Tu es Petrus, & super hanc Petram, aedificabo Ecclesiam meam: & tibi dabo clauem regni caelorum: & quodcumque ligaueris super terram, erit solutum & in caelo, & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelo: &, pascite oves meas. Quae nulli alteri seorsum dicta leguntur, nisi Petro, vt in Petro vnitas, & summa contineretur auctoritas; nec alius a Petra, dictus est Petrus, nisi Simon, vt intelligeremus, vnicum esse verum, & solidum Petrum, id est, Christum (vt Paulus exponit) locum tenentem Simonem Petrum, qui solus pro Domino in periculo constituto, exemit gladium. Petrus igitur, & successores eius Romani pontifices, primatum in Ecclesia tenuerunt, & nos hodie, quamuis indigni, tenemus: & quicunque Romanam secundum canonicas sanctiones praeficitur Ecclesiae, quamprimum electus est in sacro Collegio, supremam a Deo potestatem, sine medio consequitur, & per ordinem in omnem diffundit Ecclesiam, cuius peccata diuino iudicio punienda relinquantur. Si quid aduersus hanc doctrinam inuenieritis, aut in dialogis, aut in epistolis nostris, quae plures a nobis sunt editae, aut in alijs opusculis nostris, (multa enim scripsimus adhuc iuuenes) respicite, at-

que contemnite. Sequimini, quae nunc dicimus, & scni magis, quam iuueni credite, nec priuatum hominem pluris facite, quam pontificem. Aeneam recite, Pium recipite, illud gentile nomen parentes indidere nascenti. hoc Christianum in Apostolatu suscepimus. Dicent fortasse aliqui, cum Pontificatu hanc nobis opinionem aduenisse, & cum dignitate mutatam esse sententiam. Haud ita est, longe aliter actum. Audite filij conuersationem nostram, breuis narratio erit, quae vobis quantum ad rem attinet, veritatem aperiet, & obiectioni faciet satis. Anno salutis primo, & trigesimo supra millesimum quingentesimum cum Dominico Capitanica, quem Martinus V. in secreto Consistorio Cardinalem creauerat, Eugenius IV. spreuerat, Basileam petiimus, ibique Concilium inchoatum inuenimus, verum ab Eugenio reuocatum, quamuis congregari noluerant obedire, asserentes iam inceptum Concilium sine consensu patrum, qui conuenissent, haud quam potuisse dissolui. Iulianus aderat Sancti Angeli Cardinalis, natione Romanus, moribus, & doctrina conspicuus. Is cum ceteris praestaret, audita Eugenij reuocatione, praesidentiam dimisit, tanquam summo pontifici vellet obedire: sed cum augeteretur indies, Eugenio, vel inuito, Concilium, & multi ex diuersis regionibus Episcopi, & Regum Legati aduenirent, Cardinales quoque ex Rom. Curia profugi in dies nonnulli concurrebant, praesidentiam resumpsit: & auctoritatem Concilij mirum in modum extollens, eminentiam primae Sedis suppressere coepit. Venientes Eugenij Legatos, & potestatem Romanorum praesulum magnificantes, apparerent confutauit, & cum esset facundissimus, facile persuasit Auditoribus, quae cupiebat. Cardinales ex Vrbe profecti, Eugenio in sensu, vitam eius, moreque carpebant: accedebat in horas cateruatum noui curiales, qui vt est ois multitudo maledica, & inimica Principi Eugenij nomen modis omnibus lacerabant. Nos qui ex patria iuuenes, non ex vrbe illuc migravimus, & noua tunc primum aus ex Senesi gymnasio euoluueram, rudes, & inexperti, vera esse arbitrabamur, quae dicebantur, nec putabamus mentiri alios, qui nesciremus ipsi mentiri, atque vt est innatum homini, contra, & horrida crimina odio habebamus. nec Eugenium diligere poteramus, quae tot tantique restes indignum pontificio dicerent. Aderant Legati Parisiensis scholae, cuius est fama percelebris, affuerunt & aliquando vestri, & aliorum studiorum Germanicae nationis oratores: & vno cuncti ore Concilij Generalis auctoritate ad celum efferebant. De potestate Rom. pontificis paucierant, qui loqui praesumerent, oes, qui publice loquebantur, prurientes auribus multitudini applaudebant. Accessit & ipse Eugenij consensus, qui dissolutione Concilij a se facta, reuocauit, & progressum eius approbauit, cum reconciliata Synodus Eugenio videretur, & pax Ecclesiae data. Praeterita nomina per suas litteras Concilij Patres, Eugenio sese remissuros, & pedes eius tanquam Beati Petri exosculaturos promiserant, si reuocata dissolutione, Concilio cursu permitteret, atque illi cohaereret. Noua intercessere discordiae, tum alijs de rebus, tum potissime super translatione Concilij, Graecorum causa in alium locum. Eugenius in Italia, non sine ratione Concilium petebat, popularitas synodalis transire motes horrebat, & in Auinione, aut in Sabaudia locum desiderabat. Adiuerunt per id temporis duo viri ex Italia Basileensem Concilium, Nicolaus Pannonitanus Archiepiscopus, & Ludouicus Pontanus, Apostolicae Sedis Notarius, Alfonso magni regis oratores, qui velut duo orbis sidera ceu pontificij iuris, & totius ciuilis sapientiae, duo praecipua lumina, & clarissima censebantur. Hi dictis, scriptisque Concilij gesta probabant, Eugenij facta, damnabant, nec erat, qui aut vellet, aut auderet, dicta eorum refellere. Quid age-

remus?

remus? audire potuimus, non dicere: Rude nimis ingenium est, quod per singulos dies audita, & inculcata non capit. Quales Magistri sunt, tales discipuli euadere solent. Paucos inuenias Aristoteles, qui Platonica norint destruere dogmata. Non est discipulus supra magistrum, inquit Dominus: nec nos magistrum potuimus superari. Iulianus nobis, Nicolaus, & Ludouicus, & alij complures fuere magistri; schola, Basileensis Conuentus, in quo raro aliquis Eugenij causam defendit. Aduersus Concilij dignitatem inire aliquid, cum enim haec esset iuris. Vna omnium vox Concilium, Eugenio praeserebat. De Sedis Apostolicae praesentia, aut silentium, aut contemptus. Concilium cum a sonabant. Didicimus ergo, quae audiuimus & post aliquot annos, existimantes, nos aliquid esse, diximus (vt est apud Sarrycum) semper ego auditor tantum? nunquam me reponam? Puduit semper discipulum agere, & b. traximus ferulae manum, coepimus loqui, & magistri personam induimus. Scripsimus epistolas, & opuscula, hoc omnibus passim datur: docti, & indocti scribant, & quae scripsit ipse, nemo contemnit, nisi editionis feruorem tempus extincherit, nobis praesentia scripta nostra, more poetarum, qui poemata sua tanquam filios amant. Nec Basileae quinquam inueniebamus, qui ea damnaret, probat enim similia similes, applaudebamus nobis ipsis, & in editionibus nobis nostris gloriabamur, & quamquam postea Eugenius Concilium in Italiam translulerit, & cum Graecis Ferrariae, ac demum Florentiae conueniret: quamquam Iulianus S. Angeli, & Ioannes S. Petri Cardinales, quibus plurimum credebamur, ad Eugenium defecissent. quamquam paucissimi in fide Basileensi remansissent; nolimus tamen credere, existimantes cunctos, qui abibant, metu recedere, ne bona temporalia perderent, & cum nihil haberemus, quod nobis auferri posset, perseuerandum putauimus ne partem, quae verior nobis apparebat, relinquentes, detrimentum animae faceremus. Mansimus igitur Basileae, quoad Eugenium (vt credidimus) iusto iudicio deposito, Amadeus Sabaudienensis successus est, & Felix V. appellatus. quem non vididimus (quod erat) se tanquam verum Christi Vicarium venerati sumus, nihil ad haec haesitantes intercessisse. At cum Fridericus Romanorum Rex, Aquilegrani coronatus, doctum repetens, Basileam transitum fecisset, rogatusque Felicem illic praesentem accedere, nullo pacto persuaderi potuisset, vt honore ei tanquam Romano pontifici, exhiberet, aut publice cum eo verba misceret, tum primum considerauimus possibile esse, quod d. partem erroneam sequeremur, quando Rex, Imperator Romanorum furus, in tanto negotio dubius esset, & ad Eugenium inclinaret magis. Multum & saepe inter nos ipsos cogitauimus, quis esset modus inueniendi verum, nunquam n. volentes errauimus. Rogati in familiam Friderici transire non reauimus. Erat tunc ille cum tota fere Germania neutralis. Concilium Basileae dicebant esse Germani, & idolum eius respuebant, nec Eugenio nec Basileensibus plene obediebant. Placuit ad neutrales transire, vt verum apud eos liberius audiremus, & si recedendum esset ab vno extremorum, per aliquod medium transiremus, ad alterum, & eorum iudicium spectaremus, qui non essent affecti causa. Mansimus in aula Friderici pluribus annis, illic varias audiuimus opiniones. Neutralitatem idcirco Teutones induerant, vt concordia facilius inueniretur, non ex consilio Solonis, qui tumultuante Ciuitate extorem fecit esse, qui sine parte remansit. Multa inter neutrales didicimus: Cardinales, qui Basileam venerant, ob priuatas inimicitias bono, & sancto viro noxam inurere voluisse, qui tamen cum postea ad eum redierunt, & veniam petierunt. Forte per id tempus Iulianus S. Angeli Cardinalis, cuius supra meminimus, ex Vngaria,

quae sibi decreta contra Turcas fuerat prouincia, Flaminianum venit (quod hodie Vienna dicitur) praecipuum Austriae columnam: saepe cum eo sermonem pro veteri consuetudine inuicimus, saepe de rebus Basileensibus disputauimus, tuebamur antiquam sententiam, ille nouam defendebat, extollebamus Generalis Concilij auctoritatem, ille Apostolicae Sedis potestatem magno opere collaudabat. dicebamus Concilium Basileense iure perseuerasse, quauis Eugenius praesidentis reuocasset, & hoc eius factum accusabamus, ille dissolutum, seu translatum ite Concilium affirmabat, & Basileensium opera, multis modis detestabatur. Basileaeque non Synodum Ecclesiae sed Satanae, & ministrorum eius Synagogam remansisse dicebat. Diutina fuit inter nos concertatio, verum modesta, & charitate plena, ad extremum cum suis scriptis, dictisque Cardinalis vinceremus, premeremurque vehementer subridens ille, Tu, inquit, Aeneas tabellis obhignatis agis mecum: & quoniam aliquando sensimus vt dicis, idcirco & hodie putas debere sentire, & adductos priorum sententiae censeres: verum propterea nos sumus liberi, quia mutare sententiam vltimo ad mortem possumus. cur enim non liceat omni tempore, relicto falso, verum amplecti. Fateor me dixisse, & scripsisse, quae refero, verum a vero remotum errasse, at tu, qui vt ais, me doctore, Basileensibus credere adductus es, errantem olim si status es, cur modo non te quae is recedam monentem? Praesumpti de me ipso, dum essem Basileae, nimis, quauis deceptus, decepi, & credens prodesse, nocui, in medio Ecclesiae docens, quae non didici, caecus erravi, & in tenebris ambulavi. reliqui tandem Ecclesiam malignantium, & cum impijs sedere recitavi. reuelauit Dominus oculos meos, & consideravi mirabilia de lege tua: cognoui priorem, terrorem, & quantum a vero procul abiissent Basileenses, plane intellexi, adij Romanam Curiam, & Eugenio, cui fuisset rebellis, submissi cervicem; a quo misericordiam consequutus, ad vnionem Graecorum nauari operam, & illis Romanam Ecclesiam reconciliatis, aduersus impios Turcas, Legationem accepi, castigans, castigauit me Dominus, & morti non tradidit me, sed humilitatem exaltauit, quia cognito in errore non perseueravi, sed mox in viam redij, & ex magistro factus discipulus, ex magno paruus, expurgato veteri fermento, nouum hominem indui, & veram matris lacte nutritus, ad fontem veri perueni, quem Sancti Doctores ostendunt Graeci, & Latini, quorum vna vox est, saluari non posse, qui S. Romanam Ecclesiam non tenet vnitatem, omnesque illas virtutes mancas esse ei, qui summo pontifici obedire recusat, quauis in sacco, & cinere iacens dies, & noctes ieiunet, & oret, & in ceteris videatur legem implere; quia melior est obedientia, quam victimae. & omnis anima potestatibus sublimioribus subiecta est, & Romanum Praesulem in Ecclesia vertice constitutum esse constat, a quo nullam exouit. Christi exemptam nouimus. Ego ad ouile redij qui diu erraueram extra causas, & pastoris Eugenij vocem audiui: tu si sapias, idem facies, haerunt pectori nostro viri, quae saepe ad nos repetit non sine charitate ardenti, & amore singulari. Interge ex diuersis regionibus homines doctissimi, Caesarem adierunt, quibuscum placidos de eis de rebus miscimus sermones, semper ad verum intrecti, cuius est natura hominis arida. Multum profuit nobis Io. Cardinalis Apostolici palatii Auditor, natione Hispanus, qui Iuliano defuncto, in titulo Cardinalatus ac Legatione successit, quo cum saepe de Concilio Basileensium amice disputauimus. Nemo doctus ad Imperatorem venit, quem de his rebus in colloquio non adduceremus. Cumque Caesar ad vnionem Ecclesiae procurandam in Nuremberga suae nationis conuentum instituisset, decreuissetque summum pontificem adhortari, vt Constantiae nouum Concilium

indiceret

indiceret, Legatumque mitteret, ac Basileenses pariter induceret, ut eo se transferrent, ut pax Ecclesiae redderetur, primi Basileenses recitauerunt. Quod audiens Thomas Asselbachius, ex Germanis insignis Theologus. Nunc, inquit, scio Basileenses Spiritum S. non habere ductorem, quando tam aequam Imperatoris legem effugiant. idem multi alij dixerunt viri doctissimi, & opinione sanctitatis illustres. Quibus consideratis, caligo tandem ab oculis nostris cecidit, quae velut araneam tela, verum cernere impediebat. Recognouimus errorem nostrum, venimus Romam, Basileens. dogma reiecit, Eugenio pontifici maximo caput submisimus, & reconciliati Ecclesiae Romanae, doctrinam eius imbuimus, & illud Hieronymi diximus. Ego nullum primum, nisi Christum sequens, beatitudinam tuam, id est Cathedram Petri communionem confocior. Super illam fundatam Ecclesiam scio: quicunque extra hanc domum agnum Dominicam comederit, profanus est. Si quis in Arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuiio. Eramusque adhuc pene laici, quando ad Eugenij obedientiam rediimus. Ex Basilea clericali tantum caractere insigniti recessimus, nec vnquam sacros imbimus ordines, nisi post veritatem cognitam, Basileens. cecitate relicta. In Austria minores ordines, ac Subdiaconatum & Diaconatum, recepimus in Vrbe ad presbyteratum peruenimus. Haec est conuersatio nostra, per hos gradus e tenebris ad lucem migrauimus. ad quam rem non parum luminis nobis attulit, Thomas Saracenus, Theologiae sapientiae celebratus, ac acutissimus interpres, qui postea in summo collocatus Apostolatu, Nicolai quinti nomen accepit. His auctoribus vnam Ecclesiam Catholicam, & Apostolicam esse didicimus, matrem omnium fidelium, extra quam non inuenitur salus, sponsam Christi immaculatam, in qua omnes, qui militant, finem sibi proponunt vitam aeternam. Idcirco enim in Ecclesia militanti laborant homines, & cum demonibus tanquam hostibus pugnant, ut pacem tandem consequantur, & cum Iesu Magistro, ac legifero suo in caelesti Hierusalem triumphare, ac regnare possint. Hic finis Christiano proponitur, huc omnis Ecclesiae militantis conatus, omnes leges, omnes regulae tendunt. & quoniam Ecclesia quidam exercitus est, Deo militans, terribilis, ut castrorum acies ordinata dicitur, vni proculdubio Imperatori subiecta, ad cuius nutum cuncta referuntur. Cumque pius, ac maxim. & opt. Deus in suo sanguine fundauerit Ecclesiam, eamque voluerit ad finem vsque saeculi perdurare; quis non dixerit in ea id regimen institutum esse, quod optimum censeretur? At vero inter genera gubernationum, communis philosophorum sententia est, praestare Monarchiam: & Romani, quorum toto micuit orbe dignitas, quamuis electis regibus, duos annuos consules elegerunt, & modo tribunos addidere, modo alios magistratus inuenere: in aduersis tamen casibus, bellisque grauioribus, ad vnum aliquem recurrerunt, virtute, & auctoritate praestantem, quem Dictatorem appellauerunt, cuius dicto non liceret aduersari, & quamquam Dictaturam ab initio temporaneam instituerunt, in Iulio tamen, & successoribus eius perpetua effecta est. Nec vnquam Romana res admirabilior, aut celsior fuit, quam sub Augusto Caesare, quando iam clausis Iani portis, totus fere orbis, sub vnus hominis gubernatione quieuit. Quo tempore natus mundi Saluator Monarchicum regimen, caeteris praetulisse videtur gubernationibus. Idem probat totius fere orbis consuetudo, cuius maximam partem gubernant Reges, siue Christianos inuicem, siue Barbaros: & quamuis Ciuitates aliquot reperiantur, quae cum maxime seruiant, liberae sese vocitant, sine Rege viuentes, non possunt

tamen effugere, quin vnum praefertant aliis, eique tanquam capiti pro tempore obediant. Quid plura? caelestis aula nos admonet, quid illa pulcherrimus ordinarius: quid maius? aut durabilis? quid melius, aut beatius? quamuis in ea, & Angelorum diuersi sint ordines, & sanctorum spirituum innumerabiles chori, vnus est tamen omnium rex aeternus Deus, qui condidit vniuersa, & nihil negligit eorum, quae condidit, cuius filius vnigenitus Christus Iesus, cum pro nostra salute venisset in hunc mundum, seruiliter accepta forma, Ecclesiam, de qua loquimur, in cruce patiens, suo sanguine acquisiuit, & in ea vsque in diem Ascensionis corporaliter praesedit, & tanquam dux verus, & imperator, cuncta in finem suum direxit. At cum ascendisset in caelum, eum in dubitanter sui gregis pastorem reliquit, cui dixerat, *Pasce oues meas, & tibi dabo clauem regni caelorum.* Neque enim dixit, & non fecit, qui solus est verax. Grex Christi, Ecclesia est. Pastor primus ipse Christus fuit, & pastor bonus, qui posuit animam suam pro ouibus suis, Secundus pastor Petrus extitit, ab ipso Domino institutus, atque omni potestate donatus, quae ad bene regendum commissa oues necessaria ducitur. alioqui Christus, qui sapientia patris est, & omnino sapienter egerit, Ecclesiae suae haud sufficienter prouidisset, quod est nefarium asserere, & quamuis plures per orbem Ecclesiae instituta fuerint, & plures Episcopi, id est, plures greges, & ouilia plura, & pastores plures, omnes tamen sub vno pastore, & in vno grege, atque ouili continentur, sicut & hodie continentur; quia vnus est Christi thalamus, vna sponsa, vnum ouile, & vnus pastor, & omnium Episcoporum, vnus Episcopus Romanus praesul, Beati Petri successor, & Iesu Christi Vicarius. Petrus enim in Antiochia primum sedit, deinde Romam venit. vnde cum persecutionem fugiens, velle abire, a Domino prohibitus est, & hinc glorioso martyrio vitam finiuit, successore Clemente substituto, atque ita in hanc vsque diem seruatum est, ut qui Romae sederit antistes, rite institutus per legitimum electionis tramitem, tanquam Aaron vocatus a Domino, hunc omnes Christianae plebes, omnes populi, omnes reges, omnes clerici, omnes Episcopi, tanquam Iesu Christi Vicarium, & Beati Petri successorem, vniuersalis Ecclesiae Caput, ac Rectorem, & Ducem venerati sunt. Inter quos plurimi pro Christi nomine asperimos perpassi cruciatus, & morte multati, coronam martyrij susceperunt: plurimi confessores egregij vita, moribus, & doctrina fulgentes, quamuis sine sanguinis effusione, non tamen sine periculis, & labore, ac voluntate parata, pro conferenda sacri Evangelij auctoritate, moriendi, ad caelestem gloriam peruenere; ut Gregorij, Damasci, Leonis, Innocentij, Bonifacij, Benedicti, & alia nomina, inter quae tertius claruit Eugenius, ex monasterio Sancti Anastasij ad summum sacerdotium euocatus, ad quem Diuus Bernardus, monachorum pater, non minus doctrinae fulgore, quam vitae sanctimonia illustris, inter multa huiusmodi verba conscripsit: Indagemus, inquit, adhuc diligentius, quid sis, quam geras videlicet personam pro tempore in Ecclesia Dei. Tu es sacerdos magnus, summus pontifex, tu princeps Episcoporum, tu Haeres Apostolorum, tu primatus Abel, gubernator Noe, patriarcha Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, vnctioe Christus. Tu es, cui clauis tradita, cui oues credite sunt. Sunt & alij quidem caeli ianitores, & gregum pastores, sed tu tanto gloriosius, quanto & differentius vtrumque praestitit nomen hereditasti. Habent illi assignatos sibi greges, singulis singulos, tibi vniuersi crediti vni sumus. Nec modo ouium, sed & pastorum, tu vnus omnium

pastor.

pastor. Hoc Bern. ad Eugenium III. scribit, cui supream, & omnimodam in Ecclesia potestatem concedit. Quod ille de Tertio testatur Eugenio hoc nos, de Quarto, & omnibus alijs Romanis Pontificibus profitemur, quia dignitas est auctoritas. Liquecitur vnus in Ecclesia Caput esse, & vnum Principem, quia pax populis ex vno rectore dependet, & pluralitas principum, discordiam parit. Christus Ecclesiae suae in vltimo Testamento pacem reliquit, & pacem multis verbis commendauit. Dedit ergo & regimen pacis amicam, id est, monarchicum, sub Beato Petro, & successoribus eius administrari, cuncta praecipiens, clauibus illi commissis, & cura gregis demandata. Haec nos de Romani Pontificis auctoritate, & potestate sentimus, cui & congregare Generalia Concilia, & dissolucere datum est, qui etiam Filius est propter regenerationem, propter dignitatem tamen Pater habetur, & sicut Filiationis causa, venerari debet Ecclesiam, tanquam matrem, ita & praetationis causa praesertim, ut Pastor gregis, Princeps populi, Rector familiae. Cum h. s. & Generalis Concilij auctoritatem, & potestatem complectimur, quemadmodum & vno nostro Constantiae, dum ibi fuit Synodus vniuersalis, declaratum, definitumque est. Veneramur enim Constantiense Concilium, & cuncta, quae processerunt, a Romani Pontificibus nostris praedecessoribus approbata, inter quae nullum inuenimus vnquam fuisse ratum, quod stante Romano indubitato praesule, absque ipsius auctoritate conueniret: quia non est corpus Ecclesiae sine capite, & omnis ex capite defluit in membra potestas. Haec nostra sententia est, filij: haec credimus, & profiteamur; haec iam senes, & in Apostolatus apice constituti, pro veritate asserimus: si qua, vel vobis, vel alijs conscripsimus aliquando, quae huic doctrinae repugnent, ita tanquam erronea, & iuuenilis animi parum pensata iudicia, reuocamus, atque omnino respiciamus. Datum Romae, apud Sanctum Petrum, VI. Calend. Maij, Anno millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio.

Haec ex occasione Podiebracij, & aliorum, qui Basileensia gesta magnificabant, quique Romani Pontificis auctoritatem eleuantes, & ad Concilium a Pontifice prouocationem interponentes, Concilium Pontifici praesentabant, Pius retulabat.

LIX. Nunciij Apostolici ad Poloniam discordia.

Diximus superius a Pio Pontifice missum in Poloniam quoque Nunciu, illum ipsum Cretensem Archiepiscopum, Hieronymum Landum, qui Polonos contra Turcas excitaret, eosdemque inter, & Crucigeros ac Prutenos, pacem componeret. Egerat iam ille cum Casimiro Rege, & Proceribus Polonis in Comitio Petriciensi. Inde in Prussiam a praesidio militari, Regis iussu, ad Magistrum Crucigerorum Kynixbergam deductus, illos ad concordiam inuitabat. Per id temporis Poloni felici successu bellico, aliquot clades, apud Voimitham, Scampe, & Slochouiam oppida, Crucigeris intulerant: quibus huiusmodi pacem afferentem Legatum Pontificium, cupide acceperunt. Ibi promissa multitudine, cum viro, tum matronarum, & puellarum belli, & penuria, caeterorumque incommodorum bellum consequentium pertasa, lacrymae gaudio, ac desiderio pacis; Legatum, Magistrumque suos supplex obtestari, ut exoptatam eam sibi, quibusvis, modo tolerabilibus conditionibus conficerent, nisi se prius perditum ire vellent. Ibi Legatus per interpretem, quemadmodum proditum est, laudare, & confirmare constantiam populi; hortari, deinceps quoque ut in fide Crucigerorum permaneret; Regem Casimirus, Polonosque carpete; & cum iniquitatem causae

eorum exaggerare, tum mores, quasi fidei, religionis, & humanitatis expectes repicenderet; studium suum erga Crucigeros; omnibus modis testatum faceret; denique certam, perpetuamque pacem, aut duodecim annorum inducias ipsis, quasi Regem, quae vellet, adducturus esset, certo polliceri. Ita confirmationis eius oratione animis omnium, mittuntur cum Breste, tres Legati, ad tractandum de pace cum Polonis Legatus, quos ed Rex, eius rogatu miserat. Fecerunt autem ij, Ioannes Vladislavianus, Andreas Polonienensis, Episcopi; Stanislaus Olitorogus Calisienensis, Petrus Opporogus Lencienensis, Nicolaus Coscelecus Brestensis, Palatin; Senciuinus Guechel Praepositus Monasterij Clodanienensis, Ioannes Dambrouuca, Iacobus Schadeus, & Mathias Racianus Doctores, partim Theologi, partim iur. consulti. Ad constitutum diem, hoc est ad Calendas Martias conuentum, indeque infra dies rebus discussum est, orta inter Polonos, & Legatum Apostolicum, acerba contentione, & iurgio, ex huiusmodi causa. Veniebant Legati a Ciuitatibus Thorunenfi, Elbingensi; Gedanensi, quae ad Polonos iure merito defecerant. Eos Legatus Pontificius ingressu oppidi, & conuentu prohiberi oportere contendebat, quod eas ciuitates, simulque caeteros Prussos, qui cum Polonis sentiebant, ipse, siue adeo Pontifex diis deuouisset. Contra Poloni, iniquissimum id esse prauidicium affirmabant, & ab instituta re alienissimum. Admissi igitur Legati, frustra reclamante Legato Apostolico. Mox ille toti oppido sacris interdicit. Verum id interdictum Poloni contempserunt, orto initio a militibus, qui per speciem supplicationis ob rem bene gestam a suis apud Heilgebeilam, oppidumque id a Scilio caprum, ac direptum, factio concursu ad templa, nolarum, siue campanarum pulsu, festoque cantu oppidum impleuerunt. Ibi vero futere Legatus, vociferari, non modo se, verum etiam Pontificis, & Sedis Apostolicae auctoritatem contemni. Neque cesset furori eius Poloni, grauius in eum inuecti per Olitorogum, quod cum pacificatoris personam sustineret, nihil minus quam paci studeret, sed classicum etiam caneret. cuius rei clariora etiam documenta praesentantur, eius litterae ad Crucigeros a quibusdam interceptae. Ita tunc iracundis animis discussum est. E. Legatus quidem Cracouiam, ubi controuersiae de Episcopatu fequester, & administrator a Pontifice constitutus erat, proficisci cupiens, cum prohiberetur a Polonis, Vratillauiam se contulit, indeque missis ad Regem in Lituaniam litteris, questus est de Bre. & ni contumelia; in Vlad slauensem Episcopum possime culpam conferens. Quod si Rex agi de pe. nihilominus a se vellent, extra fines Poloniae locum constitueret, quod tutius aduersarij possent venire. Et haec quidem ostentans, Prussos, & Pomeanos, Vratillauiam Iubilai gratia venientes, in partes Crucigerorum pertrahere omni ratione conatus est, minis etiam intentatis. Quin mulieribus maritorum consuetudine, & contubernio interdixit ijs, quae maritos a fide Regi data auellere nequerent. De qua iniquitate eius aliquanto antequam is venisset in Poloniam, Iacobum Senueninum praedixisse Dlugoffius memorat. Missi tamen postea Casimirus ad eum Legatos, Ioanuem Rithuanium; Martaleum Regni, & Iacobum Schadeum iureconsultum; & Canonicum Sandomiziensem postulatam, ut interdictum, sine diuis, quibus Prussis Regias partes secuti indicta causa deuouerant, relaxaret, & aequiorem se in componenda pace praestaret. Verum illo, non nisi ad tempus, quoad de pace tractaretur; diuis relaxare volente, acceptum id a Rege non est; nec ipse in Poloniam de-



ceps venit, sed ad Regem misit, denuo deponens, sibi pacificandi ipsius acrimiam provinciam; Rexque vicissim ad eum ire iussit, Iacobum Schadatum, & Ioannem Sempinum, qui dicerent, se non abnuere, modo ut is Brusios interdicto absolueret, Pofnamiamque veniret; de damnis, & impediens penes cum fore arbitrium, ac de ceteris; modo ut Pomeraniam, Culmenfem, ac Michalouienfem traditum Poloni retinerent. Cumque ille non remitteret de interdicto, Romam Vratiflavia reuersus est. qua ætate quingenti Polono-Ruffi milites, Cafenfium stipendio conducti, permiffu Regis Cafimiri, cum ad defendendam eam Vrberem aduersus Turcas proficifcentur, apud Bogum amnem à Lituanis & Volinjs deleri sunt ex huiusmodi causa. Bratiffauam Lituanicæ ditionis oppidum cum ij peruenissent, excitata temere cum oppidanis rixa, vnum ex ijs forte fortuna interemerat; cumque glifcare in se magis, ac magis tumultum concitata multitudinis animaduertent, oppidum incendunt, quo minore negotio sese euoluerent, oppidanis incendio restinguendo occupatis. Præfectus erat arci, Michael Dux Czartorienfis. Is dolore simul, & ira incensus, cum tumultuaria manu Colonos abeuntes persecutus, quater in eos impetum fecit, quaterque non sine clade fuorum repulsi, affluente ex toto territorio oppidanorum, & agrestium, qui propter Tartarorum vicinitatem bellicosi, & in armis probe exercitati sunt, multitudine, vada supra memorati fluij præoccupauit, & truncis, stipitibusque impediuit: indeque rursus subducens sese, impeditos in traifciedo flumine à tergo, & lateribus adortus, cunctos atrocissime trucidauit, ne supplicibus quidem parcens. Quinque soli ex omni eo numero, fuga elapsi sunt. Præda omnibus, qua hostis potius est, triginta millibus florenorum æstimata. Inde vrbs lla nobilis, Genuensium Colonia, Theodofia, quemadmodum volunt, olim dicta, frustrata Polonorum ope, & præsidio, non multo post à Turcis subingata est. Mouerat autem Cafenses ad comparandum præsidium, vicinitas Turcarum, & infinita imperij proferendi cupido; quippe qui in ipso huius anni initio Lesbou insulam, vt diximus, & mox Bosnam regnum florens oppibus, & munitioibus in suam potestatem redegit, Regemque Stephanum cum primaria arce laice in ditionem acceptum, contra fidem datam ad palium alligauissent, & sagittis confixissent, exprobrante ipsi Mahomete Imperatore ignauiam, quod cum argento, & auro, cuius immenta vis in thesauris eius reperta erat, perire, quam ad defendendum sese, & suos, eo vti maluerit. Ex eo vero tempore Ianizeri, quæ phalanx est Turcica, Slauica lingua vulgo vti capere, triginta millibus, ex captiua iuuentute Bosnensi, in eum ordinem allectis. Longe prosperiores successus tunc habuerunt illi Poloni, qui Matthiæ Regis arce conducti, Felice Panioiuo, gente Goziembio, & Ioanne Srescotio Doliuio, cognomento albo, duabus in Vngaria militabant. Fuerunt autem ij quingenti equites, qui ad reprimendam Turcarum excursionem è Bosna ductam, missi à Rege illo cum septingentis alijs equitibus Vngaris, miserti Christianorum, qui ad XVII. M. vtriusque sexus in fædam seruitutem à barbaris abigebantur (cum Vngari multitudinem hostium expauesciti diffugissent) obfirmatis ad vincendum, aut moriendum animis, prima noctis vigilia, ne paucitas sua conspecta, hostibus animam adderet, in barbaros impetum fecerant, resistentesque acriter Turcis, quinque pugnam redintegrarunt. Sic tota nocte pugnatum est. Die vero illucescente, cum barbari paucitatem eorum conspexissent, cohortati sese inuicem, & in duas acies diuisi, à fronte pariter, & à tergo adoriri eos fa-

500. Poloni trucidati.

tagebant. Verum hoc parantibus illis, Poloni captiuorum clamore animati, acris instabant. Aberrat haud longe Rascianorum turma, expectans euentum prælii, vt cum victoribus sese coniungerent. Ea igitur cum meliore loco rem Christi animum esse animaduertisset, inuecta est & ipsa in Turcas; qui rebus desperatis, Sauum amnem propinquum effusa fuga petiere; & commodum naues ad transportandos eos adnauigarant. Itaque relictis equis, & armis abiectis, tumultuarie ad naues perfugiebant, è quibus tamen paucæ incoctes, in vltiorem ripam eiectæ sunt, cæteræ insipientium pondere depressæ, ac demersæ perierunt. Fuit autem quattuor millia Turca um selectorum in eo exercitu. Sic tunc Matthias Polonorum opera, præclara, sed insperata profus victoria de barbaris potitus est. Vngari enim in fugam effusi, ad vnum eos omnes perijisse diuulgant; quos Rex insigni ignominia notauit, Polonis vero, & Petro Socoli illius equitatus Vngarici duci, qui solus cum sexdecim familiaribus suis, cum Polonis perseuerauerat, per amplia dona largitus, illis, & alijs mercenarijs militibus externis è Polonis, Silesijs, Morauis, Bohemis, atque Germanis conscriptis postea multum vtus, non multo post in Transyluania iterum, Turcas per Legatos profligauit. *Cromerus de rebus Polonicis libro 2. 5.*

Dictum est de Iaice metropoli Bosnae, quam hoc anno Mahometes cepit. In ea vrbe custodiebatur corpus Beati cuiusdam viri, titulo Sancti Lucae Evangelistæ. Id Franciscani Patres felici ausu dum vrbs diriperetur, subtraxerunt, & Venetias delatum, donauerunt Christophoro Mauro Principi pijsimo. Erga Sanctorum reliquias maximum semper fuit studium Venetorum Patrum, cuius argumentum habeo Sanctorum corpora, quæ de remotioribus prouincijs aduecta, apud illos summo honore afferuntur. Eodem studio permotus Princeps Maurus, cupiebat allatum nuper corpus transferre è templo Sancti Nicolai, vbi de nauì collocatum fuerat, ad Ecclesiam Sancti Iob, quam idem imper se exornauerat. Dum hæc in vulgus feruntur, ad Principem relatum est, quod ante annos recentos, corpus Sancti Lucae Evangelistæ Patarij esset, neque vnus Evangelistæ bina corpora credi possent. Quendam etiam religionem proxime iniecerat calum ipsam, quod cum pompa celebris instituta esset ad transferendum id corpus, ex sereno non semel pluuium euaserat, & imbrium fæditate translationem distulerat. Itaque Princeps, ne videretur quicquam aduersus religionem moliri, vel Patariæ civitati adimere, Zachariam Trinisianum Prætorum, & Lucam Legum Præfectum, iubet antiquum sepulchrum Sancti Lucae Patarij aperire, & de re tota admonere. Hi stata die, III. Idus Augusti, peritissimos Medicos, qui ossa Sancti Evangelistæ dignoscere, deligunt ex toto Gymnasio, Paulum à Flumine, & Franciscum Passerem, cognomento Genuam. Affuere etiam Vrbs Decuriones, & proceres plerique, cum Ioanne Dominico Spazzatino, Cancellario, qui hæc in publicas tabulas referret. Sublato lapide superiori intus visa est arca plumbea fenos pedes longa, duos lata, cuius operculum in pyramidem assurgebat. Antiquum id opus etiam ex vetustate habebat. Iacebat in ea corpus Sancti Lucae Evangelistæ sine capite, solura tamen compagine ossium. Hæc à Medicis reuoluta, apparuerunt hominis esse, & maximæ vetustatis, qualem à tempore obitus Sancti Lucae metiri licet. Nullum tamen crani, vel humani capitis frustulum fuit. Ex reclusionem Sanctarum reliquiarum multa ciues lætitia, & pietas inuasit, quorum gratia oportuit, eas biduo patere. Sed Princeps

Alia Turcorum, & Hungarorum de Turcis ingens visio.

LX. De corpore S. Lucae conuersione.

parum

parum his emotus, & minus probans veteres Cænobij Sanctæ Iustine, vbi reposita Sancti Lucae reliquiae, tabulas, ac monumenta, Bernardum Iustinianum, Venetæ Reipublicæ Oratorem, iubet apud Pium II. Pontificem de corpore Sancti Lucae iudicium expetere. Pontifex Bessarionem Nicænum Cardinalem, & apud Venetam Rempublicam Legatum suum, iudicem edixit. Nicæni vices agebat Venetijs, Nicolaus Perottus, Archiepiscopus Sipontinus, eruditione clarus, qui Bernardo Abbati Sanctæ Iustine diem dixit. Assuit Abbas cum D. Luca Contateno, Cœnebij Præposito, & Iacobo Leonilla, Canonico Patariuo, quem in tantis rebus patronum volebant. Is postquam in patria Pontificium ius interpretatus esset, Romam vocatus, maximum doctrinæ, & experientis specimen dederat Flaminie prouincie Præfectus, deinde Pij Pontificis Nuncius ad Imperatorem Romanorum. Etiam Patariini Ciues emulati Monachorum studium, publico decreto Oratores ad Serenissimum Ducem, atque pro tuendis reliquijs Evangelistæ apud Sipontinum, patronos vrbis statuerunt, Franciscum Porcellium, Chæcum Leonium, & Antonium Capillitium ex Collegio Iurifconsultorum. His etiam post aliquot menses successos lego Laurum Palazolum, Sulimanum, Franciscum Painium, & Marcum Solem. Postquam iunctis consilijs res agi cæpta est, deturbantur Oratores, quod fere cum ipso Principe ea futura esset, cui aduersari impium, ac indecorum existimabant; quamuis voluntas, ac ratio retinendi sacri corporis, suaderet etiam mordicus rem tueri. Itaque supplices Ducem aduenit, postulantque, num moleste ferret, si publico nomine, in controuersiam Reliquiarum Sancti Lucae descenderent. Respondit is, priuatam induisse personam, nec Reipublicæ nomine, sed proprio affectu, & desiderio exacte cognitionis eorum reliquiarum moueri: neque vllam sibi iniuriam factum iri, si Abbas, & Oratores Patariini, suam causam agant. Stata die, Iacobus Perleonijs Atimennis, Iurifconsultus, Sipontino libellum obtulit, hæc Patariinis obiectans. Corpus Sancti Lucae è Bithinia delatum Constantinopolim, & ibi diu asseruatum, postea in regnum Bosnae peruenisse, ibique sub inuocatione Sancti Lucae, plura edidisse miracula. Cælebrem de eo fuisse, accessit opinionem in Misia, & propinquis regionibus, & à plerisque vrbibus, & Principibus desideratus esse. Id modo Venetias delatum, eadem veneratione asseruandum, ac retinendum. Testes exhibuit, qui hoc ipsum in Iai za vidisse, & cultum meminerant: sed quomodo è Constantinopoli in Bosnam, vel quando delatum fuisset, ignorabant. Vnicus ex his asseruabat, hoc à quodam Imperatore, dono datum Dinastis Ambraciæ. Attamen vniuerso um vox erat, integram de re tota fidem haberi posse ex Græco chirographo, quod ab his olim Iaitza vifum, cum eo tempore Venetias translatum fuerat. Itaque iussus Perleonijs chirographum exhibere, illud à publico interprete, Latine redditum obtulit, quod nos ex autographo describemus, vt appareat ex eo Græcorum impostura, & explodantur commenta, cum ad Chronologiam, & rerum ordinem prouocabimus. Omnis Civitas duplicibus cinctis manibus tutor profecto est, & omnis hostium conatus maner exempta, hæc tentantibus eam euertere, redditur captu difficilis, quando præsertim priora videntur ferre præ se ad veritatem sufficientia. Post hæc contigit nobis tabellionibus Euripi Sacerdoti, Stephano Clerico Paleofitari, & Manueli Anagnosta Leptopodij, præsentibus plerisque nobilibus, & singi viris terre nostræ, præsens edere scriptum testimoniale ad incubitatam veritatem demonstrationem venerandi corporis gloriosi Sancti, & Evangelistæ Lucae, quod est Thebis Baotie, quæ quidem res omni-

bis est manifesta, atque percelebris. Hinc redeundum est ad rem. Tres quidam homines profecti ad nos, quorum cognomina, & nomina sunt Nicolaus Catoslorus, Ioannes Marconisa, & Canatus Xanthus, aderant quoque cum his, quinque alij negotiatores Græci, atque Latini frugi, & fide idonei viri, Seraphinus Trinisianus Venetus, Georgius nepos Margariti Admirati Cæsaris Gaballi, Thomas Longobardus de Terra Barri, Ioannes Lambites, & Ioannes Raudis, qui dixerunt nobis. Quod nobis presentibus, præterito mense Maij, Indictione III. in ciuitate Siria nuncupata Acon, quando Agarenorum multitudo impia egressa depopulata est Palestinum agrum, plerisque Christianis interemptis, etiam Sanctissimò illo Patriarcha Hierosolymitano, quemadmodum accepimus. Ibi duo Monachi de eadem ciuitate Hierosolyma, venerant in illam ciuitatem Acon, vbi diuersabamur, & incidenter fuerunt nobis obuiam. Gesticabant in sacculis suis venerabile corpus Sancti Lucae Apostoli, & Evangelistæ; & cum cognouissent, nos esse Christianos, & negotiandi causa illic accessisse, & tenere duas magnas domus templi, & hospitalis; & ne illi, qui ibidem habitabant, hoc intelligerent, & eiusmodi corpus ab eis auferrent, illic secreto nobis reuelauerunt hanc rem. Nos vt in illos conicimus oculos, credulitate, incredulitateque animis distrabebamur, desiderabamusque veritatem certo cognoscere. Conuenimus autem duos quosdam Monachos regionis eiusdem, profugos etiam ipsos de partibus Hierosolymorum, propter illam incurfionem impiorum Agarenorum, viros pietate nobiles, & omni virtute, probitateque claros, quorum vel nomen ipsum venerandum omnibus erat, Abbatem scilicet Monasterij Sancti Ioannis Baptiste Prætoris sitii iuxta Iordanem, & Præfidentem Monasterij Sanctæ Marine martyris, sitii in monte Carmelo Dominum Theodolum. Interrogauimus ipsos de huiusmodi Sancti corpore, si quid forte scirent, nobis dicerent verum. Illi iureiurando dixerunt nobis, quia coram Deo, & Sanctis Angelis eius iustificamur, hoc ipsum esse venerabile corpus diuini Apostoli, & Evangelistæ Lucae, quod emerat Sanctissimus Patriarcha noster Dominus Athanasius de Constantinopoli. & quando delatum fuit Hierosolymis aderamus, & nos quoque cum Patriarcha, & diuinam, atque sacram celebrauimus Missam cum eo eodem die in memoriam huius Apostolici corporis; quinimo continuo speculabamur, & oblectabamur condito in venerabili sacculo Hierosolymitane Ecclesie, in quo Mansionarij sunt, qui hoc delatulerunt Monachi. Nos certiores facti per venerabiles illos Monachos, tres illi scilicet Nicolaus Catoslorus, Ioannes Marconisa, & Canatus Xanthus superius declarati, coram nobis asserentes, decreuerunt propriis sumptibus, illud emere, & vni nobis profecti ad illos Monachos, qui illud tenebant, presentibus etiam illis religiosissimis Abbatibus, quos superius enumerauimus, emerunt illud pretio sexcentorum Bizantinorum Sarracenicorum, qui sunt in vsu illius prouincie; & soluto pretio, venerabiles hæc reliquias ab illis acceperunt, & scientes duritate dextera manu, ac pede, reposueruntque in quadam parte nauis, & deculerunt huc, quemadmodum vos propriis oculis nunc cernite, & amplexamini. Adiuuamus vos igitur coram Deo iudice omnium, & coram vobis propositis diuinis Evangelis, ea, quæ à nobis dicta sunt, vera esse, non falsa. Ita res acta est, ita factum, quemadmodum à nobis nunc audistis. Verum quia ab inuicem separabimur, discessurus quisque, quod voluerit negotij sui gratia, rogamus charitatem vestram, vt scriptis hæc mandetis, & subscriptionibus vestris, ac signis hæc exactam, & indubitatam veritatem testimonio Scripturae munitis, vt habeat apud quosque, quibus fuerit presentata, robur, firmitatemque irrumptibilem. Hæc omnia apud nos testificati sunt supradicti quinque negotiatores, tabelliarum inquam Euripi, & eos, qui nobiscum erant nobiles, frugique viros in veritate, & timore Dei, à quibus rogati presentem testimoniale scriptum exposuimus, & nos in eo subscripsimus, cum subscriptione prædictorum quinque nostrorum, in manifestationem veritatis. Scriptum Manuели Anagnosta Euripi Leptopodij, presentem Sacerdote, & Clerico, & Tabellione Euripi Paleofitari, & reliquis testibus, mense Martij, Indictione III. Anno VI. DCC. LIII. Signum testis Georgij, nepotis Margariti Admirati Cæsaris.

Signum testis Ioannis Gaualla. Signum testis Olambicis Toan Rauda. Ego Stephanus Triuisianus testis scripsi. Ego Thomas Longibardus de Terra Barri. Tomus Sebastianus Tricaria omnia supradicta audiui ex ore supradictorum testium presentium, et iussus subscripsi. Constantinus Chaluuci vt supra. Ioannes Pistophilus, vt supra. Ioannes Lechmachus, vt supra. Ioannes Allates, vt supra. Tomus Chiriacus, vt supra. Tomus Basilus, vt supra.

LXI. Sacriligiū quorūdam Græcorum ad SS. reliquias.

Sed antequam obijciatur huic impostura ratio temporis, ac ordo rerum gestarum, aperiendum est vetus sacriligiū Græcorum Monachorum, qui pafsim ossa defunctorum colligere, ac pro martyrum reliquijs venditare consueuerunt. De his Sanctus Augustinus de opere Monachorum tom. 3. Tam multos hipocritas sub habitu Monachorum vsquequaque (Diabolus nempe) disperfit circumeuntes provincias, nusquam missos, nusquam fixos, nusquam sedentes, nusquam stantes. Alij membra martyrum, si tamen martyrum venditant. Alij simbras, et philacteria sua magnificant, &c. Verum de eadem reliquiarum impostura, ac mercimonio, clariorem habemus Græcorum fraudem ex epistola Sancti Gregorij Papæ ad Constantiam Augustam lib. 3. epist. 30. ibi hæc leguntur. Pro quare, de Græcorum consuetudine, qui ossa Sanctorum se lenare afferunt, vehementer miramur, et vix credimus. Nam quidam Monachi Græci huc ante biennium venientes, nocturno silentio iuxta Ecclesiam Sancti Pauli corpora mortuorum in campo iacentia effodiebant, atque eorum ossa recondebant, seruantes sibi, dum recederent. Qui cum tenti, et cur hoc facerent, fuissent diligenter discussi, confessi sunt, quod illa ossa ad Græciam essent tamquam Sanctorum reliquias asportaturi. Ex quorum exemplo, sicut predictum est, maior nobis dubietas nata est, verum verum sit, quod lenare veraciter ossa Sanctorum dicuntur.

His præsuppositis, si qui pro S. Lucæ Patauino corpore pugnabant, fidem illius chirographi eleuabant. 1. quod prius scriptum sit, quam factum. Annus enim ab Orbe condito 6753. quo illud signatum est, responderet anno iuxta supputationem Latinorum, 1248. Cæterum Athanasius Patriarcha, non hoc anno, sed 1290. fedit. 2. quod Constantiнопoli, non Hierosolymis Sancti Lucæ corpus conditum olim fuit. Constantinus enim Magnus ad præsidium nouæ Vrbs, & Romani Imperij, cupierat olim Bizantium referre, reliquias omnium Apostolorum, quibus etiam maximum templum statuerat. Eo relata corpora Sanctorum Andree Apostoli, Lucæ Euangelistæ, ac Timothei, discipuli Pauli Apostoli, omnes auctores affirmant, quæ ueruntque hæc in templo Apostolorum, vt memorat Procopius de ædificijs Iustiniani Imperat. vsque ad eius Iustiniani tempora, quibus cum in reparationem illius templi iam pene ruinosi, vetera fundamenta eruerentur, reperia sunt sacra corpora, & celebriori loco recondita. ex his post annos prope XLV. Tiberius Cæsar Beato Gregorio, quicum Pelagij Summi Pontificis Apocrisarius apud Cæsarem debebat, dono dedit brachium S. Andree, cum capite S. Lucæ. 3. Vriæ presbyteriæ memoria, qui impeiante olim Constantino Copronymo, hæretico Iconoclasta, verum corpus Sancti Lucæ Euangelistæ Patauini attulit, ne ab hæreticis Imperatoribus cremaretur. 4. quod corpore illo à Franciscanis Venetijs iam delato, Andreas Venerius pro Serenissima Republica Venetorum, Comes Spalatensis, iussu de eo apud Magdalenam Stephani, nuper Bosnæ Regis uxorem querere, ab ea, & ipsius familiaribus, intellexit, id quidem esse corpus Sancti Lucæ Euangelistæ, sed Bizantio translatum, Rugos Ambraciæ urbem, & ibi asseruatum, donec Ambracia in potestatem Turcarum deuenit; quo tempore à Georgio quodam Despota redemptum aureis XXX. Senderoniam delatum sit, mox à Rege Thoma in Telzach, inde Iaitzam deportatum. Itaque non Hierosolymis conditum, neque Ptolemaidam delatum

esse potuit, vt in chirographo dicitur. 5. quod Ilaias Nicobentis Cyprius, Monachus Sancti Basilij testis in causam receptus, asseruit illud corpus esse vnius Beati Lucæ, Stypotæ Sacerdotis; & hanc opinionem accepisse à multis antiquorum Patrum, atque Byzantij, ac Theffalonice eam vulgatissimam habitam. Siphontinus iudex nullis rationibus emotus, forte quia Mauro Principi magis volebat; adhibitis in rem Prælati pluribus hanc Nicæni Cardinalis sententiam euulgauit. Ossa in Ecclesia Sancta Iustina de Padua existentia, qua hæcenus pro ossibus Sancti Lucæ rentâ, habitâ, & venerata fuerunt, non fuisse, nec esse ossa eiusdem Sancti Lucæ Euangelistæ, nec pro talibus habenda, tenenda, & veneranda. Corpus vero nuper è Regno Bosna delatum, & nunc in Ecclesia Sancti Nicolai de Litoro existens, & hæcenus pro corpore dicti Sancti Lucæ Euangelistæ rentum, habitum, & veneratum, pro tali, & vt tale habendum, &c. Hac sententia nihil minus Patauini Oratores, ac Monachi Sanctæ Iustinæ expectabant, de qua coram Siphontino quæsti acerrime, etiam ad Pontificem Maximum prouocauerunt. Vrbis Orator decretus est Georgius Buzzacarinus Canonicus, & pro Congregatione Sanctæ Iustinæ, Abbas Sancti Pauli, & D. Nicolaus Albicinus Florentinus, multæ eruditionis, ac experientæ viri. Ab his Romæ res geri cæpta est. Attamen Nicæni Cardinalis integerrimi, ac eruditissimi egerat auctoritas, vt videretur tractura in suam sententiam, quocumque Summus Pontifex prouocationi, & appellationi Patauinorum præficeret. Viuentis Pio causa de finiri non potuit. Paulo Secundo postea succedente, agitata, quem finem habuerit, visum est illic, propter simultaneam negotij cognitionem referre. Subierat Romæ vices Georgij Buzzacarinus Patauinorum Legati Antonius Capillitius, Clericus Apostolicus, qui multo studio appellationem prouexit. Supplici libello vrbis Patauij, & Monachorum nomine postulatam est, vt prouocatio à sententia Nicæni Cardinalis, ad Pium Pontificem lata cognosceretur: neque ea facilitate pateretur Pontifex, religiosam vrbem exui antiquo thesauo sacrarum reliquiarum, sed liceret maximam rem absque liuore agi eorum ipso, summo arbitro sacrarum rerum. Pontifex annuit postulatis, & accepta coram sacro Senatu Cardinalium appellatione, duos ex eo cognitores edixit, Ioannem Caruialium Hispanum, titulo Sancti Angeli, & Bernardum Herulum Narniensem, titulo Sanctæ Sabinæ. Apud hos sæpe ab Oratoribus actum est, & veteres tabulæ, ac rationes discussæ. Tamen ex coniecturis suspicio inoleuerat, difficillime diuelli posse cognitores à sententia Nicæni. Sed res accidit, quæ agente diuino numine, humanum opus demolita est, atque reiecta præfusa Nicæni sententia, Cardinales coegit in apertam veritatem reliquiarum Sancti Lucæ, quam Patauini profitebantur, descendere. Dum res nutarent, Monachi Sancti Pauli, eas Deo precibus, ac ieiunijs commendabant. Ex his plerique, cum septem vrbis Ecclesias crebro adirent, postulati aliquando ab honestissimo quodam Aedituo Basilicæ vaticanæ, quæ frequentis eò accessus, & lachrymarum causa esset, Nicæni sententiam, & de ea ad Pontificem appellationem exposuere. Respondit is optimo animo esse oportere, quia non Patauinæ vrbis, & Monachorum tantum ea causa foret, sed etiam ipsius Basilicæ vaticanæ, quæ ab æuo immemorabili asseruabat caput Sancti Lucæ Euangelistæ, à Beato Gregorio I. Pontifice aduectum Bizantio, & in argentea theca vetustissima asseruabat. Itaque si corpus Venetijs nuper delatum integrum cum capite esset, occasuram profecto sententiam Nicæni. Hæc ingentibus animis accepta, altero etiam argumento augentur, quod Patauij corpus idem S. Lucæ ante annos CCC. repertum fuerat sine capite, & alterum

Decretum Siphontij de corpore S. Lucæ.

recens Venetijs delatum, integrum cum capite esset, atque ex Phyllicorum opinione, videretur id viri uirioris, & paulo ante ducentos annos defuncti; Lucam vero Euangelistam, octuagenarium ante annos mille quadringentos occubuisse, nemo nesciret. Hæc ipsa in Curiam delata, & palam ex aspectu sacri capitis, & monumentorum Vaticanæ Basilicæ obfirmata, mouerunt Cardinales, vt iuberent solenni ritu, Venetijs inspicere corpus ex Bosna aduectum, & de ipsius capite, & conditionibus admoneri. Iussu Principis Mauri Petrus Draganus Venetus, Reipublicæ a secretis, & Patauinorum Legatus, Gabriel Capillitius eques delecti sunt, qui corpus inspicerent, & de quaestis, ac perceptis, publicas tabulas ederent. Postquam Nicænus sententiam tulerat, illud corpus ex templo Sancti Nicolai translatum fuerat in Ecclesiam Sancti Iob, vbi etiam inspectum est à Dragano, & Capillitio. Integrum cum capite, & coherentem ossium compagine repertum est, quemadmodum etiam hac nostra tempestate cernitur. De his publice Romam rescriptum. Productum etiam est testimonium Vicarij, & Collegij Canonicorum S. Petri, de capite S. Lucæ, hoc tenore.

Vniuersis, & singulis Christi fidelibus, presentes nostras literas inspecturis, lecturis, vel legi auditis, Franciscus de Thomeis, de Aquila, Decretorum Doctor, ac Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Vicarius Generalis à Sanctissimo in Christo Patre, & D.N. Domino, Pio, diuina prouidentia II. specialiter deputatus, saluem in Domino, & presentibus fidem indubiam adhibere. Summa fidelium deuotio, ac pietatis, & charitatis ardor erga Sanctorum reliquias prædictæ insignis Basilicæ nobis auctoritate Apostolica commisse, pariter à nobis exposuit, vt sacras, & obseruabiles venerandorum Sanctorum reliquias in eadem Basilica existentes, indubitata fide pandamus, ne quis forte aliâ fore, seu alibi consistere aliquando existimantes, vana credulitate, ac falsa opinione seducti decipiantur, ac pias fidelium menses, varijs erroribus inuoluant. Eapropter per Venerabiles, & Religiosos Vros D. Antonium de Capillitio Decretorum Doctorem, Canonicum Paduanum, Cameræ Apostolicæ Clericum, & D. Donatū Monachum Sancti Pauli de Vrbe, Sanctissimi D.N. Capellanum, ac familiarem, coram nobis, & Reuerendis Patribus eiusdem Basilicæ Canonicis in loco Capitulari solenniter congregatis, comparentes, debita cum instantia requisiti, quatenus venerandam reliquiam, videlicet caput gloriosi S. Lucæ Euangelistæ in dicta Basilica consistere, & illud verum, & indubitatum eiusdem S. caput pro tali ab omnibus semper rentum, & obseruatum fuisse, & esse, indubitante, dignauerunt attestari. Nos animaduertentes, præmissa manifesta veritate fulciri, & huiusmodi honestis postulationibus non immerito annuendum fore, de dictorum Reuerendorum Patrum Dominorum Canonicorum unanimi voluntate, & assensu, cum quibus fidem desuper colloquutionem habuimus sufficenter, harum serie indubiam fidem facimus, & attestamus; Caput gloriosi Lucæ Euangelistæ auro, & argento communicum, & antiquis litteris maiusculis huiusmodi inscriptum, videlicet, CAPVT BEATI LVCÆ EVANGELISTÆ, EX CONSTANTINOPOLI AD VRBEM TRANSLATVM PER B. GREGORIVM DOCTOREM PAVAM PRIMVM. longissimis antea temporibus, de quorum initio nulla hominum memoria existit, in Basilica antedicta fuisse, & de presenti esse, illudque pro vero capite B. Lucæ Euangelistæ, ex temporibus supradictis continue ab omnibus Christi fidelibus, ac varijs, & diuersis pluribus Romanis Pontificibus in eadem Basilica existentibus, & sæpius in altari prædicto celebrantibus, ac coram se celebrari facientibus, venerandum caput huiusmodi vna cum capite gloriosi Martyris Sebastiani, ac pluribus aliorum Sanctorum reliquijs, publice exhiberi, & apponi consuevit, prout de his sincera fides, vera, & indubitata credulitas, & vulgaris opinio apud omnes, præsertim incolas, & habitatores Vrbs semper habita fuit, ac habetur inconcussa de presenti. Cum igitur iuri, ac honestati conueniat, veritati testimonium perhibere, hac omnia, & singula, omnibus vobis, & singulis supradictis tamquam vera, &

indubitata significamus, ac ad vestram notitiam deducimus, & deduci volumus per presentes, In quorum fidem &c. Itaq; Cardinales cognitores maximo eo argumento sacri capitis, & memoriarum Basilicæ vaticanæ permoti, reiecta in angulum sententia Nicæni, Minoritas, qui templum S. Iob, Venetijs curabant, Romam euocâr, & veteres quascumq; tabulas, & argumenta aduecti nuper corporis proferre iubent. Interea nihil circa veneratione illius corporis nouari, vel ipsas reliquias pro reliquijs haberi S. Lucæ mandant, sub pœna excommunicationis, & inobedienciæ, donec ipsi Romæ de carum veritate sententiam ferrent. Franciscani, vel aduersis argumentis, vel alia occasione diffisi; nihil amplius de ea re leguntur Romæ effecisse. Itaque restituta Patauinis antiquissima veneratione sacrarum reliquiarum, atque Minoritis interdicto cultu recentis corporis, Cardinales, forsân vt Niceni collegæ auctoritati parere tur, rem totam silentio inuoluunt, & à sententia, quæ aduersa eidem ferenda erat, & consulto abstinent. Nec postea accepimus quæquam de his Romæ statum esse, quamuis defuncto Nicæno, Monachi S. Iustinæ extremâ de controuersia sententiam quaesiuerint, donec consequentibus annis, Gregorius XIII. Pont. Max. de veteri litigio edoctus, cū restitueret emendatius Martyrologium Romanum, ac si postremam sententiam ferret, in eodem Martyrologio ad diem XV. Calend. Nouembris, qui Lucæ Euangelistæ faceret, iussit fieri mentionem translationis sacri eius corporis Patauium, sub his verbis. Natalis B. Lucæ Euangelistæ, qui multa passus pro Christi nomine, Spiritu sancto plenus obiit in Bithunia, cuius ossa Constantinopolim translata sunt, & inde Patauū delata. Franciscani tamen Patres, neq; excommunicationis pœna à Cardinalibus inflicta, neque Romani Martyrologij, vel potius Romani Pontificis auctoritate deterret, sententiam Niceni, typis excudere, atq; pallim adhuc euulgare non verentur. Quando autem, & à quo translatum fuerit, Patauium, corpus S. Lucæ, narant. Copronymo Imperatore aduersus Sanctorum reliquias, & imagines saeuente, Virius Presbyter, Custos Ecclesiæ SS. Apostolorum, subtraxit corpus S. Lucæ, & partem reliquiarū S. Matthiæ in nauim, quæ in Occidentem soluebat. Ea res non latuit Grassiliū Vrij socum, qui noctu discedentem conspicatus, voluit rem totam edoceri, ac sibi donari caput S. Matthiæ, quod postea Romam delatum est. Virius prospera navigatione vsus Patauium veniens, Sanctorum reliquias collocavit in templo S. Iustinæ, quod tum forsân cel. berrimū esset, & minora à Longobardis pertulisset. At tunc etiam in tabula, imaginem SS. Virginis Mariæ, & infantis Iesu, quam ex incendio vitus diuina retraxerat. Prodent veteres memoriæ Cœnobij S. Iustinæ, cum ab Iconoclastis aceruus sacrarum Imaginum Bizantij combureretur, hanc è flammis euolasse, super aquas constituisse, mox in sinum Catholicæ cuiusdam mulieris se recepisse. Conspiciuntur adhuc vestigia exustionis non minima in vtroque lateræ ipsius tabulæ, quam perpetua veneratione cultam hæcenus, confueuerunt solenni pompa circumferre, si quando cœli intemperies, vel publicum malum, vrbem affligeret. Virius, qui templum S. Iustinæ insigni thesauo ditauerat, Patauij sanctissime vita functus, in eodem templo sepultus, & in nouam Ecclesiam postmodum relatus, etiam miraculis claret. Iacobus Cauacius hist. Cœnobij S. Iustine lib. 5.

Hoc ipso Anno 1463. Alfonso Rex Lusitania, momente Pio Pontifice, valida classe Africam repetijt, vt Mauros à subsidijs Turcarum Imperatori ferendis distraheret. Secuti sunt Ferdinandus frater, & Petrus patruelis Equitum Magister. Misisset & Henricus Rex Castellæ auxilia: verum & domesticis, & externis distractus curis non poterat. Inter alias, Hispanis ciuili tumultu æstuabat.

Aliud Card. contrarium decretum approbatum à Romano Martyrologio.

LXII. Lusitania Rex in Turcas mouet.



Alfonfus Fonseca maior. Ecclesia propinqua fidei daram repetebat: sic iura sancire, sic moribus suscipere; sic Pium Romanum Pontificem iubere. Populo, & nobilitate in partes diuisis, tumultus erat; ac periculum, ne pars cum parte dimicaret. Accurrit magnis itineribus Henricus; Ecclesia Alfonso seniori reddita; de sex praecipuis seditionis auctoribus capitibus supplicium sumptum. Tolosae etiam in Guipuscoa, Gaon Iudaeus populi concursu interfectus est. Fontem rabiā se tenentis vectigal exigeret, cui postulatō nomen fuit; de quo magna olim contentiones genti extiterant, nunc immunitatem imminui agere ferebant. Impunē id facinus fuit. quin Segobiaz, quo paulo post Henricus se contulit, inter duos Monachos grauis contentio exarsit. Affirmabat alter pro concione, multos ē priorum numero ad Iudaeam lustrationem traduci: liber cum Iudaeis, atque Mauris conuictus carpebatur. & sanē multi ex utraq; gente, a Christianis alieni, in aula, & per prouinciam vagabantur. Negabat factum Monachus alter, ad gratiam Principum magis quam ex vero. sic arbitrabatur. Numquam in Hispania maior labes morum, & temporum fuit. Ad Fonterabiam Henricum, ad colloquium cum Ludouico Gallorum Rege, de cunctis controuersijs, quae inter se, & illum vergebant, discutaturus concesserat. Res est. Cathalani, aduersus Ioannem Aragonum Regem suum fuerebant. Illis Henricus, huic Ludouicus, sociā arma coniunxerant, neq; ramen inter se prius foedus violare uideri uolebant. Actum per Legatos de congressu. Eum quamplurimi hinc inde non probabant. Itum tamen est, sed dispari cultu. Castellae Regem secuti sunt, Alphonsus Archiepiscopus Toleranus, Episcopus Calagurritanus, Ioannes Marchio Viliena, Alcantarae Magister, Prior Hospitalarius omnes splendide cultu, ac planē singuli Regio. Ante omnes Ledesmae Comes, aurum distinguentibus gemmis, peculiari nitore fulgebat. Cum Ludouico Gastones pater, & filius Fuxentes Comites, Dux Borbonus, Turonensis Archiepiscopus, maris Praefectus erant, uili tamen uelste, Rex maxime: unde scommata, dictoriaque, Hispani pro sua consuetudine gloriosi, nūlla non die, uestes mutauere in conspectu Regis, ut splendidiotes apparerent. Tractatum est de concordia plerisque diebus, & in ipsa Paschali festiuitate conclusio facta. Concordia hae sententia fuit. Regnum Nauarum Ioanni Aragoniae Regi; quoad uixerit, cedito; post mortem eius, ad filium Comitis Faxi pertinere. Comitatus Stellae, qui fuit pars regni Nauarum, ad regnum Castellae accedito. Iura Infantatus, & alia quaecumque obtinet Rex Aragonum in regno Castellae dimitto. Henricus Castellae Rex, quaecumque de regno Aragonum, ac Valentiae abstulit, Ioanni reddito. Comitatus Roncioni, ac Ceretaniae Regi Franciae tam diu pareto, quoad auti trecenta milia: unum Aragonensis dissoluerit. Princepatu Cathaloniam ad obedientiam Ioannis reddito, & sub antiquis priuilegijs gubernator. pro rebellionē uentam habeto. nisi paruierit, trium Regum arma timeto. Breui p̄ se dissoluta conuentio est. Non potuere duo Reges, quorum diuersissimi mores essent, & quorum de gloria par contentio, diu simul esse: alter contempnit alterum, quamuis in praesentia sese inuicem magni facere uiderentur. Reperit uterque, quod in altero reprehenderet, & naturam corporis, & mores. Inde natum, Philippi Cominai, scriptoris Gallici ueteribus comparandi, de coitione Principum, iudicium. *Stulte, inquit, pari potentia Principes faciunt, cum in colloquium conueniunt ipsi; decursis praesertim adolescentiae annis, iocisque & iusibus, quibus ea aetas est adita, amulacione succedente. Neq; sine periculo inuicem contingat; neque si adhibet, opera praesertim aliud sit, quam inuidia, odiumque manus. ut commodius*

Colloquium Galliae, & Hispaniae Regum circa Aragonum Regem & Cathalonos.

si, controuersias inter Reges, & si quid aliud negotij est, per Legatos uiros prudentes componi. Mariana lib. 23. c. 5.

Hunc annum uiri tres in Ecclesia praecellentes insignem, morientes reddidere.

Vna fuit Ildorus Cardinalis Episcopus Sabinensis, qui diu antea percussus apoplexia (ut diximus) versus sermonis perdidit. Ruthenis hic praefuerat Metropolitans Kijouensis, Borealibus populis Graecanicum ritum seruauit. Cum capta est Constantiopolis a Turcis, Legatum illic agebat Apostolicae Sedis iam pridem, ab Eugenio Pontifice Maximo Cardinalatus dignitate donatus, in caede Christianorum, quae ingens ibi facta est, iacenti cadaueri hominis, qui sibi fuisset similis, uestimenta subtraxit, & cum suis permutauit, cuculla, & rubenti pileo supra mortuum dimissis. Ipse tamquam unus de plebe captus, paruo pretio redemptus est. Cadaueri super quo insigne Cardinalatus repertum, caput abscessum est, & haeta suffixum, cum pileo, per urbem, castraque Turcarum per ignominiam, contemptumque Sedis Apostolicae uelatum, clamitante pracone, esse Rutheni Cardinalis uerticem. ipse uero paulo post ad Nicolaum V. Pontificem redijt, quem aliquot annis postea defuncto Gregorio, Patriarcha Constantinopolitano, qui anno, quo Mantuanum itum est, non sine sanctitatis opinione obiit, Pius Pontifex ad Patriarchatus culmen euexit, ei que fatis functo, Bessarionem Cardinalem, natione Graecum, genere Trapezuntinum, Episcopum Tusculanum, uirum doctissimum substituit.

Obijt & Prosper S. Georgij ad uellus aureum Diaconus Cardinalis, familiae Colamnenfis Princeps, Martini quondam V. nepos, miti uir ingenio, litterarum cultor, & quem nemo potuisset non amare, nisi plus aequo Gibelliarum partium studiosus auscultasset. In monte, qui Larianus dicitur, imminebatque Velitris, & uniuersae Campaniae dominari uidebat, arcem aedificare cepit, atque cessauit, quantumuis prohibente Pontifice, nouum opus erigere. Caeterum dum operi esset intentus, acri correptus morbo, non solum ab aedificando desistere, uerum & charam relinquere uitam coactus est. Luxere Romani eum ferē omnes, & Cardinales, & qui Curiam sequebantur exteri: neque Pius eius mortem non acerbe tulit, antiquae beneuolentiae non immemor. Pius enim hominem semper dilexit, atque iudicio fratres eius, ac nepotes, & uniuersam Colamnenfium gentem, singularibus fauoribus profecutus est.

Tertius his maior, Compluti in Hispanijs ad Caesalites emigravit, B. Didacus Minorita, quem nostra aetate Sixtus Quintus Cathalogo Sanctorum adscripsit. Dabo uitam, & diplomā canonizationis eiusdem Diui.

Hac est imprimis uita, quam Petrus Galefinus, Protonotarius Apostolicus, iussu Sixti Quinti, ex authenticis documentis scripsit.

**C A P. I.**  
*Ortus & nomen B. Didaci.*

In Regno Castellae, & ditione Hispanensi, oppidum est, nomine S. Nicolai. In eo ante M. CCC. LXIV. annum natus est, Beatus Didacus, humilibus quidem, sed Christianis, & magna pietate imbutis parentibus. Eorum pietatem indicat nomen, quod filio, ut ritus postulat, in baptismo imponi uoluerunt. Iacobam enim dixerunt: quod nomen Apostoli est, caelestis Hispaniarum aduocati. Id ab ijs, qui religionem Christianam, integre, pure, pieque colebant, eo consilio factum est; ut suscepta proles frequenter nominis recordatione, ad imitationem excitaretur uirtutum tanti Apostoli: & quem imitari studeat, eum quoque peccaretur, ac speraret sibi patronum ad salutem tuam animae, tum corporis defendendam futurum.

LXIII. Obitus Card. Rutheni.

Inter Card. Columenensis.

Et S. Didaci Minorita.

Petrus Galefinus Protonot. Apostolicus, iussu Sixti V. scripsit.

Cur Didacus appellatus.

rum est. Piu n fuit, ac sapiens parentum consilium: resque praeclearē cecidit, ut maxime concupierant, atque optarant. Didacus enim filius Apostoli uirtute, & sanctitate accensus, spretis, & contemptis huius uitae rebus, quae nihil solida, nihilque expressi continent, sed inane quendam bonorum imaginem praeferebant; Christi Domini Crucem usque adeo secutus est, ut in omni uita diuelli ab ea non potuerit. Re igitur praestitit, quod nominis notione, & significatione praeferebat. Nam Iacob Hebraice, supplan: ator Latine dicitur. Is autem quasi suppositis huic saeculo pedibus, ita ardenti caelestis desiderio exarsit, ut mox infra narrabo. Eum Hispanice uulgo appellant Diegum, quem etiam plerique Didacum dicunt. Atque hoc ipso quidem nomine permulti sancti uiri uocati sunt, quorum unus est Didacus, Episcopus Vercellensis, sanctitatis laude clarus.

**C A P. II.**

*Vita Eremitica, quam B. Didacus primo suscepit.*

Tanta uis est amoris erga Deum, quantum non solum ex B. Pauli testimonio, sacrisque literis, sed ex omnibus alijs Christianae pietatis monumentis intelligitur. Diuina charitate accensi Christiani homines, neque minis, neque terroribus, neque doloribus, neque supplicijs, neque mortis immanitate, nec hostis sempiterni truculentia, nec uilis denique rebus alijs, uel maxime horribilibus labefactari, infringi, & a Christi Domini fide auelli, atque abstrahi unquam potuerunt. Gladios spernebant, in ignes irruerant, cruciatibus appetebant, in tormentis uitam abijcere cupiebant. Eo ipso caelestis amoris ardore inflammati Dei homines, postquam diuino beneficio omnis persecutionum tempestas esse desijt. Paulus, & Antonius in Aegypto, Hilarius in Syria, Macharius in Thebaide, Pachomius etiam, & alij deinceps, ab omni hominum conspectu remoti, uastas illas solitudines non horruerunt, sed uero adierunt, in ijsque ab huius seculi uicibus alienam uitam secuti, ita crucem omni durius uiuendi genere amplexati sunt, ut tota illorum mens, in Christi imitatione defixa, tantum caelestia meditarentur. Eodem modo is erga Deum studio exarsit B. Didacus, mundi huius pericula fugiens, eorum sanctorum uirorum exemplo uitam in solitudine, sibi primum delegit. Itaque ab ineunte aetate pijs operibus deditus, iam adolescens, uia cum quodam sacerdote, diuinae pietatis laude clarissimo, quem uoluntariae paupertatis, uigiliarum, ieiuniorum, abstinentiae, continentiae, innocentiae, orationum, omnique spiritualis exercitationis socium, ac testem habuit, ad eum uenit, quae ab oppido S. Nicolai, eius patria, prope aberat. Ed loci multos annos mansit, ubi caelestium meditationum pabulo animum alebat: corpus autem duriter, Sanctorum eremitarum more, sustentabat, eleemosynis. Otium, quod uitorum omnium seminarium est, uicabat omnino. Itaque quod saluta, & ac uetus e. emitarum institutum fuit, in illis Aegypti praesertim solitudinibus, cum magnam tempore partem diu, noctuque in sancta contemplatione, & oratione posuisset; quod reliquum erat, ad opera manuum traducebat. Immo dum ore, aut mente Deum precabatur: interrim etiam manus hauri quaquam oriosas esse uoluit. Idque omne faciebat non ob uictus solum necessitatem, sed ob animae salutem. Ne pernitiosis cogitationibus uagaretur mens, otio languescens, & in stat fornicantis Hierusalem, omni transuenti diuicaret pedes suos. Varia igitur uascula e iustis pro contempserat, cochlearia conficiebat, & item exigua salina. Ea dono dabat ijs, qui in Eleemosynam conferere uolentem aliquam, uel minimam, uictus sui tenuitati necessariam. Si quid autem, qui munuscula ab eo acceperant, dare praeterea uellent, id summopere recuabat: cum eius, qui in eremum se-

Ocium uisitat.

addidit, diuitiae tantum sint, tunica, cuculla, palliolum, & meditationum liber, id, quod de B. Hieronimo, scriptum est. Hieronymus reliquit. Ex oppido S. Nicolai cum aliquando ad eremum rediret: sacculum in uia, plenum nummorum inuenit, quem ne manu quidem capere, ne dum sibi acquirere uoluit, paupertate summa contentus, cuius se, diuinitatem in modum deditus erat. Ad oppidum propterea continuo reuersus, quem fortuito primum offendit, eicertum locum demonstrauit. Unde cum sacculi nummorum acciperet. Humilitatis autem, quae uirtus Christianae religionis propria est, ac uirtutum omnium seminarium, officia ita coluit, ut ea, & charitate, qua omnes eximie in Christo diligebat, maximam excitaret admirationem sui. Sed de ijs ipsis alius erit enucleatius perscribendi locus. Quoniam igitur is, uir homo erat, qui intimo animo de se humiliter sentiebat, seque praeteris contemnebat; ab ila nominis sui gloria, in patria, illiusque regionis fines longe diffusa, ualde abhorrebat: ab eremo discessit ad Conuentum Arrizae, qui est Ordinis S. Francisci, non procul Corduba distantem; ubi diuina operadiuina maiores in uia Domini progressionem habuit, ut mox narrabo.

**C A P. III.**

*Ingressus in religionem S. Francisci.*

Spiritu diuino ductus, Cordubam uenit ad eum Conuentum: ubi, artioris obediētia vinculis deuincti cum maxime cuperet, in Seraphici S. Francisci adscriptus est Ordine, quem uulgo Obseruantium nomine uocant. Mirifice illum ad omnem sancte progrediorationem adiuuauit Dei benignitas, si cuncta, ut par est, accurate perpenduntur. Est Corduba, quasi cor Batiuae Prouinciae, urbs antiquissima, a Marco Marcello condita, uel potius instaurata. Patriciorum Romanorum Colonia ad Baetum fluium sita, cuius totus ager frugiferus est, ac steruosis: cum antea praeclearis uirorum ingenijs praestitit, tum rei militaris gloria circumfulsit. His, alijsque rebus nobilitata, at longe nobilissima exiit, cum pro Christi Domini fide, cuius mysticis ab initio ferme Christianae religionis imbuta est, praeclearas illas dimicationes, ac pugnas egregias suscepit, & consecit. Cordubensium enim Martyrum, quorum sanguine illa Ciuitas consecrata est, ingens numerus putatur, fortasseque maior multo, quam caeterarum Hispaniae urbium, quae illustribus pro Christi nomine uictorijs excellunt. Neque autem solum Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus, a quibus, cum ubique terrarum, tum in ipsa Hispania terrenti belli incidium magnam contra Ecclesiam Dei excitatum est Daciano, Diocle, & Eugenio Ducibus, contra fidei hostes Cordubae summa, constantique contentione pugnatum est: uerum etiam aliquot post seclis aduersus Gothos, Anciae haereticis furere inflammatos, hominis, populiq; Catholici hostes insensibilissimos, certamina ad sempiternam laudem insignia sunt; coronaeque maxime illustres Cordubensium Martyrum. At in Arabicae gentis Mahumetanarum superstitionis haec cotaminatissima eamque ob rem feritate immanissimae dominationi, uix dici potest, quam magnam, ac gloriosum sit pietatis nomen, quo Ciuitas Cordubensis maxime illustris uideatur. Ea urbs, tantorum Martyrum gloriosis trophaeis ornata, magnisque pietatis ornamentis locupletata, Dei hominem, qui ad Sanctorum imitationem se contulerat, potuit bene uiuante Deo, ut credibile sit, indies magis, atque magis accendere ad illas spirituales progressionem, quae sibi diuinitas in cordis uisceribus fixae insidebant. Inde enim uix mille, & quingentis passibus, procul eo in Conuentu cum habitaret, multum adiuuante, auctore, & Duce Spiritu sancto, consecutus est non solum ex recordatio-

Laudatur Corduba Hispaniae Ciuitas.

Ordinem Minorum capessit B. Didacus.

ne v. bis, Sanctorum copia circumfluentis; sed ex antiterfarijs eorum natalibus diebus; quorum celebritas, quali liber quidam, animos, mentesq; hominum...

CAP. IV.

Diligens studium, quod adhibuit, seruandis Seraphicis regula instituta.

Iam inde ab adolescentia cum suauitate Christi Domini iugum subierit: non huic seculo, eiusque desiderijs, quemadmodum dixi, in posterum alligatus, quæsiuit, aut egit, quæ gentes inquirunt, sed quæ Dei sunt.

sed zelo exaruit, ut si quem fortasse in illis aliquando quicquam offendere animaduerteret, ad eorum obferuationem, cohortationibus, monitis, & præclaris exemplis reuocare studuerit perpetuo.

CAP. V.

Eius humilitas.

Ad quem respiciam, nisi ad pauperulum, & contritum spiritum, & trementem sermonem meum? Dicit Deus omnipotens: Paulo ante exposita est humilitas, quam B. Didacus, cum apud S. Nicolai oppidum in eremo vitam duxit, mirifice coluit.

nium

B. Virginis deuotus, Christi & S. P. Francisci sectator egregius.

nium radix, & cultos est, auctorem Christum; rerum cunctarum Dominum; habuit: cuius in primis Magistri celestis exemplis instructus, frequentibus illis in meditationibus; quas ad eius Crucem adhibebat; præclarissimam tantæ virtutis vim animo mentisque suæ mirabiliter impressit.

CAP. VI.

Eius Obedientia.

Euangelicæ paupertatis, quam vera, solidaque animi humilitate Didacus profitebatur, socia, & comes, ac tanquam germana sorore est Obedientia: cui magnum præmium propositum esse, Basilii Magnus scribit. Ea cum sit, inquit, Climacus, sepulchrum propria voluntatis; illius studio ita se ipse Didacus dedit, ut voluntate sua quasi sepulta, eorum, qui præerant, iussis, sæpe etiam numero acerbissimis, obedientem se maxime omnium præstitit.

te se putaret. Quare paratus, atque instructus ad obedientiæ leges, non attendit vniquam, ut erat singulari animi simplicitate præditus, quale esset, quod præcipiebatur, eo solo contentus, quod sibi erat a superioribus iussum, quibus non obedire nefarium putarat: Quæ religiosæ mentis incitatione ductus; sine vlla cunctatione, sed hilari, promptoque animo mandata exequebatur iubentis. Eam ob rem potius humilia, quam magnifica, aspera, & difficilia; quam iocunda, & facilia sibi imperari cupiebat: cum sæpius a iuditione accepisset, non modo obediendi normam, quam S. Monachi Aegypti tenebant, sed Abraham exemplum; qui, filium charissimum immolare iussus, non expeçtata luce, sed in tempesta nocte, ad id opus faciedum se parauit. Et vero, quod perfectæ obedientiæ est, ait Gregorius Magnus, non meru seruilis, sed charitatis ardore, non pœnæ formidiae, sed recte agendi studio; maiorum præceptis obtemperabat. Erat il. is temporibus nauigationis cursus ad Fortunatas Insulas valde admodum difficilis, periculosus, ob eam quæ tempestus, quod Insularum, magna ex parte adhuc superstitionum scelestæ deuincti tenebantur. Appellancur illæ Insulæ vulgo, Canariæ: sunt autem septem; in mari Atlantico sitæ; veteribus Ptolomæo, Martiano, aliisque & Latinis, & Græcis cognitæ; præsertim Plinio, qui illas suo quamque nomine vocat; Canariæq; omnes dictas putat ob magnitudinem Canum, quos illæ patiunt. Diu postea incognitæ extiterunt, fortasse quia nauigatio Canariensis multis atatum sæclis intermissa erat. Demum anno millesimo, quadringentesimo quinto, à Christo nato. Ioanne II. Castellæ Rege, quo tempore B. Didacus puer erat, à Benethacorio, homine Gallo, qui tunc à tutoribus Regis adhuc infantis, mare Atlanticum nauigandi facultatem acceperat, duæ inuenta sunt, & ad Christianæ religionis cultum instructæ. Quo fit, ut alia, quæ deinceps in dirionem, potestatemque Regis Hispaniarum venerunt, nondum fidei mysterijs imbutæ essent, cum Didacus, à superioribus suis missus, eò mare transiit. Is igitur non longa, neque noxia, ob eamque rem difficili nauigatione perterritus, nec insularum moribus, immanitate barbaris perculsus, sed veræ obedientiæ, cui se sanctæ addixerat, religioso officio ductus, nauim conscendens, ad illas insulas, sæpe ventis resstantibus, & infesto mari, demum ope, auxilioque diuino appulit. Est vna inter alias Canariæ insula, quam Forreuenturam nominant. Eò venit ad Seraphici Ordinis Conuentum, sibi à superioribus traditum in curam, & custodiam, quam gessit magna Seraphicæ religionis laude. Non erant, qui eam Insulam habitabant, adhuc omnes ad fidem conuersi: Hic vir Dei Didacus, messem multam nactus, admirandis exemplis, singulari vitæ sanctimonia, sermonum frequentium ardore incredibili, multitudinem Insularum innumerabilem, idolorum cultu, & superstitionum tenebris circumfusam, ad fidei lumen perduxit. In ijs præter ceteros plurimos extitit etiam Ioannes Alphonsus, homo quidam, iam inde vsque à Canaria magna illuc profectus: qui, idola colens, à B. Didaco religionis Christianæ sacris imbutus, baptisimum suscepit. Paulo autem post, filios duos eidem in disciplinam tradidit, quæ ad pietatis studia, atque officia à Magistro rari religiosè eruditentur. Magnas ob fidei propagandæ studium difficultates, & labores Didacus perpessus; varique etiam vexatus, & oppugnatus, multa quoque pericula adiit: quibus non modo perterritus, sed ardentius inflammatus; ad Canariam magnam item proficisci deliberavit; ut illius insulæ homines verbi Dei prædicatione ab impura idolorum superstitione ad fidem conuerteret; aut Martyrium subiret, cuius desiderio vehementer exar descibat. Quam plurimos Ordo Seraphicus viros habuit, qui Martyrij palmam asecuti sunt,

Canaria Insula antiquis cognita.

Ad eas it. S. Didacus & cœnobio præstitit.

quique



B. Didacus S. Francisci & Antonius de Padua Martyrium expeperunt.

quique eodem illius desiderio flagrant, parum abfuit, quin tanto bono fruere. Tam vehemens in Beato Francisco ador Martyrij fuit, vt femel, & iterum, & tertio ad infidelium Prouincias eam ob rem ire contenderit. Hoc tam preclarum falutare que desiderium, illius, tanquam optimi parentis, imitatione accensum, ad Sanctum Antonium Vrsiponensem, quem de Padua dicimus, & alios Seraphicæ religionis filios dimanauit. Illius ergo cupiditate ardens incredibili Didacus, egregius Seraphici Patris imitator, Canariam magnam cogitat, nauim confecendit, magnamque navigationis partem confecerat; sed tempestatum fluctibus magnis, ac simul ventorum, & sociorum, quos eximia charitate diligebat, metu, cum iubarbarorum, omnia rabide agentium, impetum, furoremque vehementer pertimescerent: factum est vt ad eorum Insulam nauis, qua uehebatur, etiam vndis afflictâ, appellari non potuerit. Erga Deo volente, ad Martyrium, quod tam ad tenentur desiderabat, non peruenit, etiam si alias multoties tam prope fuit, vt illud assequeretur. Quare ad Insulam Forteuenturam reuersus, in magnis illis pietatis, & charitatis officijs euigilare maximopere contendit.

CAP. VII.

Charitas erga pauperes.

Mira eius charitas erga ægros, & pauperes extitit, quibus semper in eleemosynam contulit, quicquid habere potuit. Beatus, qui super egenum, & pauperem intelligit. Quotidianis victui detrahebat, vt inde haberet, quod pauperibus in eleemosynam traderet: nihilq; in dies singulos, vel in singulas potius horas, atque adeo in singula momenta quaeritabat, quam vnde sibi aliquid superesset, quo aliorum inopiam sustentaret. Cum autem aliquando non esset, quod mendicis, pauperibus, atque egentibus hominibus pia eleemosynae largitione daret: illorum commiseratione motus, miram lachrymarum vim effundebat, quibus intimum animi sui dolorem testabatur; cum praesertim neque ex Conuentus parsimonia, neque ex sua abstinentia, neque ab amicis, neque priuatum a contubernalibus, nec a notis, nec ab ignotis tantum haurire potuisset, quantum pauperibus. Christi, quod minimum erat, subministraretur ad vsum in diem victitandi necessarium. Aegri aliquando Conuentuum praefecti id ferebant, vt quicquid is vndiq; colligere potuisset; id omne in eleemosynam erogaret: quibus vt homo mansuetissimus erat, verbis respondit, lenitatis, & humilitatis plenis. Ostendit enim, id veris, paupertatis Evangelicæ colentibus, patientissime ferendum esse: cum Deum Patrem cœlestem haberent, omnium bonorum largitorem, qui vberius & cumulatus daret omnia. Sed illud mirifice, diuinitusque factum est; quod cum in sinu haberet magnam panis fragmentorum copiam, quam pauperibus conferret, forte obuiam aut Guardiano, alijve fratribus factus est: à quibus eo nomine reprehensus, quod nimis valde Conuentus censum profundere; En, inquit, sunt flores, quos non aliqua specie, sed vera flores tunc ostendit. Cuius rei admirabilitate illi obstupescit, non modo Dei hominem obiurgare pergunt, sed in veneratione habere incipiunt. Apud Insulam autem Forteuenturam, cum esset studio, quo ardentissimo flagrabat, fouendæ paupertatis quosdam Insulanos, qui praegestate Messum facere non poterant, sua, aliorumque confodaliu opera messoria inuit, cum aliunde tunc nequaquam haberet, vnde illis aliquid subsidij comparare potuisset. Eleemosynis in pauperes conferendis permulti, qui sanctitatis nomine celebrantur, Summi Pontifices, Archiepiscopi, Episcopi, Reges, & alij omnis generis, & Ordinis homines innumeri, immortali sibi laudem

Panem in flores vertit.

collegerunt. In eorum numero, censei meritissimo potest Beatus Didacus, qui veræ, solidæque Seraphicæ paupertatis studio accensus, visceraque misericordiae indutus, omnibus egestate afflictis, omnem eleemosynæ aditum patefecit; neque parce dedit, sed magnam intime benignitatis vim effundens, plenis manibus liberalissime in opibus tribuit, quicquid habere vnquam potuit. Beatus igitur, qui intelligit super egenum, & pauperem. Vere Beatus Didacus, qui egenti semper dedit, & hilariter dedit: cumque nihil habuit, quod daret, ex paupertate in opibus dolenter affectus, collachrymauit. Summi muneris loco est, inquit Chrysostomus, hilariter dare, si non habes collachryma. Nunquam admonitio diuina cessauit, nunquam tacuit, quo minus in Scripturis sacris, tam veteribus, quam nouis semper, & vbique ad misericordiae opera, Dei populus prouocaretur; & canente, atque exhortante Spiritu sancto, quisquis ad spem Regni cœlestis instruitur, facere eleemosynas iubetur. Hæc omnia vt infra. S. Cyprianus Episcopus, & Martyr scribit: *Isaia Deus, Frange, inquit, esurienti panem tuum, & egenos sine tecto induc in domum tuam. Si videris nudum, vesti eum: & domesticos seminis tui non despicies.* Paulo post. *Tunc exclamabis, & Deus exaudiet te: dum adhuc loqueris, dicit: Ecce adsum.* Magnum implorandæ diuinæ misericordiae praesidium positum est in eleemosynarum largitionibus. Conclude, inquit Salomon, eleemosynam in corde pauperis, & hac exorabit pro te ab omni malo. Beatus igitur Didacus perpetuo, ad misericordiam pronus fuit, dedit enim de panibus suis pauperi: ideo benedictionem accepit à Domino, cum multa admirabiliter, vt libro miraculorum exponam, in hac etiam vita operatus sit, diuina benignitate, quam sibi eleemosynæ quoque abundantia conciliauit. Sed quod mirum est, iam narabo, cum ad vicissitudinem referatur beneficii, quod is etiam, dum in terris vixit, diuinitus ob eleemosynas accepit. *Feneratur etiam Domino, ait Sapiens, qui miseretur pauperis: & vicissitudinem ei reddet ipse Deus.* Quodam tempore is, & socius alter, homo religiosus, in viam se dederunt; nihilque secum viatici, aut cibi attulerunt. Cum autem à Conuentu Cerræ, qui ab Hispani multa millia passuum distat, vnde discedebant, longum iter esset, vsque ad Sanctum Lucam Berramedæ, quo ire contendebant: de via fessis, & fame languescens, ad pagum peruenerunt, quem Hispanicè *Los Palaos*, vulgo vocant. Eo loci eleemosynam quaeritarunt: qui daret tamen, inuenerunt neminem. Ieiuni igitur iterum se itineri committunt. Quarenti autem socio, quid tandem cibi eo die caperent, respondit ille, *Deum virique prouersum.* Aliquot millia passuum inde progressi, cum iter leucarum quatuor reliquum esset, in solitudine quadam magna panem, pisces duos, recens coctos, & pomum citreum, quæ omnia mantili mundo inuoluta erant, super herbam quandam conspexerunt, quæ *Maresma* ab Hispanis nominatur, vasculumque vini plenum, proxime erat. Ibi cum neminem oculis in planitie aspexissent, quæ tamen omnis in prospectu erat, cibum, diuinitus missum, sumperunt. Interea socio Didacus ostendit, quam mira prouidentia Deus victui vtriusque prospexisset: ita scilicet, vt olim in deserto filios Israel pauperat. Cibo recreati, gratias Deo egerunt, & quicquid superfuit, reliquerunt. Didacus autem, paululum se colligens, cum videret, se parum spei posuisse in prouidentia Dei, qui cuncta tuetur; intime dolore affectus, illius rei nomine reprehendere cepit. Et ita verbis de ea ipsa re, ac de vitæ Evangelicæ puritate vltro, citroque habitis, iter confecerunt. Sed tam religioso, sanctoque viro, quem cœlesti gratia sua Deus proferebatur, non modo quicquam defuisse, sed omnia in summa rerum inopia mirifice abundasse, perspicuum ex ijs fiet, quæ proxime narabuntur.

Diuinitus cum socio pasitur.

CAP. VIII.

Charitas erga ægros.

Ægrotum curam eximia charitate B. Didacus suscepit, & gessit. Nihil enim potius habuit, cum ab Oratioe discesserat, quam vt illos quotidie visitaret, & solaretur, iisdemque cibum, & alia ad valerudinis curam omnem necessaria subministraret. Extant augustissimæ pietatis monumenta, magnificentiſſimo opere extracta, ad sempiternam memoriam insignia, non solum ad peregrinorum hospitium, & ad pauperum, mendicorumque, egestatem subleuandam hospitalia, & domus ad alendos educandosque infantes, ac preterea ad seniorum sustentationem, & ad ægrotorum curationem aedes, domiciliaque ampla, magnificè, ac laxè. Pœnticum, Cæsarium Regum, Principum, summorumque; viroium sumptibus exadificata, verum B. eriam Didaci peccatis in quo tanta, tamque fixa infedit cura ægrotantium, vt vlturi domicilium multo amplissimum, vbi sibi struxerat ingentes illas solitudines, quarum ardentissimo conflaui studio curandi ægros. De adolescentibus quibusdam, qui in literarum scholis versabantur, ex febri pecculose laborantibus, sibi magnæ curæ fuit, vt conualescerent. Lectum illis struere, at quo loco nunc eius sepulchrum cernitur. Ijs ipsis autem laborandis nihil eo patientius, qui nullis curationis laboribus pepercit, imo eorum sordes mira charitate absternit: excrementorum scaphium, vt vsu venerat, frequenter manibus suis amouit, ac labem, & cænum, quo locus, vbi iacebant, et si crearetur, seduloque diluit. Quæ vero ad omnem illorum curam, victusque rationem opus erant, ea perinde præstitit, vt sollicita mater, quæ filios salutis desiderio languescit. Quare de eorum cura nihil quicquam præcharitate remittere vnquam voluit; nisi vbi à morbo confirmatos plane vidit. Sed mira veræ Christianæ dilectionis abundantia in eo etiam cluxit, quod illos iam conualescentes, ac viribus omnino recreatos, rebus omnibus ad vitæ vsuum necessarijs, maximopere iunxit. Quos autem aut moris, aut morbi vi, aut aliqua plaga viceatua audiebat, ad quorū non modo aedes, sed etiam exigua tuguricula, vbi habitaret, veniebat: eos tanta charitate complectebatur, vt illis consolandis, vel sanandis, nullum officij p̄ij locum relinqueret. Vlcus, quo ægre afficiebantur, oculis miserabilem in modum spectabat, aut manu tangebatur, & abstergebat, subinde osculabatur: ac si quando cetata, emplastra, & malagmata, quibus cicatricum purulentarum tabes abstergi solet, aliquando deerant, ipse lingua sua saniem lambebat. Sanctum Basilium Magnum vulnere leproforum ocularum esse, itidemque Seraphicum Bonauerenturam fecisse, literarum proditum est monumentis. Verum de B. Didaco, id, quod stricte in attrigi, exemplo singulari demonstrabo. Aspexit quodam die hominem elephantiasis, quam lepram dicimus, facie diffinse exulceratam, tabeque plenum, & adeo male olentem, vt alij omnibus stomachum moueret. At homo Dei Didacus, charitatis ardore flagrans, non purulento, & vlceroſo hominis vultu deterritus, neque retrum odorem abhorrens; vlcera, quorum sanie, actabo erat illius quinatissima, & deformata facies, lambit lingua sua. Tūm cuidam, qui praesens aderat, rem admiranti. *Sic frater, inquit, sic morbus hic curari debet.* Iam locus postulat, vt curam etiam enarrem, quam omni dilectionis officio, ægrotis Romæ præstitit. Idque distincte faciendum necesse est: quoniam alia multa simul incidunt, quæ cum valde admodum commemorabilia videantur, ea silentio prætereiri nullo modo oportet.

Lingua saniem lambit.

CAP. IX.

Cura, & Charitas, quam Romæ ægrotis adhibuit, Anno Inubiles M. CCCC. L.

Instabat Annus Inubiles, qui Nicolao Quinto Pont. Max. incidit in Annum, à Christo nato M. CCCC. L. Fuit Inubilem quintum; ad cuius celebritatem tantus hominum concursus Romam factus est, quantum nunquam antea. Totum se illi illum annum Pontifex in solemnibus, sanctisque actionibus posuit: stationes quotidie ipse cum Collegio Cardinalium frequentabat. Hoc anno B. Didacus ab Hispania, quo ex insulis Canarijs anno proximo superion M. CCCC. XLIX. redierat, Inubiles causa ad urbem venit: socium habuit, & comitem peregrinationis, alium sui Ordinis virum, religiosum hominem, F. Alphonsum Castrensem nomine, præclarum, & testem, & spectatorem, cultoremque; vitrum in ipso Didaco præcentium. Ambo Romæ ad S. Mariæ Monasterium diuertunt, quod Seraphicæ religionis est, vocaturque *Ara Cœli*. Hic spectare licet inflammatum illud puræ, sinceræque pietatis studium, quo sacras stationes humiliter, sancteque obierit, ac frequentarit. Nemi indubium est, quin is multa, magnaque dederit exempla, quibus excitaret admirationem diuinæ suæ charitatis. Eo tunc vndique ad Inubilem Fratres tremille, & octingenti numero conuenerunt: sed n ingens fere confestim eorum ægrotantium, & morbo varie languescerit numerus: ad que d etiam nec modum, quamquam Pontifex canerat diligenter sime, ne comatus, & omnia ad victum necessaria in vrbe defessent; nihilominus tamen id accessit, vt magna annonæ difficultas, & penuria rerum omnium in Vrbe ingraueret. In tantis rerum angustijs, Guardianus curam ægrotorum Didaco credidit: qui licet in eo munere solus versaretur, tamen tanta & diligentia & charitate illud gessit, vt omnibus praesto esset, nihilque cuiquam deesseret ad curationis rationem. Immo tanta rerum omnium abundantia cunctis ab eo subiectum est, vt ipse Guardianus, ceterique vnde imitarentur, vnde ei in tanta aliorum tenuitate, tam magna lippeditaretur rerum vberitas. Magna enim panis, & vini copia ex tota vrbe ad monasterium confluit: magnus fumenti, aliarumque rerum, quæ ad victum opus essent numerus datus est. Magnum id eleemosynæ subsidium, B. Didaci apud Deum gratia acceptum omnes ferebant: omnes illum vt hominem Deo gratissimum, atque acceptissimum suspiciebant, & admirabantur. Sed eo anno illud contigit, quod hoc loco commemorare non alienum est; cum diuinitus factum videatur, vt Bernardinum Senensem, cuius in omni vita sanctitas iam diu spectata erat, Seraphicæ etiam Ordinis religiosissimum virum, Nicolaus Pontifex in Sanctorum numerum retulerit. Diuine igitur cum B. Didaco actum est, qui illos spectauit honores, quos in aliud tempus sibi ob meritum præmitti referatos, hac ætate Sixtus Quintus Pontifex, summo Ecclesiæ Catholice gaudio, in eum contulit. Id illi soli contigit, quod alij prætere a nemini contigisse apparet. Tribus autem mensibus exactis, quo temporis spatio is in Vrbe fuit, ad Hispaniam cum eo ipso socio Hispani rediit. Quocumque iter faciebat, multos inuenit, qui illum hospitio gratis, benignissimeque; exciperent, & vbi opus fuit, viatico iunarent. Et vrb præsertim apud Viterbium, Tuscanæ Ciuitatem, iter vnius diei, aut paulo longius ab vrbe Roma distantem, cum in oppido quodam esset, quod vulgo *Abbatium* vocant: certatim Oppidani omnes contenderunt, victum aliquot dies abunde suppeditare. Id à Deo factum est, qui hominibus tam religioso, pauperibus omnia in eleemosynam conferenti, præcipua cura prouidit, vt ne in terra quidem solitudine, ne diu frequenter in locis, vt exposui, nihil quicquam, vi-

Ingens ad Inubilem concursus.

ægrotis omnia abunde suppeditantur à S. Didaco.

C A P. XI.

Abstinentia, ieiunia, macerationes corporis, & Castitas.

tae vsui necessarium deesset. Haecenus de charitate erga aegrotos satis dictum sit: nunc locus est dicendi de ea, qua vltus esse galetis omnes, praesertim illos, quos peccata, vel sine penitentia ex hac vita decedere, animaduertit.

C A P. X.

Charitas, qua erga omnes, praesertim peccatores, & impenitentes vsus est.

Seraphicus idemque B. Franciscus singulari deuotionis affectu, S. Archangelum Michaelem venerabatur, cuiusque diem festum ieiunio dierum quadraginta praenicebat: quod eius curae esset credita animarum salus. Eam ob rem, si quem de salute sua, parum sollicitum esse vidisset, aut prauis consilijs, exemplisque offendere animaduertisset, dolore acri intime cruciabat: tanta erat sollicitudo, & charitas, qua exardebat aduersus operarios iniquitatis. Eo ipso spiritu B. Didacus erat: ita vt de vtroque dici recte queat. *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror?* Non ergo patiebatur, quantum in se erat: a quoquam diuinae legis praecpta violari, nec vero Ordinis sui praescriptis detrahi: immo nihil negligenter agi, quoad Seraphicae disciplinae rationem, & vsum pertineret. Si quis contra interdum admittebat, etiam si mitis admodum esset, & in contumeljs patientissimus: tamen praecharitate, qua ardentissime diuina mandata, constitutionesque Ordinis colebat, doloris acerbitate ob infirmorum scandalum intime afficiebatur. Quare sancta quadam indignatione commotus, non potuit aliquando continere, quin aberrantium quorundam temeritatem reprehenderet: ita tamen, vt quis in eo facile animaduertit, nulli oburgationis, aut offensionis vel minimam grauitatem, sed summam illius, qua ad diuinum cultum exardebat, dilectionis vim immensam, a cordis visceribus emanantem. Factum est aliquando, cum sub vesperum ipse, & fratres vna cenabant, vt statim hora per se campana icibus nouem, de more signum salutationis Angelicae dederit: quod Sacrificia, cuius munus erat facere, negligenter praetermisserat. Rei admirabilitate illi obstupescit, ad Ecclesiam accurrerunt, vt viderent, a quo pulsatum campana esset: fores quidem clausas inuenerunt, intus vero neminem. Tum Didacus, alios adhortatus ad orationem, & disciplinam, ita ob penitentiam, quam pro satisfactione negligentiae sacrifica subiit, virgis se acriter percussit, vt mirum esset omnibus, quomodo tam grauium vulnium acerbissimam vim ferre ipse potuerit. Doloris etiam ardore vehementer flagrabat, si quos, in huius mundi faece volutatos, malefactorumque sordibus inquinatissimos homines, qui grauiam viuendi via, alios a recto salutis cursu abducerent, sine penitentia, & confessione, mortem, aut necem obijisse intelligeret. Eorum interitum lachrymis, suspirijs, gemitibusque proferebatur, brachijque instar Crucis formatis, prolixè, atque intime toto animo, totaque mente pro eorum salute Deum deprecabatur. Haec eius erga istiusmodi homines charitas. Sed neque ex gualia censetur, qua vsus est in eos, qui ad Christi fidem recens venerant. Praecipuo, & singulari quodam amore, vereque paterno illos complectebatur: ac non modo fouebat, sed quibuscunque rebus poterat, tantum illis subsidij comparabat, vt, quae ad vitam vsum necessaria essent, nihil eorum quicquam, etiam in summa penuria, ipsis deesset. Nullum igitur charitatis officium, nullum benigne faciendi locum B. Didacus reliquit, vsque adeo, vt omnes tam sui Ordinis homines, quam externos, si minus aliquando, re non potuit, consilijs, & consolando iuuerit. Neque has officij partes villo vnquam tempore, ne tum quidem praetermisit, cum inuicem in Conuentu curam gessit, quam etiam in eo posuit, vt pauperum Christi aduentantium inopiam aliquo modo subleuaret.

Campana per se pulsata.

Abstinentia virtutem ad Sanctis Patribus tanto pe-re commendatam, B. Didacus exercuit quam diligentissime. Cum enim illius virtus sit, omnes a se carnis delicias, in cibamenta que depellere: quam valde eam re totis viribus seipse exercuerit, perspicue manifestum erit ex ieiunijs, caeterisque operibus, ad corporis macerationem pertinentibus, quae mox recensendo profusequar. Is pauperatatem, vt dixi, ad normam, & regulam Seraphicam praescriptam, toto animo, totisque viribus coluit: paupertatis virtutis, egregie munitus, omnia aspera, dura, difficilia, vilia, & abiecta quaeque pro delictijs habuit: delicias autem, delicata, mollia, pretiosa, vt paupertatis, quam vnice dilexit, inopiam infesta fugit, & horruit omnino. Sancti omnes hac mente fuerunt, de quibus scriptum est: *Inundationem maris, quasi lac, sument.* Christi enim Domini amor, amara omnia mirabiliter dulcia reddit, atque suauia. Sunt in Seraphico Ordine, praeter solennia, statataque Ecclesiae ieiunia, & praeter Quadragesimam, Christi Domini exemplo consecratam, alia ieiunia, & item Quadragesima: quae certis diebus conclusae, totum penes anni cursum conficiunt. Primo ieiunium Aduentus, deinde ieiunium ab Epiphania, quod diebus quadraginta conficitur, tum ieiunium a die Natali Apostolorum Petri, & Pauli, vsque ad celebritatem Assumptionis B. Mariae Virginis, postea ab Assumptione, dierum item quadraginta, ieiunium ante diem festum S. Michaelis, in Apostolorum praeterea honorem alia est quadragesima dicata. Itaque B. Didacus vniuersi Christi pauper, qui nihil aliud, nisi duo aera minuta, corpus scilicet, & animam habebat, haec ipsa propter Christi Domini amorem ita offerebat, vt omni fere tempore spiritum ardore charitatis, & corpus abstinentia singulari immolaret. Tot enim quadragesimarum curriculum anniuersarium perpetuo ieiunij cultu cum conficeret; Sanctorum etiam non modo statas vigilias, sed alias, quas sibi praescriperat, mirifica abstinentia, ritumque dicitur ieiunandi obseruabat. Panem tantum, & aquam adhibebat, in vigilijs dierum omnium Festiorem Beatissimae Mariae Virginis, vt infra vberius scribam. Ad illam ieiunij austeritatem saepe numero adiungebat verberationem corporis: quae ita acriter utebatur, vt a capite vsque ad talos vehementer se flagris cadens, tam horribilem carnis cruciatum non humana, sed diuina potius virute ferre posse putaretur. Summa praeterea hyeme gelidam item aquam in gedi non dedit, vt ipsius item carnis, quae insensibilissima aduersaria est, vim resisteret, eiusque sensus, dulcedine quadam quasi tranquillantes, coeuceret. Miris igitur modis ab ea, quae, anquam domesticum satellitem, mundus, & daemon hostes vruntur, ad spiritus virtutem labefactandam, praecelatus athleta Didacus se tutatus est: cuius propterea pura castimonia, egregijs testificata testimonijs, cumulum quoque addidit ad reliquas omnes eius virtutes. Et quoniam abstinentiae coniuncta est ratio: locus sequitur dicendi de illius oratione, & deuotione.

C A P. XII.

Eius Oratio, & Deuotio.

Ordinis sui Fratres Beatus Franciscus, omni ratione semper cohortatus est ad orationis studium, idque assuetanter dixit, neminem in diuino cultu, virtutumque officijs magnas habiturum esse progressiones, nisi tantam virtutis praedidit. Quare is ambulans, & sedens, laborans, & a labore vacans, domi, ac foris adeo erat precationi intentus, vt non solum quicquid in se erat corporis, & cordis, verum etiam operis, & temporis, orationi dedicasse videretur. Eius praecelari ducis, & Magistri exemplo

Ieiunia in ordine Minorum recensentur.

Didacus

Didacus itidem fecisse dicitur; cum etiam opus faciendo vt, vt proximè narraui, diuinis meditationibus animum, & mentem exerceret, a cuius otiosa euagatione longe refugere, perpetuo contemplandi vsu contenderat. Media nocte surgebat ad laudandum Dominum, & in alijs statim horae vigilijs precando excubabat, tanquam bonus Christi miles. Saepenumero, praesertim solennibus diebus, totam noctem sanctis illis mysterijs, intima pietate meditando collo-cabatur, saepeque è somno, religiosa excitatus contemplationum cura, è lectulo illo duro, & vili, nocte intempesta exiliens, ad pedes imaginis Christi Crucifixi iacebat, toto animo ad caelestium cogitationem raptus: saepe item erecto vultu, manus supplicem in caelum tendebat, & vt summam, breuique complectar, instabat obsecrationibus, & orationibus nocte ac die. Id ostendunt tam multa, quae miranda praecibus nocturnis, ac diurnis à Deo impetrabat. Orauit enim, & exauditus est, opem Dei implorauit, & à Deo desertus non est, & quo magis se stratum videbat, eo vehementius diuino amore exardebat. Omnia facta, dicta, & cogitata referebat ad Christum Iesum, cuius nomen dulcissimum in corde, in ore, in opere, semper habebat. Nominis Iesu, tanquam olei effusi suauitate lique-scens, post diuturnum in Oratione gemitum, exultare incredibili gaudio videbatur inter choros Angelorum. Sanctissimam Dei matrem virginem Mariam, post Christum filium praecipua veneratione coluit. Cuius rei argumento est insigne salutationis Angelicae: quo ad preces vsus est perpetuo. Eam ob rem Hispania Catholicae fidei nomine, studioque florentissima, illud in more positum habet, vt eius, pie precantis, imaginem exprimat, non tantum oculis in Crucem Christi sublatis, & genibus flexis, sed manibus iunctis tanto pietatis oratione potissimum insignitis. Laudat Seraphicum Franciscum eade re Bonauentura, sanctitate, & eruditione clarissimus, quod Dei genitricem mira pietate veneraretur, beatissimam scilicet illam virginem, quae Dominum maiestatis, fratrem nostrum peperit, & per quam sumus misericordiam consecuti. Quam obrem ad eius honorem, Ordini Seraphico Apostolice ille vir, ieiunium constituit, eandemque sibi, suisque caelestem aduocatum inprimis delegit. Hoc erga illam venerationis zelo itidem flagrauit beatus Didacus: qui è illud ieiunium seruauit, & quam vniuerso Minorum Ordini patronam ille elegerat, eam singularem, ac praecipuam sibi aduocatum esse voluit ardentissimo illius colendae studio. Immo Seraphicam pietatem, pietate cumulat, cum ad statas illas ieiunij dies, hoc sibi adiunxit, vt omnibus, singulisque vigilijs festorum dierum beatissimae Dei matri sacrorum, qui postea plures numero fuerunt, pane tantum & aqua ad illum, quem sibi potissimum sumperat, ieiunandi cultum praecipue, & insigniter vteretur. Patrem autem suum Franciscum Bonauentura sedulo imitatus, piam Iesu matrem, cordis sui visceribus impressam, meditatione etiam assidua venerabatur. Vtrumque etiam Didacus consecratus, & quotidiana contemplatione, & frequenti coronae vsu, omnique pietatis officio illam colebat: neque ea tantum veneratione contentus, etiam cultu imitationis venerabatur, quo gratior esset eius deuotio. Actuosus enim illi, humilissimisque virtutibus, quam exemplar clarissimum in beata virgine cernitur, humilitate, charitate, misericordia, vitae castitate, & alijs sanctitatem illius, operante Domino, pro virili sua imitari contendebar. Quo factum est, vt in omni temporum varietate, cum ad eam, vel sua, vel aliorum causa ille confugiebat, confugiebat autè semper, caeleste, singulareque eius patrocinium senserit, summa cuncto-

Erga Nomen Iesu, & Dei patris assiduitur.

rum admiratione. Res in promptu est cum ex omnibus, tum ex illo ad sempiternam memoriam insigni miraculo, quod diuinitus factum apparet: cuius foemina, quae pistoriama agebat, filium è media morte nimirum ex ardentibus furni flammis liberauit. Sed rem ipsam totam, loco suo dilucide explicabo. *Beatus vir, qui timet Dominum: mandatis eius volent nimis.* Vere igitur pius, vere deuotus, ac religiosus, Didacus, eamque ob rem Beatus; qui Deum timens, nihil in vita antiquius, potiusque habuit, quam vt Christi Domini amore flagrans, diuina eius mandata animo ardentissimo, tummaque voluntate obseruaret: ac matrem eius beatissimam coleret tanta, & tam singulari deuotione, quantum verborum copia assecutus non videor. Libuit tamen eam aliquo modo enarrare, vt potentissimus Maximusque Rex Catholicus Philippus II. qui Beati Didaci merita, & virtutes, tam grata, ac pia memoria profequitur, immortaliter gaudeat, se non solum in augustissima familia sua Austriaca olim habuisse, religiosissimos benedictae virginis Dei matris Mariae cultores egregios, Federicum Tertium, Albertum Quartum, Imperatores, & caeteros multos, eiusdem familiae summos Principes, quorum laudem eandem, pietatis imitatione, ipse iam sibi collegit. verum etiam in Hispania, cuius regna obtinet, extitisse potissimum, tum Antistites, vt pater Ildaphonius Toleranum, luculentum de ipsius beatae virginis laudibus scriptorem; Iudorum Hispanensem, & caeteros: tum etiam alios plerosque innumeros omnis generis homines, quicquid nomine illustres sunt, qui nimirum singulari magna deuotionis studio, ac mirifica pietate, insignique veneratione illam coluerint. In ijs, vt demonstrauit, Didacus & est, & habetur: cuius & aliorum sanctorum, inprimisque sanctissimae eiusdem virginis Mariae meritis sperandum est, Philippum Regem fore perpetuo felicem, florentem, & beatum. Sed redeo ad Didacum, qui crucem Domini etiam praecipua, atque insigni amplexus est veneratione: ita vt non modo viuens de ea, quam tantopere colebat, hymnum dixerit. Eius amore acriter inflammatus, toto animo ad meditationem, attentissimus, corpus verberibus mirabilem in modum affligebat. Illam autem ob oculos fere semper habebat, vt assidua cogitatione repereret vulnera, conuicia, dolores, cruciatus, & sanguinem tanta largitate profusum Christi Domini, cui totum se dederat. Crux in omni contra demonem certamine sibi praesidium erat, in morore solatium, in omni vita firmamentum, ac spes. Cui cum tantopere consideret, omnium aegrotantium, quicunque ex Oppido Compluto, & ab alijs vndique locis ad eum confluebant, quorum erat multitudo penè innumerabilis, morbos etiam insanabiles, curabat signo Crucis, quod lampadis Beat. Mariae virginis oleo efficiebat. Haecenus de eius deuotione, nunc dicendum est de simplicitate vitae & doctrina infusa.

C A P. T. XIII.

Vita simplicitas.

Vit fuit Didacus simplex: nimirum à malicia purus, & integer. De nemine enim vnquam se male sentire, aut opinari ostendit: sed aliorum dicta, facta, & cogitata, suis metiebatur. Quaecunque aperte mala non erant, in meliorem partem accipiebat omnia, vt homo diuinitus columbina quadam simplicitate imbutus, de qua Christus Dominus. *Esusque, inquit, simplices, sicut columba.* Ex suspitione igitur haudquaquam temere quemquam reprehendit; cum eorum, quae in oculis animi latebris latent, Solus Deus scrutator sit, ac iudex, alius praeterea nemo. Simplici autem, & aperta via, iter

Crucem Domini singulariter veneratur.

In meliore parte curae interpretatur, & cu riositate vitat.



huius seculi faciens, quod simplex, verum, sincerum, & rectum, videbatur, in eo totus euigilabat, vt maxime sequeretur. Simplici, & recta diuinorum fide contentus, illa tantum cogitabat, & meditabatur, quae praeceperat Deus. Eam ob rem a multiplici, & varia illa curiositate, vel nouis rebus audientis, vel factis alienis indagandis ponitur, vsque adeo abhorrebat, vt nunquam in omni vita verbum, ne otiosum quidem, nedum iniuriosum ab illo quicquam audiret. Si quid rursus, detrahendi causa maledice, contumelioseque ab aliis dicebatur, id nunquam passus est, se auditione accipere. In simplicitate autem, puritatis cordis recte ambulante, e studiis illius Spiritus Sanctus: qui in eo residens, legis diuinae decreta in eius visceribus, & animo descripsit. Verum tota res mox infra enarrabitur.

CAPVT XIV.

Doctrina eius infusa.

Erant is literarum rudis, ideo nullis sacris Ordinibus initiatus, simplicis religiosi, & fratris, vt dicunt, laici vitam in Ordine Minorum egit, sed Spiritus Sanctus est, qui diuinis virtutibus animum eius imbuit, qui sapientem efficit, & eloquentem. Nolite cogitare, inquit Christus Dominus, qualiter, aut quid respondeatis. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Is omnis eloquentiae expers, tanta erat imbutus suauitate sermonis, vt illius vi omnes pelleret animi aegritudines: omnesque cuiuscunque Ordinis homines, ad se conuenientes, etiam varie affectos recrearet, mirificeque consolaretur. Certis literarum monumentis ad posteritatem proditum est, vitium quendam melancholicum, qui vehementer animi cruciatu, angebatur, quique etiam corporis morbo languescere, atrabilis vim, & doloris acerbitatem sensisse mirabilem in modum minui colloquio, & congressu Beati Didaci. E cuius manu etiam, cum aliquod vel exigui cibi sumebat, tanta se dulcedine perfusum esse, asseueranter dicebat, vt illud, tanquam pabulum quoddam caeleste sibi videretur. Luce diuini Spiritus cum frueretur, Christianae doctrinae praeceptis, & institutis, quae ad vitae salutem necessaria essent, cunctos imbuebat: mysteriaque ipsi fidei dilucida explicabat. Quo factum est, vt plerique ab eo eruditi, normam viuendi meliorem in posterum susciperent. Non ab illis, qui sibi variam, & multiplicem sapientiam olim arrogauerunt, Gorgia, Platoneque aut ab Aristotelica schola scientiam hausit; sed a Cruce Christi Domini, in qua omnes opes verissimae sapientiae consistunt. Ad illius disciplinam Paulus Apostolus omnes inuitat: neque quicquam se aliud scire profertur; Ego, inquit, in Epistola ad Corinthios, non sum arbitratus me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc Crucifixum. Didacus, qui literas minime norat, & si ad nullas disciplinas erat eruditus, miras tamen progressionem habebat in doctrina Crucis Christi Domini, quam exemplo Apostoli proferebatur. Quare in illius studio cum omne vitae tempus consumpsisset, clarissimam admirandae sapientiae vim explicatam, atque euolutam, & dictis, & factis ostendit. Cuius rei illud exemplo est, vt diuinis de rebus optime differeret, & quaestiones longe omnium difficillimas mira scientia incredicaret. Eius quidam amicus, homo Conchenis, artium liberalium vsu longe peritissimus, cum neque Salmantiae, neque Literae Parisiorum, neque vsquam, vbi Academiae florent, quemquam, vel praestantissimum, eruditione virum, nactus esset, qui sibi aliquot partem de Theologia, partim de aliis disciplinis locos, obsecrante moluit explicaret: Didacum vnum inuenit, qui illos diuine aperuit. Id testi-

Ad eum aduenientes mire confolatur.

Quaestiones difficiles soluit.

monium ei praebent item alij non pauci, eruditi, & doctrina exculsi viri. Sed vnde tantam non modo sapientiae, sed eloquentiae vim sit consecutus, iam est ostensam. Nunc exponamus reliquum eius vitae cursum.

CAPVT XV.

Eius vitae cursus, & obitus.

Iam ex ijs, quae narrata sunt, facile intelligi licet, Conuentus, & loca, vbi virtutum suarum vestigia Beatus Didacus impressa reliquit. Cum autem ab vrbe Roma, anno lubilei confecto, in Hispaniam vltiorem rediit: ad Prouinciam Castellae profectus, in Conuentu Sanctae Mariae Saliceti exiit, b. euique tempore mansit. Est ille antiquitate nobilitas, & quasi seminarium, vnde vberius familiae Franciscanae fructus prodierunt vsque ad vltimos orbis terrarum fines. Sanctae Mariae autem Saliceti nomen accepit, quoniam illius nomine, altare in Salicis arboris trunco, duorum militum Hierosolymitanorum pietate iam primo extructum est. Plures aluit, & religionis, & doctrinae laude claros viros Deoque charos, quam alius illius omnis Prouinciae Conuentus. Inde vero tandem, socio, & comite F. Rodriguezio Nonnio Complutum Beatus Didacus migravit ad Conuentum Beatae Mariae de Iesu: vbi reliquum huius vitae curriculum consumpsit summa cum sanctitatis laude. Eo tum primum tempore Alphonsus Carrillus, Toleti Archiepiscopus, ex summi pontificis concessu, illum opere factis amplo exaedificare cepit: vbi postea fratres centum sustentabantur: quorum saltem quadringenta, operam Theologiae scholasticae studio, ex Sanctae Bonauenturae doctrinis darent. In hoc Conuentu annos Duodecim, vel tredecim Didacus vixit. Tantis autem sanctitatis odor, ex illo afflatus, tunc in omnes Hispaniae partes se diffuderat, vt mirus factus sit ad hominem Dei concursus. Veniebant alij, vt rerum diuinarum, de quibus se monem semper instituebat, cognitione imbuerentur: alij, vt sibi vel ad necessitates, vel ad morbos depellendos aliquid subsidij consequerentur: alij, vt eo adiutore, & deprecatore vterentur ad opem, & misericordiam Dei implorandam. In ijs testis est, qui affirmat, ac profertur, se, quo tempore aliqua difficultate premebatur, nunquam illum auxilij causa adiuisse, quin, eo Deum precante, habuerit, quod sibi necessario tempore pie expetendum erat. Tam certa denique erat sanctimoniae opinio, quam in omnium animis conceperat, vt, cum pagos, viros, aliaque loca Eleemosynae causa obibat, agricolae cum primum eum aduentantem aspiciebant, mutuum quendam clamorem excitando, inter se dicant: *En vir Sanctus adest.* Hac eximia laude Didacus vbique florens, cum vitae huius stadium cucurrisset: tempus iam venit, quo ob merita reciperet coronam iustitiae, quam Deus repromisit diligentibus se. Itaque senio, ieiunio, abstinentia, vigiliis, omnique corporis cruciatu, quem sibi frequentissime adhibuerat, maceratus, & penes confectus morbo laborare incepit ex suppuracione quadam, quam in brachio sinistro prope manum habebat. Et quamquam morbi purulenti, qui sanie rabelescens, acerbissimum inurebat dolorem, vi intima torquebatur: tamen vsque adeo illius cruciatum tollerabiliter pariebat, vt in summo dolore patientissimus, excitaretur apud admirandam in credibilibus patientiae, qua illam suppuracionem ferebat, difficilem toleratu. Id habebat proprium, vt aegrotacionum, quibus penes astitit in omni vita varie vexabatur, acerbitates perferret admirandam animi, corporisque tolerantia: suppuratio autem, ex qua grauiter nimis aegrotabat, per medicamentum tandem ruperat, magnam puris, & saniei copiam effudit, quae non male, vt solet, sed bene purius ac suauiter olere

Sanctitatis opinione apud omnes claret.

videbatur.

Esse asseparatur.

Obit.

Ingens conueniens ad eius Cadaver.

videbatur. Ea incommoda valetudine aliquamdiu afflictus, interdum: ta e corporis sensibus, ad animi contemplationem rapiebatur, vt mortuus putaretur. Deinde ad se rediens, eas voces emittebat. *O quam suauis illi flores Paradisi.* Tum fratres omnes accurrerant, eorumque vnusquisque cum primum ad illu accesserat, hoc maxime petebat, vt pro se Deum ille precaretur. At ipse p. eces eorum summopere expetere non desistebat. Vbi demum horam instare vidit, qua ex hoc seculo migraret, vt Seraphicu Patrem Franciscum, etiam in ipso obitus momento imitaretur, vestem viliozem, & cingulum sibi affertit. Quibus mox indutus, omnes, qui aderant, suauiter, pieque alloquendo, offensionum ab ijs: veniam profulsis lachrymis petiit. Demum vtroque brachio sublato, et si alterum antea vi morbi tabuerat, Crucem, quam ad caput habebat, amplius, saepiusque omni intimi animi pietate exofcularus, animam Deo reddidit, cum illa hymni verba de Cruce Domini protulisset: *Dulce lignum dulces clauos, Dulcia ferens pondera. Qua sola susti digna, portare Regem Caelorum, & Dominum.* Obiit igitur Compluti in conuentu Ordinis sui, Anno a Christo nato 1463. pridie Idus Nouembris, die Sabbato, nocte sequenti. Peruulgato sancti viri obitu, ad eius corpus visendum concurrunt maxima multitudo populorum finitimorum, & praesertim Cuium Complutensium omnis generis, aetatis, & Ordinis. Hic mira pietas visa est hominum, illud tan gere, & exofcalari cupientium. Omnes certatim paululum vestis, aut cinguli habere: alij capillos carpere contendebant, vt reliquiarum hominis Dei aliquid apud se retinerent. Nemo autem fere quisquam tunc exiit, qui auripileum, aut Orationum libellum, aut salutationis Angelicae coronam corpori praerudentis erga illum pietatis studio admoueret. Posti die qui dies Dominicus fuit, mane corpus in Ecclesiam illatum, frequentissimo populo sepultum est. Aliqua tamen nocte diuinitus facta narratur, ex quibus tanti viri sanctitatis splendor vbique collucescere videbatur. Verum iam locus est, vt aditum ad miracula faciam, quae & in via, & post obitum in seruo operatus est Dominus.

Miracula Sancti Didaci.

Pleni sunt sacri, Ecclesiasticique Annales miraculis sanctorum, in quorum laudibus perpetuus est Catholicae Ecclesiae cursus. Elae pallio, Iordanis fluuii aqua diuisa est: ipseque aluceum sicco pede transiit. Moyses, & Aaronis virgines non in Aegypto solum, sed in populi peregrinatione, miracula edita esse, sacrae literae loquuntur. Constat S. Iosephi Patriarchae, qui iam pridem obierat, corpus prophetaesse: & solo reliquiarum Elisae contactu, mortuum in eius sepulchrum illatum, a morte ad vitam esse reuocatum, & alia multa diuinis veteris testamenti monumentis consignata sunt. Nouum autem testamentum in ijs, quae fecit Christus Dominus, exponendis, praeter caelestem doctrinam, quam docuit, versatur. *Multa quidem, inquit, Ioannes Euangelista, & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quae non sunt scripta in libro hoc.* Miracula ab Apostolis longe etiam maiora prodierunt: quia ipse dixerat, *Amen, Amen dico vobis; qui credit in me, opera, quae ego facio, & ille faciet, & his maiora faciet.* Resque testatissima est ex Actis Apostolorum. Dixit autem Dominus: *Si crederitis, dicetis huic monti. Transi hinc, & transibit.* Quod miraculum Sanctus Gregorius Pontifex commemorat de Monacho sui temporis, qui Oratione rupem mouit: & tunc Gregorius Nissenus de Gregorio Neocaesariaensi; quem ob rerum admirabilium magnitudinem, Graeci *Thaumaturgum*, nempe miraculorum effectorem appellant. Probatissimi historiae Ecclesiasticae Annales abundant narrationibus miraculorum. Euse-

bium. Palladius. Theodoret. & alij Graeci in ijs ipsis frequentissimi sunt, praesertimque Chrysostomus in vita beati Babylae Martyris. Latini autem. Sancti Ecclesiae Doctores. Hieronymus in vita Pauli primi Eremitae, & Antonij, Athanasium secutus, & in vita etiam Hilarij: Augustinus in Libris de Civitate Dei, in sermonibus, in libellis de S. Stephano Protomartyre, in Libris Confessionum; Ambrosius in vita Beatae Agnetis: sed vnus instar omnium esse potest Gregorius Magnus, qui libros confectit de rebus recens aetate sua mirabiliter gestis. Sed iam non a est cur rem longior m faciam, cum nemo neque ante, neque postea, nec vero vlla vnquam aetate vitas sanctorum hominum literis mandauit, quin eorum miracula, non mentis consignata esse voluerit. Sunt enim illa non modo, quemadmodum in initio narratum est, ad bonitatem Dei demonstrandam insignia: sed ad fidem corroborandam, & augendam valde in omnes partes vtilia, maximaeque accommodata. Si quis Annalium de Martyribus memoriam replicat, facile animaduertit, infinitam hominum multitudinem ex miraculorum narratione fidem suscepisse. Eae enim, quasi voces praeclearae, plenaeque significationum, religionem Christianam praedicant, & resurrectionem mortuorum confirmant. Ob eam rem fuit olim id in more positum, vt miraculorum libelli frequentissimo populo ab Episcopis recitarentur: id quod ex Sancto Augustino animaduerti potest. Neque autem illa sunt solum a gaumento, quanta sancti pietatis coli debeant, quorum nomine ea Deus operatur; sed maxime ad Christiani nominis, populique gloriam ea ipsa pertinent, quae quo latius propagantur, hoc magis boni gloriantur, & maligni nominis cruciatu, & labe quadam contrahescunt. Cum igitur beati Didaci vitam certis capitibus distinctam, super us comprehensi sumus, sequitur, vt miracula eius exponamus, exemplo sanctorum ducti, qui tantam illorum rationem habuerunt, quantum ad gloriam Dei illustrandam, aliaque publicas Ecclesiae vtilitates habere oportere demonstratum est. Quia in re haeretici, qui fidei Catholicae summam omnino conatu conuellerent student, cum antea semper iam iade, vsque ab vltimis illis religionis Christianae temporibus, tum maxime in hac recentium haeresum tempestate nos exagitare contendunt: in eoque magis euigilant lucubrationibus, vt fidem labefacerent, acque infringant miraculorum, quorum splendore perpetuo collustrata est Ecclesia Dei. Itaque eo studiosius in suscepti muneris curam incumbatur, necesse est, quo magis illorum insidiae intentae apparent. Fuerunt olim in eo frequentes, vt sanctorum vitas, vel confictis argumentis ipsi conscriberent: vel ab aliis scriptas, veteratoria quadam, haereticaque deprauandi arte corrumperent, ac falsis narrationibus contaminarent. Quorum fraudi, ac dolo obuiam itum est sacro praesertim Canone, quem Gelasius Pontifex in Concilio Romano tulit. Non defuerunt praeterea, qui miracula praecise negant. Na isti perspicue mendaces sunt. Vt enim mentiantur, qui nullam in Oceano aquam, aut nullum in sole lumen esse dicunt: sic qui proiecta audacia, negant in Ecclesia Dei esse miracula: a re vera, & certa, quae oculorum aspectu cernitur, plane aberrant. Eit cum istorum male sentientium coercenda impudentia, tum bonorum, & piorumque hominum studium excitandum. Id iam nunc faciendum est commemorare miracula Beati Didaci. Ea autem nando prosequemur, noti quae aliquo modo apocrypha, quaeque in obscuro lateant, sed quae omnis fere Hispaniae vobis in apertum prolata, & ubi signatis publicis tabulis testificata, magnorum, ac summorum virorum sermonibus praedicata, & omnium pene, praecipue Complutensium, ac Pole-

Miracula SS. olim ab Episcopis populo narrabantur.

torum Civium, iam diu firmata consensu, nullam ancipitem asserere possunt scribendi curam. Mirabilis fuit Deus in Didaco sancto suo magnitudine & multitudine miraculorum, quae edidit numero centum triginta, & amplius. Non nostri muneris putato, omnia, singulaque recensere: sed quae aliquo nomine illustria sunt, & quae in primis, sacrosancta Sedis Apostolicae auctoritate, mature comprobata, animum exsuscitant, ad ea, luculente scribenda.

Corpus eius defunctum spirat suavem odorem.

§. 1. Primo: quod de Beato Hilarione Abbate, Sancti Hieronymus scriptum reliquit, de Bitidum Didaco testatissimum est, atque compertissimum: ex eius mortui corpore miram odoris suavitatem esse ita afflatam, ut, cum cubiculum totum repleverit, tum omnes etiam, qui praesentes aderant, delectatione perfunderit. Nemo autem diiudicare poterat, unde tanta odoratorum vis dimanaret. Sed illud commemorabile est, atque admiratione dignissimum, eam odoris iucunditatem sensu percipi nequaquam ab ijs potuisse, qui teris peccatorum sordibus sese inquinassent. Vbi vero de ijs recte confessi sunt: gratissimam inde odorem senserunt.

Flexibile est.

§. 2. Eius corpus ieiunio nimio, abstinentia, & inedia, nigroris speciem praeserens, candore post obitum reluxit: vultus illius non mortui, sed viventis, artus, & articulorum, manuumque commissurae flexibiles, ut sequeretur quocumque verteretur. Neque vlla corporis pars, cum mortua caloris est expertis, obrigit, ut hominis cadauer obrigescere solet.

§. 3. Quarto die corpus exhumatum tantum absuit, ut foede putresceret, ut mirificas odoratorum afflaret: etiam si nullis vnguentis delibutum, aut balsamo conditum in sepulchrum traditum esset. Multos autem post exhumationem dies in sepulchrum odorem suavitatem semper exhalavit. Aliquando ita deum accidit, quo praesentim tempore ad eius sepulchrum sit aliquod insigne miraculum.

Sed cum ingens sit numerus rerum admirabilium, quas is diuinitus gessit illas narratione contexamus non sine Ordinatione. Primum de miraculis dicemus, quibus in vitae huius stadio claruit: deinde vero de reliquis, quae praecedunt, & meritis servitui Deus facere non desit, iam inde, a qua die obiit usque ad haec tempora, quibus illius sanctitatem diuina benignitas illustriorem reddidit tam admirandis operibus, quae narranda sunt.

Pauit eum Dominus aliquando in solitudine, quemadmodum Eliseum, Paulum Eremitam, & alios feruos suos.

Morbos autem insanabiles, quos diuine curavit, solo tantum Crucis signo, difficile est, atque longum nimis enumerare: sed illud asseueranter dici licet, eorum curatione ubique excitatam ita esse admirabilitatem nominis sui, ut magnus ad eum concursus fieret.

§. 4. Hispalim cum iter Beatus Didacus haberet, ad hominem diuerit fatrum Ordinis sui hospitium. Erat in vicinia mulier, quae praenopia familiariam exercebat, ut se suamque familiam sustentaret. Habebat haec filium, annos septem aut amplius natum, qui matris, ita cuncta exaudirentis, acerbiter metuens, saepe numero aufugere solebat. Is quodam die veniens coesus, domo abiit: neque est ante diem Dominicum reuersus. Tum vero timens, ne a matre acerbiter iterum vapularet, in flumen sese abdidit, ubi somnus eum artissime complexus est. Eo loci puerum iacere, cum illa ignoraret: postero die, qui dies feria secunda fuit, ante lucem surgens, ignem admoxit far-

no. Qui tam celeriter flammis exarsit, ut simul & puer horribilem in modum clamaret, & fornus ignesceret. Eo acerbissimo filij casu mater morsa, ac marenis, cum non esset, qui sibi opem ferret, gemitu, et iulatuque lugubri, & vociferatione muliebri viciniam replebat, auxilium expetens. Cui Beatus Didacus, bene iuuante Deo, obuiam factus, re audita, mulierem consolatur, bono animo esse iubet, hortaturque hoc maxime, ut ad Ecclesiam, quam primum prope festinet. Vbi ad Beatissimae Virginis Mariae altare supplex, filij salutem ei misericordiarum matri intime commendet. Recte monenti paruit illico mater, pueri periculo consternata: tum continuo Beatus Didacus, & focus, ad furnum profecti, lignis, & sarmentis incensis, illum ab omni plane illo ardore incolumem inuenerunt. Ob rei admirabilitatem ad sacram aedem, ubi mater precabatur, illum perductum, ab his vestibus Canonici induerunt in honorem Beatissimae virginis: nemoque aderat e frequenti populo, qui illum curiose non spectaret, tanquam e media morte mirabiliter ereptum. Sacellum autem, quo is, ab incensione liber in omnium conspectum adductus est, magna in veneratione esse deinceps cepit: cum multa praesertim miracula, B. Didaci gratia, Deus postea fieri sibi voluerit.

Puer a fornicis incendio servatur.

Miraculorum Beati Didaci fama percrebuit, & in ore sermoneque omnium coepit esse. Sed non deerant, qui illa praesertim negarent: M're tamen, ac diuine factum est, ut iisdem palam, publiceque illa faterentur, & commemorarent. Idque planum ex ijs fiet, quae mox exponam.

§. 5. Maria Barahona Garfiae Civis Complutensis filia, aliquot post obitum illius Beati viri diebus, in sermonem vna cum aliis mulieribus de eius miraculis incidit. Forte praesens aderat, Alphonsus quidam Gonzales, sacerdos; qui illa cum audiret, se non credere dixit, etiam si eadem valde confirmaret Apostolorum Princeps, Petrus. Dum haec temere dictabat, quoddam Beati Didaci tunicae fragmentum exiguum in manu habebat, quod multo sudore manans, manum aqua madescit. Res admirabilis cum cerneretur: continuo in fragmento simul & in manu aqua sudoris aruit. Eius rei admirabilitate, tum Maria, & caeterae mulieres obstupefactae sunt; tum vero sacerdos commotus, aperte, asseueranterque dixit, se plane credere, quae de B. Didaco miranda narrantur.

Alia diuersi generis miracula censentur meritis B. Didaci facta.

§. 6. Ioannes de Guadalajara, homo Complutensis, aliquando cum aliis Civibus Complutensibus colloquium de miraculis habuit, quae Beati Didaci prece Devs operabatur. In ijs Ioannes cum haesitaret: domum reuersus, dum noctu somnum capit, derepente in cruce prope genu ita vehementer dolore cruciatur, ut clamores, & gemitus ederet miserabilem in modum. Iam pridem nimirum quindecim ante annis ea in parte vulnus acceperat: neque antea vnquam, ne leuiter quidem, nisi tunc primum doluerat. Eo cruciatur exarsit tota nocte, & postero die mane, quousque ad Missam sacrum accessit. Cum autem ad Chori altare stabat, tum repentini doloris impetu victus, non modo stare non potuit, sed necesse habuit, humi stratum iacere: tum in mentem statim venit causa, quamobrem plagae, quae tantidiu obducta erat, acerbiter sentiret. Qua recollectione excitatus ad Beati Didaci sepulchrum, ut aegre potuit, se contulit. Eo loci Devs in hoc intime precatus, ut ob illius merita sui misereretur, doloremque sibi vniuersum adimeret, quo acerrime torquebatur, tum ubi paululum orasset, magnam in cruce vim ca-

lo is sensit: quo diuinitus a doloris liberatus est cruciatur.

§. 7. Aluarus Gaa, homo Lusitanus, Archiepiscopi Tolerani familiaris, commiseratione ductus ancillae, quae domi suae cum marito habitans, filiam paucis ante horis mortuam, miserabiliter lugebat, eam consolando monet, ut ad B. Didaci, cuius tunc miraculorum nomen maxime increbrescebat, sepulchrum, puellam deferret, id a Deo precans, ut ob eius merita filiam ad vitam reuocaret. Pie momenti, cum illico obtemperasset, domum puellam, quam mortuam inde extulerat, viuentem, ac validam reduxit.

§. 8. Homo quidam in Oppido de Agreda natus, oculis omnino captus, omnino sermone, diffusa celebritate miraculorum, quae beati Didaci meritis, & precibus Deus efficiebat, multis locis medicum, cuius virtute lumen recuperaret, se conquisivisse dixit, hic tamen illum inuenio, qui a caecitate me diuinitus liberavit. Ad sepulchrum igitur beati eius viri accessit, cuius manum oculis cum admouisset: eorum sensum, cuius omnino expertis erat, diuinitus recuperavit.

§. 9. Filios duos caecos, pater quidam, in pago de Corlon natus, ad illius monumentum adduxit: ubi paululum terrae e sepultura cum excepisset, lorum confecit, quo eorum oculis obliniuit. Id pura fide cum pater effecisset, liberi restituti sunt ad integrum oculorum sensum.

§. 10. Constantia Mendocia, Didaci Lopez filia, menses quinque febris grauius laboravit: a qua diuturna, & periculosa aegritudine liberari nullis etiam assiduis medicorum curationibus potuit. Itaque cum B. Didaci miracula, quae tum frequentia erant, auditione accepisset: ad illius monumentum, cum adhuc febris aestuaret, aduensa, ac Deum precata, ob viri illius beati merita valetudinem pristinam, ita recuperavit, ut febris, cuius aestu, aut horrore vehementer vexabatur, ne commotiuum quidem vllam, vel minime in posterum senserit vnquam.

§. 11. Hieronymus homo Segobienis 5. & 10. quoque die, ita grauius morbo comitiali afficiebatur, ut mortuus putaretur. Fama ductus miraculorum Beati Didaci, vouit, se ad illius Sepulchrum vigiliis esse acturum. Quo voto pie nuncupato, statim morbum euasit: neque se in posterum ab eo tentari sensit.

§. 12. Petrus Philippus, & Catharina coniuges in pago del Fresno nati, filium habebant febris grauius aegrotantem. Quae febris is quodam die cum vehementer aestuaret: praestitu dum clamorem, gemitumque magnum edidit, vocis vsurpauit, neque cibum deinceps capiebat, nec vero capere poterat. Quamobrem desperata eius valetudine, parentes cum Beato Didaco commendarunt: cuius coelesti apud Deum auxilio confestim locutione recuperata, a febris etiam conuulsi.

§. 13. Ioannes Sanchez, familiaris Principis Oppidi Sancti Iuliani, tres ipsos menses ex tumore pedum laborabat: eamque ob rem incedere, aut stare nullo modo poterat, nisi baculo nitebatur. Auditis rebus Beati Didaci admirandis, quae omnium sermone celebrabantur, ad illius sepulchrum se aduelli voluit. Ex voto triduum ibi mansit: in singulisque dies eo nomine Missam celebrandam pie curavit. Dum autem fixus in Oratione versabatur, a pedum tumorem morbo, se mirabiliter liberum vidit, ac profectus est.

§. 14. Vir quidam, genere nobilis, elephantiasi morbo foede infectus, ad Beati Didaci monumentum delatus; multos ibi dies in lecto iacuit, potu a-

qua vsus, qua manus ille abluere consueuerat: factum est, ut contra omnium spem, ab insanabili eo contagio conualerit.

§. 15. Henricus Quartus, Castellae, Rex, & filia, aliquo post beati viri obitum, spatio temporis, grauius aegrotarunt. Factum est, volente Deo, ut, quoniam nullis medicorum remediis praesentibus sanarentur, prece, ac meritis B. Didaci valetudinem pristinam recuperarent. Cuius diuini beneficij Rex memor, i filius nomine Sacellum impense extruxit: ubi eius corpus intra arcam ferream pie recondi iussit.

§. 16. Ioannes de Soro Catharinam filiam habebat, ex pustularum morbo periculose laborantem: cuius etiam morbi vi iam puella, cum oculorum sensum amiserat, tum vero cibum sumere nequaquam poterat. Eius salute desperata pater, rerum mirandarum Beati Didaci commemoratione excitatus, continuo supplex ab eo petiit, ut filiae incolumitatem a diuina benignitate deprecaretur. Quod si impetraret, vouit se nocte vna ad eius sepulchrum vigilaturum. Abiit inde pater, ubi puella, morbo percussa iacebat, postea vero quam rediit, reperit eam a malo liberam, integreque vrentem sensu oculorum: quo patrem intuens, hilari vultu illum salutauit.

§. 17. Catharina Martinez, mulier Hispana in pago Duron nata, cum prope fontem quendam esset, repentina vi quadam morbi, paralytica, mutata, ac surda euasit. Quo triplici morbo tres ipsos menses vehementer laboravit. Ad Beati Didaci sepulchrum aduensa: dies nouem ibi vigilias egit. Cum vero semel manu illius beati viri, instar Crucis signaretur: diuine factum est, ut membrorum omnium vsus continuo recuperaret. Pedibus suis incescit, aurium sensu audiuit, & absque vlla lingua haesitatione, aut impedimento, ne minimo quidem, locuta est. Immo libere primum, Vicario praesente, ea verba protulit. L A S C H R I S T O I E S V.

§. 18. Adolescens quidam, annu vigesimum aens, ab improbo spiritu obsessus, ita horribiliter exagitabatur, ut cum quotidie saepius in terram cade et, se ad puteos praecipitem ferri cecidit. Adductus igitur ad Sacellum, ubi Beati Didaci corpus pie asseruatur, aliquot post diebus, quibus eo loci mansit, ab illius vexatione aestuque est mirifice liberatus.

§. 19. Didacus Lorca, spiritus impuri, quo miserabiliter vexabatur impetu saepe numero in terram ita abiciebatur, ut horae spatio prorsus omni sensu careret. Quo cruciatur aegre afficiebatur: eamque ob rem mallet se mori, quam ita dolenter, atque acerbè viuere. Ad Sacellum igitur Beati Didaci, cum nullum aliunde remedium inuenisset, se peregrinaturum, discesque nouem commoraturum vouit. Eo profectus illius spiritus nequitia, & impetu haudquaquam liberari potuit: propterea ad Conuentum Beatae Mariae de Guadalupe rediit, unde proximè discesserat. Tum a propinquo rogatus, an qua debuit fixa animi pietate, sinceraque fide se Beato Didaco commendasset, id minime a se factum respondit. Quare monitus, ut ardentiori deuotionis studio opem eius imploraret, pedibusque nudis ad Sacellum incederet, monentis propinqui consilio paruit. Quo factum est, ut quodam die flexis genibus, cum intimente oraret, a spiritu nequissimo, omnique malo repente liberatus sit diuinitus.

§. 20. Maria, vxor Ioannis Flores, diaecesis Toletanae, ex partu insanit: ita a mensis statu depulsa, ut stulte, & furenter ageret omnia. Eam ob rem menses duos vinculis ferreis astricta tenebatur. Coniugis miseratione commotus Ioannes, votum



nuncupavit, ut ad Beati Didaci monumentum eam adducat. Cum autem voti sponfionem prastare maxime cuperet: venit una cum altero, quem sibi focium adhibuerat ad locum, ubi catenis constricta erat. Mirum, ut, voto facto, illam inuenit non modo non furenter infantem, quem admodum antea, sed quæ placideque confidentem. Ad sepulchrum igitur beati viri ex voto perducta, dies decem ibi commorata, tandem illius prece, ac meritis, ad mentis sanitatem rediit.

§. 21. Antonius Frances, Isabellæ Reginæ familiaris, mentes circiter octo, ita febri grauiter vexabatur, ut totius corporis dolore, misere cruciaretur. Tam diuturno morbo, & cruciatu se medicina liberari non posse, experiundo cognouit: voto nuncupato ad beati viri sepulchrum, se adduci voluit. Vbi dies nouem cum vigiliis egisset, per illius merita, D E V M de salute precatus, in dies singulos meliuscule se habere incæpit, vsque adeo, ut inde discesserit, bene à morbo confirmatus.

§. 22. Igni sacro, morbo acerrimo, quem *Santi Antonij* nomine vulgo vocant, vir quidam acerbissimè afflicto, ad illius beati viri monumentum intima pietate ductus, venit: ubi cum arcam, in qua eius corpus reconditur, brachio tetigit, ab eo morbo statim conualuit.

§. 23. Maria, in Oppido de *la Parra* nata, puella ætate septem circiter annorum, oculis capta, ad Sacellum beati Didaci à patre aduecta, triduo ibi cum mansisset, videndi sensum non recuperauit. Vbi vero inde cum patre abiit, dum torrentem transit, patrem sic affatur; *Video Pater mi: beatus enim Didacus oculos mihi aperuit: tumque se cernere dixit, & Complutum, & caminos fumum emittentes.* Postea vero integre vsa est oculorum aspectu.

§. 24. Beati Didaci precibus homines tres, qui præ maxima morbi vi obiotant, à morte ad vitam reuocati, ad eius monumentum aliquamdiu euigilarunt: ubi sunt publicè palamque testificati omnibus, tanti miraculi magnitudinem. Cuius rei illud certissimè est argumentum, quod linteam idem induerunt, quo, ut in Hispania moris est, inuoluti, ex vita hac migrantes, in sepulchram inferuntur.

§. 25. Alphonfus Martinez, nocte quadam, dolore cordis derepente affectus, cruciabatur maxime. Quo in cruciatu sibi corpus inflammati, & intestina dilacerari v. debantur. Itaque magnopere metuit, ne illa animi acerbitas, quasi tabicæ canis aliquando fieret. Confugit piè ad Beati Didaci monumentum, cuius patrocinio cum intimè se commendasset, continuo ab illo animi iuore conualuit. Ex capite autem cum deinceps magnopere doleret, eodem remedij causa se recepit, ubi genibus flexis opem per illius merita à Deo precatus, nullum deinceps dolorem sensit, odore etiam afflatus, quem inde suauissimum percepit.

§. 26. Mulier quadam Hispaniensis, annos triginta nata, iam septem & decem mura, ad beati viri sacellum perducta, vigiliis nouem ad illius sepulchrum cum egisset, corpori demum proxime admota, ubi elinguis erat, confestim loqui cæpit. Tum omnes, qui aderant, rei admirabilitate obstupescit, gratias Deo ingentes egerunt, quod rem tantam oculis suis spectassent.

§. 27. Melchiora Aquilar, diuturno morbo languelcens, demum in paralyfim incidit; quæ nullis medicamentis curari potuit. Ad Beati Didaci Sa-

cellum euecta, qua primum nocte eo ingressa est, dum in matutina hora euigilabat, tanto sudore manauit, ut guttatim deflueret. Deinde quadam animi defecione cum mortua putaretur: paulo post ad se rediens, integram valetudinem mirabiliter recuperauit.

§. 28. Dominicus Fernandez, in pago de *la Vniuela* naus, cruribus debilitatus, nullam in partem se mouere poterat, nisi aliena ope adiutus. Ad beati viri sepulchrum iumento uectus, ubi quadriduo mansit, D E V M de valetudine ob Didaci Sancti merita precatus, subito conualuit.

§. 29. Maria Garfia, femina nobilis, nurum Catharinam habuit, cui parturienti certum ex partu periculum impendebat, propterea quod infans, in utero transuersus, vnum tantum pedem inde extulerat. In tanto puerperæ discrimine illa commeminit Beati Didaci, qui tunc miraculorum claritate splendebat. Recreata igitur aliquantulum ex spe, quam in illius beati viri meritis habebat illico vestis, qua insidurus fuerat, exiguum fragmentum, paulumque terræ, qua corpus contegebatur, afferri iussit. Rem vnam, & item alteram nurui admonuit: quæ statim puellam peperit, mortuam illam quidem, sed ipsa periculo liberata fuit. ex tanto autem miraculo focus etiam puellæ vitam restitui præ fidei ardore à Deo petere confisa, venit, si id impetrasset, Sacello Beati Didaci se dierum nouem vigilas acturam. Voti compos facta, puellam, qua horis quatuor mortua manserat, cum reuixisset, in sacro baptismi fonte Mariam suo nomine vocari voluit.

§. 30. Martinus Fernandes in Oppido *Aluata* natus, febri grauiter ægrotans, in mortis periculo adductus, iam penè mortuus putabatur. In eo statu cum esset, liateo inuolutus: cui coniunx tum flebili, alaque voce, *Martine inquit, de valetudine tua votum feci, cuius sponfione obligor Deo, te peregrinaturum ad Sacellum Beati Didaci, ubi in oratione euigiles: quamobrem cura, ut valeatior sis.* Hæc vix dixerat, quod ille liateo, quo inuolutus erat, sese explicans, voce respondit hominis non animam agentis, sed viuentis: sicque mirabiliter ex morbo conualuit.

§. 31. Ex intestinis, doloreque stomachi homo quidam Conchenfis grauissime laborabat, vsque adeo ut mori metueret. Beati Didaci, quem in hac vita olim familiariter notat, precibus se intime commendauit: statimque è graui morbo euasit. Illud præterea testis est, neque se, nec vero quemquam familiaritæ ad vllam corporis inualetudinem adhibere vnquam medicum: sed si quando in febrem, aut in aliquem morbum incidit, Beati Didaci precum ope se, suosque ab omni ægrotatione liberatos esse.

§. 32. Leonara Consalez, femina Hispaniensis, febri periculose æstuans, votum nuncupavit peregrinationis ad Sacellum Beati Didaci. Quo voto facto confestim à morbo conualefcens, ut illud solueret, eo venit; ubi, cum vix pedem illuc intulerat, in febrem incidit. Admirata mulier, quid causa esset, cui sibi aliter, atque aliis è morbo laborantibus succederet: qui, tantum abest, ut malis recentibus afficiantur, ut veteribus omnino liberentur. Id aliqua culpa sua factum, animo cum reparet: Arabicè scriptam se, quamdam Schedulam habere meminit, quam ubi legi iussit, demonum nomina, literis consignata, in ea esse compertum est. Inflammati quamprimum eam mandauit: sicque continuo febris discessit.

§. 33. Petrus Damirez, ex Pago Sancti Adria-

ni, homo incuruus, & herniosus, ex utroque malo valde laborabat. Ita enim curuus fuit, ut ab humeris aliquid pragrande instar capitis humani extaret. Hernia, quam *Rotturam*, vulgo dicimus, vsque adeo ab inferioribus partibus intestina diduxit, ut matulæ vasis speciem præferret. His ambobus corporis molestia, quam sentiebat, somnum aut quietem capere non poterat. Tum beati Didaci miraculis omnium sermone celebratis adductus, in viam se dedit, ut ad illius sepulchrum iret. Eo antequam peruenit, nocte quadam ob eius merita à Deo auxilium valetudinis recuperanda omni summa pietate supplex petijt. Diuinitus factum est, ut precatone facta, se non curuum esse senserit. Vbi vero ad illius monumentum venit, in oratione, cum semel pernoctasset, ab hernia statim conualescecit.

§. 34. Ioannes Martinez, ex vtriusque difficultate laborans, o. ipso dies mingere non poterat intolerabili cum cruciatu. Vtriusque autem loco, sanguinem guttatim effundebat ægerime. Nocte quadam precando cum ad beati viri sacellum vigilaret, derepente calculum ita grandem emisit, ut natura exire non posset. Ita diuinitus factum est, ut eum morbum depulerit omnino.

§. 34. Alphonfus Garcia, homo Complutensis, lumborum dolore vehementer cruciatus, cum nequam in partem moueri haudquaquam posset, ad beati Didaci sepulchrum se ex voto aduehi voluit. Ibi per sancti viri merita Deum precatus, cum ad lumbos sibi manus illius admora esset, illico miram caloris vim sensit, quæ dorsum inuaserat. Is calor ita dolorem depulit, ut deinceps à malo conualuerit in perpetuum.

§. 35. Ioanna Mendocia, Gometij Manniquij coniunx febris æstu, & horrore grauiter afflicta menseduos, cum nihil sibi quicquam prod. se videret, quod à medicamentis proficisceretur, de valetudinis recuperatione id consilij fecit, ut ad beati Didaci sacellum veniret. Eo perducta, ad eius sepulchrum supplex accedens, antequam à supplicatione surgeret, à se febrem ita discessisse sensit, ut nullis eius commotionibus affecta sit in posterum.

§. 36. Didacus Garaito, cum pile ludam spectaret, ictu supra oculum vehementer percussus, præter expitis dolorem, quem ex eo intolerabilem traxit, nihil quicquam, oculi fracti, & sanguinem fundentis aspectu, cernere poterat. Oculo igitur captus, cum aliunde non inueniret, vnde sibi remedium adhiberet: Dei opem implorauit, qui ob beati Didaci merita illum respexit. Nam beato illo viro deprecatore, ad cuius celeste patrocinium confugerat, vsus, cum nullum capitis dolorem sensit, tum oculi amissi sensum recuperavit planè diuinitus.

§. 37. Fr. Antonius Aguijo Ordinis Minorum, media nocte cum matutini signum campana dabat, tam acerbum dolorem in latere sinistro accepit, ut præ cruciatu horribiles clamores mensum circiter trium spatio ederet. Eo cruciatu etiam tortus, cum somnum, neque diu, neque noctu capere posset, ad beati Didaci precatorem diuinam confugit, cuius ope quamprimum sanatus est.

§. 38. Ferdinandus, Ioannis Ferrandes, & Catharinæ filius, morbo languescens, viribus labefactatus capitis quod nullo modo, neque à dextra, neque à laeva parte sustinere poterat, & manu debilitatus, quæ, quasi exarscens, didaci, & contrahi nequibat, ad beati viri sacellum perductus, illius meritis restitutus est ad integram valetudinem.

§. 39. Petrus Martinez, cæcus ab amico ad beati monumentum adductus, visum, cuius expertus fuerat, illius ope implorata, continuo recuperauit.

§. 40. Isabella Sanchez, Gonzalij coniunx, Mantuæ Carpetanorum, quam *Madrid* vulgo vocant, nata, toto corpore tumescens, omnibus partibus deformata, & vultu decolorata, nunquam vllis exquisitis medicamentis sanari potuit. Vbi primum ad beati Didaci sacellum adducta est, cum vigiliis tres precibus egisset, à tumore conualefcens, pristini decoris speciem præ se tulit mirabiliter.

§. 41. Gonzalus Lopij Garcia filius, febri quartana annum ægrotabat, ad beati viri monumentum pietatis causa profectus, cum Guardiano egit, ut sibi illius corpus ostenderet. Quod cum impetrasset, ubi illud piè spectauit, diuinitus factum est, ut ex febri quartana deinceps neuiquam laboraret.

§. 42. Ioannes Gonzales, cuius Mantuæ Carpetanæ in Regno Toletano, filium Didacum, habebat ramicosum, nempe ex hernia laborantem. Annos duos filio curatiorem ex medicorum solertia cum adhibuisset, nihil ei profuit tamen ad valetudinis recuperationem. Confugit tandem ad beati Didaci auxilium, cuius celesti prece à Deo salutem filij, & incolumitatem mirificè impetravit.

§. 43. Lopezius Enzinaz, ex equo deciderat: quo casu brachium dextrum fractum ita exaruit, ut ad rem nullam eius functione, ac munere vi deinceps posset. Miraculorum beati Didaci fama commotus, magna erga eum veneratione, & spe exarsit. Nocte quadam sibi ille in somnis adesse visus, ab eo petijt, se ipsius apud Deum deprecatione, sanum fieri. Tum Didacus, manu imposita, *Abi*, inquit, *quia sanus es.* Somno expergefactus, cum somnium inane putaret, tamen aliter euenit: propterea quod brachium prorsus validum, & sanum diuinitus factum est, ut in posterum facile eo vteretur ad omnia.

§. 44. Laurentius Martinez, decem ipso annos brachio erat fracto, beati Didaci sacellum, cum piè adiret ad integram illius restitutus est valetudinem, magna omnium, qui eum norant, admiratione.

§. 45. Ioannes Martinez, de vico, quem *Casillio* Hispanicè vulgo dicunt, annorum duodecim spatio manibus mancus, ac debilis, pedibusque ob paralyfim captus, ad sacellum beati viri iumento uectus, vigiliis nouem ibi orando cum egisset, sanus factus manuum pedemque vsus in posterum adhibuit.

§. 46. Ioannes alter Martinez, ab latere vno totus paralyticus, ac diu mutus, ad beati Didaci monumentum perductus: ubi primum vigiliis duas in oratione egit, diuinitus est ab ægrotatione confirmatus.

§. 47. Ioanna, Catharinæ Diez filia, omnibus ferè membris capta, ore obtorto, & deformi, lingua hæstanti: beati Didaci patrocinio à matre intumè, ac piè admodum commendata, membrorum vsus, oris decori formam, locutionis naturale munus statim recepit.

§. 48. Didacus de Guadalupe morbo comitiali in dies singulos sæpe quinquies, aliquando sexies grauissime exagitabatur. Voto nuncupato ad beati viri sacellum, dies nouem in oratione euigilauit. Die autem nono longè grauius, quam antea, vexatus, ab hac vita migrasse vid. batur. Sed diuina ope ob illius viri beati merita factum est, ut in posterum nullum tam vehementis morbi molestiam, vel leuissimam vnquam senserit.

§. 49. Franciscus Fontius, vas testaceum, amplum, ac ponderosum, in cellam vinariam dorsum immittere, cum veller, ad hoc opus faciendum vsus est opera Francisci cuiusdam Sanchez, qui illud fune constrictum, & suspensum extinguis paulatim demitteret. Hic tam graue onus cum

sustinere nequaquam possit: continuo ex illius manu vas lapsum, multis partibus infractum, qui subter erat, sursum spectantem, maximopere laetit. Ea igitur contractione variè percussus, & animo, sensuque omni confectus, in lectulo, quasi mortuus collocatur. In quo cum esset se à dæmonibus præcipitem per quosdam montes ferri, idque illos triumphare, ac latari vidit. Vbi ad summum montem tenebricosum tandem ventum est, cum ipsum præcipitare inde velle se viderentur: tum beati Didaci, cui se commendavit recordatione, recreatus, nihil aliud per visum aspexit, nisi illustrem claritatem, auditioque vocem hominis accepit, iubentis eum bono, fortisque animo esse, ac sequi, quo iret. Tum Franciscus visus est illum comitari vsque ad vicum quendam, quem *Potuelo* vocant, vbi ille habitabat. Eo cum ambo venissent; tunc *Abi*, ille inquit, domum tuam, & de mulieribus percuntare, quæ earum à Beato Didaco precum suarum operi tibi imploravit. Id ab ijs cum quaesisset: mulier quædam *Mencia* respondit. *Ego illi Dei viro te commendavi.* Hæc verba Franciscus vbi primum audire visus est, statim à morbo integer, & sanus factus est, ac liber ab illa dæmonum impressione.

§. 50. *Lopius*, & *Isabella*, coniuges, Mantuæ Carpetanorum in Regno Metano nati, filium habebant, annos circiter octo natum, ex febris biennio laborantem, ventrisque tumore languescentem. Pater votum nuncupavit de eo ad Beati Didaci facellum perducendo. Vbi primum vouit, tum puer statim bestiolas duas euomit instar testudinum, & magnam simul copiam sanguinis emisit, vsque adeo, vt vitam vix ducere posse videretur. Tandem pestem posteaquam ex intestinis foras proiecit, ad hominis Dei monumentum allatus, ab omni morbo miracificè quatuoriduo spatio conuuluit.

§. 51. *Alphonfus Cardero*, bello Nauariensi, hasta in facie vulneratus, laceratas etiam duas plagas in eadè accepit: quibus adductus est in mortis discrimen. Vbi autem menses octo, & amplius ob vulnerum curationem domi se continuit: nihilominus tamen vultu erat deformato, quia cicatrices obductæ cum os contraxerant, tum oculum alterum peruerterant. Ea oris, vultus, & oculi distorsione, fædè affectus, ad Beati Didaci facellum ex voto piè peregrinatus, posteaquam vigilas noctem precando egisset illico integra forma, pristinaque specie fuit & oris, & oculi: quo utroque præ cicatricibus distorto, & peruerso antea vtebatur.

§. 52. *Petrus Atte de Auila*, quatuor ab hinc annos oculis captus, atque omnibus corporis membris debilitatus dolorumque cruciatu agrè affectus, nulla vnquam cura sanatus, res Didaci beati miracificas, cunctorum vocibus celebratas, cum primum audiuit, ad illius facellum se perducere voluit. De aspectu oculorum, & valetudine recuperanda ob eius merita Deum deuotè, humiliterque deprecatus, nocte quadam, dum somnum capiebat, se consanescere sensit. Quo sensu expergefactus, lampadis, quæ in facello prælucebat, lumen oculis aspexit. Eius rei mirabilitate obstupescens, ingentes Deo gratias agere non desijt.

§. 53. Alij duo homines, ad Didaci corpus venerant. Quorum alter ex manuum, corporisque tremore ita vehementer laborabat, vt neq; cibum, neq; potum sumere possit. Alter medio latere mancus, & debilis, agrè vexabatur. Ambo ad illius corpus proximè admori, continuo sanati sunt.

§. 54. Pater quidam, ex oppido, quod *Tamion* Hispanicè vocant, ad beati viri facellum filium adduxit, qui sextum annum agens, crus habebat, altero breuius, & contractius digitis tribus. Dies septem

cum in Oratione euigilasset, octavo tandem die, voti compos, filium illico vidit sanum, pedibusque suis rectè incedentem.

§. 55. *Petrus Gonzalius*, loci de *Vzeda*, Sacerdos capellanus, qui sanctorum *Marryrum Iusti*, & *Pastoris Ecclesiæ* cura præerat, lumborum dolore agrè affectus, dies quindecim in lecto iacuit. Miraculorum, quæ beati Didaci meritis Deus efficiebat, magnitudinæ, ac multitudinæ audita, cum iacebat, ad eius facellum se aduehi voluit. Quo postquam venit, illud à Deo supplex humiliter petijt, vt sibi in tanto cruciatu illius beati viri mentis succurreret. Id deuotè aliquantisper precatus, eius manu sibi in dextro signo Crucis fieri voluit: quo factum est, vt à lumborum dolore sit diuinitus liberatus in perpetuum.

§. 56. *Alphonfus*, pagi de *Hontanarex* dolore laborabat, quem acerbum in crure dextero sentiebat. Ad quem multa medicamenta vsque adeo adhibuit, & plaga quædam sese aperuerit: cuius etiam dolore cum lenire non posset, ad beati viri sepulchrum venit. Tum illius manu vulnus contractum, vbi sanguinem emisit illico obductum est: neque postea *Alphonfus* vnquam dolorem vllum sensit.

§. 57. Mulier quædam Hispaniensis, octo, & decem annos nata, cum sanari medicamentis non posset, ad beati Didaci facellum perducta est. Tum *Fr. Ioannes Tolosanus*, Ordinis Minorum, qui præfens aderat, mulieri manum beati viri admouit, simulque cum nesciret, ex quo præcipuo malo laboraret, ab ea quaesuit, quo morbo afficeretur: mox alia mulier præfens respondit, illam iam diu mutam esse. Id vbi *Tolosanus* audiuit, mutæ dixit: *Pronuncia salutationem Angelicam; Ave Maria:* quam totam pronunciauit, itidem ordine Orationem Dominicam, Symbolum Apostolorum, & præcepta fidei. Sicque deinceps lingua munere vsa est ad omnem loquendi functionem.

§. 58. *Ferdinandus Martinez*, triennium sinistro, & dextro brachio, & crure debilitatus, auditus beati Didaci miraculis, quoniam incedere non poterat, baculis nixus, ad eius sepulchrum venit. Deum de valetudinis recuperatione humiliter deprecatus, sudariolum fratri cuidam Ordinis Minorum tradidit, quo beati viri corpus atrectaret. Ille piè obsecutus, tum sudariolum restituit, quo manum *Ferdinandus* arescentem vbi inuoluit, statim consanescere sensit: itidem eius crus meliusculè habuit, vsq; adeo, vt inde omni morbo liberatus abierit.

Longum nimis esset singulos narrando persequere, qui morbis variè affecti humiliter, ac deuotè ad beati viri facellum profecti, sperantes in eo, qui sanatis contritis corde, per illius hominis Dei merita, ad integram restituti sunt valetudinem. Iam vero ex ijs, quæ breuiter commemorata sunt, perspicuum sit, omnes quacunq; vel ægrotatione languescentes, vel periculo expositos, illius precibus, & meritis à malis omnibus, etiam è mortis faucibus ereptus sensisse, vel potius sentire præsentem virtutem Domini nostri Iesu Christi.

Ad tanti viri sanctitatem præter magis, atq; magis collustrandam accedunt etiam miracula, non ea scilicet tantum, quæ ad eius sepulchrum facta narraui, sed quæ ex eius vestitu, cingulo, sepulchri terra, externaque eius re alia Deus extare voluit.

Ex tunica, vestibusq; sancti *Martini* admirandas virtutes prodijisse, narrat *Sulpitius Seuerus*. Ex beati *Hilarionis* rebus externis, aut monumentis miracula extitisse testatur sanctus *Hieronymus*, qui illius vitam literis mandauit. *Rufinus* ex sancti *Hieronymi* factores miracificas diuinitus consecutas esse, vitæ illius annales loquuntur. Nolo cæteros qui innumeri sunt, iam nunc, cum exempli causâ, eos tantum tres memi-

nerim, dicendum mihi est, de beato *Didaco*, è cuius rebus, etiam externis, miracula eminent.

§. 59. Mulier quædam *Vacienfis*, quam vibem vulgo *Baeja* dicunt, erat: quæ pietatis causâ fratres Ordinis Minorum hospitio gratis excipiebat. Hæc filiâ habuit, annos circiter octo natam: quæ tanto morbi cruciatu afficiebatur, vt obrigescens mēbris moreretur. Ad filiam autem morbum depellendum mater experta omne medicamentum, tandem piorum hominum consilio vestem eius collo imposuit beati *Didaci*. Quo factò mirabiliter cōfessum puella sanata est.

§. 60. *Ioannes Fernandes*, intolerabili lateris dolore cruciabat: ad cuius curationem cum remedia multa conquisisset, hoc vnum diuinitus inuenit, quod cinguli, quo beatus *Didacus* vsus erat, fragmentum quoddam, vbi primum lateri, doloris acerbitate percussio, admouit, planè conualuit.

§. 61. A monasterio *Complutensi* homo quidam religiosus Ordinis Minorum, *Idubedam*, vbi aliud cœnobium est, cum iter instituisset: relicta veste, quæ diu vsus erat, alterum mundam induit. Diuinitus factum est, vt ea esset, quam beatus *Didacus* olim vestiebat. *Idubedis* vir religiosus, dum morabatur, interea cuius quidam *Idubedenfis* graue, ac mortiferū vulnus in aluo accepit, inde inrestita effluebāt. Huic animam propè agenti, mater, femina præclaræ pietatis, ab illius conuentus fratribus vestitum Seraphici Ordinis petijt: quo vestitu amictus filius moreretur, & humaretur. Sed nimis Deus effecit, vt eam ipsam vestem traderent, quæ *Compluto* proximè allata erat. Illam vbi egrotus induit, præter omnium opinionem meliusculè se habere incipit, atque adeo ex vulnere conualuit. Cum autem cognitum, atq; exploratum est, illam fuisse tunicam, quam beatus *Didacus* olim induerat, omnes miraculum tam magnum eius meritis virtutiq; acceptum retulerunt.

§. 62. *Ioanna Gomez*, canis rabiosi mortu percussa furenter vsq; adeo insanijt, vt vijs publicis præcepis rabie ab omnibus, qui obuiâ ei fieret, prorsus vitaretur. Tanto furore cum mulier horribilem in modum æstuar: illius sanandæ homo quidam valde cupidus, aliquid pusillum terræ è beati *Didaci* sepulchro ad eam asportauit. Propius ad eam accedere meruit: propterea quod capillis horridis, & diuisis, oreque spumanti rabiem, & crudelitatem præferret. Terram vero Sacerdoti cuidam tradidit, qui aderat. Is illam partim aqua liquefactam mulieri propinavit: partim aridam, panno inuolutam, collo eius alligauit. Tum vero confessum ad mentis sanitatem redijt.

§. 63. *Ioannes* quidam, corpore toto tumescens, præsertimque tibis: ita tumens, vt incedere non posset: ad beati *Didaci* sepulchrum delatus, paululum terræ ex eo ad collum cum adhibisset, tumore depulso, valetudinem diuinitus recuperauit.

§. 64. *Maria Alphonfa*, *Roderici Alphonfi* vxor, diæcesis *Toletanæ*, ex gula inflatione laborans, pectoreurgens, ita vt oculorum aspectu non cerne-ret, ac præ tumore non posset, neque cibum, neque potum sumere: eius commiseratione motus *Didacus porochus*, intra cuius porochiæ fines illa habitabat, ad remedium ei attulit paululum fragmenti vestis, & exiguum aliquid terræ sepulchri *B. Didaci*. Vtrumq; *Mariæ*, quæ beati illius viri pietate exardecebat, collo admotum, & alligatum, quam inde piè expectabat, valetudinem integram statim attulit. In singulos ferè annos, seruus *Didaci*, posteaquam is ex hoc etiam sæculo migravit, merita sempiterna Deus, gloriosus in sanctis suis, testata esse voluit miraculis: quorum duo paucis ab hinc annis præclare edita, maxime insignia sunt, vt in præfenti exponemus.

§. 65. Anno à Christo Millefimo, quingentesimo quinto, *Maria de Pionilla*, virgo Hispaniensis, pa-

ralysi, & morbo comitali simul grauitè vsque adeo afficiebatur, vt horas duas, aut tres interdum sensuum expers esset omnium. Acri, assiduoque Capitis dolore cruciabat, & febribus nimis admodum molestis æstuebat; ex quodam lateris cruciatu vehementer torquebatur. Aliquando autem vis resolutionis neruorum ita illam inuasit, vt cum multarum corporis partium vsu amississet, aspectum præferret fædissime deformatam. Al am ei similem medici testantur se vidisse numquam. Multis alijs afflictabat ægrotationibus: quibus menses vndecim pene confecta, & consumpta, vbi exquisitissimis remedijs sanari nullo modo poterat, ad beati *Didaci* sepulchrum aduecta, eius precibus, ac meritis continuo saluam à Deo impetrauit: qui omnem illius morbum depulit, ac suam cuiq; membro vim restituit. Cuius beneficij memor, suam Deo virginitatē vouit, virginalitque vitam in monasterio sancti *Ioannis*, quod de *la Penitentia*, vulgo nominant, egit sanctissime.

§. 66. Anno M.D.LXII. Hispaniaum Princeps, *Carolus Philippi II. filius*. *Caroli V. Imperatoris* nepos, patris auique amor, & delitia. *Compluti* in Regia cum ludeiet, à scalis quibusdam supius cecidit. Quo casu tam vehementer offensus, vt letiferum in Capite vulnus acciperet. Graue id vulnus, ac mortiferum etiam medici putarunt, cumque propterea Principis potentissimam, amplissimorum Regnotum hæredis futuri, ac summa in dolo pueri salus ageretur: non potuit *Philippus* pater non esse ingenti, ac summa animi solitudine de filio, quem singularem vnice amabat, & in oculis ferebat. Quare nihil non agit, nihil non egit, nihil non intentauit, vt in tanto vitæ periculo, adiuuentum *Carolo* filio charissimo afferret. Medicos peritissimos, atq; optimos ad pueri curationem vndiq; adduci iuber. Medicamenta quacunq; excogitari, & conquiri tolerantissime poterant, vulnere præsto fuerunt. Verum omnia exquisitissima remedia vicerat morbi vis, & grauitas: nisi Regem Catholicum, & eximium Catholicæ religionis non modo cultorem, sed propugnatorem maximum, ac singularem, de filio mæstam, & mærentem Deus pater misericordiarum, & Deus totius consolationis respexisset. Desperata igitur à medicis & ab alijs res cum esset, pater Rex secessit. Tum vestes lugubres, panni ad palatij vestitum funebres, funestaque apparantur omnia: & exequiæ denique tanto Principe dignæ, diligentissime curantur. Dum in eam funeris curam incumbitur: illico extitit à Deo salutare consilium, auxilium, & gaudium. Repente enim viri quidam, qui in lectu, & marore erant, cælesti aliquo, & diuino instinctu, ad beatum *Didacum* mentem conuerterunt. Postulatumque tunc summo opere est, vt eius corpus, ad Principis cubiculum quamprimum aduheretur, & prope eum collocaretur. Quod singulari pietate, celeritateq; incredibile factum est. Corp⁹ ad se pia veneratione delatum Princeps, qui morbo ingrauescens & quasi spiritum agens, per se non poterat, ab alijs subleuatus, humiliter, deuoteq; venerat⁹ tetigit: sin-cera in primis, & maxima fide, Deum ob illius beati viri merita, intime de valetudinis recuperatione pre-caratus. Itaq; eo ipso momento, quo Principem medicis ex hac vita migraturum prædixerant, meliusculè se habere incipit: cum paucis hor' elapsis, mirabiliter sancti eius viri precibus. sanatus est, summa *Philippi* patris læticia, & maxima omnium Hispaniæ gratulatione.

§. 67. Nec præterea silentio prætereundum est, quod etiam ad *B. Didaci* sanctitatem spectat, eius corpus, quanquam centum ante annis, & amplius in sepulchrum traditum erat, tamen quo tempore ad Principem aduectum est, totum, excepta naris particula quadam, incorruptum, atq; integrum vsque quæque conseruabatur: eamq; ipsam, quam antea odoris suauitatem iocundissimam retinebat.



Iam demum res illius miraculorum gestas, scribendi finem faciemus, hoc praclaro miraculo: quod tabulis publicis obsignatum, vniuersaque Hispaniae praedicatione celebratum, Princeps etiam, dum in hac vita fuit gratissimi animi pietate testatissimum fecit; palamque & litteris, & nuncijs, & vocibus, tanto Principe vere dignis, professus est. Se illius viri Dei precibus, ac meritis salutem atque incolumitatem esse consecutum. Reliqua autem, quae ante, & post hoc maxime illustre miraculum, facta sunt, ad posteritatem annales Ordinis Minorum, & Hispanicae, & Italicae praesertim cum non solum populi Hispani vocibus in vulgus dicantur, sed sermonibus, pijsque officijs celebrantur Principum virorum, qui maximo concursu Beati illius viri sacellum pie in omni aetate frequentarunt; quique voti compotes facti, donaria, auro, argento calata, vestes, serico & item auro intextas, aliaque eius generis opere pretioso ornamenta, ibi quasi impressa ad sempiternam memoriam extare voluerunt, tamquam publica monumenta miraculorum, quae ipsi iam expecti scierunt, & viderunt.

Multa autem miracula, tam in vita, quam in morte B. Didacum edidisse amplissimus Cardinalis, Episcopus Praenestinus, summa laude dignissimus, *Marcus Antonius Columna*, scribit luculenta, grauiissimaque in relatione sua, quam ad Sixtum Quintum, Pontificem sapientissimum, & religiosissimum, magna Cardinalium frequentia, habuit. Ex ijs, quaedam pauca de amplissimorum Collegarum assensu, se legisse ostendit: ita tamen, ut, quae Hispaniensibus monumentis obsignata, inde Romam ad Pontificem missa sunt, centum, ac triginta esse, eaque probari affirmet. *Oratione* enim, quam *Pompeius Arigonius* Aduocatus Consistorialis, Iurisconsultus disertus, & legum vsu egregie peritus publico in consistorio dixit, ex ijs miraculis nonnulla recensuit: quorum vix millestimam partem se attigisse fateatur: propter quae Sixtus V. Romanus Pontifex, Sanctorum Catholico Beatorum Didacum inscripsit; deique litteras, quas adiugo dedit.

Sixtus Episcopus, Seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Diploma canonisationis B. Didaci.

§. i. Rex Regum ante omnia saecula Christus Dominus; qui propter perditam salutem hominis, forma serui accepta, in plenitudine temporis factus est homo, Ecclesiam suam vnice dilectam, suoque pretioso sanguine acquiritam, supra beatissimum Apostolorum Principem Petrum, cui partem firmitatem dedit, in se ipso summo angulari lapide, a Christi aetate fidei primordijs aedificauit, & vsque ad saeculi consummationem per omnes temporum aetates mirabiliter semper aedificat. Diuinum verò admirabile eius aedificationis artificium, nec inflata mundi sapientia capit, nec terrena, & carnalis prudentia villo modo assequitur, Diaboli autem astutia, & superbia contemnit. Nimirum quem idmodum ex pauperibus, & contemptis plerumque hominibus humilibus, & obscuro loco natis, nullis artibus, nulla eloquentia instructis, nullo denique humanae potentiae praesidio communitis, tamquam ex abiectis, & reprobatissimis lapidibus, tanta fiat moles, tam pulchra, tam ornata, tam fortis, tam stabilis, in tantam demum confluat altitudinem, ut ipsa inferorum portae eius robur, ac firmitermentum perhorrescant. Sed viae Dei non sunt viae hominum, nec cogitationes eius, sicut cogitationes eorum. Itaque non multi sapientes secundum carnem, non multi nobiles, sed quae stultia sunt mundi elegit Deus, ut confundat fortia & ignobilia mundi, & contemnitibilia elegit Deus, & ea, quae non sunt vicia, quae sunt, destruet, ut non gloriatur omnis caro in conspectu eius. Sic omnipotens Deus per scandalum Crucis, & per stultitiam praedicationis saluos fecit credentes, sic ab ipsi nascens Ecclesia in ijs per sapientem Apostolorum infantiam, & per fortis-

simam Martyrum infirmitatem, Graecorum sapientiam infatuauit, & Gentium potentiam deiecit, atque prostravit: sic denique per succedentes aetates brachio fortitudinis suae deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles sanctos suos. Hinc superiori saeculo, & patrum nostrorum memoriae valde propinquo, ex humili familia fratrum Minorum, sancti Patris nostri Francisci, humilem Beatum Didacum, in Hispania natum, non doctrinae praecellentem: sed quales primissimi nostri Magistri, & Principes fuerunt sine litteris humano studio comparatis, sed idiotam, & in sancta religionis professione laicum, delegit: in quo ostenderet abundantes diuinitus gratia sua, cuius admirabili vitae sanctitate, & exemplo multos ad viam salutis perduceret, & senescentem, ac penè decrepitum mundum magis, magisque coargueret: quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus, & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Itaque pater misericordiarum Deus, qui facit mirabilia magna solus, hunc seruum suum paruulum, & demissum, caelestibus donis suis adeo onauit, tantoque Spiritus sancti igne incendit, manumque suam ad sanitates, & signa, & prodigia, beati Didaci meritis, cum in eius vita, tum post mortem efficienda, tam miraculose extendit, ut non solum apud suos in florentissimis Hispaniae Regnis notus, & ceterus esset, sed apud exteros etiam eius nomen magna cum gloria peruulgaretur. Iustus enim, & misericors Dominus seruos suos fideles, quos ante mundi constitutionem elegit, & praedestinauit ad vitam, non solum in caelo semper coronat, sed saepe etiam in terra, ubi fortiter, & legitime certauerunt, multo gloriae splendore cumulat, atque illustrat. Nimirum, ut praeclearas illas suas promissiones persoluat; *Dabo vos, inquit, nominatos, & in gloriam, & in laudem in cunctis populis terrae.* Vt se ipse in sanctis suis mirabilem demonstrat, & potentiam suam signis, & virtutibus declarat: ut propositis Sanctorum gloriosis laboribus, & meritis, qui homines fuerunt nobis similes, circumdati infirmitate, segnitie, & tarditatem nostram in via virtutis excitet, & frigidam charitatem accendat, ut haereticorum prauitatem coarceat, peruersitatem confundat, dum ad sacras eorum reliquias, diuina virtute, aegroti curantur, Daemones pelluntur; ut mortuos, qui in Domino sunt mortui, beatos esse, & multo felicius viuere omnes intelligant. Postremo, ut amici Dei multo maxime honorentur, & qui sancti sunt apud Deum, sancti etiam ab hominibus habeantur: ad quorum nos opera confugientes, eosque pie inuocantes, eorum suffragijs adiuti, caelestem misericordiam facilius impetremus. Merito igitur B. Didacum laudamus, quem Deus multis, & illustribus ostendit miraculis praedicandum; de cuius beati viri vita, & rebus gestis, purissimae fidei integritate, morum excellenti sanctitate, signorum admirabilitate pauca quaedam libenter pro nostro pastorali officio, populo Dei proponimus, ut laudetur Deus in sancto suo, & fidelium deuotio, tanquam salutari quodam, & perlocundo cibo nutriatur, omnesque Deo gratias agant, publico nostro, & huius sanctae Apostolicae fidei testimonio, quae a Spiritu sancto gubernatur, & regitur, beati Didaci sanctitatem optimo iure declararam esse, & promulgaram.

§. 2. Natus est Beatus Didacus in Hispania, in Prouincia Baetica, & in oppido, cui nomen est, *S. Nicolaus de Portu*, quod est in diocesi Hispalensi. Et is quidam, ut fecundus ager caelestis gratiae umbra irrigatus, vberes fructus cito protulit. Nam adolescens ex medio Babylonis fugiens, hoc est ex laqueis, & periculis saeculi, penitentis habitu indutus, in propinquam solitariam Ecclesiam vna cum pio quodam Sacerdote, spiritualis vitae duce, & socio secessit, ubi nouus Christi miles in huius fallacis mundi contemp-tione, & omnium humanarum rerum desipientia,

Vita B. Didaci uendiosa narratio.

in caele-

in caelestium contemplatione, in corpore edomando & spiritu subiungendo, se assidue exercens, magna cum suorum oppidanorum aedificatione, praclarum tyrocinium posuit. Post aliquot vero annos, ut se aetate uinculis Christo adstringeret, & a mundi tempestatibus, quam longissime discederet, sub suauis obedientiae iugo Deo securus, & fructuosus feruiret, in portum Seraphicae sancti Francisci religionis confugit, eamque prope Cordubam in Conuentu de *Arriadas*, ut vocant, quod fratres Minores, qui nunc de Observantia nominantur, incolunt, uerbis expressis est professus. Hic iam Athleta Christi amplissimum uirtutum stadium ingressus, tanquam obliuiscens, quae retro erant, & ad ea, quae sunt priora, se extendens, cepit omni contentione corporis, & spiritus persequi (diuina gratia iussuante) brauium supernae uocationis, summa cura, & diligentia in Regulae obseruatione uersabatur, quam in omni uita sancte adeo, inuolanteque seruauit, ut ipse in cunctis Religiosis functionibus, & officijs, uiuens quaedam & expressa Regula esse uideretur. In primis uero, quia sapientissimus Architectus Spiritus sanctus, sublimis regulis perfectionis aedificium in eo extruxerat, Altissimum humilitatis fundamentum iecit, & ut prudens ille aedificator in Euangelio laudatus, fodit in altum, & ad sic ut domum super petram: nihil sibi tribuens, nulli se anteponeus: quo plura a Deo accipiebat, eo demissius se gereus. Itaque nullae tentationum procellae, nulli superbiae, & inanis gloriae uenti, nullae Diaboli machinationes, domum illam tam egregie fundatam mouere, aut labefactare potuerunt. Superiorum, & praetorum mandata, & ista, tanta obedientia, tantaque alacritate exquebatur, ac si Deum in eis loquentem audiuisset. Sanctam paupertatem, Domini sui sponsam charissimam, quam diligentissimè custodiebat, omnia arbitratu ut stercorea, ut Christum lucrificeret. Cumque Satanæ astutias non ignoraret, sed optime intelligeret infensissimum humani generis aduersarium, tanquam Leonem rabidum, & rugientem, dies noctesque circuire, ut Christi ouiculas dilaceret, ac deuoret, numquam otio, aut torpori se dabat, sed stabat succinctus lumbos suos in ueritate, indutus lorica in iustitiae glorie salutis assumpta, & scuto fidei arrepto, in quo omnia posset ignita nequissimi hostis tela extinguere. Corpus igitur & carnem suam ille cebram peccati, labore, ieiunij ferè contritiuis, & flagellis castigabat, & in leuitatem redigebat; praecipue uero ad excelsum illam Arcem confugiebat, qua nulla fortior, nulla munitione, hoc est ad sanctae Orationis praesidium, cui usque in caelum frequenter sublatu, terrenorum oblitus, suauissimo Dei colloquio fruebatur. In ea igitur schola diuinitus eruditus uir, alioqui planè rudis, & literarum minimè sciens, admirandum in modum de rebus diuinis loquebatur, sensusque mirificos proferebat; ita ut uiri eruditissimi, qui in sacrae Theologiae studijs aetatem contriuerant, summopere obstupescerent: illudque memoriae traditum est, & graui testimonio comprobatum, doctos, & pios uiros, cum abstrusas, & perdifficiles quaestiones, ad res diuinas, animarumque salutem pertinentes eum eo familiariter communicarent id ab homine licentiarum experte cumulatè didicisse, quod in celeberrimis Academicis à magnis Doctibus addicere nequebant. Ille praeterea Orationis fructus erat uerberrimus quod iam in benedictionibus dulcedinis praeventus, & calicem illum praclarum, qui cor inebriat, delibans, ardentis charitatis igne erga Deum, & proximis toto peccatore astuabat: quorum bonorum omnium auctorem Deum, & beatissimam Dei Genetricem semper Virginem, humani generis Aduocam, quam summa deuotione semper coluit, non pro se solo, sed pro omnibus hominibus, & praesertim pro peccatorum emendatione conti-

ner, uolentissimèque orabat: pauperes uero Iesu Christi tanto affectu diligebat, tantaque erga eos misericordia commouebatur, ut omni studio, (quantum ei licebat) eorum inopiam, & calamitates subleuare sedulo procuraret; quod si interdum praestare non posset, uim lachrymarum profundebat, eosque uerbis amantissimis consolabatur. Aegrotos fratres omnibus charitatis officijs prosequeretur, assidere ad lectum, cibum ministra e, uigilare totas noctes, perferre omnes molestias, tanta patientia, tanta humilitate, ut quorundam purulentas plagas non solum medicamentis curare, sed lingua quoque eas lambere, & abstergere non abhorreret, quo in genere extimia serui Dei charitas Romae aliquando in Canobio Fratrum suorum, quod est ad Aram Coeli, insigniter eluxit. Nam anno quinquagesimo superioris saeculi, cum pia mem: Nicolaus Papa V. praedecessor noster, sacrum Iubilaeum de more celebraret, Romam uenit Beatus Didacus, ut salutarem indulgentiam consequeretur, ut beatorum Apostolorum sepulchra, ceterorumque Martyrum illustres memorias religiose ueneraretur: magna erat annonae inopia, grauibus, & periculosis morbis Urbs laborabat, cum beatus Didacus aegrotis curandis, quorum ingens erat numerus, a Guardiano, seu Canobij Praefecto, qui iam eius sanctitatem degustauerat, est praepositus: cuius officij munus, tam fideliter, feliciterque administrauit, ut in publicis angustijs, omnia apud pauperes Christi abundarent, omnesque in seruo Dei, & copiosum charitatis spiritum, & singularem illius apud Deum gratiam agnoscerent. Nec sanè mirandum est, uirum Dei mebris Christi Fratris suis, in quibus Christus aegrotabat, tanto charitatis studio in se inuisse, tam impigre ministrasse, qui eo iam perfectionis progressus erat, ut charitatem illam, qua nemo maiorem habet, sponso animae suae praestare, & persolvere concupisceret, & pro Christi nomine, & confessione uitam, & sanguinem profundere desideraret. Ea nimirum est perfecti amoris uis, & natura, ut non facile conquiescat, sed maiora semper, & maxima appetat, & molitur, semperque actiuus, & operosus sit. Itaque cum aliquando ad Insulas Canarias missus esset, ut Guardiani officio in illo fratrum Minorum Conuentu fungeretur, seruus Christi, cui uiuere Christus erat, & mori lucrum, cepit Martyrij desiderio uehementer flagitare. Erat in eo non solum colubae simplicitas, sed & serpentis prudentia, quare multa cum uigilantia, & regularis disciplinae obseruatiuae Dei in sua custodia excubabat, in omni sanctitate, & iustitia, forma factus pusilli gregis sui, & fidelium Insulanorum, quibus bonus odor Christi erat ad uitam ita ut frequentes cum adiret, ex eiusque spiritualibus colloquijs, mira caperet consolatione, & uoluptate. Magis uero exercendae charitatis segete, in Insulis illis naectus, simulque cōsequēdi Martyrij spe incitatus multos ex Canariensibus infideles, & impuris adhuc Idololorum superstitionibus addictos, uerbo, exemplo, orationibus, ad Christi fidem perduxit: quo in munere dum strenuè uersaretur, multa ei pericula in ea Canaria, quae magna appellatur, diaboli inuidia cōflauit, sepe in capitis, & uicè discrimē uenit, ut se se iam Martyrij palmam potiturum speraret: sed Deo aliter disponente, non Martyrio animus & uoluntas, sed uoluntati Martyrij defuit, ac certe gloria non defuit, cum placere à B. Martyre *Cypriano* scriptum sit. *Ad coronam Dei promerendam ipsius testimonium solum sufficere, qui iudicaturus est.* qui arcana renū scrutatur, & cordis inuenerit occulta. Ergo & purpurea de passione coronā aliquo modo accepit, & multas de bonis operibus, candidas reportauit, referuatis a Deo, ut multos Christo lucrificeret. Iam nō ueritas Hispania clarissima erat B. Didaci nome, magnaque apud oēs, & ueneratione, & admiratione habebat, & tū angelū quēdā in terris agentē, sic eū homines inueban tur: nihil illo lenius, nihil mantuetius, lac, & mel sub lingua eius, &

cor eius

cor eius mundum, & simplex Christiana dulcedine redudabat omnia in bonam partem accipere, de nemine male iudicare, nullum aduersus aliquem verbum acerbius immittere. Si quem vero contra legem Dei, & regularem disciplinam peccantem animaduerteter, zelo Dei incensus, libere obiurgabat, nulla tamen in re gloriam suam, sed Dei honorem, & fraternam utilitatem quarebat. Signis etiam, & miraculis viuentem seruum suum illustrauit Deus, eiusque excellentem fidem, rebus mirabilibus efficiendis multipliciter patefecit. Elucebat in eo singularis gratia curationum, ita ut vndique ad eum eius rei causa quam plurimi confluere: ille vero fide, quae per Dei dilectionem mirifica operatur, in Domino roboratus, cum digitum in lampadem, quae ante sacram Beatissimae Virginis imaginem collucebat, demississet, ex eius oleo aegrotos signo Crucis obsignatos perungebat, multorumque varios languores, & morbos eiusdem Crucis virtute, in qua sola gloriabatur, mirabiliter sanabat.

§. 3. Accidit aliquando vt de Cœnobio, in quo erat, ad oppidum sancti Lucae de *Barameda* proficisceretur, fratre vno comite, cumque nullis cibarijs acceptis iam famendi cibi tempus aduenisset, & ex itinere defessi essent, nec in proximo vico quicquam, quo ex aliena misericordia reficerentur, in Deo disponente, reperire potuissent, ad comitem sereno vultu conuersus beatus Didacus: *Eia, inquit, frater in Domino confidamus, ipse nos pascet*, cum iter stentiuè proficerentur, ecce in perampla planitie candidam mappam inter herbas propè viam positam vident, propiusque accedentes, album panem, pisces recentes costos, & vini vasculum inueniunt: insunt serui Dei, & in latissimo campo, vnde in omnes partes liber erat prospectus, omnia oculis perlustrantes circumspiciunt, si quis forte eo in loco prandium reliquisset: denique id, quod erat, rati, ad mensam sibi à Deo in deserto paratum veri Istaëlitarum accumbunt, ac cibo, & potione siti, fameque depulsa, quod superfluit, ibidem liquerunt, Deo patri misericordiarum gratias agentes, qui seruis suis in eo sperantibus escam dederat in tempore opportuno.

§. 4. Quid illud, quod Hispali gestum est, quam magnae fidei est argumentum: Nam cum septennis puer, qui à matre vapulare solitus erat, in furno, in quem eius iracundiam fugiens se abdidit, obdormisset, & furno ab ignata matre succenso, expergefatus clamaret, vir Dei exanimatam matrem, eiulatu omnia complentem, nec quo se verteret scientem, ad maiorem Ecclesiam ire, ibique matrem misericordiarum deuote orare iussit. *Ipsa se, inquit, & mulier adiuuabit*, cum illa, quasi Dei nuntium audiuisset, pergeret, ipse ad furnum accedens puerum ex maximo periculo extractum paulo post ad idem templum adduxit, matrique suae saluum, & incolumem reddidit.

§. 5. Cæterum, cum iustus iudex Deus Athletam suum tot victorijs illustrem, carne, mundo, diabolo, per Dei gratiam deuicto, corona iustitiæ, quae illi ab omni æternitate reposita erat, coronare decreuisset, seruumque multiplicatis talentis industrium; & in pauca fidelem, supra multa constituere, & in gaudium vellent Domini sui introducere. B. Didacus in senectute bona, plenus dierum, & operum bonorum, in Conuentu Complutensi, in quo annos complures est commemoratus, in supremum morbum incidit, in quo incredibilis patientiæ exemplum prætulit. Quadam autem nocte extra se raptus, sensu omni, & vitali motu amisso, ita vt à Medico, & qui adstant, fratribus mortuus planè crederetur, tandem soluta extasi ter, aut quater, hæc verba locutus est; *O quales flores habet Paradisus*. In profunda vero humilitatis statione, vsque ad extremum vitæ spiritum seruanda, ita firmus manebat, ita nusquam de suo lo-

co decedebat, vt cum fratres singuli, ab eo peterent, vt pro ipsis oraret, ipse contra se eorum orationibus vehementer commendabat, vt ipsis pro Deum orantibus, bonorum operum fructus, quem illi in sanctæ Religionis obseruantia cumulauerant, sibi quoque à Deo communicaretur, atque ita misericordiam impetraret. Postremo cum se iam moriturum intelligeret, comitis illius, & adiutricis fidelissimæ, quæ illum in huius vitæ peregrinatione nunquam deseruerat, hoc est sanctæ paupertatis, supremo die vitæ non oblitus, sed in eius intimo sinu, quam maxime fieri posset, spiritum emittere cupiens; conuocatis fratribus, eos obnixè rogauit, vt sibi vestem obolerent, & laceram, habitumque omnium vilissimum, in quo moreretur, concederent: quo impetrato, multis profusis lachrymis ab his, qui adstant, offensionum, atque erratorum veniam postulauit, quibus copiose collachrymantibus, ipse crucis ligna, quam ad caput habebat, arrepta, eamque amplexus, & osculatus vtroque brachio in altum fortiter sublato (cum tamen alterum graui apostemate tumens, ac debilitatum antea mouere non potuisset) oculis in tale signum defixis, verba illa ex sacro Hymno magno affectu, magnoque pietatis spiritu pronunciauit; *Dulce lignum dulces clauos, dulcia ferens pondera, quæ sola iustis digna, portare Regem caelorum, & Dominum, quæ cum dixisset, in ipso salutiferæ Crucis complexu, quam vnice dilexerat, quam in corde, & corpore semper gestauerat, in qua Christo confixus, & mundo circumfus fuerat, animam efflauit, & in Domino obdormiuit, pridie Idus Nouembris, Anno Domini M. CCCC. LXIII.*

§. 6. Ad eius corpus (beati Didaci morte audita) magni vndique concursus facti, illud deuote omnes contingere amictus particulas præcindere, capillos deuotionis causa euellere, demum Christiano ritu corpus honorifice humatum est. Hic iam statim Deus mortui serui sui, cui in vita cooperatus fuerat, eximiam sanctitatem signis sequentibus comprobauit. Nam corpus, quod iam quatuordecim diebus sepultum fuerat, iterum non absque miraculi interuentu effossum, non solum integrum, incorruptumque apparuit; sed cum per multos menses, vt pio studio satisficeret, & Ciuium, & aliorum, qui ex diuersis partibus accurrerant, in sepulchro iaculis, non computruit, nullum tetrum odorem emisit; imò vero corpus illud, quod viuens Spiritus sancti templum fuerat, odorem suauissimum efflabat, quo omnes mirifice recreabantur; qui quidem & in hodiernum vsque diem ex eius sepulchro suauius, & iocunde spirans, à plerisque sæpe sentitur. Illud quoque in beati viri mortuo corpore mirum accessit, quod eius membra, & artus vitali calore destituti non obriguerunt, nec duris, aut rigidis sunt effecti, vt cadauerum solent, sed molles erant, & flexibiles quocumque verterentur.

§. 7. Quocirca laudanda est pietas, & magnificentia cl. me. Henrici IV. Castellæ Regis, qui vna cum filia periculosè aegrotans, & B. Didaci precibus sanitate impetrata, nobile sacellum grati animi sui monumētū extruxit, ibique in arca ferreis laminis diligenter, communica, beati Didaci corpus decenter recondi iussit: ad quod quidem sacellum, vt constat, non solum Complutenses ciues, sed vicini, & remotiores populi, atque ex omni ferè Hispania fideles, tanta deuotione confluent, tam multi beati illius viri opem apud Deum implorant, tot ibi vigilie fiunt, tot sacrificia in eodem eius sacello celebrantur, tam multa, & illustria dona voti reddendi gratia offeruntur, vt hæc de B. Didaci sanctitate, non exigui temporis tanquam ramoris aura, sed per annos centum viginti & amplius constans, & perpetua fama, & opinio, tantusque illorum fidelium omnium generū, omnium ordinū consensus, magni profecto, & illustis testimonij loco habendus sit ad B. Didaci sanctimoniā comprobandā.

§. 8. Verumtamen multis quoque post obitum miraculis vir commemorabili sanctitate præditus claruit. Nam in actis transmissis centum ferè, & triginta leguntur, Deo, qui glorificatur in Concilio Sanctorum, signis, & prodigijs testante, seruum suum non solum morum, sed etiam signorum virtute, nec operibus modo pietatis in vita, sed etiam miraculorum luce, post mortem clarum, & venerabilem esse.

§. 9. *Duron* oppidum est in Hispania, in Diacesi Seguntina, ex eo Catharina Martini filia virgo annos 12. nata, cum ante aliquot menses subita vi morbi, furda, & muta euasisset, brachijs item pedibusque paralytici dissolutis incedere nequiret, ad B. Didaci sacellum delata, cum ibi peruigilaret, eius tacta manu, & in Crucis formam consignata illico, & aurium sensum, & loquendi facultatem recepit, membrorumque vsu restituta, totoque corpore confirmata, liberè, quolibet incessit, laudans & benedicens Deum.

§. 10. Adolescens quidam erat annorum ferè viginti, Didacus de Lotca appellatus, filius Petri Gonzales viri nobilis, qui Deo permittere, ab immundo spiritu annos complures vexabatur miserandum in modum; ita vt sæpius interdum in die arreptus, & ad terram allisus, horribiles corporis gestus ageret, & veluti mortuus relinqueretur, hic se B. Didaco humiliter commendans, & in eius sacello aliquamdiu inuigilans, à miserabili vexatione omnino est liberatus.

§. 11. Cum Catharina Bartholomæi Sanchez, vxor, expleto ad partendum tempore, parere non posset: factus enim in utero transuersus, alterum tantummodo pedem eduxerat, materque misera ab aurora ad vesperam in eo cruciatiuè permanens, in summo vitæ discrimine verteretur, & planè morti propinqua esset: Socrus eius Maria Garcia vxor Ioan. Garciae incolæ oppidi de *Ambroz*, B. viri in maximis angustijs recordata, ad eius opem confugit. Itaque fructum am. & B. Didaci, parumque pulueris è sepulchro supra parturientem natum imposuit, quæ subito mortuum factum edidit, ipsa salua. Mansit autem mortua puellula aliquo thorum spatio, sed eiusdem auiam Maria iam sem. B. viri opem à matre experta, eum pro neptis vita tanto fiducia orate non dubitauit, quod cum deuote fecisset, alteram etiam beneficium impetravit, & puella facta b. apt. smi fonte abluta, & geminæ vitæ munere à Deo donata d. u. postea saperuixit.

§. 12. Illud idem autem, quod in Maria della *Penuella* Petri Hemandez Complutensis filia, Dei virtute, per merit. B. Didaci mirifice effectum est, notum, & valde peruulgatum in Hispania, multique qui meminerint, superant. Inuaserat virginem horribilis, & deformissima paralytis, tanta neruorum dissolutione, & membrorum vexatione, brachijs, cruribusque distortis, totoque corpore conuulso, vt non iam mulier, sed monstrum esset, & Medici se nihil vnquam tale vidisse profiterentur, accedebant ferè breues vehementes, & Capitis dolores peractes, & affidui, quibus misera grauissimè affl. stabatur. Ea igitur ad B. Didaci corpus delata, cum in eius intercessione, & Dei misericordia confideret, & suppliciter oraret, voti compos, ab omni illa membrorum distoritione & deprauatione, omnique corporis infirmitate est liberata, quæ tanti accepti beneficii, non ingrata Deo, virginem suam vouit, & sacrum virginum Collegio ad. n. in Monasterio sancti Ioannis, quod à penitentia nominatur sancte, & religiose vitam duxit.

§. 13. Sed quod in Principe Carolo, charissimi in Chr. filij nostri, Philippi Hispaniarum Regis Catholici, primogenito filio diuinitus actum est, magnum apud omnes famæ celebritatem habet. Aegrotabat Compluti adolescens Princeps anno humanæ salutis. M. D. LXII, qui cum è scalis decidisset, gravissimum ex eo casu, & prolapsione in Capite vulnus

acceperat: omnia remedia, omnes curationes adhibitz, quæ humana industria præstari poterant, vt in tanto Principe par erat: sed cum nihil humanum proficeret, morbusque magis semper ingrauescebat, iamque eius grauitati natura succumberet; Medici, Principis salute prorius desperata, certam imminens mortis horam præfinitur, idque Regi patri, ne tam acerbo spectaculo interesset, denunciant. Cum igitur omnis humani adiumenti spes defecisset, ad diuinum, quod vnum reliquum erat, præsidium confugiunt. Itaque deuotionis ardore succensi, à Patribus suis, Beati Didaci corpus decenter, & religiose in Principis cubiculum afferri curant, post annos fere centum, integrum, & incorruptum: quod cum Princeps beati viri patrocinio se commendans, deuote tetigisset, eo inde amoto, vidit in somni quiete, Beatum Didacum ante lectum stantem, & crucem arundineam manu gerentem seque admonentem bono animo vt esset, & in Deo confideret, fore enim, vt ex ea aegrotatione sanus fieret. Quare eo potissimum tempore, quo Medici Principem moriturum prædixerant, non solum melius habere cepit, sed paulo post ex omni illo vitæ discrimine diuinis, ac supra naturam ad uentis tam mirabiliter est reuocatus, vt digitum Dei per merita Beati Didaci ibi adfuisse omnes intelligerent. Sed præter cæteros Principes ipse, & Philippus Pater, incredibili læticia tamquam rediui filij affectus, id agnoscere, & Deum glorificando palam profiteri.

§. 14. Ita que pius Rex cum charissimi, & primogeniti filij vitam, summæ Dei clementiæ per merita, & preces Beati Didaci ferre acceptam, cuperet que quacunque ratione possit gratiam aliquam Deo, in sancto suo reficere, anno insequenti ad fel. recor. Pium Quartum prædecessorem nostrum, vna cum Principe filio, & cetera fere Hispania literas dedit, quibus ab eo suppliciter petebat, vt pro sua, & sanctæ huius Apostolicæ Sedis summa auctoritate, beatum Didacum, tam excellenti sanctitate virum, & tanta miraculorum claritate illustrem in Sanctorum numerum referre velleret, atque ab vniuersa Catholica Ecclesia pro sancto venerandum esse statueret. Tam deuotis, iteratisque Catholici Regis, aliorumque postulationibus permotus idem Pius prædecessor, de ijs in Consultorio suo secreto referri iussit, & quinque Cardinales consilio, & doctrina præstantes delegit, qui eiusmodi per magni momenti negotio præessent, inter quos vnus fuit Cardinalis Alexandrinus, cuius memoria in benedictione est, qui postea Pontifex factus. Pius eius nominis Quintus est appellatus. Res suo Ordine accepta est sub Pio Quarto literis in Hispaniam transmissis, ad testes ex formula examinandos actaque ritè conficienda. Cumque ipse Pius Quartus è vita migrasset, non destitit idem Philippus Rex apud succedentes Pontifices sanctæ recor. Pium Quintum, & Gregorium Decimum tertium itidem prædecessores nostros sedulo. Sed Deo ita disponente, quamuis pleraque superioribus annis sint acta, res tamen ipsa per se sub illis Pontificibus, atque absolui non potuit. Cum primum igitur humilitas nostra, non nostris meritis, sed diuinæ clementiæ abundantia, in excelsa Apostolicæ sollicitudinis specula, his difficillimis temporibus est constituta, statim idem Philippus Rex nulla ex parte restitit, aut refrigerato fidei suæ zelo, nobis per dilectum filium, nobilem virum, Henricum de Guzman, Comitem de Oriuarez suum apud Nos & Sedem Apostolicam Oratorem, magnopere supplicandum curauit, vt posteaquam ea fere omnia, quæ ad acta, & processum Beati Didaci pertinebant, ex huius sanctæ sedis præscripto confecta erant. Nos, quibus vniuersalis Ecclesiæ cura esset credita, & ad quos solos eius rei iudicium pertineret, tam pio & tam ab eius maiestate, totaque



Hispania exoptato operi, quod est de eodem Beato Didaco, Sanctorum Cathologo adscribendo, supremam manum imponere vellemus. Et nos quidem Regis ipsius religiosum studium, & perseverantem hac in re sedulitatem commendantes, cupiebamus eius pie petitioni, quantum cum Domino liceret, satisfacere: tamen pro nostro pastoralis muneris officio starebamus, in re tam graui nulla præpropria festinatione utendum, sed omnia ex Ecclesiastica disciplina, ex maiorum nostrorum saluberrimis institutis, ex Apostolicæ sedis circumspectione diligentissime agenda esse. Itaque duobus antiquioribus causarum Palatii nostri Auditoribus, doctrina, & rerum usu præstantibus, ipsis ferè primis Pontificatus nostri diebus mandauimus, ut acta omnia totumque processum summa cum diligentia perlegerent, & examinarent, quo illi in munere menses complures sedulo accurateque versati, copiosam relationem omnium, suamque sententiam nobis scripto tradiderunt. Cum autem Cardinales omnes ab eodem Pio Quarto huic negotio olim præpositi, viâ essent vniuersæ carnis ingressi. Nos primo anni superioris mensè in Consistorio nostro secreto, alios in eorum locum suffecimus, pietate, prudentia, eruditione, fide nobis probatos, adhuc autem & numero plures prioribus, ut in graui causa, prudenti, multorum grauium virorum iudicio adhibito, cuncta exquisitis discutierent. Hi vero fuerunt more maiorum, ex tribus Ordinibus delecti Venerabiles Fratres, Episcopi, Alexander Ostiensis Farnesius, Marcus Antonius Prænestinus Columna, & dilecti filij nostri Frater Michael, Sanctæ Mariæ Lupatæ Mineruam Alexandrinus, Julius Antonius, Sancti Bartholomæi in Insula Sanctæ Seuerinæ. Antonius SS. Ioan. & Paul. Caraf. Frater Constantius S. Petri in Monte aureo, titularum Presbyteri Sarnanus, Ferdinandus Sanctæ Mariæ in via lata de Medicis, & Heronymus Sanctæ Mariæ in Cosmedin Diaconi, Martialis, nuncupati Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, quibus commisimus, ut pro rei grauitate, proque ea, quæ Deo cordium scrutatori, & nobis quoque, in eiusmodi publico munere obeundo à primarijs Ecclesiæ membris fidelitas, & diligentia deberetur, acta de fidei integritate, vita, moribus, & miraculis Beati Didaci, & Auditorum nostrorum relationem, quanta maxima fieri posset diligentia inspicerent, & expendere, atque ad nos opportuno tempore referrent, ut diuina Spiritus sancti gratia illustrati, de ipsorum, & cæterorum Fratrum nostrorum consilio, quæ Dei gloriæ, qui Iustitia, & Veritas est, consentanea forent, delibere possimus. Multis igitur elapsis mensibus, cum interea Cardinales ipsi frequenter congregarentur, acta, processus, rerum gestarum seriem, testes, singula denique ad sacrorum Canonum præscriptum maturè, & accuratè considerarent, examinauerunt, atque inter se conferrent. Viros etiam sanctæ Theologiæ, & Pontificij iuris scientia peritissimos in Consilium adhiberent, cum iam omnia parata esse intelligeremus, secretum Consistorium de more conuocari iussimus, in quo Venerabilis Frater noster Marcus Antonius, Episcopus Cardinalis Prænestinus, suo, & Collegarum, qui ibidem assidebant, nomine, graui, & accommodata oratione de omnibus fideliter nobis retulit, quibus explicatis ad extremum dixit. Quandoquidem Beati Didaci fidei integritas, egregiæ virtutes, præclaræ, & insignia miracula optimè essent comprobata, & collegas suos vnanimes in eam sententiam venisse (si ita nobis videretur) vltimus nos progredi, & beatum illum virum, in Sanctorum numero posse adscribere, quorum cum sententia etiam cæteri Fratres nostri Cardinales, cum à singulis graues sententias dictæ essent, ad vnum omnes consenserunt. Quæ cum audiremus, gaudens erat cor nostrum in Domino, quod beati serui sui

gloriam quotidie magis patefaceret, omniaque ipso benedicente tam feliciter procederent. Quare in tam sancto, pioque opere nihil omnino necessarium diligentia prætermittentes, ex more, institutoque maiorum decreuimus, ut ad vltiora procederetur. Ad ebus aliquot interpositis publicum Consistorium indiximus, in quo, præter Cardinales, etiam Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & Prælati omnes, ac familiares nostri de more interfuerunt. In eo vero dilectus filius, Pompeius Arigonius Romanus, Aulae nostræ Consistorialis Aduocatus, disertam orationem habuit de vitæ sanctitate, rebus gestis, & miraculis beati Didaci, & denique Catholici Regis, totiusque Hispaniæ nomine, ut eundem beatum Didacum tantis meritis illustrem, Sanctorum numero aggregaremus, nobis humiliter supplicauit. Gaudebamus etiam hoc loco in Domino, in cuius manu cor Regis est, & quocumque voluerit inclinat illud. Etenim planè videbamus, non sine diuino instinctu fieri, quod Catholicus Rex, cui multorum Regnorum grauisima administratio à Deo est tradita, quique tot curarum onere premitur, tanto ardore in hoc Beati Didaci negotio absolueno versaretur, ut in magnis temporum difficultatibus se, suaque Regna apud Deum noui patroni suffragijs, & piè, & prudenter committeret: quare respondimus, Philippi Regis Catholici de B. Didaco, nostræ, & Apostolicæ sedis auctoritate in sanctis adscribendo diuturnam, & perseverantem postulationem dignam esse singulæ eius pietate, dignam perpetuo Catholicæ religionis propagandæ studio, laetari nos, & Deo gratias agere, quod beatos seruos suos, quos in calis coronat, à nostra quoque tenuitate in terris honorari velit, eosque nobis ad auxilium, & exemplum proponat.

§. 15. Et nos quidem ad pietatis eius desiderium expleendum propensiores esse, facere tamen rei grauisimæ magnitudinem, ut de Regis petitione adhuc cum Fratribus nostris Cardinalibus & Episcopis etiam, atque etiam de liberandum censeremus; quare eosdem Fratres hortati sumus, ut omnia, quæ ad hanc causam pertinerent, diligentissime considerarent, quodque nos ipsi iam pridem faciebamus, Deum magnopere orarent, ut corda nostra suo lumine collustraret, totamque hanc actionem, ad sui gloriam, & Ecclesiæ utilitatem disponderet & dirigeret. Hac cum essent acta, alteram item Consistorium secretum indiximus, in eoque etiam Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos in Romana Curia præfentes, Prototonarios quoque nostros, qui ex numero dicuntur, & Rotæ Auditores inter se iussimus. Tum nos ipsi de sacrosancta huius Apostolicæ sedis, in qua Dei prouidentia sedemus, auctoritate, & potestate, deque Spiritus sancti singulari patrocinio, atque ineffabili assistentia à Deo, in omnibus verbis suis fidelis promissa, vsque ad consummationem seculi perpetuo futura, quibus gubernatur, ea diximus, quæ causæ & temporis ratio potissimum requirere videbatur. Denique à fratribus nostris petiuimus, ut quoniam alias statutum esset, ut ad vltiora in hoc negotio procederetur, nunc præcisè & expresse dicerent, an ex ijs actis, quæ ipsi viderant, & audierant, Beatus Didacus esset Canonizandus. Igitur à sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus primum, deinde à Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis piè, grauitè, & eruditè sententias dictis, omnes vnanimes id ipsum sentientes, dixerunt, sibi videri ex ijs, quæ maturè ipsi hac de re viderant, & audierant, Beatum Didacum à nobis merito inter sanctos esse adscribendum, Deo autem, qui in domo sua fratres in vnum habitare facit, gratias agentes de tanta fratrum nostrorum consensione, quodque ad seruum & amicum suum, quantum nobis licet, honorandum corda nostra impelleret, & illa-

fraret,

fraret, cum per eius gratiam hucusque, omnia ritè, atque ordine acta essent, quod reliquum erat, diem Canonisationis præstitimus ad sextum Nonas Iulij, quo die memoria Visitationis Beatæ Mariæ temper Virginis ad sanctam Elisabeth piè ab Ecclesiâ reuoluit, ut eiusdem humani generis Aduocata patrocinio, tandem pium hoc opus prosperè, & salutaritè à nobis abfolueretur. Fratres interea nostros hortati sumus, ut intermedio tempore vna nobiscum precibus, elemosynis (quas nos & libenter, & per erogaui- mus) quemadmodum & Regis nomine ab ipsius Oratore factum fuit) ieiunijs, sacrificijs Dei auxilium inuocare non cessarent. Is igitur festus Visitationis dies, id est, hodiernus, cum aduenisset, Nos & fratres nostri Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi sacris vestibus induti, in choro per nos ipsos in nostra Pontificia Capella Hymno, *Aue maria stella*, cantorumque choro prosequente, vti ipsa, quæ mater est gratiæ, nobis præret, & præleret, cæteris etiam Romanæ Curie Prælati, & Officialibus, familiaribusque nostris, ac vniuerso regulari, & seculari Clero longo, deuotoque Ordine progredientibus, omnes simul accensos cereos in manibus gestantes in eius honorem, qui est lux vera, gloria, & splendor Sanctorum, à Palatio nostro Apostolico solenniter processimus, ad antiquissimam, & religiosissimam Basilicam Principis Apostolorum, in cuius medio per amplam suggestum Regis sumptu extructum erat, paratumque Altare ad sacram Pontificalem Missam celebrandam, totaque templi facies in Communi Ecclesiæ læticæ hilaris, & Pontificio apparatu decenter ornata, omniaque spiritalibus canticis personabant, funalia, & faces circumquaque ardebant, & vexilla appensa, in quibus beati viri imago expressa erat, qui corpore erecto depictus, dextra manu coronam beatissimæ Dei Genetricis, sinistra Crucem inuictissimam gerit, & intruetur, cuius nimirum auxilio hostes terribissimos, carnem, mundum, & diabolum superauit. Hic nos in maxima fidelis populi, totiusque adstantis cleri frequentia, celestis illius, & triumphantis Hierusalem effigiem quamdam nobis ante oculos proponentes, & quantum in hac lachrymarum valle licet, intuentes, consensu gradibus, in suggestu ante Altare orauimus, mox in sublimi Apostolico Throno confidentes. Fratres nostros sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & Episcopos omnes sacris vestibus ornatos, & paratos, nobis obedientiam de more præstantes excepimus: tum dilectus filius noster, Petrus tituli sancti Hieronymi Illyricorij Presbyter Cardinalis Deca Hispanæ, Catholici Regis Philippi, totiusque Hispaniæ nomine semel, iterum, & tertio suppliciter & instantissime à nobis petijt, ut B. Didacum in Sanctorum numerum adscriberemus, nosque ad singula eius petitiones, Regis pietate, & Beati viri meritis collaudatis, semper tamen per distincta interualla, nostras, totiusque cleri, & populi Orationes Lytanas, & sacros Hymnos interposuimus. Demum, cum iam nihil omnino, ex his quæ à maioribus piè, sanctèque sunt hoc de genere instituta, esset prætermittendum, immo potius matura deliberatio, summaque diligentia abundantius adhibita, inuocato sancto creatore Spiritu, cuius consilio, & sapientia, sancta Ecclesiâ, columna, & firmamentum veritatis regitur, eiusque numen sæpè à nobis ex intimo corde multis etiam lachrymis imploratum, præsens adesse non dubitantes: ad honorem sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus sancti ad exaltationem supernæ, & triumphantis Hierusalem matris nostræ: ad exaltationem Catholicæ fidei & Christianæ religionis augmentum: auctoritate Sacrosanctæ Trinitatis, Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra, de Venerabilium Fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardina-

lium, omniumque Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Romana Curia existentium consilio, & vnanimi consensu, Beatum Fratrem Didacum, de sancto Nicolao, Prouinciæ Bæticæ Hispanum, Ordinem Minorum sancti Francisci expressè professum, sepultumque Compluti in Ecclesiâ Fratrum eiusdem Ordinis, de cuius fidei puritate, excellentia vitæ, & miraculorum in vita, & post mortem claritate nobis plenissime constat, in Sanctorum Consessorum numerum, & Catalogum adscribendum esse decreuimus & adscripsimus, prout per præfentes decernimus, & adscribimus, eumque ut sanctum ab omnibus venerandum esse mandamus: statuentes, ut ab vniuersa Ecclesiâ anno quolibet, die 12. Nouembris festum ipsius, & officium, sicut per vno sancto Confessore tantum, ad formam in rubricis Romani Breuiarij præscriptum deuotè celebretur, quodque in eius honorem Ecclesiæ, & Altaria, in quibus Deo sacrificia offerantur, erigi, & fundari possint, eademque auctoritate omnibus verè penitentibus, & confessis, qui singulis annis eodem die festo supra dictam Ecclesiam oppidi Complutensis Tolitanæ Diocesis, vbi ipsius corpus requiescit, nec non Altaria, & Ecclesiæ, quæ in eius honorem constructæ erant, deuotè visitauerint, easdem Indulgentias, priuilegia, & gratias concessimus, & elargiti sumus, quemadmodum concedimus, & elargimur, quæ cæteris dicti Ordinis Sanctis Ecclesijs concessæ sunt.

§. 16. Quibus omnibus, quæ ad sancti Didaci Canonisationem pertinebant, absolutis, ac laudis, & gratiarum actionis Hymno Deo decantato, eiusque auxilio per Beati Didaci preces peculiari Oratione, quam nos clara voce pronunciamus, implorato, tandem eodem in loco, & Altari missam solennem de Beatissimæ semper Virginis Visitatione cum beati Didaci commemoratione, nos ipsi celebrauimus, fidelibusque, qui tam piè & religiosè actioni, & sacrosancto sacrificio deuotè interfuerant, ad Dei, & Sancti sui gloriam, & laudem, plenariam Indulgentiam concessimus.

§. 17. Omnes igitur Deum cali benedicamus, & coram omnibus viuentibus constreamus ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam, agnoscamusque non sine magna Dei prouidentia factum esse, ut hisce afflictis Christianæ Reipublicæ temporibus, quibus maxime multiplici Sanctorum suffragio indigemus, nouus hic suffragator, & patronus fidei populo tribueretur. Et nos quoque, qui in hac pastoralis statione, in qua nos Deus collocauit, de vniuersi gregis Domini salute anxij dies, noctesque Hispaniæ peruegilamus, Dei erga nos singularem clementiam agnoscamus, qui post tot annos, post tot Beatissimos Pontifices prædecessores nostros, nobis humilibus huius magni operis absolutionem referuauerit, qui cum sancto suo eiusdem Seraphicæ religionis communione consociati sumus. Quamobrem eundem Patrem misericordiarum, qui humiles exaltat humiliter deprecemur, ut per merita, & intercessionem sancti Didaci Ecclesiæ suæ, pacem, & tranquillitatem, Regibus, & Principibus Christianis vniorem, vitam, & felicitatem, miseris, & obæcatis Hæreticis lucem Catholica veritatis largiatur. Cæterum quia nimis difficile foret præfentes nostras originales literas, ad singula loca, vbi opus esset, deferri, volumus, ut earum transumptis etiam impressis, manu publici Notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem, quæ ipsi præsentibus fides vbi que adhibeatur. Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc nostrorum decreti, adscriptionis, mandati, statuti, Concessionis, elargitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contarie. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indigna-

tionem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Romae apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicae, Millefimo, Ducentesimo, Octuagesimo octavo, sexto Nonas Iulij, Pontificatus nostri, Anno quarto.

Ego Sixtus, Catholicae Ecclesiae Episcopus.

Ego Alexander Cardinalis Farnesius, Vicecan. Episcopus Ostiensis.

Ego Ioan. Anronius, Episcopus Portuens. Cardin. Sancti Georgij.

Ego Alphonsus, Cardinalis Gesualdus, Episcopus Tufulanus.

Ego Innicus Aualos, Cardinalis de Arag. Episcopus Sabinenfis.

Ego Marcus Antonius, Cardinalis Columna, Episcopus Praenestinus.

Ego Prolomæus Cardinalis Comensis, Episcopus Albanensis.

Ego Marcus Sitrus Cardinalis ab Altaemps, titulo S. Mariae Trans Tiberim.

Ego P. Cardinalis Sanctacrucius, titulo Sancti Clementis.

Ego G. Cardinalis Pal. titulo Sancti Laurentij in Lucina.

Ego Fra. Michael Bonellus Cardinalis Alexan. titulo S. Mariae supra Mineruam.

Ego Ludouicus, Cardinalis Madrutius, titulo S. Anatafia.

Ego Nicolaus Cardinalis de Pellene, titulo Praedixis.

Ego Iul. Ant. titulo S. Bartholomaei in Insula, Praebyter Cardinalis S. Seuerinae.

Ego Hieronymus Cardinalis Rusticucius titulo Sanctae Sufinae.

Ego Ioan. Hieronymus Cardin. Albanus titulo S. Ioan. ante portam Latinam.

Ego H. Cardinalis Simoncellus, titulo Sanctae Priscae.

Ego Petrus Cardinalis Deca, titulo Sancti Hieronymi.

Ego A. titulo SS. Ioan. & Pauli, Praebyter Cardin. Carafa.

Ego Ioan. Antonius, Card. SS. Quatuor.

Ego Ioan. Baptista, Cardinalis S. Marcelli.

Ego Franc. Card. Loyeuse, titulo Sanctissimae Trinitatis in Monte Pincio.

Ego Iulius Cardinalis Cananius, titulo Sancti Eusebii.

Ego Nicolaus titulo S. Caeciliae Cardinalis Cremonens.

Ego Antonius Maria, Cardinalis Salutatus, titulo S. Mariae de Pace.

Ego Aug. Cardinalis Veronens. titulo Sancti Marci.

Ego Vincen. titulo Sanctae Mariae in via, Cardinalis Montis Regalis.

Ego Philippus Cardinalis Spinula, titulo Sanctae Sabinae.

Ego Scipio Cardinalis Lancellotus, titulo Sancti Saluatoris in Lauro.

Ego Vincentius Cardinalis Gonzaga, titulo Sancti Alexij.

Ego Henricus, titulo Sanctae Pudentianae, Card. Caietanus, S. Rom. E. Cam.

Ego Ioa. Baptista, titulo S. Mariae in Araceli Card. Cast. uccius.

Ego F. Cardinalis Cor. titulo Sancti Stephani in M. C.

Ego Dominicus, titulo Sancti Laurentij, Cardinalis Pinellus.

Ego Hyppolitus Card. Aldobrandinus, tit. Sancti Pancratij, Maior Penitentiarius.

Ego Hieronymus, titulo Sancti Petri ad Vincula, Card. de Ruere.

Ego Philip. Cardinalis de Lenoncourt, titulo Sancti Honuphij.

Ego Fr. Hieronymus, titulo S. Thomae in Parione, Cardin. Asculan.

Ego Antonius Maria, titulo S. Agnetis in Agone, Cardin. Perusinus.

Ego Fr. Constantius Cardinalis Sarnanus, titulo S. Petri in Monte Aureo.

Ego G. Alanus, titulo S. Martini, Cardinalis Anglican.

Ego Scipio, titulo Sanctae Mariae de Populo Praebyter Cardin. Gonzaga.

Ego Antonius Cardinalis Saulius, titulo Sancti Vitalis.

Ego Euangelista Card. Cusentinus, titulo S. Matthaei in Merulana.

Ego Fra. Stephanus, titulo SS. Marcellini & Petri Praeb. Card. Arctinus.

Ego A. Cardinalis Montaltus, Diaconus Sancti Eustachij.

Ego Hieronymus S. Mariae in Cosmedin, Diaconus Card. Mattheus.

Ego Benedictus, S. Agathae, Diac. Cardinalis Iustinianus.

Ego Afcanius SS. Viti, & Modesti Diac. Cardinalis Columna.

Ego Federicus, Sanctae Mariae in Dominica Diac. Cardinalis Borromaeus.

Tho. Thom. Gualterutius.

VII. Idus Martij, huius 1463. anni in humanis esse desijt, Beata Catharina Bononiensis, Ordinem Clarissimum professi. Haec ante quinquaginta annos, patre Ioanne ex Vigorum nobili familia, matre Beneuenua, ad 6. Idus Septembris progenita, Bononiensem Urbem sanctitate, ac miraculis illustrauit. Eius natiuitatem, nocte, quae felicem partum praecessit, ipsa Dei Mater, Patri eius Ioanni Patruj agniti praemonstrauit, eamque futuram, ingens in toto orbe terrarum lumen praedixit. In lucem edita, nullum vagitum, quemadmodum infantes solent emittit, neque per totum triduum aliquid vel lactis, vel alterius nutrimenti gustauit maximo sanctitatis, & austeritatis futurae praesagio. Bononiae primis annis exactis, a parentibus Ferrariam missa, Margaritae Nicolai Atesti Principis filiae familiariter conuixit. Erat illi in teneris annis prudentia senilis, modestia singularis, ac morum elegantia admiranda. Ibi cum deliciis ornata, atque opes fastidisset, relicto aulico splendore, atque saeculi vanitate Monasterium Corporis Christi, sacrum Diuae Clarae Virginitatis parentibus, non maior vnde annis ingressa est, ut amoris omnibus impedimentis, Christo se dederet, quem dies, noctesque cogitabat.

Remota ab omnibus rerum terrenarum occupationibus, ingenti animi ardore Deo famulari cepit. Parentum, ac propinquorum omnium cogitationem statim deposuit, ut nihil aliud, quam Deum meditaretur. Peccatorum in primis miserabatur, salutemque eorum vehementer cupiebat. Itaque frequentes, pro ipsi apud Deum precibus interponebat, ut ad penitentiam reuersi, Diuinam benignitati conciliarentur. Tentationes grauissimas ab antiquo hoste immixtas, tam patienter, quam libenter pro Christo sustinuit, eaque propter hilari semper fuit facie, & temperata grauitate exultanti assimilis. Nullam sibi temporis portionem vacuam elabi patiebatur; Sciens, nullius aequae rei reddendam nobis esse Deo rationem, quam temporis: Nullum ex ore illius verbum excidit inane, & quod aliquo modo audientes, posset offendere. Pro Christo cupida contemni,

LXV. Vita & obitus Beatae Catharinae Bononiensis, Ord. Minorum.

ac pro nihilo haberi, stulta existimant, atque dici appetebat: quemadmodum ipsa se credebatur, ita iudicari ab omnibus contemptibilior exoptabat. Exinde, nihil unquam, aut dicebat, aut faciebat, quod profundissima humilitatis specimen non exhiberet. Itaque deteretima vestimenta induebat, viliissima ministeria deposcebat: tam valentibus, quam aegrotantibus adeo submissa charitate ministrabat, ut nihil tam laboriosum, aut tam sordidum foret, quod illa refugeret. Ex humilitatis profundo, obedientia illis promptissima, ut omnium sacrarum virginum ancilla, & esse, & dici gloriaretur. Orationi dies, noctesque incumbens, cum solitaria vitae desiderio teneretur, ac ne a Satana insidiatore illuderetur, mentiret, diuinitus admonita fuit, ne alio emigret, debere unquamque in eo statu permanere, ad quem illum Deus vocauerit. Cum inter orandum, magna lassitudine defatigata, aliquando in soporem incidisset, secundum quietem apparuit ei Sanctus Thomas Canthuariensis Archiepiscopus, Pontificalibus vestimentis ornatus, qui illum edocuit; modum etiam orationi esse adhibendum, & post eam aliquantum quiescendum, ac collectis deinde viribus ad eam redeundum. Haec cum Sanctus praescripserit, manum illi osculandam exhibuit, & ab oculis eius disparuit. Ab hac visione experrecta, septem sibi in oratione obseruanda praeposuit.

1. Mundum ab omni labe animum, & corpus habere. 2. Vehementi, diuini honoris in rebus omnibus desiderio teneri. 3. Bonorum perpetratorum obliuisci, & ad anteriora manum extendere, neque unquam in operatione deficere. 4. Cupiditate, pro delictis proprijs, & alienis satisfaciendi, flagrare. 5. Sibi non fidere, nec propriae opinioni inniti velle, ac omne bonum suum opus habere suspectum, laboremque portare crucem. 6. Spem omnium in Deo collocare. 7. Diuinam praesentiam perpetuo cogitare, neque unquam effert, aut superbit. Per has lines dum sese Catharina in orationibus exerceret, diuinis visionibus, & apparitionibus digna fuit. Semel nocte, quae natalem Christi diem praecessit, quarta ipsa hora concubia, oranti in templo, Diua Virgo Deipara, infantem Iesum in vlnis gestans, visibiliter apparuit, & filium illi suum amplectendum, dissuadiendumque tradidit. Sacerdote inter sacrificandam verba cantus Angelici, Sanctus, Sanctus recitante, Angelos, illa ipsa verba, repetentes exaudivit. Sanctum quoque Franciscum, semel, & iterum sibi apparentem contempsit. Proprijs etiam vidit oculis, abeuntem in fumi speciem diabolum, cum quemdam sic impulisset, ut de suo ouili omnino egredi vellet. Multa difficillima, oratione sua impetravit. Inter haec, ne Margarita Nicolai Atestini filia, a Roberto Malatesta, vidua relicta, alteri vero a parentibus iam desponsa, praeter voluntatem desponsae iungeretur, obtinuit. Nam quo die ad secundum maritum fuerat ducenda, ille diem suum obijt; actio de insequente illi Roberto apparuit, & dixit: Scito Margarita, me tuum esse sponsum, atque nolle, ut alteri viro iungaris. Multa, & in his victoriam Bononiensium de Philippo Mediolanensi Duce praedixit Catharina. Nam ipsa pro patria orante, Hannibal Bentiuolius facto aduersus Mediolanenses copias impetu, illas cum suo duce fudit, & fugauit. Constantinopolitana quoque Urbis excidium praenidit, ac Imperij Orientalis mutationem pronunciauit, pro qua, re cum cogaret, ne Christi innotum Imperium in potestatem Turcarum veniret, admonita est a Deo, ut precandi finem faceret, quod propter Graecorum flagitia, & impietatem, oporteret a Christiano corpore illud imperium reuocari. Inter orandum et-

iam, cernere meruit, fororis suae animam in caelestibus collocatam: nec non animam Ioannis Ferrariensis Episcopi, hora diei tertia caelos secedentem. Dum Sanctus Bernardus Catholico Sancti Iulij inscribe eruit, ipsa in Spiritu interfuit, & versus frater in viam salutis, a qua deuiauerat, dirigetur, ab ipso petijt, & impetrauit. Ne Bononiensis Monasterij praefecturam, electa respueret, Dens illam ore suo admonuit, renunciauitque, daemone voluisse illud euertere, & nomen illius pariter delere; sed ipsam orationibus obtulisse, ne vspiciam praetuleret. Duas sedes magnificentissimo apparatu ornatas, alteram quidem maiorem, alteram vero minorem, caelestis demissas semel spexit; & ex his maiorem, orationemque, Catharina Bononiensis esse, audivit. Aliquando graui aegritudine afflicta, Princeps Orbis Iesum in throno maiestatis suae sedentem, Diuamque Deiparam, & Sanctos Laurentium, ac Vincentium Martyres, vna cum innumeris Angelis circumstantibus, & quemdam in conspectu principis, fidibus, verba illa, & gloria eius in te videbitur canentem contuita, audivit Iesum dextera manu Virginem apprehendentem, dicentemque: Audi filia diligenter concentum, & percipe, qui est, & gloria eius in te videbitur. In extremam postea aegritudinem delapsa, cum horam mortis adesse intelligeret, sacramenta Ecclesiastica summa cum demissione recepit; illud inter ipsas meditationes Sororibus promittens: Scitote me vobis vtiliorem fore in caelis, quam hucusque in terris fuerim: si tamen per viam mandatorum Dei, & praemonstratam a me vobis semitam gradiamini, mutua semper charitatis memores, pacis, atque concordiae amantes. Haec et alia plurima, cum omnibus, & singulis exhortata esset, facie mirum in modum exhilarata, ter repetito Iesu nomine, paruo, ac suauis admodum suspirio felicem animam efflauit, ingentibus miraculis post mortem illustris. Corpus eius, quod resosum odorem spirauit, & suauis sudore ex vultu manante fragrauit, adhuc integrum, ac tractabile apud Bononienses visitur, ut illud sanctimonialia vestiant, in cathedra collocent, venerationi exponant, mollitie, ac flexibilitate membrorum tanta, ut non mortua sed quasi somno oppressa, ab omnibus videatur. Miracula, quae vita sancta Catharina patrauit, Ioannes Antonius Flaminius Florocorneliensis descripsit, in vita Beata, apud Bononienses Anno Domini 1523. impressa, ex qua summam descripsimus.

Sub id temporis in Scotia immane quiddam accidit. Latro quidam ad Finnianum antrum in Angusia, vbi eum scelerata familia ab hominum sodalitate secreta agebat, adol. scentes quos, aut furto sustulerat, aut absque arbitris iugularat, domum adlatos estabat, & quibus tenerior erat aetas, meliorque corporis habitudo, maioribus in delicijs habebat. Ob quod deestandum scelus, cum coniuge, omnique familia, vnica sexus femineae prole vix dum annum vnum nata duntaxat excepta, comprehensus, in vincula coniectus, viuis flammis traditus est, atque consumptus. Sed & haec Deidoni educata, priusquam duodecim superaret annum, in paterno scelere deprehensa, ut viua, terra defoderetur, sententiam accepit. Quumque duceretur ad supplicium, & ingens mortalium vis, multierum praesertim effusa, quod tam inhumanum facinus ausa fuisset, eam execraretur, conuersa ad sequentes, vultu crudelitatem praeseferebat. Quid, inquit, me obiurgamini veluti scelus homine indignum admisisse? Mihi credite, bis expe-ti essetis, quam palatum delectet humana caro, quia liberorum esu abstineret, prorsus inueni erit nemo. Ita perpetrati criminis impunitens, destinatum supplicium multis conspicientibus, deestantibusque tantam in femina crudelitatem, impudentiamque contumaci animo obiuit.

LXVI. Immanis quadam scelera in Scotia puniuntur.



Fere eodem anno alia, sed ob aliud erimen viua defossa est, ancilla vtrumque sexum habens, sed viriliter latentem, vbi tamen velle exercendi habens potestatem: Haec in Ly h quo (veteri oppido nomen est) in cuius cuiusdam domo commorans, filianifamilias, qua cum communi vtebatur lecto, praegnantem fecit. Comperta re, capta, matronis quibusdam simplicem puellam deceptam indignantibus, iudicio v. gentibus, quod quum sexum femininum praeulisset, nihilominus virilem vsurpasset, in terra viua defossa occubuit. Quo etiam tempore Scotorum Regem, omnibus viribus Angliam ad infestandum euntem, impostor quidam Nunciij Apostolici, persona assumpta retrocedere coegit. Erat is natione Anglus, sed qui probe linguam calleret Italicam, latrocinij, ac audacibus iam olim affuetus facinoribus, diplomatis bullisque affatum instructus. Hic adiuncto sibi quodam monacho, ingentem pietatem vitaeque sanctimoniam simulante, Regi occurrens, mandato summi Pontificis vetavit, ne ultra pergere contenderet, diis omnibus execrationibus capita omnium deuoturus, si mandata contemnerent. Pontificem namque summum, quia a Turcis Christiani nominis crudelissimis hostibus religionis ditio in dies magis, ac magis lacearetur, compositis tota Europa, qua Christi nomen colitur inter Principes bellis, communibus auxilijs communem proli bere hostem decreuisse. Venturos autem beneuolentissime ab eodem Pontifice Legatos, qui in uias Scotis, ab Anglis illatas reparare curent; ac inter Eboraci Ducem, Regemque Henricum quicquid est dissidij componant. Iacobus Rex fraudè dictis nullam fuisse credens, mandato obsecutus, cōfessum exaurhorati dimisit exercitum. Sed vix dum se receperat, quum technam fuisse ab hostibus structam cognouit, quo pariter tempore mirum & istud accidit, in violatores rerum sacrarum, sed iam sub Iacobo puero Rege. Donaldus ab Insulis rebellione facta, vbi Hebridum se Regem appellasset, ed cūmque fuisset ne quisquam Regis obsecraret ministris, sed proventus omnes vni sibi penderent, Atholiam contendens, Comitem Regis patrum, ad Diuæ Brigidae templum, ad Blair castellum cum coniuge, quae nuper à Douglas fuerat Comitissa, fugientem cepit, sacroque asylo violata, ex templo tractos in Ilam Insulam ad Colaig munitissimam arcem custodierendos misit. Inde ædem spoliavit, multa suppellectili, quae repente illic ex tumultu auditio propter loci religionem deposita ab incolis fuerat ablata. Ter ignem recto ædis sacrae injicere conati sunt, terque numine diuino ad culmen ascendens flamma, subito extincta est. Inde Atholiam totam depopulatus est, sacra iuxta, atque prophana, vastitate defadans. Sacerdotes autem verbis illum prohibere, deterrereque conatos, alios minis terruit, nonnullos pulsavit, quosdam etiam sacrilege interemit. Inde præda ingenti praesertim pecunia abducta in insulas se recipere conati, vindictam sacrilegiorum haud effugerunt. Suborta enim procella hyeme, submersi sunt plerique paucis in litora euadentibus. Itaque manifestum id iæ diuinæ iudicium experti, Hebridiam petentes de sacris rapta confestim reportant, cereisque, igne, atque precibus vt gentis illius nos erat, Diuam Brigidam placare contendunt, lincis modo recti, nudis pedibus, asyllum cui nuper superbe, ac contumeliose insultauerant, cum lachrymis reuerentes. Sed & Donaldus vt scelerum dux, singularem meruit vltionem. Mente enim alienatus est, nec quicquam deinceps egit, quod rationis, aut prudentiæ signum praeserret. Quamobrem amici cognatique eius cauitate permoti, Atholiam Comite cum vxore liberato, illum

ad Diuam Brigidam, expiatiuū sacrilegium ducunt. Quumque iam accensis cereis aram Diuæ accenderent, repente omnes ex flauo colore in nigrum versi sunt. In cuius rei iudicium, ad multos annos, ante statuam Diuæ Brigidae magno numero pendebant, quos Anno Domini 1522. Sacerdotes commoustrante conspexit is, qui scripsit: *Hector Boetius hist. Scotorum lib. 18. & 19.*

Peccid temporis, Matthias Pannoniae Rex, exemplo suo admonuit, quid non committere debeant, Legati Principum, ad alios destinati. Non facile admittebat calumnias eorum, qui conabantur famulantes illius, in odium adducere. Id Nicolaus, Madrusiensis Episcopus, quem in Pannoniam Pius II. Pontifex Legatum suum miserat, propter officium, & dignitatem conatus est. Nam allectus beneficentia Regis, cum totam hyemem in aula commoratus, in praecipuam Principum amicitiam sese insinualset, tandem Regis quoque animum perterritauit; & vt maiorem gratiam iniret, summos quoque Principes proditiōnis accusare cepit, idque se re ipsa demonstrare posse affirmavit. Rex dissimulata inquisitione, cum eandem sepius canitileam audiret, perfidiae eius detegendae causa, nihil minus expectantem, in conuentum Principum produxit, & clara voce: *Quinam sunt illi, inquit, quos vita & fortuna meis toties iam insidiantes, te certo comperisse asseruisti? Ibi cum Legatus obmutesceret, & veniam deprecatur: At ego, inquit Rex, nisi moueret me auctoritas Pontificis, ostenderem tibi, non deere Legatos, in alieno Regno seuerum disfidiorum iurare, & Principibus honesta, vita periculum creare. Tibi igitur mando, vt intra biduum, Regno meo excedas, quod nisi feceris, ego re ipsa ostendam, Matthiam Regem sceleratis tales artes serio odisse. Annal. Siliorum.*

IESV CHRISTI  
Anno 1464.

PII PAPAE II. FRIDER. ROM. IMP.  
Anno 6. Anno 13.

Gemina hoc anno expedit arma Pius Pontifex, aduersus Turcas, spiritualia videlicet, & secularia.

Inter spiritualia orationes Christi fidelium inprimis; deinde catheticam, seu dogmaticam epistolam, quam conuertendo Mahometho scripsit, dignam, quae legatur, vel ab his saltem, qui à sede Apostolica ad conuersionem Mahomethanorum mittuntur. Ita habet.

*Pius Episcopus, Seruus Seruorum Dei. Illustri Mahomethi Principi Turcorum, timorem diuini nominis, & amorem.*

Scriptura ad te aliqua pro tua salute, & gloria, proque communi multarum gentium consolatione & pace, horramur, vt benignè audias verba nostra, nec prius damnes, quam iudices, nec prius iudices, quam singula diligenter intelligas. Accipe, quae scribimus in bonam partem, & vsque in finem patienter audi. Si bona sunt quae suademus amplectere: si mala, respue, & in ignem mitte, neque idcirco epistolam rejicias, quia Christiani hominis est, & eius Christiani qui ceteris praestit. Non enim te odio persequimur, neque tuo insidiamur capiti; non tibi lamus in fens; diligimus, subente Domino, inimicos nostros, & pro persecutoribus nostris oramus. Sapientibus, & insipientibus debitor es sumus, & omnes cupimus saluos fieri, Graecos, Latinos, Indæos, Saracenos, & omnibus optamus bona. Sed scimus vera bona, neminem assequi posse, qui extra Euangelium degit, & à Christo Domino nostro est alienus. Noli autem aures claudere,

LXVII.  
In Detra-  
horribi-  
Regi  
Hungaria  
facimus.

I.  
In Turca  
Pius PP.  
gemina  
armamentis.

aut oculo: auertere, cum Christi nominamus, quem Mahometha lex in qua natus, & vitum sanctum, prophetam magnum, & virginis filium, & in raculis clarum dicit. Multa tibi pereum, & maxima bona aduenient, si ei credideris, & eius sacros initia uolueris. Horrefas haec cum principium accipies; sed audienda est tota lex, deinde iudicium promendum. Audi, quo tendimus. Multa tibi, & tuis progenitoribus cum Christianis bella fuerunt, multus sanguis effusus est, multae vrbes deletae, sacrae ades incensa, raptae virgines, violatae matronae, agri vastati, scelestae perpetratae sunt, quaecumque in mentem venire possunt, dum Turcis, & Christianis vteremur, gladio contendit. Tibi, vt fama, & opera ipsa loquantur, ingens desiderium est, Christianos sub iugum mittere, & Imperium Latini nominis obtinere. Et sunt fortasse qui hoc facile suadent, & omnia tuis armis peruia dicunt, & tuas vires amplificantes, Christianorum attentant; alij in diuisionibus, & odiis, quae gentem nostram exedunt, spem collocant, haud difficile existimantes, eos vincibiles exteri posse, qui domi dissident. Nos non ita ignarum te credimus nostram: um rerum, quin scias, quantum te credimus nostram potentia, quam valida Hispania, quam bellicosa Gallia, quam populosa Germania, quam fortis Britannia, quam Audax Polonia, quam strenua Vngaria, quam diues, & bellicarum perita rerum Italia. Sola Vngaria diu progenitores tuos, & te ipsum fatigauit. Ostus gesimam iam annum aduersus Vngaros, Turcorum signa feruntur, & adhuc circa Saum, ac Danubium haerent; vna te gens tua quae vires agitat: quid facias, si tibi cum Italis, aut Gallis, aut Germanis fuerit amplissimis, & robustissimis populis? Fortasse est, qui dicat, Iustinianum Imperatorem Constantinopoli sedentem, missi in Italiam Belissario, cum parua manu militum, Romam perditam, & reliqua loca vsque ad Alpes recuperasse, nec te Iustiniano minorem esse? Cane ne te fallant adulatoris, domestica Regum, & assidua pestis, quibus facilem principem magna de se loquentibus, aurem praestant, atque idcirco saepe decipiuntur. Rarus est qui non se vero maiorem credat. Iustinianus vniuei se Graeciae, & Illyrici, & Asiae, & Lybiae Dominus erat, & Italiam non acquiuit, sed recens perditam recuperavit, & à Gothis gente barbarâ, non ab Italis abstulit. Nondum amor Romani Imperij in mentibus Italis astringeretur, neque vllus erat, qui barbaricum iugum æquo animo ferret, cuncta arma pro imperio, & pro patria, magnis animis susceperunt; nec tam Belissarius Italis libertatem restituit, quam Itali suum decus vendicarunt. Tui progenitores nunquam aut possederunt Italiam, aut viderunt; nec sibi ius vllum in ea est. Quod si pergas Italiam inuadere, senties tibi cum viuis bellum esse. Fatemur, res claras tui maiores egeret; nec tua minora sunt opera, qui Constantinopolim expugnasti; & Peram è regione, Genuensium Coloniam, & Peloponnesum magna ex parte in deditio-nem accepisti, & in Rascia, & in Valachia non paruum agri adeptus es, & saepe tuos hostes fudisti, & Synopem, & vetustam urbem Metis Eupatoris patriam, & eius tyrum cepisti; & Trapezonte direpta, in colas eius, & Imperatorem in captiuitatem abduxisti, & Ioannem Castellanum proelio congressi autum superasti. Magna haec tibi videntur, nec nos parua diemus. At Iulius Caesar, cum de victoria Pontica triumphauit, in curru, quo vehabatur, haec verba iussit inscribi, veni, vdi, vici, imbelles eas gentes, & paruum omni existimans, quas Pompeius, aulo ante domuerat, & tu superasti. Alia est Italarum natura, alia vires, alia ingenia, alij animi. Nesciunt subesse, qui soliti sunt praesse, & nunc tota Italia armata est, equis, & hominibus plena, nec pecunia ca-

ret, quae bellinere dicitur. Non pugnabis contra forminas, aut Italiam, aut Vngariam, aut abam in Occidente prouinciam ingressus, & Ferro hic res agit, non Ale aticis sudibus. Chalybeus thorax pectora tegit, equi simul, & homines te cti pugnare, ordines ferunt, nec vano metu pauent. Fortior sit necesse est, & manu promptior, & animo praestantior, qui eos loco depellat. Nec Christianorum dissidia, desiderio tuo conducere putas, aut his confidas, vniuentur Christiani omnes, si quando te audiant interiora Christianitatis accedere, nec tu melius Christianorum paci consuleres potes, quam validis, & magnis copiis Christianitatem inuadens, cessabunt priuata odia, vbi publica fenserunt, & conuictis viribus, aduersus commanem hostem, arma fumentur. Nec tu necesse arbireris, ad propulsandas tuas incurfiones, ad comprimendum tuum impetum, tuasque vires elidendas, totam Christianitatem vniendam esse; quod fatemur difficile: sed vna ex quatuor nationibus satis fuerit, superque satis tuas copias profligare. Atque vt de aliis taceamus, quamplures esse in tuo palatio à bitramur, qui totam Italiam lustrauerunt, & vires, & ingenia oscunt, ipsos audi, atque interroga, aequari tuis viribus Italia possit, an vinci tuis armis, an tuo Imperio subiac. Plus negotij fuit Romanis, Italiam acquirere, quam orbireliquo frana imponere. Dicet aliquis, quod supra tetigimus, intestina odia, quae gentem nostram exagitant introitum tibi in Italiam posse praebere, & si vnum principum te includat, alterum in usurum, daturumque aditum. Sunt diuisiones sine, inimicitia, & similitates inter Italos plures, & graues, & periculosa; & vrinam non est. Sed nullus est, qui dominum patrum Christianum velit: omnes in fide Orthodoxa mori volunt, nulli animus est à religione Christiana recedere. Non hic inuenies quod tui maiores apud Graecos, qui contendentes de Imperio duobus, nunc vni, nunc alteri minus potenti auxilia ministrare, donec ambos enervatos, & exhaustos eiecere, & sibi principatum arripueret. Alia sunt Italiae potentia, alij Regum oculi, alia ciuitatum consilia. Venetorum respublica, sapientia diues & auro, Christo deuota, vt nostra fert opinio, prius euerteret funditus, quam hostem religionis in Italiam patiatur intrare; atque haec quidem per sese, quando statuerit, nullis adiuta viribus vicinis, tuas opes euerteret, tantum terra, marique potest. An Florentinae vrbis magnificentiam ignoras, & vires, & opes, & quantus in ea est religionis cultus, quanta erga Iesum reuerentia, quanta amor? Credidne fieri posse, vt haec ciuitas Italiam diuersae religionis hominibus aperiret? Sunt alia multa vrbis insignes, multi principes, clari, & magni. Nihil de regno Siciliae dicimus, quod armis hac tempestate concutitur; non possumus multa nobis de illo promittere. Licet tamen hoc asserere, quod quamquam duo Reges de ipso litigent, & bello decertent, maluerit tamen vterque regno priuari, quam tuis auxilijs victoria potiri. Quod si alter ad te confugerit, rotius Italiae in se odia concitauerit. In Gallia Cisalpina, quae & ipsa pars est Italiae Dux Mediolanensis in armis excellit, & potentia: par Regibus habetur; nec parat sunt Ducis Mutinae vires, aut Ianuensis, qui Liguribus praestit mari.

Non contemendus Ducis Sabaudiae, opulentus, & validus in Italia Principatus. Adest Marchio Manruanus, sunt alij complures vrbium Domini, quibus nihil potest esse molestius, quam nobilitatem Italiam vnae suspensio ritu fœdari. De nobis; & Romanae Ecclesiae ciuitatibus; & prouinciis taceamus, quando nostram professionem tibi non ignotam esse confidimus; quibus sola cura est seruanda, fidei Domini nostri Iesu Christi. Haec si accepisti ab

Italarum  
virtus & in  
genium &  
potentia.

aliis, gaudemus, veritatem enim accepisti. Sin minus, hortamur, hæc discutias, & verum vestiges, inuenies nihil nos esse mentitos. Non solum Sibyllæ, ut quidam ait, de Euangelij paginâ recitamus. Difficile est, atque adeo difficile, ut impossibile dici queat, te in tua lege permanentem, voti compotem fieri, si, ut aiunt, Imperium Christianorum desideras. Dices, quamplurimos tibi Christianos subesse, & de reliquis idem speras. Non est par ratio. Paucissimi sub tuo Imperio Christi amici sunt, qui ad veritatem ambulent Euangelij. Omnes aliquo errore imbuti sunt, quamuis Christum colant. Armeni, Iacobitæ, Maronici, & alia quædam Græca nomina, à Romanæ Ecclesiæ veritate, & unitate aberant, cum tu Constantinopolim inuasisi, neque adhuc decreuerunt Florentinam acceperant, & in errore stabant, neque de Spiritu Sancto, neque de purgatorio igne consona rectæ fidei sentientes. Pauci fortassis inopes veri Christiani, necessitate, non voluntate tibi obediunt. At vrbes Italiæ potentissimas non esturum cogere: validiores sunt, quam tuis exercitiis valeant superari. Nosti, quid tibi acciderit, cum Taurinum, quod nostra ætas *Belgradum* vocat inuasisi. Pauci crucifigati, innumerabiles tuas copias protrauerunt. Non est de Italiâ speranda victoria, quibus aduersa fuit in Vngaris pugna. Quocirca, ut tandem veniamus, quo nostra festinat oratio, & id dicamus, quod ad scribendum compulsi, tuamque gloriam, & tuam tibi salutem denique ostendamus, adhibe his paucis animum. Si vis inter Christianos tuum Imperium propagare, & nomen tuum quam gloriosum efficere. Non auro, non armis, non exercitiis, non classibus opus est; pauca res omnium, qui hodie viuunt, te maximum, & potentissimum, & clarissimum reddere potest. Quæris, quæ sit? Non est inuentu difficilis, neque procul querenda: ubique gentium reperitur, id est aquæ pauxillum, quæ baptizetis, & ad Christiano um sacra te conferas, & credas Euangelio. Hæc si feceris, non erit in Orbe princeps, qui te gloriam superet, aut æquare potentia valeat. Nos te Græcorum, & Orientis Imperatorem appellabimus; & quod modo vi occupas, & cum iniuria tenes, possidebis iure. Christiani te omnes venerabuntur, & suam litium iudicem facient; oppressi ad te undique veluti commune patrociniū confugient. Ex toto fere orbe, ad te prouocabitur, multi sponte sua sese tibi subicient tribunalia tua lequentur, & tributa præstabunt. Licet tibi, surgentes extinguere tyrannides, inuare bonos, oppugnare malos, nec Romana Ecclesia te arguet, recta via vadentem. Eadem erit erga te charitas primæ Sedis, quæ in cæteros Reges, & tanto maior, quanto eris ipse sublimior. Facile hoc pacto, sine sanguine, sine armis multa poteri; regnare nan cisci. Vladislaus Lituaniæ princeps Vituldi fratrem, cum aspiraret ad regnum Poloniæ, essetque infidelis, ut voti sui compos fieret, Christianus effectus est, & regnum obtinuit, cuius nunc filius Casimirus regnat; alter filius, qui etiam apud Vngaros regnauit, in bello contra genitorem tuum gesto superatus occubuit. Quid reris de te fieri Christianis initiato sacris? Magnus erit ad te concursus, & felicitatis genus existimabitur, inter subiectos tuos numerari, quippe, ut arbitramur, si Christianus fuisset, mortuo Ladislao Vngariæ, & Bohemiæ Rege, nemo præter te sua regna fuisset adeptus. Sperassent Vngari post diuturna bellorum mala, sub tuo regimine pacem, & illos Bohemi secuti fuissent. Quot sunt in Epiro, in Peloponneso, in Macedonia, in reliqua Græcia, in Dalmatia, in insulis Ægei, Cæpacijs, & Ionij maris, quæ tuum Imperium non alia, de causa refugiunt, nisi quia alienus es à Christi ritu? Et si modo ad nos, modo ad alios recurrunt, o-

peremque petunt, extrema omnia subituri, priusquam te circumcisum, & alienigenam dominum serant; & nos eos aliquando argento, aliquando frumento, aliquando rebus aliis subleuamus. Quod si baptizatus esses, & nobiscum ambulares in domo Domini cum consensu, nec illi tuum Imperium tantopere formidarent, nec nos eis aduersus te ferremus spem, sed tuum potius brachium in eos implorarem, qui iura Ecclesiæ Romanæ nonnumquam usurpant, & contra matrem suam cornua erigunt, & sicut nostri antecessores, Stephanus, Hadrianus, Leo, aduersus Aistulphum, & Desiderium gentis Longobardorum Regis, Pipinum, & Carolum Magnum accesserunt, & liberati de manu tyrannica, Imperium à Græcis ad ipsos transfulerunt, ita & nos in Ecclesiæ necessitatibus tuo patrociniū vteremur, & vicem redderemus accepti beneficii. O quanta esset abundantia pacis? quanta Christianæ plebis exultatio? quanta iubilatio in omni terra? Redirent Augusti tempora, & quæ Poetæ vocant aurea secula renouarentur. Habitatet pardus cum agno, vitulus cum leone; gladij vetererentur in falces; in vomeres, ac ligones, rediret omne ferrum; excolerentur agri, euelleretur aspera dumus, terra nitesceret, vici repararentur, & vrbes, resurgerent templa Deo sacra, quæ ecc derunt, emergerent monasteria, quæ collapsa, & plena vitis religiosis, diuis omnia laudibus personarent. O quanta tibi redundaret felicitas, qui ad æterni pastoris ouile cunctas redigeres oues: quantum te omnes amarent, obseruarent, extollerent, qui communis omnium pacis, & salutis fuisset auctor? Dicit aliquis: hanc pacem, hanc unitatem, hanc communem lætitiā haberi posse sub tua lege. Errat, qui hoc cenfer. Multos Reges, multos populos unitos esse oportet, priusquam tuam legem ubique dissemines; nec si vnitas corpora, vnies animos. Sciunt Christiani suam legem sanctam esse, & veram, & salutarem; nec dimo ueri ab ea possent, quamuis aliqui, aut libidine ducti, aut auaritia tracti, aut voluptate illecti, aut metu mortis attoniti, aut cruciatu superari, nonnumquam circumcidantur, & in tuos ritus concedant; quorum, si corda posses inspicere, intelligeres neminem esse, qui libenter consultoque ab Euangelio recesserit. Ostendimus supra, quantum præcellant Christianæ gentis vires, & quam difficile sit, tot nationes Christum colentes euincere. Non est, qui pacem speres sub lege M. homethea, in qua non est salus. Difficultates, experimentis ipsis sunt, non solum diuinæ scripturæ, sed etiam Philosophiæ. Impossibile est sub lege Mahometheæ vnionem fieri: sub Christiana facile fieri potest; & id magna ex parte in tua voluntate consistit. Tu vnus si annuas, Turci omnes annuunt: nec & Syrii, aut Arabes, aut Egyptij aut Lybics aduersabuntur. Tecum, quicquid est intra Hælespontū, & Euphratē, & quicquid possides in Europa conuertetur. Quid faciet baculus Egyptiorum arundineus, quando Christianum te viderit effectum. Quid imbellis Arabs? quid nudus Apher? Omnibus his Æthiopes imminet. Presbytero Ioanni parentes, qui Christianus est. Non poterunt, & filii, & reliquis Christianis obistere. Nili cursum retinere possunt Æthiopes, & congregatam aquam dimittere, quæ rumpat aggeres, & totam inander Egyptum, & submergat, cum sydus apparet Arcturi. Hispani, &

Multa bonæ conversionis Turcarum ostendit.

Æthiopes Nili cursum cohibere & perdere Egyptum possunt.

Siculi facile Mauritaniam inuadunt, & Cathalani cum Ianuensis. Scis quantum valeant Occidua classes, & quantus terror est vel Tyriis, vel Alexandrinis, vel cæteris Orientalibus, quando Christianiæ tritimes ad eos nauigant. Tua certe auctoritas, & animi magnitudo, in bellis felicitas apud omnes admirationi est, qui Mahometeam sequuntur legem: qui se nobis adiudicent, breui totus Oriens reuertetur ad Christum via tantum voluntas pacare orbem potest; & ea tua est, si ad baptismi gratiam se conuertat. In te est crudelibus bellis imponere finem, & tantum præstare mortalibus bonum, quantum effici non possumus. Quæret aliquis, Quomodo quiescet orbis, Turcis ad Christum conuersis? quando nec ipsi Christiani inter se concordare existunt, & multa per Italiam, Germaniam, Galliam, & reliquas prouincias deferunt bella. Diximus, non negamus, dissidere inter se nostræ gentis homines; & pluribus in locis ferro contenditur. Diuino olim consilio sub Octauiano Augusto propter reuerentiam Saluatoris, qui huc secundum carnem natus est, ea pax in orbe fuit, quæ nec antea, nec postea visa est. Difficile est propemodum ac impossibile quiescere in terris omnia, vbi homines sunt affectibus subiecti improbis. Illum ambitio exagitat, hunc cupiditas trahit, libido alium impellit; multa est inter mortales belli materia. Sed non sunt tam atrocia inter Christianos prælia, quam inter Turcos, & Christianos. Christianus cum Christiano de agri possessione, de Regno, de Imperio, de gloria contendit: cum Turco de religione, de libertate, de vita. Inter Christianos qui bello vincuntur, positus amicitia, nec vitam, nec libertatem amittunt, & multis etiam patrimonia dimittantur: Principes Imperio priuantur, inferiores dominum mutant, reliqua renent. In præliis, quæ geruntur aut cum Turcis, aut cum Sarracenis, qui succumbunt, si vitam non amittunt, in seruitutem rediguntur, & multi etiam religioni renunciare coguntur. Hæc acerbissima sunt, & immanissima bella; quæ si tollantur, quod in te situm esse monstrauimus, pax maxima exorietur, & vniversalis quies. Non sunt reliqua bella, bella, huic comparata, faciem quodammodo pacis habent, & ocij, nec illa tam multa erunt, quando vnus assit, qui solo nutu compescere possit iniurias: qualiter te futurum non ambigimus, si cum tua potentia Christianus efficiaris, vides ne quantum tibi laudis afferat baptismi lauacrum? quantum cum Christo sublimis, & conspicuus redderis? Quis prohibet aquam? Quid meruis? Voces fortasse times aulicorum tuorum, quorum non dubitamus dicturos tibi aliquos. Quid cogitas? Quid agis? Quorsum te tua voluntas trahit? Vis baptizari? Vis Christianus fieri? Nescis, quod periculi adis? Omnes te Turci deserent; & vbi existimas fieri magnus, fies nullus. Et Turcus natus, Turcos deseret: Inter Turcos creuisti, Turcorum te manus exaltet, Turci Asiam, & Græciam gubernant, Turci exercitiis præstant, qui si vel minimam famam tuam mutationis acceperint, è vestigio sumptis armis, te deiecto, Imperatorem alium substituent; tu si nudus, & expulsi euasisti, apud Christianos mendicabis panem. Nam quis Turcus est, quem suæ religionis pœniteat? Moriemur omnes, priusquam nostri prophæta ingum excutiamus. Non sunt parua, quæ isti obiciunt. Adhibenda est, & huic parti medela, quam nemo teipso melius inueniet. Nosti tuos homines, & quibus prouincias commiseris. Non ignoras, quanta sit, cuique fides, & quis animus non te lateret. Non sit sine periculo magnum facinus, & memorabile, vbi sunt, quæ paruo emuntur, diligentia hic, & labore opus est, pernestanda sunt amicorum consilia, noscenda subditorum ingenia, & his vtendum est,

quos fidos, & prudentes videris. Scrutini tibi non sunt pauci ex Christianis nati, qui quamuis circumcisi sunt, non tamen Christianum nomen oderunt. His exercitus, his præfecturas reddere potes; qui tui sunt amantissimi; & ita regnum ordinare, ut quando velis, præsto sint omnes. Tui subditi magna ex parte Græci sunt, & Armeni, vs diximus, & Iacobitæ; qui & si aliquos errores habent, Christiano tamen nomine censentur, nec aliud magis cupiunt, quam te similem eis esse, & illū Deum colere, quem colunt ipsi, sperarent meliori esse loco futuros, qui nunc inania quam vtilissima sunt, tributa exsoluant graui, iniurijs afficiuntur quoridlanis, ad bellum ducuntur iuui, & inermes cadibus exponuntur; priuantur liberis, & vxoribus; postquam educauerunt filios, eos perdunt; rapiuntur in palatium pueri, circumciduntur, & Mahometis ritibus imbuuntur. Vident infelices parentes, non modo corpora liberorum, verum etiam animas ire perditum; & angustati inter tot calamitates, plorare non præsumunt, maiora mala timentes. Nemo horum te diligit. Neque enim natura fert, vt eos amemus, à quibus patimur mala. Quod si Christianum te cerneant, mirum in modum diligerent, felicitatem tuam cuperent, & omnibus studiis tuam gloriam quærent, & filios suos, & seipos quam libentissime tibi donarent. Magna est horum multitudo, & pro sua religione constantia. Quod si prudenter eos tractaueris, nihil tibi de religione Turcorum verendum fuerit. Hi medios inter Christianos sese vident, tuæ potius voluntati consentientes, fortunas & dignitates seruaturi, quam mortis periculo se subiciant. Non suademus rem nouam, aut insuetam. Tritum est iter, quod ostendimus. Multi hoc, & magni Reges ingressi sunt. Apud Francos, & gentilis, & idolatra Christianus effectus est Clodoueus; & simul cum eo regni proceres baptizari non recusarunt. Apud Vngaros, Stephanus nostris initiatus sacris, omnem illam gentem Christo accepit. Apud Vyssigothas, qui longo tempore in Hispania regnauerunt, & vsque in hæc tempora eiusce gentis sanguis imperat, Richardus, Lemouigildi filius, suadente Leandro Hispalensi Episcopo, Arianæ renunciauit hæresi, & cum omni gente sua Catholicam fidem complexus est. Apud Longobardos Agilulphus, suata coniugis Theodolindæ reliquit idola, & cum omni populo Christianæ fese legi subiecit. Apud Hyberos, qui sunt in Asia, imperante Constantino maiore, Rex gentis cum coniuge, & omni nobilitate, atque plebe, ad prædicationem vnus captiua mulieris relicta idolorum insania baptizatus est. Sed quid moramur, & non exemplum illud adducimus, quod omnium maximum? Constantinus ipse Imperator, ac Monarcha viam aperuit, quam tu, & tui similes ingredi absque vlla cunctatione posses. Omnes, qui cum præcesserant Imperatores, excepto Philippo, gentiles fuerunt. Iouem, Mercurium, Apollinem, Herculem, & alia, si quæ sunt monstruosa nomina, tamquam Deos colebant. Senatui, & omni populo Romano, stultitia Christianus erat. Proponabantur passim edicta, quæ Christianos comprehendi iubebant, nisi sacrificarent idolis crudelibus modis interfici. Nil vilius erat nomine Christiano. Infame genus, & maleficum habebatur omnium, qui Christo crederent, sub Nerone, sub Domitiano, sub Diocletiano crudelissimam in Christianos deservit persecutio. At Constantinus acceptis Imperij sacris, postquam persuasus est à Syluestro prædecessore nostro, in simulachris daemoniacoli, & vnus tantum Deum esse cum Patre, & Spiritu Sancto Christum Iesum, & in Euangelica tantummodo lege salutem inueniri, non est cunctatus Christi fidem amplecti. Non dixit, Senatus mihi aduersus

Periculis ex conversione Turca eminentibus quomodo obtinendum ostendit.



erit, resistere populus, copiarum duces alienabuntur, Imperia denique; sed alio animo iactans in Domino Deo spem suam legem edidit, qua publice Christum colit iussit, & eam fidem teneri ab omnibus Imperio subiectis; quam Beati Apostoli Petrus, & Paulus Romanis tradidissent. Nec propterea sinistra sibi aliquid accidit; sed hinc potissimum excellens, & gloriosus euasit, cum in vexillis suis Crux Domini Iesu apposita respiceret. Viderat per quietem in aere signum Crucis, & vocem audierat dicentem; *In hoc Constantine vince.* Paruit, vexilla Crucis erexit, ciuilibus bellis finem imposuit, superauit hostes, barbaros afflixit, Imperium ampliauit, pacem subditis dedit, Ecclesias aperuit, Concilia sacerdotum celebravit, haereticos eliminavit, lucem, quam acceperat ab Euangelio, cunctis gentibus communicauit. Magnificus, & excelsus super omnes Caesares inuentus, Graecis, & Latinis litteris celebratus, imperauit annos supra 30. Sedem Imperij apud Byzantium erexit, & ampliatas ciuitatis mœnibus, multaque tum publicis, tum priuatis aedificiis magnifice construxit, de suo nomine Constantinopolim appellauit, & plenus dierum, apud Nicomediam edito testamento, in quo filios Imperij successores reliquit, ut Christianum decet, sacris Ecclesiae receptis, & vita decessit. Quid erat, quod ille amplius in terra post se optare? Imperio potitus est, omnium maximum; uita ei, & longa fuit, & parum obnoxia morbis; inimicos humiliter uisit, & quod hominibus dulcissimum esse solet, haereticos amplissima fortuna filios reliquit. Nec alienum fuerit, tantum Imperatorem, qui Christianam fidem tantopere ampliauerit, in alio seculo cum Christo regnare, ut est pium credere, cui seruiuit dum hic uideret. Quod si omnibus, qui patriam auxerint, iuuerint, defenderint, certum esse in caelo definitum locum, in quo beati sempiterno auro fruuntur, ut Philosophi doctissimi tradiderunt; multo id certius de illis sperandum est, qui pro lege Domini uel seruanda, uel augenda, summis studiis contenderunt; sicut de Constantino ostensum est; quem sicut in terra felicem fuisse didicimus, ita & in caelo beatum credimus. Eadem proculdubio euentura tibi esse confidimus, si nobiscum sapiens, Christum colas, & Magnum Constantinum imiteris. Et quemadmodum Romani cum suo Imperatore Christiani sunt effecti; ita & Turci uia tecum baptizabuntur, eritque tuum regnum super omnia, quae sunt in orbe, & nomen tuum nulla silebit aetas. Latina te, & Graeca, & barbara littera celebrabunt. Nemo inter mortales erit, qui te potentia, aut gloria praecedat. Magna sunt haec, quae promittimus; maiora, quae sequuntur. De regno, de potentia huius seculi, de gloria hac humana sumus locuti. Caduca haec, & incerta sunt, & fluxa. Omnes morimur. Omnia nata occidunt, & omnia otia senescunt. Breuis est humanae prosperitatis cursus: cito regnum deficit, nulla potentia longa. Gloria quoque clari nominis, quamuis de maximis rebus diu perseueret, finitur tamen aliquando, & cum tempore uanescit. Nihil est inter mortales non mortale. Contigit omnia tempus. Esto duret per multa secula nomen: quae dulcedo post obitum laudis? Aut damnatus est homo in altera uita, & nihil ei prodest fama, quae remansit, aut saluatus est; & ea non eget, beatitudine donatus aeterna, quae omni ex parte plenissima est. Filios, ac nepotes, praecleara maiorum nomina iuuant, & nobis quoque dum uiuimus dulce est talem hereditatem posse relinquere, quae sit posteritati solatium. Est id quidem aliquo modo bonum; sed meliora quaerenda sunt, & stabilia bona, quae nostra sunt, neque vnquam nos deserant. Philosophi, quos Peripateticos uocauit antiquitas, tria bonorum genera posuerunt; & alia esse animi dixe-

Constantini Magni felicitas.

run, alia corporis, alia externa. Stoici, ea duntaxat bona existimant, quae animum excoercent. Haec facit iustitia, prudentia, moderatio, fortitudo, & quae sunt alia animo dotes. Egregiam corporis formam, roboris firmitatem, nobilitatem, clientelas, opes, inter bona non acceperunt, quae neque sunt in potestate nostra, neque possessori felicitatem praestant. Sed neque illae quattuor uirtutes, quae principales existimantur, tranquillam hominis mentem reddunt, nisi adiungantur aliae tres, quae Theologicas appellant, & in animo sitae sunt, *Fides, Spes, Charitas.* Tristis est, & in anxietate moratur, & torpet, & angitur, & nihil boni operatur, qui spe futurae uitae priuatus est. *Sine fide impossibile est placere Deo,* qui est uirtutum hominis bonum, & finis, in quem tendimus. Charitas diuino amore feruet, curiosa est, animae nostrae, & proximo consulit, quem iubet lex, ut tantam nos ipsos diligamus. Si ergo bona animi cupimus, & moralibus uirtutibus opus est, & Theologicas. Neque in his uia est nobis cum tua lege contentio. Alia sunt, in quibus discrepamus. Fatebitur tua lex, & uitam aeternam in altero seculo reperiri, & in his itineribus quibus ad eam peruenitur dicit fidem necessariam esse: uerum non eam fidem, quam nos recipimus, amplectetur. Laudabit charitatem, sed alia eius officia dicit, quam Christianus. Sine spe non posse bene homini esse fatebitur; sed spei finem longe diuersum a nostro recipiet. Pax erit in nominibus, bellum in rebus. Faciat nunc haec contentio; & quomodo uera, & aeterna bona ex fide Christi consequi possis, & animae tuae consulere, quae immortalis est, ostendamus. Etsi enim uirtutes seculi quae dicuntur bona, concupiscis, & inter mortales Magnus uideri uis, non tamen animae tuae oblitum te credimus, nec ex illorum numero censemus, qui cum Epicuro, & aliis quibusdam delirantibus Philosophis, extinguunt animam simul cum corpore putauerunt. nec rursus te sine Deo esse censemus, sicut olim de Callicis in Hispania traditum est, qui nullum colebat Deum; & de Pythagora, quem ferunt dicere solitum esse, non liquere sibi, an Deus aliquis esset: quae disputatio adeo impia iudicata est, ut ab Atheniensibus auctor eius eiectus sit, & libri in quibus ea continebantur, exusti. Possidonium scripsit, Epicurum nihil de Deo sensisse; sed ea, quae de diis locutus est, inuidiae depellendae causa dixisse. Stultorum haec assertio, sicut in propheta legimus, *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.* Haud equidem te rudem existimamus, ut caelum credas Rectore carere, & hanc pulcherrimam mundi machinam casu emeruisse, omnia fieri fortuito. Sed arbitramur, te Deum nostrum confiteri, & in eum credere, qui caelum creauit, & terram, & omnia, quae in eis sunt; & quod, quae creauit, non negligit. Nec te ignorare censemus, incorruptibiles esse animas hominum, & cum de nostris corporibus migrant, in alias regiones transferri, & bonas latae sortiri loca, malas ad supplicium rapi, quod non solum in Euangelio nostro scriptum est, & in prophetis, sed tua quoque lex idem docet; quamuis in hoc mundo temporalia, quae perantur bona, casu quodam fortuito euenire non recte arbitrat. Socrates, & Plato, & Aristoteles Philosophorum Princeps, de mundi regimine, de immortalitate animarum, de Deo, eadem crediderunt, quae Christiani, quamuis aliqua nouae legis arcana, quae nondum edita erant, ignorauerunt. Platonis in epistolis haec uerba leguntur. *Credendum est autem semper ueribus, sacrisque sermonibus, nobis afferentibus animam esse immortalem, iudiciumque habere, ac penas dare maximas, cum a corpore fuerint separata.* quod intelligendum, cum male uixerint. Non est hic locus apud te altius examinandus, qui pro tua lege, Deum esse intelligis, qui omnia uidet, & omnia iudicat, &

Theologica uirtutes ad salutem necessariae.

dicat, & animas corporea mole solutas, pro suis operibus in alio seculo, uel praemia recepturas, uel supplicia non dubitas. Quae cum ita sint, stultum cognoscis, terrenis rebus ita aliquem inhaerere; ut caelestia negligat, & dum corpore studet, animam perdat. Breue est omnes, quod uiuimus auium, etiam si Mathusalem, aut Nestoris annos possimus attingere. Quicquid aeternitati comparatur, momentaneum est. Quotus hodie reperitur, qui centesimum uideat autumnum? Quotus, qui octuagesimum impleat annum? Vita hominis, ut inquit propheta, in ipsis septuaginta annis in potentatibus; a liquidando ad octuaginta protenditur; ulterius labor, & dolor. Quotus iterum ex eis, qui nascuntur, ad perfectam peruadit aetatem? Quam multi moriuntur infantes? quot pueros morbi extinguunt? Paucissimi iuuentutem superant. Angustissima est uita hominis, & incerta, mille instant in omnes horas pericula, mille mortis species uita nostra insidiantur; minima res casum nostrum interrumpit. Alio hic carbittio sumus. Vocat nos Deus, quando uult, & ubi uult; quos minime credimus, tunc citamur, peremptoria monitio est, nec licet prouocare, aut contrariari, parendum est altissimo Domino, & uillicationis ratio reddenda. Sapiunt, qui ita uitam insistant, ut uocati alacri animo abeat, & coram iudice, qui nihil ignorat, impauidi consistant, in die illa tremenda, & amara ualde, in qua nihil amplius mereri licet, & omnium spes, ac metus ex his, quae acta sunt, pendet, nec supplicare iuuat, neque negare. Est igitur de anima curandum, quae post hanc uitam, aliam habet uitam, in qua uel dolo, uel gaudet. *Quid prodest homini, si uniuersum mundum lucrerit,* inquit, in Euangelio Dominus, *anima uero sua detrimentum patitur?* Aut quam commutationem dabit homo, pro anima sua? Hac uiuimus, hac sapimus, hac Deo similes sumus. haec melior pars nostri est, rebus omnibus pretiosior. haec dimisso corpore, in alias regiones ingreditur; corpus in terra iacet, & in puluerem conuertitur: usque ad ultimum, maximumque iudicium sensu carebit; tunc uero pro meritis, quae illi cum anima fuere communia, uel ad gloriam, uel ad poenam confuget. *Quid Nino prodest late per Asiam imperasse?* quid Semiramidi? quid Dionysio? quid Herculi ad Indos usque penetrasse? quid Adanthirso Scythiae, atque Asiae iugum imposuisse? quid Nabuchodonosoro ad Gades usque per excessisse? quid Agamnonon illium exussisse? quid Cyro Persarum Imperium confussisse? quid Alexandro Magno illud eueruisse? & usque ad Hypanim in Oriente, & ad Iaxartem fluium Septentrionem uersus arma tulisse? quid Annibali Italiae vexasse? quid Scipionibus Carthagine deleuisse? quid Pompeio, Orientales Reges debellasse? quid Iulio Caesari, subacta Gallia Romanum Imperium inuasisse? quid Hannorum Regi Artaxe, Pannonia domita Aquilegiam in Italia subuertisse? quid Tamerlano tot Asiae Siria urbes incendisse? atque auum tuum praelio superasse? *Quid genitori tuo Amurathi, saepe de Graecis, saepe de Vngaris triumphasse? quid ceteris Regibus, atque Imperatoribus, res, magnas, & claras gessisse prodest, si absque cognitione ueri Dei mortui sunt, & nunc eorum animae apud inferos cruciantur.* Laudantur hic, & illic ardent. Quae sane uoluptas in cruciatu esse potest? Quae dulcedo gloriae in doloribus? *Dira uox est eorum, qui uel in tauro Phalaridis beatitudinem esse dicunt.* Non bene cohabitant dolor, & uoluptas, nec uillus est in felicitate mœror. In caelo plena felicitas est, apud inferos plena miseria. cum eo uentum est, nihil liuuar gloria, quae praesens est, & fama seculi. Studendum igitur est, ut post obitum, qui per omnes se horas infert, certus, & incertus animabus nostris bene consulamus. Praeueniendus

Infelices qui illis ruerunt.

est piis operibus dies mortis, & omnes actus nostri ita dirigendi, ut Deo placeamus. Ipse enim est finis omnium, & summum bonum, ad quod aspiramus, & ipsa beatitudo, cuius cupiditas omnibus mortalibus inest. Quaerendum est iter ad eam. Id recta fides ostendit, & operatio iustitiae: quia nec iustitia sine fide, ne fides sine iustitia sufficit. Iustus ex fide uiuit, ut scriptum est, & sine fide nemo est acceptus Deo. Tu a lex, ut aiunt, in sua quemque religionem saluari hominem cenfer, si alioquin caste, iusteque uiuat, nisi Mahometica relicta traditione ad aliam transierit. Dicunt, & in tua lege scriptum esse, (est enim sibi ipsi saepe contraria) nulli saluare patere, nisi in ea. Nos contra sentimus, & certi sumus, uiam uitae, soli Christiano, si bene agat, apertam esse. Air enim ueritas nostra in Euangelio; *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluabitur: qui uero non crediderit, condemnabitur.* Tu ergo, si futurum credis seculum, si uis fieri saluus, si animae tuae bene consulam cupis; ut fidem Romanae Ecclesiae, extra quam non est salus, & baptismam recipias, oportet. His duabus clauibus, fide, & baptismo aperitur paradisi porta; illis tamen, qui apposite ad fidem uiuunt. Nam sine operibus, fides mortua est. Euangelio praebenda sunt aures, & Christi doctrina sequenda, quae nullum fallit. Dicis, nolle tuae legi nostram praepone, aut Mahometem relinquere prophetam magnum. Rogauimus ab initio, ut benigne audires. Idem nunc perimus; & nunc maxime attentis auribus, & pia mente opus est, & iudicio recto, quando ad radicem infructuosae arboris aduocemus securim. Audi seriem rerum, nosce historiam fidei, praebere aures uero, cui perarato est in altis adibus locus. Calisthenem philosophum crudelibus modis lacerum, in custodiam rapuit Alexander, qui uera loquens, diuinum cultum homini denegauit, & Clitum Philippilaudes memorantem lancea transfodit. Timent homines exempla, & uidentes melius adulatoribus succedere, quam recta morientibus, ad uagas se conuertunt, & quae placeant, loquuntur. Antigonus aliquando uisus ex successoribus Alexandri, qui regnauit in Asia, inter uenandum mutata veste, relictis comitibus, errabundus, apud agrestes homines in uili tugurio pernoctauit incognitus, & combibens, de seipso tamquam de altero percontatus, astans, omnia, quae fecerat mala, ab eis audiuit. Mane quaesitus, atque inuentus, cum uestem allatam, & Regium ornatum uidisset; date, inquit, purpuram; quam ut primum indui, uerum de me, nisi hac nocte numquam audiuisti. Et Augustus mortuo Varo, idcirco seipsum supra modum dolere aciebat, quia non esset, a quo uerum audiret. Ad pauperes philosophos relegata est inquisitio ueri, qui propterea sapientiae amatores uocantur, quia ueritati seruiunt, & nolunt decipi. Turpe est, cuique homini errare, maxime autem Regi, qui si per seipsum non satis intelligit, prope habeat magistros, quos interroget, tantum placeat audire, nec pudeat discere, quod ignores. *Tria sunt hominum genera, ut inquit Hesiodus, Primi, & optimi sunt, qui per se omnia noscunt: his proximi qui recta momentibus auscultant; tertij prorsus damnandi sunt, qui neque ipsi uident, neque uidentibus credunt.* Sed nulla in re periculosus erratur, quam in his, quae pertinent ad fidem; neque uilius inuenitur uerum. Recte ad Antipatrum de Alexandro scribit Aristoteles, monens, ne pro tot exercitiis uictoriarum, & subiugatione orbis terrarum glorioretur, sed cogitet, quod si quis de Deo recta cognoscat, non minori gloria dignus est, quam ipse pro tantis rebus gessit, tantaque potentia. Et in Ethicis; sapientem inquit esse amicissimum Deo. Sapiens autem nemo existimandus est, qui a recta fide est alienus.

Adulatoribus mundo grati.

In his vero, quae sunt fidei, neque tuus legiser satis intellexit, neque tu in hanc usque diem satis didicisti. An vero recta monentem audire, & sequi velis, futurus dies ostendet. Si vero haec, quae ad te scribimus, audieris, signum erit ad discendum parati, si feceris, quae monemus, eris proculdubio sapiens. Nemo sapiens contemnit, nemo odit, nemo est, qui nolit esse sapiens. Verum primus sapientiae gradus est, nolle errare, & verum quam libentissime audire, maxime in his rebus, unde homini est salus, sicut est religio, quae ordinatur ad aeternam vitam. Audi ergo verum circa religionem. Si non scribimus verum, argue scribentes, & despice tamquam stultos. Sed noli falsum dicere, nisi cognoveris falsum esse. Et narra- bimus brevissime, ab initio mundi usque ad obitum Salvatoris Christi nostrae legis arcana; deinde aliqua de tua lege dicemus, & eaque conferemus ad invicem, & quantum inter sint, ostendemus: conabiturque, quantum ex alto dabitur, lucem tibi ostendere, per quam possis ad eam lucem pervenire, quae illuminat, omnem hominem venientem in hunc mundum.

Brevis & scriptura Narratio.

Cum creasset Deus in principio caelum, & terram, & lucem, & Solem, & Lunam, & alia sidera, & plantas, & herbas, & volucres, & pisces, & quadrupedum genus inextremabile, ut scribitur in Genesis principio, ac reptalia, & alia animantia, postremo Adam creavit, & insufflavit in eum spiraculum vitae, & posuit eum in paradiso deliciarum, & fecit ei adiutorium simile sibi. Eum ex costa eius educavit, & data licentia, qua possent ceteros plantarum degustare fructus, ut abstinerent a plantatione prudentiae imperavit, & ambos cum praevaricati essent ex paradiso deiecit, atque in eis humanum genus morte damnavit, iussitque eos, laboriosam vitam, & aerumnis plenam degere. Ab his propagata creatura rationalis, cum rursus animo rebellis diuinam maiestatem contemneret, & in vitia quaeque prolaberetur, aquarum diluuium delecta est. Noe cum contigisset, & sex alii animabus in arca saluati sunt: & ab his omnes homines qui modo sunt, & post diluuium fuerunt, originem ducunt. Tres filii Noe, Sem, Cham, & Iaphet, redeuntibus aquis in locum suum, humanam gentem reparauerunt, adeo, ut traditur, priusquam Noe moreretur, quattuor milia hominum ex suis, & filiorum lumbis exiisse; ex quibus etiam iniqui emeruerunt. Nimbrodes filius Cham, & qui cum eo in contumeliam Domini turrim Babel aedificare coeperunt. In ea diuisum est labium vniuersae terrae, & confusione linguarum impeditum opus. Secuta est peccatum pessimum Pentapelta subuersio, & Abraham, & Lothi iuuenti religiosi. In semine Abraham benedictae sunt gentes, & circumcisionis pactum cum eo percussum est. Fuit enim iustus, & placuit Deo in operibus suis, cum filium Isaac diuino imperio immolare non detrectasset. Neque Isaac patris viam deseruit, cui natus est Iacob, qui alio nomine dicitur est Israel. & huic 12 filij fuerunt, a quibus 12 tribus emanarunt. Is cognito, quod Ioseph, quem putabat exintum, magnus, & potens esset in Aegypto, cum reliquis filiis ad eum migravit. Multiplicatum est illuc Iudaeorum semen, & in gentem magnam cum creuissent Israhelae, surrexissetque Rex alius, qui Ioseph, & opera eius ignoraret, grauissimis laboribus oppressi sunt, & contumeliosis innumerabilibus affecti. Et miserante Deo, per manus Moysi, & Aaron seruitutem effugerunt, & sicco vestigio rubro mari traiecto, per annos 40. cibo caelesti, vitam in deserto egerunt, & circa montem Synai diuinam legem in tabulis lapideis acceperunt. Acq. ista est terra promissionis, sed non tota, in manu Moysi. Post obitum eius mirabilia fuerunt opera Iosuae & Iudicum; inter quos

etiam prophetae claruerunt, viti excellentissimi. Successerunt deinde Reges, & alij prophetae in populo Dei, & non sine caelesti numine conseruata est gens Hebraea. Et prophetae quidem interpretati legem salubria tradidere praecipua, virtutem extolentes, & vitia eliminantes; & multa per illos scripta sunt diuinitus reuelata, quae de futuris notitiam praebuerunt. Non tamen pauca perpessi sunt aduersa Iudaei, cum legem Domini contemnerent, & in traditionibus Patrum non permanerent. Ceperunt eos Chaldaei, & in seruitutem redegerunt; & nunc Syri, nunc Arabes, nunc Aegyptij in eos arma verterunt. Multae fuerunt eorum tribulationes, multae calamitates, ac miseriae, sed de omnibus liberauit eos Dominus, cum ad Deum clamauerunt, & tota mente redierunt: quia cor contritum, & humiliatum non despicit diuina maiestas. Haec, ut arbitramur, communia tibi, nobisque sunt, & in Alcorano Mahometeo, magna ex parte continentur. Verax igitur & tuo, & nostro iudicio lex Iudaeorum. Verax Moyses, & David, & Salomon, & Esaias, & Hieremias, & Ezechiel, & Daniel, verae es omnes prophetae Domini: vera Iudaeorum fides, qui ante Christum in lege manserunt. Mendaces omnes gentes, quae colunt idola. Notus ante Christum, solum in Iudaea Deus. Nihil hucusque contendimus, concedis haec, nisi fallimur, omnia. In his, quae sequuntur, discordia erit. Sed nos in luce ambulamus, neque offendimus ad lapidem pedes nostros; & ne de cetero tu quoque offendas, magnopere cupimus, & ne vitra decipias, lumen afferimus. Tu creatura Dei es, & omnis eius, sed errabunda extra caulas. In alienis piscibus procul ab oculi Dominico, Ieriferum capis cibum, & pestifera ut eris herba, nos boni Pastoris exemplo, qui relicti non agnita nouem ouibus in deserto, vnam, quae aberrauerat, secutus est, te quaerimus, & in viam salutis optamus reducere. Dolemus te virum excellentem, nobilitate maiorum illustrem, gestarum rerum gloria clarum, Imperio magno praeditum, & pluribus naturae dotibus eminentem, non incedere in viis Domini, non esse mandata eius, non esse in lege sua. Compatimur tibi, & tuorum subditorum infelicitatem deploramus, quicquam pereunt. Ne te libenter errare credimus, cuius naturam bonam esse confidimus. Ignorantia veri te retinet. Tui te parentes, & seipos perignorantiam decipere, cum progenitoribus laboris. Sed timenda est scriptura quae ait, Ignorans ignorabitur. Quod si in ceteris rebus praecipuam curam, exactam diligentiam, summum studium adhibes, ne quis te fallat, circa religionem, potentissime curandum est, ne fallaris, in qua tanto cautiorem te esse oportet, quanto in ea maiori cum periculo delinquitur. Ceterarum rerum ignorantia, haec, quae sunt temporalia in hoc seculo adimere potest; religionis error, alterius vitae bona, id est felicitatem animae eripit; quod ne tibi accidat, si nobis aures & fidem praestiteris, facile adiumento erimus. Audisti ea, quae de veteri testamento diximus, nunc de nouo agendum est, in quo plurimum discordamus. Audi, quae subiungimus: ex quibus speramus, quia tuae legis tenebras odio habebis, & nostrae lucem amabis.

Turcarum miseria.

Duo in veteri testamento vaticinia reperitur, quorum alterum illud est, quia non auferetur scriptum de Iuda, neque dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est, siue, ut Chaldaei dicunt, Messias, alterum est, quod ait. Cum venerit sanctus sanctorum, cessabit vinctio vestra. His vti inis praedictum est, in aduentu Christi Iudaeos, & regnum amissuros esse, & Sacerdotium, sicut & factum est. Regnum, quod Iudaeorum fuerat, Idumaei acceperunt. Regnante namque primo Herode Antipatris filio, genere Idumaeo, & alienigena, Christus ex

Maria Virgine natus est Dei filius, verus Deus, & verus homo, qui Sacerdotium Iudaeorum ad Christianos transtulit, Petro sibi successore d. lecto, in quem Pontificis Maximi potestatem transfudit. Neque ulterius apud Iudaeos pastoralis ouium cura permanit, dicente Domino ad Petrum, *Pasce oues meas.* Vnde pastor ipse bonus, & Pontifex magnus Christus, pastores deinceps & Pontifices Christianos, non Iudaeos esse constituit. Quamuis Petrus, & alij plures ex Iudaeis, non amplius Iudaei Summum Pontificium acceperunt, atque in hunc modum Iudaeica cessauit vinctio, & translata est Sacerdotium. Quo facto, & lex ipsa translata est, dicente Apostolo, *Quia translato Sacerdotio, necesse est vi legis etiam translatio fiat.* Deus igitur, qui multiformi, multique modis olim patribus in Prophetis loquutus fuerat, nouissime per filium suum, quem constituit heredem vniuersorum, per quem fecit, & secula, allocutus homines nouam legem edidit, & noua dicit praecipua, quibus seruatis, vitam mereamur aeternam. In tempore igitur, quod in altissimo Trinitatis consilio ab aeterno fuerat definitum, regnante apud Hebraeos Herode, imperante apud Romanos Augusto; quiescente mundo, & aduentum Domini mirabili, & inaudita prioribus seculis pace honorante, missus est Gabriel Angelus de caelo, qui Mariae felicem conceptionem, & sacratissimum partum annuntiaret. Sed ante praecursor natus est Ioannes, qui poenitentiam praedicaret, & viam Domino prepararet. Concepit Virgo de Spiritu sancto, ut praedixerat Angelus, & seruata dignitate virginis, filium simul, & Dominum peperit. Natus est Christus, & Saluator octauo Calendas Iannaij, & in ipsis Calendis circumcisus est, & iuxta vocem Angelicam, Iesus appellatus, quia salutem attulit humano generi. Plurima de infantia Salvatoris scripta sunt; nec dubium est, quin omnis eius aetas signis, & miraculis plena fuerit: sed Ecclesiae nostrae grauitas, & acere iudicium, ea tantum recipit, quae certa sunt; apocripa praetermittit. Duodecimus Salvatoris annus memoriam habet, quia templum ingressus, cum Legis doctoribus disputauit, & aliqua ex parte splendorem suae diuinitatis ostendit. Sed circa tricesimum annum fulgor ille plenius emicuit. Tunc enim baptizatus est a Ioanne, & Ioannem ipse baptizauit, & paterna vox audita est; Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit. Conuerit deinde aquam in vinum, & innumerabilibus corrucauit miraculis. Elegit sibi discipulos, quos vocauit Apostolos, & circumiens regiones, mentes hominum, & corpora sanauit aegrotantium, & faciens ipse, quae docebat, toto triennio praedicauit Euangelium; per Iudaeam, & vicinas provincias beatissima vox eius intonuit, quae vltima hominum esse deberet ostendit, & praecipua tum vetera innouauit, tum noua prioribus vtiliora instituit; abdita, & obscura, quae erant in veteri lege, multa reuelauit, & absconditos Prophetarum reuelauit sensus, & quae de se praedicta fuerunt, palam exposuit; mysterium Sanctae Trinitatis ostendit, & vnitatem in Trinitate monstrauit, docens tum Patrem, tum Filium, tum Spiritum sanctum, diuinis honoribus prosequendum, & hos tres vnum esse Deum, praedixit non modo mortem suam, verum etiam genus mortis, & quod die tertia resurgeret, & quod ascensus in caelum, rediturus esset in fine seculi iudicare viuos, & mortuos. Comprehensus est sicut ipse voluit, & traditus Pilato Praesidi, qui eum neci daret, testes contra eum citati sunt, nec est inuenta mortis causa, quia peccatum non fecit, nec reus est dolus in ore eius. Maximum crimen obiecerunt, quia filium Dei se fecit,

Euangelij summa.

& Regem dixit, & propter veritatem occisus est, crucifixus, & sepultus, atque iuxta verbum suum resurrexit a mortuis, & XL. diebus cum discipulis commoratus, cum eos confirmasset, & corroborasset, atque in orbem ire iussisset Euangelium disseminaturos, tandem videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Ascendit ad caelum, & sedet ad dexteram Dei Patris, & inde venturus est, iudicare viuos, & mortuos, & redditurus vnicuique secundum opera sua. Interea Spiritus sanctus ab eo missus, omnia suggerit Ecclesiae, quae necessaria sunt ad vitam aeternam. Haec nos Christiani firmiter credimus. Haec est fides nostra, quam cum ceteris gentibus praedicamus, & impartiri omnibus cupimus. Haec ab Apostolis, & eorum successoribus per fideles manus, immutata, & incorrupta ad nos usque delata sunt. Haec vos Turci, & Sataeni magna ex parte negatis. Etsi enim Christum ex Virgine natum, & sanctum virum, & Dei filium, & Prophetam magnum, & mirabilium operum effectorem, & adhuc viuentem confitemini, Deum tamen, & Dei filium esse inficiamini, nec sibi, nec Spiritui sancto diuinitatem conceditis, & Trinitatem personarum in diuinis respicitis, & Christi mortem derideris, quem translaram, & alium sibi similem loco suo interfectum arbitramini, sed eius aduentum, in extremo iudicio expectatis; & alia, non pauca Christianae legis reiecit, & plurima creditis, quae apud nos ritum digna videntur, & quae non dimittimus intacta. & quae nos credimus, non solum ex noua lege, sed ex veteri mutauimus. Vos Mahometi & Alcorano eius fidem tantummodo adhibetis, & hominem mortuum sine conteste, sine ratione, sine miraculis sequimini; nos viuo credimus: viuit enim vestro testimonio Christus. Nos D E O praestamus aures, & signis, & rationibus, sacris ducimur testimonijs. Quod si nos audieris, monstrabimus breuiter, nostrae legis splendidam lucem, & tuae obscuram caliginem detegemus. Sed opus est pijs, & attentis auribus, quando fidei sublimitas attingitur, & magni Dei panduntur arcana. Saepe iocis, & inanibus fabulis te praetentem adhibuisti, & leuiore audisti narrationes: non est, cur haec graua contemnas, aut ea nosse recuses, ex quibus tua pendet salus. Non est anima nobilis, cui non insit veritatis amor: non est homo, qui non lit saluus fieri. Audi ergo, qui generosus es, audi, quae te saluare possunt. Quid est inter Christianos, Turcosque controuersia, in quo simul contendimus? Quae d. sidij causa? Sane non alius discordiae fons est, nisi quia circa diuinitatem non eadem sapimus. De Patre, de Filio, de Spiritu Sancto contendimus, hoc est praecipuum dissidium, quo facile sublato, omnia alia contemnentur. Attingemus haec, & quae sit inter nos de Diuinitate dissensio, latius exponemus.

Nos in D E O tres dicimus personas, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum: vos vnam tantum, quam nec Patrem, nec Filium dicitis, sed Deum tantummodo appellatis, & hunc vnicum esse dicitis Creatori em caeli, & terrae, & omnium, quae in eis sunt. Nulla est de vnitatem contentio. Non latent vos verba Moysi dicentis in exordio legis; *Audi Israel, Dominus Deus tuus, vnum est.* Etruscus in lege scriptum est, *Ego sum Dominus Deus tuus, qui te eduxi de terra Aegypti; non erunt tibi Dii alij praeter me.* Et rursus; *Ego sum, qui sum; & si quaesierint nomen meum, vade, & dic eis; Qui est, misit me ad vos.* Et in Cantico Exodi dicitur; *Dominus; Omni-*

Quos fidei articulos Turca negat.



petens nomen eius. quae testimonia vnum esse Deum, & vnum Dominum manifeste declarant, & vnam potestatem, & vnam naturam. Nomen fatemur idem, quod & vos. haec amicitia est, atque concordia. Vobis & nobis, vnus Deus est. Nam Deus naturae, Dominus potestatis nomen est nobis vnum. Dicitis, principium omnium rerum esse Deum, nos idem affirmamus. In quo igitur dissentimus? Multa sunt quae de Deo aliter Christiani dicunt, aliter Saraceni, seu Turci. Vos Deum corporeum dicitis, nos incorporeum. Vos fortuita esse, quae hic in terra geruntur, arbitramini, nec curare de his Deum: nos gubernare eum, qui creauit omnia non dubitamus. Vos Deum Patrem in diuinitate negatis; nos Patrem, & Filium cognoscimus. Vos Spiritum sanctum ex diuina maiestate reijcitis; nos ponimus, & veneramur. Mittamus alia: hoc aggrediamur, in quo plus ponderis est. Nos Christum Dei filium dicitis, vos negatis. Cur negatis? Sane, quia nec uxorem habet Deus, ex qua filium procreare posset. Quod si vxor facit, filios quoque genuerit; Mundus, qui vnus imperio regitur, in plures diuisus Dominos diu stare non posset. In vnitatem, concordiam est, quae seruat imperia. In pluralitate discordia, quae maxima regna subuertit. Sed quis tam rudis, tam vecors, tam demens Christianus est, qui generare Deum ex conuubio, & permutatione facinorae arbitretur? Non sumus adeo hebetes Christiani, vt tantum nefas admittamus. Saracenis hoc suaderi posset, qui Deo & corpus, & caput, & manus, & caetera membra concedunt. Nos Deum, Spiritum esse asserimus, incorporeum, immortalem, aeternum, & incomprehensibilem, qui dum seipsum intelligit, in mente sua verbum concipit, quod nos Filium Dei esse dicimus. nec aliud est in Deo seipsum nosse, atque intelligere, quam Deum esse. Nihil etenim in Deo, nisi Deus. Deus autem, cuius est Verbum, nominamus Patrem, & processionem ipsius Verbi, generationem Filij dicimus. Nec veritas haec de Verbo Dei apud Christianos tantum illuxit. Gentiles Philosophi ante Christi aduentum, eadem, quae nos asserimus, nonnulli affirmauerunt. Siquidem Platonici in suis libris aperitissime dixerunt, quod in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et reliqua ferme omnia comprobant de verbo Dei, quae Ioannes in Euangelio suo tradit, vsque ad incarnationem verbi, quam ignorauerunt; quia nondum natus erat Christus, & alta legis mysteria absconderat Deus a sapientibus huius seculi, quae reuelauit parulis. Quod igitur Platonici verbum Dei nominant, & Deum esse dicunt, nos Filium vocamus ex Deo genitum, & Deum esse fatemur. Nec ruinam mundi ex generatione Filij timeamus, quando vnus duntaxat Filius est; Pater, & Filius vnum sunt, vna potestas, vna voluntas, vna maiestas, nec verbum conceptum ab intellectu concipiente discordat. Obscura haec videntur, at si voles, praesto erunt, qui lumen asserant, & aperitissima omnia reddant. Et tu solem hunc corporeum cernis, qui noctem abiens efficit, rediens hic a seipso producit radios. Haec productio generatio quaedam est in Sole, & radj Solis, filij Solis non inconuenienter vocantur. Quae similitudo quamuis multifaria est inepta (nam Solis plures saepe videmus radios; Deo vnus est Filius) in eo tamen conuenit, quia vna est & Solis, & radiorum substantia, & vna est Patris, & Filij diuinitas, atque essentia. Quamuis comparatio corporalium rerum nulla satis cum diuinis equiparari potest. Sed accipe testimonia, & quae ratione non capis, crede auctoritati. Verum testamentum, & Iudaeis, & Christianis, & Saracenis commune est. *Tractauit*, inquit Dauid ex per-

Generatio- nem Verbi diuini di- uersimode ostendit.

sona Dei, *cor meum verbum bonum*. hoc est, quod Filium Dei dicimus, & vngentiam Patris aeterni, non ex carnali coniugio, aut humano complexu; sed ex corde Dei, id est ex intellectu productum asserimus. Et rursum, *Filius meus es tu, ego hodie genui te*. Hodie dicit, quia Deo nec heri praeterit, nec cras imminet, sed hodie semper adest, cui praesentia sunt omnia. Iterum; *Ante Luciferum genui te*; vt intelligas, quia non loquitur de Salomone Dauid, sed Deus Pater, de Filio Deo; quia ante Luciferum nemo fuit. Etenim in libro Sapientiae legimus, sapientiam, quae Dei Filius est, dicentem; *Nondum erant abyssi, & ego iam conceptus eram, ante montes, & colles ego parturiebar*. Numquam enim Pater sine Filio fuit, nec sine Patre Filius. Et hoc est, quod in Euangelio inquit Ioannes, *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum*. quae mysteria profunda, & alta cum non intelligeret Arius, nec Mahometes comprehenderet, negare maluit Dei veritatem, quam suam ignorantiam confiteri, & suas ineptias imprudenter ingerere, quam aliorum sapientiam humiliter discere. Stulta haec, & damnoosa, pertinacia est. Deo enim, & Prophetis oportet credere; & si quid est, cuius rationem non capimus, debemus cum Paulo dicere, *Operatio diuinitatis scientiae, & sapientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius*. Facitur inuisibilis, non omnium, quae a maioribus suis instituta sunt, rationem reddi posse, & tamen legi parandum esse, quae sine causa condita non fuerit; quanto minus arcana Dei licet agnoscere? Plurima sunt occulta cauae, ad quas nulla potuit hominum curiositas peruenire. Sicut oculi non aequa ad Solem, ita & nos in uisus ad ea, quae sunt diuinitatis. Non est ergo mirandum, si neque generationem filij, neque Spiritus sancti processionem, neque Trinitatem in diuinitate intellexit carnalis homo; vel Arius, vel Mahometes. Sed illud in eis damnable, ac detestabile fuit, quod sacrae Scripturae, diuinisque testimonijs non acquieuerunt. Nam quid opus est argumentis, ubi Deus ipse loquitur? De Pythagoricis traditum est, quod in disputando soliti erant dicere, *Ipse dixit*. ipse autem erat Pythagoras; tamquam eius auctoritati non liceret resisti: quanto minus Deo, qui verax est, & omnis homo mendax. Sed negabis, haec esse Dei, quae asserimus testimonia. De his postea insisteremus: nunc de Spiritu sancto agendum est, cui tua lex diuinis honores abrogat. Non est huiusmodi erroris Mahometes inuentor. Arius, & Nestorius, & Macedonij haec olim dementia fuit, quos sacra Patrum Concilia damnauerunt. Sed eorum vnus apud Aegyptios, & Arabes aliquamdiu latuit, & postremo auctore Mahomete, & Magistro eius Sergio late diffusum est. Ne mouearis, dum vera loquimur. Caue, ne sequaris caecos. Discite Spiritum sanctum esse Deum; & tertiam fore in diuinitate personam. Diximus paulo ante Deum Patrem, dum se cognoscit verbum concipere, & Filium gignere. Nunc; quod sequitur, adijcimus, cognitioni annexam esse appetitiuam quandam operationem, cuius principium vnitatis est. Inter operationes vero, quas voluntas producit, praecipua est amare. Adhibe hic aures, & mentem erige. In D E O perfectam, & absolutam facere cognitionem oportet, & amorem pari modo, cuius processus per appetitiuam operationem exprimitur, sicut & verbi generatio per intellectiuam. Nam alia est operatio, quae intelligit, alia, quae appetit. Intellectus ex his completur, quae sunt quodammodo in ipso intelligente. Nam sicut sensibilia in sensu, ita intelligibilia in intellectu dicimus esse. Appetitiua autem complementum accipit secundum quandam ordinem, vel motum ad eas res, quae obijciuntur appetitui, & occurrunt quoddam

Processio- nem item Spiritus S.

principium

principium sui motus habet. Ea vero, quae a principio feruntur arcana, spiritus nomen acceperunt. Nam & ventos, spiritus dicimus, & in Scripturis procellarum spiritus appellatur, quia non apparet afflationis spiritus initium. Respirationem etiam, & articularum motum, ab intrinseco, & occulto principio manantem, vocamus spiritum: atque hoc modo congruenti quadam similitudine, quantum diuina humanis verbis dictari possunt, diuinus ipse amor a Patre, Filioque procedens, Spiritus dictus est. In nobis duplici ex causa procedit amor; aliquando ex corporea, & materiali natura; & is plerumque immundus est & menti noxius. Aliquando ex ipsa proprietate spiritualis naturae, cum bona intelligibilia, & rationi conuenientia adamamus: & hic purus est amor, & laudabilis, & animae salutaris. In Deo corporalis amor, seu materialis locum non habet: sed ille tantum reperitur, qui simplex est, & nitidissimus, & purissimus, quem Spiritum sanctum appellamus. Nec nos intellectualem sancto amore quicquam prosequimur, nisi quod intellectu concipimus. Conceptio autem (vt diximus) quae fit intellectu, Verbum est: atque ita necesse est, amore ex Verbo oriri. Amat enim Deus, quod de seipso intelligit, id est Verbum, quod concipit intelligendo. Verbum autem Dei, dicimus Filium Dei, qui & ipse Patrem nouit, & amat; a quo ita fit, vt amor ipse, cui sanctus Spiritus est nomen, ex Patre, Filioque procedat, estque cum Patre, & Filio pariter Deus. Nam sicut diuinum intelligere est: ita diuinitatis est, ita & amare: & sicut Deus se semper intelligit, ita & se semper amat, & omnia amat, suam bonitatem, dum amat. Rursumque, sicut Dei Filius, qui est Verbum Dei in natura diuina subsistens, Patri coaeternus, perfectus, & vnus Deus est; ita & Spiritus sanctus Deus est, Patri, & Filio coequalis, & coaeternus. Et quia omne, quod subsistit in natura intelligibili apud nos persona dicitur, apud Graecos *πρόσωπον*, consequens est, vt tres personae in diuinitate ponamus; quia tres sunt subsistentes. Pater, & Verbum, & Spiritus sanctus. Neque per solas relationes distinctas, quae ex processione Verbi, & amoris procedunt. Atque in hunc modum Christiana religio diuinitus illustrata, distinctas tres personae constituitur in diuinis, non tres Deos, sicut Mahometes falso opinatus est, sed Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, esse ab aeterno Deum asserimus, nec tamen ipsam Patrem, qui Filius est, nec Filium, qui Pater est, nec Spiritum sanctum, qui Pater est, aut Filius. Vna est enim Patris, & Filij & Spiritus sancti essentia, in qua non est aliud Pater, aliud Filius, aliud Spiritus sanctus; quamuis in personis alium Patrem, alium Filium, alium Spiritum sanctum, diuina docente autoritate, dicimus. Nec similitudo, his, quae creata sunt, summam deest Trinitatis. Inuisibilia Dei, sicut Apostolus ait, per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, semper quippe in animae nostra, quaedam diuinae Trinitatis imago. Est enim anima nostra substantia quaedam incorporea, & ratione praedita, & actus quidam, siue forma organici corporis, quae dum corpus mouet, & regit, sui meminit, se intelligit, & se diligit; quibus in rebus quaedam apparet Trinitas, memoriae, intelligentiae, & amoris. Tria haec ad seipsa referuntur; quia non est amor sine memoria, nec memoria sine notitia. Nam quis meminit, aut amat, quod nescit? Insuperabilia haec sunt a seipsis; & tamen quodlibet eorum, & simul omnia, vna essentia sunt, & vna vita in anima vna. Differunt tamen, quia memoria non est intelligentia, vel voluntas, nec intelligentia, voluntas, siue amor. Quod si diligenter inspicias, inuenies summam illius Trinitatis, atque vnitatis vesti-

Similitudo Trinitatis in naturalibus.

gium, & imaginem quandam, quamuis impari: Quicumque enim sempiternam, & incommutabilem naturam per memoriam reminiscitur; intuetur per intelligentiam; amplectitur per dilectionem, profecto reperit in seipso summam Trinitatis imaginem: non tamen omnino similem, sed qualem cumque; ita vt in similitudine, magna inueniatur dissimilitudo. Est enim homo meminit, intelligit, & diligit, non tamen memoria est, nec intelligentia, nec dilectio; sed sunt haec in eo, & in vna substantia, non sicut accidentia in subiectis, quae possunt abesse; sed substantialiter existunt in anima, & vnus homo est, qui habet haec tria, non ipse est haec tria. In simplici vero natura; quae Deus est, quamuis vnus sit Deus, tres tamen personae sunt, vt dictum est, & ipse Deus est, & tres personae. Sed illud satis ad rem nostram est, quia tria haec aliquo modo vnum sunt. Reperitur & sub alijs nominibus, & alio modo in nostra natura illius summam, & ineffabilem Trinitatis imago. Nam mens, & notitia eius, & amor, tria quaedam sunt. Mens enim nouit se, & amat se; nec amare se potest, nisi etiam nouerit se. duo quaedam sunt, mens, & notitia eius: duo etiam sunt, mens, & amor eius. Cum se nouit mens, & se amat, manet Trinitas, scilicet mens, amor, & notitia; & haec tria quamuis distincta inuicem sint, vnum tamen esse dicuntur, quia in anima substantialiter existunt. Et est ipsa mens quasi parens, & notitia eius, quasi proles eius; mens enim cum se cognoscit, notitiam sui gignit, & est sola parens suae notitiae. Tertius est amor, qui de ipsa mente, & notitia procedit; dum mens cognoscens se, diligit se. Non enim posset se diligere, nisi cognosceret. amat enim placitam prolem notitiam suam; & ita amor, quidam complexus est parentis, & prolis; nec non est amor parente, & prole, id est mente, & notitia; cum tantum se diligit mens, quantum se nouit, & quanta est. Considerat haec naturalis homo, & videns tria in vna essentia concatenata; extendit se ad contemplationem Creatoris, & intelligit vnitatem in Trinitate, & Trinitatem in vnitatem; & vnum Deum colit, vnam essentiam, & vnum principium, sicut & Patriarchae, & Prophetae, & Apostoli tradiderunt. Sed audiamus tandem ipsos, & diuinae legis auctoritatem, & testimonia in medium afferamus, sine quibus omnis yana est argumentatio.

De Trinitate S. Script. testimonijs.

Deum Patrem, omnes sacrae litterae consentunt; & Dei nomen, paternitatem ad omnia refert. & si Filium dicimus, non possumus Patrem negare. De Deo Filio adducta sunt testimonia legis: ergo & Pater est vnus est: sicut & Saluator ait; *Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum*. Nunc de sancto Spiritu, quod capimus, prosequendum est. In Genesi legimus, quia *Spiritus Domini ferebatur super aquas*. Quis tunc Dominus, nisi Deus fuit? & cuius spiritus, nisi Dei? & quomodo Dei spiritus, nisi Deus? Deus est, quicquid Dei est, nec aliud ei immixtum est. Incompositus est, simplex est, & purus Deus. In Iob scriptum est, *Spiritus Domini fecit me, & spiraculum omnipotentis Dei viuificauit me*. De haec sunt opera, non hominis. Quid facit hominem, nisi Deus? aut viuificabit hominem, nisi Deus? Est igitur spiritus Domini, propter quod dictum est in Psalmo, *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc, quod continet omnia*. Quis spiritus Dei, nisi Deus, cui *caelum sedes est, & terra scabellum pedum eius*? Et apud Poetas, *Deum namque ire per omnes terras, tractusque maris, caelique profundum, traditum est*. Et rursus, *Esse Dei sedes nisi terra, pontus, & aer, & caelum, & virtus*? Propter quod recte inquit Dauid, *Quo ibo a spiritu tuo*? Ostendens non esse locum; in quo possit fugere spiritum Domini, qui vbique est. Esse autem vbique, implere, & continere mundum, soli Deo attributum est. Deus

igitur sanctus Spiritus est, qui hæc peragit, & futura prænotificat, & prædicat, sicut scriptum est: *Responsum accepit Simeon à Spiritu sancto, quia non moreretur, nisi videret Christum Dominum.* Non est cur Deum negemus, qui Dei efficit opera. Non igitur solus Pater Deus est, neque solus Filius, sed Spiritus sanctus eum Patre simul, & Filio, Deus est, quia non aduclatur rationi Trinitas personarum in vnitare diuinitatis, quemadmodum superius ostensum est.

Sed iam Trinitatem ipsam è sacris codicibus demostremus, & Moysen ante omnia audiamus, cuius hæc sunt verba in capite libri, quem Genesim notum vocant. *In principio creauit Deus caelum, & terram. Terra autem erat inanis, & vacua, & Spiritus Domini feruabat super aquas.* Tria commemorat, Deum, principium, & spiritum. In Deo Patrem intelligimus, in principio Filium, in spiritu Domini Spiritum sanctum. & quod accipiatur hoc in loco principium pro filio; patet ex hoc, quod in Psalmis de suo Filio dicit Deus; *Tecum principium in die virtutis tue, in splendoribus Sanctorum, ex vtero ante Luciferum genui te.* Ita in exordio nascentis mundi, Trinitas ipsa in diuinis personis adducitur. Hic si placeret, interferri posset de Heloim, secundum Hieronymum ad Marellam. Tentans diabolus primos parentes, interposito serpente, & tuadens, vt ederet de ligno prohibito, *Eritis, inquit, sicut Dii, scientes bonum, & malum.* quod proinde accipiendum, ac si diceret, *Eritis sicut diuinæ personæ, quibus ignotum est nihil.* Et cum eiecit Adam de paradiso, inquit Dominus, *Ecce Adam factus, sicut vnus ex nobis: quibus nobis? Patri scilicet, & Filio, & Spiritui sancto.* Sed manifestius eadem Trinitas ostenditur, cum dicitur; *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* Cum ait, *faciamus ad nostram,* plures personas inducit: cum dicit *imaginem,* vnitatem diuinitatis ostendit. Nec solitarius est, cum dicit *faciamus;* neque alieno à se loquitur, qui *nostram* ait. Duo sunt pluralia verba, *faciamus, & nostram:* vt videatur Pater cum Filio, & Spiritu sancto miscere se monem, quod non sono vocis, sed intellectu accipiendum est, quo singularitas, & pluralitas apprehenditur. Singularitas, quia vnus est Deus; & vna est expressa diuinitatis essentia. vnde dixerat, *Creauit Deus caelum, & terram.* Cum autem mox subiunxit, *faciamus, & nostram,* subiungit vt pluralitas in personis intelligatur. Idem Psalmista Regius canit, dum ait, *Verbo Domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius, omnis virtus eorum.* Quid manifestius dici potest? In conditione caelorum tres personæ concurrunt, Dominus, Verbum, & Spiritus. Dominus Patrem exprimit, in Verbo Filium in accepimus, Spiritus est is, quem Sanctum vocamus. Et rursus Propheta, vt Trinitatem personarum in diuinitate cognoscat, ter Deum prouocat, in benedictione; *Benedicat nos, inquit, Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, & metuant eum vniuersi fines terra.* Tria Dei confessio, Trinitatem exprimit personarum. & cum subditur, *metuant eum vniuersi fines terræ,* vnitatis aperitur diuinitatis. In Psalmo quoque XLIII. multum expresse Trinitatem inuit, cum dicit Filio; *Sedes tua Deus, Deus tuus, Elaias in visione sua, clamantia introducit Seraphin, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.* Ter Sanctus, ad tres personas refertur, & semel Dominus, semel Deus dicitur, quia vnus est Dominus, vnus est Deus. Et rursus idem Vates ex persona Christi loquitur, & dicit; *Dominus meus misit me, & spiritus eius.* Dominus meus, inquit, id est Pater misit me, scilicet Filium; & spiritus eius, qui est sanctus Spiritus. Quis hic non intelligit Trinitatem? Non latuit Prophetas hoc mysterium, possunt, & alia plura huiusmodi testimonia ex veteri Testamento afferi, quæ Trinitatem plane ostendunt. Planius tamen in Euangelio locutus est Dominus; qui cum in orbem

mitteret discipulos, *Euntes, inquit, docete omnes gentes, & baptizate eos, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Tres nominat personas; in nomine dicit, non in nominibus, vt essentia vnitatem in personarum Trinitate monstraret. Et Ioannes Euangelista, qui de pectore Domini veritatem hausit, in epistola sua inquit: *Tres sunt, qui testimonium dant in caelo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus; & hi tres, vnum sunt.* Et Apostolus Paulus; *Misit, inquit, Spiritum filij sui in corda vestra.* Et alibi; *Spiritus eius, qui suscitauit Iesum, habitat in nobis.* Et iterum; *Ex ipso, inquit, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi honor, & gloria.* Ex ipso dicit propter Patrem, & per ipsum propter Filium, in ipso propter Spiritum sanctum. Non dicit ex ipsis, aut per ipsos, sive in ipsis, nec in ipsis; sed ipsi gloria inquit, vt Trinitatem simul, & vnitatem cognosceremus. Atque his testimonijs, & autoritatibus, illum nata est desuper Christiana religio. Summa enim seductio consistit, & prædicat, vnum esse Deum, qui est causa causarum, principium, & finis omnium rerum, & omnis auctor creaturæ, summum bonum: & nihilominus tres personas in Deo recognoscit, & Trinitatem in vnitare veneratur: cui, qui aduersatur, salus experientia se reddit, & ambulat in tenebris, & veritas non est in eo. Tu vero si sapias, de tenebris emerges, & candida luce perfusus, sacratissimam Trinitatem, & cognoscendo coles, & colendo cognosces, nec aduersaberis sacrosancto Euangelio, in quo legitur; *Verbum caro factum est.* Negat tuus Legifer incarnationem Verbi. Nam cui, inquit, factus est Deus homo, & in ligno Crucis passus, qui alio modo humanum genus redimere poterat? Negat tua lex Christi necem, & alium suo loco interfectum existimat, nec Deum incarnatum cognoscit, neque crucifixum, aut mortuum. Nos vtrumque prædicamus, quia Deus factus est homo, & passus est; & propter salutem hominis hæc facta esse testatur. Ait enim de se Dominus, *Verum filius hominis saluare, quod perierat.* Constat primi parentis errato, omnes homines culpa teneri: clausa erat paradisi porta, nec mortalibus patebat in celum aditus. Decebat summam Dei bonitatem, hominem, qui ceciderat, reparare, nec miserum esse perpetuo sinere, qui ad beatitudinem perficiendam creatus fuerat. Sed obstabat iustitia Dei, quæ pro peccato satisfactionem exigebat. Dignus erat infinita poena, qui maiestatem offenderat infinitam: nec homotanti erat, vt infinitam posset redimere culpam. Stabat hinc diuina iustitia vltionem petens, illic diuina bonitas miserandum esse contendens. Audienda fuit vtraque vox; quia vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas. Quare, etsi poterat Deus aliter humanæ imbecillitati consulere; est enim Omnipotens: hic tamen conuenientissimus fuit modus, quem elegit, vt affluente humana natura, ipse poenas solueret. Factus est Deus homo, vt homo fieret Deus. Veritas de terra orta est, & iustitia de caelo prospexit. Coniuncta est humanitas diuinitati, vt acciperet de plenitudine bonitatis, quod suæ defectum suppleret infirmitatis. Fuit hic modus saluandi humani generis diuinæ bonitati conueniens. Satisfactum est iustitiæ simul, & misericordiam, satisfactum est amoris, & odio. Placuit hoc diuinæ potentia, quæ omnem defectum nostrum sua virtute superat; placuit & sapientia, quæ nihil frustra, nihil non decenter, ac conuenientissime facit. Et licet necessitate absoluta, qua necessarium dicimus, sine quo aliud esse non potest; Incarnatio Verbi necessaria non fuit; eo tamen modo, quo necessarium accipitur, in quo conuenientius, & congruentius peruenitur ad finem, dicere non pudet, ad reparationem hominis, Incarnationem Filij Dei necessariam fuisse. *Ego sum Deus, ego sum Dominus, & non est absque me Saluator;*

Conuenientiam incarnationis ostendit.

ex per-

ex persona Christi inquit Isaias; quia non poterat homo saluare seipsum, & necessarium fuit, vt homo fieret Deus, & Deus homo saluaret hominem. Propter quod pulcherrime, & ad propositum aptissime inquit ex nostris professoribus vnus in hunc modum de mysterio diuinæ Incarnationi: *Suscipitur à maiestate humilitas, à virtute infirmitas, ab aternitate mortalitas, & ad dependendum conditionis naturæ debitum, natura inuolabilis, est vnica passibili, Deusque verus, & homo verus in vnitare temperatur, vt quod nostris remedijs congruebat, vnus, atque idem hominum Duque mediator, & mori ex vno, & resurgere posset ex altero. Nisi enim esset verus Deus, non assereret remedium; nisi esset verus homo, non praberet exemplum.* Intelligis quomouenienter Filius Dei, carnem assumperit vt Deus, vt mortem obiret vt homo. Sed quæris testimonia antiquæ legis. Non negabimus. præsto sunt. Ecce, inquit Isaias; *Virgo concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen eius Emanuel,* quod interpretatur, *nobiscum Deus.* Quomodo nobiscum Deus, nisi quia *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis?* Et iterum eiusdem Propheta verba sunt; *Puer natus est nobis, & Filius datus est nobis, cuius imperium super humerum eius, & vocabitur nomen eius; admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis.* An non hic mysterium Incarnationis plane ostenditur, & quæ tunc futura erant tamquam præterita manifestantur? *Puer, inquit, natus est nobis, quia natus est in humana paruitate: & datus est filius, quemadmodum Ioannes ait, Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum datum vnigenitum. Datus est Christus, vt diuinitate, natus ex humanitate, natus ex Virgine, cuius imperium super humerum eius.* Quod est imperium Christi, nisi lignum Crucis, in quo pendit, mundum vicit, acceas potestates debellauit, & subactis, triumphatorque diabolo, regnum suum potenter intravit. *Oportuit enim Christum pati, & sic intrare in gloriam suam, vt haberet in Euangelio Lucae.* Imperium igitur super humerum eius fuit, quia Crucem suam suis gestauit humeris; quamuis eo fatigato, Simon Cyrenæus angariatus sit eam tollere. Dicitur *admirabilis,* propter signa, & prodigia, quæ fecit; lumen caecis, auditum surdis, claudis ambulationem, d. bilibus fortitudinem, & vitam mortuis restituens. *Consiliarius* appellatur, propter Euangelica consilia, quæ adiecit antiquæ legi. *Deus* asseritur, ne putares putum hominem natum: nam Deus humanæ naturæ coniunctus est. *Fortis,* quia spoliavit infernum, & portas æ. eas confregit, & veteres ferros dissipauit. *Pater futuri seculi,* quia cælum aperuit electis, & regnum homini præparauit æternum. post hanc vitam, in cælesti Hierusalem. *Princeps pacis,* quia nato Christo clausum est apud Romanos templum Iani, & mira pax est orta, & gloria in excelsis cantauerunt Angeli, & in terra pax hominibus bona voluntatis. Vnde & alio loco idem Isaias Incarnationem Domini prædicans; ait; *Dominus Iudex noster, Dominus Legifer noster, Dominus Rex noster, ipse veniet, & saluabit nos.* quod perinde accipiendum est, ac si dicit; *Carrera accipiet, & mortem pro nobis subibit.* Et rursus; *Veritas est Deus absconditus, Deus Israel. Saluator absconditus,* inquit, quia in carne latuit: *Saluator Israel,* quia sua morte, mortem nostram redemit. & ne putes, temporalem esse salutem, saluationis genus addidit. *Israel saluatus est,* inquit, *in Domino, in virtute Domini.* & subdit, *salute æterna;* quam consecuti sunt omnes, qui ex Israel, Christo crediderunt. Apertissimum est testimonium Isaiæ. Sed audi Hieremiam. Sua sunt hæc verba; *Ecce dies venient, dicit Dominus, & suscitabo germen iustum ex semine Dauid, & regnabit Rex, & sapiens erit, & faciet iudicium, & iustitiam; & in diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter, & hoc est nomen, quod vocabunt eum, Deus iustus noster.* Considera verba, & attende mysteria. *Suscitabo,* inquit, *germen iustum;* id est Christum, sanctum,

& iustum. *ex semine Dauid,* secundum carnem; quia ex profapia Regia, & de sanguine Dauid Maria mater Domini nata est. *Regnabit Rex;* Quomodo regnabit? sane quemadmodum ipse apud Matthæum in Euangelio dicit; *Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra:* quod est Regem esse. *Et sapiens erit,* ait, sapientia scilicet creata, quæ hominis est, & increata, quæ Dei est; & quæ est ante secula. *Et faciet iudicium, discretionis; & iustitiam* discussionis: nunc discretionis, dum eligit ex mortalibus, quos vult, & alios suo arbitrio dimittit; & in fine seculi iustitiam discussionis, quando reddet vnicuique secundum opera sua. *In diebus illis saluabitur Iuda;* id est quicumque crediderint, & baptizati fuerint, salui erunt. *Et habitabit Israel confidenter,* in statu Ecclesiæ triumphantis. *Et hoc est nomen, quod vocabunt eum, Deus iustus noster,* vt scias, quia Christus ex semine Dauid natus, non solum homo, sed etiam Deus est. Nec alteri quam Christo, hæc verba conuenire possunt. Accedat & alius Propheta, Baruch nomine. Quid ille ait; *Hic est, inquit, Deus noster, & non excitabitur alius aduersus eum.* Hic adiuuenit omnem viam discipline, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo: post hæc in terra visus est, & cum hominibus conuersatus est. Docent hæc omnia incarnationem Verbi, & hominem factum Dei filium manifestant. Nunc de morte illius audi, & eos contemnit, qui Christum esse translatum, & nondum mortuum, sed incredibili demencia, circa diem sup. emi iudicij, cum omnibus Angelis interficiendum putant. O nefandam audaciam, & stultitiam præ alijs inauditam. Dimittimus Angelos, quorum substantia incorporea est, & immortalis. Christum interfectum negant, & aiunt interficiendum. At Dauid ex persona Christi; *Quæ non rapui, tunc,* inquit, *exsoluebam: quia non peccauit, & penas dedit, & pro alieno delicto mortem subiit.* Quod man festus Isaias ostendit dicens; *Vere largiores nostras ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est, propter scelera nostra, disciplina pacis nostra super eum, & in ore eius sanati sumus.* Omnes enim nos, quasi omnes errauimus, & vnusquisque in via sua declinauit; & Deus posuit super eum iniquitatem; id est penam pro iniquitatibus expiandis, omnium nostrum. & paulo post; *Tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis deputatus est. Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum. Ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus orauit.* Si vidisset Propheta passionem Christi, vix potuisset apertus loqui. Nec Hieremias tacuit tormenta Domini, qui eum in ligno Crucis ita loquentem inducit; *O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor, sicut dolor meus.* Et ipse Saluator de se ait; *Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget.* Et iterum; *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis, qui credit in eum, non pereat; sed habeat vitam æternam.* Et ne de morte dubites, scribit Euangelista, *Cum accepisset Iesus acetum dixit, Consummatum est, & inclinato capite emisit spiritum.* Propheta Christum moriturum, & à mortuis surrecturum prædixerunt; Euangelista, & ob ipse in Cruce, & sepulchrum resurrexisset tertia die affirmant. Certa res est; nihil ambiguitatis habet; veritati omnia consonant. Resurrexit ergo Dominus, ascendit ad cælum, & venturus est iterum, & faciet iudicium in fine seculi. Tua lex hæc non recipit, quia non sapit de Christo; quæ sapere oportet: cuius alterum aduentum, non solum Euangelium, sed antiqui etiam Vates ostenderant, sicut paulo ante de Hieremia diximus. Contestis eius est Daniel dicens; *Ecce in nubibus caeli, quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit. & sequitur, & dedit ei potestatem, &*

Et effectum ex ea confessionem.



regnum, & omnes populi, tribus, & lingua seruient ei. Quibus verbis veri Doctores iudicium Christi facile loquuntur. n. t. in fine mundi. Eripse Ch istus de seipso loquitur; D co vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione cum sederi filius in sede maiestatis sua, sedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Israel. Et in Actibus Apostolorum leg. m. s. constitutum esse Ch istum a Deo Patre, viuorum, & mortuorum iudicem. Hæc nos de Deo sentimus; hæc firmiter credimus, hæc salubriter prædicamus, æternam vitam promittentes omnibus, qui Christo credunt; & in Trinitatis nomine baptizati, opera faciunt Euangelio digna. Queris, quæ sit ista vita æterna? quid agat illic homo? qua voluptate lætetur; & quam beatitudinem assequatur?

Respondemus cum Euangelio Ioannis; Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Summa ibi felicitas erit, videre Deum in sua natura; & eius perficere bonitate, gaudium nostræ mentis erit. Hæc satiabimur, hæc implebimur; hinc summa felicitas erit, habere Deum, & Deum cognoscere. Videmus enim nunc per speculum, ait Apostolus; tunc autem facie ad faciem, & in iubilo, teste Iob. In facie Domini videbitur lumen; & satiabimur cum apparuerit gloria eius; & erimus ei similes, sicut ait Iohannes. Nec oculus vidit, inquit Esaias, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparauit Deus dilig. nibus se. Et Apostolus, Non esse condignas passionibus huius seculi, ait, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Tua lex, in alia vita flumina lactis, & mellis, & vini promittit, & cibaria delicata, & vxores multas, & concubinas, & virginum coitus, & Angelorum in turpibus obsequijs ministeria, & quicquid caro deprecatur. Bous hic paradisi, & asini potius, quam hominis est. Nam quis mortalium est, hominis habens faciem, qui per omnem vitam corpori seruiat? Quis non aliquando in mentis secessum abit? Quis non pascit intellectum aliquando, & a sensibus recedit speculando? An non honoris, & gloriæ voluptas multo est iocundior, & diutior, quam Venere? An non dulcor est beate & ætæ vitæ laus, quam cibus ipse, vel potus? Bibit sapiens, atque edit vt viuat, tua lex ideo vitam appetendam hominibus estimat, vt edat, & bibat. Sicut in hoc seculo canis fuit legifer tuus, ita & in futuro studendum putauit, neque curauit satiare mentem, cui omnem studium fuit implere ventrem, atque in ea re summum bonum esse putauit: quod neque gentiles Philosophi, præter paucos, admisisserunt, inter quos summa fuit de summo bono dissensio. Alij in doloris puitatione felicitatem posuerunt, vt Didonius; alij in honestate voluptati coniancta, vt Calypho, & Sinomachus; alij in scientia, vt Epicurus; alij in sola virtute, atque honestate, vt Zenon, & Stoici; alij in bonis, nihil, & corporis, & fortunæ, vt Aristoteles, & Peripatetici. Solum Aristippus, & Epicurus, & eorum schola, summum bonum in voluptate locauerunt. atque huius vitæ lex conformis est, qui fæx omnium philosophorum, & fædum canum fuere. Nec tamen illi in eo errore fuerunt, vt hanc felicitatem in altero seculo expectarent, quibus futuræ vitæ spes nulla fuit; mortalem animam estimantium. Nostri Philosophi summum bonum, nec in terra, nec in sensu, sed in celo, & in Deo quaerendum censent, & eo satiamam mentem existimant. & natura instruit nos, vt cælum aspicientes, eo votis omnibus aspiremus; sicut est illud Poeticum;

O homini sublimè dedit, cælumque videre iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Quis nescit finem his præstare, quæ sunt ad finem? Omnia hæc corporea oblectamenta eodem reperta sunt, vt species hominis conseruari, & in suum finem, qui est Deus per hæc adduci possent. Quis autem cederet, aut abereret, aut pro eandis liberis operam daret, nisi esset aliqua in his delectatio? At hæc non est finis hominis, qui ad Deum factus est, & nisi ad Deum veniat,

nunquam quiescit. Nec per carnales delectationes ad Deum ipsum peruenit, sed quanto magis his numeris est homo, tanto est ab ipso Deo remotior; qui aliquando eodem beator existit, quando Angelicæ, diuinaque naturæ magis, ac magis ad hæret: nec curat carnalia desideria; qui bonis fruuntur spiritualibus. Sicut ignis & aqua simul esse non possunt; sic deliciae spirituales, carnalibus non cohererent. Triant illæ ad se humanam naturam, & totam in se rapiunt, nec sentire sinunt, quæ caro appetit. Gustato spiritu, despicit omnis caro, vt inquit vnus ex nostris. Tua lex in paradiso voluptates admittit, quas nec Solon, nec Lycurgus permisit in terra. Quot seditates de cibo, & potu, & alijs voluptatibus oriuntur, quas in paradiso ne fas fuerit nominare? Aut enim gignerentur sine fine homines, & impleverent omnia nunquam mortuati, aut frust: a esset permixtio maris, & feminæ, sine fructu, quæ etiam in hoc mundo damnatur. Dicis, quid ergo feminis opus est si non est coitus? Dicimus, & nos, quid opus est coitu, si non est generatio? Propter voluptatem dicis. At hæc fæda voluptas est, & indigna, quæ paradysum non ingreditur. Nam quomodo illic permixta erit hæc turpitudine, quæ hic tamquam obscæna prohibetur, & tamen propter sobolem, aut euitar di maioris mali causa permittitur? Hippocrates diuinæ vitæ scientiæ, vt nec eum coitum, partem esse quandam morbi te tritimi existimabat, quem nostri Comitiæ dixerunt. Quis igitur habens aliquid humani pudoris, ac, vt verbis cuiusdam gentilis utamur, voluptatibus istis duabus coeundi, atque comedendi, quæ homini cum sit, atque a fine communes sunt, gratulerur? Non sunt hæc, quæ pia mens in celo requirit. Dicis iterum, Non erit pl. na felicitas in paradiso, si aliquid defuerit oblectamenti generis. Ergo, vt existimas, cum varijs oblectantur homines, saltatione, venatione, piscatione, ludo, lucro, cantu, cibo, potu, venere, & alijs quampluribus, eadem omnia in paradiso suo requies, & cum Virgilio dicis, Quæ gratia curramus, amorumque fuit, viuifque cura, mentes nascere equos eadem sequitur telure repostos. Vana hæc Philosophia est, quam nulla vniquam ciuitas bene in ista uia recepit. Nos, vt diximus, mentis gaudia, & spirituales delicias querimus. Beatitudo nostra, quam expectamus in altera vita, est ipsa Dei visio, qua nihil optabilius inueniri potest. Videbit enim beatus animus, quæ sunt in celo; & quæ sub celo. Quid erit, quod eius aspectum fugiat, qui videbit videntem omnia? Quæ nunc videtur obscura de Deo, de Trinitate, de incarnatione Verbi, de processione Spiritus sancti, de Sacramentis Ecclesiæ, de cæteris arcanis, tunc caperunt, & manifesta. Nullum deest oblectamentum, nihil requirit ultra plenus animus. Nam quid plenus opus est? Nihil illi deest, qui nihil cupit. Desideria nostra implebit optimus, ac Maximus Deus, in quo omnia bona sunt, nec vllum cupiditatibus nostris relinquit locum. Erit Deus omnia in omnibus, qui sine fine amabitur, sine defatigatione laudabitur. Quæ lingua dicere, vel qui intellectus capere sufficit, illius supernæ ciuitatis quanta sint gaudia? Angelorum choris interesse, cum beatissimis spiritibus gloriæ Conditoris assistere, præsentem Dei vultum cernere, in circumscriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, in corruptionis perpetuæ munere lætari? Neque illi cbeatitudo humani corporis in epulis erit, aut in vino, aut in coitu. Ex redundantia beatitudinis animæ glorificabitur corpus ipsum, & similitudinem eius induet. Fulgebit tamquam Sol in conspectu Dei: tenuitatis nulla resistet materia: leuitas, & agilitas, infinita spatia in oculi permeabit. nihil erit amplius, quod lædi possit. inuolabile erit, & impassibile, more animæ. & ita totus homo exultabit, & dicit cum Propheta; Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.

Nec

Philosophorum de summo bono dissensio.

Beatitudo vera, in qua sita sit.

Nec frustra erit differentia sexuum, aut ætus aliqui superfluent. Resurgent viri, & feminæ integris membris, & non solum in specie, sed in ipso individuò humanæ naturæ perfectio redintegrabitur. Nec tamen animales operationes adierunt; nec commixtio maris, & feminæ, quæ cessabit causa, propter quam fuerat introducta. Erit enim completa multitudo hominum a Deo præstita; nec vllus erit carnalis appetitus; nec pullabit tentatio inimici; non parebit infidius locus, cum peruentum fuerit ad triumphum. Pax ibi fiet in concussa, quies, & summa concordia vigebit. Vides, inter tuam, & nostram beatitudinem quantum intere est? Nostra felicitas nobiliori parti; id est animæ respondet; tua villiori, id est corpori. Nostra mentalis est, tua carnalis. Nostra fulgens, & nitida, tua obscura, & fæda. Nostra cum Angelis ipsi Deo communis est, tua cum iuibus, & alijs peccatoribus. Nostram docti omnes laudant, tuam vituperant. Nostra celo digna est, tuæ erit in terra reprehenditur. Sed dicis, in facie etiam codicibus conuicia reperiri, quæ futura videntur in cælesti Hierusalem potu, ciboque plena. Inquit enim Esaias; Faciet Dominus exercituum omnibus in monte hoc, conuiuium pinguium. Et in Sapientia legitur; Misuit vinum, & posuit mensam. Et iterum, Venite, & comedite panem meum, & bibite vinum, quod misceui vobis. Et in Ecclesiastico; Cibauit illum Deus pane vitæ, & intellexit, & aqua sapientiæ potauit illum. Et Dominus apud Lucam, Ego, inquit, dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo. Omnia hæc, & his similia, spiritualem habent intelligentiam, quia de mensa ipsa sapientiæ, non corporalis cibus, vel potus assumitur, sed mentalis, qui suauissimus est, ac mundissimus, & hic est, quem nos expectamus in futuro seculo. Tanto est igitur nostra dignior, quam tua felicitas, quanto nobilior, & diuinæ beatitudini propinquior.

Sed attingamus nonnullas alias tuæ legis ineptias, quæ rum facris litteris aduclantur, tum philosophicas rationes excludunt.

Legis Turcarum ineptia.

1. Dicit Legifer tuus, quod tetigit cum Deus manu sua inter humeros, & vtique ad medullam dorso eius penetravit fugus. Quod perinde est, ac si corporeum Deum esse assereret, quia tactus non est, nisi per corpus. Nos in corporeum diuinum Deum. Ait enim Esaias ex ore Dei; Cælum, & terram ego impleo. quod non possit fieri, si corporeus esset. Et propterea dicit in Psalmis Dauid, Spiritus Domini repleuit orbem terrarum; Spiritus, inquit, Domini, non corpus Domini. Et Ioannes in Euangelio; Spiritus est Deus. Philosophi quoque Deum purum actum dicunt esse, principium omnium rerum, naturæ omnino simplicis, & æternæ. Quod si corporeus esset, esset compositus ex elementis, aut alia materia, & posterior suis partibus, neque simplex, neque purus, neque origo rerum; & creaturas haberet seipso excellentiores, Angelos scilicet (nobiliora sunt enim spiritualia, quam corporea) quod est opinari absurdum, ne dicam asserere. Nec simul stare potest, vt causa causarum sit Deus, sicut Philosophi volunt, & compositus inueniatur. Esset enim ab alio compositus, & illud nos potius dicere-mus Deum, qui compositus sit. Non est igitur corporeus Deus, quia non est compositus. Nec mouemur, quia non facis litteris, & caput, & manus, & pedes, & oculi, & digiti, & cor, & vterus, & huiusmodi attribuantur Deo. Vituerunt Spiritus sanctus, qui loquitur in Scripturis, vocabulis, quæ sunt in vsu per similitudinem quandam, sicut dicit Ezechiel ex persona Dei; ego visionem multiplicauit, & in manibus Prophetarum assimilatus sum eis. Est enim naturale homini per sensibilia ad insensibilia peruenire; & omnis nostra cognitio, a sensu capiti exordium. At idcirco spiritualia nobis in facris codicibus sub metaphora corporalia exhibentur; idque fit, vt etiam rudes aliquid ca-

piant, qui alioquin essent diuinæ sapientiæ minus idonei auditores.

2. Dixit præterea tuus Mahometes, Omnium peccatorum causam, esse Deum, & exclamans his verbis vitur. O Deus, quibus vis bonam, quibus vis malam viam præbas. Nos mortale peccatum, auersionem quandam dicimus esse ab vltimo fine; nec possibile censemus Deum, qui vltimus finis est, voluntatem tuam ipsam a se auertere: esset enim sibi ipsi contrarius. Et si Deus omnia diligit, quæ cumque fecit, vt est illud Sapientia; Diligunt omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti, quomodo consentaneum est, vt peccati causa sit ipse Deus: cui dixit in Psalmo Dauid; Odisti omnes, qui operantur iniquitatem. Et in Ecclesiastico legitur; Omne detrimendum erroris odit Deus. Contraria sunt, amor, & odium.

3. Audi vterius intolerabilem legis tuæ errorem. Si nobis, inquit, aduersa incumbunt, incubuerunt & cæteris. Sunt enim isti diu casus, & fortuna. Negat diuinam providentiam curare mortalia. Nos de diuina sapientia dicimus, quod attingit a fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter: nec summæ bonitati conuenit ea negligere, quæ creauit. Propter quod inquit per Mattheum Dominus; Omnes capilli capitis vestri numerati sunt.

4. Addit Mahometes, Angelos creatos ex flamma ignis, eosque peccare, & mortales esse. Nos cum Propheta dicimus, quod fecit Angelos suos spiritus, & creauit eos ex nihilo. Et Philosophos nobiscum sentientes habemus, qui omnes, Angelos, quos vocant intell. gentias, in corporeas esse dixerunt. Nec peccatum in Angelis reperiri posse censemus, qui Deum in essentia videntes, omnia vident, & omnia intelligunt ad sui perfectionem necessaria: nec est in eis ignorantia peccati mater. Nec subiectam corruptioni naturam Angelicam arbitramur: quia non est materia, quæ separari possit a formâ, sed ipsa forma per se subsistit immortalis, & incorruptibilis. Origenis, præclari, & excellentis ingenij viri, sicut multa extant per æclarissima opera, ita nonnulli errores peruersissimi reperuntur, inter quos vnus ille est, quod demones per Dei misericordiam liberandos esse aliquando a prænis asserit. Hunc secutus est Mahometes, qui saluandis per Alcoranum malos Angelos asseruit. Nos cum Esaias, de omnibus damnatis, siue hominibus, siue Angelis, vnam sententiam habemus, quod vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Et Saluator in Euangelio, omnibus damnatis in vltimo iudicio, igitur æternum reprobantur, diabolo, & Angelis eius præparatum.

5. Quid, quod tuus Legifer animam humanam, portionem asserit animæ Dei? sic nonnulli philosophi tradiderunt, & Manichæi secuti sunt. Nos humanam animam, ad imaginem, & similitudinem Dei factam dicimus, sicut scriptum est in Genesi; Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. quod de anima dictum est, non de corpore. Quod si anima hominis portio esset Dei, esset vtique Deus; nec esset homo, non Deus. quod dicere stultissimum est; cum manifestum sit, labi hominis animam a bonitate in malitiam, a veritate in errorem, a gaudio, in tristitiam, a spe, in desperationem; quod est a Dei substantia penitus alienum. Nec illud verum est, quod in vetera lege traditur.

6. Animas hominum ex materia productas esse omnes. Asserunt enim Philosophi, ab extrinseco esse homini intellectum, & quod innatus sit spiritus vitæ iussu Dei. & Theologi, rationales animas omnes ex nihilo creatas esse dicunt: & Adam cum factam vidisset feminam, Hoc os, inquit, de ossibus meis, & caro de carne mea; non dixit anima de anima. Et Propheta in Psalmo canit, Qui fixit singillatim corda eorum, ponitur enim cor pro anima, quia sedes eius in eo est. Et Deus

Tt 4

sibi pro-

sibi productionem referuauit animarum propter eam dignitatem, qui per Esaiam ait: *Omnia statum ego feci.* quod intelligitur de statu spiritali, qui est anima rationalis.

7. Præteritimus, quod cælum ex fumo factum dicitur. Quod si verum esset, corruptioni subiaceret. Præteritimus etiam, quod Solem, & Lunam aequal. ab initio virtutis, & luminis tuus Propheta testatur. Nos dicimus cælum ex nihilo creatum, & duo luminaria magna, fecisse Deum ab initio: luminare maius, vt præfesset dies, & luminare minus, vt præfesset nocti.

8. Ad illud transimus, quod in vestra lege dulcissimum, & saluberrimum esse putatis, vxores multas ducere. Quod, si Deo placuisset, creato homini ab initio non vnam tantum sociam præbuisset, sed plurimas. Nec dixit Deus, *relinquet homo patrem, & matrem, & adheret vxoribus suis, sed vxori suæ dixit.* Nec amicitia inter virum, & vxorem vera esse potest, vbi non est æqualitas, cum vir pluribus miscetur, mulier vni tantum viro adhaereat, cuius est in alios plures amor distractus. Nec propterea numerus homini augetur, quia plures vni nubant feminae. Nam totid. m. viri priuati coniugio sine prole decedunt, & præfertim cum mulieres numero pauciores existant. Iniqua insuper res videtur, & naturali aduersa libertati, vnus vrbis ciuium, alios multiplici matrimonio vti, alios solitarios degere. Nec propterea laudanda consuetudo, quod in veteri lege plerisque sanctos viros pluribus vxoribus coniunctos fuisse legimus, quia non id ex lege, aut ex voluptate fecerunt, sed diuina quadam dispensatione, & ad sobolem procreandam, quæ cresceret in cultu Dei.

9. Tacemus de diuortio, quod permittitur apud vos contra legem Euangelicam; & de adulterio, & fornicatione, & alijs sceleribus; quæ licet antiqua lex detestetur, & noua prorsus abominetur, apud vos tamen concessa videntur. Non est, quod omnia tuae legis errata percurramus, quando neque nobis scribendi, neque tibi legendi satis est ocij: & tu ipse pro tuo ingenio multa intelligi adeo stulta esse, vt nulla possint ratione defendi. Tota de Deo quaestio est: huc omnia referuntur: totum in hoc consistit, vt Christum Iesum Deum esse credamus; quo concessio, necesse est, eius legi obedire, & eius verbis credere, qui verax est, & mentiri non potest. In eius lege Trinitatem, de qua supra diximus, in vnitatem diuinitatis comperimus, & incarnationem Verbi, & processionem sancti Spiritus, & reliqua omnia, quæ reculimus, vsque ad extremum iudicium. Quod autem Christus Deus sit, iam supra ostensum est, ex veteri lege, atque Prophetis. Licet etiam ex tua lege monstrare, quæ Prophetam, & sanctum virum fuisse Christum asserit. Si Prophetam, & sanctum, ergo verax. Si verax, ergo Deus. Nam Deum se ipse testatus est di. ens, *Ego, & Pater vnus sumus, & qui videt me, videt & patrem meum. est creditus in Deum, & in me credit.* & alia multa huiusmodi, per que diuinitas Christi colligitur, & æqua cum Patre, & Spiritu sancto maiestas. Bene est igitur, vt legem nostram amplectaris, quæ vera est, & salubris, à Deo data, & tuam relinuas, in qua non veritas, neque salus, & quam homo tulit, peccatis, & ignorantia plenus. Intellexisti, quanta adduximus ex veteri lege testimonia, quibus Deus, & homo ostenditur Christus Iesus, & pro nostra salute supplicio crucis affectus. Audisti sacrosancti Euangelij attestaciones, & ipsius Christi voces, quem tua lex sanctum habet. Quid igitur obstat baptismo? Quis prohibet aquam? Quid moraris? Ingredere iam tandem salutem: cum præcellentibus viris, & magnis Imperatoribus, ad æternam salutem sub Christo peruenies. Diximus de Constantino seniore, & Philippo, qui rempublicam tenentes, in Christum credidere. post Constantinum creati Cæsares idem iter secuti sunt; & in fide nostra

dormierunt, excepto Iuliano apostata, qui ex monacho Cæsar factus, transiit ad idola, quæ vitam laxiorem permittebant. Sed ille bello Parthico pœnas dedit, & sagitta in incertum emissa confusus, cœctus est cadens dicere, *Vixisti Galilee.* sic enim per contumeliam vocabat Christum. Fuerunt & aliqui schismatici, & hæretici, qui etsi Christiano nomine, non tamen recta inceserunt via. Imperatores Christiani nullo errore polluti inuenti sunt, Iouinianus, Gratianus, Iustinianus, Valentinianus, Iustinus, dno Theodosij, Arcadius, Honorius, Carolus Magnus, Ludouicus, & plures, Franci, & Theutonici, tres Orthonones, Henrici aliorum, & non pauci sub alijs nominibus. Præteritimus alios Reges fama claros, qui vel in Gallia, vel in Hispania, vel in Anglia, vel in alijs prouincijs Christianis sacris initiati fuerunt, & in Domino mortui, ad vitam creduntur migrasse beatam. Cum his non est, cur te pudeat Christi iugum subire, & sub eo regnare, per quem Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Multos inuenies Reges, qui te colentem Christum honorabunt. Etsi enim aliquando horrebant Reges Christi nomen, & propter idola Christianos persequebantur, postea tamen propter Christum idola deleuerunt. Hæc societas est, cum qua te vocamus in viam veritatis, & pacis. Illa nihil dignitatis habet, cum qua te tua lex in deuia rapit. Nam præter Orthomanorum familiam, de qua natus es, & illustres progenitores tuos, quis est, qui magnopere laudari inter Saracenos queat? Celebratur Saladinus quidam, & alij pauci nomen habent, quia res memoria dignas gesserunt. At Christianorum excellentissima nomina omnes historias implerunt. Nori sunt in Syria, & in Aegypto, & in Asia, Godefridus, Balduinus, Bohamundus, Tancredus, Conradus, Philippus, & alij admodum multi, qui ab extremis Galliarum, & Germaniæ finibus cum ingentibus copijs Hierosolymam petiere, iterque sibi per medios hostes ferro patefecere. Hos tibi comites damus, cum his te Christo iungere cupimus, honestiores hi socij sunt, quam Aegyptij ægypnati, aut imbelles Arabes. Tua origo, vt accepimus, Scythica est. Inter Scythas, multos fuisse viros in armis claros; memoria t. aditur, qui vti galiam Asiam pluribus seculis tenuerunt, & Aegyptios vltra paludes eiecerunt. Non sunt comparandi aut Aegyptij, aut Arabes, Scythico generi: non est forti, & igna uo æqua societas. Mirandum est tantum potuisse suis fascinationibus Arabes, vt audaces, & præstantes Scythas in suam societatem adduxerint. Quid dicimus societatem? Nō est hæc societas, seruitus est, quando eorum legi subiectus es; quæ vti nam lex esset, & non deceptio, ac præstigiæ. Conformior tibi cum Christianis societas erit, fortibus viris facilius amantur fortis. virtus, virtuti placet. Pulchra, & stabilia sunt inter æquales consortia, si eadem religio est, idemque cultus Dei. Age igitur, accipe Christianos socios; accipe fidem, & baptismum, qui te hic faciet in terris magnum quoad vixeris, & post in cælis beatum redder. Audisti promissa Euangelica, & quomodo cuncta, quæ diximus veteris legis autoritate probantur. Sed times, ne te decipiemus, recordaris tui legislatoris, qui asserit legem, & Prophetas à Iudæis, Euangelium à Christianis esse corruptum, tantumque de veritate, vel noui testamenti, vel vereris remansisse, quantum Alcorano continetur. Exploratum id forsitan arbitraris, & verum esse; atque idcirco testimonijs nostris non adhibes fidem, nec baptisari audes, aut in Christum credere. Vtinam tam bonus fuisset tuus legislator, quam callidus; tam verax, quam verus, tam iustus, quam iniquus. Tota est artificiosa, & fraudulenta lex eius. Nam qui sibi diuinum abesse auxilium non ignorabat, ad humanas confugit astutias. Cupiebat legem edere, quæ sibi nomen daret, famamque etiam per

Plures Principes Christiani amplius sunt.

Cur Saraceni secta multiplicata, & vni prohibeat.

flagitia exoptabat; vt Nicostatus ille, qui Diana Ephesia templum incendit, & animaduertens antiquam, & nouam legem, quamuis honestæ essent, duram tamen vulgo videri, & seruati difficilem, fieri posse existimauit, vt innumerales populi in suas traditiones concederent. Nam gentiles quauis laxiori lege tenerentur, quam Christiani, continentiam tamen, & modestiam, & frugalitatem commendabant, & philosophis auscultabant virtutis amatoribus; neque sinebat suos ciues corrumpi vitijs, aut voluptate macerescere. Creuit igitur secta Saracenorum, licentia vitiorum. placuit ducere vxores, quot malent, eademque dimittere cum displicere capissent, habere concubinas quamplures, & in omnib. bidinis genus protulit, indulgere veneri cuncta, quæ vellet, & ori, præter vinum, vniuersis immergi voluptatibus. Et siem aliqua ieiunia in lege tua præcipiuntur, id etiam ad irritandam voluptatem factum est. Nam Saraceni die ieiunantes, nocte quam longa est epulantur, & bibunt: nec ob aliam causam vini vs. interdicitus est, nisi quia noceret in ardenti terra, qualis est Arabia, & maior est in frigidis voluptas poculis. Hoc vnus ergo Mahometis iuuentum fuit, vt legem suam propagaret, ea præcipiens, quæ grata essent auditoribus, & maxime plebibus, quæ iumentis similes existunt. Nec fessellit eum opinio in hac parte. Placuit nouita lex, & breui tempore ita contulit, vt in multis populis, gentibus, ac linguis reciperetur, cui fundamenta in voluptate iacta fuerunt. Verum sicut agricola non imprudens; postquam vineam plantauit, fossam circumducit & sepe, ne destruatut à feris; ita & Mahometes suam legem conseruare, ac munire statuit. Animaduertit homo sagax, duobus modis suum dogma conuelli posse; atque confundi, autoritate scilicet, & ratione. atque aduersus hæc duo, quæ poterant inueniri remedia non neglexit. Autoritati opposuit, quod paulo ante retulimus, antiquam scilicet, & nouam legem deprauatam esse, nec quicquam veri restare; h. li. quod Alcoranus haberet. Rationi arma obiecit, iubens, ne quisquam de sua lege disputaret, neve rationem quaereret. In eum, qui contra niteretur, ferro vindicandum esse, atque huiusmodi vallo suam legem callidus veterator communiuit. Sed non hic adamantinus est murus, neque ferreus, neque ex viuo lapide. Fragilis materia est, creta, & luto munita domus; facile expugnabitur, neque resistet telis nostris. Facile ruunt ædificia in arena fundata. Aggrediamur telis hæc tuæ legis munimenta.

Co rruptionem inprimis factarum litterarum obijcit. Hoc ei probandum fuerat, qui factum asserit: nobis sat erat negare factum. Libet aliter tecum agere, & apertam tui legislatoris calumniam ostendere. Lex Iudaica, quam Moyses, & Prophetæ tradiderunt, antequam Mahometes nasceretur, pluribus seculis scripta fuit, & multis in locis promulgata, & in alienas translata linguas; nec fuit vnus interpretes, sed plurimi. Rogante Ptolemæo Philadelpho LXX. presbyteri legem interpretati sunt, & consona dixerunt: Aquila etiam, & Theodotion, & Symmachus, & alij, vetus Testamentum traduxerunt. Facta est antiqua lex, & Græca, & Latina multis antea ætatibus, quam tua promulgaretur. Impletæ sunt omnes Bibliothecæ, Mosayca & aliorum Prophetarum traditio. Alexandria, Romæ, Athenis; Carthagine, Syracusis, Toleti, Lugduni, & in omnibus locis, quæ insignia essent, siue apud Græcos, siue apud Latinos, vetus testamentum ex Hebraicæ veritate traductum, & habebatur, & publice lægebatur. Quis ille Iudæus tam potens fuit, qui corrumpere legem vbi que potuit. Nondum natus erat Christus, cum LXX. interpretum editio facta esset; quo tempore nulla erat causa corrumpendæ legis; cum

nulla esset cum Christianis nondum natis de lege contentio. nec propter alios oportebat legi aliquid detrahere, qui legem non acciperant; nec propter se, qui talem acciperant, & laudabant. Si qua corruptio inteuertit, in ea potuit inteuertire, quæ apud Hebræos remansit, non in ea, quæ intel. Latinos, & Græcos diuulgata est, & per infinitas diffusa prouincias. Quamquam nec Iudaica corrupta est, quæ vsque in hanc diem cum Græca, & Latina traditione concordat. Difficilis, ac pene impossibilis fuisset corruptio in tot manibus. Mahometi leue fuit vnum codicem corrumpere, & illum tamquam verum his tradere, qui sibi ab initio crediderunt. Quod si multi sunt hodie apud vos codices vnus continentia, non tamen idcirco veritas in eis est. Ab vno enim, qui falsus erat, emanantes omnes falsitatem continent; quia non desinunt ex amato fonte dulces riuuli. Quæritus ex te magne Princeps, si te iudice, duo rationum codices afferantur, quorum alter ex altero transcriptus existat, & in eo, de quo facta est transcriptio, Sempronius mille debere talenta scriptus est, in exemplari duo millia, cui potius fidem dabis? An non exemplo magis, quam exemplo? Hebræi, parentes antiquæ legis existunt, & apud eos exempla legis habentur, apud alios exemplaria. Rursus ex te quaerimus; Quatuor inueniuntur rationum libri apud quatuor negotiatores, Seium, Gaium, Titum, & Sempronium. In eo, quem Sempronius producit, creditor ipse Lucij in centum talentis scriptus inuenitur, in alijs debitor, cui credes? Quid respondes? An non tres libros vni præferes? Certe non dubitabis præferre. Si ita iudicas, soluta quaestio est. Quatuor libri vetus habent Testamentum, vnus est Hebræorum, alter Gentilium, tertius Christianorum, vltimus Saracenorum, qui à cæteris discrepat. Mendax enim est; nam reliqui conformes inueniuntur. Nam & Græci, qui Gentiles erant ante Christi aduentum, & Latini ante Mahometem vetus Testamentum non alio modo habuerunt, quam nos hodie habemus: Hoc fortasse infirmari posses, quia non reperiuntur hodie Gentiles, qui Bibliothecas habeant veteres. Sed interroga Iudæos, inuenies vera esse, quæ dicimus: & adhuc extat Iosephus Hebræus, qui translationem antiquæ legis in manu Ptolemæi, quem nominamus, gentilis hominis attestatit factam; ex qua postea translationes emanarunt, quæ vsque in hanc diem perseverant, & Hebraicæ veritati concordant. Stulta est igitur Mahometi fictio, & turpis inuentio, nec quicquam habet verisimile, neque tam confutatione, quam irrisione digna est. Quod dicimus de veteri Testamento, idem licet de nouo inueniri, quod nec ab vno scriptum est, nec in vna lingua, nec in vno loco, nec in vno tempore; & tamen vna sententia est, & vnica concordia. Quod Græci habent, hoc Latini, hoc Hebræi, hoc Syri, hoc Armeni, hoc omnes barbari Christiani colentes, quamuis hæretici aliqui ad tuendos errores suos corrumpere nonnullos codices ausi fuerunt. Quid ergo ages? quid dices? cui fidem adhibebis? An soli Saraceno? an Latino? an Græco? an Hebræo? Multo antiquior est Christiana lex, quam Saracena. Audita est in omni terra Euangelij tuba, sicut scriptum est, *In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum.* Vulgata est, & recepta lex Christi per totum Romanum Imperium, priusquam tuus legislator prodiret in lucem; & idem Euangelium, quod nunc habemus; omnes gentes suscipere. Nec fuit maioribus nostris, aut facultas corrumpendi rem adeo vulgaram, aut necessitas: cum non esset Mahometes; cum quod de fide contenderent. Corruptio ei necessaria fuit, qui nouam legem edere voluit, veteri, & nouæ contrariam. Nec dubium faciet iustus iudex, quin Christiano maior fides adhibenda sit, vel

Codices scribi nequaquam videntur.



Christi legi, quam Saraceno. Ipse in conseruator  
est sua legis, & manet in traditione Patrum: Saracenus  
ab ea recessit, & inuentiones sequitur nouas,  
quas sui maiores ignorauerunt. Euangelia apud nos  
quattuor recepta sunt, quae summa diligentia, vigi-  
lanti studio, & acri discussione Sancti Patres in ge-  
neralibus Concilijs non prius amplexi sunt, quam  
esse verissima multis modis cognouerunt. Non  
est igitur, quod tuus legifer de corruptione sacra-  
rum litterarum possit obijcere. De Ciuitate Domi-  
ni, quae est Ecclesia, inquit in Psalmo Dauid; *Deus  
fundauit eam in aeternum.* Non esset fundata in aeter-  
num Ecclesia, si fundamentum eius, quod est Euan-  
gelium, violari, aut corrumpi potuisset. Nec verum  
fuisse, quod ait Propheta Baruch, loquens de lege  
Dei, *Lex, quae in aeternum.* Nec illud stare, quod dicit;  
*In aeternum permanet verbum tuum, & in seculum seculi ve-  
ritas tua.* Nec Isaias vera fuisse de Christo locutus  
dicens, *Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit,  
ut confirmet, & corroboret illud in iudicio, & in iustitia vs-  
que in sempiternum.* Nos Gabrieli Angelo credimus,  
qui de Christo Mariae Virgini sic ait; *Dabit illi Domi-  
nus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iaco-  
bin aeternum.* Quomodo regnat Christus in domo  
Dauid, nisi per fidem? Quomodo per fidem, nisi per  
Euangelium? Quomodo per Euangelium in aeter-  
num, si corruptum est Euangelium? Mendax lingua,  
falsa calumnia. *Ego vobiscum sum,* inquit Dominus,  
*vsque ad consummationem seculi.* Et Osee Propheta  
verba ad Ecclesiam conferuntur; *Sponsabo tibi in  
fide, vsque in sempiternum.* Et ad Petrum Vicarium suum  
inquit Saluator; *Tu es Petrus, & super hanc petram adifi-  
cabo Ecclesiam meam, & porta inferi non praeualebunt ad-  
uersus eam.* Et iterum; *Rogauit pro te Petre, ut non deficiat  
fides tua.* Praeualuissent portae inferi, & defecisset fi-  
des Petri, si falsum fuisset Euangelium, quod sequi-  
mur. Sed manet fides magni Pastoris in Ecclesia Ro-  
mana, quae numquam inuenta est errasse, neque er-  
rabit in aeternum. Magistra est enim, & mater om-  
nium fidelium, & disciplinae veritatis. Caue Maho-  
metes, caue magne Principes, ne sequaris errorem  
Porphyrij Siculi, qui tuae legi confona dixit. Is ex  
Christiani sinu ad idola transiens, ait se Deos con-  
sultasse, quid de Christo sentirent, & illos respon-  
dente; Bonum virum fuisse Christum, sed peccasse  
discipulos eius, qui diuinitatem ei attribuerant,  
quam sibi ipse numquam arrogasset. hoc Deorum  
testimonium, est idolorum, quae tu daemonia esse  
non dubites. An non intelligis fraudem? An non  
vides tui legiferi, & daemonum esse vnum argumen-  
tum? vnam collusionem? vnam fallaciam? & Chri-  
sto diabolium inuidere, eiusque gloriae, & maiestati  
destruere? cuius consilio, atque iussu tua lex edita  
est, Evangelica, atque Mosaica contraria. Dices, pari  
modo Christianam legem Mosaicam aduersari.  
Nam quae iussit Moyses, plurima vetat, & permittit,  
quae ille vetuit. Nescis antiquae legis arcana, quae  
diu granda fuit, nouam in vtero gerens, & cum sta-  
tutum diuino consilio tempus venit, eam peperit.  
Vidit Hieremias per spiritum, legem hanc nouam  
cum ait; *Ece dies venient dicit Dominus, & serui domus  
Israel, & domus Iuda fides nouum; non secundum pactum,  
quod pepigi cum patribus eorum. Sed hoc erit pactum, quod  
seruiam cum domo Israel. Post dies illos, dicit Dominus, dabo  
legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam  
eam, & ero eis in Deum. Nouum fides, inquit, quia ba-  
ptismus circumcisioni successit: & legem meam, in-  
quit, scribam in corde eorum, quia vetus lex in tabulis  
lapideis scripta fuit. Noua, per charitatem in corde  
hominum radicata. & ero eis in Deum, quia nouae leg-  
is author, & promulgator Christus, Deus & homo  
est. Antiqua per Moysen innotuit tantum homini,  
sed adueniente perfecto, euacuatum est imperfe-*

Euangelica  
Lex Mosai-  
ca non est  
contraria.

ctum, nec amplius in praeputio nobiscum Deus, sed  
in corde pacitur, dicente Apostolo; *Si circumcidamini,  
nihil prodest vobis.* Nec vterius cerimonialia legis  
habent locum. Venit enim ille, de quo loquitur in  
Deuteronomio Moyses; *Prophetam de gente tua susci-  
tabit tibi Deus: ipsum sicut me audivi, & subdit; Peram ver-  
ba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia verba, quae pra-  
cepero illi.* De Christo haec Propheta locutus est, ex  
ore Dei, quod verum erat os. In cuius aduentu lega-  
lia, & ceremonialia defutura erant, sicut apud Mat-  
thaeum scriptum est, *Lex, & Prophetae usque ad Ioannem.*  
Sacra enim, quae veteres obseruabant, annuntiata  
erant venturi Christi, quae in eius aduentu completa  
cessauerunt, & alia instituta sunt, vitute maiora, ve-  
ritate meliora, factu facilia, numero pauciora. Et  
sicut Sacerdotium mutatum est, sub cuius admini-  
stratione lex erat, ita & legem mutari oportuit. Non  
est igitur aduersa veteri noua lex, quae in eius ventre  
conclusa erat, & adueniente Christo, & Euangelij lu-  
ce clarescente, patefacta, circumcissioni, & alijs cere-  
monijs antiquis obseruatis, sicut praefinitum erat,  
finem imposuit.  
Est autem Christiana lex tanto dignior quam Iu-  
daica, quanto nobilius est oraculum Dei, quam ho-  
minis.  
Cognoscis iam (nisi fallimur) veritatem, & maie-  
statem nostrae legis, nec vilitatem ignoras, incipit-  
que de tua diffidere, & ardes desiderio disputandi,  
vellesque latius cuncta discutere. Sed obstat legifer  
tuus, & inquirere verum prohibet, & interminatur,  
& clamat; Non est mea lex, quae disputati fit sub-  
ijcienda. caue ne quid loquaris. arma sunt in manu  
tua, dum mihi credis, multum imperij adeptus es, qui  
non audiunt vocem meam, gladio conterendi sunt.  
Ensis, meae legis dignitatem tuetur. In Arabia ortus  
eius fuit, ex paruo principio quantum creuerit vides.  
Aegyptum adieci legi meae, & Syriam, & Mesopota-  
miam, & Lybiam, & Numidiam, & Mauritaniam, &  
partem Hispaniae & diuitem Asiam, & doctam Gra-  
ciam, & fortem Thraciam, & nobilem Macedoniam.  
Sunt & aliae quam plurimae regiones sub imperio meae  
legis, quae armis non verbis, quae facta sunt. Muliebre  
est verba vel bis refellere, vii ferro decertant. Si non  
fuisse vera mea lex, non deessent Superi imperio no-  
stro, nec non dominationi nostrae tantos successus at-  
que prosperitates. Amat nos Deus, & legis odorem  
sentiens gratulatur, & sternit iter victorij nostris: ac  
videtur dicere; scis quam feliciter saepe in hostes pug-  
nasti, & modo in Ponto, & saepe in Graecia? En filii  
quid cogitas? quid moliris? tot triumphis sub mea le-  
ge illustratus, Christum sequeris, cuius cultores stra-  
uisti totiens, & ad inter necem vsque cecidisti? Caue,  
ne meam linquens legem, relinquaris a Deo. Cre-  
dimus his te verbis non parum commoueri, & ali-  
quem inesse in mente tua timorem. Sed audi, quam  
inanis est timor. *Omni qui malum facit, inquit in Euan-  
gelio veritas, odit lucem.* Fures noctu domus perfodunt,  
& in obscuro adulteri latitant; non adhibent testes,  
qui peccant; nolunt deprehendi mendaces. Cum his  
sentit tuus legifer. Veretur, ne disputando suae legis  
vanitates innotescant: veretur, ne pudenda sua dete-  
gantur. Prohibet disceptare verbis; armis defendi le-  
gem suam iubet, nec alium iudicem quam ferram de-  
poscit: multumque gloriatur de suae legis incremento.  
Diximus, cur creuerit? Plebes voluptas allexit. Ne-  
que inficiamur multas ruae gentis victorias partas, &  
ingentia confecta bella. & tu ipse in praesentibus clarus e-  
uastisti. Vicisti hostes non paucos, & triumphasti saepe:  
fuisse tamen etiam aliquando victus. Parua Christi-  
anorum manus, tuas ingentes copias, vt diximus, apud  
confluentes Sauum ac Danubium paucis ante annis  
deleuit. Non milites veterani, non duces in bellis an-  
te probati, non viri nobiles, armis potentes & equis;

sed pauci

sed pauci cruce signati, ex agris collecti, inermes &  
nud, fide tantum armati, ferro fulgentes & auro tuos  
fiderunt exercitus. Quod si victoria veritatem legis  
ostendit, hoc vno praesidio satis admonere, in quo  
multi fugauerunt paucos. Tuae victoriae nihil mirabile  
habent, ad quas numquam sine grandi tuorum pro-  
fligatione ventum est. Sed quid agimus? Non his ar-  
gumentationibus stat recta fides, vici, si di hostes,  
imperium teneo. Si licet arguere, vera fuit sub A-  
lexandro magno tot victorij illustrato; & sub eius  
successoribus religio; qui & in Graecia, & in Assyria,  
& in Syria, & in Aegypto, & in Lybia, & in Perside, &  
in Scythia, & in Indijs regnauerunt, imperio per arma  
quasito. Veta etiam Romanorum fides vsque ad  
priorem Constantinum, qui orbem ferro sibi subie-  
cerant, & omnes domnere quas adiecit gentes. Sci-  
mus tamen, & Alexandrum, & eius haeredes, & Ro-  
manos, & qui sub eis erant, Indaeis exceptis dola co-  
luisse. Alij enim Iouem, alij Martem, alij Mercurium,  
nonnulli Solem & alia sidera, multi etiam, vt Aegy-  
ptij animalia bruta colebant. Quis nescit, inquit vnus  
ex Poetis; Voluit Bithine qualia demens Aegyptus  
portenta colat, crocodilon adorat, Et quod stultus  
fuit, & callium, & porcos, & caepe interamina po-  
tuerunt. praecleara tamen Aegyptiorum victoriae me-  
morantur. Sicut de Osiride proditum est, qui vicium  
peragravit orbem. Ergo & Deos Aegyptiorum reci-  
piemus, & veram eorum religionem fatebimur, quia  
vicerunt? Non. non sic ratio suadet. Neque sic Iudaei  
sensere, qui victi a Stryijs, & ab Antiocho, & a Ro-  
manis, & in seruitutem ducti, non tamen victoriam  
leges de ijs acceperunt, sed vici, & angarij. & mille  
modis oppressi in sua lege manserunt. Nec nos Chri-  
stiani, cum in praesidio superamur, aut alijs calamitati-  
bus affligimur, legem nostram aut relinquimus, aut  
accusamus, sed arbitramur ipsum Deum, nos tam-  
quam filios propter peccata, quae committimus ver-  
berare: quia non paremus Euangelio, non seruamus  
legem nostram, neque manemus in traditione San-  
ctorum Patrum, sed vici fragilitate aberramus, & la-  
bimur vt homines. ipse vero lapsos corrigit, & plagis  
multis iniquitates nostras emendat. Cognoscimus  
errata nostra, & considerantes quae fecimus, mino-  
rem esse poenam, quam delictum non ignoramus.  
Si cadimus in bello, si amittimus regnum, si iugo ser-  
uitutis opprimimur, dicimus cum Daniele Prophe-  
ta, Deum esse in caelo, qui reuelat mysteria, mutat  
tempora, & transfert regna; vt vniuersi cognoscant,  
quod dominatur excelsus in regno hominum, & cui  
voluerit, dabit illud. Nouimus Deum, & Iudaeos, &  
Christianos posse cum velit, & voluisse aliquid  
alterius se factis hominibus subijcere, propter offensas  
populi, qui eum ad iracundiam prouocauit. Sed con-  
uerst ad eum, non desperamus misericordiam con-  
sequi. *Quamuis enim irascatur Deus, vt inquit Propheta,  
non tamen oblitiscitur misereri. Pius est, & benignus, nec de-  
serit clamantes ad se.* Absit autem vt propter victoriam,  
meliolem credamus esse religionem victorum. Sic  
enim fatendam esset, omnes, qui vicerunt Hebraeos,  
melius de Deo sensisse quam ipsi vici. quod neque  
tu diceres, neque tuus legifer, qui defensionem suae  
traditionis in armis collocat, & omne genus ratio-  
nationis effugit. Maximum iniquitatis indicium.  
Non sic Beatus Petrus, qui donatus a Christo Do-  
mino regni caelestis clauibus, & pastor constitu-  
tus gregis Christiani, paratum se ait, rationem red-  
dere de ea, quae eratin eo fide. Nec aliter suos audi-  
tores edocuit Beatus Laurentius Martyr, qui in-  
quit, *Mea vox, obliuiscum non habet, sed omnia in luce cla-  
rescunt.* Et in Euangelio, non probat eum Dominus,  
qui lucernam accendit, & sub medio ponit: sed su-  
per candelabrum eam esse vult, vt luceat omnibus,  
qui in domo sunt, & praedicari verba sua super tecta

iubet: & de seipso dixit; *Ego palam locutus sum in  
domo.* Deceptores & Pseudoprophetae in angulis praedi-  
cant, & volunt occulta esse, quae dicunt, ac iura-  
menta taciturnitatis exigunt: sicut Romae accidit in  
his, qui bacchanalia celebrant. In occulto enim,  
Deo suo sacrificantes, nullum flagitium libidinis omi-  
tebant. Quod si alia non essent aduersus tuam le-  
gem india, hoc vnum sufficere potuit, quia prohib-  
uit eius lator eam in disputationem venire. Scie-  
bat, non aequa esse, neque vera, quae tradidat. Vi-  
debat veterem & nouam legem contra se stare. In-  
tuebatur Philosophorum acutissimas rationes sibi  
aduersi esse, nec sperauit in eorum hominum, aut in  
scholis virorum excellentium, sua posse delibamenta  
defendi. Animaduertit homo sagax & ingeniosus  
in malo, gentiles, qui Deos colebant damnatos esse,  
& iam propemodum exterminatos; nec Iudaeis  
locum esse, quorum lex transacta esset cum Sacer-  
dotio ad Christianos, cumque statuisset nouam le-  
gem, idemque sibi nomen daret, sperauit quod mo-  
do euenit, iratum Deum Christianis, qui suae legis  
mandata transgrediebantur, aduersus transgressores  
victoriam concessurum; atque idcirco suae legis  
defensionem in armis collocauit, quam alioquin ho-  
minibus gratam, propter licentiam voluptatum non  
ambigebat. Diaboli hoc fuit inuentum. Antiquus  
hanc viam suae nequitiae serpens excogitauit; qui  
cum vidisset sese procul esse ex Christiana religio-  
ne augescere, idola deleri, nec amplius Deorum  
multitudini locum esse, sed vnum tantum Deum  
adorari cum Patre, & Spiritu sancto se sum Chri-  
stium, Heraclio imperante Machometis spiritum ex-  
citauit, eumque sibi ministrum elegit, hominem  
vanum, prius idololatriam, fortuna pauperem, men-  
te superbum, natione Arabem, qui consilio vlus  
quorundam Iudaeorum & Christianorum peruerlorum,  
inter quos fuit Sergius spiritu ambitionis inflatus,  
legem tertiam edidit, ex veteri & noua consti-  
tam, multis inepijs extrinsecus adiectis. Legem di-  
ximus, quia ipse legem vocat: nos blasphemiam re-  
ctius appellabimus. Rugasti frontem, auertisti oculos,  
horruisti, turbatus es, ac subiratus, dum haec di-  
cimus? At si veritatis amicus es, audienda est veritas.  
Neque tibi legifer, si tibi amicus est, veritatem in-  
terdicet, quae tanto magis amica est, quanto salu-  
brior, & homini ab ipsa natura conuenientior.  
Audi verum, & disce, si quo modo appellanda sit  
lex.  
Legem dicunt esse Philosophi, quod ratione praedi-  
cipitur. Et sunt, qui nil aliud legem esse affirmant,  
quam rectam rationem a diuino numine ductam.  
Quicquid igitur rationi aduersum est, legis homine  
caret. At tuus legifer rationari de sua lege prohibet,  
& solum arma illi vult suffragari: non est igitur  
dicenda lex; nisi ex illis, quarum conditores apud  
Eliam Dominus maledicet. Docet nos Dauid cog-  
nosceret legem Domini; dum ea, quae propria eius  
sunt, exponit. Attende, & videbis, an Mahometea  
lex de caelo, & a numine tracta d'iuino, an aliunde.  
*Lex Domini, inquit Propheta, immaculata, conuerrens &  
nima, testimonium Domini fidele, sapientiam praestans par-  
uulis.* Immaculata est lex Domini, quia mala quaeque  
excludit, neque libidinem, neque turpitudinem vl-  
lam admittit. Sic apud eundem Prophetam, *Eloquia  
Domini casta dicuntur.* Et apud Iob legitur; *Non inueni-  
tis in ore meo iniquitatem, nec in facibus meis stultitia per-  
sonabit.* Et Apostolus, *Lex sancta, inquit, & mandatum  
sanctum, & iustum, & bonum.* At quomodo Mahome-  
tea lex immaculata, quae supra, & adulteria, & omnes  
libidinum maculas ac foeditates admittit? Dices, quia  
ieiunij quaedam praecipit, & orationes, & elemosinas:  
Non damnamus haec, absit, vt ea mala dicamus. In-  
uentorem eorum Mahometem esse negamus, AbC-  
que Ma-

que Mahomete sciebamus hæc bona esse. Ieiunavit Elias, ieiunavit Christus. O arc, & frangere esurienti panem suum, & egenos & vages inducere in domum suam, multo antiquius est quam tuæ legis inuentum. Multo ante nostri nos legistatores ad opera pietatis inuitarunt. Verum aduice a. i. fornicari, feruere vntri, & in cæno voluptatum iacere, solus tuus legifer inter bona collocat. Solus Mahometes est, qui turpia docet, & flagitia præcipit. Quamuis hæreticorum more, vt facilius decipiat, bona simul & mala commiscet. At lex, quæ dicitur Domini, vt inquit Propheta, animas conuertit ad vltimum finem. At Mahometea lex non conuertit ad Deum, sed auertit ab eo. Dicit enim Dominus Deus; *Esote sancti, quoniam ego sanctus sum.* Mahometes, vxores inquit plures ducite, & concubinas quot placet; nam ego quadraginta virorum in meis lumbis vires habeo, & vxoribus atque ancillis permisceor plurimis. Quid de testimonio fideli? Cum data est Moysi lex Domini in monte Synai, fulgura & corruscationes apparuerunt, & signa de celo, quæ testimonium legi præbuerunt. Lex Christi mirabilibus admodum multis confirmata est, dicente ipso; *Si opera non fecissem in eis, qua nemo alius fecit, peccatum, scilicet infidelitatis non haberent.* Et propterea de veteri, quæ conuertit ad suum creatorem, ad summum bonum, & noua lege inquit Dauid; *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis.* Et in Euangelio Lucæ circa finem legimus; *Illi autem post se prædicauerunt ubique, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.* At Mahometis legem, quæ signa, quæ miracula probant? Atiamus eum. *Non sum missus,* inquit, *nisi in virtutibus, & qui non susceperint meam prophetiam, occidantur; reddant tributum pretium pro infidelitate sua.* Quid hoc? Numquid non manifeste negat se miraculorum virtute carere, & ficta falsaque omnia esse signa demonstrat, quæ nostræ legis Doctores in populis prædicant? Non habet igitur tua lex testimonium, nisi in armis. Sed id non est fidele, vt ante docuimus. Ad vltimum transeamus; & quomodo sapientiam præstet paruulis, id est populis tua lex animaduertamus. Sapientia (vt antiqui tradiderunt) diuinarum & humanarum rerum scientiam continet, estque admodum sapida & dulcis, dum amorem diuinitatis mentibus nostris instillat. Propter quod inquit Psalmodographus; *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua? super mel & fauam.* Tua lex neque de Deo sapit, neque de cælestibus; neque terrena fatis intelligit, quæ putat Superis cura non esse. Magna olim & florida in Alexandria Philosophorum schola fuit, & multi per Syriam & Asiam victi doctissimi clauerunt, quorum nomina vsque ad nos peruenerunt. At postquam lex Mahometea cursum habuit, paucissimi nominantur, qui naturæ arcana perstrutari excellentes euaserint, quia non præstat sapientiam paruulis tuus Propheta, aut tua lex, cuius fundamentum voluptas est, & tutela gladij. Inter nos vero liberalium artium studia admodum florent. Legitur publice Philosophia, auditur in scholis Theologia; nullum doctrinæ genus prætermittitur. Gymnasia litterarum in pluribus Italiae ciuitatibus clarissima reperuntur: neque vltra Alpes, in Hispania, in Gallia, in Germania, in Britannia collegia desunt virorum excellentium, qui sapientiam præstant paruulis. Est enim ingens Christianorum cura, vt indocti erudiantur, & veritatem intelligant in nostra lege, quæ numquam mentita est, diuinitus comprehensa. At legifer tuus non modo mendiciter, sed etiam leuiter, sed indocte, sed impudenter, sed insipide mentitur, & sibi ipsi sæpe contra ius est; quemadmodum suæ legis inspector plane intelliget. Innumerabiles sunt eius ineptiæ, & aniles fabulæ, & pueriles nugæ, de quibus libet

hoc loco pauca referre, quæ de cæteris iudicium præbeant.

Exponens Mahometes capitulum Alcorani, quod dicitur filiorum Israel, in hanc sententiam loquitur; *Sit laus ei, qui seruum suum ab Oratorio, quod est Helcarata, ipsa est domus Mesche, vsque in Oratorium sanctæ domus Hierusalem nocte vna transfudit, circa quam benediximus Deum. O vos homines, audite & intelligite; cum abij à vobis, venit ad me Gabriel sero post psalmodiam vesperinam, qua vltima est, & ait; O Mahometes, iubet Deus, vt se ades. cui respondit; & vbi eum visam? & ait Gabriel; vbi ipse est. & iumentum illico adducit, magnitudine inter asinum & mulum. Elberabil vocans, humana vocis capax. Et vna non amplius hora iter egi annorum quinquaginta millium. & ait Gabriel; ascende animal, & ito ad sanctam domum. Ascendere volentem fugiebat iumentum, & iussu est stare, quia Mahometes ascensurus esset. Numquid accersitus est, inquit; & respondente Gabriele, accersitum esse non sinam, addidit, nisi pro me Deum roget. Obtuli preces Deo meo pro iumento; quod me insidente suauiter gressu incesit, ponens vngulam pedis anterioris in Oriente sui visus, & minori spatio quam ictus impletur oculi, ad sanctam domum perueni. Comes aderat Gabriel, qui duxit me ad domum sanctam in Hierusalem, & vicinam rupem, dixitque, descende, quoniam ex rupe in celum ascendis. & colligato illic iumento, portauit me humeris suis in celum, & cum applicissemus ad celum mundi, & ad portam eius, pulsauit Gabriel, & quæsitum est, quis esset? & respondit Gabriel, ego sum. & iterum quærenti, Quis tecum ades? respondit; Mahometes. & subdidit ianitor; numquid vocatus? & ait Gabriel; vocatus. & aperta est porta, & vidi Angelos, & bis genus stans, orauit pro eis. Et accepit mercurius Gabriel, & vexit ad secundum celum, & fuit distantia inter celum & celum, quantum est iter quingentorum annorum, & sicut in primo celo, ita in hoc celo pulsatum existit, & responsum. pari solemnitate ad septimum vsque celum procedit, equam colorum distantiam ponens. Et ait, in septimo celo vidi se Angelorum populum, & longitudinem Angeli cuiusquam instar mundi fuisse, & aliquorum mille vicibus extensorem, & inter eos vnum aliquem inuenisse, cui septiescentena millia essent capita, & in quolibet capite totidem ora, & in quolibet ore lingua totidem, quæ septingenta mille millibus idiomaticis loquebantur & laudabant Deum. Et rursus alterum Angelum ostendisse, qui steterat, & quæsiuisset causam steterat, & cum ille dixisset culpam esse, orauit pro eo. & tunc commendabat me Gabriel alij Angelo, & ille alius, donec fui in conspectu Dei, & tribunali eius adhesi; tetigit que me manu sua Deus inter humeros, & frigiditas manus eius peruicuit vsque ad medullas dorsi mei.*

His nugis, atque deliramentis implet Mahometes aures populi. Sed audiamus alteram fabulam.

In libro cui titulus est, de doctrina Mahometis, duo Angeli nominantur, Arathes & Narathes, quos ille asserit iussu Dei in terram descendisse, vt genus humanum regerent, atque instruerent, tribus mandatis acceptis. Primum, ne quemquam occiderent. Alterum, ne quid iniuste decernerent. Tertium, ne vinum biberent. Cum aliquandiu recessissent, & omnino ex toto orbe ad eos iudicia deuoluerentur, mulier quædam decenti forma, & omnium pulcherrima aduersus maritum suum causam habens, iudicium ab eis petiit, atque vt fauente haberet iudices, vt apud se prandium habeant, multum precibus inuitat. Non abnuunt Angeli, paratur splendidum conuiuium, epulas & pocula mulier ipsa ministrat, apponuntur sercula multiplicia, & cum bis vinum, quod cum Angeli recusarent, instante sapienter muliere, & multis obiciente blanditiis, tandem biberunt, & inebriati vino in hospitium incauerunt, eiusque concubitum postularunt. Spondet mulier ea condicione, vt alter eorum ascensum in celum ostenderet, alter descensum. Placet conditio illa. Vt iter didicit, mox in celum relicto atque irrisi Angeli ascendit, quam Deus recognitam inter sidera collocauit, cui Lucifer est nomen.

Angeli

Angeli ad iudicium euocati, cætenis ferreis in puteo profundissimo relictis sunt, vsque in diem iudicij permansuri; cum elegissent in hac potius vita quam in alia plebs. Hæc est sapientia Mahometis, quam docet paruulos, hæc eius Theologia; hæc doctrina diuinitus reuelata. Mira hominis audacia; ne dicamus stultitiam, seu dementiam. Quot sunt in his fabulis deridenda somnia? Non obiangamus iumentis verba, quando & alinam sacre litteræ locutam produunt, & gentiles bouem. Sed quid est quod iter vna hora quinquaginta millium annorum peragitur? Metire hæc, & diligenter cogita, an corpori nondum glorificato id possit accidere. Quo iuit? vbi fuit? Quid circuitiuit? Non adhuc celum ascenderat, quibus in locis tantum spaci peragatur? Nec iumentum eum tulit. Quid tulit eum? vnde venit? Quomodo venit? Nihil horum dixit. Quid peccauerat iumentum, vt precibus egeret? cui non est lex alia nisi naturæ, & illi paret. Quid ostiatis in celo collocatus rogamine Mahometis egebat? An non satis fixi erat? Fortasse alius cupiebat ascendere: tamquam illic non i sit perfectio omnium beatitudo, & regnet adhuc ambitio. Distantiam celorum ostendit, & spherarum quanta sit crassitudo demonstrat; quingentorum annorum iter ex celo in celum ponitur, & patere spissitudinem. Quid hoc? Quis credit? Gentilium fabulis simile somnium est. Aiunt illi Dionysiodorum quendam Geometriæ scientiæ nobilem, in patria senecta diem obiisse, propinquos suos eduxisse, ad quos pertinebat hæreditas, hos consecutus diebus cum iusta peragerent, inuenisse in sepulchro eius epistolam Dionysiodori nomine ad superos scriptam, qui diceret eum a sepulchro ad inferum peruicisse terram, esseque illic, vsque ad quadraginta millia stadiorum. Nec defuerunt Geometriæ (vt Plinius ait) qui interpretarentur, significare epistolam, a medio terrarum orbem missam, quo deorsum ad summum longissimum esset spatium, & ibidem pilæ medium; ex quo consecuta computatio est, quæ circuitum terræ, & totius pilæ ambitum, ducenta quinquaginta quinque millia stadiorum pronunciauit. Sed harmonica rerum ratio, quæ cogit rerum naturam sibi ipsi congruere, eodem Plinio teste, addit huic mensuræ stadiorum septem millia. Eratosthenes huiuscemodii rerum solertissimus indagator, vniuersum terræ ambitum, ducentorum quinquaginta duorum millium stadiorum prodidit. Hipparchus stadiorum paulo minus viginti quinque millia adiecit. Repertuntur & aliorum sententiæ admodum dissonæ; neque in hanc vsque diem mortali cuiquam satis exploratam credimus terræ mensuram, cuius neque Septentrionem, neque meridiem verius cognitum fines sunt. At tuus legifer maioræ concepit animo, qui tamquam celum ascenderit, quingentorum annorum itinere distare celum a celo prodidit; quoniam tanta esset crassitudo Spherarum. Hoc idem asserit Rabbi Moyses Hebraus genere, Philosophus, qui apud Aegyptios clauit. At Philosophi quos nostri probant, non ita sentiunt, nec Prolemæus Alexandrinus Astroonomorum facile princeps, de crassitudine Lunaris Spheræ, cum tua lege concordat, in qua iter annorum sexaginta nouem & aliorum mensuram ac diem posuit, milibus passuum viginti quinque, seu stadiis ducentis pro quolibet die computatis. Alij vero Astroonomi quæ hæc diligenter indagauerunt, spheram solis plusquam sexcentis vicibus superare Lunam tradiderunt; rursusque Martis Spheram, quamuis Sole altior est, & longe maiorem habet ambitum, spissitudinem tamen multis vicibus superari. Improbum mentis humanæ ausum: verum ita subtili argumentatione comprehendimus, vt pœdeat aliquos non credere: cum pluri-

mi hæc incerta respuant. Tuo legislatori fortassis credendum fuerit, non quia illic Angelo bono defeente conscenderit, sed quia cum peruerso ceciderit. Quod si hac de causa fidem exerceat, credimus, alioquin cum sacra scriptura dicimus. *Celum sursum, & terra deorsum, & cor Regis inscrutabile est.*

Sed alia percurramus. Angelos se vidisse affirmat, eodemque corporeos. Si mundo maiores Angeli sunt, necessarium est aliquam eorum partem extra mundum esse. At Philosophi, mundi circumflexu omnino contineri dicunt, neque quicquam exterius esse. Tuus legifer, quando aliquid plus solito adbibit, sopori deditus quicquid somniauit pro vero retulit, & omnia sibi licere putauit. Quo errore, & Angelos corporeos, & peccare, & egere venia, & se rogasse pro eis dixit. Simili somnolentia tactum se super humeris affirmavit manu Dei, cuius gelu vsque dorsi medullas penetraverit, quæ omnia superius confutata sunt. Quis vero illud patienter audiat, quod Angeli Dei, vino inebriati, specie mulieris decepti, concubinarum eius appetierint? quæ iter in celum edocta, ad conspectum magni Dei peruenit, & honorifice accepta inter astra locum obtinuerit, Angeli pœnas dederint, atque idcirco vinum homini interdicitum, quod tanti mali causa fuerit? Commemorata hæc tuus legifer, & tamquam ex penu Dei recepta hominibus inculcat, vnde de quam grauius, quam vere, quam perite loquitur. Poetarum figmenta quæ pueris leguntur, inter arcana legis inserit. Pueri nostri non sine se audiant, cum raptæ in celum feminæ referuntur, & in astra commutata, quæ maior & minor Vrsa vocantur, pigri circa Sarraca Bootæ lucentes. Credimus pro tua sapientia te iam parulicare, atque contemnere tuæ legis figmenta. Sed miraris vehementer, quod indies aliqui relicto dogmate Christiano ad tuum migrant, & asserentes iniquam legem nostram, tuam amplexi circumcidantur, & tuis inuitantur sacris, & qui Trinitatem prædicabant, nunc desistantur, & qui Christum citi affixum colebant, & laudabant, nunc derident, sunt qui hoc agant, non dubitamus. Sed qui nam homines? Sane, aut libidinis seruituti, aut ambitio-nis, & quibus nullus erat locus in nostra lege; speret a nobis & ceteri, tamquam vilia & inuilia mancipia ad te transfuerunt; nec tamen illos inextinguibilis conscientia vermibus rodere cessat. Quod si posses eorum introspicere corda, intelligeres proculdubio, eos aut vitæ futuræ spem nullam habere, aut admodum esse anxios, quia fontem aquæ viuæ reliquerunt Christum Iesum, & nesciunt quo pacto redeunt, maius suum peccatum existimantes, quam Dei misericordiam. Sed quid miraris, si ad opes consequendas, ad voluptates exhaustiendas, nonnulli tuæ legi sese subiciunt? Non est hoc nouum, nec dignum admiratione. Idem quoque & Sarraceni faciunt, quæ sæpe ad vos migrant. Illud est mirabile, illud stupendum, illud magnopere celebrandum, quod tot millia populorum Christiano insignita nomine, sub tuo Imperio degunt, grauiam tributa pendunt, nunc liberis priuantur, nunc coniugibus, opprimuntur durissima seruitute, laterantur, vexantur mille modis, nec tamen Christianæ legi renunciant, qui si tuam acciperent, mitius ferrent imperium, fierent liberi, honores & opes sperare possent, sed malunt tolerare seruitutis iugum, & in squalore ac miseria viuere, quam Christum negare. Hoc stupendum est, & diuinum opus, & quod te præcipue mouere deberet: non quod pauci à nostra lege aberrent, sed quod tam multi in ea perseuerent; & quod tanta sic, vel in aduersis constantia, miraculum est. Facit hoc bonitatis legis, & securitas æternæ vitæ, quam nemo sapiens presenti postposuit. Quid tu hic dicas? Quid contra hiscere, aut mutare poteris? Vera est Christia-



ma lex, ex vtero recepta Mosae, ex Prophetis, ex diuinis Oraculis. Deus author eius est; Filius Dei eam tradidit; ex ore Dei manifestata est; pura est & nitida, & immaculata, & sancta, perfecta ex omni parte, nullum habet rugam, nusquam deficit, nusquam claudicat; in ea qui quaerit, inuenit, qui petit accipit, & pulsanti aperitur. Ipsa est fons clementiae, iustitiae culmen, pietatis speculum, mansuetudinis & misericordiae plena, pro ea martyres innumerabiles sunt occisi, senes, iuuenes, pueri, marrona, virgines, scientes beatos esse mortuos qui in Domino moriuntur. Præteritis signa & prodigia, quæ certitudinem Christi auctoris ostentant. Quis viros enumerare queat, ex Christiano genere, diuini & humani iuris excellentissimos professores, vera mundi lumina, scientiæ fontes, qui vsque ad mortem in Christi fide perseverantes, præclara volumina ediderunt, quæ tamquam sidera quædam doctrinæ humanas mentes illustrant? Et quænam villo in loco lex est, quæ alterum habeat Augustinum, alterum Hieronymum, alterum Ambrosium, alterum Gregorium? Et ne Græcos prætereamus, quæ religio virum vnquam habuit, qui Oigeni comparari possit? quamuis hic in plerisque locis errat. Quis Ioanni Chrysostomo exæquabitur? Quis Magno Basilio? quis Eusebio? quis Gregorio Nazanzeno? Non sufficit dies, si numerare pergimus illustres nostræ legis Doctores, siue viuos, siue mortuos, quamuis non sunt mortui, sed nunc maxime viuunt, & tamquam stellæ in firmamento lucent, qui fidem sacratissimæ Trinitatis elucidant. Quid dicemus, de religiosis domibus, in quibus Angelica ducitur vita, & pro peccatoribus assidue effunduntur præces domino, nec vnquam cessant diuinæ laudes & psalmodiæ? Benedictus Nuisensis apud nos multorum Monachorum Doctor & Pater exitit; apud Græcos Magnus Basilius. Secuti sunt, Bernardus Abbas Claruallensis, & Bruno qui Caustum condidit. Quotidie sanctorum virorum apud nos augetur numerus; ædificantur noua monasteria, & sancta renouantur instituta. Quos factus edidit Seraphicus Franciscus, eximios paupertatis amator, in Vmbria, quæ pars est Italiæ, natus? Quot eum discipuli secuti sunt? Quot sub eius regula, sancti floruerunt? Antonius Patanius in ceteris miraculis, clarus. Bernardinus Senensis in Aquila; quem nostræ ætas, quasi alterum Paulum prædicantem audiuit, Nicolai Lyritani extant opera, quæ omnes admirantur. Dominicus in extremis Hispaniæ natus oris, quasi alius Hesperemicus, qui nouum quemdam sanctum, qui nullum viuendi modum suis auditoribus tradidit, & Prædicatorum instituta Regula, vniuersum illustravit Orbem. Multi ex discipulis eius clarissimi euaserunt: sed præcipua est Magni Alberti fama; qui nullum doctrinæ genus ignorasse creditus est. Nec minor eo Thomas Aquinas fuit in litteris, & si maior extitit sanctitate. Claruit & nostro seculo sub eadem regula Vincentius Hispanus, quem noster antecessor inter Sanctos Christi Confessores retulit. Et in Ordine Diui Augustini Nicolaus Tollentinas, paulo ante inter cælestia relatus Sanctorum agmina. Noua indies prole floreat nostra religio. Quod si non desunt peccatores, diuinam prouocantes malestarem, non desunt etiam Conciliatæ viri Sancti, Deo accepti, & Virgines immaculatæ precibus assiduis diuinam iram auertentes; ne ctimemus ruinam, tantis adiuti patrocinis. Tu ergo princeps nobilis, qui non es rationis incapax, neque ingenij obruti, collige, quæ diximus, & conserva in mente tua, & consule tibi, & tuæ genti, & noli esse incredulus, sed fidelis. Relinque tenebras, & lucem sequere. Intelligis, quo pede claudicat lex tua, & quantis scæter erroribus, & quam procul à veritate

recedit, & quod non est in ea salus, noua & antiquæ legis inimica. Intelligis, quam solida est Evangelica doctrina, quam vera, quam sancta, quam munda, & immaculata, & quod ea tantum iter in cælum ostendit, & non alia. Intelligis, si verba nostra memoria tenes, quod Trinitas in vnitatem, & vnitatem in Trinitate colenda sit, neque altera contradicit alteri. Intelligis, quonam modo Pater sibi filium æqualem genuit, & quomodo à Patre, & Filio Sanctus procedit Spiritus, qui est charitas & amor, & simul colendus est, & Deus est. Et quod Filius pro nostra salute incarnatus est, mortem pertulit, & spoliato inferno, tertia die à morte resurgens, quadraginta diebus cum discipulis conuersatus, ascendit in cælum, sedet ad dexteram patris, venturus in fine seculi iudicare viuos, & mortuos; quo facto, mali perpetuo penam ignis subibunt, boni aeternam beatitudinem consequentur; non in carnalibus desiderijs, aut impudicitijs, non in cubilibus, sed in dulcedine mentis, & in charitate Christi, quæ superat omnem sensum. Ante vero omnia monstratum est, non posse te assequi inter Christianos gloriam, & potentatum, quem videris optare, maxime apud Europeos, & Occidentales populos, dum in tua secula pœueraueris. Quod si velles Christianis sacræ initiari, magnam tibi spem fecimus, & potentiam, & gloriam. Memento igitur verborum nostrorum, accipe fidele consilium, sume baptismum Christi, & lacrum Sancti Spiritus. Amplectere sacrosanctum Euangelium, & Christo te totum committe. Sic tuam animam lucrificas; sic Turcorum populo bene consulas, sic tuæ cogitationes adimpleri poterunt, sic tuum nomen in secula celebrabitur, sic te omnis Græcia, omnis Italia, omnis Europa demirabitur, sic te Latine litteræ, sic Græcæ, sic Hebraicæ, sic Arabicæ, sic omnes barbaræ celebrabunt, sic nulla ætas de tuis laudibus conticecet, sic pacis auctor, & fundator quietis appellaberis, sic te Turci animarum suarum reprecorem, & Christiani suæ vitæ conservatorem vocabunt, sic Arabes, Syri, Ægyptij, Libici, & quæcumque sunt alia gentes extra Christi caulas, aut his auditis tuam viam sequentur, aut tuis & Christianis armis paruo negotio domabuntur. Et si noluerint in nostra lege te socium habere, experient Dominum in sua. Nos iurabimus; & omnium eorum assistente diuina gratia, legitimum principem constituemus. Hæc sunt quæ tibi cum baptismo præmia promittuntur. His te bonis diuina pietas proculdubio cumulabit Euangelio obsequentem. Quod si respueris consilia nostra, peribit tamquam fumus gloria tua; & tu morte hominum reuertis in cinerem, totus morieris, Christus autem regnabit in æternum, cui est honor, & gloria in secula seculorum Amen. Epist. 296.

II. Isti Pius pontifex Mahometo Turcarum principi scribebat, si quo modo potuisset homini, vel Christianam fidem persuadere, vel aduerfus illam motam lapideam inuenire, non intermisit & ipse arma secularia depromere. Itaque Oratores ac nuncios, cum litteris Apostolicis ad gentes, & nationes Christianas misit, qui populos ad tantum bellum, ramque necessarium adhortarentur. *Platina in Pio 2.* Sumpsit vero ex eo tempore grauiores solito curas Pastor deuotus, ad condendam expeditionem festinans, seque quotidie necessarijs iditrens. Supra autem aetatem laborans, imminuit, ægram aliquoquin valetudinem suam. Pedum enim, & totius corporis ac res furtebant dolores, doloribusque adiuncta est febris. Itaque magna in aëratore opus Medicis contendeant, ac futuræ nauigationis laborem. Eanisi

II. Parum cum Turca proficit Pius PP.

esset

III. Aliquos ad sanitatem reducere percurat.

esset ante resumpta, citum prænucciabant interitum. Experti vero, nec vnde magis, quam ex balneis illam resumptam, consuetudinem Petriolanæ aquas caperunt; docente, sine ijs conatus suos inanes futuros. Aulculaniti consilij Pius, quamquam inuitus: ac ne per hoc, inceptum opus vel paululum tardaretur, anticipans tempus, extrema iam hyeme Senam, atq; inde Petriolanam profectus est Papiensis epist. 50.

Inter hæc accepit, Germanos ægre ferre actionem impostam in sacrum bellum pecuniæ ac Philippum Burg induti, qui semet venturum cum milite, & classe viderat, à tãta sollicitatione destitisse, præterea multos esse principes, ac populos, non exteris modo, sed Italos quoque, qui Crucisignatis iam iturientibus Anconam, vel ad portum Pislanum, vel Genuam impedito essent; nonnullos, qui ambitione, & luore rem tantam disturbare conarentur, quia eos viderent nobilissimam præmia reportaturos, qui tantam belli molem subirent. Hos autem, vt Pontificem decuit, ad sanitatem reducere conatus est Platina super. Et quidem, vt Germanis conceptarum querelam opinionem eximeret, Archiepiscopus, Moguntino, Colonienfi, Treuerensi, & alijs scripsit.

Intelligimus relatione multorum, qui ex Alemania veniunt, duplici esse de nobis in natione querelam. Primam, quod decimam Clero indiximus. Alteram, quod Legatus noster, Cardinalis Nicæus, litteras referuationum passim concedat. De vtraque, multum est, quod miremur. In decima quidem, dolent, antequam vulnus accipiant. Imposita est, seã non impetrata. Nulli adhuc Nuncios, nulla litera visa, quibus mandetur, Cleros quicquam conferre. Non sumus nescij via, quam teneri cum Germanis oporteat. Viximus in natione bonam partem etatis, & callemus Cleri, & populi conditiones. Venienti ad Legationem Nicæno, colligenda decima dedimus litteras; hoc tamen addecimus, vt numquam sine consensu nationis nō peteret. Illi volente, faceret, & esset inuictum. Mandata seruauit. De colligenda vero tractauit, nō tamen ad executionem tota congregatio, Decimale subsidium laudatū est, & receptum. Quod ergo tot Principum, & Populorum, & tanti curus fuit consensus, vni nobis non est ascribendum. Si natio nolit, nihil exigetur. Nulla hic est opus querelæ, Ea inuita, conserti quicquam non patiemur: quamquam si institutione nostram colligenda decima diligenter inspicit, videbit nihil præter publicum bonum esse quæsitum. Quod colligendū in Germania erat, seruari in Germania, & à Germania debebat. Nihil inde fuerat exportandum, nisi quod natio in publicam salutem, vel ipsa conuerteret, vel vtiliter conuerteret. Hoc nō est Dei, & defensionem populi sui semper spectauimus. Priuatam vtilitatem nullā sumus secuti. Huius animi testem Deum, & conscientiam nostram, atq; adeo rem ipsam habemus. Si n. pecunia à nobis fuisset quaesita, à iactura nostra nō capessimus. In tencida quippe dicta totum pete patrimonium Sedis exhausimus. Lam vero de referuationibus, datis, nō esse debet Fraternitas tua, nihil alienum fieri, non modo à consuetudine aliorum Legatorum, sed nec à Canonibus. Sacris. Faciunt hoc alij, & semper fecerunt; nec nisi à iure potestas illa conceditur. Nullas superinde litteras Apostolicas habet Legatus. Detulit solum, quod sibi ius tribuit. Id vero compactata nationis non tollere perspicuum est. quando iuri scripto est consentaneum. Credimus Fraternitatem tuam, ex illis non esse, qui talia doleant. Ponderas n. factum nostrum, & rationem cognoscis. Propter eos, qui iniuste querantur, hæc ad te scribimus; vt si quando illos audire contigerit, habeat, quid pro nobis respondeas. Hoc te, vt facias, hortamur, atq; requirimus. Detractionem Sedis, pari non debet. Est officij tui illud defendere, à qua dignitatem habes, & gradum. Tua quoque, Fraternitas boni animi gerat, neq; in decimis credat, aliquid nos permissuros, q. sine consensu patriæ sit. Amamus Germanos, amamus Clerum; cum honore apud vos sumus versati, consolaris

illos cupimus, non contrariari. Quantum exhortationes nostræ, preceque poterunt, tantum ab eis queremus, ac nihil præterquam iniuria Dei mouere nos poterit. inter Papiens. epist. 28.

Hæc Germanis. Scripsit, & Philippo Burgundo, profectioem excusanti.

Rumor ad nos delatus est, nobilitatem tuam, quæ magno, & alto animo Italiam petere cum valida classe, ac deinde in expeditionem contra Turcos, immanemq; belluam Mahometem, Christiani sanguinem sine fine stridentem nobiscum proficisci promiserat, mutato consilio domi remanere, certumq; bellatorum numerum, qui tuam vicem impleant mittere. Dicit nobis res est, nondum veritate comperta. Nescimus, an q. referatur, credere debeamus. Fidem exposcit scribens autoritas, de quo & timor exoritur, qui magnus est, & habere se gratia testimonio dicit. Concreta constantia tua, & votum, & promissio, & honor, & ipsa rerum necessitas. Nouimus te constantem esse, ac perseverantem in proposito. Diu meditari soles, ac deliberare, antequam aliquid magni decernas; decretū inconcussim seruare. Non est verisimile, q. de profectioe tua iam pridem consulto statuisi, nunc mutatum ire. Scimus autem multos, & magnos viros, postquam audiuerunt te venturum, conatos fuisse tuam profectioem impedire, multaq; tibi vel rationes, vel causas exposuisse, cur non esset veniendum. Inter quos, & foror tua nobilissima, & charissima, & amantissimus filius tuus, vt relatum est, dissuadentes iter verba facere, vehementibus precibus lacrymas, ac suspiria miscentes; nec te tamē flectere potuerunt. Mansisti penes tuam sententiam solidam, & immutabilis; sicut annoxa quercus Borealis, frustra concutitur spiritibus, aut aspera cautes, asiduis incassum verberatur procellis, nec loco suo dimouetur. Ita & constantis animus tuus, eo principe dignus, sua rationibus quibuscumq; reiectis, vsq; in hanc diem, propositum suum tenuit. Non est credibile, per seuerantiam tuam nunc perisse. Accedit votum publicum factum, q. sua natura inuolabile est, tamquam Deo debitum. Venete, inquit scriptura, & reddite. Non est fallendum nomen Dei. Si seruanda est hominibus fides; quanto magis Deo perfringere vota impune non cedit. Ipse Deus, Dominus est, & Index, nec decipi potest. Tua nobilitas non consuevit homines fallere, verax, & dicti sui renax. Non est cur credamus, te modo, in voto tam solenni, tam publico, tam sancto, à tua bonitate recedere, ac mutare naturam. Obstant & promissa tua, Ferrariensi Episcopo, nomine nostro ad te missa, facta. Tenes memoria, quæ illi dixisti, cum in lectulo decumbente, & spiritum in laborantem inuenit. Affirmasti sanitatem cum illo ad te missam, & omnia facturam tuam Nobilitatem pro defensione fidei, missuramq; in breui Legatos cum potestate concludendi, tam de transitu tuo, quam de reb. alijs ad expeditionem necessarijs. Venere Legati tui viri præstantes, & in consilio tuo primarij, qui nos Tribure conuenientes, inter prima colloquia per cunctata sunt à nobis, an adhuc profecturi essemus; quod tibi per Ferrariensem Episcopum fuerat significatum; hoc est, an personaliter contra Turcos in bellum profecturi essemus. Respondimus, nihil nos esse mutatos, venturosq; tibi proculdubio futuros comites. Quo dicto, subintulere Legati, se habere in mandatis, vt affirmarent nobis, Excellentiam tuam, aut vteram ad nos esse, & in sanctam profectioem iterum, aut in itinere morituram. Credidimus Oratoribus tuis, & adhuc credimus. Secuta est promissio in Consistorio publico facta. Afferuerunt Oratores tui in magno Conuictu Romæ coram nobis, se pro suis venturum, nec villo pacto remansurum domi, nisi tale impedimentum interueniret, quod toto mundo iudice, legitimum estimetur. Vulgata est per orbem fama, nobilissimum, ac potentissimum Burgundia Ducem, vna cum Romano Pontifice bellum Turcis inferre, donatq; conatibus defensionem religionis amplecti. Audisti tota Christianitas hanc tuam promissionem: erexerunt exinde animos Veneti, atq; in Turcos multo, quam prius audaciores effecti sunt. Vngarijs per pulcherrima iniecta est, qui se tandem de immanissimis hostibus vltiscantur, regnumq; suum in perpetuum Turcorum molestia liberetur. Gratia tota, omnis Lyriticus tractus, de libertate cogitare cepit; Turcorum animos non paruos inuasit metus. Tanta est nominis tui estimatio, quæ nunc arbitretur; Generositate animi tui, post tot promissiones, ac spem tantam de te prestanda velle mutare consilium, vrisq; q.

IV. Philippus Burgundia Ducem.

fideles Christi populos reddere, & latos crucis hostes? Nullum intercessit impedimentum, quod mundus legitimus iudicet, imo nec tu ipse excusationem ullam existimasti sufficientem; quippe, quod neq. senium, neq. debilitate tui obliuisceris, neq. idcirco te his remorari a comatib. asseruisti. Nunc te ob has causas aut alias remansurum, quis pueri: quis excusatum censebit, non excusante mundo? Vbi honor? Vbi estimatio tua remanet: Quid dicit populus: Nonne illos se ois Christiani censerent? Incolyta Francia domus, honorem semper catervis rebus ante posuit, nec tu. Francia sanguinis, vniquam fuisse pro digis honoris. Nihil apud te iuuenem honore charius fuit. Propter honorem, magna aduersus hostes fecisti, magna subisti pericula. Non est, quod modo in etate matura, & cu maxime sapie, honoris contemptore putemus, cuius nobis sola, vel paucis aliis, relicta est semper voluptas. Cōfidimus prater ea te pro tua prudentia nos ignorare, quam periculo salutis, tua domi remansio, quantum rebus gerendis noceat, quantum debilitet Christianos, quantum robur hostibus adiciat. Nam qui auditu aduentu tue exterriti erant, cognita remansione, cornua erigent, & in Sanctum Euangelium ferocius insultabunt: nobisq. amantissime fili, si verum fuerit, qd arbitrari non possumus, mutati consilij tui fama, haud paruum afferret cladem. Nam quod de victoria belli spem propē certam conceperamus, te nobis deficiente, rem dubiam ceruimus. Veremus, ne tuum exemplum sequentes socij, remissiores efficiantur, atq. quarent cum hoste conditiones; ut est natura mortalium, regni, quam fidei tenacior. Nec tua auxilia sine te tuum satū implere officium poterunt. Nullus exercitus tuus tantus est, quam tu ipse. Nihil tantum vales in bello, quam auctoritas: & spē iam vincit opinio. Tu si nobis desis, cuius nomen est apud formidandos, & apud nostros honoratissimum, facile intelligis, quantum reb. gerendis officias. Non est igitur cur opineris te consilio mutato, velle domi manere, qui spē dixisti, & si tibi moriendum esset in hac professione, venturum te. tamen, quamuis si venias, ut confidimus in domino, vita tibi longior erit, quae v alidi corporis, & redibus domum cum gloria victor hostium, Christiana religionis conservator. In domo, timenda est ira Dei. Scū quoties infirmitates, quasi monitiones te quadam inuaserunt. Tu respicere monitum dixisti fuisse. Vide quid agas. Cave, ne monitiones Domini irritas facias, nec praferas humana mandata diuinis. Nos quidem, nisi aliud audiamus, expectamus Excellentiam tuam cum desiderio, & te veniente percipide videbimus, & amplexabimur; tecum proficiscemur in hostes; nobis tota Italia comes erit. Decretum n. nostrum de decimis, vicessimis, & tricessimis, & Indulgentiis, ab omnib. Italia potentatibus receptum est, & ois auxiliapro tuis facultatibus promittunt. Nec Florentini desunt, viri prudentia potentes, & opibus. Quamuis de his aliquando fuerit dubitatum, nunc certū est, eos egregie in Turcos de expeditione laturus opera. Nobilis vir Francisc. Sfortia, Rex Mediolanensis, vnum ex filiis suis, se nobiscum missurum promittit, & cum eo equitatum, pedatatumq. validum. Successura sunt omnia te veniente, quem admodum speramus, ex voto. Quod si Deo permittere propter peccata nostra, tuus aduentus fuerit impeditus, non tamē iter nostrum retardabimus. Et quamuis nō fuerit profectio nostra promissa, nisi te veniente, ibimus nihilominus, nec fraudabimus sua spe, populum Christianum. Faciemus, qd promissimus, & ultra quam promissum est. Nemo dicturus est, hoc promissit Pius pontifex, & nō fecit: turum se dixit, & non iuit: magnifica verba protulit, & non compleuit. Ibimus auctore Domino, mare intrabimus, in hostes nauigabimus; pro victoria nominis Christiani, pro defensione fidei totis viribus nitentur. Non grauis aetas nos retinebit, non impedita morbis arteticis mēbra, non patrimonij Ecclesie cura, non pericula maris, non mortis metus. Scimus moriēdum nobis esse, nec honestius vquam vitam finire posse, quam in exercitu pro Christo Salvatore, & eius lege decortante. Si Christiani principes, populiq. auxilij fuerint, neq. pro fide laborantes deseruerint, nihil est, quod de victoria desperemus. Sin minus: non deerit, ut confidimus ipse Deus, & Saluator Iesus Christus, cuius res agitur. Confuevit n. diuina pietasim se sperantes haudquaquam deserere, cui tam facile est cum paucis, quā in multis vincere: & ibi incipit diuinum repetitū prāsidiū, vbi desicit humanum

auxilium. In Deo spem nostram collocauimus; ipse, si vult, vltimam nobis largietur. Et si aliter maiestati sua placuerit, satū erit nobis pro defensione religionis, quātum facultati datum fuerit, eo processisse. Influxit ergo Dominus Deus, nec ultra, quam possunt homines, exigit. Nobis cauendum est, ne diuina voluntati aduersemur, & ne populi illuissse videamur. Cumque vulgata sit nostra profectio, dabimus operam, ut opinioni hominum satisficiamus, diuinaq. voluntati pro nostris virib. pareamus; Tuam nobilitatem exorantes, ac per visceris misericordiae Domini nostri Iesu Christi in charitate vera perfectio corde obsecrantes, ut & tu ipse iam facias, nec a promissis tuis Deo maximo, nobisq. factis deficias. Memineris Domini Dei tui, & quantū suscepisti ab eo bona; nec velis, ingratus videri; nec verba cuiuspiam plerū facias, quam Dei mandata. Consule honori tuo, & anime tuae, nec expectationem frustrare, quam fideles populi de te habent. Noli auferre spem, quam nobis prābuisisti. Consolare nos, & vniuersam plebem Christianam, ut Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, & Deus totius consolationis, consoletur te in omnibus aduersitatibus tuis feliciter, & quod reliquum est temporis in hoc seculo, Deo offer, & conserua; ut tandem in altera vita, sui regni te participem faciat. Cupimus super his, ut quamprimum nobis respondeas. Datum Senis 8. Calen. April. Anno Domini 1464. Pontificatus nostri anno 6. Epist. 382.

Et quia acceptat pontifex ex literis Legatorum & nunciatorum suorum magnam Crucisignatorum multitudinem, in Italiam ad portum Anconitanum confluere, praemisit eo Hieronymum Landum, Archiepiscopum Cretensem, qui vna cum Priore Pisano Equitum Rhodiiorum, conduceret nauigij necessaria ad opus passagij, ac omnia quam meliore conditione posset componeret, atque transigeret, inter Epist. Papiensium. 34.

Præter hæc privilegia quamplurima venientibus Crucisignatis p. accepit, eaq. vt principes, vel rata haberent, vel auctoritate ordinaria concederent, datis literis admonuit, hoc exemplo, quo Francisco Sfortia, Duci Mediolanensi scripserat.

Pius Episcopus, &c. Francisco Sfortia, Duci Mediolanensi. S. & A. B.

Bene cognitum putamus esse nobilitati tuae. pium Sanctūque propositum nostrum, succurrendi fidei Catholicae, & populi Christiani tutelae consulendi. Id vnum opus mente agimus, id totis visceribus sumus complexi, & (quod antea inauditum est) proprium corpus pro salute omnium nobis commissarum exponere decreuimus. Inuitauimus Christi fideles toto Christiano orbe. Misimus literas cum plenissimū indulgentiū, pramia vitæ aeternae propositimus sequentib. nos ad hoc certamen diuinum. Quo fit, ut confidamus de benignitate Dei, quam plurimos Christianos vnde quaq. conuenturus, qui Romanum Praesulem, Pastorem orbis, patremq. amitarum in bellā pro defensione Sancti Euangelij vadentem sequentur. Decet nos ad hanc partem pietatis etiam respicere, & curam gerere, ut qui Crucē tollentes iuxta praeceptum Domini, vias secuturi sunt, humaniter, & benigne recipiantur, & vt ipsi benē se susceptos videant, & ceteri ad id auxilium veniēdum animentur. Hortamur itaq. nobilitate tuam, cui non dubitamus hoc sanctum opus cordi esse, vt in terris, & dominis tuis has facias ordinationes, mandesq. diligentissime obseruari. Primo, vt peregrini omnes sine Crucisignati fuerint, sine non, qui ad hanc expeditionem venturi sunt, in omnibus terris, & locis tuis omni humanitate, & gratia tractentur, & sub grauius, & formidabilibus poenis, nemo praesumat, eos dicto, vel facto ledere, seu molestare. Monete eorundem venientium, tam aurea, quam argentea, & aerea, expendantur, & recipiantur, videlicet pro valore, & pretio, & pondere earum, nec a quocūquam possint vel debeant recusari. Victualia cuiuscumque generis, ac panem, & alia venustilla humano vsui necessaria, vendantur solito pretio, nec carius estimentur, quam haecenus consueuerunt. Vestigalia, & gabelle non exigantur ab eisdem, nec passis fluminum, aut portarum, seu portuum, & scapharum soluere compellantur, deniq. omni gratia, humanitate, & beneficentia os tractari facias. Decet enim fideles ad tam necessarium

V. Plura priuilegia indulget Crucisignatis Pius PP.

bellum

VI. Gratulatur Pius PP. Sfortie de adeptione dominij lanuensis.

bellum pro Christo vadentes, omni auxilio, ope & favore prosequi. Datum Petrioli, Diocesis Senensis, Pontificatus nostri anno 6. Epist. 389.

Ceterum cum intellexisset, Genuenses, pertæfos tyrannidis ducis sui, dominium vrbis, & totius Liguria, Francisco Sfortia sponte detulisse, & ex ea accessione principatus amplissimi, opes quoque, ac vires Ducis accreuerit, qui posset longe, amplissimum clafsem contra Turcas instruere; ei per literas congratulatus, quod ab eo desideraret insinuauit, utque Florentinos promissorum negligentis fidei datae admoneret, horatus est. Epist. 390.

Intelleximus ea, qua significata nobis tuo nomine fuerunt, per dilectum filium, Oratorem Oratorem tuum, scilicet nobilitatem tuam iam adeptam esse Ciuitatem Ianuensem; quod nobis singulararem attulit letitiam. Quacumq. enim tua generositati prospera succedere intelligimus, nō minoris gaudio nos afficiunt, quam si ad nos ipsos spectarent. Oramus Deum immortalem, cuius benignitate tuae felicitati omnia aspirant, vt noui hac dominij accessio, felix sit, & iusta, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsidia impendere possis, ac exinde vniuersae Italiae, totiusq. Christianitatis paci, & iustitiae, tibi, liberique tua stabilis, & diu permanens: vt quo potentia tua auctior erit, eo & gloria, & felicitas sit amplior, & maior a fidei Christiana labanti subsid



nedictione accepta ad classim reuersus est. Pio vix ad ripam appulso, praefo it Ioannes Caruagiat, genere Hispanus, Portuenfis Cardinalis, & Praeful Sancti Angeli vulgo dictus; qui eodem die maturato itinere ex Vrbe aduenerat. Nam cum biduo ante alatae litterae ab Hieronymo Antistite Cretenfi essent, quibus significabatur, magnam Crucesignatorum multitudinem Anconam confluere, identidem que lamentari, quod pontificem qui se traiceret, non inuenissent; veritus, ne turba diuersarum nationum, id, quod accidere in talibus solet, tumultum aliquem per otium excitaret, aut in diuersa dilaberetur, praemittere hunc intendebat, qui deductis confestim nauigijs in Peloponnesum eos traduceret. Hominem enim ad eam rem opus putabat, cuius auctoritatem secuti illi, desiderio non tenerentur secum eundi, quem ta dare diuini oportebat. Hanc ob causam Cardinali maturius ad se euocato, rationem vocationis prima in colloquutione proposuit, atque vt profectioem caperet, non tam imperauit, quam deprecatus est. Verecunde admodum annolo feni, & attrito pro Ecclesia, onus iam grande iniungebat: sed magnitudinem rei considerans, cognoscentque quam paucis essent, qui suscepturi id imperium viderentur, annis eius parcendum non duxit. Affuit Cardinalis Papiensis sermonebus his cum haberentur. Vna semper, atque eadem Ioann. vox fuit, plena humilitatis ac animi. Si is sum Pie pontifex, dicebat, quem tantis rebus idoneum iudices, sequor sine mora imperium tuum, & certe etiam exemplum, qui in fragili valetudine, animam pro me ponis, & pro caeteris quibus tuis. Scriptum est mihi, Veni: Ecce adsum. Imperatur vt vadam: iam iter ingredior, pars haec vite vltima, Christo neganda non est. Commouere haec dicta pontificem, quantoque maius animi robur in fene agnouit, hoc eum miseratus est magis. Amabar vnicuique Pium Ioannes, vehementerque huius Sancti propofiti fuit perfafor, eos sedulo increpans, qui infirmioribus animis dissuadere illi nauigationem hanc contendebant: id agens videlicet, vt extremus vitae actus reliquis operibus non esset fabrilis. Obierat autem ante Cardinalatum Legationes complures, difficiles semper & plenas periculo. Cardinalis quoque creatus, sedente Nicolao V. in Germaniam, missus est; & succedente Calixto III. ab initio statim pontificatus in Pannoniam, atque eadem oram Illyrici ad bellum in Turcos iussus est ire. Sexennalem his in locis Legationem inter asperam gentem, caelumque in alubre gessit. Versatus saepe in castris est. Saepere iam nuntiatas irruptionibus hostium, contendit obuiam cum militibus, qui sua opera Crucem assumpserant. Desertus nonnumquam a suis, quos ex Hispania, & Italia in domesticum famularum assumpserat, seipsum tamen nunquam deseruit. Patienter pro Christo tulit omnia. Languit inter hos labores annum fere continuum vsque ad desperatam salutem. Propter vim etiam frigorum, quibus infesta regio illa est, dentes sic ei omnes emoti sunt, vt quotidiani pelliculis obuolutis aegre illos retineret. Innumerais porro difficultatibus vno aliquando tempore circumuentus, numquam tamen reditum est deprecatus. Expectauit, quid Romana Sedes de seipso statueret. Erat ergo Patri prope iam septuagenario in tot antea actus aerumnis legitima excusatio, prouinciam deprecandi, iuuenibus etiam operosam: sed nihil tale venit in mentem carnis contemptricem. Pro Deo, & pro imperio Romani pontificis patientissime omnia subeunda iudicauit. Dignatus est eo die Pius illum, & Papiensem honore mensae suae, nil inter epulas praeter desiderium solentis classis suspirans. Ipse postmodum ex consuetudine superio-

Cardinal. S. Angeli ad Ecclesie bonum ingens profectio.

rum dierum pernoctauit in lembo; Cardinales ad cenobium diuertere. Ea nocte missio Legati significata Anconam est nuncio veloci, ad animos illorum, qui conuenerant, retinendos. A cenobio ad portum Otriculi IV. statione peruenit, ascensu non beneiore 20. milliium passuum. Inter eundem tractatum sedulo est, de tota ratione traducendum Crucesignatorum, & de eroganda pecunia, & de litteris ad iniunctum opus scribendis. Mallianenses (quod oppidum in Sabinis est) nomine cantae profectiois exciti, ad subiectam ripam Tyberis, qua transeundum Pio erat, populariter descendebant omnes abeuntem illum visuri. Trahebatur lembo per sinistram amnis latus funibus ad malum ligatis, vt nauiculatum mos est. Pius conspicatus opidanorum multitudinem, motus acclamationum vocibus, ne inconsolati dimitterentur, contueri subito in dexteram nauis latus inuisit, atque ibi aliquandiu visendum se adorandumque Mallianensibus praebuit. Grata Mallianensibus ea humanitas fuit, eundemque miserati, reditum celere orauerunt, & felicem rerum successum. Cardinalis Portuenfis mandatis iam omnibus a Pio acceptis, vesperi dimissus est, cum benedictione & osculo pacis. Altera die Otriculo ultra progressus non est, contentus ob prementem valetudinem duobus tantum milliibus passuum. Hic, de rebus nonnullis prospere in Peloponneso gestis nunciatum est. Legati venetorum, qui illum sequebantur, ex Senatus sui litteris, eum successum ordine indicantur. Gratias habuit Deo Pius, & continuationem diuinæ opis est deprecatus. Ab Otriculo ante lucem mouens nondum intendente aestu, Narniam venit, patriam natalem Berardi Cardinalis Sanctae Sabinæ, quam Pius propter excellentem virtutem, quadriennio ante ab ordine Referendariorum, ad Cardinalatum assumpterat. Ibi totam eam diem quieuit. Postridie Interannam contendit via breuiore, & pridiana minus difficili. Ea ad dexteram Natis fluminis continuo fuit. Paulo post ortum Solis ciuitatem ingressus, natalem Ioannis Baptistae eo peregit. Staret enim Pius, mirantis itineribus periculum offendenda grauius valetudinis euitare. Adiuncti ea die illi sunt, Guillelmus Cardinalis Rothomagensis, Bernardus, & Rodericus Ecclesiae Romanae Vicecancellarius, ex vrbe eum assecuti, febrientem, & doloribus anxium. Iter ad Interannam Spoletum, & si non amplius milliibus passuum 12. esset, tamen quia inter perpetuas, saxosaeque valles operosum nimium videbatur, partiendum Pius putauit. Igitur ad tabernas tres Vallis stricturae, prope lacellum quodeo in loco vnicum erat constitit, viae pene medio, Cardinalibus praecedere spoletum iussis, vt commodius apud Ciuem diuerterent. Inde continuato itinere, quo prope Pius Lauretanam Diuinae Deiparentis aedem accedebat, eo melius habebat, vt facile appareret, ope SS. Virginis, vires illius augeri. Itaque ad Beatae Mariae, patronae suae conspectum valens, ac vegetus peruenit, & praesentis opis in vrbe, atque in via expertae memor, vota persoluit. Nunquam alios ante maior Lauretanæ maiestatis species visa. Vno tempore, Cardinalium, primorumque Romanae Ciuitatis plurimos Pium profectos, satis etiam multos egregios belli duces ex Ancona pontifici obuiam progessos, ipsumque Pontificem Maximum, ante Lauretanam Virginem supplices, ac venerabundos eiat videre. Non in postremis Pij laudibus illa est numeranda, quod reddita tali viro Lauretanæ Virginis ope salus, ac tot Principum, gentiumque sermonibus celebrata, Aedi Lauretanæ plurimum nominis, ac venerationis adiecit, quippe ad id vsque temporis, per annos fere centum se-

Lauretanam domum inuisit Pius PP.

xaginta, ex quo demigrarat in Italiam. Lauretanæ domus fama Pieni finibus se ferme tenuerat, in finitimas, ac longinquas regiones, vix tenuis quidam, & obscurus manuerat rumor, vt mirum cuiuspiam esse non debeat, Sacrosanctæ Domus in de vsq; a Galilæa in Italiam translatae famam, neque ad sanctum Vincentium Ferrerium, in Hispaniam Auenionensi schismate implicatam, occupatamque insuper religione Montis Serrati; neque ad sanctum Antoninum, aliosque Etruscos horum temporum scriptores, in Etruriam ciuilibus ardentem bellis, inter strepitum, fragoremque armorum penetrasse. Quæ prodest causa fuit, cur sanctus Vincentius veterem famam secutus, in quodam sermone, Beatae Virginis Domum in Galilæa tum esse dixerit, Sanctus vero Antoninus, & caeteri illo antiquiores historici Etrusci, nullam omnino de Lauretana Domo, fecerint mentionem; memorandæ videlicet eius in Italiam translationis ignari. At Blondus, illorum æqualis historicus, vt aedem Pontificis, qui rei esset facti gnarus, illustre (vt alibi superius demonstraui) Lauretano templo testimonium dedit. De transportata autem diuinitus Lauretana Domo, idcirco fortasse nullum verbum paulo antiquiores historici fecere, ne vana, & incredibilia afferre viderentur: quippe cum tam inusitatum, & a condito æo in iudicium mitaculum, nondum Pontificia auctoritate firmatum esse constaret. At valetudo Pio Pontifici maximo penè motibundo, in vrbe, ac propè dicam Orbis totius Christiani oculis, euidenti miraculo restituta, Lauretanæ Virginis ope, immensum illi addit nomen. Ex eo namque eides Lauretana omnes etiam remotissimas terras impleuit fama nominis sui, & vel ex vltimis orbis terræ angulis Lauretanum peregrinos exciuit, quibus per opportunitatem paucis ante annis Laureti subsidium diuinae prouidentia prepararat. Auxit famam, & scitudo non minus illustre. Inter Comites Pij Petrus erat Barbus, Cardinalis S. Marci, ætate, prudentia, ac rerum vsu inter caeteros eminens. Hic per silentia tactus, aestuare animo cepit, cum facta impendentis mortis facies oculis obuerfaretur. Sed Pius Pontifex Lauretanæ opis erat documentum. Itaque valetudinis Pio diuinitus reddita memor, defertur se confestim ad templum Lauretanum iubet. Quæ vt ventum est, eiectis arbitris, in Deiparæ cellam infertur. Ibi venerabundus procumbere humi, omnem in Beata Virgine secundum Deum, suæ curationis spem reponere; virgentis morbi, mortisque impendentis remedium exposcere. Nec frustra! Precibus insistenti lenis quidam, ac dulcis somnus obrepit. Fama est, illi in quiete, Deiparæ Virginem celestis quadam specie oblatam, quæ bonum habere animum iussu, auditas eius preces nunciaret, mox discussum iri morbum, insuper ipsum non multo post, Dei nutu Pontificem maximum futurum. Haud vanum fuisse visum, docuit euentus. Ex templo cum somno morbus abiit; ipse voti compos, animi, corporisque vigorem omnium spe maritius recuperauit. Igitur ad modum lætus, multiplex Dei, Deiparæque beneficium agnosci; & gratijs vtique impensius actus, solpes, ac vegetus exit e sacrosancto facello, curatis, qui eius morbis confici erant, attonitis, & ingenti admiratione defixis.

X. Anconam venit, & in morbum incidit.

egregijque illius conatus præmia migravit in caelum. Quod quemadmodum acciderit, paulo post narabo, si prius diploma illius, de Christi sanguine disputatione inferuero; editum occasione Minoritarum, ne, vt dictum est, sanctæ expeditioni impedimentum afferrent, tenacis suæ opinioni adhereres. Iahabet Pius Episcopus, Seruus seruatorum Dei, ad futuram rei memoriam. Ineffabilis summi prouidentia patris, ad hoc nobis quamuis immeritis, vniuersalis Ecclesie regimine pia dignatione commisit, vt tanquam de summo vertice, ad infima resuemes intueremur, quid pro sacra religionis propagatione seluati, & qualiter illius multiplicari plantationibus, Religio ipsa floride dilataretur, solerius intendamus, omnemque inquietudinem, & molestiam sumem subtrahamus. scilicet, statum omnium Religiosorum in humilitate altissimo famulantium opportune prouideamus, quod omnibus ab ipsis sublati molestijs, in religionis obseruantia, iugis, perseveratione quatuor intendere valeamus. §. 1. Sanè, cum dudum inter dilectos filios Predicatorum, & Minorum Ordinum Fratres (a tore x: cania operante) super eo, quod eorum aliqui in ipsorum predicationibus pretiosum sanguinem Domini nostri Iesu Christi in triduo passionis eiusdem separatim fuisse ab ipsis sanctissima Diuinitate afferuerant, alij vero contrarium ferebant, diffinitionem materia exorta foret, ex qua ad taram inter eos altercationem, vt accepimus, deuentum extitit, vt facile mentibus fidelium profect scandalum generari. Et licet alias nos ad obuiandum predictis, auditus ijs, qua circa præmissa vtraque pars dicebat, & allegabat, silentium imposuerimus, ac materiam ipsam indiffusam pro tunc reliquerimus, ac mandauimus de huiusmodi dubitate, amplius disceptationem aliquam fieri non debere; quia tamen verendum foret, ne ex contrarietate predicta, in mentibus eorundem Christi fidelium, aliquid scandali, ad eorum animas illaqueandas, euenire possit, matuta præmeditatione curauimus, omnibus sinistris euentibus præmissis, prout ex debito Pastoralis officij astringimur, obuiare. §. 2. Vt igitur in Ecclesia Dei, orthodoxæ fidei vnicæ præseruetur, & de cætero sollatur occasio in huiusmodi controverfias inuadendi, auctoritate Apostolica tenore presentium statuimus, & ordinamus, qd nulli fratrum predictorum deinceps liceat, de supradicta dubitate disputare, predicare, vel publice, aut priuare verbum facere, seu alijs suadere, qd videlicet hereticum, vel peccatum sit, tenere, vel credere sanguinem ipsi sacrosanctum, vt præmittitur, triduo passionis eiusdem Domini nostri Iesu Christi, ab ipsa diuinitate quomodolibet fuisse, vel non fuisse diuisum, vel separatum, donec super dubietatis huiusmodi decisione, quid tenendum sit fuerit per Nos, & sedem Apostolicam, diffinitum. §. 3. Mandantes præterea vniuersis, & singulis eorundem, & aliorum quorumcumque Ordinum per totum Orbem constitutis fratribus, cuiuscumque status, gradus, vel conditionis existant, & futuris, sub excommunicationis latae sententiae pena, quam ipso facto incurrant, & a qua nisi in mortis articulo, constituti, nisi per Nos, aut successores nostros, absolui possint, ne contra statutum, & ordinationem nostram predictam venire, aut facere, vel tentare quoquo modo presumant. §. 4. Nec non omnibus, & singulis predictorum, & aliorum Ordinum Prelatis, vt in virtute sanctæ obedientie transgressores oēs, quos in penam huiusmodi incidisse, aut contra predicta dixisse, vel fecisse presumpserint, dignis penis, dirisq; carceribus punire, & mancipare procurent, ac fratribus ipsis vtriusque, seu alterius Ordinis, de cætero sub eisdem penis aliquem fratrem, seu alium, hereticum propterea proclamare, aut heresim ex hoc labè incurrisse constituerit, illa, vel illos, apud sedem Apostolicam denunciare teneantur, & debeant, quodq; inser alias quascuq; Ecclesiasticas, secularesue personas, nullus fratrum Ordinum predictorum seu aliorum, aliquem de predictis insamare, aut de illo quomodolibet proclamare presumat. §. 5. Quinimo, vt fratres ipsi Predicatorum, & Minorum Ordinum huiusmodi, matuo se diligant, & eorum charitate pertractent, secundum Ordinum ipsorum instituta, & regularis obseruantia regulâ, sub pena præmissa, auctoritate prefata tenore presentium inuigimus, decernentes ex nunc omnes, & singulos Fratres Ordinum predictorum, qui predicta non obseruare, vel

Prohibitio predicta, de Christi sanguine, in triduo sua passione effuso.

Eiusdem decreta de sanguine Christi in triduo effuso.

XI. Mortis Pij PP. indicia.

illis contrascere, vel venire studuerint cum effectu, ad omnes actus legitimos Religiosorum, & ordinum ipsorum penitus inhabiles & incapaces: nec non irritum, & inane, si seorsum super his à quocumque, quantis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Datum Anconæ Anno Incarnationis Domini 1464. Calend. August. Pontific. nostri anno 6.

Hæc dum vulgaret Pius, omniaque ad iter sacrum necessaria præpararet, ad æternitatis iter curis, anxietate, & morbis vrgebatur. Iacobus Cardinalis Papiensis, indiuiduus Pontificis comes, præcedentia, & præsentia mortis Pontificis, narrabat ex ordine. Nocte eius dici, (narrabat de se) quo Anconæ propinquas Auximum veni, ecce prælagium calamitosam futuræ mortis accipio, cum non ad patrem, sed ad patrum funus iturum me putem. Consueveram superioribus diebus (emanerat à Pio, interea febribus detentus) ne membra languore attrita, æstu amplius offenderentur, tantum in tineris ante lucem conficere, vt sole nondum intendente peruenirem, quo diebus singulis intendebam. Igitur quia via Anconam vsque octo tantum milliarium reliqua erat, remittendum æquo animo censui de matutina solertia, euigilans tamen, quæ hora solitus eram, & mox contopitus, de industria, repetere verbum videor, & Pontificiam vaticani intrare, vbi esse cum Pontifice cõsueueramus dies, ac noctes, tum eius cubiculum petere. Hic vero patefacta cõtracta inuenio, sine custodibus ostia, & lectos sine stratis, & sine auleis parietes. Nulli obui in cubicularij erant, nulli domestici. Admiratio, & conturbatio cordis plurima insurgebat. Cubiculum vero ipsum ingressus, vt viderem, si saltem esset Pius, etiam nihil inuenio. Cerno pallia lectuli, conuoluta in globum. Crescit impensius spectaculo illo anxietas. Recuro in anteriores aulas aliquem perquisiturus, quide Pontificem aliquid doceat. Obuiam felicudans, & fassus Caspar Picolomineus, sororis Lelij filius Caspar, inquit quid sibi hæc solitudo Pontificis vult? aut quonam portatus est? Ille, vt visum mihi est, tristiore voce facellum maius ostendens. Huc, inquit, intra, & inspicere solitudinis huius causam, & vbi agat Pius intellige? simulque his dictis se à conspectu meo propripuit. In facellum ascendens, video Cardinalium lectulos ordine dispositos, velaque in circuitu obtenta, sicut in Pontificum electionibus ad ornari locus est solitus, agnolco collegarum facies, & hunc modo, nunc illum intueor. Senensem vero & Spoletanum non videbar videre. Erat autem ita dolore obstructum pectus, conspicienti ex his, quæ videbam, interitum Pij, vt cupiens loqui, hircere, vel pauillum non possem. Vnus ex his ad me veniens, & tristitiam ridens, quam deprehendebat ex vultu: Quid tu, inquit, mæstus es, & affligeris? An non vides, morte Pij contritum laqueum, & nos liberatos? Inter hæc flens, & mærens, propter vim summam doloris euigilo, sentiens corpus torum sudore, & lachrymarum vultum aspè sum. Ago gratias Deo, quod hæc facta ad verum non sunt, sed per somnium visa. Fatigatus vero his imaginibus multum, & recreari quietius cupiens, iterum addormire incipio. Ecce idem locus, eademque facies rerum rursus obijcitur. Iti in conspectum video, & singula ad electionem parati, quæ inter nos solita sunt. Ego duos, quos dixi, Cardinales non vident, tum autem nesciens, an planè Pius esset defunctus, resumpta iam per indignationem voce clamo, iniquum facinus esse, alienumque à Patrum decretis; incerta Pontificis morte, de successore iam agi; aut si certa esset, absentes Cardinales legitimis diebus non expectari. Videbar hæc loquens contemni, & neque attendi, quod dicerem. Iterum hæc mentis anxietas, excitat me conturbatum iam animo, & malè de Pio omnimodum, quod bis ex intervallo sopitus, bis idem visum vidissem. Surgo tristis, & parari omnia ad dif-

quod

affligitur Pius de discessu Crucisignatorum.

XII. Ingratitudo Pij PP. morbus.

quod retineri in am horam non potuissent. Interim nuncijs, à littera Raguliam certior factus est. Turcum in exercitu non longius 30. millibus passuum à Ragula consedisse, nulli quædam Magistram Legatos, qui dicerent, nisi circiter instructas, quas ea ciuitas collata ad bellum erat. actu tum subducerent, imperatoris obides traderent. ac tributum in annos singulos penderent, ad eorum se mox oppugnationem venturum. Nunciabatur quoque, quosdam leuis armaturæ milites, in eorum agris prædandi causa excurrisse; in ciuitate vero non satis frumenti ad perfectendam obsidionem haberi, & militibus esse opus, qui in defendendis mœnibus vsuum haberent. His nuncijs per motus Pontifex, sagittarios per eum omnes ad custodiam corporis ante ascriptos, ducibus attributis, nauigare subito Raguliam iubet, frumentumque imponit, quantum ad primam necessitatem satis esse putaret. Litteras quoque addidit, quibus illos consolabatur, & spem subsequens præsidij dabat. Ipse accessit ad se statim Cardinalem sancti Angeli iubet, quem (vt diximus) propositi sui studiosum habebat. Hunc præsentem me consuluit, quid nam agendum censeat, si obsidiatur Ragula. Ille (vt erat semper ad opus Dei accinctus) nihil deliberando cunctatus, lbo, inquit, ego hæc nocte cum triribus, quæ in portu instructæ sunt, & vel obsidionem Deo adiuuante, dissoluam, vel territis oppidanis spem, atque animum addam. Eo quid, inquit Pontifex, conuigilare tecum me prohibet. Consilium est frater, si obsesum illuc veniat Turcus, cum quibus potero triribus eodem sine mora contendere. Ciuitas ad primum litus maris est posita, natura, & manu egregie communita, eadem quoque portu abluatur. Multa ad bene agendum facultas ostenditur. Inuehi in urbem sine periculo possumus. Sola presentis Pontificis opinio Turcum poterit ab obsidione repellere, commutatum alioquin inopia in locis asperis laborantem. Si consilium comprobauerit Deus, fama hæc in omnem partem vulgata, Christianorum mentes ad nos sequendum inducet, conuicentes ex felici principio victoria reliquum.

actum est, tam a tribus, Prælatibusque, quorum equi erant, quam Magistratibus Anconitanis. Curiam ferè millium, classem Venetam in conspectum misissent, suo illi vela demittentis (quod esse signum nauigationis solet, cum reuerti dignior em classem voluerint) rensis conflurgunt; ac vt quam bene instructas adducerent, qui pugoæ spem ostentarent, iubent tamquam à iniuri prælium essent, armatos à prora, & puppi, & lateribus collocari, atque omnifariam tela, & tormentis contendendi. Mox vero vt illo ventum est, vt contingere tritremes se in posse, sublato clamore, & armis ad certaminis ostensionem concussis, tormentisq; per inano explosis, spectaculum militare præbuerunt. Pius ea die quamquam ita affectus, vt diximus, cernebat & ipse pompam aduentum capiens; ad fenestellam cubiculi, quæ in parte, atque in portum respiciebat, non sine labore se detulit. Imperauit, ubi quæ obuias classes aliquamdiu inspicere, & ostentantibus, quod ea iam valetudine fessæ esse intelligeret, vt pro desiderio conuigilare illi posset. Solutato Duce à quinq; Cardinalibus, quos, ut diximus, discessum vtrinque est. Neque enim propter silentiam, quæ magnis detrimentis ciuitatem premebat, aut descendere ipse ex quadam emi voluit, aut inquam ex suis ventitare Anconam. Necessarijs autem communiti in portu se continebant, triribus ad antranas deligatis. Nocte, quæ secuta est, attentatus multum est spiritus Pij, & vox penè consumpta: propterea, quæ non potuit, sed distulit in sequentem, expectatum suscitationem aliquam virum Deus concederet, verum in horas singulas deterius semper sibi est factum. Profectus ille dies erat Assumptionis Matris Domini in cælum; quo die conuenire in Ecclesiam ad sacrum vespertinum Romanus Pontifex cum Patribus solet. Hoc cum impleri illum non posset, nihilominus per Partes factum est. Perfecti solennibus venisse iam horam suam Pius intelligens, quæ reddendus Domino spiritus esset, conuocari Patres in cubiculum iubet, atque his ingressis, & si ad loquendum iam erat inualidus, tamen morientibus, vt poterat, atque interruptis vocibus illos appellans, Fratres, inquit, dilectissimi, videtis, quo adductus sum. Hora mea iam venit. Deus hinc nos euocat. Morimur in fide Catholica, in qua & viximus, nihil habentes à Romana fide diuersum. Pro quibus creditis egimus in hanc diem, quod potuimus. Non peperimus laboribus vllis, atque periculis. Bis caput nostrum obtulimus ad communem salutem. Perficere, quod vltimum capi, potestas vltra non est. Reliqua vestra sunt. Curate vos hoc opus Dei, nec sine per negligentiam labi Christianæ fidei causam. Ideo vocati in Ecclesiam estis, vt suis temporibus opem illi afferatis. Mementote officij vestri, & Deum attendite, qui contemplator est omnium, retribuitque secundum opera nostra. Fidelis ministerio, & creuit, & progressa est dignitas vestra: vique per fidele ministerium est reuivenda. Quærentes, quæ vestra sunt, non qua Iesu Christi, illam retinere diu, haudquaquam potestis. Sumite itaque ex hac hora communis patrimoniij curam, videteque ne detrimentum accipiat. Studium hoc omne, patre deo d. nre, filiorum esse oportet: nostrum, dum licuit, fuit. Porro autem, Fratres, in Cardinalatu nostro ante, post in Præfatu, ad quem nos elegistis, conuersati vobiscum annos plures sumus. Conuersatio nostra sine peccato esse non potuit; ex carne enim sumus. Offensus nimirum aliquando Deus est, offensa & charitas vestra. Pro his, quæ in Deum peccauimus, ipse qui pius, qui omnipotens est, nostri misericordiam habeat. Pro his vero quæ in vos, rogamus, dilectissimi nostri, vt placatis animis morientis sit venia. Eos autem, qui vobis famulati sunt nobis, vel nostri sunt generis, si se dignos præstiterint, commendatos habebis. Valere iam. Pax Dei, & celestis gratia vobiscum sit.

Oratio Pij ad Card.

His



XIII. Cor. do. lor et. tu.

vis agere, & cum lachrymis... o to, Patrum, qui leculum... fletus, ut diu praegemitu... atq; ora singulorum lac...

Archiepiscopus Pontificis familia, & ex ore filius An... areas, & frater confobrius Gregorius Lollus, ceteri... que qui ad interius...

Extrema vita Pij PP. II. med.

XIV. Aliqua Pij gesta rece- sinitur.

obuiat videbantur. Viderunt, qui eum comitabantur, faciem multo illius sic conturbatam, ut habendum in negotio medicis dicerent, lecti. a vela demittere, ubi ea conspecta a longe essent. Sanè, vir sanctus, publicae Christianorum causa non defuit. Spei in Domino, supra vires animos gestit. Defuerunt ei, qui deesse nullo modo debebat. Ipse cum omni constantia ad mortem contendit, & patienter passus est pro Christo Deo suo. Die quae se quarta obitum est, producto in templum caduere, feretroq; solenni imposto, iusta a Patribus, vetusto more perfoluta sunt. Turbellinus supra, Papiens. lib. 1. Bullarium Rom. tom. 1.

Eiusdem epitaphium.

XV. Oratio Campani, de vita & obitu Pij PP. II.

Esse hoc in tumulo Pium Secundum Ne tu crede: Pius petiuit astra. Terris gloria nominis vagatur Praterquam ossa nihil reliquit vrna.

Recitavit idem Campanus, Senis funebrem de laudibus Pij Pontificis orationem, nec non vitam illius compendio scripsit, quam istic, propter notitiam multarum rerum, & circumstantiarum, visum adscribere. Ita habet.

Corfiniani, quod oppidum duo, & 20. millia passuum distat a Sena in fundis gentilitijs, quo patentes paucis ante annis se receperant, studio partium a plebe deieci. Nomen pueri Euz Syluio inditum, in memoriam aui. Prima rudimenta Corfiniani peregrit admodum puer. Sena propinquis comendatus, celeriter & in Poetica, & in Oratoria profecit. Ius civile sero amplexus, & lente, breui omisit, natura ad Poeticam inclinatioe. Initia famae ex rhythmis comparuit, Etrusca lingua editis. Mox oratione, & versibus laudari ceptus, multa scripsit ad emulatione aequalium, inter quae & leuiscular quaedam fabellae cum excidissent, aliquando postea supprimere conatus, minime potuit, Italia tota pertulgas. Pertactus reru domesticoru, & quare dae glorie cupidus Basileam Heluetoru urbem contendit, quo in loco diu ante indictu Conciliabulum tunc aduersus Eugenium Pontificem habebatur. Itinere obliquo, & perdifficili, propter ortum cum Florentinis finitimis bellum, quo metu nauigator secundu tractum Ligustici maris, cum Populonia soluisser aduersam incidens tempestate, Corsica omnia, ac Sardinia vi ventorum circumactus in Lybiam vsque prope pellitur. Reuectus in Ligusticum pelagus, & expositus in continenti, cum diuersoria deessent, redio reru nauticarum, & recenti periculo territus, pernoscit sub dio, quam redire ad nauem malu; reliquu iter per Genua, & Alpes egit. Basileae quidem haberi i pretio, & saluta ob ingenuum cepit. Secutu Eugenij Legatos, repetitaq; rursus Basilea, Colonia Agrippina, secundo Rheino ad nauigauit, breuiq; ibi comoratus, descendit Attrebatibus Belgaru urbem, que in locu Galloru Regali, Britannoruq; conuenerat. Hinc in vltiore Britannia, nunc Scotia missus aduersus citeriore Britannos, quae paci aduersabant sollicitandus, ad Calesium ingressus Oceanu, exorta tempestate penè demersus, ex cursu a nostro caelo in intimum Oceanu per pulsus, 12. dies ad Occasum nauigauit, reuectus tandem in Britannici littus, agnitusq; a Regijs speculatorib; ac prohiberit vltius progredi, remetiendo quoq; Oceanu duas subiuit tempestates, quaru altera, du Scotia petit, in Noruegia pellitur. Ex eo loco delatus in Scotia perpellete quide ad bellu Regem non potuit; effecit tamen, ut Legatos mitteret, qui de pace agerent, & auxilia Britannis deinceps no administraret; ipse quoq; du ob asturconib; donatus a Rege est, vniome adiecto, que matri destinaret. Hac in insula votis soluendis, q inter fluctu aelus virgini matri nuncupauerat, initium eius morbi cotraxit, qui dolere articuloru permisit ad vitae exitu glacie decem millib; passu nudis pedib; ad replum vsq; calcata, ut redire in oppidum non aliter, quam lectica potuerit. Scotia decessit, non ausus parenti se committere Oceano, habitu mercatoris repetita Britannia, Regios speculatores astu elusit.

XVI. Varias Legationes obit.

post praefectus est. Ad ultimum ascitus inter consules Imperij, inuidiam, quamquam Italus, inter Germanos breui superauit. Prima Legatione Caesaris nomine ad Tergestanos functus, seditiones in ciuitate exortas breui compressit, actus in exilium, qui motum concitasset. Altera ad Eugenium, aduersantibus amicis, quod offendisset illum grauer videbatur, oppugnata rotiens apud Basileam eius dignitate. Eo reconciliato, & rebus ex sententia confectis, diuertit ad patriam vltimo iam confectum senio; nec eum deinde vidit amplius, paulo post mortuum. Eugenij quoque Secretarius factus est absens, quo munere apud Felicem functus, nondum se abdicauerat. Tertiam deinde obijt Legationem ad eundem Eugenium, de Electoribus Caesarum restituendis, quos ille Felici assensos, & graui in ipsius dignitate molitos exauictorauerat. Profectus est eadem de causa in Ancofordiam, simul ut conuentus neutralium dissoluerentur. Erant, qui dissidentibus caeteris, neq; Eugenio; neq; Felici paruissent, veluti ad noua Concilia, atque incerta spectantes: redijtq; iterum Romam, ac rursus Francofordiam, de conditionibus acturus, tinnere hiberno, & cui in magnitudine nitium, ac vi excrecentium fluminum prope succubuit. Reliquijs contentionum Germanicarum tertia demum Legatione sublatis, exceptus est Romae, ob operam prospere nauatam, omnium ordinum supplicationibus. Agrotanti Eugenio Germanos, quorum opera vocatus in iudicium fuerat, reconciliauit, secundum supplicationem de rebus Germanicis. Praefectus est inde Tergestanis, tumore temere exorto de Praefulis morte, competitoribus multis, qui ad subitum nuntium coorti sunt, ab Eugenio repulsis. Cum viuere Antistes nunciaretur, mox Hippodacenus efficitur Apostolicus. Eugenio mortuo Comitiorum custodia praefuit, iubente Collegio, quod viro opus esset ad eam rem minime factioso. Nicolaum, qui Eugenio successit, multo habuit propensioem, propter vetus in Germania contubernium, in qua & ille Legationibus functus fuerat Eugenio nomine. Itaq; & confirmauit ab Eugenio decretos honores, & non uos ipse addidit, iusto, qua die coronatus est, auream crucem anteferre, & vbi de religionis summa ageretur consulem adesse. Profectum deinde Roma, certiore allato nuntio de Antistitis morte, id, quod Eugenius destinauerat, Tergestinis praefecit. Ignarus eius rei, do nec in Germania peruenerit, ibi & Nicolaus ad Fredericum, & amicorum ad se literis rem cognoscit. Missus paulo post ad Mediolanenses cohortandos, vt mortuo Philippo Duce sine legitima lite, Frederico Imperij iure se dederent, exclusus est; erectis in libertatem ciuium animis, simul, quod a Germanicis Imperijs, repetita priorum temporum memoria abhorrerent. Breui deinde circumfessis a Francisco Sfortia Philippi genero, iustus iterum redire, collegis ad Nouicoinu metu subsistentibus, ipse magno cum discrimine ingressus urbem, ciuibus in concionem vocatis, maiorem partem perpulit, Fredericum vt acclamarent. Et cum armis quidam oppressuros alteram factionem pollicerentur, teculauit, indignum, nec de Legatione sua esse dicens in stabilenda iusto Imperio ciuitate, cuiquam vim fieri: fuitq; constans opinio mansuetam in fide ciuitatem, si subuentum in tempore obsessis fuisset. Mox Legatione altera aliam expiciente, Neapolim missus, auctor fuit Regiae affinitatis, Leonora Lusitanorum Regis sorore Alfonso nepte Frederico deponsa.

XVII. Creatur Senensis Antistes

obfessa Tergesta, de contentione finium inulerant. Exemplo vbi ad Fredericum peruenit, ad Bohemos mittitur, arma sumptuosius nisi prosperasset. Cum enim Ladislaum Pannoniae, ac Bohemiae Regem admodum puerum fratris filium, Fredericus metu infidiarum, & quod regno immaturus adhuc esset, atq; iniuriae obnoxius apud se educaret, adhibitis custodibus ne clam subduceretur; Bohemi indignum rati custodiri, arcetiq; a regno patrio Regem, coactis copijs bellum, nisi dimitteret, comminabantur. Horum cogitatus statim compescuit, ratione adhibita, cur ita fieri oporteret: maxime iniecto metu veneni, quo paucis post annis dimissus a patruo puer, fraude Bohemica absumptus est. Veniente in Italiam Frederico recedens ipse, vt cum ciuitatibus de transitu cum Nicolao de coronando Caesare ageret, suspectus haberi Senensibus cepit, veritus, ne specie vendicandi Imperij Caesarem ad mutandum ciuitatis statum impelleret, eicctis popularibus, qui rerum potiebantur, ac nobilitate ad pristinam libertatem restituta. Quae re inter se cum agerent, & facta eius, dictaq; clam, palamve explorarent, nec prodire obuiam, nec vbi domum venit, frequentes salutauerunt. Cogitatum, & de inferenda clam nece a potentioribus, rumor fuit. Eam ob rem Decem-viros adiens, delere eam suspicionem frustra conatus est. Auxit inuidiam mortuus collega Fullendorus, & in aede Virginis Matris loco celebri sepultus, quam rem argumentum adesse iam recepti Imperij querebantur, homine externo, veluti prodita libertate in ciuili sepulchra delato. Tum demum, vt tempori cederet, Thelamonium se contulit, veluti Leonoram excepturus ex Lusitania mari venientem. Accitus inter haec a Nicolao, minime paruit, valetudinem causatus; suspicionem tamen eius literis sustulit, quod vulgatum erat, constare inter coniectores, Nicolaum, aut morturum intra Calendas Apriles, aut in vinculis futurum, periculum ex Frederico potendi nouo Imperatore, urbem armis vendicatio, quo metu Nicolaus Frederici aduentum extrahere in autumnum cupiebat, fatalem diem occurraturus. Sed Aeneas literis confirmatus, proposito abstitit. Leonoram comitatu Regio haud procul a Pisis descendente de nauis, Frederici nomine primus excepit, quamquam agrefcentibus Germanis, qui aderant, Frederico propinquis. Pisas ingressos, Florentini, de multitudinis suspitione iniecta, cum depellere manibus vellent, eius gratia, & auctoritate vi abstinuerunt. Idem ad Volaterras factum; quod haec vrbes altera subacta armis exposita videretur ad omnem mortu nouitatis, altera in finibus sita esset. Senae ad aedem pomterij sponsa Frederico exhibita, orationem habuit perelegantem, qua puella, Lusitanorumque laudes complecteretur. Extat adhuc pro portis marmorea columna, pompae congressus; monumentum, cum ciues aduentu Frederici, nobilitatem relegassent, armata vndique iuuentute ad custodiam vrbis, vt eos metu solueret, non obscuro opera Frederici discessum accelerauit: actum demum remissa suspitione, & propinquis, nobilitateq; omni reuocata, ipse publico ciuitatis nomine Legatus ad Nicolaum designatur, continenti itinere Fredericum sequi iussus, in quo salutandis Cardinalibus qui obuiam prodijissent, interpretes fuit Germanicae linguae ignaris. Nicolaum inde primus adiens, cum omnia septa armis intuenisset, metu liberavit. Post die orationem habuit de Imperatore coronando, & variam, plenam venustatis. Interpretes & moderator omnium, quae inter Nicolaum, & Fredericum acta sunt, vtriusq; in se gratiam auxit. Frederico Neapolim ad Alfonso coniugis autenticum eunte, Romae substitit, dolore pedum demotus, simul vt Regem Pannoniae adhuc impubertem in aduentum patruis asseruaret. Orationes in reditu Caesaris duas habuit; altera gratias egit Nicolao, & colle-

gio Patrum; altera hortatus est ad bellum aduersus Turcas suscipiendum, & posteriore quidem ita mouit, vt exemplo ipse Legatus cum summa potestate ad Pannonios, Bohemos, Noricos, caeteraque Germaniam sit destinaus. Cum Florentini, Fredericum, Pisana, & Volaterrana iniura offensum, ad dei ceptis Neapoli ab Alfonso incitatum existimarent, atq; id eo transitum prohiberi dicerentur, pmissus vtriusque suspicionem ademit. Ferraria, Borsium a Caesare Mutinensium Ducem nominatum, primus salutauit, laudantq; oratione clarissima. Venetis quoque promunificentia in Caesarem, iustus est gratias agere. Eodem paulo post a Notis obfessa, emissus ad hostes, altera quam exierat, hora obfidionem dissoluit, quo tempore & Bohemos, Noricos ipsi conciliauit. Interceit etiam rogationi Germanorum, de maiorum decretis antiquandis, cum magna contentione res ageretur, contra Caesaris dignitatem futura, si decerneretur: Pannoniorum apparatus bellicum Frederico imminentem discussit Legatione bina; quarum posteriore, & pacem confecit, nec quicquam toto biennio petitam. Legatione Germaniam in Italia susceptam, de bello Asiatico, per omnem Germaniam circumtulit, qua de causa peregit & Conuentum Ratisponae, vbi progessum in concionem omnibus, qui aderant, excussisse lacrymas constat, deploratis Germanorum calamitatibus, & recenti clade Constantinopolitana in medium exposita. Cupientem iam redire ad suos, nulla re alia potuit Caesar continere, quam spe iniecta Asiatici belli, pollicenti anno expeditione: manquantis posset in maximis viribus susceptorum. Profectus eodem studio Francofordiam, quod in Ratisponae bellum conuenit fecerat, ad suscipiendum in Turcas bellum exiit, ita vt passim arma caperentur; constitutis ex eius sententia ducibus, qui essent publico nomine summa rerum praefaturi. Caeterum subacta statim Nicolai mors omnia peruenit. Opinio fuit, Nicolaum voluisse cum coopate Collegio Cardinalium: sed importunitate Regum suum quemq; postulat, iussu, ne recipere competitores cogere, & huc neglexisse.

XVIII. Gratia apud Principes valet

Cardinalis creatur

Mortuo Nicolao, rogationem Principum Germaniae priuato consilio euertit, petentem ad quod diu tenuisse Galli dicerentur, ne quid Pontifici Romano statuere de templorum Praefectorum liceret. Legatione vltima missus ad Calixtum Nicolao successum, vbi iusturandum exhibuit, Caesarem illi pariturum, hortatus Senem ad bellum Asiaticum suscipiendum, & lacrymas excussit, & vt statim adificari vrbem ad ripam Tyberis iusserit effecit; bellumq; maritimum ad veris initium inferri. Perpulit mox & Alfonso eandem expeditione suscipiendam, Neapolim ad eum profectus simul & bellum deprecatus est, quod idem Rex duce Piccino Senensibus intulerat, quoniam minus astitisse ei bello Etrusco videretur: costatq; Regem profectum propala, extorta sibi ab hoc pacis orationis, non impetrata; cum frustra Senensibus ante Legationibus, postulasent. Mansit autem apud Regem copulatis iam rebus menses aliquot, ac tunc domum sero, aegreque dimissus. Vltimo de se sili aliquotiens aduolatus pedibus, Regem sic accendit ad bellum, vt exemplo & veterem classem recesserit, & noua iusserit adificari. Tunc demum Roma reuersus, Cardinalis postulatione patrum designatur, qui de re acta Calixto sunt gratias, ac Patribus, Germanorum, Pannoniorumq; Principum nomine; factq; statim multis in ore, prouidum Senae Calixtu esse, qd adhuc viuens successore sibi creati esset. Fuit autem illi adeo charus, vt exercitum ab eo ad repellendum Etruriam Piccinum impetrauerit, & mox Legatus, qd peteret Gregor. Lollo cosobrino suo reuocatum exilium. Mansit autem eo in ordine menses circiter viginti, quo tempore postulat ad collegio Varmienis ad mare Balticum Antistes vrbis, nec multo post a Ratisponensi ad ripam Danubij, recusauit vtriusq;, dicens iam Italiae esse oportere.

XIX. Creatur Pontifex

XX. Roma dicitur Maurum verus



Templum S. Domini dedit Perusii Pius PP.

aureas manu agerentur, Mag. strabus purpuream... candida syndone, stola aurea commissa, & purpureo galero conspicuus vebatur. Pompae causam praetendit, quod post electum Bonifacium, septuaginta annis Perusini Pontifici intra urbem non aspexissent, deditque templum S. Domini postulantibus civibus. propter proximam templi magnitudinem, & dona primus intulit. Feneſta quoque exitu a magnitudinis pontificis maximam opere vitio iussit occludi, artificio, & textura tessellata. Maiores Magistratus toga induit purpurea talari, ad viros sexaginta. Perusiam Legatos Allobrogum audiuit: ac postmodum Federici Urbinatem, virum pace, ac bello aequè clarissimum, & quo postea Maritico, ac Piceno bello copiarum Imperatore est usus. Circum nauigatio Thrasimono, ubi ad Clanum amnem peruenit, Legati Senensium obuiam progressi, restitutos gentiles ad munia ciuitatis cum nunciassent, accelerare lectionem iussit. Corsiniani haud amplius, quam triduum morati, ubi Sena venit, caeteram quoque nobilitate restituit beneficio, populi quaequam diu recusantis, dispersitque per tribus, ut coire totum in corpus ciuitatis viderentur. Restituere conatus est, & duo decim virales familias, ad capita amplius quadringenta, aliquando nobilitate scuta. Sed visus remissus postulat, non obtrinit. Statuit Antistitem urbis Metropolitane, finitimas in iurisdictionem adiectis, Grossetano, Massano, Clusino, Suanensi. Ciuibus, Radicophanum munitissimum Etruriae oppidum, quod ante bello ceperat, censu Parrum in perpetuum sub tributo concessit. Cum Legati Caesaris, & Baeticae, ac Lusitaniae Regum, & Philippus Burgundi Sena conuissent, omnibus sequi se iussit, Florentiam triduum itinere contendit. Tribus Legationibus apparatu diuerso excipientibus, inter quas & Galeacius Francisci Sfortiae filius, septimum decimum natum annum Mediolano usque praemissus a patre, & cum eo Ariminensis, Fauentinus, Forlouiensis, & Forocornelienſis tyranni occurrerunt: caeteris aurea sella per vices subeuntibus, Galeacio per arate manu opponente. Postmodum ludibriae decreta, quibus leones cum equis concurrerunt, mox cauea per medios spectatores dilapsi. Consultauit & de rebus Italiae cum Cosma sene sui temporis prudentissimo, opibus vero quantae ualuit, ne veterum quidem primato fuerit, templum quoque ab eo facta, ac reliqua ad ficia per cupiditate iussit, in quibus circiter sexcenta millia in sumpta existimauit. Sigismundi Ariminensis causam, qua proditoris accitabatur a Ferdinando Rege, distulit in conuentum Mantuanum. Bononiae septem milia turmas, quae scuta Galeacium illic substituerat, priusquam urbem ingrederetur, iura coegit, futuras in ipsius potestate, fuitque ciuitas in trepidatione, armata circa oppidum domos iuuuente, ne quid innoteretur. Auxilium metum Brogma orator, quidē uehemens, caeterum qui parum consultum in agitatione publicae, ciuitatis conditionem deplorauit. Quae de re mox praenunciatio reus in exilium actus est, non ante Pij reditu remissus a ciuibus. Ferraria lembo delatus est per flumen Rhenum, & Padum omni genere magnificentiae exceptus a Borſio. Caeterum postulatam eius de immunitate ciuitatis, & remissione tributorum reiecit, causatus temporum difficultates, quibus augenda tributa in Africā expeditione essent, non minuenda. Quae mobilitate Borſius Ferraria descendente ad Stellarum oppidum securus, uenit se Mantuam cum recepisset, postea minime praesidio. Ad eum locum Ludouicus Gonzaga, Mantuanorum princeps, classe vtraque in nauarchiae speciem conuolante. Ingressus Mantuam est Galeo. Iunias, quadriduo prius, quam Roma subscripserat. Pompadem qui Perusiam, nisi quod hic Regum, Principumque Legati lectionem subire. Praefecturae Urbanae, vigilesque portarum parere ei iussit, quae ipse statim scilicet. De conuentu acturus, orſus est ad redimna, supplica-

Cosmas prudentia & diuitis vig. iii.

tionibus per orbem totum continuo triduo decretis. Expolita ratione belli suscipiendi in Turcas, paucis inuentis corum, qui se conuenturos erant polliciti, religionis simul, & Italiae vicem deplorauit, oratione admodum maesta, & plena desperationis. Sed breui frequens esse conuentus cepit Legationibus transpadanis. Mox & Gallica, ac Burgunda, Casimiri quoque Poloniae Regis splendidiore, quam barbarorum apparatu. Venit & Blanca Francisci Sfortiae vxor, Philippi filia, famina spectata probitatis, comitantibus eam, quatuor alteris liberis, quorum Hypolyta natu maxima, iunior Alfonso desponsa, Latine orauit eleganter, Pij studium in religionem complexa, Galeacio fratre orationem eius excipiente, qui ambo patris aduentum promiserat. Inter haec nuncio de Turcarum impetu in Peloponnesum accepto, trecentos pedites misit, quorum centum Blanca mecede conduxit, centurio de Zanono Cremonensi. Ad eum terram accessit. Legati ex Rhodo, & Cypro, & Lesbos, & Epyro, atque Illyrio venientes, omnes petiti auxilium. Auxit trepidationem Sanderouia munitissimum oppidum in ripa Danubij proditum Turca. Itaque Ragusinos auxilia pollicitos, triuemes duas armare, nauigareque primo quoque tempore in Graeciam iussit. Bellum in Germania exortum coepescuit, missis Legatis, Verdeaque oppido crepto, Caesari iussu restitui. Dedit Sigismundo Ariminensi pacem conditionibus, quas tunc acceptas, breui Gallico bello abrupit. Franciscus Sfortia cum quadringentis purpuratis ueniente, tum demum non expectatus caeterarum gentium Legationibus, rogatione tulit de bello suscipiendo, habuitque orationem longe grauissimam, secundum quam consentu omnium, qui aderant, bellum decretum est. Alteram rogationem tulit, mari, an terra gerenda res esset, & Italo milite, an extero, & quam magno exercitu opus foret, & unde cogendum stipendium, ac sententiam ipse subiecit ad singula. Militem conducendum eum, qui uincia Turcis non consueſſet, praecipue Germanum exercitum: neque minorem comparandum, quam fati esset pellendo hosti, neque maiorem, quam alere prouinciae possent. Pecunias in Italia exigendas, corrigandas etiam in Gallia, atque Hispania esse. Cum de Imperatore exercitus referret, qui communibus auspicijs rem gereret, Franciscus minus per aratem deprecante, Legati Burgundi Philippo eorum Duci receperunt, votis quoque ad eam expeditionem damnato. Misit & Gregorium Lollium Venetias ad communicanda clam consilia belli. Rhodij ad triremes celeriter edificandas sexdecim millia aureorum nummum dedit ex pecunia Gallicana. Sed haec belli consilia mutatae vndique res oppressere. Nunciatum sub idem tempus, triremes quatuor & viginti, ad ripam Rhodani edificatas ad usum Africani belli. Renati Galli filium correptas aduersus Ferdinandum coarmasse, ac motis ad Genuam rebus, classeque ad Lirim amnem delata Campaniam vexare: optimates regni, plerosque ad Gallos deficere. Romae, Tyburtium, & Valerianum fratres, ille etiam iuuentute Agrippae phanum communisse, tractis per vim ad supra ciuium liberis, ac caesis, qui minus obsequerentur. Picinimum ad Gallos cum parte Regij exercitus transfugisse, Sabellos Picinini praesidia recipere. In Picenis Sigismundum rupto foedere oppida Regia inuadere, Eſinos, & Anconitanos, & in Vmbria Fulginienſes, & Meuanienſes propter fines tumultuari. Britannos eiecisse Regem; Hispanos maiore fratre depulso, minore regno impostuissit. Nec ab Germanis quietiora afferuntur. Pannonios, & Bohemos Rege veneno abstampro, distrahere in partes regnum. Noricos in se armis certare. Moguntinis, Dieterum Antistitem inferre bellum. Ad haec tot simul coorta mala, visus non nihil animo succubuisse. Redijt celeriter Senam, nec sine disci-

De bello Turcico Pij PP. m. dicitur.

XXI. Aduersus in rebus, infra octo annos fuit.

mine,

mine, Pado inter nauigandum glacie coacta, vt necesse fuerit securibus excidi. Ad res Germanicas sedandas, Legatus misit Bessarionem Cardinalem Nicetanum, picipem Collegij. Regi Ferdinando subitaria collecta manu auxilia subiuſit, eoque mox ad Siciliam profugato, nihil cunctatus, veteres instaurauit copias, ac nouas addidit, duci Antonio fororis filio. Piciniam, Fredericum Urbinatem, & cam eo Alexandrum Sfortiam opposuit. Sigismundo Neapolitanum Visinum, ac mox & Fredericum, qui illum ad Senegalliam magno praelio fudit. Romam Centuriones al quot praemissit, & equitum praefectos, qui Sicarios Turbiantos comprimere eant. In Britanniam Legatum Praefectum Interamensem, quem mox ab usum Legatione, pugnae Britannicae immixtum coniecit in vincula, praefectum quoque amotum. In Hispaniam est, qui fratre maiorem restituerat. Redijt post haec celeriter in urbem, exorta in Campania, Sabinis, ac Picenis bella ex propinquo suppressurus, & vndique extante rerum motu, bello ita incubuit, vt aliquando quatuor, & sexaginta equitum turmis regeſta, non antea defecit, quam subactis vndique hostibus, quod multis artibus vix contigerat, vniuersae Italiae data pax fuerit. bella suscipere inuitus, nec vniuersi, nisi laesissus, & nec sic quidē, nisi prius comouisset, ab iniuria defisteretur: & Sigismundo quidem non antea inferri arma iussit, quam ter denuciasse, missis est Legatis, qui oppida repeterent, media pace, per fraudem occupata. Sabello, syngrapha manu sua scripta, conditiones aequissimas proposuit; quaequam obſeſſo, & rerum omnium inopi: vtrumque deinde vi ad deditorem coepullum, seruauit quidem; caeterum erepta bello, eorum oppida, ne uiri restituit, praefatus, eatenus iniuriam remittenda esse, ne secundo possent inferri. Sigismundo conditionem quoque adiecit, vt in Peloponnesum dux belli aduersus Turcas proficisceretur, ubi postea biennio varia fortuna bellum gessit. In Germania, Dieterum Moguntinum Antistitem tribus Legationibus monuit; mox, de cretis ipsius parere recusantem, abdicauit, quaequam familia ortum potentissima, alterumque suffecit. Visus est crexisse calamitatem animi. Cum nunciaretur de letum in Picenis eius exercitum, & domestici suppressere nuncium conarentur, ubi scilicet, nihil motus, Sigismundus, inquit, si decies praelio viceris, semel victus fueris, bello vincetur; quod mox in instauratis copijs euenit. Ferdinando ad Sarnum profugato, insulcibus Gallis; Fortuna, inquit, belli nobiscum est. Nam ea, quos primum fouet, postremo desitit. In Germania quoque victis insigni clade, qui eius auctoritate bellum gerebant: Nostrum, inquit, erit iam vincere, quis vult sumus. Haec tria bella quibus principio deteriori conditione vbiq; fuerint, breui ex sententia fecerit. Expugnari, neque casibus fortunae aduersis, neque minis potuisse, ex eo constat quod post susceptum bellum, nemini pacem dedit, nisi victor; quamquam & a Sigismundo post victoriam Picenam, & a Gallis post suas Regias copias postulare de conditionibus, vt accipere, non dare viderentur. Auxit fines Imperij Beneuento, & Terracina iure foederis a Ferdinando acceptis. Sabinos, qui ad Gallos defecerant, & Soranos, atque Arpinates, & in Picenis, ac Flaminea a Mercuribus in Caesarem usque, Arimino excepto, a mis obtrinit; Fano fortunae marii bella quibus oppugnato: Venetorum quoque classe, quae illaturae praesidium venerat, opera Anconitanorum profugata. Caeteros iururando adiecit, vt post mortuum eorum tyrannum Sigismundum fratrem urbem, atque agrum Pontifici dederent, quod breui, quamquam ipso iam motu fecere. Canale Tudertinorum oppidum longa obſidione pressum, cum machinis vndique dirutum, non tamen ante promissa defensionibus praemia expugnari potuisset, & laudauit, qui defenderant, & ducentorum praefectum militum constituit. Quaedam & sine bello obligere. In Aquita-

Auger dominiit ecclesi.

nia, Valentinenſis, & Diensis Tetrachiae, quae sunt ad ripam Rhodani, a Ludouico Rege, restituta. In Peloponneso quoque Monouasia munitissimum situ oppidum a Palaologis traditum. In agro Tolphano prope Centumcellas, Montes aluminis partem, ex quibus prouentus annui aureum nummum paulo minus percipi, quam C. M. ferebantur. Insolentiae eorum, qui minus iusta peterent, aut molirentur, constantissimē restitit. Oratores Cypriorum, natum ex concubina Regis filium, excludit Carlotā ex vxore suscepta, Regem dari sibi postulantium reiecit, quod Cyprium vectigale promississe Regi Syriae, & iurasse quoque in eius verba diceretur. Georgij Bohemorum Regis, quod Fantinum Dalmatam Legatum coniecit in vincula, & mox quod male de religione sentiret, regnum publicauit. Sigismundo Norico, Caesaris patrueli diem dixit, quod multa fietus auctoritate iusto Cardinalem, eundemque Antistitem Brixinensem iussit; interdixitque aqua & igni, quamquam priuata amicitia inter praecipuos habitos. Sigismundum Malatestam obloquentem de religione, atque ideo in ius vocatum, nec comparentem damnauit, simulachro quoque eius Romae vicatim incenso, nec multo post sedus Gallicum, in quo & Sigismundum contineri Galli contendebant recusauit; indignum, dicens, inire cum eo societatem, quem paulo ante damnasset. Tudertinis tyrannicam morem creatorum Magistratuum sustulit, datis legibus, quibus republicam gubernarent. Incepit Senenses, quod legem tulissent, ne qua deinceps rogatio fieret de nobilitate restituenda; atque adeo acriter, vt extemplo legem abrogarent. Arcem in Lauinensi magnis sumptibus edificatam a Columnenſibus, & loco munitissimo, demoliri iussit extemplo, velut inuisi imminentem. Mirante Caesare Legationem paulo obscuriorem recusauit audire, postulauitque clariorē, Burgundam quoque velut superbiorem, iniuriaque decreta postulante. Martialem Gallum, quod virginem in caestasse Vestalem ferebatur, praefectura amouit, quamquam scelus non constaret, subdens, In religione praefectos, suspitione non minus vos are oportere, quam crimine. Gallum alterum Atmeniaci tyrannum, cum sorore consuetudinem stupri per speciem coniugij habentem, in iudicium tractum multauit, coniectis in carcerem, qui falso decretum Calixti corruptis tabulis adhibuissent; atque res est magna contentione propter familiae nobilitate. Quaedam minus visus est vindicasse. Perusiae Pandolfi Balionij, ac filij cedem, a patrueli in spem hereditatis securus illaram, & in Piceno, Acti Sentinatis eadem de causa a patruo capti, ac mox strangulati, & in prioribus quibus causatus tempora extorqueri sibi praetendit, quod est Sentinatem obſeſſum, ac mox sub conditione deditum dimisit, omnibus exitum rebus; affectis tamen supplicio, qui iuueni manus intulissent. Nonnulla facit ex cepit, aut mortui, Ludouico Rege Gallorum, nisi copias in Ferdinandi auxilium missas a Campania reuocaret, multa minitante, ae rursus, nisi desisteret auxilio, Gallos, qui Romae essent reuocare simulante, nihil respondit amplius, quam, Et habitabimus laeuis, & nugas non audemus, castigata simulgentis insolentia, & leuitate. Triballis confirmari sibi, quam ipsi nominassent Regem postulantibus, negauit esse sui iuris, sed ad Pannonios pertinere. Contententibus, liberos esse; Quis, inquit, seruitutem postulat? Praefecturam Rhodiensem exhaustam a Gallo, Hispano comisit, dicens, Gallicum morbum, Hispanensi medico curandum esse, quod Galli profusi, Hispani profugi haberentur. Conuentu Mantuano, cum Burgundi duo millia equitum, quatuor peditem polliceretur, Germani hominum armatorum duo, & quadraginta milia, Vnguri dimidio minus, Ragusini duas triemes, Rhodij quatuor, Cyprii tiden, Legati ex Cilicia hominum 30. M. dicentibus; Gallis non antea

XXII.

iniusta perisa no-gar.

Nonnulla facit vel morsu ex-cipit.

excitatum for spe equitum bellum, quam ipsorum domesticum sopitur, Marum, inquit, Gallos qui alias semper vicerunt, hodie verborum magnificentia vincit. Botij quoque 300. M. nummorum aureum pollicentibus, cum fidem non fecissent, Non, inquit, tot opus est, minus dimidio contentus. Cum Veneti propter initum cum Turcis fœdus palam aduerfarentur, clam tamen habita ratione, quantum essent collaturi, summam belli naualis sibi dari postularent. & classem insuper irimium sexaginta, & 20. rostratarum, & peditem delectorum 8. M. & animas decimas, & præterea quindicies centena millia ex publico, Hoc, inquit, Veneti, recusare est, non petere: vos vero adeo vobis molesti non erimus, vt oneris tantum feratis. Hispanorum affectionem, de miraculis eius, qui cum patre de regno contenderat, quâquam affluens tantissimè instarent, inuisit, idque ægè ferentibus, An nescitis, inquit, vita miracula fieri, non morte? Germanis offensis, quod inter respondendum, Matthiam Pannoniæ Regem nominasset, tanquam ad eos ius regni pertineret; Sinite, ait, Matthiam tantisper nos Regem appellemus, dum eum vos regnum tenere permittitis, temeritate simul, & ignavia exprobrata; subdiditque, armis regna diiudicari, non legibus.

XXIII. Clemens fuit Pius PP.

Clementem eum fuisse inditio est, quod nemini petenti veniam nõ facile ignouit, alioquin pertinacibus inexorabilis. Be lo Regio parci Arpinatibus iussit, ob C. Marij, & M. Tullij memoriam, quod multi oppidanorum ita vocarentur. Domadem oppidum Sabianorum direptum à suis grauisimè indoluit, vt opinio fuerit, cogitasse eum, de duobus exauchorandis. Corruptos à suis greges Aquilanorum, ad quinque centena millia, quod violata fide ad Gallos defecissent, restituit, dicens non esse mulcendos infantes greges, agrestium, & multitudine esse, deflectionem à potentioribus factam; qua liberalitate dedere se volentes Aquilanos, reiecit ad Regem. Expeditiones non nisi ex consentu Patrum, & sero suscipit: susceptis ita incubuit, vt aliquando non suppedire ante arario, atque egè conferentibus socijs, accitis Quæstoribus, iam, inquit, stropus est, vendi me iubeo. Pecuniarum vsq; ad vitium negligens, vt nec aspiciere quidem sustinuit. Impensa belli ingravescente, cotaxerat aliquando ad 200. M. aris alieni: quod vbi ex rationibus ararij percepit, Quæstoribus grauius succensuit, iussit prima quaque occasione distolueret. Quæstore vrbano vsus est Lulio fortis Pisano, acris & animi, & ingenij viro, sed contrahendo ære alieno in sumptus bellicos, paulo laxiore, quo factum est, vt exhaustis vectigalibus, vnde suppedicare domesticis sumptibus pecuniam possit: aliquando laboauerit; coactus vnum in triclinium, & ipsum admodum frugi familiam omnem redigere, vt aliquando exclamauerit, & qui appeteret, & qui contemneret pecuniam, stultum esse. Sed tamen neque rationem fisci vectigalibus, aut portorij auxit, neque decimas antea exegit, quam bello Turcis indicto, & tunc quoque moderatione adhibita, ne prophani vltra quam trigesima grauaerentur, neque ad maiorem summam infimi magistratus, quam supremi; vtque Iudæorum vigesima, non ex prouentibus, sed ex capite deducerentur. Instituit Quatuor-virus ex Collegio Patrum, de luxuria coëcenda, primum Germanum, alterum ex Gallis, reliquos ex Italia. Sed homines diuersarum nationum, ac morum dum euntantur, ipse se vita decellit. Nouum etiam Collegium Abbreuiatorum ad viros septuaginta, litteratura, & moribus ex omni natione promiscuè delectos, redactus ad castigationem, elegantiorumq; stilum acta publica videbatur, (quod iam ab initio Pontificatus destinauerat) sed detentus d ueritate controversarum ac legum, differre se in magis otiosa tempora, non omittere restatus est. Prouocationem ad futurum Consilium, temerè à nonnullis illatam edicto summouit, dicens, Sreleuatorij esse perjurium, cum iudicem petere, qui nisi quem esset. Episcopos Pronotarij: ordines subllitorum ante posuit, mu-

tata consuetudine maiorum, quamquam plerisque; Regio sanguine ortis. Cardinalium numerum, duobus comitijs auxit, vnde cum adiectis, laudauitq; singulos oratione diuersa. Sed nec priorum contempit suffragia, nec de quocunq; retulit, cuius ratio omnib. constaret. Testamenta eorū, q̄ Romæ decessissent, libera esse voluit; qui in testati obijissent, eorum bona ita demū referti in ærarium est passus, si nec propinqui coparuisent. Quæstore etiam quædam suppedire volente ad filicū deuoluta, cum reddere ijs, quorū fuerant, iube. et, ille vendita assueuerat, ita im subdidit, Redimantur. Nobilitati, & studio sui, & ex Germanorum consuetudine fauic: Res publicas non æquè vitis probasse, definiebat, multorum esse tyrannides, & quæ optima haberetur, in ea non minus bonis, quàm malis periculis esse; virtutis premia non fere, nisi apud Principes inueniri. Thomæ Palæologo, ac liberis Peloponnesi Imperio depulsis, in Italiâq; fugientibus, occurri ad Anconâ iussit, atq; omnia Regio more subministrari. Carotâ quoque; Reginâ Cypri regno deturbatâ à fratre, atq; ad locerum Allobrogem nauigantem, descendere ad Ostiam, ac Romæ excipi, datis equis quibus iter reliquū terra cõficeret, viatico et psecutus. Accitis Romæ ferè omnibus, quos Turca patria eiecerant, pecuniâ ad victum annum cõstituit. Cæremonijs solemnibus, permagnificis, cæteris in rebus habitus est intra modestiâ. Caput Diui Andree ex Peloponneso delatū, profecutus est maxima pompa, Alexandro Cardinali Sentinatē Anconâ misso, qui à Græcis acceptū Natniâ vsq; deferret; vbi in arce reconditū, exacto post anno, trib. missis Cardinalibus, diuersi ordinis, & decretis itinere toto supplicationibus. Româ iussit afferri; pgressusq; obuiâ ad portū Miluiū, medijs in pratis excepit, tabernaculo extucto ad rem diuinâ faciendâ, vbi mox & sacellū erexit Ligustico marmore, & in Vaticano cellâ dedicauit, simulachro argenteo confecto. Vituruij festum Eucharistia peregit insolito apparatu, strata vndique sagis purpureis vbe, velataq; litteris, quibus auræ stelle, veluti celesti affixa globo interlucēbat, vt excluso cælo, inter flores ad digitū crassitudinē, & diuersi generis cantus supplicatio procederet. Syluestres et homines hedera vestiti cū leonibus, atq; visis congredividebantur, artificio mirabili, & versus passim heroici canebantur, fontiumq; fistulæ vtriusq; ex aduerso sese ferentiu manure cõtinenti demulcebāt, strauitq; oem tēpli ambitū purpura Catharina Senensem, cuius multa extare miracula ferebantur, in diuarū retulit numerū apparu æquè magnifico. Ritus sacrorū, & cæremonias ita vbiq; tenuit, vt ad sublacū inter cænobitas, cænâ eodem apparatu, quo illis ministrari sibi biduo iussit, quod & Capriolæ in Ethuria fecerat, & ad Cænobiū Diui Benedicti in Mantuano, & in Florentino ad Carthusiam, cum ibi substitisset.

Nobilitatis fauor Pius.

XXIV. Rituum ac Cæremoniarū cultor egregius.

Lustrandi orbem, & vagandi adeo cupidus, vt aliquando dederit calumnie locum. Et Legationem quidem Scoticam, non inuitum suscipisse constat; Britanniam vero itinere obliquo, & vnde circumspicere multa posset obijisse; dissimulata veste Londonia ingressum, voluisset etiam ad Orchades nauigare, sed deterritum malè totiens tentato mari, dixit se tritum illud, plisquam temerè Neptunum accusare, qui tertio iactetur. Et Scotiam quidē, Noruegiâq; desciscipit, facturus idem de Britannia, si redire ad exactiorem inquisitionem licuisset. Amedeum Allobrogem, qui, incertum, specie sanctimonie, an occupandi Pontificatus gratia, solitudini se dederat, quod locum delegisse amantissimum ad ripam lacus Lemani ferebant; vltro adiit, locumque descripsit. Habuit & inter delicias, vallem Sarcenianam, quæ est in Rhetijs, fontium vbertate, atque gratia eximie lætam, vbi & ædem consecutus est. Profecione Mantuana commoratus Clusij diem vnum, reliquias labyrinthi vtriusque collasq; perquisiuit; & ad ostium fluminis Minicij diuertit in

villam, quam constans est apud accolos fama, fuisse Virgilij Agrum Tuscanum, & Albanum, & Tyburinum, studio veritatis circumlustrauit omnem. Viâ quoque; Appiam, & aquæ ductus, & Ostiam, & Traianopotum diuersis secessibus iniecit. Et in Appia quidem, obeliscos ad hyppodromiū iussit excavari. Ostiæ vero in discrimine fuit, grauisima excitata procella, cõpulsus metu inundationis, nocte media cubiculo excedere. Phaleros quoque; adiit, q̄ audierat muros adhuc extare lapide quadrato & Oricoli eadē de causa substitit. Circina uigauit Thrasimenū & Vulinū lacum, & vtrobique; in altera insularum apud Minoritas pernoctauit. In Thrasimeno subscriptiones bellaros fieri, quæ in lacu factæ notarentur. In Vulsino, summo iugo inf. læ, erigi sacellum iussit, vbi est Christianæ virginis templum; & certamen concurentium nauicularū asperit, propolito accolis præmio. Fontes sereno die adeo cupidè frequentabat, vt sepe inter glaream, & marginem cænâ postularerit. Augustâ, & Albarnam, & deriuationem Anienis via Claudia, ad sublacum vsq; inuisit. Salonam quoque; via Tyburina ad læuam descedens Augustam, vbi contegiad vitandum estum audiuit, egit accolis gratias, statimque accurrit. Struxit & Senæ fontem in hortis propè pomerium, aquæ ductu subterraneo deriuato, vbi diem sepe totum decernentibus rebis exegit, quem cum noctu quidam discescissent, adeo tulit molestè, vt discedere statim voluerit; quæstionem tamen vltro offerentibus ciuib. interponere veruit, dicens, Satis magnam penam, suam cuiq; stultitiam esse. Montiam quoque; delectabat ut ascensu, vt in Romano, & in Tyburino prope nullum prætermiserit: sed præcipuè qui videret arboribus, & in longissimum præspiceret. A natam in Etruria editissimum cariatu ascendere, ad media substitit, & lecticarijs ægè subuenitibus. Senæ cum diuersaretur, sepe capriolam secedebat: quo in loco iugum est pinu, cupressu, ilice, ac lauro cõstitutum, semitis per gradus sub vmbra distinctis. Nisi per hyemem, aut pluiam, raro sub tectis aut prandebat, aut spaciabatur. Sececebat singula quoque; æstate ab ortu canicula, nisi quare grauiore, distincteretur, aut in proximis vrbes aut si liberum esset, in Etruriam. Itineribus vsus per æstatem nocturnis, stationes libenter secundum fontes habuit, aut flumina, & c. uos, si fontes non occurrerent. In erundim, aut interrogabit proximos de ijs, quæ p̄ aspiciantur, aut ipsi loquebatur, historiam loci cum posset vbiq; tabnectens. Vere, atque autumno Vitruuina bilinea repetebat, aut Petriolana. Destinauerat aliquando & Baiana petere, sed reuocatus precibus Senensium diuertit ad Tusca. Lauiatur, perfricaturq; à pauis, & exiguo apparatu, ne què deterreret eorum, qui prope lauabantur, quade causa, nec horam sibi vllam præscripsit. Absterius, paulo plus minusus mille passuum vehabatur, perpetuo Pontificatu lecticarijs vsus, vbi nauigatio deesset. Amantè leuiter secundis fluminibus cum posset, occasionem liberrimè arripuit, quod & minus quateretur, & lecticarijs parceret. Diem, ac nocturnum rationem ad horas vsq; distincter. Surgebat æstate ad primam auroram, hyeme, ad alteram galiciniū. Studium ita particibat, vt inter legendum, aut scriberet, aut dictaret paribus prope interuallis, nisi cum historias texeret, quas constat, & verissimè & festinantissimè scripsisse: plerumq; duas in horas, numquam minus quam in vnam protraxit studio. Exceptorem habuit Angustinum Patricium, quem aliquando ad horas quattuor exercuit; sed duntaxat valetudinarius, & cum chagra laboraret. Deinde vel aderat rei diuinæ, vel ipse operabatur, mox aut cum Patribus consulebat, aut dabat subscriptionibus operam; quæ duo munera alternis diebus obiri solita, nisi cum feris, aut solennia prohibuissent, numquam intermisit. Subscriptiones, etiam extra ordinem, vt quaque

Tempora distinguunt lectio, & scriptio in suis partibus distribuit.

postulator occurreret, & in mensa, & in cubili faciebat. In itinere vbivbi subfessisset, acciri postulatores inuebat, nec vnumquam ad fontem, aut vmbra accessit sine pugilaribus. Secundum consultationes patrum, aut subscriptiones, primum Oratores, mox priuati admittebantur. Cum aliquando vnus è cubicularijs Senem verbosiorē facere dicendi finem clam submonuisset, aduerrens repeti omnia iussit; conuersusq; ad cubicularium irato similis, An nescis, inquit, ex quo inuis Pontificatum alijs me viuere oportere, non mihi? Neminem plus triduo demoratus, Oratores sepe, qua die venissent, cæteros postredie admisit, præscripta cuique hora, ne quem expectando fatigaret.

XXV. Integros suos esse vult.

Integritatem eorum, qui secum versarentur, exactissimè perquisiuit, repudiatis quorum fama minus probaretur. Initio Pontificatus Secretariorum numerum, quod offerri quædam temerè dicerentur, ad paucissimos redegit, paulo post ad duos, Gregorium Lollium, consobrinum suum, & Iacobum Lucensem, spectatissimè probitatis viros, & alterius quidem ingenium, ac vitam ita probauit, vt paulo post Antistitem Papiensem, mox & Cardinalem effecit. Qui de postulatis referrent homines sibi ascituit moribus, & doct. in probatissimos, præcipuè verò Agapitum Cincium, Romanum, clarum in Poëtica quoque, sed iuris scientia longè eminentissimum, quem primum Anconitanis, mox Cameribus præfecit Antistitem, maiora collaturus, si diutius vixisset. Constantissimus fouendis, quos semel fuisset amplexus, gloriabatur, inter suos neminem sibi fuisse inimicum; sua culpa. Dilexit ex priuatis Marianum Sozianum Senensem Lucifensultrum veterem æqualem suum, & Propocium Bohemum, quem aliquando in Germania collegam habuerat. Ex Regibus Fredericum Cæsarem, & Alfonso Aragonem, & Matthiam Pannonium extremo tempore: & Franciscum Sfortiam, quem bello Regio socium habuit. Præcipuè omnium complexus est Fredericum Vrbinatem, cui rei bellicæ summam cõmisit. Ex Patribus maximè Basilionem Græcum, Cardinalem Nicænum ætatis suæ doctissimum, quem & orate aliquando secandum se iussit, & Legationem Germanicam commisit cum summa potestate. Caritalem quoque; Hispanum eiusdem ordinis clarum virum, quem iam Senem, & caritum Legationibus Pannonia reuocauerat, dialogosq; aliquot in se ipse at. Ex domesticis plurimum apud eum potuit, Gregorius Lollis. Catharinam, & Laudoniam sorores æquè dilexit; & Laudoniam quidem vitum ad equestrem eundem ordinem, vmbriæ præfecit. Ex quatuor eius filijs, Antonium in familiam Regiam adoptatum, Matsum, ac Lucanorum Imperio præficiendum à sacero Regis curauit, alterum Franciscum, viginti annos natum, cooptauit Collegio Patrum: reliquos duos Iacobum, & Andream ad mediocres extulit opes. Catharina vero, cum vnicâ haberet filiam minus visus est præstitisse, cæterum & præfecturas dedit genero, & ipsi ad 20. M. aureorum nummum comparauit. Auxit familiam numero adoptiuorum, inter quos sororis filios, & Gregorium consobrinum, & Cardinalem Papiensem, & cubiculariorum aliquot gentilicij donauit. Alexandrum præterea Miraballum Neapolitanum, quem initio Pontificatus, ob eximiam liberalitatem, familiaritque domesticæ præfecerat, & oppidum Frascatam in Latio secessus æstiu graua concesserat. Amicis, & propinquis raro se subtraxit. Sermonē gaudebat libero, & festino, & qui modicè exierat in iocum; suiq; ipsa natura non in facibus, v. banitate extemporanea. Occurrentibus aliquando in itinere Lustranorum Legatis, Nos, inquit, ad hos an hi ad nos veniunt. Exeun i eo è cella palatij, cum Germanus senex arrepta lecticius sibi reddi exclamaret, Vna, inquit, de re, an de

Constans in amicitia Pius.

Facetus est iam.



omnibus respondenti, de vna, statim si bdidit; Recte sapientiam actum de te fuerat, si de omnibus postulas. Alteri se ipsius pedibus commendanti, Nescis, inquit, o stulte, quam debiles patronos imploraueris. Corsiniani, quo in loco natum eum diximus, non comparentibus sodalicijs, Solus, ait, meorum conuiuium desum. Paternum etiam fundum circumuisens, in quo pinus erat à patre, quae die ipse natus est, conspectam procul, cum ad eam defedisset, Hac, inquit, me admonet, esse iam grandisculum. Ad lacum Vulturnum contendentibus accolis delectica subeunda, & vt gladios stringeret, repel i omnibus iussis, Quam stulte, inquit, simul & oras, & periculum queritis: Ad Amiatam porrigente pastore cymbium lactis, ori admouit, quamquam admodum sordidum, ridentibus, qui aderant, Et hoc, inquit, dulcius quam Artaxerxis poculum, & qui stit, vitio non eget.

XXVI. Aedificandi studium habuit.

Aedificandi studium bella interceperunt. Caeterum in Vaticano cellas templi maximi promiscue passim aedificatas, disijci iussit, ac mox secundum parietis tractum collocari; quo reddita est facies interior templi, angustior, & patentior. Addidit & cellam Diui Andreæ ad primum angulum templi, laena subeuntibus, vbi postea & sepeliri se iussit. Scalas quoque inflaurauit pro foribus templi, vetustate collapsas, strauitque aream amplissimam, vestibulo palatii communito, turti ex cubatoria. Inchoatâ supra scalas marmoream porticum reliquit. Est & ipsius arx Tyburina tumulario opere cõfecta, quod nec prohibuissent transitu, & iuuissent comitatu hostes, & recipere intra urbem ipsius praedia recusassent; exprobrauitque dubiam fidem, & diu ipsi eorum agere passus est. Corsiniani ex oppido, Vrbem Pientiam appellauit, designatis Magistratibus vrbis in speciem iustitiae ciuitatis, Episcopo, & Praetorio aedificatis, Episcopum, & trium viros instituit, & certamina gymnica per gradus ætatis. Cõstruit & aedas gentilitias eximia pulchritudine, symmetria quadrangula, lapide suffuso extanti in crustatos ad digitum crassitudinem, commissuris paulo recedentibus, duplici ordine fenestrarum, anulis, & cratibus ferreis; addiditque porticum ad meridiem duplici cõcameratione, contiguatione insuper accliuu, & trichlinia astitua, atque hiberna, & cellas promptuarias altè suffossas, hortosque pensiles. Templum quoque egregia structura, & aream pro foribus, & cellas in ambitu templi, aramque subterraneam, vetuitque in eo quæquæ sepeliri præter sacerdotes, & Antistitem, quibus & tumulum seorsum assignauit, vetuit præterea violare tã parietes, quam picturas, aut insignia, vel iconas appēdi, aut cellas erigi, aut altaria præter quæ, quæ ipse destinasset, & prædia in sumptus annuos comitit. Architecto ad summam futuræ ædificatiõis præmērito, post perfectum opus addicentū iussit, dicens desipere architectū, qui de impensa, quæ nemo sit facturus antè præfiniat. Fecit & Senæ porticum gentilitiã concameratã, aedas quoque adiuncturas, quarum iam aream strauerat. Erexit & cellam ad templum S. Francisci, & in ea sepulchrum pareantibus, marmoreo Lygustico. Cogitauerat Anienem ad Tyburim usque nauigabilem reddere, portum quoque Traiani repurgare, & in Pientino lacu facere Orcia flumine occluso, ac riuo ex Amiatæ radicibus eodẽ deriuato. Ingenia sui temporis mirificè fouit, sed duraxat probatissima. In uertis nonnũquã aliorum epigrammata, uisusque contempsisse mediocritatẽ, contraxit inuidiã, dicere solitus, Oratores, & Poetas, aut supremo, aut nullo in loco esse oportere. Lauabat in dicendo candorẽ, & vim orationis; apparatus uerborum nimium, dicentis orationem appellabat. Iuuenis delectatus Poetica, Nira-phileticũ scripsit uersu magis facili, quã accurato, Poemata quoque in modũ epistolariũ cõplura. Flexu ætatis orationi in cubuit, inuitatus rerũ, & Legationum magnitudine. Scripsit ad Ladislaũ Regẽ Bohemorum ad huc adolefentẽ libellũ unũ de arte Grammatica: mox alterũ de Regia institutione, cũ in Germania ageret.

Doctos amabat.

Ad Ferdinandũ de Noticis integros Commentarios. Rerũ sui temporis in Italia gestarũ libros 12. quod opus nondum absolutum cum uita finiuit, vetuitque publicari nisi emendaretur. De Eurialo. De ortu Nili. De studio uenandi. De hæresi Hussitarum. De dignitate Cæsaris. De potestate Concilij. De sanguine Christi. De ueritate Christianæ fidei ad Mahometem Turcam. De gloria belli suscipiendi ad Franciscum Sfortiam. De eratis Basileensium. De fortuna. De defensione Poeticæ. De miseria Curialium, singulos libros, quorum magna pars Dialogis constat. Descripsit in Pontificatu Asiam minorem: maiorem mors intercepit. Inchoauerat & aliquando historiam uniuersalis orbis, rerum ætate sua ubique gestarum, sed omisit: ueritas ne parum explorata colligerentur. Loca libenter exscripsit stylo ex emporaneo, mox castigaturus, præter Scordiam, & Noruegiam, atque Lythuaniam, Rhodon quoque, & Mytilenem, & Lesbos, & Cypriũ exp. effir, accurata breuitate. Et historiam quidem recentiorũ temporum, nemo putatus est, & quæfuisse diligentius & uerius tenuisse. Reliqui epistolarum quattuor uolumina, distincta temporibus. Orationes nemo temporum horum, & nec ueterum quidem tot habuit, omnes ferè de rebus amplissimis: ceterum sententijs, quam uerbis illustriores: copia mira, & ad magnitudinem rerum excrecente. De uerborum delectu non nihil illi Germania detraherat, coactio sapè apud illos cultiora negligere. Sed earum magna pars, exceptorũ negligentia perijt: quattuor, & viginti extant. Pronunciabat uoce sonora, & graui, uerũ eodem spiritu semper, & crebris in uerualis, ut dicere ex tempore & sine cura uideretur. Per suadendũ longè potentissimus, nemine ad se dicendo non traxit. In conuentu Ratipontensi malè sustentatus à Legato Cæsaris partes, ipse suscepit, oratione extemporanea, ubi dicenti aduersario; Et quando desinas molestus Germanis esse? Cum, inquit, incipies, tu illis molestus non esse.

Opera ab eo edita, uel sensentur.

XXVII. Prædixit futura.

Præuidisse illum futura ex longo intervallo creditum est. Prædixit quadriennio antè, se in belli apparatus decessitum, hoc uersu, quem manu sua scripsit. In Turcas bellum dum parat, occubuit. Senensi adultero, afferenti de rivali querelam, Nisi desperis, inquit, occidere, quod accidit, nondum mense exacto. Legatis Venetis in Cõuentu Mantuano societate aduersus Turcas recusantibus, Fore, ait, ut quæ tunc reijcerent, decimo post anno sero essent rogaturi, quæ euenit. Nam decimo post conuentu anno, amissa Eubæa, opem ex omni Italia imploratũ circumuere. Cum Ludouicus Allobrox uir Carlotæ haud procul à Mantua transisset, Cyprium mari petiuitur, nec eum, ut par erat, saluasset; Breui, inquit, restitua ad nos reuertetur. quod quæcũ anno fecit, Cypri regno depulsus. Statura fuit infra mediocrem; corpore per adolefcentiam modico, flexu ætatis aliquanto pleniore. Oculis lætis quidẽ, sed qui totuẽ in irã ex candescerent. Capite compacto, & ante diem cano, facie subcandida annis seniore, & ad minimã quãque ualitudine statim coincidente. Fuit laboris, & inediae quam frigidis, atque æstus patientior. Calculo vexabatur propè mensitruo, & assidua tussi. Pedũ usum iã pridẽ amiserat, cũ rigore niuali, quẽ diximus, tum et superueniente podagra. Chyragra sero offensus, & raro. Astrologos se habere manus iocabatur, quæ quinq; annorum tumore prædicentẽ quã tam patienter tulit, ut cõstet Legatione Germanica impeditũ grauitè podagra, tamẽ à collega ut diẽ unũ subsisteret, ad ducendũ potuisset: & in aquis Petriolani: puluissẽ duas in horas sicutã deuncẽ; Romæ quoque inter maximos calculi dolores cõtinuissẽ orationẽ, uix obrortu leuiter ore, ac sub morsu paulũ labro deprehẽsum. Magnitudinis eius signa quædam antecesserunt. Mater, nocte posteriore, quæ peperisset, uisa est in somnis, puerũ mitatũ pepetissẽ: diu grauitè sollicita de omnẽ, donec designatum Tergestanis Antistitẽ audiuit.

XXVIII. Magnitudinis eius signa præcesserunt.

Corsini

XXX. A pluribus discrimini bus ereptus.

Corsiniani septimũ agẽs quatuor annũ inter ludos puerciles, Pont. Max. salutarẽ ab æqualib. singulos ordine ad pscula pedis admisit. Alfonso Rex uenientẽ ad se Neapolim à fenestra digito amicis ostendens, Eui, inquit, nobis Pontifex Maximus. Fredericus quoque Cæsar, cum à Cymino monte Latium profexisset, eo accitri ad se iussu, Cito, inquit, in huius locis regnabit Aeneas; & qui tibi nunc imperamus, breui parebitur. Romæ, uos ex Regijs purpuratis ad eum iam Cardinalem ueniens, cum Lunas Sagis intextas alpexisset, exclamauit fore eum Pontifex Maximum, quod agens ipse aliquando in Calabria, audisset, esse in arcanis, proxime futurum Pontifex, ea signa habiturum.

Qua hora creatus est Romæ pontifex, eadem Laudoniæ sorori Corsiniani est nunciatus, octuaginta millibus passuum spatio, nec u. fus amplius, qui nunciauerat.

Incidit sæpe in discrimen uitæ. Puerum pene trimum decidisse præcipiti loco, & prope exanatum constat. A boue quoque impetitus cornibus, ac ter iactatum præter spem euasissẽ, multis in locis confossum. In Britannia, cum à cœna mercatoris amici reuerteretur, qui synabulum præferebat, ipsius in oculis occisus est, prope ut ad eum uulnus peruenerit. In transfretatione Britannica, sereno die, cum ad nauigandum inuitatus, serius ad nauem iam soluente uenisset, quam posset admitti, exorta mox tempestate, nauis, & qui in ea erant, haud procul à litore ipsius in oculis demersi sunt. Mediolani cum in febrim incidisset, grauiore accepto pharmaco pene consumptus profuissio est. Cum alterum medicus supprasser, paxide casu effracta, periculo eximitur. Non multo post Basileæ pestilentia contactus, paulum ab interitu abfuit, ab amicis omnibus, præterque ab Andrea Panigalio desitutus, quem postea inter præcipuos habuit. Alpes Vindelicas hiberno æquinoctio ingressus, paulum abfuit, quin liquentium niuium lapsu obrueretur, semel ingenti globulo deiectus. Apud paludes Pontinas cum noctu per flumen Ligulam nauigaret, tribus horis limo inhaesit; nauis, quæ eum sequebatur, cum uidecim uiris absorpta. Ad Cumas quoque nocte cum appulisset, nauis oppressa est, sed citra cuiusque discrimen, quod haud procul à litore, nec profundo admodum mari subsidisset. Qua etiam die coronatus ad Lateranum est, in periculo fuit, ne à turba gratulantium opprimeretur; ut necesse fuerit per fractis scipionibus, ac gladiis arceri multitudinem; quod idem postea & Narniæ contigit. Infidia illi bis struunt; primum ab Euerfo tyranno, adiutore Broccardo Picinensi scriba, cuius interceptæ sunt ad eum litteræ, habere se uenenum, quo simul paululum lectica illiniretur, statim perituum: se quidem corrumpere aliquos ex lecticarijs uoluisse, uerum neminem inuentum, qui facinus recepisset. Adhibendam eius auctoritatem, & præmia maiora proponenda. Quod ubi rescuit, tantum admonuit Pazalium præfectum custodiæ corporis, ne quem patrum cognitum lecticarium admitteret. Altera à Sicariis Tyburianis. Ii ex Etruria ad exitum autumnu redeuntem, nonnullos subornauerant, qui ueluti libellum porrecturi pugione conficerent. Sed illo properante, nondum confirmatis ad scelus animis, priusquam ad locum infidiarum uenisset, patefacta res est. Et creditit aliquin se facile omnibus, fiducia tanta, ut profectioe Mantuana aliquando per hostilem agrum, sine præsidio transierit.

XXX. Mors eius præcognita, & in celi de ferri conspiciatur.

Mors quoque eius præcognita; rumore passim dissipato, ad exitum anni sexti decessitum. Et ipse in pratis Quintiis, cum ex Vrbe discederet, conuersus ad Mantua, uale, inquit, Roma, nunquam amplius uisum me uisura. Qua die, atque hora decessit Anconæ, Camalduli in Etruria, senex Germanus, uictu aspero,

sex & quadraginta annos intra facelli claustra emaceratus, atque inter Cœnobitas micaculis clarus, egressus ad limen primum vestibuli, uidere se exclamauit, Magnum Sacerdotem, corona triplici, & candido amictu deferri in caelum, cantantium Virgularum cœtu, & nubecula septum. Artonitis, qui aderant, & quid id esset conuiciantibus, quarto post die, quantum itineris Anconæ distabat, nuntius de morte eius afferatur, & tempore, & habitu conuenientibus. Expeditioni in Turcas uehementius incubuit, & festinanti, quam esset à ualitudine, & alieno tempore. Cum recens rediisset à balneis, obiectantibus amicis senium, & ualitudine; patebit, inquit, in caelum aditus, si Romam non dabitur. & Fano Fortunæ expugnato, sublati in caelum manibus, Recte habet, inquit; iam uocor ad bellum meum. Matuandi causam Pannonij dedere, quos postulas à Turcis pacem constabat, conditionibus admodum iniquis. Quare misso statim equitum mille in annum unum stipendio, ac spe aduersus facta, in fide eos conuincit. Cruce signatorum etiam concursus ad Anconam factus, quos ad 30. M. M. ex Gallia, atque Hispania error attraxerat, uigato temere, pontificem omnibus, qui ad bellum transmarinum proficiscerentur, & nauigium ad traiciendum, & uictum ad finem usque belli suppeditaturum. Igitur præmissis ad eos in aduentum suum continendos, Carauaillio Hispano Cardinali, ac rebus per Italiam omnem compositis, 14. Kalendas Iulias Roma proficiscitur, re diuina in templo maximo ad Vaticanum peracta, in quod descendere quotiens uidebitur, & aras singulas ordine uenerari consueuerat, ibi omnibus ad precandum rerum successum inuitatis. Festinato ad portem Miluuium lectica delatus est. Auidus usque itinere, incidit in febricalem, principio haud fatis cognitam medicis; & ipse ne quid morte obiceretur, aliquamdiu suppresterat, ea iam aucta magis, quam ut dissimulari posset, medicos inhibuit, ne cui patefacerent, iureiurando, & imprecationibus adactos. Ad portem Patribus, ac turba omni dimissa, cum paucis lembum conscendit, aduerso Tyberi nauigaturus. Cum effusa parentibus pratis ciuitas abeuntem consulareret, ac reditum audienti precarentur, prorupit in lacrymas. Substitit prima nocte ad castellum Iobeum, confessus nauigationem eius diei difficillimam fuisse, contrario flumine colluctante; quod ex imbecilli potius ualitudine, quam labore accidisse putatum est. Nec ausus in ripam descendere, graui defatigatione contractus, noctem toram egit in lembo. Postridie, quamquam inhibentibus medicis, matutinum iter multo ante Solis ortum soluere cum iussisset, & oppidum Phianum peruenit nauigatione longissima. Pernocauit & hic in flumine, dum ageretur de parte classis, quæ structa ad portum Pisanum penetrare in superum mare per fretum Siculum iubebatur, uenireque Anconam ad copias excipiendas; nunciatumque esset tritemes Genuensium, & naues onerarias, quæ ad summam classis pertinebãt, nondum esse paratas, & præterea Philippum Burgundum, profectioem uerbis extrahere, commoroso animo est. Auxit molestiam prolapsus è ripa demersusque, in oculis adulescens, ad remigium mercede conductus, tarde accurrentibus nauis, quod adeo tulit accebe, ut precatus ueniam extincto, & abominatus casum, nec lacrymas tenuerit.

XXXI. Navigatio nes Pro PP. insaustra.

Ad radices montis Soractis, radio nauigationis, simul & motore extincti iuuenis, exponi se primum nauicula iussit, questus, semper male sibi nauigationes cessasse, quod uerbum si ille accipientibus cubicularijs, & quid committit, ret se totiens periculi periculo intercipientibus, ratus ad deterendum se ab transfretatione Illyrica doctum, quod sciebat

Xx 4 inuitis

inuitis multis se Italia excedere; *Neminem*, inquit, *cogimus*; nec aliud locutus, reponi in lembum se iussit, prouectum ad 15. M. passuum lectica confectis. Supra Oriculum maxime consternatus est, obuia Cruce signatorum multitudine, quos moræ impatientes retinere Caruialis minime potuerat. Cumque agminatum reuerterentur, nec a rapinis abstinebant. Quo circa Medici a uersuri ab eo spectaculo oculos, obduci lectica velum perpetuo itinere causati ventos iusserunt. Ab Oriculo per Narniã, Interamnamque Spoletum ægred, quatuor dierum itinere peruenit, totumque triduum quieuit, & carce communia præsidium auxit. Iter deinde laua per Fulginenses agens, quosdam Fulginesium sublequi ad Assisium iustos relegauit, præfinito in reditum suum exilio, aulos, & cæcus cogere, & præfecto Urbis, ubi ille Italia discessisset, iam tunc insidias præstruere, tyrannidem sibi per caedem arrepturos. Instaurari & Assisij vtramque arcem iussit. Superato deinde ad Fabrianum Apennino, iter flexit ad templum Virginis Lauetanæ vota nuncupaturus, ubi & autem obtulit calicem, ac pateram eximia magnitudinis. Ingressus Anconam 15. Kalend. Sextiles, supplicationes trium dierum decreuit, præfatus iniuria rerum Deo, cætera virtuti commendanda esse. Nuncio allata de incursione Turcarum in agrum Ragusinum, milites ducendos ad corporis custodiam comparatos, cum paucis sagitariis, triremi expedita nauigare extemplo Ragusina iussit. Triremes Venetas numero 12. in quibus & Venetorum Dux aderat, ubi appropinquare intellexit, deferri se iussit ad locum, ex quo posset classem inspicere, eaque conspecta ingemuit, vna edicta voce, *Nuper sibi nauigandi occasionem defuisse, nunc occasione se defuturum*. In cubiculum relatus, solui statim profluvio cepit. Medici a principio nihil periculi promittentibus; & hac quoque Principum miseria est, inquit, *ne in morte quidem carere assentatoribus*. postulatque Eucharistiam, quam & tuiduo prius acceperat, & paulo ante ad Lauretanum. Acciri deinde Patribus iussis, hortatus est; in expeditione persistenter. Triremes, & quæ in portu erant, & quas venire per se etum Siculum nunciabatur, tradi Venetis iussit. Pecunias, ad aureorum nummum 40. M. ex decimis exactas Matthiæ Regi Pannoniorum in sumptus belli. Cum deficere vires sentiret, reiciens sese in Cardinalem Papiensem, *Fili*, inquit, *curam meorum ipse suscipio. & huic expeditioni adesto*. Interrogatus ab illo, *An sepeliri Romæ se vellet*, non tenuit lacrymas, subdens, *& quis id procurabit?* Illo recipiente, se curaturum, reiciit vilis est. Vocauitque Patres ordine ad osculum, postulata Pius a singulis venia si minus recte rem Christianam administrasset. Lacrymantibus omnibus, & Bessatione eius verba de re Christiana sanctissime gesta excipiente, iterum amplexibus omnibus, inungi se iussit. Vbi concurrens & ipse precibus inter hymnos expirauit, voce vltima ægredita, *rogare omnes, pro se precarentur*. Decessit anno ætatis nono, & quinquagesimo, religionis nostræ 1464. 18. Kalend. Septembris. ex quo pontificatum interat anno 6. Polinchores curato corpore, cordatissimum affirmauerunt. Præcordia exacta, in templo Diui Cyriaci recondita fuere. Corpus, decreto Patrum, subsequenter ipse relatum Romam est, & in cella Diui Andreæ sepultum ad Vaticanum. *Hæc Campanus in vita*.

Ad expeditionem Caridd. hortatur.

XXXII. Nonnulla Pij PP. facta.

rus, illum præponeret. Officium ars sua cuique erant, in quaestura, & fisco integerimis. In magistratibus aliusiure consultissimis viris utebatur; In domestico apparatu compositos, & nitidos, in cæremoniis graues, & sanctos adhibebat; in Legatis Regum, externarumque gentium excipiendis splendidos, ac Magnificos; in architectura summos architectos; nec vniquam visus est cum mediocri Oratore consiliari scriptis, aut cum obscuro Philosopho contendere. Semper summa, maxima & suprema cupiebat. Nemo eloquens in Orbe terrarum, aut paulo eruditior, quem non accierit gratia, exerxit donis, ornauerit dignitatibus, fortunis, titulis, gradibus amplificauerit: nisi quorum vitia, & sordes, animi, ingenij vitutes obruissent; vt qui primum modestiam, & probitatem in his, quos esset ornaturus, deinde artes, & scientiam rerum desideraret, plurisque faceret integritate præstantes viros, quam doctina; quarum illam in omnibus semper vilem, semper laudis, & gloriæ plenam, & Deo, hominibusque acceptam esse dicebat, hanc in nonnullis periciofam, & infamem. Itaque nullum turpem, & vitium contaminatum virum, quantumque vis doctriinæ extulit ad dignitatem; honestum, & probatum contempnit nullum, omnes complexus est, nec villo pacto adduci potuit, vt aut bonos non foueret, aut malos non persequeretur, quo cumque in statu, & fortuna constitutos, vt in vita quadam vi naturæ, cum virtute, & probitate pacem, & beneuolentiam conciliasse, cum vitis, & nequitia bellum, atque inimicitias suscepisse diceretur: tantum illic apertus, & liberalis, quantum hic asper, & terrificus.

Platina horum temporum scriptor, ista etiam memorabat de Pio pontifice. Mortuus est, ait, vir fortitudinis certæ, ac prudentiæ singularis, & qui non ad otium, neque ad segnitiam, sed ad res agendas, & maximas quidem natus videbatur. Augere maiestatem pontificis conatus est temper. Non Reges, non Duces, non populos, non tyrannos, in se, aut Ecclesiasticum quempiam delinquentes, censuris, interditiis, execrationibus, bello persequi prius destitit, quam ad sanitatem eos redisse cognouisset. Nihil Regibus, nihil populis, timore, aut auaritia concessit vniquam. Quosdam vero seuerissime coarguit, quod ea peterent, quæ sine Ecclesiæ detrimento, & eius ignominia fieri nullo modo possent, tantum terroris dominis quibusdam, præsertim Italicis iniecit, vt fide, atque officio nihil antiquius ducerent. Mediocri cibo utebatur, non exquisito, nec lauto. cibos raro sibi apparari iussit; quod apponebatur, hoc edebat. Vini parcissimus, diluque, ac lenis magis, quam auster a amator. Sumpto cibo, cum domesticis, aut fabulabatur, aut disputabat. Cubiculum deinde ingressus, cum paululum quieuisset, horis canonicis de more repetitis, tam diu legebat, aut scribebat, donec ei per munera publica licuisset. Idem faciebat noctu post cænam, quod die. Nam & legebat, & dictabat vsque ad multam noctem in lectulo iacens; nec amplius, quam horis quinque, aut sex quiescebat. Aditu, etiam dum ægotaret, facilis erat; verborum parcus; inuitis perita negauit. Pecuniarum quantum colligit, tantum erogauit. Oratores odio habuit: iram facile collegit, collectam facile repræstitit. Lacescentibus constanter ignouit, nisi Sedi Apostolicæ facta esset iniuria; cuius dignitatem adeo acriter tutatus est semper, vt eius causa, magnorum Regum, ac Principum graues inimicitias frequenter susceperit. Erga domesticos mira comitate, & facilitate utebatur. Nam quos vel incientia, vel ignauiã deliquisse deprehendisset, paternæ charitate admonebat. Mala de se opinantes, vel lo-

XXXIII. Aliqua de Pio PP. asseruntur ex Platina

quentes

quentes coercuit numquam: libere enim in libera ciuitate loqui omnes volebat. Quærenti cuidam apud eum, quod male audiret, respondit, *De me quoque, qui male sentiant, si in campum Flora proficisceris, multos audies*. Libros plusquam Saphyros, & Smaragdos charos habuit, quibus chrysolitorum magnam copiam inesse dicebat. Non libenter solus comedebat. Hanc ob rem, vel Spoletinam Cardinalem, vel Theanensem, vel Papiensem in conuiuium adhibebat, interque cibum de studiis bonarum artium loquebatur, memoriam veterum repetebat, & quid quisque laudis vel dicendo, vel scribendo consecutus esset, exquisito iudicio ostendebat. Ad virtutem suos frequenter adhortabatur, a vitis deterrerebat, cum eorum res gestas commemoraret, qui in vita recte, aut perperã gissent. Homo fuit verus integer, apertus. Nihil habuit ficti, simulati nihil. Christianam autem religionem ita coluit & obseruauit, vt omnem prorsus hypocrisis suspitionem a se remoueret. Frequenter confitebatur, & communicabat. Somnia, potentia, prodigia contempsit semper, fulgura numquam curauit. Geomantis, & cæteris id genus nullam fidem adhibuit. Timiditatis, & inconstantia signum nullum cognouit in homine. Extolli secundis rebus, vel perturbari aduersis, numquam visus est. Suos plerumque & timidos, & formidolosos reprehendit, quod acceptas clades, vt in bello contigit, aperte ei denunciant vetererentur. Incommodis enim consilio, & manu mederi posse dicebat, si id ad tempus, quod accidisset, scitum foret. Socios belli, vel magnitudine impensæ, vel hostium potentia perterritos, deseruit numquam. Sententias in prouerbij modum reliquit multas; quarum partem aliquam, quod ad institutionem vitæ humanæ pertinere vitæ sunt, subiungere instituit. Dicebat;

Alique notabiles Pij PP. sententia.

1. Diuinam naturam credendo, melius, quam disputando intelligi, ac apprehendi posse.
2. Omnem sectam aut horitate firmatam humana, ratione carere.
3. Christianam fidem, si miraculis non esset approbata, honestate suarecipi debuisse.
4. Vnius diuinitatis tres personas esse non quæ ratione probetur, sed à quo dicitur, animaduertendum.
5. Mortales mentes calti, & terra, audaces magis videri, quam veros.
6. Syderum inuestigare cursus, pulchrius esse, quam vtile.
7. Amicos Dei, & hac, & futura perfrui vita.
8. Sine virtute, nulli solidum esse gaudium.
9. Neque auarum pecunia, neque doctum cognitione rerum vniquam repleri.
10. Cui plura nosse datum est, eum maiora sequi dubia.
11. Plebeis argenti, nobilibus auri, Principibus gemmarum loco, litteras esse debere.
12. Bonos medicos, non pecuniam, sed bonam valetudinem agrosi quarere.
13. Artificiofam orationem, stultos, non sapientes mouere.
14. Sanctas esse leges, quæ vaganti fræna licentia impouunt.
15. In plebem habere vim leges, in potentes mutas esse.
16. Res grauiiores, armis, non legibus definiri.
17. Vrbanus, suam domum ciuitati, ciuitatem regioni, regionem mundo, mundum Deo subiciit.
18. Lubricum esse, primum apud Reges locum.
19. Vt in mare flumina omnia, sic vitia in magnas aulas fluere.
20. Assentatores, maxime quo volunt, Reges ducere.

21. Nulli magis principes, quam delatoribus aures præstare.
22. Pessimam Regibus pestem, adulatoriã linguam.
23. Regem, qui nulli fidit, inutilem esse; nec meliorem, qui omnibus credit.
24. Qui multos regit, à multis regatur oportet.
25. Non esse Regio nomine dignum, qui suis commodis publica metitur, aut qui sacra negligit, aut qui prouentum Ecclesiæ retinet, aut qui iuridicando non absidet.
26. Litigatores aues, forum arcam, iudicem rete, patronos aucupes dicebat.
27. Dignitatibus viros dandos, non dignitates hominibus.
28. Magistratus, alios mereri, & non habere, alios habere, non mereri.
29. Graue Pontificis onus, sed beatum eum, qui bene fert.
30. Indoctum Episcopum, asino comparandum.
31. Corpora, malos medicos: animas, imperitis Sacerdotes occidere.
32. Vagum Monacham, diaboli mancipium esse.
33. Virtutes clericum distasse, vitia pauperem facere.
34. Fideli amico, nullum thesaurum antefendum.
35. Vitam amico, inuidiam morti comparandam.
36. Hostem in se nutrire, qui nimis filio ignoscit.
37. Nulla in re auarum placere hominibus, nisi in morte.
38. Vita hominum, liberalitate obtegi, auaritia nudari.
39. Mentiri, seruire vitium esse.
40. Vini abusum, & labores, & morbos auxisse mortalibus.
41. Vinum, quod mentem excitet, non quod obruat, sumendum.
42. Libidinem, etatem omnem sedare, senectutem excinguere.
43. Quietam vitam, non aurum ipsum, non gemmas præbere.
44. Dulce bonis, durum iniquis mori.
54. Generosam mortem turpi vitæ omnium philosophorum sententia antefendam. Platina in Pio secundo.

Iacobus Cardinalis Papiensis, labem Pio pontifici, à Francisco Philopho, quasi auarus, & cumulator auri, & osor, seu inuisor ingeniorum, non fauore esset, illiam, datis ad Franciscum Cardinalem Senensem litteris abstergebat. *Audio*, inquit, esse nonnullos, qui studio maledicendi Pio nostro, inanes quasdam conquirentes calumnias, illud quoque apprehendant, quod ab eo iuter domesticos aliquando periocum in Poetas est dictum, scilicet,

Discite pro numeris, numeros sperare poete Mutare est animus carmina, non emere.

Aiunt propterea contempnisse illum poetas, laudationes eorum ingrate accepisse. Vnam modo auariciam in causa mali fuisse. Disticho autem ipso nihil indoctius esse, & nihil ineptius. Calumniam hanc, qui rem vti gesta est, & liberalitatem gloriofi patris accepit, in eius commendationem conuertet, putabitque nihil aptius pronunciatum potuisse, aut doctius. Intersui ego cum dictum protulit. Interfuerunt mecum viri præstantes, Augustinus Romanus, & Laurentius Rouoram, alter Anconitanæ, alter Ferrariensis Ecclesiæ Præfules. Identidem GREGORIVS LOLLIVS, qui ab epistolis pontifici seruebat. Hinc vero verficulorum origo occasionem accepit. Lanquærat pene PIVS MANTVÆ ad interitum,

XXXIV. Vindicatur Pij PP. Pius à Philophi calumniis.

vt notati.



ut nosti, cum ibi conuentum ageret Christianorum; & recreatus iam aliquantulum, oblectamentum- que aliquod querens, ad confirmandam fortius valetudinem, statuerat ad sacellum, quod dicitur Angelorum, secedere, trib. millibus passuum ab Vrbe Mantua distans, atque ibi dies aliquot comorari. Ut autem iucundior haec esset profectio, subduci per Mintium voluit, ad cuius ripam Dominicanorum illud coenobium esse positum cognouerat. In eodem litre, quem ipse ascenderat, etiam nos omnes voluit: quippe quos adhibere ad solatia sua semper solitus esset. Attulerat enim nostrum quisque diuersa epigrammata Pio inscripta, quae a diuersis accepta, recitatae ante eum diem propter valetudinem eius non potuerunt. Credebamus id tempus perquam idoneum ad recitandum esse, & gratam vacuo tunc seniam voluptatem futuram. Libenter enim, cum vacabat a publicis, versum, aliis legendis audiebat. His itaque in medium productis, coepere inter legendum nonnulli nostrum versus ex tempore dicere: ubi quid iocofum interponi posset, vel obici. Excitatus his nostris salibus ad hilaritatem Pius, committere & ipse versus coepit, ad continuandam laetitiam. In medio epigrammate Campani poetae, cum lexi pauci versiculi essent, in quibus petentibus variis muneribus danda non esse, danda autem non petentibus affirmabat, & nihilominus muneribus ipse obliquis carminibus deposebat, en inquit responsum, Campano munus potestenti,

Munera Campani si non sunt danda petentis Iure tuas surda currimus aure preces.

Rursum quoque omnibus recitatis, cum aduertet ab eorum auctoibus plurima peti, & a nobis, a quibus erant producta carmina, importunius exigi: Dabo inquit, auctum, quod referro ad vates vestros possitis, simul aridens, distichon protulit, quod in crimen isti adducunt, non altarum domo, non antea meditatam, nec ad poetarum iniuriam dictum, sed sumptum extempore, atque in laetitiam communem collatum. Quod si aliunde non intelligere detractores ipsi possunt, quod dicimus, altero saltem disticho intelligant, quod ad declarandam veram animi sententiam eadem hora subiecit. Nam cum ego iocos suos secutus, id distichon hoc disticho cepissem,

Discrete pro numeris numeros tractare poeta, Expectata dabit munera nulla Pius.

Ad numerum laetiam videlicet Poetas exhortans, quando in Pio spes accipiendi non esset, Meum ipse reperire conuertens, Imo, inquit,

Discrete pro numeris, nummo sperare Poeta Expectata dabit munera, magna Pius.

atque illico quaecumque petita versibus erant, benigne concessit. Vulgari postmodum hi versiculi sunt, & apud multos habentur descripti, & tamen, qui illi Sancto Patri insulant, profertur, quod ignaros rei potest offendere; tacent, quod verum eius iudicium continet. Nimirum peruersa mentis, & linguarum maledicac hoc proprium est. Veris deficientibus criminibus, ad fassa confugiunt; quaecumque sunt recta, maligno spiritu deprauant, proculdubio his verbis per prophetam notati, *Linguis suis dolose agebant, iudica illos Deus.* Sed & si non essent haec argumenta propensissimi fuisse bonarum artium studia; quis non acquiescendum putaret, audiens, quanta quotidie in doctos contulerit? Enumerare superfluum est, quam benemeritis in illa potestate sit, non dicam de vno, aut altero, sed de omnibus aequae, in quibus docti inam cum integritate vitae cognouit. Viuunt, paucis exceptis, pene omnes, quos vel tradita pecunia, vel collatis Magist. atibus, vel attributis honoribus, in maius adauxit. Perhibent hi locuples rei huius testimonium, beatissimaque e-

Pius erga doctos, & bonos munificus.

ius pontificis praedicant tempora, chartisque, ac libris contestata tenent, quotidianae suae beneficentiae officia. Ipse summae virtutis, summi ingenij Princeps, in quibus eadem argumenta laudem esse contemplabatur, amore immenso fovebat, admittentem, alloquebatur, laudabat, totumque se illis insinuans, pro conditione attollebat. Neminem vidit toto sexennio, quo Ecclesiae praesuit, virum paulo excellentiorem, spem suam sequentem, in quo beneficium collatum non possum referre. Occasiones intermittebat numquam horum promouendorum, cum se dabant. Cum non aderant, paripene cum illis desiderio expectabat, quosdam, quos viderat numquam, absentes, atque ignotos, sola virtutis commendatione auditos, ad summas in Ecclesia dignitates prouexit, quosdam etiam leues, & querulos, humanitate incredibili perferens, propter laudem ingenij, quam in talibus sentiebat, expertos suae benignitatis esse non voluit. Ab ijs vero Solutus erat tota mente auersus, atque hos solos abominabatur, quos & si ingeniosi, doctique haberentur, constabat tamen rursus vitam, infamemque agere: *Ingratam Deo beneficentiam asserens, qua in tales esset collata.* Legerat enim admonentem scripturam, *Da bono; & nescipias peccatorem. Benefac humiliter; & ne dederis impio.* Fuerunt, qui ab initio sui pontificatus, cum nondum plene agniti essent, propter speciem virtutis aliquam rem ab eo, & promissum acceperunt; sed iidem postea acceptorum omnium profusores, malique inuenti, iusta dispensatione desierunt accipere, quos si propterea dolor vllus nunc tangit, vel antea tetigit, ipsi sibi detrimto sciant fuisse, non Pium. Manum eius, cum pro Deo operaretur, in tectis, aequum erat in danda liberalitate errare, mercedemque bonis debitam, conuenit ad malos. Si quos ergo nunc vides, praestantissime Praesul, qui ingratum alicuius virtuti illum exstiment, & maledictis incessant, ex ea cohorte esse scito, quibus ille normam honestatis tenens, dandum non censuit; malens, eorum calumnias, quam iustum Dei subire iudicium. Non obstitit parcitas vlla, non animi angustia. Munificentissimus quippe in reliquos erat. Sola, quam dixi, ratio, dextram, ne erraret, retinuit, quantum ergo voluit ijs homines, sentiant de Patre nostro, & innocentiam eius maledictis conuellant, meo iudicio nocere quicquam non possunt. Maior est lux gloriae suae, quam ut horum tenebris valeat obscurari, & maior gestarum rerum, vitaeque firmitas, quam ut maligna imbecillitate possit moueri. Maledicta haec recidunt in auctores, cupiditatemque propriam arguunt. Nos, cum improbi sint, eorum detractionem, veram Pio ascribamus laudem, & hoc habeamus certum documentum eorum, improbitatis, quod illi non placuerunt, qui semper recte expebat, quid quemque conueniret accipere. Vale. *Epist. 49.*

Hac Cardinalis Papiensis, contra Philelphum, & alios reponere. Addidit, & Georgius Lollius, Cardinali eidem Papiensi, ex occasione gratularoriae Paulo secundo ab eodem Philelpho scriptae, in qua quidem is Pio iniurius fuit, aliquantum de Philelpho, tum de Pio, non omitenda narrare, resellendis calumniis idonea, quas admiratores epistolae Philelphianae, libenter in Pium maximum pontificem, etiamnum contorquere non verentur. Ita habet epistola, inter Papiensium, num. 47.

Proximis diebus, cum ad te, vt saepe soleo, leuanda animi molestia gratia, pro tua in me beneuolentia & humanitate accessissem, multaque inter nos variis de rebus, vt fir, sermo habitus esset, multa; leuitando conuoluissimus, incidimus in epistolam Francisci Philelphi, quam ad Paulum Pontificem Maximum scribit, dignam auctore suo,

XXXV. A calumnia Philelphi iterum defenditur Pius PP.

& ab eius consuetudine minime aberrantem. In Pium pontificem inuectus, cum de Pauli pontificatu gratuleretur, eiusque laudes contra sui naturam explicari conatus sit, vix illas, quae & praecate, & innumerae sunt, ait git. Neque enim quempiam laudare, Philelphi est officium. Quo enim pacto laudem proferre potest, qui virtutem, quae in laus sequitur, non nouit? In maledicendo se exerceat opus est, cui semper vitia familiarissima sunt. Facile lingua sequitur, mores diceatis. Facilis est inuectio domesticorum, semperque se comitantium. Nec latuit hoc Philelphum, qui grauissimos, ac clarissimos quosque nostrae aetatis viros, maledictis, ac spurcissimis verbis semper est persecutus, mores suos in aliorum persona effingens. Quod si quando, & si raro aliquem laudauerit, licet vera sit laus, tamen sine spe quaeritis, ad quem solum anhelat, & nisi admira cuiuspiam boni viri detractio, nusquam efficit. Sublata autem nummi spe, ad suam maledicendi consuetudinem redeat oportet, a qua nec accepti beneficii ratio, nec suspensus contraditionis pudor reuocat. Quotiens enim Pium summis exultat laudibus? nec cessauit ad vltimum vsque vitae illius spiritum. Tanta auri audientia corripitur, vt non fidei, non iustitiae, non amicitiae, non existimationis rationem vllam habeat. Omnia quaerit exposita sunt. Taceo multa, quae cum vera, tum etiam nota sunt, & nisi impudice resiri non possent. Nec Epistola illa quaestae caret, quam ad Paulum scribit. Ad numeros vertitur, illos quaerit; illic redit, & conuoluitur. Id omnia verba sonant, illuc omnis euadit oratio. Et quoniam de Pio, quem viuentem tantopere laudauerat, spes omnis per eius obitum cecidit, eum mortuum maledictis afficit, acceptorum beneficiorum immemor, & sibi ipsi, suisque dictis impudens aduersarius, qui omnia vix dicta, omnia facta, & cogitata eius ad caelum extulit. Vnde haec tota, & tam subitum mutatio? Quid haec hominis inconstantia? Verba sua eum condemnant: ipsa eum resellunt; suis se ipse armis transfigit. Non video, quid peccauerit diu mortuus, qui viuens, tam maxime, tam frequenter a Philelpho laudaretur, nisi in hoc forte deliquit, quod mortuus est. Certe nec in hoc culpandus. Nam mors omnibus communis vel inuitis accidit. Fateor, cecidit cum eo & nummi spes. At non debebat Philelphus in Pium inuehi, sed in mortuum magis, quae Pium cum spe ademit. Sed non potest, ille male loquam naturam suam coercere, praefertim ubi emolumentum spes non repugnat. Cum audax ille mentitor in illa epistola, plura contra Pium communitus sit, non puduit aarum dicere, & auri cumulatorem: & quo eloquentiae, ac doctrinae gratiam, quam in eo summam fuisse inficiari non poterat, sibi petulanti quadam mentiendi licentia arroget, auditorem suum fuisse, a quo & Rhetoricam attem, & poeticam Florentiae didicisse, dum ibi Eugenius pontifex esset, affirmare non erubescit, & praecatori suo Philelpho, minus, quam par erat, gratiam extitisse. Pius, cultor auri, cumulatorve fuerit, an beneficis, & meritis gratus, praeter eo. Id enim cum omnibus, tum maxime tibi notum. Pecunia non paruum vim Philelpho male merito, bis dedisse me mihi, semel Romae cum primum pontifex fuit, iterum deinde Mantuae. Fateor tamen, non fuisse vltimam liberalitatem, quae in viros probos sponte exhibetur. Tunc enim non probo viro elargitus est, nec sponte, sed importuna illius insolentia, multique verbis fere acutus, tandem expugnatus, videlicet, quae nec Philelphi mores probabat, nec laudem ab eo quaerebat, a quo vituperari, quam laudari praefert. Quae enim ab impurissimo ore laus manare potest? Recte diui-

nus ille pontifex, Nicolaus Quintus, qui cum ei Philelphus libellum laudum suarum inepite, sine vlla grauitate conscriptarum offerret, magnanimus vir, & omni laude dignus, cum nec scribentem, nec scribendi modum probaret, libellum illo spectante igni combussit; & ne avarus putaretur, mercedem ei dedit, ac de rebus suis deinceps tacere iussit. Non sunt vix laudes, quae Philelphi egant patrociniis, gestis, non pecunia comparatae. Per se notae sunt, suis persistunt viribus, plurima eius monumenta, diu quae permancbunt, multos habent praecones, vixque quicquam nostrae aetatis laude dignum exprimi potest, in quo non partem ferat Pius. Erat in eo, vti scis, summa vis dicendi, qualem aetate nostra, pace omnium dixerim, nemo attingit: nec puto quempiam vllum vquam tempore extitisse, cuius eloquentia tam multas, se viuente, non decam hominibus, sed nationibus patuerit. Cicero, eloquentiae, & Latinae linguae columen, non a sumum ad exteras gentes, mortuus magis, quam viuus extendit, qui vel ad Senatum, vel ad Quirites, vel ad iudices verba fecit. Nonnumquam, vt fertur, etiam in Graecia orauit; priuatim, ad amicos, maxime conciuces scripsit. Scripta sua fere omnia, Romae, vel ruri composuit. Idem & alij in sua quisque ciuitate, & apud suos effecerunt. Erat praeter ea tunc, licet Latine, tamen recens adhuc populi Romani Imperium, & Latina lingua non idum per alienas gentes diffusa, vixque finitimus nota. Pium autem nulla non Europae natio frequenter concionantem audit. Romae, non ad Senatum, non ad populum, non ad iudices, sed ad vniuersas nationes saepe orauit. Idem Senis fecit, & Mantuae, vbi totius Europae frequens habebatur conuentus; ac iam pontificatum adeptus, quo tempore clarus apud omnes, qui Christum colunt, euaserat. Antea etiam Roma, Neapolis, Senae, Mediolanum, Pavia, & in Germania, Basilea in Synodo, Vienna, Ratispona, Francfordia, praga, eum publice orantem viderunt. Epistolae sparsim ad cuiusque nationis viros doctos scriptae, & vicissim receptae reperuntur. Non comparo Pium Ciceronis. Id enim doctissimorum virorum sit iudicium; sed quod viuens clarus apud plures fuerit, non dubito. Hanc tantam, & tanti nominis claritatem, cum obscurare non posset audax ille mentitor, se tanti discipuli praecptorem falso asserit, & Pium praecptori suo ingratum, quem poeticam, & Rhetoricam Florentiae, dum ibi esset Eugenius docuit; multos habet testes, & quidem praestantes viros. Nam & tempus celebre, & locum non obscurum designat. Plurimi sunt in Romana Curia, qui cum Eugenio Florentiae agebant. Multi sunt Florentini viri clarissimi, qui tum literis operam dabant. O quam facile mendax capitur, & seipsum tuetur veritas? Ego a tenerioribus, & inuenilibus annis, fortunam, mores, & studia vix, & vbi, & quanto tempore, & quando in Italia deguerit, ostendam. Intelliges profecto eum numquam Florentiae vidisse Philelphum, nec Eugenium: quin nec Florentiam ipsam, nisi cum viator illam pertransierit. Natus est Aeneas, qui pontifex factus nuncupatus est Pius, 8. Calendas septembres anno salutis sexto supra quadringentesimum, ac millesimum, in oppido Corsiniano Senensis agri, cui Pientiae ab eo nomen est inditum, nobili, ac potenti olim familia vico lominum. Sed cum dissidentes Senensium potentiores, & popululum in diuersa trahentes, mutuo se formidarent, & Respublica interitura videretur: tandem vt publicae consulere vilitati, & mutuo se metu exuerent, comani consilio, ac sponte sese a ciuitatis regimine abdicarunt. Ita deinde illa cum aliis passim, & opibus diminuta est. Erat patri Syluio praedignitate familiae tenuis patrimonium, quia post-

Nicol. PP. librum a Philelpho scriptum de eius laudibus comburit.

humus erat, & plurima tutorum incuria perierant. Vnde cum honestam in Vrbe vitam trahere non posset, Corfiniam, vbi cum vxore, & liberis fere omnia ruris munia obibat, se continebat. Prima litterarum elementa Aeneas, a Petro quodam Sacerdote didicit. Hunc tu senem podagrosam, ad Pij pontificis pedes prouoluit, paucos post dies, quam pontificam adierat, vidisti. Didicit & nonnulla Grammaticae initia a Syluio, qui eius rei non omnino erat expertus. Tanta auaritate litterarum studia, ad id natura cooperante se stabatur, vt quicquid temporis subtrahi poterat, litteris impenderet. Sed quid sine libris, sine praetceptore inter rusticandum adipisci poterat litterarum? Igitur octauum, ac decimum aetatis sui annum agens Senas perit, vbi a Nicolao Lollio, optima indolis adolescens exceptus est. Erat enim Nicolao nupta Bartholomaea Aeneae amita, matre tantum cum Syluio communi. Nam pater ex Tholomaeorum familia fuit. Ibi Aeneas sedulam litteris operam impendit. Primum habuit praetceptorem Antonium quendam Arretinum, a quo Grammaticae artis praetcepta accepit. Audiuit & Marthiam Lupium claudum, in cuius suram, inuectus est Antonius Panormita, h's versibus,

*Dic mihi, cur Lupi longos vestris amictus  
An vitium sura vis aperire rogat?*

& Ioannem quendam Spoletanum. Abijs & Poetas, & Oratores nonnullos audiuit; quia publica mercede conducti adolescentem docebant, sed parum ab his hausit, praeter Grammaticam. Domi erat studium suum, vbi libris ab amicis sibi accommodatis die, nocturne vigilans utebatur; tanta diligentia, vix somno, & cibo indulget. Tribus hebdomadae diebus non coenabat, & saepe studiis vehementer intentus, ne interrupteretur, cibo abstinuit. Erat enim natura, famis, & vigiliarum tolerantissimus. Accedebat auaritas discendi, & inopia vrgebat, ne nimia in commoditate librorum, dominos afficeret, diligentiam matrem cumulans, ex libris plurima exceperit. Mane multo ante lucem surgere consuevit, & ne quid temporis studio vacaret, cum cubitum iret, libros ad lectum deferrebat, vt quod est inter vigiliam, somnumque lectando contereret, quoad arctior somnus eum exciperet. Vidi cum in cubitulo ad lucernam legisset, & dormitanti linteum, quod capiti, vt moris est dormientium, conuolutum erat, ignis apprehendisset, illeque incautus, & grauiore somno pressus, & librum clauderet, & lumen extingueret, dormiens, non ante excitatus est, quam ignis omnia passim absumens, ad tempora vique populabundas penetravit. Quare laesus experrectus, reique ignarus, cum omnia flamma, & fumo repleta conspiceret, terrificus exclamauit. Plerique ex nobis, qui nondum dormitum ieramus, accurrimus, vidimusque omnia fuluo lumine innolui, ac totis Vulcanum spargere restibus, vt Maro inquit. Risimus te cognita. Hoc & ioci causa, & vt viri solertiam ostendam, enarrasse volui, quae vsus assidue, breui doctissimus videbatur. Iam epistolae scribere, Poemata componere, historias texere incepit. Linguae etiam Etruscae Franciscum Petrarham aemulatus, plurimos versus edidit. Exstant apud me harum rerum monumenta per e innumerabilia. In his ita dicit, vsus est praetceptoribus mortuis, magis quam viuis. Ciceronem, Maronem, Titum Liuium, & alios Latinae linguae principes habuit praetceptores. Erat enim Aeneas ingenium ad omnes disciplinas promptum, atque versatilis. Solertia, quantam natura capit humana, quam etiam senex, & aegrotans, ad extremum vsque vitae spiritum, te videntem, seruauit. Contulit se ad ius civile, cuius studium tum maxime senis florebat, in quo cum publicè, & acerrime disputantem vidi: cum tamen poetas, &

Studii Pius deditissimus.

O ato esnumquam deseruit. Ita quintum, ac vigesimum annum exegit. Inter haec inter Senenses, & Florentinos graui exorto bello, studio litterarum cesserunt amicus, & Aeneas pia inopia coactus, eas deserere videbatur. Forte aduenit Dominicus Capranicus, magni animi vir, Basileam petens, vt in Generali Synodo, dignitatem Cardinalatus videret. Hic assumptum sibi Aeneam secretarium secum duxit; & quoniam Florentia non patebat iter, Plumbinum se contulerunt, vnde postea Basileam peruenerunt. Sed inops Dominicus, inopem Aeneam diu sustinere non potuit. Plurimum Aeneas opera vsi sunt, Nicolaus Sanctae Crucis, & Ioannes Sancti Petri ad vincula Cardinales. Circuuii rotam fere Germaniam, Galliam adiuit. Angliam, & Scotiam ad nauigauit. Philippo etiam Mediolanensem Duci gratus fuit, & praepositorum Sancti Laurentij Mediolanensis obtinens nonnumquam Mediolani, & Papiam versatus est. Multa in Basileensi Concilio egit; quae ne eius historiam necesse videar, omitto. Cum Amedei, qui Felix Quintus a Basileensibus nuncupabatur secretarius esset, ad Fredericum Caesarem transiit, concedente Amedeo, data per Aeneam opera vt peteretur. Fuerat enim a Caesare laurea donatus corona, apud quem plurimum res sua creuit. Nam in secretarium primo receptus, deinde in secretis consiliis ad res arduas admittus est: vbi rebus Eugenij adeo fuit, vt sua industria, neutralitate Rhenensium Germanorum sublata, omnes Eugenio parerent, ad quem iter Legatus Caesaris missus, vltimo, loco nationis nomine obedientiam exhibuit. Ioannes Caruagialis Cardinalis Portuensis, vir doctus, & vitae sanctimonialis insignis hoc nouit. Mirro etiam Aeneas versus contra neutralitatem Rhenensium editos. Tergessinam, ac deinde Senensem Ecclesiam contectus, & Princeps Imperij factus, primus sententiam dicere rogabatur. Imperatoris Curiam non ante deseruit, quam ad Cardinalatum promotus fuit: quo tempore eius Legatum apud Calixtum pontificem agebat. Quid Cardinalis, quidque pontifex egerit, non minus tibi quam mihi notum est. Quam itaque manifeste Philelphus mentitus sit, ostendit, cum Pius, postquam primum propria patria egressus est, Florentiam, nisi Legatus Caesaris Romam versus, missus, numquam viderit, & nisi multis post annis, quam Philelphus Florentia exul, Senam venit; quae nec diu mores illius tolerauit. Adeo limaci, & cochlearum assimilis, omnia inquinat loca, quae adit. Haec percipitur, ne tanti discipuli gloriam Philelpho tribuendam falso censes, & simul vt a reatu ingratiudinis Pium iuste defenderem. Nam male merito homini, & turpiter consumpturo, elargiri non decet. Bene meritos, Pius, & dignitate, & opibus auxit; magis in dies aucturus, si vixisset. Probra, quae ille in eum iaculatus est, diluere, operae pretium non duxi, quod eius per se luce clarent sua. Vale.

Haec pro deseruione & gloria Pij, incomparabilis Pontificis, Lollius scripsit. Onuphrius Panuinus, istud ei epitaphium imposuit.

*Aeneas Syluius, Piccolominus, gente patritia, tenuioris tamen fortuna, patre Syluio in villa Corfiniana, agrum Senensis sortus, per omnium Romanae Curiae dignitatum gradus, ad munus apostolicum ascendit. Litteris humanioribus instructus, eloquentia, dextertate, & prudentia multum valuit. Primum Cardinalium Capranici, & Abergati scriba, deinde in Concilio Basileensi caeremoniarum Praefectus, & pro multis Legationibus egregie functus, postea Friderici III. Felici V. Eugenij IV. & Nicolai V. epistoliarum Magister, & a secretis fuit. Ad Eugenium IV. pro natione Germanica Legatus obedientiam, sublata neutralitate, eidem praesertit. A Nicolao V. Episcopus Tergessinus, & Senensis, a Calixto III.*

XXXVI. Epitaphium Pij PP. ex Panuino.

Pius Princeps imperij.

Diaconus

*Diaconus primo S. Eustachij, mox Presbyter Cardinalis titulo S. Sabinae creatus est. Quo mortuo, Romae in Palatio Vaticano XVII. Cardinalium suffragis, Romanus Pontifex, XVI. Kal. Septembr. Anno Domini M. CCCC. LVIII. denunciat, & III. Nonas Septembr. coronatus, Imperatore Caesare Friderico Augusto, sedit annos V. menses XI. dies XXVII. Ordinationibus tribus habitis XI. Cardinales creauit. Obijt Anconae in Piceno, dum bellum in Turcas adornaret. Corpus Romam relatum, in Basilica S. Petri, marmoreo tumulo conditum est. Vacauit Sedes dies XVI.*

Sententiam, quam aliquando dixit, Sacerdotibus magna ratione sublatis nuptias, maioris restituendas videri, Basileae, in schismate, Aeneas, non dum sacris initiatus, non Pontifex dixit, ac Basileae dicta, & acta, Pontifex factus retractauit.

XXXVII. Mortuo Pio, die, quae secuta obitum est, producto in templum cadauere, feretroque solenni impo-  
situs, iusta a Cardinalibus verueto more perfoluta sunt. Inde, Christophoro Mauro, Venetorum Duci, qui classe in bellum Asiaticum instructa appulerat, datus est Patrum Senatus: appellandus enim illos de re publica ante abitum indicabat. In eum cum venisset, receptus in consessum inter duos postremo Cardinales, amplissima oratione Pium recens defunctum laudauit, cum diceret, eum verum Pastorem fuisse, dignumque successorem Petri Apostoli. Obitum quoque intempestiuum desleuit, quo non obscure intelligeretur conatus tantis interruptus esse, spemque expectati boni magnopere diminutam. Commendauit Venetorum Rempublicam consilij suscepti partem, hortatusque est Cardinales, eum legentem plebi Dei Pontificem, qui vel proficeretur incipit, vel se iam, incitationibus. Ecclesiae bellum cum socijs ingressum, collatis orationibus adiuuaret. Huic orationi, cum opportune responsum a Senatu est, postulatque subsidij non incerta spes praebita, rogatus est in sequentē adhuc diem esset Anconae. Illo ad classem reducto, conuenere mox ad consilium Patres, vtque animi illorum in se Dux, & socij cognoscerent, prima documenta, decreta illis sunt tritimes instructa, quae tunc in portu erant; recepta reddēdorum fide, si aut decretum non probaret iustitiam Pontifex, aut Pij exemplo ipse proficiscendum cum classe statueret. Matthie quoque Hungarorum Regi, cuius operam in sacro bello maxime scribebant Veneti, quemque adiutum pecunia cupiebant, ipsique aliquando adiuuerant, duo de quinquaginta nummum aurei, quae apud Pium in aena tunc sunt, concordibus sententijs data. His illi decretis laeti, cum gratias amplissimas egissent, inde soluentes, Venetias reuecti sunt. Patres porro ad legendi curam Summi Pontificis conuersi, Romae legendum esse contendebant; non modo quia Collegae nonnulli propter senium venire Anconam ipsi non poterant, sed magis, quia sacris legibus ad id cogebantur, electionem ibi fieri oportere dictantibus, vbi Romana est Curia. Curiam vero Romanam caesarum sacrum tribunal appellat, quod Pius ad leniendos de abitu suo Romanorum animos, apud eos reliquerat. Maturandum autem multis ex causis, atque iisdem grauibus indicabant, quarum illae non in vltimis erant, quod noui quotidie motus diuersis in locis Ecclesiasticae ditionis nunciabantur, passimque erant licentia, quasi decussio iugo, quilibet in quemque audendi: nec antea habitura finem videbantur, quam vindex esset electus. Septimo igitur die postquam Anconā discessum est, reuersi in urbem Patres sunt, & cadauer Pij templo D. Petri illatum, sepultumque in Andreae Apostoli cella, quam ille viuens pulcherrime adnotatam, ossium suorum, & S. Andreae capitibus tabernaculum esse voluerat. Conuocati postmodum in aedes Ludouici Cardinalis Aquilegensis sunt, qui Camerariatum Romanae Sedis tunc obtinebat. Liber referre nomina Cardinalium, qui adfuerunt e-

lectioni, vt etiam ex dignitate eorum rei gesta celebritas pateat. Conuenere Episcopi quattuor, Presbyteri tredecim, Diaconi tres.

1. Bellatione natione Graecis, summi ingenij, summaque eloquentiae vir, clarus Legationibus tribus, qui sedente Eugenio, cum de processione Spiritus S. in Synodo Florentina inter Latinos, & Graecos magnis contentione bageretur, ad quam Imperator Constantinopolitanus cum Patriarcha, & Episcopis Graecis conuenerat, primus veritatem agnoscens, suorum per inaciam condemnauit, atque ad Ecclesiam Romanam concessit: eam ob causam Cardinalatu ab Eugenio donatus.

2. Guilelmus Episcopus Ostiensis, consanguinitate Reges Francorum aringens, doctrina Pontificij iuris, & Principum clientelis, vna quoque ad Gallos suos Legatione insignis.

3. Ioannes Caruagialis Episcopus Portuensis, Hispania oriundus, praestans & ipse Pontificij, ciuilibusque iuris interpres, qui ante Cardinalatum & postea coplures, eademque operosas Legationes, pro Romana Ecclesia, & Christi fide, sub tribus Pontificibus, nouissimam ad Hungaros obiuit, quibus pugnantibus Turci apud Belgradum ingenti praelio sunt superati. qui etiam habuit per omnem vitam integritatis, & continentiae notissimam laudem.

4. Ab eadem natione Frater Ioannes Turrecrмата Sabinorum Episcopus: cuius vmbra gloria, praecedenti non cessit laboribus; primas inter Theologos huius temporis tenens, propter auctoritatem Sedis apud Gallos defensionem: quamquam ex Praedicatorum esset Ordine, nullaque adhuc dignitate insignis, ad Cardinalatum Eugenio sedente vocatus est. & scripsit Commentarios diuinarum rerum complures, vtiles illos, & magni in Ecclesia aestimatos.

5. Ludouicus a Patriarchatu Aquilegeni nuncupatus, cuius fuit foris, quam domi maior: commendatio. qui ministrum impiguit, atque in multis vt lem Eugenio se praebuit. Sfortiani enim sua opera Picensi agrum, quem occupant, coacti sunt dimittere. Prius quoque eo Legationem gerente, Bracciani, qui duce Nicolao Picinino vexabant Pontificem, apud Anglarium oppidum fusi, fugatique sunt. Missus quoque a Calixto III. in Turcos Constantinopolim nauigauit, nonnullisque per Aegeum receptis insulis, d' illud soluta postmodum classe Romam reuoluit. Solus apud Eugenum, in cuius fuerat famulatu, voluit posse. Vtinam tam religiosi animi, quam ad secularia vigilis.

6. Latinus tituli SS. Iohannis & Pauli ex nobilibus, vtriusque Vrsinorum familia, praestans ingenio, moribusque, & facilitate vitae laudabilis, qui Referendariatum sub Nicolao Pontifice gessit, & a Pio Neapolim missus coronam regni Ferdinando Aragonensi imposuit.

7. Alanus tituli S. Praxedis, genere Brito, sua, & fratrum, cognatorumque nobilitate praclarus. qui Legationem ad Gallos pro fide gerens, tritimes, vtriusque multa in Turcos parauerat, si sancta Calixti consilia non intercepissent varij casus.

8. Philippus tituli S. Laurentij in Lucina, Sarezana oppido Thusciae ortus, qui a Nicolao Quinto fratre eius in Cardinalem assumptus, Legationem in Picensi secunda fama administravit, & a Pio maiori Praenitentiarum factus, homo in omni vita verax, & integer.

9. Ioannes tituli S. Prisca, Zamorensis ciuis, & Praeful, cuius prima iuuentus ingressa urbem in extremum hoc tempore senium perueuerat, vir laboriosus, & iustitiae minister intrepidus. qui diuersis temporibus cunctos pene Magistratus Curiae solus administravit.

10. Iacobus tituli S. Anastasiae natione Romanus, benignitate insignis, & bonorum semper consilio-

Card. ad conclave ingreffi reuertentur.



rum se ditor quem paulo ante Cardinalatum Spoletano praesidatui, dehinc Perusino Calixtus praeficiens, mox in collegium ad opt. nit.

11. Richardus tituli S. Eusebii Normandia ortus, inter suos ad modum celebris, cui olim Carolus Francorum Rex iustitiae administranda, & regendi consilij primam apud se locum concessit. Sacerdos in dicenda sententia liber, & in proposito constans.

12. Angelus, natione Romanus, tituli S. Crucis in Hierusalem, cuius integritas ma via ad Cardinalatum ei est suffragata. qui haecenus annos octo cum summa innocentiae aeternatione difficilem Bononiae Legationem administrabat.

13. Berardus ex proxima Narniae civitate, tituli S. Sabinae, qui Rotae primo iudex factus, inde Spoletinae Praefectus Ecclesiae, post laboriosam administrationem omnium Magistratum Curiae ad Cardinalatum assumptus Perusinum legationem accepit. vir propofiti enax, & severus iustitiae cultor.

14. Bartholomaeus Roverella tituli S. Clementis, qui a Secretariatu Eugenij ad Ecclesiam Rauennatem vocatus, ac post sedente Nicolao in Angliam Legatus missus, Praefectusque omnium pene prouinciarum Ecclesiae diuersis temporibus factus prudentiae & integritatis clarissimum specimen dedit. Nonissime quoque in regnum Neapolitanum a Pio missus, non minus diligentia sua Ferdinandum Aragonensem contra Andegauenses iuuat, quam exercitibus alij.

15. Ludouicus Leberius, tituli SS. Petri, & Marcellini, amor, & deliciae sacri collegij, qui nobilitate generis inter Gallos excellens maternum, & paternum stemma a Regibus Francorum ducebat, puri admodum cordis, & ad charitatem omnium nati. omnibus ita charus, vt non fuerit eius vita iucundior, quam paulo post, quae accidit, mors tristior.

16. Rodericus ex Ciuitate Valentia tituli S. Nicolai ad Carcerem Tullianom, qui iuuenis admodum a Calixto III. auunculo Cardinalis factus, Picenae Legationem constanter sime gessit, moxque Vicecancellarius Romanae Ecclesiae factus est.

17. Franciscus S. Eustachij, sororis Pij filius, qui eandem Legationem toto quadriennio summa Prouinciae alium benevolentia rexit, Saxo feratunq; oppidum, quod in potestate tyrannorum erat, recepit.

18. Franciscus, S. Mariae Nouae, loco, non intelligentia vltimus. Ludouici Marchionis Mantuani secundo genitus filius, qui materno genere Brandenburgensem domum, Danorumque Reges, atque ad eum Fridericum III. qui hoc tempore Romanorum habuit imperium consanguinitate attingit, prudentis consilij, atque ante annos, viiilem curam, grauitatemque gerens.

19. Iacobus tituli S. Chrysoconi, Lucensi patria natus, qui sextumdecimum abhinc annum Urbem ingressus, post longam inopiam, miserante Domino, primo Calixti, deinde Pij Secretariatum adeptus, moxque Papensi Ecclesiae Praepositus, & ad Cardinalatum vigesimo post mense assumptus, nulla Principum, vel maiorum, sed sola virtutis commendatione adiutus. qui salutaribus vigiljs, ac permultis ingenij documentis, vel repressit aliquando, vel oppressit impiorum consilia, nec non manuum puritatem in maxima corruptelarum opportunitate seruauit.

20. Petrus Barbus, Venetus, tituli S. Marci. de quo paulo post dicemus.

Hic eum, quem diximus, locum conuocati, dissidere inter se non mediocriter inceperunt, de loco ad Conclauem eligendo. Contendebant nonnulli, vt intra Urbem ad aedem Mineruae, plerique vt in Vaticano iuxta antiquam consuetudinem, statueretur. Dissensionis praebuit causam Adriani moles, nondum sacro Collegio tradita. Antonius ex sorore Pij filius,

Vicarijs custodibus illam tenebat, aberatq; ipse tunc Celani, quae Marforum est ciuitas: sentire vero cura Vrsinis proceribus putabatur, quorum factio plerisque Cardinali im esset suspecta. Illud quoque proponere: vt ad metum, nisi Pontifex Ferdinando Aragonensi non gratus eligeretur, prohiberetur esset molem restituit. Gener quippe eius erat Antonius, fortunaeque omnes suae defuncto auunculo in illum respiciebant. Qui ergo haec metuenda assumabant, inter medios Romanos eligendum esse aiebant, apud quos tuti ab omni contumelia praestarentur: augentes formidinem de mole, neganteq; vel ad Nonendiale sacrum, vel ad conclauem se anteituros, quam redditam Molis custodiam intelligerent. Transiendum vociferabantur per angustias pontis, & sub turribus communis, vbi facile est: quemque illorum sublati catenis comprehendit. admoneri illos Pontificijs legibus, liberam electionem oportere esse, nec vlli obnoxiam metui, eam autem totam tolli arce superimminentem non reddita. Qui vero a iter sentiebant, putantes formidinem confictam esse, magisq; ad ambitionem, quam ad modum pertinere, Vaticanum respondebant; an iquam Pontificum sedem esse; in eo decentur, quam alibi de constituendis successoribus agi; Antonium, cum arcis custodiam suscepisset, Pio iurasse fidem quamdiu viueret, eo defuncto Cardinalium collegio illam seruaturum, eo defuncto Cardinalium collegio illam seruaturum, cum requireret: nondum repetitam esse; nec oportere metem iuuenis ante damnari, quam nati. Incredibile videri, eam, qui tanta beneficia a Sede Apostolica tulisset, propter Vrsinos, aut Regem velle facinus tam ingratum admittere: esse hic fratres eius duos germanos, alterum Cardiualem, alterum priuatum; ambos vero in Collegij potestate; non vsq; adeo amantem illum futurum, vt chariorem sibi molem Adriani putet, ad quam non possit accedere, quam fratrum duorum salutem, qui Romam tamquam ceita pignora tenerentur. Ad haec audiri quotidie custodum voces pleno studio Ecclesiam inuocantiu; quam non inuocarent, si aduersam Antonij mentem cogitarent: futurum breui, velle sacri collegij acceptis literis, missurus sit, qui molem vel Patribus, vel nouo Pontifici tradat.

His itaque, atque alijs, Cardinalium pars maior ad Vaticanum inclinans, dissentiente: traxit ad se. Igitur celebratis exequijs, & Conclauem iam constituto, sexto Calend. Septembris, hoc anno M. CCCC. LXIV. recluserunt se omnes ad nouam electionem, in antiores Pontificiae Vaticanae aulis. Custodiae primae, & quae proxima Patribus fuit, praesuerunt Episcopi decem, qui scrutarentur singula, quae vel cibi, vel alterius rei causa inferrentur ad eos, differentesque eligeret decretis Patrum, ad maturandum: r. cl. ent. Secunda, Oratores Regum, Principumque, qui Romae inuenti tunc sunt. Tertiam autem, quae vltima erat, Praetoriani milites asseruabant. Diem, quae secreta ingressum est, totam formandis legibus impendere ad sanam Pontificum administrationem maxime necessarijs; quibus Patrum quisque subscribens iuiceturando, votoque promitteret, obtinperatum se illis, si ad Pontificatum assumi illum contingeret. Ista praecipue fuerunt.

1. Vt quisque Patrum in Pontificem esset assumptus, inchoatam expeditionem in Turcos, quantum Romanae Ecclesiae paterentur opes, continuaret, prouentumq; aluminis Tolphani ad eam rem integrum exhiberet.

2. Lapsos Curialium mores, ad Patrum disciplinam restringeret.

3. Curiam ipsam, de prouincia in prouinciam, sine plurium ex Patribus, intra Italiam, & extra Italiam sine omnium assensu, qui subscriptionibus pateret, non transferret.

4. Concilium Generale Christianorum, intra tri-

XXXIX. Tandem Vaticanum eligunt, & Leges praescribunt a futuro Pontifice seruandas.

XXXIIX. Dissident Card. de electionis loco.

ennium coeret; in quo & Principes seculi ad tuendam religionis causam accenderentur, agraeque partes Ecclesiae communi medicamento sanitatem reciperent.

5. Cardinales non ante crearet, quam ij, qui creati iam haberentur, intra XXIV. essent redacti; maioremque hoc numero non pateretur in Ecclesia esse. Neminem quoque assumeret, qui non XXX. annum excederet, quiq; non professus esset, vel Pontificium ius, vel Civile, vel litteras sacras; nec nisi vnum, eumque huius generis de cognatione sua eligeret; in omnibus autem eligendis, sententias Patrum, non tacitas in aurem, vt ante, sed ex sublellijs, ad declinandos er. ore, palam acciperet.

6. De maioribus committendis Sacerdotijs non nisi in Consistorio sententia auditis decerneret; ius ad ea nominandi, nulli omnino permitteret. diplomata etiam non daret, quibus ad alienum arbitrium eadem se collatarum promitteret. Si qua essent antea data, vno edicto adimeret.

7. Non destitueret Sede sua Episcopum quemquam, Abbatemve, postulatione vlla Principum; nisi & talionem ex iris forma in se ante reciperent, auditiue rei in iudicio solenni essent.

8. Non Cardinalem, remve suam apprehenderet, nisi ex Patrum sententijs: non damna et etiam, nisi ex Synodali Constitutione, cuius est initium, SS. Praesul, &c.

9. Nihil porro ex omni patrimonio Ecclesiae, quod paulo insignis esset, in quemquam distraheret, aut eius censum minueret, nisi & assenserint Patres, & concessioni subscriperint.

10. Iisdem quoque non consulentibus, nulli non subito bellum inferret, aut ad inferendum, foedus quodquam iniret.

11. Testamenta defunctorum Curialium libera sineret.

12. Portoria nulla noua induceret, nec vetera augeter.

13. Principi Potentatuique tributum de Clericis sine ratione nullum concederet.

14. Arcium custodes iurare urando, vadimonijque adigeret, de ijs vacante Sede Collegio reposcendi tradendis. Eas, quae essent momenti maioris, solis Clericis, qui tamet suae cognationis non essent, committeret. Eundem vero, & arcis custodem, & Praesidem ciuitatis non faceret.

15. Praesidibus prouincia decedentibus, administratum omnium iudices daret.

16. Ducem Ecclesiastici exercitus, ex suo genere non constitueret.

17. Nihil in diplomatibus factum diceret ex Fratrum consilio, quod ad verum consulentibus ab eis decretum non esset.

18. Primo quoque mensium omnium Consistorio imperaret has leges ad innouandam memoriam ex scripto praesente se recitari.

19. Additum & his est, vt bis quotannis, per Calendas Decembres, Maiasque, Patres seorsum a Pontifice conuenientes cognoscerent inter se, an seruatae illae iudicaretur. Id si minus factum intelligerent, charitate, quae filijs in parentes est debita, vsq; ad terra rememoratiois officia transgressionis, & petiurij illum monerent, ad seruandumque precarentur.

His constitutis ad electionem procedi est ceptum, cuius solennitas seruari hac visa. Mane Patres omnes induti pallijs a summo deorsum vsque apertis, quas Croccias vocabant, in cellam B. Nicolai, quae ad dexteram primae aulae erat, silentio conuenerunt. Ibi diuina Spiritus S. per Custodem Sacraij Apostolici rite sunt celebrata. His absolutis, suo loco disposuerunt se per sublellia. Quisque, quod decreuerat, eligere in codicillo ante descripterat, huncque suo annulo obfigurat. Inde tres tantum ex Patribus ad altare ascen-

dentis, primi videlicet inter Episcopos, Presbyteros, & Diaconos, calicem sacrificij in quo ea die fuerat consecratum, ad medium altare constituentes, custodes ipsi omnium asstiterunt, atque inspectores. Post haec eodem ordine processerunt reliqui, atque ante altare in genua procidentes, codicillum sigillatim in calicem demisere. Id vero postquam ab omnibus factum est, tres illi, quos diximus, calicem ipsum ad ceteros inferius confedentes, sublatum altus retulere, confisteresque in sublelliorum medio, vnde & spectari, & audiri a circumstantibus possent, numerarunt mox codicillos; quorum vt conuenisse numerus inuentus est, singulis ab Episcopo aperti, & lecti, proximo Diacono pronuncandi traditi sunt. Patrum quisque papyrus tenens, ac pugillares, quem quisque elegerat, suo chirographo annotabant. Solent Cardinalium partes duae, veteri decreto Pontificem facere, qui numerus si ex codicillis non adimpletur, liberum est cuique, quem voluerit Patrum non electum a se scripto, voce eligere; quae electionis ratio verbo receptae consuetudinis accessus dicitur. Inaudicum vero fuit praesenti, & maiorum memoria, quempiam ex solis codicillis electum esse. Vocum accessio confiteret totum opus solta est. Igitur omnibus legitime obseruatis, duodecim Cardinales inuenti sunt, quorum Petrus titulo S. Marci, ex codicillo elegerat, annos quadraginta, & octo natus, Venetum natione, & in Barbarum nobili familia ortum. Duae tantum voces ad complendam electionem videbantur deesse, cum subito Patres alij quattuor vno ferme momento ad reliquos accessere; tanta quidem celeritate, vt dubium apud Cardinales fuerit, cuius esset vox prius audita. Cardinales, etsi superare ad perfectam electionem suffragia intelligebant, iamq; pro Pontifice habebatur Petrus, tamen vt vnus omnium esset consensus, exquiri sigillatim eligentium sententias voluerunt. Bessia ion itaque Tusculanus Episcopus, primum in Collegio locum habens, vnumquemque ordine compellans, rogauit, num ea placeret electio. Cum vero ab omnibus prona assensione placere responsum esset, conuersus ad Petrum, Patres, inquit, hitu in Pontificem elegerunt, & ego omnium nominibus te eligo. id agens videlicet, vt quae sunt ad electionem legitima, viderentur in hanc conuenisse. Papien. Comment. lib. 1. & 2.

PAULI PAPAE II. ANNO I.

Natus est Paulus Venetis, patre Nicolao Barbo, viro illustri, matre Polixena Condulmaria, Eugenij IV. Pont. Max. germana. A sacro fonte nomen Petri adeptus, tanta gratia, ab educatione religiosa pollebat, vt omnes Venetorum vxorij, non nisi Petro similes filios sibi optarent. Pietatis in primis studium a matre condidit, cum illam templorum adyta frequentantem puer vbique consequeretur: atque natu postea grandior, puerorum agmine collecto, ipse eis ad omnia deuotionis officia praerit, templorumque limina, quasi ex auctoritate compellaret. nimirum non contemnendo praesagio futuri Principatus, in quo omnibus postea Christi fidelibus ad religionis cultum viam praerentaret. Adolescentiam per honesta litterarum documenta ad eum modum egit, vt cum studijs bonarum artium, probitatem moru coniunxerit, neque vanitatibus ijs sese dederit, per quae iuuentus prono pede in decline fertur. Antequam litteris se daret, adolescens adhuc iturus in mercaturam erat, quae apud Venetos in pretio est, & a Solone non improbat: & iam serinium, & arma in tritremes detulerat, cum ei nunciatum est, Pontificem creatum esse. Substitit itaque adhortantibus amicis, & fratre Paulo Babo maiore natu, ac litteris, licet iam aduoluerit operam dedit, praerceptore vsus, Iacobo Ricionio, qui diligentiam hominis ea in re laudare consueuerat. Ha-

XLI. Paulus II. describitur.

XL. Eligunt Petrus Barbus in Pontificem & Paulus II. appellatur.

buit & alios praecceptores; quos omnes, praeter Ricionum, dum Pontifex esset, dignitate, & facultatibus honestiores reddidit, ostendens per eos non stetit se, quo minus doctior euaderet. enimvero ob aetatem non admodum eminenter profecerat. Paulus Barbo, magni animi, ac prudentiae vir, cognita fratris natura, quietis, quam negotiorum appetentior, Eugenium, ad quem visendum Ferrariam sese contulerat, rogauit, ut ad se Petrum vocaret, initiatumque sacris in aliquo dignitatis gradu collocaret. Accitum illum Pontifex, in Clericorum numerum adscripsit, & primum Bononiensem Archidiaconum, deinde Ceruensem Episcopum, ac paulo post Prothonotarium Sacrosanctae Sedis, ex his, qui emolumentorum participes sunt, creauit. quoniam in munere tantam apud Purpuratos Patres opinionem innocentiae, & probitatis de se conciliauit, ut illi ipsi nihil cogitante Petro, Eugenio suaserint, qui eum sacro collegio adijceret. Dederat specimen, vel in strictiore viuendi consuetudine, quando matris exemplo, interpolatis Quadragesimae diebus, pane tantum, & aqua contentus, religiose ieiunaret. In hoc pietatis studio procurentem, & vna cum eo Aloysium Patavinum Medicum, quem postea Patriarcham Aquilegiensem, & Camerae iam appellauerunt, Eugenius Pontifex Cardinalibus adscripsit. Inter Cardinales summa omnium laetitia cooptatus, comitatem praecipue, & facilitatem, post reliquas virtutes praefertit, ipsique artibus tum apud Eugenium animum, tum apud successores illi Pontifices Nicolaum V. Calixtum III. Pium II. tum apud vniuersum sacrum Senatum, magna gratia polluit: apud Nicolaum praecipue, apud quem tantum suauitate morum valuit, ut & primum ipse locum de natione sua apud eum tenuerit, & ita Nicolaum animauerit, ut Camerario nimiam dignitatem, aliquantum imminerit. Erat enim natura blandus, arte humanus, ubi opus erat, praeterea vero eo sese demittebat plerumque, ut cum precando, rogando, obestando, quod vellent, consequi non posset, ad faciendam fidem precibus lacrymas adderet. Quam ob rem Pius Pontifex, hominem, Mariam piensissimam appellare interdum per se cum solebat. His artibus apud Calixtum vsus pepulit hominem, ut Aloysium Cardinalem cum triremibus in Turcos miserit, ostendens hominis amplitudinem huic tantae rei maxime conuenire, cum aliis, & exercitus duxisset, & ditionem Ecclesiae ab hostibus constanter tutatus fuisset. Eisdem rationibus, Calixtum illum ipsum deinceps ita in sententiam suam semper traxit, ut donec vixerit, nullius magis, quam huius consilio sit vsus. Facile ergo quicquid volebat, sua, vel amicorum causa ab illo impetrabat. Erat enim propensior in amicos, & quos in clientelam susceperat, quibuscumque rebus poterat, iuuabat, ac constantissime tuebatur, cum apud vnumquemque Magistratum, vel tum maxime apud Pontificem. Tanta praeterea humanitatis fuit, ut in agritudine Curiales ipsos, qui aliquo in pretio erant, inuideret, & quibusdam remedijs adhibitis, eos ad valetudinem curaret. Semper enim habuit vnguenta Venetijs aduecta, pharmaca, theriacas, & caetera id genus, quae curanda valetudini faciunt, ex quibus aliquid ad aegrotos mittebat. Infirmorum porro ex famulatio suo, tantam curam gessit, ut ipse saepius cibos aegrotantibus ministraverit, neque cibum ipse desumpserit, quam infirmo prospexisset. Presbyterij gradum & titulum in Diui Marci affectus, eam Ecclesiam sibi ornandam, populumque subiectum, qua exemplo, qua vigilantia singulari, ad sanctioris vitae cultum amplectendum sibi designauit. Quapropter in ipsa Titulari Ecclesia, saepius rem diuinam facere, Canonicum diu-

num, nocturnumque officij pensum, singulis diebus, statis horis deuotius absolui iubere, parochianorum paternam curam habere, eorum animos Sacra Eucharistia proprijs manibus efficere, cereos benedictos, & reliqua pro tempore illis largiri, eis non tantum consulere; sed etiam pro facultatibus subuenire; anniuersaria Sacramenti festiuitate reuerente templum ipse ornare, & diuinam Eucharistiam circumferre non neglexit. Dececentium funera; non tantum honorifice curauit, sed etiam ipse per saepe comitatus est. Domum pro dignitate Cardinea, pone ipsam Ecclesiam, Regijs plane sumptibus a fundamentis extruxit. Adulatoribus, parasitis, & id genus infestis hominibus non modo aures, sed & fores praecclusit; nec nisi probitatis, doctrinae, atque modestiae amatoribus aperuit. Obtractatorum conuicia patienter tulit; in errantium famulorum delicta numquam commoior visus, tam constantem quam grauius, ac placide delinquentes castigauit. In conciliandis discordantibus animis, magnus artifex fuit, neque vllam quamuis difficillimam controuersiam inter discordes sententijs susceperit, quam pro voto vtriusque partis non composuerit. Euerfus Anguillariae Comes, opibus, atque clientelis praepotens, cum a Nicolao Quinto Pontifice, occulta inimicitia dissideret, ac iustam in se Pontificis indignationem veritus, clam exercitum armorum conscriberet, Petri Cardinalis consilio, & opera intercedente, arma deposuit, seseque humiliter Pontifici permisit. Idem etiam Petrus, inter Euerfum, & Visinos, propter interceptum, Taliacocij ab Visinis Comitatum, diuturno tempore cruentis armis decertantes, pacem conciliauit, & a Calixto III. in Campaniam Legatus, plerisque populis acri inimicitia dissidentes, ad perpetuam concordiam adduxit. In amicos adeo officij tenax fuit, ut & quamplurimis egenis, beneficiorum vsum fructu decesserit, & aliquos in discrimen vitae adductos, non modo protexerit, sed etiam extra periculum collocaret. P. Aloysius Borgia Calixti Pontificis nepos, in graue Vrsinorum odium incurerat, ut illi abeundi per omnes vias angulos insidias posuerint, quo se de illatis a patre & illo iniurijs, vel sero, sed serio vincerentur. Sciuit hoc Petrus Barbus, & hominem aliena veste amictum, nocte intempesta per vias anfractus, & pericula Vrbe eduxit, ac equis dispositis, per inuias vias, vsque ad arcem ciuitatis vetulae, per crebras Vrsinorum insidias traduxit, neque prius a litore Tyrheno discessit, quam Borgia velis triremem inflatis, ex aspectu se subduxisset. In mortuos Collegas adeo pius, ut cum illi decedentes extremam voluntatis suae, seu arbitrium, seu administrum Petrum eligerent, is non sua commoda, sed haeredem ex derelictis curauerit, neque quicquam, vel minimum in suos vsus detraxerit, Ecclesiae Vincentiae Praelatus, omnibus numeris Pastoralis officium adimpleuit. *Flatina in Paulo 2. Michael Canesius, SS. Laurentij, & Damasi Canonicus in vita Pauli Niss. Bibliotheca Vatic. num. 5626.*

XLII. De Pauli assumptione gratulatur.

persuasus

persuasus a Patribus in Marcum mutauit. Et cum id quoque minus idoneum putaretur, quod Veneri hac inuocato ne vrantur in praesentibus, ipseque Veneris studuisse patriae affectibus nimirum videri poterat, rursum in Paulum conuertit, quod Paulum Apostolum in moribus emendandis, in disciplina scienda, inque fidelium salute ardentiore zelo curanda, desideraret imitari. Incredibili laetitia a Patribus, & populo haec excepta assumptio est. Populus quidem ad Vaticanum conueniens, gaudio exultabat, datum Pontificem credens, qui Romanis amica semper sensisset. Patres vero illum circumstantes, benedicebant Domino, quod sine vlla contentione rem transigi cogerent, idque accidisset suo munere, quod pauci hoc seculo sunt assecuti. Non enim electis Pontificibus statim re ipsa sunt gratulati, multos inuidia, nonnullos metus, plerisque su ipsius ambitio coegit tristitiam sumere. Nubili vultus, & pallentia ora, multos animos indicauerunt. Hic vero, & ridere visum sunt omnes, & fratre inuicem gratulari. Vnus modo ex illis, qui raro in vita ei consenserat, parum ceteris consensisse visus est. Is erat Ludouicus, in cuius aedes conuocatos Patres diximus, Parauio ortus, & profusione medius, qui apud Eugenium IV. a quo Cardinalatum acceperat, auctoritate ante alios valens, atque huic ipsi Petro semper infestus, etiam ad hanc electionem, veterem mentis acerbitate attenuat. Ad hunc tamen, quod ager pedibus se se mouere non poterat, accessit Paulus, complexuque hominem, consolatus est, & bono animo esse imperauit.

XLIII. Pro expeditione in Turcas laborat Pius PP.

Ad V. Idus Septembris, ante fores Basilicae Vaticanae, triplici diademate, a primo Diaconorum, Roderico Borgia Pro cancellario ornatus, Imperatori, Regibus, ac Principibus Christianis, non in locum tantum, sed & in curam Pij Secundi se successisse significauit. Prima sollicitudo Pium habuerat, bellum sacrum in Turcas indictum prosequi, & tam sumptibus, quam praesentia iuuare. Itaque, & ille statim inito Pontificatu, idem moliri cepit, eaque de causa in Gallias quidem, Germaniam, Vngariam, Bohemiamque, Laurentium Ferrariensem Episcopum, ad Ferdinandum autem Regem Siciliae, Bartholomaeum Raennatem Archiepiscopum, Legatos destinauit, & prouentum omnem aluminis, ac quicquid inde percipi posset, Deo, & continuanda expeditioni, quam diu viveret, dedit; Oratorique suo ad Regem Vngariae misso, ut pecunias a Pio in visum sacri belli relictas, ei ferret, mandauit. Et ne quo casu, aut negligentia, tam sanctum opus intermitteretur, tres Patres, qui huic vni soli negotio ianigati erant, & ne quid Crucisignatus decesserit curarent, designauit. Quare, vna cum eius assumptione in orbem euulgata, summi, atque infimi omnes, ingenti laetitia perfrui sunt. Fridericus in primis Caesar, deinde omnes Christiani Reges, ac Principes, Legationibus ad eum congratulationis adiutatis, in coram vniuerso Patrum consensu, abunde restati sunt, quam singulari affectu suspicent Paulum, Petri Apostoli successorem, & Christianae reipublicae tam impense fauentem. Matthiae Hungariae Regis, & Venetorum Reipublicae, contra Turcas foederatorum, negotium agebatur, quod hi in Peloponneso, ille in Bosneni regno, arma in hostes mouissent. Ergo ille, ad primum rei nuncium, Tinnensem Episcopum, viuum summa eloquentia, & doctrina praeditum, quem ad Pium pridem miserat, datis citatis literis apud Paulum esse iussit, qui Pontifici obsequia prompta deferret, & aduersum commune Christianae reipublicae hostem, opem, & auxilia imploraret. Veneti Patres, decem Oratores primores Senatus, tum congratulandi, tum foedus confirmandi publico nomine causa ire iusserunt. Venerunt hi ad Pontificem apparatu insigni. Ipsi praestantes viri non ciuium, sed Regum praese Legationem

ferebant. Datum est illis Consistorium publicum, tanta frequentia, ut maiorem eo in loco homines temporibus suis non viderint. Sequentibus diebus, cum Pontifice, & tribus Patribus expeditioni prepositis, & cum Oratoribus omnium Regum, & Principum, qui aderant, actum est continuo, de ratione belli gerendi in Turcos. Exitus tractatorum hic fuit, ut Pontifex aureorum millia centum, quae obtulit, in hunc annum penderet, dispensanda suo, & trium Patrum iudicio: Ferdinandus Rex octuaginta, Veneri centum, Dux Mediolanensium septuaginta, Florentini quinquaginta, Dux Mutinae viginti, Marchio Mantuanus decem, Senenses quindecim, Lucenses octo, Marchio Montisferrati quinque. Antillis tamen, ne a Venetis quidem recepta est distributio, facultatem publicam se non habere causantibus. Omnes scripturos se ad suos, qui consultata essent, dixerunt. Inter haec ad diem IX. Septembris, vesperi venit Patavinus Episcopus, qui paulo ante cum Venetis Oratoribus fuerat, ac retulit ex recentibus ad eos literis nunciari, vno Soldani Aegyptij edicto, mercatores Venetos, qui vbi que per Syriam erant, comprehensos fuisset, & ad eum perductos in vinculis. Causam edicti fuisse aiebat, quod subditos suos sibi reddi vellent, quos in nescio quibus Venetorum triremibus, data fide accepit, fratres Rhodienses tanquam infideles, quos transiit huius Christianis non liceret, in captiuitatem abducerant. Eam rem magni esse nocuenti dicebat, non solum ad priuatas ciuium opes, sed ad publicam belli, quod gereretur, causam. Hinc quoque iam, sturam aliam narrabat securam. Obsidebat Sigismundus Malatesta supremo conatu arcem Misistratae Vrbs, quae quondam Regia fuit Despotorum: & occupata iam ciuitate, eius potiendae spem prope exploratam habebat. Ad inuabatur autem diligentia eius, vicinitate Venetae classis, quae ut Rhodum ad referretur Syriam perrexit, sublata spe propinquum subsidij, & prementibus Turcis, occasionem soluendae obsidionis dedit, perdita grandi impensa, quae in diuturna oppugnatione erat absumpta. Tinnensis Episcopus laetiora significauit. Matthiam Regem Vngariae, Iartiana victoria in spem rerum gerendarum satis animatum, traiecit Sano, in Mysiam superiorem, cum delecta suorum manu, & cum auxiliariis cohortibus Crucigerorum militum, quos Moldauiensis Episcopus secum adduxerat, misit, & Zoynichum Srebernichum exuberantibus argenti fodinis diues, ac nobile oppidum, atque obsidione circumuenisse. *Comment. Papien. lib. 2. epist. Papien. 4. 2. 54. 60. 66. 67. Rabus lib. 7. Pigna lib. 8. Iustinianus lib. 8. Bonfinius decad. 4. lib. 1. Michael Canesius in vita Pauli 2.*

XLIV. Poloni Crucisignati in Iudaeos insurgunt.

Ad hoc bellum sacrum, ne Cazimirus Rex Poloniae nomen daret, Prussico bello impeditur. Publicata tamen Cruce, permulti de Polonis priuati nomina dedere, ita ut ij prope duodecim millia hominum conficerent. Eorum Crucisignatorum militum nonnulla pars dum coit, & instituit se Cracouiae, re inter se comunicata in Iudaeos impetum fecit, effraetisque domorum foribus, facultates eorum diripuit, ac ne caede quidem abstinuit. Caei ex vtroque sexu Iudaei triginta ferme, ceteri in viciniam Ioannis Tencioj, Castellani Cracouiensis domum confugerunt. Eam quoque crescente tumultu post die expugnassent, nisi Ioannes Gruscinus Episcopus, & Iacobus Dembenius Praefectus, idemque Thefaurarius Regni, cum cohortibus suis anlicis, & Senatu, ac multitudine vrbana licentiam, atque furorem eorum repreffissent, Iudaeosque in arcem deduxissent. Multatus tamen Senatus est. *Cromerus lib. 25.*

XLV. Plurimi Germani in Turcas vadunt.

In Germania, praedicantibus Crucem Apostolicis Concionatoribus ingens motus factus est. Feruebant in eam expeditionem ferme omnes, nemo passus est auerti. Sacrilegium ducebant, si quis verbo interpo-



sito conaretur quemquam auertere. Ipsi etiam vulgauerunt, monitos se per visionem, Crucem fumere; alius in vestibus, alij etiam in cutem impressam crucem se reperisse. Mira confuges hominum ad id iter festinantiam. Nonnulli ex ditioribus equites ibant armati, portantesq; in zonis, vnde viuerent: sed longe maior pars erat eorum, qui sine armis, sine comitatu mendicantes abierunt, quasi in terram iuri, vbi obuia illis omnia fierent ad nutum. Omnes vtriusque ordinis spe meliorum incitati, eo contenderunt, quasi aut locupletandi in terris, aut vbi id non fieret, mox caelo collocandi. Moys Pij consilia dissipauit. Vandal. lib. 12. c. 30.

XLVI. Podiebracium ad obedientiam adducere curat Paulus PP.

Regem Bohemiae Georgium Podiebracium, cui Pius apud se diem dixerat, vt Ecclesiae conciliaret Paulus, non intermisit: cum ab initio credere cepit, illum non tam desiderio calicis, quam Pij odio pertinacem mansisse, eumque mutato Praefule, facile mutatum iri. Benignius igitur de re sua iam loquebatur, idque assiduus caprabat sermonibus, vt placabilitatem suam ille intelligens, voluntate faceret, quod contentione bus facere non credebatur. Ipse etiam audito Pij obitu, & Pauli successione, laetitia exultans, non obscure aiebat, diuina vltione sublatum de medio Bohemorum hostem, suffectumq; hominem Venetum, a quo ideo nihil timidum censeret, quod leuis ei nationi de anathematibus cura esse l. Ieret. Interius tamen dubius animi, cognita Caesaris Legatione, quam ad profitendam obedientiam Romanam mittebat, cum illo egit, vt dilatio mittendae suae excusaretur. Etenim repulsam timere se, ob diem nuper iudicio dictam; nec putare dignitatis suae esse, eam ignominiam suscipi. Si suspendere vocationem vellet Paulus, missurum se quoque ad eum, & facturum, quae imperasset. Suscepit rem Caesar, ac mox impetrauit. Paulus vero Pontifex, ad reduendum illum, Oratorem in Bohemiam, Episcopum Ferrariersem destinauit. Secundum haec Paulus, ad alias partes administrationis Pontificiae conuersus, varijs sermonibus inuicem dedit, cum & nonnulla, benigni animi argumenta ostendit, & pleraque moribus pristinis multum contraria. Cardinalibus, qui sacris induti vestibus, a Praelatis inferiori Ordinum p. aterquam loco non noscebantur, vsu mitrae seticae Damasce- ni operis, rubraque capitia indulgit, quibus soli Antistites Romani antea utebantur. Subsellia quoq; tam ad Senatus, quam ad sacrificiorum confesum altius eleuauit. Aureos mensuros centum singulis Patrum instituit, quibus annua quattuor millia ex Sacerdotijs non prouenerent. Episcopis quoque multis, vel eiectis sedibus, vel inopes Ecclesias possidentibus, pro conditione liberaliter erogauit. Humanum autem perhorrens sanguinem, in reos etiam grauissimorum criminum, solis carceribus vindicare sat habuit. Ne annonae difficultate populis vrbibus laboraret, re frumentaria in Campo Flore instituta, diligentissime prospexit. Agricultura, vt exercebatur, seruo edixit: pretia rebus imposuit, mensuras ad aequitatem reduxit; frumenti, armentorum, & reliquorum ad vsu vitae necessarium ingentem cepiam, aere publico, ac priuato, per vniuersam Ecclesiasticam ditionem distribuit. Vt vigilium rigorem imminuit. Simultates ciuiles inter vrbanos, ac Praefectorum in eos impotentem dominatum, siue sustulit, siue f. enauit. Antonium Cassarellum I. V. D. Aduocatum Consistorialem, & Ioannem Alperinum tamdiu in mole Adriani detinuit, quoad usq; odia reciproca deposuerint. Iacobum Ptolemeum, nobilem Senensem, Pontificatu Pij Secundi arcis Romanae Praefectum, crudelitatis, & iniustitiae accusatum, ex itinere, quo Senas clam properabat, Romam redire, atque omnibus satis facere coegit. Iustitiam porro tanta clementia temperauit, vt nonnisi dolenti animo, ac vultu capi-

Card. vrbis, & capitia indulget Paulus.

tali sententiae in aliquem, quem iam amplius tolerare non expediebat, sed tollere, prolata, subsciberet, neque ad supremum iuris rigorem in delinquentes animaduerteter. Haud immemor, quod ope Dinae Deiparentis Lauretanae valetudinem nuper, & postea summum fastigium adeptus esset, Lauretanum illius templum moliri instituit; ac praefigens iam animo futuram olim amplitudinem eius loci, veteri templo disturbato, ingentem circa aream in fanis occupauit fundamentis, ac opus inde ceptum, strenue adificare perrexit. Bonam templi Lauretani partem ab eo Pontifice extructam esse, fidem facit Baptista Mantuanus, apud quem in Agelario tum carmine, Antonium principem vitum praeter Piceni oram nauigantem, sic gubernator nauis affatur.

Lauretanum adem conseruit indulgentis, & immunitatibus ornata.

Quod cernis Picentia iuxta Littora, delubrum est illud venerabile Magna Matris, ab Afrisys, quod Dij super aquora quondam Huc manibus vexati e suis. Et paulo post. Laureta delubra vocant, neu crede superbam Hanc adem venisse fratris, super addidit ista Temple, Sacerdotum Princeps ingentia PAVLVS.

Ex quo profecto coniectari licet, Lauretanum templum, ab eo pene ad fastigium esse perductum. quod dum extrueretur, Paulus, non aedificijs solum, sed litteris quoque, ac muneribus Pontificijs Deiparae domum adornauit. Nam visentibus aedem Lauretanam diebus omnibus Beatae Mariae sacris, ac praeterea Dominicis diebus, peccatorum omnium veniam indulgit, dato diplomate, quod extaret egregium illius de eximia Lauretanae Domus sanctitate testimonium, idemque recuperata ab eo diuinitus valetudinis monumentum. Praetium operae visum est, caput illius inserere. Pauca igitur, veteri Romanorum Pontificum more praefatus ita scribit;

Quamuis pro magnitudine gratiarum, quas diuina maiestas ad intercessionem gloriosae Virginis Mariae filij eius genitricis, fidelibus ad eam pia vota dirigentibus quotidie facit. Saeculaeque Ecclesiae in honorem nominis sui dedicatae sunt summa deuotione veneranda, id tamen erga illas propensius est agendum, in quibus Altissimus ad intercessionem eiusdem Virginis, maiora, & euidentiora miracula frequentius operatur. Manifestat autem rei experientia, ad Ecclesiam S. Mariae de Laureto Recanatenfis Diocesis, vbi est imago B. Virginis Mariae, ob magna stupenda, & infinita miracula, quae ibidem eiusdem Almae Virginis opera apparent, & nos in persona nostra experti sumus, ex diuersis mundi partibus confluere. &c. quae sequuntur. Indulgentijs porro singulares immunitates adiecit; quippe Lauretanam aedem vna cum ministris, ceterisque rebus ad eam pertinentibus, a Recanatenfis Episcopi iurisdictione exemptam, in suam, Sedisque Apostolicam, & SS. Apostolorum Petri, & Pauli tutelam recepit: Sacerdotibus Lauretanis absoluenti peregrinos a sceleribus, ac flagitijs, Episcopo, Sedisque Apostolicae referuatis satis amplam dedit facultatem. Posterioris huius decreti praemium, in quo perhonorifica fit mentio Domus Lauretanae, libet apponere, quod est tale.

Cum ad Ecclesiam B. Mariae de Laureto extra muros Recanatenfis ciuitatis fundatam, in qua sicut fide dignorum habet assertio, ipsius Virginis gloriosae Domus, & imago, Angelico comitatu, & castu, mira Dei clementia collocata existit, & ad quam propter crebra, ac stupenda miracula, quae eiusdem gloriosae Virginis meritis, & intercessione, pro singulis ad eam recurrentibus, & eius auxilium implorantibus cum humilitate, Altissimus operatur, in dies, & in diuersis mundi partibus etiam remotissimis, eiusdem Virginis gloriosae liberati praesidijs populi confluat multitudo. & cetera quae sequuntur.

Inter haec Pontificatus initia, Paulus, curam prouidendi Ecclesiae viduatis non intermisit. Pridie qua inauguraretur, habuit Consistorium, de concedendis, vel non concedendis gratijs, quas Curia expecta-

XLVII. Viduatis Ecclesis prouidere satagit Paulus PP.

tiuas appellat. Erant ex Patribus nonnulli, qui eas dicerent non concedendas, tamquam Praefulibus Ecclesiarum multum exolas. Rursum si concedenda, quando concedendi initium esse oporteret. Variis inter Cardinales sententiae fuerunt: sed in iudicium Portuenis consensit Pontifex, & Patrum maior pars. Is enim diu laborasse dixit Sedem Romanam, antequam posset assequi, vt paterentur Ordinarij, gratias in suis diocesis dari, & negligendam ideo praerogatiuam non esse tam multis acquisitam molestijs. Vbi enim per vnum tantum Pontificem delicta essent dari, futurum, vt dari amplius non possent sine scandalo. Differendum tamen dixit mensis aliquot, donec noui Pontificatus nuntij ad nationes, & Principes peruenerint: neque committendum, vt ante ex gratijs expectantium in populis nuntius de nouo Pontifice, quam ex ipsius Pontificis litteris. Pauci temporis expectatio nihil omnino abesse, & hoc in commodum, rerum indignitate, & confusione signatum tolleret. Dixit Cardinalis Aquilegensis; Eugenium Quartum distulisse aliquamdiu antequam daret. Dixit Spoletanus, Nicolaum, qui Eugenio successit, totos decem, & octo menses ab ijs abstinuisse. Dixerunt nonnulli, Calixtum, qui Nicolaus, & Pium, qui Calixto successit, ab initio Pontificatum statim dedisse. Audisti sententijs, narrauit Paulus causam differendi Nicolaus fuisse; quia diuisa esset Ecclesia ob Amedeum Sabaudiensem habentem assertores obedientiae suae. Gratias autem, & dilationem probari sibi, sed non admodum longam, eam videlicet, quae per Cardinalem Portuenis esset monstrata. Papien. epist. 92.

Monasteria dari commendam, malum.

Die secuta coronationem, habuit iterum Consistorium Laterani. Referbat Guilhelmus Cardinalis Hostiensis ex consuetudine recepta, de quodam Caenobio Galliano, insigni opibus, & religione. Relatio. is summa erat, Abbatem grandaeuum, & effectum viribus administrationi cedere propter conscientiam, eo quod inutilis iam esset: Episcopum porro nescio quem, cuius Ecclesia ab illo longe esset, pevere, vt commendaretur sibi. Caenobium insigne erat, & magni in Gallia nominis, nihil habens mali, propter quod commendari haberet opus. Apparcebat, non propter desiderium boni operis, sed propter auaritiam peti. In dicendo suffragio, Portuenis, qui proximis ab Hostiensis erat, auream dixit sententiam; Vereor, inquit, Beatissime Pater, ne propediem audiamus, omnia Galliarum caenobia commendata esse, & nullum reliquum, quod Abbatem suum habeat. Ita quicquid a nobis ibi decernitur, commendatio est. Surge nobis non expectantibus aliquando regnum illud in nos, forte non valens inutile ministerium nostrum, & grande aliquod negotium, Sedi tuae exhibebit. Turbulenta natio est, libenter tumultuant, vbi aliquam naeta sit occasio. Digna visa fuit ea sententia, non solum viro Deum timente, & ambulante in semitis eius, sed summae sapientiae Cardinali, attendente, quid ministerium deceat Sedis eius, vnde in omnem partem perfectum opus debet manare. Commendandorum ab initio Caenobiorum, non ea fuit ratio, vt fagina Ecclesiasticorum illa darentur, sed vt fide & studio maioris alicuius, ea, quae occupata a secularibus essent, redimerentur, & neglectus diuinus cultus in pristinum reuocaretur. Descejit postea res, & in abusu venit odibilem Deo, & fotti eorum, qui conferunt & extorquent infamem. Approbauit iudicium Pontifex, & adiecit, credere se a Pontificatu Calixti in eam diem amplius, quam quingenta monasteria iam esse commendata, atque ideo in metu sibi esse, ne corruptela haec maculis opinione in scandalum graue erumperet. Papien. epist. 93.

Prophanum nomen deponere quendam cogit Paulus PP.

Per idem tempus non imprudenter istud egit Pontifex, remque non aestimata sine animaduersione praetereundam non duxit. Praeficiendae erat

Conuerlanae Ecclesiae nouus Praeful. Nomen illi erat Turcu, ex Turculorum familia. Cum cetera probarentur in eo, nomen solum probatum non est. Dixit Pontifex, conuenire in nomine Episcopi nihil, quod fideles aures offendar. Monachi, eos, qui a saeculo fu- giunt, vt renasci Deo appareant, nomen vetus etiam acceptum, ex Sanctis cogunt deponere: nos ad Episcopatum vocato nomen hostile non commutabimus? Igitur Cardinalium comprobatione pro Turco, Paulum ex suo nomine lanxit vocari; atque ita in noua appellatione renuntiatus est Episcopus. Papien. epist. 148.

XLVIII. Aliquis in Paulo nauis notantur.

Hac pietatis, prouidentiae & aliarum virtutum insignia, visus est obscurasse Paulus, his, quae narrabat Papiensis. Congreganda pecunie auaritate incensus, breui tempore magnum eius numerum comparauit: tanta in ea re adhibita cura, vt etiam illius accipiendae, persolucndaeque officia, quae lucellum habere intelligerentur, a mercatoribus, apud quos erant, ad se aduocata, ministris domesticis attribueret; ipse vero nonnumquam in seligendis, colligendisq; nummorum fortibus, longa sparia occuparet. Porro autem gemmis lapillisque admodum delectatus, in quibus vnica eius erat voluptas, eos vndique pretiosissimos conquisiuit, hoc solo non illaudatus, quod ex his mitram Pontificiam, tribus eductam coronis, quam Regnum appellant, nouam confecerit, cuius id temporis aestimatio esset C. XX. MM. aureorum. Ad haec (quod in Cardinalatu etiam familiaris erat) vigilare noctes totas vsque in primam lucem instituit, ita vt diebus tantum Senatus exceptis, in quibus tanti officij causa remittebat somnum, pranderet ad vesperam, pauloque ante albescentem diem canaret; auditri autem nemo ante noctem facile posset; & perpetim vigilare, quibus negotium esset, necessario cogentur. Admirationem haec, & sermonem in plebe multum induxerant; sed quod de abolendis superius sancitis legibus tanto conatu mox egit, bis naratis, ac votis, animos Patrum mox consternauit; vt iam non esse eam in homine facilitatem praenoscere, quam in priuato erant intuiti: fiebatque eo iniustior eius omnis contentio, quod inter subscribendum palam edixerat, etiam si constituta non essent, n hilominus sua se sponte seruaturum eas fuisse: quin & aliarum, quae prioribus Pontificibus circa electionem, seu assumptionem posita dicebantur, inuentor ipse, exactorque ante alios fuerat. Itaque eas, quas paulo ante Pontifex factus subscriptionibus duabus, iureiurando, votoque firmauerat, delere nihilominus post paulo aggressus est, aliena magis instigatione, quam suo proposito. Erant inter ministros eius domesticos Praefules duo Cardinalatum magnopere ambeantes, Stephanus, Ecclesiae Mediolanensis Antistes, & Theodus Taruisinae Episcopus. Hi videntes desideria sua his legibus impediti, quod numerus Cardinalium iusto maior, nonnisi longa expectatione reditu: us ad legitimam videretur, simulato in Pontificem affectu, agere cum eo de his abrogandis expectant; indignum, dicentes, Vicariam Christi potestatem, humanis constitutionibus subdi, ipsumq; non tam sui arbitrij, quam alienae moderationis ministrum videri; quendam libertatem esse; idque agendum, vt auctoritatem Ecclesiae apud se, non Cardinales esse omnes agnoscerent. Taruisinus praecipue, summi ingenij vir, summaeque doctrinae, qui multos iam annos ad tribunal Rotae exercuisset iudicia, fidemq; veritatis haberet, facile insinuationibus huius Pauli persuasit, cum litteris non multum imbuto, tum sui iuris admodum retinenti. Itaque ex ambo- rum sententia, nouae quaedam leges, quasi ex persona Cardinalium scribantur, quarum erat obtutus, quod priores illae cognoscebantur inutiles; induxisset eos, has nouas, quibus tantum obnoxium esse Pontificem

veilent. Libellum quoque, in quo erant digesta, sigillatim cuique ad secundam subscriptionem offerre ceperunt; im periosius totam rem iam contententes. Inuenti inter Cardinales nonnulli sunt, qui gratia magis, quam animae obsecuti, manus statim requirere dederunt. Alij, qui & iurifurandi magnitudinem, & voti sanius expendebant, sanctumque Ecclesiae ministerium cupiebant, eam in constantiam a Pontifice deprecabantur, nec dicto erant audientes. Pendendam rem, aiebant, earum legum damnatores eos, mutatoresque videri, quarum nuper summo consensu constitutarum vix dum essent atramenta siccata. Hoc loco commotiore iam animo ille factus, atque ad periuicendum firmato, agere in dicta feuerus cum Patribus capit, nunc pollens inuicta, nunc vexans, nunc lacerans maledictis, nunc etiam liberius minitans: nec vllum erat tentanda mentis tormentum, quod ad oppugnandum horis omnibus non admoeretur. Nicænum Cardinalem, primae sententiae Patrem, fatigatum diu intra cubiculum, moxque insuperatum egredientem, manu intus retraxit, foribusque oclusis eod angustiarum adduxit, ut anathema illum pronunciat, si non statim subscriberet. quin & poscentibus quibusdam, ut perlegendi semel libelli ante acciperent potestatem, grauante admodum indulgebatur; manu nonnumquam inter subscribendum scripturam contegens totam, ne scriptorum vanitas appareret, quae callidi artificis formata ingenio, plena erat verborum effugijs.

XLIX. Consentit Card. Pauli PP. voti.

His, atque huiusmodi molestiarum assiduis machinis debilitati Patres, tandem cesserunt, atque ad vnum omnes non sine gemitu subscripsere; Ioanne Carnagial tantum excepto, qui Portuensis Ecclesiae Antistes, annoque iam septuaginta natus, quod iuuenim se fecisse non meminerat, ut nulla de causa mutaret sententiam, id iam aetatis non commissurum respondit. Libellum quoque, cui nil Pontifex ad conuentorum fidem subscripsit, in suas arculas condens, nec protulit postmodum, nec cuique eius passus est esse exemplum; ut palam omnibus fieret, inuisi habitum Collegium esse, & nec tam moderanda uis, quam tollendarum omnino legum occasionem quaesitam. Si quod in eis rogandis Cardinalium peccatum fuit, veniam daret errori conuictus infirmitatis eorum Deus; sanctam tamen administrationem quiscque in proposito habuit. Sin in eisdem abrogandis diuina esset pietas offensa; etiam memor misericordiarum suarum, quae sunt super omnia opera eius, non ad Patris factum, sed ad hunc Ecclesiae benigne respiceret, gressuque suos in semitam statueret, quae sequentem gregem non falleret. Vt ionis tamen in auctores mali argumenta statim manifesta prauidissent Patres. Mediolanensis spe Cardinalatus saepe frustratus, abstinere etiam Curia, necessario coactus est; & Theodorus Taruinus Cardinalis secreto factus in languorem miserimum incidens, hora suprema vitae, ad leuadam vim morbi, indicante Pontifice, quod factum erat, agnouit, eoque excessit acerbius, quod dignitatem tanto peccato, tantaque anxietate quaesitam, auditam tantum, & nec visam se intellexit dimittere. Papien. lib. 2. Turfellinus lib. 2. c. 1. Carnesius supra.

L. Indignam legum abrogationem offendit Card. Papiensis.

Eam legum latam abrogationem, pra alijs non ferens Cardinalis Papiensis, qua erat scribendi, atque dicendi libertate Paulum Pontificem in primis data epistola admonuit. deinde quam minime dignam rem is gessisset, Cardinalibus, qui aberant significauit. & ad extremum, quid in futura Pontificum electione spectare debeant in posticum, non minus grauitate, quam prudenter praescripsit. Ita habent epistola.

I. Paulo Pontifici Maximo.

Quid hoc est Paule? Tenebrae enim mihi sunt? Quid agis; aut quo hac tentas consilio? Mutata repente sunt omnia. Nihil pristinum video. Pro charitate in nos tua, successu duritas, pro blandimentis asperitas, pro lato initio, tristis successus. Vouisti Cardinalis, vouisti & Pontifex seruaturum te leges, quae in Conclauis sunt editae, ad salutem publicam vriles. Voti tui duobus in libelli chirographum exeat. Dixisti, cum scriberes, etiam sine voto seruaturum te eas fuisse. Sic quoque scripsisti cupide, ut vindex non seruaturum videreris futurus. Sperabamus respiraturam Ecclesiam futurum Pontificatum, qualem a Petro non vidimus. Quid nunc dicam? aut quid non potius dicam? Commutasti tu eas in leges inanes, velle effugias penas, quibus in hanc sententiam praesari nos cogis, quia priores bone non erant. Improbamus, quod egimus; praesentes autem probamus. Vocas nunc in cubiculum singillatim omnes. Rogas vnumquemque, ut membrana tua subscribat. Rantentes vrages, perseverantes dimittis, vexatos contemelis. Si quis subscribunt, non tamen earum prius legendarum potestatem accipiant. Cognosce illas veras, qui & inter scribendum, ne legi possint, scripturam totam manibus contegis. Me quia tibi in re ignota non annui, torques iam multos dies. Idem facis de reliquis, quos ducere in sententiam nequis. Lamentatus est mecum Cardinalis Tusulanus, vir grauis, & innocens, se nuper egredientem cubiculum tuum, ut colluctationes tuas effugeret, manu reprehensum esse, & ostio clauso exire prohibuit: infusum porro sub graui anathemate, rebus non inspectis subscribere. O bone Iesu! quae praecipitatio hac est? & quae intemperies mentis? Talem de re praesari spem Paule? atque hoc initio Praesulatum instruis? Quae expectatio erit fidelibus bonorum operum, quando excutere te iugum salutis intelligunt? Quod exemplum modestie, quando uia uehementer actum cum Fratibus noscent? Nobis vero quem esse animum credis? Videntibus nostra dignitati illud, & vim simul afferri: Excocinetur, quod reprobantibus de te: cum Pontificatum querebas, cum te insinuabas nobis; cum doleres, Nicolaum, Calixtum, & Pium parvipendisse Collegium nostrum? Ecce quod damnaeas in alio primus tu facis. Quod illi agebant modestius, tu intemperantius agis. Nemo eorum subscribendum Cardinalibus dedit, quod non ante vidisset. Nemo in cubiculum clausus, nemo anathema imposuit. Non disputo nunc, Voto illo tenearis, an non alterius loci, & temporis sit inquisitio. Tantum dico, paucis exceptis, quod sublati legibus faciliorem sibi viam ad Cardinalatum intelligunt, reliquos tam Pontifici, quam diuini vrilis interpretes, totum quoque Collegium teneri te existimare. Hoc vero lamento, hoc dolore, quod filios tuos de te optime meritos, indigne fatigas, insignemque leuitatis notam sine causa eis imponis. Etenim tenearis, vel non tenearis; quid nos nostris subscriptionibus possumus: quid annuendo operamur? Si non teneris, rem superuacua facimus. Si teneris, vti que inutilem. Vtrumlibet malis, nullus est fructus. Potestatem non habemus nos, tollendorum votorum, nec redimendi, quod oblatum est Deo. Cum his tibi res est, quos appellas in voto. cum Petro, & Paulo, & cum Christo Deo tuo. Cogens nos comminationibus tuis, illos non cogis. Factus a nobis liber, non vti que libertatem ab illis consequeris. Audi Prophetam dicentem; Vc uete, & reddite Domino Deo vestro, omnes qui in circuitu eius affectis munera; terribili, & ei, qui aufert spiritum Principum; terribili apud omnes Reges terrae. Reddi videlicet admonet vota; non reddentibus autem panam denunciat. Verum ista omitto. Conuertor ad praesens, Beatissime Paule, atq, aduolutus pedibus tuis, pro omnibus hanc gratiam deprecor. Sint libera conuicta nostra. Ad opus, quod malum credimus, non cogamur inuiri. Filiorum apud te, non mancipiorum inueniamus locum. Licet praesari Deo, quod sentit spiritus nostri. Si erramus, doceamur a te. Si docui non emendamus, pro meritis tunc corrigamur. Adhuc, quod non tenearis voto, non docuisti: quod teneri nolis, sumus experti. Exratione, non ex tua voluntate patere sententias dici. Attende quoque ignominiam Fratrum, & illorum consule nomini. Habuisti eos honoris tui non minus studiosos, quam voluntaria-

rios. Non est ubique terrarum haec leges, cogitata per nos, discussa inter nos, iurata, ac vota a nobis. Opus nostrum illud esse nemo ignorat, consentiens, vnanime; ex veteri exemplo ad salutem publicam innotuatum. Vix dum, ut est in proverbio, siccata sunt atramenta, cum cogimur delere, quod scripsimus. Quid aliter hoc est quam velle mentis Senatum eum arguere, quem tu quotidie antesevendum Regibus praedicas? Non omnes coalitionem tuam intelligunt. Factum nostrum inducuntur & exitum voluntatis praesentes, quod est necessitas. Nec eris quidem tu ab his querelis immunitus: pariter nobis cum damnare: atque eo damnare grauius, quod ad mutationem praesentis, contemptum etiam voti, & cupiditatem, non sanioris, sed liberioris viae adiunctam videbunt. Porro qua imprudencia leges conditas dicent, eisdem te electum contendem. Nihil in hac abrogatione, vel tibi, vel nobis est honorificum, vertuntur omnia in commune opprobrium. Quare omite quae importunum consilium. Irasce ne augeas nobiscum. Valere haec leges finio. Seruauit eas Pius, serua & tu. Non propterea minuitur tua potestas. Ad bonum opus tradita sunt clauis. Si bona sunt leges, cognatam rem habes clauis tuis. Si aliquando ex tempore, ex loco, ex re, ex quapiam causa sunt inuites, est semper dispensatio tua. Non idem omni tempore distat: sed idem spectat prime Sedis potestas. Hoc autem amplius operatur hoc votum, ut quod aliquando voluntate esse facturus, promisso etiam perseverantius agas. Puto implere me officium filij, & suadere, quae sunt salutaria. Hanc ob causam haec scribo. Si erro, non recto corrigi. Vale 1464. epist. 181.

LI. Idem ostendit alia epistola ad Card. Theanensem.

II. Nicolao Cardinali Theanensi.

Non precibus, non ratione, non obsecrationibus vllis adduci potuit Paulus, ut seruandas sibi pateret leges votas, atque iuratas. Tamquam leo plagas, sic ille sancta vincula abrupit. Scripsit nouas a prioribus multum distantes, quarum virginitas vultus, sordidissima ventris prolues. Praesertim speciem boni; inuenti interius patent postica innumera, ex quibus, cum vult, effugere potest ad libertatem quaesitam. Subscripsimus omnes, partem cupiditate assequendorem, qua volumus, partim metu, ne quotidiana indignationis suae sustineamus flagella. Fereor, mollis sumus, delicati, ac nostrum nimium cupidi. Respeximus, non quae Dei, sed quae carnis, & saeculi sunt. Nemo tamen probauit. Solus Ioannes Carnagial genere Hispanus, etate grandaeus, meritis magnus, constantia laudem inuenit. Turpitudinem hanc est deprecatus, nec vllis tentamentis ingeniosius postulantis, proposita dimoueri est passus. Ad singulas colluctationes se excusauit; Quod iuuenis non commisi, non committam senex, ut me recti poeniteat. Tibi propter has leges molestus non ero. Tantum finio, dignitatis, & conscientiae me rationem habere. Vir profecto dignus, non qui nobiscum sedeat, sed qui praesideat ad consilium Sedis Romae. Dolendum aliud audi. Quanquam in his ipsis inanis legibus, dicat se voturum suo chirographo, ac iuraturum; nihil tamen vel iurauit, vel vouit. Tantum subscriptionibus nostris extortis, membranam in suas arculas condidit. Nec, ut confuetum est, exemplum nobis reliquit seruandum, inspicendumque, si quando ex illis sumenda essent consilia. Abijt, elapsus est, factus est totus, quod voluit. Suo tamen, non nostro iudicio, vincula dirupisse se credit. Nos eum teneri putamus.

Elucata canis, inquit Persus, nondum airipit: attamen illi Confugit, a collo trahitur pars magna cathena.

Iudicij nostri supremum tribunal, admonet illum erroris. Si falli potamus, & cogi, non fallerit ille, neque cogetur. Rectum enim est iudicium eius, & potentia sua non est, qui resistat. Doleo tamen, tanti, ac tam expediti boni occasionem sublatam; nos derisus, notatum leuitatis Collegium, quodque non sine ingenti gemitu refero, vexando, lacerando, & scindendo Ecclesiae materiam praebitam. Qui viderit legum senten-

tiam, magnitudinem iurifurandi, ac voti, vni de vni in extrema pagina postis, hac mecum suspirabit, & gemet. Similis ergo possit, Pater, ad eligendum cautiore. Actius expendam naturam cuiusque. Non credamus frontis, non verbis. Fallunt sepius vni filij hominum, iuxta Prophetam; Mendaces filij hominum, ut decipiant ipsi de veritate in idipsum. Recurrant animo ad disciplinam domesticam; in trospiciamus secreta cubiculi: ex institutione vitae spiritus iudicium faciamus de publica. Si quis, inquit Apostolus, domui suae praesesse nescit, quomodo Ecclesiae Dei diligentiam habebit? Odoremus, tentemus, excutiamus omnia. Ansa hinc erant semper ad probandos, improbandosque homines. Solent, nulla in tanta re esse invidia potest. Si in perquirenda vita Pauli fuisse hac cura, non deceperit nos erroris species. Multi ad melius consulendum se obrulissent. Sed & nos parum acres ad videndum; ipsi ad telandum semper intentissimus fuit. Artificio querendi Pontificatum, ex Cardinalatu est sumptum. Nec Pontifex mutauit mores, sed telas detexit. Cardinalis Aninonensis, festiui Pater ingenij, ridens, iocansque cum illo; R. Cte, ait, Paule, annos viginti quatuor ad huiusmodi studium, ut semel nos falleres. Quae vox, est ridens, approbante tamen Collegio est intellecta. Iterum dico. Si erratum est semel, mi Theanensi, ne erretur secundo. Maioribus detrimentis, nec peccatis, nec erroribus vllis potest. Vale. epist. 182.

III. Francisco Cardinali Senensi.

Multa saepe in hac nostra dignitate peccamus, Amplissime Pater; sed nulla, meo iudicio, grauius, quam cum indignum Principem plebi Catholica damus. In nos etenim ipsos, & in omnem Ecclesiam impietatis opus, & perfidia excercemus; afficiendi diuinis supplicijs, dignique gradu destitui, quem ad salutem acceptam ad detrimenta conuertimus. Pone ante oculos totius facti nostri speciem, & vna recordatione, cuncta rememora. Vides eo flagitij culpam ascendere, ut merito nostrimet nobis sit poenitendum. Exit a Conclauis in omnem partem iam facta electio: annunciatum fidelibus Pastor habendus. Fit illico a Regibus, a Principibus, a plebibus Dei tanti operis iudicium. Non latent eos merita nostra. Sciunt, quid quisque virtute, vel vitio valeat. Sed si ex iis est Praesul assumptus, quem non probet publica vox, in rebus huiusmodi rationi (vt plurimum) congruens; maledicunt illico nobis ingraturum, in acceptumque est ministerium nostrum; & vel non fuisse ad publicam salutem iudicium, vel ad bene eligendum defuisse vnam atem, vel ex omni nostro numero, non inuentum meliorem existimant. Quibus hominum opinionibus quid nostra existimationi infestius? Etenim si Cardinalis, caecique ad discernendum putantur, illa statim indignatio subijt, esse nos in Ecclesia Christiana inuites, non dignos, qui praesideamus in specula, non idoneos, qui ministremus alijs. Quod ipsi nos non ignoramus, contempti esse incipimus, ac sub nostris ornamentis ridendi. Quidem in Ecclesia facias, aut quid meliori honorem praesepiat, qui discet nere inter lepra, & lepra non potest? Qui non videt, quid fructuosum, infunctuosum sit? aut duobus propositis speciem boni habentibus, quid horum sit optabilis? Recte illud Scripturae nobis accommodant, Quomodo nix asstate, & pluuia in messe, sic indocens est stulto gloria. Quod si mala voluntatis, id quod frequenter solet accidere, fuisse crimen existiment, nec passos nos alter fieri, quam factum est; illa quoque lamentatio surgit, proditam nostris fallacis Sedem; pessumdata iniquitate Christianorum omnium commoda. Exitiale autem malum huic, vel illi affectui deputant. Sunt, qui ambitioni, quod assunt nos cupientes, inuideremus bonis. Sunt, qui odio, quod eum quaeserimus potissimum, qui malo inimicos nostros afficeret. Sunt etiam, qui auaritia, quod vendiderunt: mercede patris, suffragia nostra, & sapientes, quae carnis, non quae spiritus sunt, inclinauerimus in eum, non qui omnibus, sed qui nobis; non qui Ecclesiae, sed domibus nostris benignus esse, atque vitium esse possit. Quae turpitudinis nota, nil &

LI. Tertia quoque ad Card. Senensem.

Plurima mala ex electione mali Pontificis praesentunt.



nomini nostro infamius, & proximis excogitari nocentius potest. Etenim quodlibet horum homines credant, illud esse persuasum animis habent, sine charitate nos esse, non amare Ecclesiam, salutem publicam summa improbitate proficere, fidem, & religionem additam praeio habere, venalesque animas possidere. Videntes quoque nos populi duces, unde specimen boni reliquus esse oportet, sic inquam sordibus, facile in hac carnis fragilitate facti nostri sumus imitatores. Quodque licere nobis videtur, Deum tractantibus, sibi quoque in seculari vita prohiberi non volunt. Ita miserandum in modum, cum illorum sal. ut, nostra quoque sunt auctoritas. Age vero si non imprudentia, non pravi consilij, sed necessitate fuisse indignam electionem existiment, quod non sit melior inter fratres inuentus, quod hoc dedecus est eius collegij, quod sacrosanctum in Ecclesia dicimus, Regibus anteferendum putamus? An non contemnimus omnes, & indigni habemur ornamentis, quae contulit dignitas? Certe, ut antimus honore, sic virtute putant nos oportere excellere. Id vero cum negligentia nostra non accidit, illud continuo accidit, ut sine fructu sit omnis auctoritas. Attende porro, quam conferunt agmen, Ducem sequatur inuilem. Non est Pontifici reuerentia sua, non honor, qui tanta potestate debetur. Mandatis quoque obedientia rara impenditur; omnia negligunt propter Principem negligendum. Vexantur Ecclesiae, impugnantur Episcopi, sine asimatione Clerici sunt. Surgunt contra Sedem damnosa consilia. Recusant parere ei, quem imperandi nesciunt putant. Quia & ab ipsi Ecclesiasticis, non secularibus tantum, eadem detrimenta perueniunt. Sunt Antistites per orbem multi Ecclesiae magnis praepositi. Dominatus amplissimos possident: à summis Principibus genus nobilissimum ducunt. Sacerdotio pariter, & sanguine, de se angustiam non sapiunt. ij quoque subesse Principi Ecclesiae dedignantur, quem Principia dignum non vident. Nosras Sacerdotiorum collationes rejiciunt: valere suas in suis diocesis volunt; cognoscunt causas, in quibus nulla est eis iurisdictio. Comminationes autem nostras, iamquam inanes ventorum flatu pro nihilo habent. Ita fit, ut officiorum omnium in Ecclesia sit perturbatio. Id autem etsi peruerse agant illi, Apostolici praecipi in memores, quo iubentur, subditi esse dominis suis, non tantum bonis, sed etiam discoloris, nos tamen peccati huius maximam occasionem improbitate nostra porrigimus. Eri enim Pontificatus per se clarus, & magnus sit, non dubie tamen obtinentis conditio in vtramque partem, ad reuerendum, & conseruandum plurimum praestat. Non tam enim ministerium ipsam humana fragilitas, quam ministrantem solet attendere. Adde, quod in parabola à Domino Salvatore est dictum, Non posse arborem malam, bonos fructus producere, nec de malo thesauro cordis bona profecti. Quis enim dubitas, (à summo, ad unum singula percurrans) à malo Pontifice, assumi Cardinales non honores? ex Cardinalibus non bonos, non bona administrari consilia: ex ijs vero opera omnia detrimentosa succedere? Hinc dantur plebibus Pastores inuiles. Hi rursus malos Sacerdotes, Parochijs eribunt. Eadem ratio de Religionibus est, quae Rectores suos à nobis accipiunt. Ita vnus Pastoris, ac Principis morbo, in omnem Ecclesiam manat contagium: Sicut grex totus in agtis vnus scabie cadit, & portigine porci. Vnaque conspecta, liuorem dicit ab vna. Nam quid ea commemorem, quae in tanta perurbatione necesse est euenire? De tollendis haeresibus curam non suscipi, in oculis nostris saepe nescientibus, de propaganda fide, nihil cogitari, tantum, & ante pedes est, & vix illud ipsum attendi. Sunt in nonnullis externis regionibus, adhuc Sancti Euangelij semina, non suffocata. Adolecere illa non esset diffidit, si colerentur laboribus nostris. Neque enim minor speranda esset, in restituenda fide omnipotentis Dei benignitas, quam ab initio in instuenda fuerit gratia. Sed cum is praest, quem dico, mercenarius magis, quam Pastor, non ponit manum ad fortia, non certos mittit, qui descendant, & videant: non etiam tentat, quid in his spiritus possit. Vel auaritia, vel hebetudine mentis, vel etiam carnalium studio, à cultura Domini aegri auertitur. Quod autem dolendum est magis, hic inter nos, vbi stabilita est fides, frequenter habetur Christi confessio, incensia di-

scordiarum sinatur augmenta suscipere, nunc hos, nunc illos exitiis flammis apprehendere. De extinguendis cum rarus est sermo, tum vero operatio rarior. Satis ad quietem animi habetur; si illa longius posita intercapedine sua, tutos nos praestant, non videntes miseri, quicquid vbiunque perit, animabus nostris perire. Omnium autem vnus esse querelam, & bñs Sacerdotibus, filios Dei calamitosae confingere. Nam de subditis Romana Sedis nihil dico, quos alterutro indigni Principi malo pati est necessarium, vel impio obesse, vel negligentia. Quorum altero diripiendi alius, & vexandi traduntur; altero diripit ipse, ac vexat, vtroque id patiens, ut facile perturbatis temporibus fidem illi nostram relinquentes, ad oppugnationem nostram irati sepe concedant. Tantorum vero incommodorum nos ipsi, propter indignam ad Pontificatum suffragia causam praestamus, participes omnium, ac correi, subituri simul tremendum veri Dei iudicium, atque simul iururi, tanti errati miserabiles poenas, quas etiam vni adhuc volente Deo, saepe expendimus. Hinc enim frequenter nostrorum Sacerdotiorum direptiones, hinc denique illud accidit, ut proferent, messim colligentes, ab eodem illo, quem male eligimus, accipiamur deterius, & cui imperare credidimus, quotidianis angoribus seruimus. Aut enim in odia incidimus, aut honestis exiliis abligamur, aut vero etiam exirent omnium beneficio, & gratia sumus, quarum rerum exempla, & vidimus multa seculis nostris, & plura Patrum memoria legimus, Prophecticum illud taciti murmurantes, Sicut fecimus, factum est nobis. Retributionem nostram, conuertit in capita nostra. Ex his ergo patere videntes, quanta in nos ipsos, quanta in proximis nostros, quanta in vniuersam Ecclesiam peccamus, cum in eligendo, non spiritui seruimus, sed carni. Si quando haec venient tempora, singulari diligentia caueamus, ne tam dura iniquitas requiratur de manibus nostris. Ne seruimus vili cupiditati, ne huius, vel illius gratia concedamus indigna; ne fallamur etiam dolu, qui tendi eo casu plurimam solent; ne denique frangamur metu, sicunde in nobis incurritur. Praeferenda est omnibus rebus conscientia nostra, & plura habendus Deum, quam homo: plura anima salus, quam fallax ambientium gratia. In eo quoque conatus omnes, sensusque vertendi, ut Conclauis absolute, restari Deo, b. minibusque possumus, si esse nos, quod optimum duximus, nec penitentiam aliquam admisisse. Hoc mentis testimonium, pro magno semper Pontificatu sit nobis. Nulla porro ambitionis nostra inanis iustitia transuersos nos agat, faciatque, ut vel imprudenter in verita committamur, vel turbemur in aliis, quod assequi ipsi non possumus. Patres eos proponamus animis nostris, eluandoque sumamus, qui laudabile testimonium vbi que possideant; quorum vita tanto sit alius clarior, quanto alii dignitatibus est ipse Pontificatus illustrior. quibus cum summa bonitate, summa doctrina, summumque ingenium sit quos etiam prouecta aetas, & continuata rerum experientia in ministerio Sacerdotali probauerint, à quibus denique expectari merito possit, non seculari fastus, sed Christiana humilitas, non Purpuratorum molities; sed veterani militis durata laboribus patientia: non congregandi, sed dispensandi desiderium; non otium, sed negotium; non imperium, sed benedictio; non contentio, sed pax; non studium, sed charitas; non formosus, sed vigilans; non tepiditas ad opera Dei, sed feruor; non tractatio rerum inanium, sed pendus semper habentium; non postremo domus Dei neglectus, sed perpetuus zelus, quos si in nostro Ordine, perfectos ex omni parte non est inuenire, in alienis eos ipsos quaeramus. Si nec in his quoque, praestitiam Deo diligentia nostra, sumamus in hac mortalium imbecillitate, quem non minus abscedere à perfecto videmus. Hoc vero nostram examen adinuare plurimum illa diligentia poterit, si cuiusque, in quem inclinemus, primatam vitam, & domesticam disciplinam spectemus; ut bene suis conuiuat, ut pacem, quietemque habeat; ut ministerium familiare, sumum ordinem seruet; ut vestiat, ut conuersetur, ut religionem tota instruat sapia. Quae porro conuicia, qui sumptus, quae ornamenta domestica, qui diuinus cultus, quod denique cubiculi sui sit testimonium. Specimen quoddam publica administrationis est norma domestica. Qui domui suae

praesit

LIII. Notos creat Card.

LIV. Decretum Pauli PP. contra Simoniacos.

praesit non scit, inquit Apostolus, quomodo Dei curam & Ecclesiae eius habebit? Si in assumptis nobis vitiis ostendatur, non illa facti assumptio, sed deregit. Quem esse domi animo semper cupido, semper irreligioso agnosco, non siores alio nunc in principatu afflitu futurum. Cum etiam priuatarum rerum incuriam, dissolutionemque, & confusa vides officia, huius iam Principi facti administrationem, ne expectes dissimilem. Contra, qui bene in structa domus, qui vitia priuata laudem est assensus, spem quoque in bene administrandi Sacerdotij praebet. Ut vitia sic virtutes, quocumque ascendimus, nobiscum ascendunt. Et quoniam iudicia nostra nonnumquam falluntur, nec inuoluntate penitus secreta hominum possunt, quorum quidem solus est Deus interpres, admiscenda sunt conatus nostris diuina adiumenta. Humilianda est in iustitiam anima: amplius in hoc articulo suscipienda religio, placandus penitentia Deus, rogandusque sacrificio asiduo, ut non secundum merita nostra, nec secundum peccatorum populis iniquitatem, sed secundum suam misericordiam, Pastorem, & Principem det Sanctae Ecclesiae, tam videlicet, qui immutata Zachariae Prophetae sententia, in terra visitet derelicta, conquirat dispersa, sanet contrita, & quod constat, eruat; quique nec carnes pinguium comedit, nec vngulas eorum dissulat, sed quod Apostolus admonet, seipsum praebet exemplum bonorum operum, in doctrina, integritate, grauitate, verbo sano, irreprehensibilis; ut is, qui ex aduerso est, reueatur, nil habens malum de nobis dicere, qui deum toto ministerio suo eiusmodi sit, de quo populus Dei exultet, nos gloriabundi in conspectu hominum incedamus; nec ad maiorum operum suorum querelas confundi animis, oculoque in terram ex conscientia deiecere habeamus. De his vero sumamus exemplum, qui Pium nostrum beatissimum elegerunt, tanta virtutis, & gloriae Sacerdotem, cuius nunc, ut vides, sanctissimi actionibus tanto in honore latatur Ecclesiae. Cardinalatus nunc primum syrocinum exercemus; non tantum adhuc experimento firmati, ut ad tantam rem per nos ipsos sumus idonei. Ab iis, qui digne illa gesserunt, disciplina nostrae suscipienda est forma. Beneficio misericordiae Dei, magna inter nos venerationis sunt Patres, summa omnia ad summum Sacerdotij decus habentes, quorum ea est causa, eaque in omni virtutum genere commendatio, ut, si abire in diuersum nolimus, praecleara sit ad bene, sanctaeque eligendum facultas. Vale. 1464. epist. 180.

Hae Cardinalis Papiensis scripsit, occasione abrogatae legis à Paulo Summo Pontifice, qui tamen ex sententia Patrum, ad XIV. Cal. Octobr. octo Cardinales renunciauit, quorum haec fuere nomina, dignitates, & tituli.

1. Thomas Brochenus Anglus, Archiepiscopus Cantuarien. Primas Angliae, Henrici Efficiae Comitit fratres. Presb. S. Cyriaci in theinis.
2. Stephanus de Varada, Archiepiscopus Collocen. Presb. SS. Nerei, & Achilli.
3. Oliuerius Carafa, Archiepiscopus Neapolitanus, Presb. SS. Marcellini, & Petri.
4. Marcus Barbus Venetus, Episcopus Vincentinum Presb. tit. S. Marci.
5. Ioannes Balues Gallus, Episcopus Andegauenfis, Presb. tit. S. Susanna.
6. Amicus Collimedianus, Episcopus Aquilanus, Presb. tit. S. Matiae trans Tyberim.
7. Franciscus Roboreus Minorum Generalis, Presb. S. Petri ad vincula.
8. Theodorus Palaeologus ex Marchionibus Montisferati, Diaconus Cardin. S. Theodori. Paninus in Paulo 2.

Ex eorum, & aliorum Patrum sententia, Paulus, tulit legem contra Simoniacos: eno is sequentis.

Cum detestabile scelus Simoniacae prauiditatis, tam diuinitatem, quam sacrorum Canonum auctoritas abhorreat atque damnet; Nos considerantes, quod plures paruarum grauitate, quam Dei timor arere solet à voluntate peccandi, ac summis desiderijs affectum, ut hoc pestiferum vitium, non ex visu solum, sed etiam ex mentibus hominum, saltem propter penam

ram metum penitus euellatur, praedecessorum nostrorum Romanorum Pontificum vestigijs inherentes, ac etiam omnes, & singulas excommunicationis, suspensionis, priuationis, & interdictionis, feneratorias, censuras, & poenas dudum à Romanis Pontificibus praedictis, & pro talibus repositas, contra Simoniacos quomodolibet latas, & illos, qui cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, praeminentia fuerint, etiam si Cardinalis, Patriarchalis, Episcopalis, Regalis, Reginalis, vel alia quavis Ecclesiastica, seu mundana dignitatibus praesulgent, & eorum quemlibet, tam manifestum, quam occultum, quas ipso facto eos incurrere volumus, confirmantes, & innovantes apostolica auctoritate declaramus, quod omnes illi, qui Simoniacae ordinati fuerint, à suorum sint ordinum executione suspensi. Per electiones vero, postulationes, confirmationes, promotiones, seu quasvis alias dispositiones, quas Simoniacae contigerit labefieri, & qua viribus omnino careant, in Ecclesijs, Monasterijs, dignitatibus, personatibus, officijs Ecclesiasticis, & quibusvis beneficijs, aut aliquo eorum cuiquam eis nullatenus acquiratur, nec inde faciat aliquis fructus suos, sed ad illorum omnium, qua percipit restitutionem, sub anime sua periculo sit affectus. Stauentes praeterea, quod vniuersi, & singuli, etiam praemissis dignitatibus praediti, qui quomodolibet dando, vel recipiendo Simoniam commiserint, aut quod illa fiat, mediatores extiterint, seu procurauerint, sententiam excommunicationis incurrant, à qua nisi à Romano Pontifice, pro tempore existente, non possint absolui, praeterquam in mortis articulo constituti. Et ut huiusmodi labia contagio frequentius reprimatur, omnibus, & singulis Ecclesiasticis, secularibusque personis, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis fuerint, in virtute Sanctae obediendae districtius iniungimus, ut eos omnes, quos Simoniam huiusmodi commississe, vel procurasse, aut in ea mediatores esse scierint, Pontifici praedicto, vel cui idem Pontifex duxerit committendum, per se, vel alios reuelare quanto citius non omittant. Pro reuelatione huiusmodi, etiam si complices fuerint, non solum veniam à nobis, sed etiam gratiam consecuturi, se eorum iudicio participes tanti criminis valeant coerceri. Quod si non fecerint, absoluti non valeant, donec praedicta reuelent, & complices huiusmodi detecti artius punientur. Nulli ergo, &c. nostrae confirmationis, innovationis, declarationis, & voluntatis infringere, &c. Datum Romae apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominis M. CCC. XLV. IX. Calend. Decembr. Pontif. nostri Anno 1. Publicata die XXIV. Nouembr. Anno praedicto. Lib. 5. extrau. Com. c. 2.

Intet haec, Toparchatus Angullariae gentis, ad ius Romanae Sedis summa felicitate reductus, Paulo Pontifici, & Cardinalibus in gremio natiuitatis attulit, quod toti pene orbi infamis ignominiae diuturnam ab Ecclesia Romana absterferet, vixque apertis securum ad limina Apostolorum patefecerit accessum. Euerius, de quo saepius diximus, eius gentis hac arate primarius, hunc Toparchatum tenebat, non huiusmodi solum, sed Dei quoque, & Sanctorum contempitor. In quantum itinere à Viterbio Romam patet, affiduis latrocinijs in festum habebat, nulli hominum genti, nulli arati, aut sexui parcens. Vni modo praedae intentus, sine discrimine in miseris viatores grassabatur. Sanctuarium Romana ex omni natione petentes, post longa terrarum confecta spatia, ante faciem Romani Pontificis, & Cardinalium, quasi in portu facite naufragium cogeantur. Ratio supremam potestatis oculi sedis carebant spectaculis, quando Romipere spoliabantur, caedebantur, & in ignoratam feruitatem miserissime traherentur. Raro Pontifex in publicum praedens, à lamentis oppressorum audire cessauit. Nudatam illi suam, confessionem alter, & luorem verborum ostendebat. Erant, qui vultu, & mortis commepererant suorum delictum. Operiebantur confessione facies Cardinalium, quod tantum opprobrij ferrent tot annos. Credebantur ab ijs, qui ea videbant, vel nolle, vel non posse latruncum angusti dominatus corrigere. Nolle impie tunc erat; non posse de-

LVI. Toparchatus Angullariae ad Pontificatum reductus.

de cortis.

decoris. Misera ab hoc portento pronuebant omnia. Voluntas delendi ius Pontificis saepe fuit; defuerunt tempora, quae suis conditionibus data, non sunt pallia desiderium perfici. Admonitus tamen saepe est nuncijs, & literis, liberius quoque increpitus, atque aliquando ei bellum denunciatum, si ab iniurijs non temperaret. Tamquam illa ad se non pertinerent, ita momentum officia derisui habuit. Conclufi nonnumquam apud eum inuenti sunt peregrini homines trans Alpini, & Itali, mares, & feminae, pueri quoque, & puellae ad opus damnati. Paulus Pontifex in Cardinalatu agens, à Calisto III. ad eum missus, immanitatem illam aspexit, miseransque non valuit tolerare. Erant illi oppida pene omnia inter Viterbium, Viterbiumque media, munita egregia natura, & manu. Ab ijs obsessis vijs operabatur has impietates. Roncilio autem itineris medio positus, per quem obstructis itineribus transierat necesse, summam ad eam conficienda praestabat opportunitatem. Notior, infamiorque propter haec scelera quisquam hac aetate non fuit. Nuncupatus Euerfus, non hominis iam, sed portenti nomen habebat. Nulla in eo erat religio, nulla humanitas, nulla Dei, vel Sedis Apostolicae reverentia. Dies festos, profectosque vno contemptu aequae habebat. Dominicis autem cogens ad priuatum opus miseris subditos, Domini dies esse illos dicebat, ac propterea Domino sibi, merito debitos. A libidinibus quoque intactum esse nil permittebat. Ferebatur impetu ferali ad eas explendas; parante semper metu, quod impudica mens affectabat. Saepè cum virgo sponta dacebatur ad virum, ad se est intruersa, & prima spurcitia suae tulit connubia. Nec in vicinos populos Ecclesiasticae ditiois est inuentus modestior. Nullius optauit agrum, bouem, aut equum, quem non extorserit statim iniuria. Nullius in spem animam à se paulo alieniorem, quem non confestim afflixerit. Factionem vbiq; suam esse volebat, atque alienae semper praestare. Si qui Ecclesiam studio constantius, aduersus cum renitebantur, sub nullis interfectionibus tollebat è medio, tam diu eorum obseruans itinera, aditus, atque egressus, donec cogitarum impleteret. Nulli sine vitae periculo fides sua in Pontificem iteuit. Redierant iam eò loci Ecclesiae res, vt hominis imperia priora Sedis Apostolicae apud Ecclesiasticos subditos essent. Accedebat aliud grauius, quod si qui, vel odio habebant Pontifices, vel cum ijs bellum gerebant, conatus eorum omnes assiduis sollicitationibus inflammabat. id agens, vt fatigata semper Ecclesia, malisque externis implicata, auerteretur à se, maioremque occasionem exercendis praedis praestaret. Eugenius IV. ab initio sui Pontificatus trahere ad se beneficijs hominem cogitauit, medicinamque lenitatis apponere, vbi sine periculo adhiberi scalpillum non poterat. Humaniter cum appellare, ac honoribus prosequi cepit. Oppida etiam nonnulla, quae ademptaerant Vicinis tyrannis, dono concessit; admonens identidem, vt beneficij memos, coleret Ecclesiam, quietem amaret, à peregrinantibus temperaret iniurijs; futurum ea ratione ostendens, vt non modo cessaturus esset à metibus, sed rem atque existimaret omnes, gratia Pontificum augetet. Sed nimirum impiorum mentes excaecatae malis, lumen salutis non vident, & ad confectum semper se referunt tenebras. Manufactudo haec paululum ab initio Euerfium continens, diu non poruit. Ad ingenium enim rediens, maioribus, quam ante incommodis infestum illi se praebuerat, ac in priuatis Franciscum Serraniam minus tunc amicum Eugenio, magnis sollicitationibus ad praedam Romanam agi induxit; quod quidem ille auidius fecit, sperans adiutum se in oppidis, & commearu Euerfii, posseque ex propinquo Romam lacessere, ac Viterbium ve-

Euerfii Anguillaria Comitum fugitia.

terem totis copijs aduolauit, perturbaturus omnia, si fidem, quam fregerat Eugenio, illi seruasset. In Nicolaum Quintum, qui Eugenio, & in Calixtum Tertium, qui Nicolao succcessit, idem inuentus est. Conatus Nicolaus non bello aperto, sed inopinato impetu bis illum opprimere, non succedente fortuna, necessario desistit. Calixtus etiam multis rerum difficultatibus prohiberetur, delere hanc maculam saepe tentauit. Verum consilio eorum absteritus, qui publicae quieti, Euerfisque benivolentia fanere putati sunt, à cogitatis abstinuit. Iniquior in nullum fuit, quam in beatae memoriae Pium Secundum. Occupauerat post Calixti obitum, vacante adhuc Sede; Iacobus Picininus ciuitates nonnullas intra vicera Ecclesiae, quarum iactura eò grandior apparebat, quò opportunitas inde maior, ad vezandam reliqua praebetur. Ferdinandus Alfonso in regnum Siciliae succedens, beneficio Pontificis opus habebat ad coronam regni accipiendam, quam missis Oratoribus, vt diximus, à Pio velut paterno amico impense petebat; ille vero concessurum se eam antea negabat, quam Picininus, qui stipendia eius merebat, sua opera, quae ademerat, redderet. Id cum summo studio conaretur Ferdinandus, Euerfus, qui pacem Ecclesiae bellum suum putabat, quotidianis suis litteris Iacobum admonerat, nullorum minis, aut precibus cederet, pulcherrimam occasionem praestitam docens, parandi dominatus, quam neglectam, nunc posthac habiturus non esset: Regem suis rebus, non amici fortunis consulere, decere vnumquemque, prospicere rationes priuatas, neque timenda sibi arma Ecclesiae, quae bellum neciat gerere; ipsum esse ducem inuictum, satique habere ad perficienda, quae diceret; copiarum maiores quotidie ex tota Italia ob spem praedae ad se conuenturas offerebat quoque sua, & secum sententium praesidia, quae maiora opinionibus ostendebat. Denique his stimulis inueniunt per se satis accensum sic incitauit, vt aliquando & Pontifici, & Regi sanitas eius in desperationem veniret, grauique interim susciperentur incommoda. Rursus vero, agente Pio Mantuae fidei causa, per occasionem absentis Principis maiora molitus est. Inuentum Romanam praesidium negligentia, proteruius lasciuientem, non desistit ad permittenda omnia commouere, refugia etiam dare, si quando ad poenam à Reoribus vocarentur; rursusque ad alendam seditionem, clam in vrbem remittere. A deo autem valuit eius peruersitas, vt eorum coniatorum inueniunt rem in discrimen adducere, nil ab hostili bello esset dissimile. Inter haec quoque reuerso Senam Pio, & valetudinis causa ad aquas Petriolas agente, ope quorundam exulum ingressus Viterbium est, atque eam ciuitatem subito impetu conatus opprimere; sed vicinis immisissis praesidijs repulsus ad portas, vbi propositum tenere non potuit multis interfectis, domibus circiter trecentis direptis, quibusdam incensis, Verrallam praeda onustus reuersus est. Expostulante deinde tam grauem iniuriam Pio, per irrisum excusabat, nec se imperante, nec consilio factum id esse; milites tantum suis ducibus vsos, ab exulibusque per occasionem praedae illos, ea tentasse. Tribus praeterea non totis intermissis mensibus suscepta per Ecclesiam, Ferdinandi Regis aduersus Andegauenses defensione, ne qua in re non esset incommodus, cum ijs, & nonnullis per Latinum Toparchis, sceleratis factionibus coniuurauit; quibus vrbana mercatorum, & Curialium praeda, circumiacentiaque oppida in mercedem coniuurationis dabantur. porro solum Deiphebum contra edictum Pij, in regnum ad bellum misit; ipse domi manens, omnia moliebatur, quibus labefactari causa Ecclesiae posset. Ferentes

arma,

arma, pecunia, litteras, & quicquid adiumento Andegauenibus esset, ex locis suis rutiliter habebant. Quicquid à quoquam vbiq; coniuurabatur, firmabatur apud se. Ipse factionum formator erat, atque expromissor. Venere ad manus Sedis Apostolicae nonnulla intercepta per vias, quibus perniciose coitiones aperitissime patuerunt. Consilijs vero non succedentibus, repurans sola pontificis morte, res Andegauenfium procedere posse, ad venena confugit. Artificem, & aditum ad caput eius magnis praemis parauerat, sed prorektor Deus, qui respiciebat in faciem Christi sui, interceptit funestum consilium. Taceo, quae ante eam diem, per contemptum pontificis in vicinos patrauit. Administrato em Xenodochij in Saxia, quod sub tutela pontificum est, compiehemum per fraudem, non ante dimisit, quam vicina oppida diu à se expetita, accepit. Admonitus, iustus à pontifice administratorem, oppidaque factim dimittere, parum contumacia auctoritatem contempsit, & prius Vpupae arcem, quae ditionis eidem Xenodochij erat, moxque oppidum Tolphæ nouae pacatis Vrsinis admittit. Vt autem nulla deesset iam indignatio, post haec facinorosa terribat Ecclesiam, modo Vrbis, modo fodinarum aluminis direptionem, quae illi propinque erant, pontifici denunciatis. Erat summum Pio desiderium, iniurias eas uolens; sed bellis distinebatur, quae diuersis in locis necessario gerens, non poterat sine magnis detrimentis, vel exercitijs, aliunde abducere, vel ad caetera bella, hoc nouum adiungere. Non multo vero post domito Sigismundo Malatesta, rebusque in Flaminia pace compositis, magis, ac magis ad tollendam hanc pestem animabatur; sed appetebat hiems, in aestate quoque huius anni nauigandum erat in Turcos. Capiebat ante discessum hominem per diem quem absente se, baccharum nimium putabat. Sin per hiemem confici non posset negotium, dignitatis suae, aut rerum Ecclesiae non statuebat impactata relinquitur vrbis loca, ex quibus protendi latus incendium posset. Itaque confestim Neapolitane Vrsinum, Praesulemque Ferrariensem, qui copijs suis aetate antecedente praefuerant, ad se conuocauit, quos uisum, num hiemem instantem, satis ad perendum hominem iudicarent. Cum responsum esset, loca Euerfi annis iam plurimis in hunc casum munita consistere in locis asperis, in quibus nulla pabuli copia hiberno tempore haberetur, ac propterea rem in aestatem necessario trahendam, consilio abstinuit, confidens, quam occasionem tollendi portenti id tempus non dabat, daturum opportuniore alio Deum. Seruatus itaque tunc est necessitate magis, quam voluntate. Verum Pio ad Dominum euocato, Paulo autem ad Apostolatam assumpto, contigit Euerfium per hos dies decedere, relicto dominatu filijs duobus Francisco, ac Deiphebo. Non fuerant in ueniente patre ab illo dissimiles: educato totam apprehenderant disciplinam. Si vero minus operati perniciem videbantur, id ea factum erat gratia, quod minus etiam poterant. Volens nequitiam omnem sibi ascribi patet, contiuauerat in metu filios; non plus licere illis permittens, quam sibi placitum esset. Facti ergo per patris obitum liberi, haudquaquam degeneres se ostenderunt. Fuerat Paulus dum in Cardinalatu ageret, Euerfo amicus, mediatorque nonnumquam constituendae pacis inter se, atque Vrsinos vicinos. Sperabat eam ob causam paternae coniunctionis futuros memores filios atque ad obseruantiam, quae debetur pontifici, additum in priuatum affectum. Sed longe aliter cessit res. Primum enim Toparchis omnibus, qui in circuitu sunt, diem coronationis suae, vt mos est, honorantibus, soli officium contempserunt. Continuerunt se in oppidis, vel diffisi

conscientiae, vel ex consuetudine domus, auctoritatem Sedis Apostolicae ludibrio habentes. Deiphebus autem priuatae mox rei causa venire in urbem cupieas, non prius ueniendum putauit, quam ex quorundam Cardinalium litteris, fidem Pauli pontificis accepisset. Venientem ille benigne accepit, blandeque est allocutus, docens parum amicum se esse; ipeperanda sibi, ac facti ex suo pontificatu omnia, si in fide peristerent. Hortatus, ne imitatores essent paterni instituti, colerent Apostolicam Sedem, reuererentur pontificem, ne vearent latrocinijs itinera publica, atque hic rememrans, varias Euerfi iniurias quas diu risis intulisset, significauit, postquam ad pontificatum assumptus sit, earum ad se delatas querelas, iudiciumque pro ijs postulatum: non esse suae dignitatis, subditorum damna per negligentiam praeterite, proinde Vpupam arcem, & Tolpham, quae possessoribus abstulissent, deponerent apud se, donec palam iudicio fieret, ad utros ea spectarent: Iudices daturum se eos, qui cum suspecti non essent, tum vero inclinati ad suam potius, quam ad aduersariorum rem viderentur. Responsum non male à Deiphebo est. Modestiam, humilitatemque oratio habuit; exiit fuit, vt se, & Franciscum diceret ab eius Imperio non abituros, arce, & que mox vt reuersus esset, sine mora daretur. Habita est fides dictis. Credidit pontifex, Deiphebum partim admonitum paternis periculis, partim illeclum antiqua beneuolentiae spe, serio locutum esse. Sed nimirum mens innutita malis domesticisque exemplis corrupta, ab ingenio noluit discedere, sensum boni sic abhorrens, vt nulli sanitati locum relinqueret. Aliud agitabat animo Deiphebus, aliud ementia est lingua. Reuersus domum, per editos Ecclesiae, qui ad accipiendas arces à Paulo missi erant, contumeliose accepit, comminationibusque multis remisit, parans paulatim laqueum, in quem ipse, & frater essent casuri. Turpe ducens sibi Paulus iocos à Deiphebo, de se habitos esse, deserendam nulla ratione inchoatam rem est arbitrat; litteris confestim ab vtroque contendit, mature promissum adimpleant, nec se veterem amicum ad uiciscendum instigent; etiam nunc, si imperio pareant, contumelia accepta nullam apud se rationem futuram. Sed cum sic quoque nihil proficere posset denunciat bellum. Ea comminatione tandem permoti illi faciunt imperata. Verum vt nullum esset officium, quod non admiseretur peccato, ante arcium traditionem, Vpupae quidem summa propugnacula de ecerunt, ementi fulminum casus; Tolphæ vero murum duobus in locis ab imo suffossim leui materia, ad susperficiem retexerunt, vt si quando occupare illam iterum uellent, è locis notissimis possent. Paulus & si intelligebat vtraque cum perfidia gesta, satis tamen habens satisfactum Imperio haetenus in eos commotus est, vt & reprehenderit factum, & ne in reliquis similes essent, admonuerit. Dies non multos post, impleta Pauli voluntate, securus ad eum accessit Franciscus, benigne, & ipse acceptus, orauit, suae, & fratris salutis impensis consuleret. Subditos eorum dixit, ob ditionem arcium in suspitionem venisse, ne ipse, & frater minus iam grati pontifici essent, proindeque detrectare imperia, contendit, vt litteras ad oppida mittens, de sua voluntate omnes admoneret, nunciaretque in fidem Sedis ambos susceptos. Id ille cum rebus illorum libenter dedisset, multis rursus precibus postulauit, vt inter se, & Securantiam quendam iudicium de Caprarola oppido faciant, quod magnis contentioni-bus ad se pertinere affirmabant. Possidebatur eo tempore à Securantia, qui vnus ex Vicina familiaris, summo Euerfis odio erat. Hoc quoque negatum à Paulo non est. Causa, vt petium erat, in



Rotam conu. cta. Veritas tamen ne tracto ad iudicium Securantia, ipsi vacuum Caprarolam per opportunitatem absentis custodis inuaderent, frequenter edixit Francisco; viderent etiam, atque etiam, ipse, ac frater, ne beneficio suo ad penitenciam vterentur, armisque, non expectato iudicio oppidum vendicarent. Futurum, si ita accideret, ut cuius experti essent benignitatem, cogere acerbitatem mox experiri. Ad ea Franciscus, & si diceret nil tale in suam, aut fratris mentem vniquam casurum, sponderetque omnia de ambobus pacata; suam tamen suspicionem magis, quam eius orationem attendens, etiam abeunt in ingressu eadem, interminatusque est. Illuserant ante Deiphebus, & Franciscus Romano pontifici; deinceps parauerunt impudenti contumacia, declinare imperia. Ut primum enim Securantia in Vrbem venit, vocatus ad iudicium, nullo illi spacio ad facinus intermisso, nocturno impetu occuparunt Caprarolam, praesidiisque munientes, se ad resistendum obfirmarunt. Paulus ea re cognita offensam supra modum auctoritatem suam existimans, alterum sibi contendendum est ratus; ut vel statim ad tradendum oppidum suo illos Imperio cogere; vel bello praesentem praeteritaque vlcisceretur iniurias. Itaque subito ad eos misit, qui perfidiam arguerent, & Caprarolam inuberent tradi. Si minus id agerent, taciti ad se reuerterentur. Illi non contenti impetium Principis contumaciter detrectare, contumeliam in super verborum adiecerunt. Iniuste, dixerunt, pontificem agere, qui sibi alienam rem peteret. Meminisse eum debere, Eueris se filios esse, cuius fuisset semper inferre, non pati iniurias. Retenturos Caprarolam bello aperto, si ita expediat; Paulum si se armis laesisset, intelleturum, quid ad defensionem animi habeant. His acceptis pontifex, Vicarium eius se esse recognoscens, ad quem dictum est, *Exaltare, qui iudicis terram, reddere tribulationem superbis, simul aperire itinera cupiens, quae non peregrinis modo, sed pontificibus quoque necessarium eraturpiter declinare, duo in primis singulari studio curanda putauit; alterum, ut ignaros consilij repentino adortu hostes opprimeret; alterum, ut ante demessas segetes copiae ad oppida essent, futurum ea diligentia credens, ut illi colligendi sui spatium non habentes, perturbatores ad omnia redderentur, & oppidani, messe omni que pecore amisso ditionem maturius facerent: aut si ad resistendum se compararent, acceptis hiis detrimentis minus diu subsisterent. Ad haec componenda opportunum oblatum est fortuna auxilium. Ferdinandus Rex curmas equitum nonnullas ad fines Regnicum Sorana loca iusserat mitti, quae olim suae, nuper Sedis Romanae ditionis facta fuere. Ea res suspiciosa omnibus videbatur, purantibus ad repetenda, quae dixi, illas venisse. Venerant autem, ut constabat, diuersam ob causam. Hanc igitur occasionem secutus; ducibus copiarum suam, quae vbi que erant, arctissime imperat, ut quam celerissime cum suis ad urbem festinent; ut si Regi sit obstitendam, consilio pitius secum habito, sciant, quid inde agendum. Praesulem quoque Mediolanensem, de quo ante meminimus, eadem celeritate mittit ad Regem, specie ad cohibendas curmas, ne in ditionem Ecclesiae transiant; re autem vera ad earum praesidium contra hos imperrandum. Etenim cum feudum Regni a Pio, & coronam accepit, conditionibus erat conuentum, ut in omnem casum Ecclesiae, equitum, peditumque certum numerum pontifice requirente concederet. Quod ille cum fidei praesentia non iniuitus dedisset, eo diligentius omnia administranda iudicauit, quod Deiphebus, & Franciscus perpetuo bello cum Andegauenibus, senferant. Deiphebus etiam Regem ad colloquium per causam*

constituenda pacis, extractum, gladio venenis illi ro tentarat occidere. Itaque sub vnum fere tempus, Praesule, quem dixi, ad pontificem reuerso, & Regis copiis ad irrumpendum paratis, tot exercitui Fredericum Feretianum, & Neapoleonem Vrsinum praefecit. Qui dies permultos ante ad moniti, quid factu opus esset, bisariam Euersanos adorti, intra duodecim diem in potestatem omnia redegere: tanto rerum successu, ut pene finitum bellum ante audiretur, quam inchoatum. Nullum oppidum oppugnatum est, nulla dimicatio facta, Deiphebo tantum & Francisco intra munitas arces se continentibus. Mox ut ad mouebatur exercitus, fiebat oppidanorum deditio. Quidam etiam non obfidionem expectantes, per oratores eisdem agebant. Vbi que inuocabatur Ecclesia, & vbi que studium erat, deicienda feruitus, quam miseri tot annos pertulerant. Erant illis oppida credendum natura loci, frumento, armis, ceterisque ad defensionem necessariis, egregie communita, Iouium, Carbonianum, Caprarola, Roncilio, Capranica, Verralla, Bleda, Vianum, Monteranum, Ceretæ, Charcasum, Seuera, Monticellum, partim accepta a Patribus, partim per iniuriam vicinis adempta. Nec putabatur sine magnis incommodis, hanc victoriam futuram Ecclesiae. Motus maiores secuti inde credebantur. Suspiciosa erat multorum vicinitas, quibus dolore tuta credebatur Euersanorum deditio. Quidam etiam potentatus Italicae, odio praesentium rerum fauuri his dicebantur. Viuens porro Euersus, atque ex conscientia obfidionem timens, ad eam perferendam, quae poterat, ante contraxerat. Iunxerat foederibus se cum affinitibus: sceleris sui, qui nec pauci per agrum Romanum erant, nec contemnendi. Instaurauerat labore continuo muros, fossas, & turres, in arcesque omnia fariam munimenta contulerat. Congesserat quoque pecuniam non contemendam in temporis longi stipendium. Ad haec patris studia accedebat Deiphebi auctoritas, qui strenue in bellis versatus, Ducisque periti nomen habens, iudicatur grande momentum ad distinerdos Ecclesiasticos facturus. Qui breuius finiendo bello spatium statuebant, mensium sex opus arbitrabantur. Erant, qui anni, & qui biennij dicerent. Sed patuit manifeste Omnipotentis Dei vltio, obscurantis oculos impiorum. Contra Romanam Sedis vexilla, tanta haec munitionum vis nihil eualuit. Sicut deficit fumus & sicut fluit cera a facie ignis, sic defecerunt apparatus eorum a facie Dei. Ipsi vero Deiphebo, non mens, non ratio, non consilium, non diligentia fuit. Iacuit totus tremefactus, ac pauidus, ignorans non solum, duersarum copias, sed etiam suas. Noctu tandem paucis peditibus comitatus, exportans, nescio quid ad fugam subsidium, ex arce Bledae, ad quam e Verralla refugerat, ingenti trepidatione abscellit, ac pene est interceptus. Ille fuit vetusta, sed nocentis familiae exitus. Vnde, inquit propheta, *impium exaltatum, elsuatumque, sicut cedros Libani, Transiit, & non erat, quasi fuit, & non est inuentum locus eius. Facta sunt via eorum tenebrae, & lubricum, & Angelus Domini persequens eos.* Venere in potestatem pontificis, Franciscus, & filij eius omnes. Itidem & primogenitus Deiphebi, quos omnes mole Adriani Paulus inclusit. Post victoriam autem, recensentibus a Paulo missis seclera arcium, ut sit, repetere sunt formae complures adu. teradae monetae, in quibus Nicolai, Calixti, & Pij superscriptio, & character erat impressus. Ad alterum quoque; ex his numi permissi, Inuentae & Syngraphae sceleratarum pactio, in quibus qualis esset patris, & filiorum in Ecclesiam mens, perspicue patuit. Ex terris quoque cauatibus, sub terra carceribus extracti mali sunt, quos tyrannorum crudelitas annos iam multos supplicis miserandi affecerat. Notam igitur laetara antiqua secula sunt, ob Cachilatro-

LVI. Canonici regulares ad Lateranum introducuntur.

LVII. Gallorum Rex armis impetratur a subditis.

nis interitum, cuius caede, & rapinis Romanus tractus reddebatur infestus, quam haec tempora gauisa sunt Euersanorum ruina. *Cardinalis Papiens. Comment. lib. 2.*

Eodem anno, ad diem 23. Nouembr. Paulus pontifex, supplicationes publicas ad Basilicam Lateranensem habuit, eodemque Canonicos Regulares Ordinis S. Augustini, eiectis secularibus indaxit; iuraturandi sacramento Senatui populoque Romano indixit, ne vniquam permitterent aut illos ciici, aut hos restitui. *Ciaconus in Paulo 2.*

Hoc ipso anno, Galliae, & Castellae Reges Ludouicus, & Henricus, partem vindictae diuinæ, ob violata diuinita, humanaque, a potentissimis coniurationibus subiere. Ludouicus Galliae Rex, postquam adeo aetate, quemadmodum superius narrauimus, Pium pontificem exagitaauerat, semel ad mortis profanis manibus ad res sacras, Sacerdotes in suo Regno deteriore conditione quam feras syluestres habebat. Has enim cum violare, capitali sanxisset; Sacerdotes, pro libidine agebat, ferebatque, iuribus eorum violatis: quin & Britannia Ducem bellum indixerat, nisi sacra beneficia, solum Regem patronum, in vniuersa Britannia agnoscerent. Iam vero Principes, & populi Galliae dolebant, Ludouicum, populam quidem vctigalibus infestis & seruitute premere, se vero & omnem fere nobilitatem contemptum habere; omnia pro sua voluntate gerere; se legem, se iudicem, se Parlamentum esse; omnem regnandi spem in armis, & militibus reponere; domos ex humili genere sibi comparare, qui illi assententur, qui quodlibet imperanti pareant; studere profus pares illos principibus facere. Delatorum plena esse oia, nemini suas opes, sed nec vitam in tuto esse. Proscribi, relegari, ob frivolum suspicionem, quam plurimos; nihil iam auctoritatis Principibus relictum esse; feris, & belluis plus securitatis, & libertatis, quam hominibus esse: pecuniam & sicut in nullis pensis homines largissime profandi; pensiones illis annuas sine modo dari, quae principibus adimantur. Iam proxime instare, ut ad vnum singula, atque omnia in temperanter pertinerent. Haec, & alia grauissima, cum tolerare non potuissent Gallorum Principes, ac populi, eoltione facta, in primis, Quadrigarium Parisiensem, pontificem Legatum ad Regem miserunt, qui interpellaret; moneretque; maiores illum suos imitari, patriis legibus uti, in suo quemque iure, atque consuetudine continere, vctigalia moderari, miserique populi; deinde cum non impetrassent, arma expediuerunt, & variè affligerunt; vel tum maxime, quando auctoritas sententiae de recipiendis Lutetiam Principibus, vbi more maiore, consilio Cleri, procerumque; & populi contra, de rebus communibus vna cum illo agi posset, Rex praecipiti consilio vsus proscriptis, vixque a Quadrigario Episcopo abstinuit. Nam quod homo integer, & sanctae aetimationis haberetur, in eum temere seuite temperauit. Crepebat nihilominus, atque reprehendebat, quod ad hostes se in scio produisset, & crimen agebat Ioannes Lofredi, homo ignobilis, professione Monachus Cluniacensis, Albigenium pontifex, & S. R. E. Cardinalis, literarum tantum opinione clarus, qui Quadrigarij ad coniuratos profectionem, ad crimen maiestatis referebat. Nec dubium fuit, Ludouicum id sollicitè curasse, quae aliquando causa, Quadrigarium in aliam Ecclesiam traduceret. Ea Aristitis, & aliorum contumelia irritati, arma in sequeunte anno in Regem mouerunt. *Aemilius, & Guagninus in Ludouico 11.*

LVIII. Item Henricus Rex Castellae.

annosa arbores euulsae, aedificia multis locis labefactata, armatorum acies in caelo visae inter se concurrere, siue vera species fuit, siue praestigia; nam a pueris tantum visas memorant, tres aquilae rostris, & vngibus diu in aere cruenta pugna dimicantes, exanimatae, exanguisque; ad terram decidere. His ostentis mortaliū mettes in vota, precesque conuersae sunt, si forte Numinis iram placarent. Princeps factionis Paciechus, auctoritate Toletani Antistitis fretus, Segobiaz, quo Henricus in aestiua concesserat, die in Regiam cum armatis imperum fecit, ad Regem, & fratres capiendos, re factis etiam conclauis foribus, & quoniam id non successit, Rege, & Bertrando malorum consultore, in penitentiorem atque munitiorem adiuti partem in repentino metu subtractis, tenebris tantum facinus, noua fraude tetrauit. Aderat nox, coniuurati mutua fide, laeti expediebant arma; cum iudicio facto vitatae insidiae sunt; auctor sceleris in aula erat; ferro vincendum plerique suadebant. Regem tanta socordia inuaserat, ut inanem clementiae speciem saluti praerferret, cum negaret fide publica tantum, violari aequum fore. Sic periculum in praesentia vitatum; in peius tantum ruere oia coeperunt. Bertrandus tantum Diui Iacobi Magister institutus est, concedente Romano pontifice; fremens populo, eum honorem Alfonso principi iniuria detrahit: Sed audacia tamen Paciechi nullo alio supplicio praeterquam aemulo aucto vindicanda videbatur. Nouo iterum conatu tentatum, si insidiae procederent, Rege Villacastinum per speciem colloquij attracto. Id etiam periculum iudicio facto vitatum. Burgis, quo se coniuurati detecta fraude contulerant, ciuitum parte in fossas attracta, contumeliose litterae ad Regem sunt datae. Earum haec capita erant; Mauros apud eum versari, flagitiorum omnium impunitate concessa. Magistratus venales esse. Diui Iacobi Magisteri iuri iniuria datum. Ioannam adulterio natam, regi hactenus contra fas, & auspicia esse renunciatam. Haec si mutata essent, libenter posituros arma. Lectae et litterae Vallisoletis; neque Regis tamen magno opere commotus animus. Excitat diuina vindicta mentem, cum vim suam reuerti non vult. Praeposteris voluptatibus vires eteruatae etiam corporis atque iudicij. Aderat Bartienus Conchenensis Episcopus, palam que artibus vindicandam iniuriam prope modum cum conuicio hortatur; nil tamen profecit: obrestatus quamuis, quoniam salutaria moribundis parere recusaret, cum praeter omnibus Hispaniae Regibus ludibrio futurum, lera atque inuili penitentia praesentis ignauiae. Tentata denuo spes concordiae est quando displicebant arma. Paciechus colloquio Regis impetrato, in patenti campo, remotis arbitris, perfricta fronte, ingenti simulatione cum illo colloctus, his conditionibus pepigit. Vti Alfonso frater regni haeres esset iure suo, Ioanna vxore, Bertrandus se Diui Iacobi Magisterio abdicaret. Quattuor tertium arbitri essent, bini ab vtraque parte delecti. Alfonso Oropefa Ordini Hieronymiano Praefectus, quintus accederet. Quod maior pars sanxisset, idius, saepe esset. Secundum haec, in Alfonso verba iuratum. Bertrando Magistratus abrogatus. Arbitri delecti, a quorum tamen potentia, quandoquidem perturbare omnia agerentur. Rex metuebat, ne, si sententia esset pronuntiata, iane illi nomen Imperij relinquerent, caetera auferrent. Secura sunt anno insequente grauiora, quae Pauli pontificis auctoritatem, & opem requirerent, de quibus suo loco dicemus.

Inter haec, in Africa, Lusitanus Rex nil operis praeteritum contra Mauros egit. Tingis tentata, repulsi cum caede Lusitani a Matris. Irruptiones in vicinos agros factae; nulla ad memoriam insignis: nisi quod ad Benzani montem, Rex ipse Lusitanus

Lusitani nil contra Mauros agunt.

LIX. Rhodienſes milites Turcarum claſſem proſigant.

cum copiis omnibus magnum periculum adit. E- duardus Menefius de ſalute Regis ſollicitus, dum nullum virtutis finem facit, in conſilium perit, cecidit alij: poſtremi agminis deſenſi laudem Villare- giae Comes tulit Regio etiam teſtimonio. Ad ſe enim venienti; *Hodie, inquit, penes te vnum ſides perſicit.* Ab Henrico Rege feliciter, in Granatenſes Mauro- rum fines penetratum eſt. Non enim inde diſceſſum, niſi veſtigiali accepto, quod Mauri pacti antea e- rant, alitque magnificis muneribus allatis. *Marians lib. 23. c. 5. 6. 7.*

Non minus feliciter, à Rhodanis equitibus a- ctum contra Turcos. Diuulgato apud illos Pij pontificis decreto, Magnus Magiſter eius militie conuo- catis Equitibus claſſem decreuerat: cui etiam ipſe v- nam, aliquot aliis, quatuor tunc, priuatis im- penſis adiunxerat. Deſuncto Pio, cum Mahometes metu omni ſublato, in aliquot inſulas eiusdem Or- dinis imp. tum feceſſet, Rhodiani miſſis tremitibus, non tantum claſſem Turcicam proſigant, veum etiam Mahometem ipſum tanto terrore impleue- runt, vtis Oratorem miſerit, ad inducias, quas vio- larat, redintegrandas, & confirmandas, maxime cum accepit, illos ipſos Rhodianos, quinque ex ſuis Oratores viros prin- ces, Sergium Seripandum, Mag- ni Magiſtri in Italia Vicarium, Ioannem Baptiſtam Viſinum, Priorem Romanum, Antonium Faſſobal- dum, Priorem Piſinum, Petrum Caſellium, Prio- rem Meſſanenſem, Cincium Viſinum, Bailum Ven- uſinum, cum Melchioro B. andino, Procuratore in Romana Curia Generali, ad Paulum recens crea- tum pontificem deſtinare. Non tantum congratu- latum, ſed etiam auxilia petum contra hoſtes. In- terceſſit non nihil ei militie à Venetiſ, quorum na- ues, Saracenos quofdam vehentes, Rhodiani inter- ceperant; & illos ipſos Saracenos in vincula conie- cerant: occasione cuius, Saladinus Aegyptius mer- catores omnes vniuerſa Syria Venetorum prehen- derat. Ergo Veneti claſſem quadraginta duarum tu- remium in Rhodianos miſerunt, & militem in conti- nentem expoſuerunt, omnia inſula illis facturi, niſi Saracenos reddiſſent. Actum tamen eſt, & tranſactum pacifice inter illos, ne à communi v- triuſque partis diſſenſione, Turcis atque Sara- cenis vires accreſcerent. *Boſius hiſtor. Rhodian. lib. octauo.*

LX. Obitus, & vita B. Mar- garetæ Ducis Sabaudia ordinis Pro- dicator.

In hunc annum incidit obitus, Beatæ Margaritæ allobrogis, Dicitur Dominici inſtitutum inter Sancti- moniales profeſſa. Nata Ludouico Duce Sabau- dia, & in matrimonium Theodoro Palæologo, Montisferrati Marchioni collocata, quanquam na- tura, & inſtitutione ad omnem virtutum cultum for- mata, atque inclinata eſſet, maiorem tamen in mo- dum inſiſſimata fuit ad perfectionis faſtigium, à concionibus Sancti Vincentij Ferrerij. Ab hoc do- cta carnis concupiſcentias domare, mundi illece- bras, & pompas contemnere, pietatis operibus in- cubere, cilicium ſub veſte ſplendidiore dies, no- cteſque geſtabat; pauperibus, ac præcipue his, qui- bus pudor mendicimonium interdicebat, omnia charitatis officia impendebat; diuinis rebus mentem inſatiabilem paſcebat, atque in exercitio virtutum omnium poſito ſtudio, totius ſanctitatis exempla edebat: tanto amplius, quanto morte ſublato Theo- doro, magis liberum ei fuit, curam rerum tempora- lium in alios reicere, voto perpetuæ caſtutis ſe- ſe aſtringere, & in tertio, quem vocant, Sancti Do- minici Ordine, ſub habitu viliori eiusdem inſtitu- ti, ad omnem ſanctitatem inniti. Albam, eius rei cau- ſa feceſſit, in idemque Cœnobium Sanctimoniali- um, titulo S. Mariæ Magdalene condidit: in quo pri- ma fuit, Patriarchæ Dominici puritatem, innocen- tiam, charitatem, deuotionem, pietatem, humilita-

tem, & alia ſanctitatis opera imitari: pernox in ora- tione, & contemplatione; aſſidua in curandis, ſan- tandisque ægrotis; prompta ad viliffima quaſque cœnobij officia obeunda; ſeuens in conuictendis, per orationes, & preces ardentiffimas peccatoribus; tolerans iniuriarum, & obtreccionum, nec non æ- gritudinis, qua à podagricis doloribus laborabat: vel tum maxime, quando vt his liberaretur enixius oranti, Diua Deipara apparuit, & hunc eſſe eius a- gonem, in quo vſque ad mortem certare debere t- reſpondit. Conſtituit eam ad omnem toleran- tiam Redemptor generis humani, Ieſus, quando, poſtulanti, vt inter eius electos recenſeretur, aſpe- ctibus illius ſe obiecit, tribus lanceis onuſtus, in qui- bus ſcriptum eſſet, *Calumnia, infirmitates, perfecutiones*, vtque vnam ex his deligeret, admonuit: Il- la vero ſe totam arbitrio eius permiſit: is vero robur, & conſtantia ad ferenda omnia aduerſa, animo eius adiecit. Aliquando forib. cuiuſdam matrone excluſa, calamitatem futuram ei prædixit, à Deo immiſſum in v- lationem immanitatis; vt toto triennio aliquoties ex viro grauida, non niſi teretima monſtra ediderit. Ab hac non prius illa liberata fuit, quam culpa in- humanitatis agnita, eius veniam à Margarita, impe- trauit. Orationibus etiam ſuis, tempeſtatem quandam, opera dæmonum excitatam ſecauit. Moritu- ræ, Chriſtus vna cum Sancta Catharina Senenſe appa- ruit, inſolitoque odore, & ſplendore cellulam decumbentis impleuit. Suauis diuinitus editos can- tus, etiam ſortes lectum circumſtantes audiue- re. In momento eius diſceſſus, æs campanum ſua ſponte, nemine pulſante inſonuit. Ea ſtatim deſun- cta, complures Aibentes ſeculares, aſpexerunt cœ- tum velut ad ſepeliendum aliquem ordine cum fa- culis accenſis cœnobium, vbi decubuit, introgredi- entium, quos vel Angelos, vel Cœlites eſſe putave- runt, qui dulces hymnos concinerent. Aliquot poſt diebus aperta ſepultura, integrum eius corpus, vultu rubicundo, & ſereno, quaſi adhuc viueret, re- pertum eſt, tanta flexibilitate carnis, vt manus im- poſitæ veſtigium reliquerit, odorem ſuauiſſimum ſpirarit, & ex allifo ad murum labro, ſanguinis riuu- lum profuderit; viuens, ac vita ſancta, multis mira- culis illuſtris. *Pius lib. 3. de viris Illuſtribus, Ordin. prædicat.*

LXI. Variis Ec- cleſiæ pro- ficuntur Episcop.

Hoc anno, Ioanni Sprouio Archiepiſcopo Gneſ- nenſi in Polonia, ad medium Aprilis mortuo, Ioan- nes Guſcinus; huic autem in Episcopatu Cracoui- enſi, Ioannes Lutecus; ei vero in Vladislauienſi Ia- cobus Senenſis à Paulo Pont. Max. Rege Caſimi- ro poſtulante, iuſſeſtus eſt, nec multo poſt, idem Pontifex Paulus Grabouium, Rege itidem com- mendante, Chelmenſem Episcopum creauit. *Cro- merus lib. 25.*

LXII. Predica- tores Fidei tuenda, & hæretici exſtirpati diuinit.

Per idem tempus in regno Polonia, quinque fami- liarum Prædicatorum Inquiſitores contra hæreticam prauitatem per excellentem, ac ſedulam diligentiam, ſtadiumque haud exiguum adhibuerunt pro conſeruandis in fide Catholicis, & hæreticis elimi- nandis. Hi ſunt Fr. Gregorius Heyczel Inquiſitor Vratiſlauenſis, Fr. Nicolaus Gruncb, Inquiſitor Thorunenſis, Fr. Matthias Conradi, Inquiſitor in Ruſſia, & Polonia, Fr. Dionyſius Inquiſitor Cacro- uienſis & Fr. Albertus de Lancicia: *Hiſtoria Polonia Ordinis Prædicatorum cap. 8. & Fernandez in Con- ſertatione Prædicato- ria.*

IESV CHRISTI Anno 1465.

PAULI PAPAE II. FRIDER. ROM. IMP. Anno I. & 2. Anno 14.

I. Cauſam fidei pro- mouere ſtudet Paulus.

PAULVS Pontifex, mox vt aſſumpſus fuit, ani- mum, vt diximus, intenderat, ad publicam fidei Catholicae cauſam, atque delegerat res primos ex Pa- tribus, quorum hæc cura eſſet continua, meditati- tur, conferent conſilia, diſceptarent inuicem, quæ- que inter ſe vitia iudicarent, digeſta ad eum refer- rent, decreto ſuo poſtmodum confirmanda. Accer- ſerat ad hæc Romam ex tota Italia Principum Ora- tores, vt quiſque ad opus Dei pro vitibus ſuffragium ferret. Venerant hi expectati, licet nonnulli ſerius, quam oporteret. Sex totis menſibus agitata cum eis tota res eſt. Volebat pontifex quemque ex potentia- tibus certum ſubſidium annis ſingulis pendere, quamdiu bellum Turco apertum ſerret, & quia nulla vitiorum ratio bene gerendæ rei offendeatur, quam adiuuare pecunia Vngarorum Regem, ſolum ad conterendos hoſtes idoneum, & iam bellorum aſſiduitate exhaustum, ſummam deſinitam petebat à quoquam. Ipſe vt aliis exemplo eſſet, centena mi- lia aureorum annua repromittens, & plus ſibi, quam a- liis imponens. Agebatur res quotidianis exhorta- tionibus, & precibus, & mandatis, nullique arti- ficio inducendarum voluntatum parcebatur, quif- que tamen impoſitam ſummam maiorem vitibus al- legabat, atque in hac vna diſceptatione totus erat tractatus. Tandem cum ad Dominos ſuos ſæpius ſcri- piſſent Oratores, ac reſcripiſſent, poſtulata Pauli proponentes, & reſponſum poſtremum petentes, ea deliberatio miſſa à ſingulis eſt, qua parum animi ſatisfecit. Non communicauerat ante menſem Mar- tium Paulus Cardinalibus vniuerſis, qua cum Ora- toribus eſſent tractata, expectans, quotidie exitum rei felicem, vt cum grata auditione palam faceret, quid operata eſſet diligentia ſua. Igitur videns nil amplius, quam quod erat oblatum ex Italia, expe- ctandum, & iuſtificare ſe volens, ſi maiora non ap- parent, Conſiſtorium coegit, & Oratores ad eſſe voluit, vt cum Patribus ſedentes, vnus quiſque pro ſuis oblationem publicam facerent. Præfatus itaque paucis labore in tractatibus habitos, & fide- le ſtadium in molliendis animis paterne adhibuit, iuſſit oblationem ſibi ſoli ante factam, coram Pa- tribus fieri. Erant à Ferdinando Sicilia Rege Ora- tores, Protonotarius Rocha, & Antonius Carapha, E- queſtris ordinis. A Venetiſ Triadanus Gritus, & Hieronymus Barbaricus. A duce Mediolanenſium, Auguſtinus Parmenſis iuris interpres. A Florentiniſ, Antonius Rodolphus: à Senenſibus Bartholomæus Benafſaus, ipſe quoque Equeſtris ordinis, ac iure- conſultus. Regij obtulerant ſexaginta aureorum millia, mittenda ad Vngaros, & amplius quingen- tos equites, totidemque pedites, qui per Epirum i- rent in bellum. Veneti ſi dicerent, ſe ſolos cum Vngaris aduerſum Turcos implicitos, & in annos ſingulos ſeptingenta millia in claſſe, & exercitiis expendere; vt tamen pontifici auſcultarent, miſſu- ros quoque ſe ad Vngaros annua quinquaginta mil- lia promiſere. Mediolanenſis egregia ſponſione, e- quitum duo millia, & pedites mille obtulit, ituros per Epirum cum Regiſ copiis, Florentinus optionem dedit pontifici, vtrum mallet equites mille, cum pe- ditibus quingentis, qui adiungerentur Ducalibus, an annua 24. M. quorum duo tantum in menſes ſingu- los ſoluerentur. Senenſis eſſe in itinere dicit nouum Oratorem, qui ad hæc mandata haberet; ſibi nullam

de his curam à Republica datam. Veneti, Mediola- nenſes, & Florentini hac conditione promiſſum fece- runt, ſi decimales Eccleſiarum, vigefimales Iudæo- rum, trigefimales ciuium indulgerentur contribu- tiones; Regij, ſi cenſus in eam diem Romana Eccle- ſiæ debiti, Ferdinando condonarentur. Nam alias contributiones propter exinanitum bello regnum, Regem non petere. Omnes tamen ſponſiones ſuas tamdiu continuaturas dixerunt, quamdiu ſancta hæc expeditio teneretur. His auditis, iuſſit ponti- fex Oratores extra conſiſtorium eſſe, donec, accep- tandam, an recuſanda oblata eſſent, cum Cardi- nalibus ageret. Egreſſis, inceperat ſuſpirans; *Vi- detis, fratres, quo reciderunt deſideria noſtra, & ſex men- ſium conatus. Pecuniam popoſimus; copia offeruntur. Non re- ſpondent hæc noſtra expectationi, nec gerendis rebus conueni- unt. Stipendium, quod duobus millibus equitum, & mille pe- ditibus erogat Dux, quinque in Vngaria conduceret millia, aſſuetæ pugnis Turcarum, & valentiora noſtra illis in locis. I- dem dico de Rege. Florentini, qui alioquin in mittendis mille equitibus, & quingentis pedibus, annua quinquaginta mil- lia expendere haberent, ſi pecuniam loco militum pendant, dimidio minus pendere volunt. Vnde iſta conſilia? Caro, non ſpiritus rectus hæc monſtrat. Vt non adiuuent vituliter Vene- tos, congeminare ſua onera volunt. Vitiſiam in deſerendis Ve- netis, non deſerent fideles omnes, & ſeipſos. Senenſis diu ad- moniti, & rogati, adhuc nihil reſpondent. De Duce Muti- na, Marchione Mantuano, & Lucenſibus, quid dicam igno- ro. Scriptum omnibus eſt, & à nullo reſcriptum. Silentia eorum, recuſationes ſunt maniſeſte. Aliud interpretari non poſſumus. Hi vero, quos modo audiſtis, non de ſuo, ſed de no- ſtro promittunt; quaſi, vt eſt in prouerbio, manibus noſtris naſa noſtra abſtergant. Petierunt enim decimas, 20. 30. & cenſus quoque Eccleſiæ. Antequam animiſſum, quid cenſeam a- gendum. Si hæc oblata accipimus; Vngari carituros ſe viden- tes pecunia, quam indies expectant, paciſcentur cum Turco. Tolerare enim vltra non valent. Horum exemplum neceſſa- rio ſequuntur Veneti, quos quotidie imitat Turcus; & iam capita conueniunt miſſe ad eos, que vidimus nos, & ho- norifica admodum ſunt. His duobus quaſi propugnatoribus cedentibus de medio, numquid non hoſti iter liberum terra, marique ad Italiam patet? Porro ſi hanc terram ingreditur, nonne videmus quam facile in poteſtatem omnia redigat? Non tam arma ſua illi viam aperient, quam diſſenſiones in- teſtina Italia, & ſubditi, odio habentes dominos ſuos. Ille vt vicinus hoſtis deleatur, externum domi accipiet: hic vt tyran- num oppreſſorem fugiat, ad inſidalem conſugiet. Magna in- dignationum, & inimicitiarum eſt vis, vt nec religionem, nec communem interitum iratus animus videat. Rurſum, ſi promiſſa hæc non acceptamus, & maiora, ac vitiora ex peti- mus; maiora, & vitiora non preſtent; quodcumque ſucce- det mali, recuſationis noſtrae crimen dicitur. Subuenire, in- quiunt, pro vitibus volebamur, & ſumus repulſi. Quod ſi ma- xime addituri ad hæc aliquid ſunt, antequam petitiones no- ſtrae perferantur ad eos, antequam deliberationes nouæ inean- tur, & referantur reſponſa, menſes amplius ſex elabentur; nec ſimul an ita addent, vt non dici poſſit fruſtra tempus in- ſumptum. Præcipuum autem Chriſtianorum ſubſidium eſt, & ante alia procurandum celeritas. Si enim antequam ex- hibentis moueat Turcus, quem exploratum eſt ingentes copi- as terra, marique contrahere, parati Veneti, & Vngari, & nos quoque non erimus; quod nunc minoribus vitibus bene ge- ri eſt ſpes, maioribus poſt hæc geri, non eſt expectandum. Dies, vt magnas ſepe vititates, ſi diligentia aſit, ſic ingentes quo- que clades, ſi aſit, ſecum apportat. Quare, Venerabiles fra- tres, vos, & Oratores nunc miſſos facio. Grandis hæc reſ eſt, & momentii permagni. Conſultatione longa eſt opus. Ad multum diu proceſſimus, & ſeſti omnes ſumus. Cum reuoca- uero, vos venite ad conſilium. Interim quiſque curam ſuam huius rei accipiat, meditetur, & verſet in omnem partem, quid nobis agendum. Vt in ceteris, ita in hac re ſequemur conſilia veſtra. Hic finis fuit conſiſtorij. Papienſ. E- piſt. 95.*

Ad eam parum con- ſerunt Prin- cipes Chri- ſtiani.



II. Hungaria Rex Legatos destinat & auxilia petit.

Decreuit interea Matthias Vngariae Rex, solennem ad Paulum Legationem. Principes eius fuere Ioannes Quinquagesimus Episcopus, & Ioannes Rosgorius, viri è nobilitate primarii. Data his mandata, vt Paulo pontifici obsequia prompta deferrent, & aduersus communem Christianam republ. ca. hostem, opem, & auxilia implorarent. Adiunctus fuit illis Ioannes Emo Venetus, non inuito, inconsultoque Senatu Veneto, non tam Legatus, quam testis, eorum, quae Matthias in Bosnia, Rascia, ac Scruia gesserat: Is enim rite cuncta spectauit, non modo vt locus, comesque, verum etiam vt consiliorum moderator, & particeps, periculis omnibus, & periculis adfuit, vir acris consilio, & experientia magna. Hi mandato Regio primam Venetias venere, vt de communi bello cum Venetorum Duce colloquerentur. Rebus ibi è sententia constitutis, Florentiam venere, & in Senatu admissi, opem in Turcas ad salutem publicam postulare. Romam propius accedentes, honorifice Pontifex Maximus, sacrosantumque collegium excepit. Facta dicendi potestate, Ioan. Antistes, vir summa dicendi copia pollens, Regia mandata eleganter exposuit. Postquam legitimum, promptumque Regis obsequium, vires, facultates, & animum in re quaque maxima pontificio Imperio obtemperantissimum obtulit, multa de imminente Turcarum periculo, deque intolerabilibus & quotidianis Vngarorum laboribus rite disseruit; quin etiam veluti à Rege post abitum fuerant edocti, nouos Turcarum apparatus adiecit. Mahumethem, iniquis, variis titam annorum cladibus affectum, non visitata solum ita, odioque, sed diro quodam furore vexari, omnes artes, dolosque tentare, nunc inducias insidiosas offerre, exposcere amicitiam, oculi desiderium perferre; nunc grauissima bella moliri. Nuperrime duos duces cum expeditissimis exercitibus praemississe, qui Vngariam penitus, quantum in se sit, igni ferroque vastent, & caedibus cuncta ex more compleant, in reditu Belgradum obsideant. Hos iam Synderonia appropinquass. Mahumethem cum filio, qui natu maior esset, cum certis, & innumerabilibus quidem Turcorum viribus haud procul hinc subsequi, vt ea aetate ciuitatem expugnet, Seruiam occupet, & Iayzam demum, Bessenamque recuperet, & eo obstinatius his duobus locis, vt poriat, enixurum, quo faciliorem vnus in Vngariam, Poloniam, Bohemiam; alter in Dalmatiam, Istriam, Italiam, Germaniamque aditum praestare videret. Matthiam Regem pro virili sua grauissimis his difficultatibus occurrere, multas lignorum strues, vt Belgradum muniat, secundo amare demississe; obfirmasse armis, milite, comitatibus; in Bossena, propter Emerici gubernatoris occupationes, qui superiores Vngariae oras à Bohemis, Polonisque tuebarur, praefectos alios disposuisse, copiasque dedisse; Regem habito delectu, Buda profectum in superiorem Vngariam concessisse, vt prouinciam à Bohemorum, Polonorumque incurfibus vindicet, quos magnas sibi societates comparasse intellexit, demum pro viribus, imminenti circum periculis occurrere, eius animum consilio, & celeritate promptissimum, multa laborum grauitate succumbere. Hosti non prudentia, non animi magnitudine, sed viribus tantum cedere, quibus se imparem esse non inficietur. Demum, quando Christianae reipublicae propugnaculum, Vngariam esse nemo neget, in communem fidelium salutem à pontifice opem, & auxilium impleret. His dictis, Pontifice, Patribusque Apostolicis benigne responsum, Sacrosancti Collegij decreto factum, vt quinqueaginta quotannis aureorum millia, pro gerendo bello, ad Matthiam in Vngariam mitterentur, quae annos multos per soluta sunt. In Achaia interim Turcus agens, vt initum Venetorum cum Matthia foedus rescinde-

Inducias dolosas inire curat Turca.

ret, nunc Venetos, nunc Pannonem, cum induciis, tum pace sollicitauit: quin & Matthiam per Maioris Valachiae regulum, quem Vaiuodam appellant, saepe tentauit, ac optimas pacis condiciones obtulit. Adiecerat nonnullos in Bossenae, Seruiaeque finibus vitro, citroque nobiles, & in partibus Rasciae Despotam, quem non parua apud Regem auctoritatis esse intelligebat. Internunciij quoque quotidie mittebantur, per quos mittendorum Legatorum potestatem postulabat. Se ebat enim, nisi soluto duorum potentiarum foedere, nihil in alterutrum bello profecturum. Vires quaeque maximas sola discordia enervari. Contra vero, sub praetextu pacis bellum multo grauius parabat. Nec latebat quidem Pannonem, Venetumque afluus hostilis, perfidia plusquam barbara, & solennes insidiae, quapropter seruandum eo impensius vterque foedus esse censebat. Bonifinius decad. 4. lib. 1.

At in Graecia, terra, marique res parum prospere Venetis fuere. Nam quum Sigismundus Malatesta, auctoritate pontificia sacro bello in auctoratus, exiguas haberet copias, barbarique ad decem equitum millia in Laconiam citato agmine venissent, diffusus ille militum paucitati, sub hostium accessum Mantiniam cum suis in tutum abiit. Turcae autem Pythiam subito adorti, per multam oppidanorum, militumque caedem vi capiunt. Nec minor quoque maritima sub victoris Capellij auspicijs expeditione clades accessit, qui post praedara aliquot in Salonicensi sinu, & circa Pyreum in Turcos edita sicinora, vbi Lasum, Himbium, & Athenas nobilissimam Graeciae urbem, ac terrestri, maritimoque olim potentem imperio cepit, dum nouissime his successibus elatus, ad Patrense oppidum expugnandum animum adiecit, exposuissetque in terram praeter turmas, sociosque nauales, ducentos equites, quorum Nicolaus Ragius, & Iacobus Barbadicus ductores, praefectique erant, oppidum terra, marique aggreditur, ad praedamque potius, quam ad pugnam miles intentus, sine imperio temere ad agrerium suburbana recta diripienda discurrit, in hunc vagum, palantemque trecenti barbarorum equites subito imperum faciunt. Accurrit Barbadicus Legatus magna armorum manu, Ragius quoque equestri acie adest, ita umque atrox pugna committitur. Sed Turcae equorum agilitate à fronte, à tergo, à lateribus incurfantes, pugnam ferocem edunt, territantque Crucesignatos, iniectoque semel pauore confusos, circumuentosque eos ferro trucidant, tum aperta fit fuga, cedeque foeda oritur, Turcis ex insito in Christianum nomen odio nemini parentibus. In ea trepidatione Barbadicus Legatus, mula sedens, dum forte suos monendo, hortandoque à fuga reuocare tentat, vi, impetuque hostium in angustum lo um compulsus, & ad terram inter vepres, & arbuta deiectus, à multitudine equitum, ne quicquam ope suorum implorata, obrutus expirauit, eius corpus postea è paludamento cognitum, Patrensis arcis loco eminentiori barbara feritate hostes palo affixere. Ragius quoque in Turcorum potestate redactus, viuus, & ipse palo insignitur, milleque ex tanto numero, ceteris ferro oppressis, è manibus hostium elapsi, euasere. Nec Capellius quidem ad eam cladem turbatus, animum remisit, ratus huiuscemodi incommodum potius suorum temeritate, quàm hostium virtute acceptum fuisse. Octauo itaque post die copiam iterum ad oppugnandam urbem sub signis mittuntur, ea aut circumuallata hostes ferociter improviso egressi, in Venetos irruunt, praelioque sub munitis, contra quo, quattuorci citero, raras atrociter vtrinq; pugnatu est, demum visa in summo cliuo castris propinquo equestri Turcorum alacritas terror Crucesignatorum animos inuasit, vt extemplo in fugam Christianos miles versus, pro-

III. Venetis non bene succedunt res contra Turcas.

figaturque

IV. Ferdinandus coniugium filij petit & legitimum auctorem dicit & dimittit.

si gatusque fuerit. Desiderati sunt, ad mille; reliqui precipiti, remebundaque fuga se ad naues recepere. Quare Capellus duabus fractis cladibus, inde continuo in Zacinthum transfugit, postea Methonem, ac de num Chalcedem, vbi maiore animi, ob aduersam duplitis praelij fortunam confectus, intra paucos dies è vita decessit. Multi amicorum, & in his Ioannes Dedus, qui postea scribarum à secretis Magisterio functus est, conati sunt agrum, & iacentem animum erigere. Sed vir vehementi ingenio, praercepta semel suspicione infamiae, nullis amicorum precibus, hortationibusque adduci potuit, vt equiora respiceret. Ergo dolenti adeo indulsit, vt sedens repente expirauerit. Infirmianus lib. 3. Sabellius emead. 10. lib. 6.

Institaauerat Mahometem in Venetos, contemptus foederis, quod illis per fraudem obtulerat. Solenne id fuit tyranno, foedera in speciem quaerere; ac interim securos omnium opprimere. Quaeuit pauerit ad Ferdinando Rege, & ab Equitibus Rhodianis. Occasione Ferdinandi, datum est à Paulo Pontifice, ad 15. Febr. frequens Consistorium eius oratoribus asserere: madata se habere ab illo, quod audire à Pontifice, & à patribus infini conueniret. Hi in confessam venientes, ante quod Turcica referrent, praefati longa oratione coniugium, quod octauo ante anno inter Alfonso primogenitum Regium, & Hippolytam natam, Francisci Mediolanensem Ducis, amodo instat tempus dixerunt tradendum sponso ad virum, & propterea Federicum secundogenitum, paucos post dies, intrum Mediolanum cum procerum turba, ad traditionem pompam. Orare itaque Regem, Paulum Pontificem, & sacrum Collegium, vt interesse solenni nuptiarum sacramento per Legatum vellent, idque matrimonium auctoritate sedis Romana ornare. Haec prima eorum fuit expositio. Recitarunt deinde litteras recenter ad se à Ferdinando, accuratè admodum scriptas, quarum ea erat sententia. Ad nonam mensis Februarij, oratorem magni Turci Neapolim peruenisse, comitari tantum equorum 12. Audiri illum fuisse à se statim suam Legationem tria tantum capita continere. Gratulari in primis Regi, quod summa felicitate victoriam de hoste consecutus esset; deinde admonere, vt cum Deus tanta fuerit in eum largitate, credat ad maiora seruatum illum esse, hortari praeterea, vt non negligat se, sed ad fortia eleuet animum, optare Turcum dominatum eius omnem augeri, quandoquidem Germani loco illum posthac sit habiturus. Ideoque octingenta aureorum millia offert. In annos singulos, si in Italia mouere aliquid bellum velit. Insuper desiderium sibi esse, affinitate aliqua Ferdinandum sibi impensius deuincere, pro connubia filiorum, & filiarum, quae vtrique essent complures. Aut si fieri hoc non posset, propter diuersam religionem, matrimonium saltem nobilissimae Christianae primis Subassidis sui filiae, quae ab Imperatoribus Graecis originem duceret, dotem eius esse millium ducentorum, aut amplius quot vellent Ferdinandas. In hoc vero occupatum praecipue fuisse oratorem, vt indicaret bonam Turci animi erga eum, & suaderet bellum, & de illius auxilijs summa omnia repromitteret. Ad haec autem, praeter communia, quae in talibus haberi solent, paucis respondisse Regem: velle se in tot, ac tantis oblationibus altius cogitare; & cum primum statuerit, quid agendum, missum Oratorem suum ad Turcum qui verbo respondeat. Addebat in literis, non ideo missionem hanc introducat esse, quo ista intenderet exequi, si non placeret Pontifici; sed vt interim haberet spatium consulendi, & non amplius biduo, oratorem illum apud se retineret. Igitur à Paulo petere, quid censeat agendum, mittendum ne, an non mittendum. Rursum, si mittendum; quid dicendum ad postulata. In nullo excessurum se suum decretum. Missionem autem non ideo adducere in co-

sultationem, quo de promissis huiusmodi intelligere quicquam velit, aut accipere; quippe quae sciat, maligno fieri animo, & Principe Christiano esse indigna: sed quia operae pretium putet, non solum Velanam, & loca vicina regno, quae ab illo teneantur diligentius explorari, si quando inferendum à se bellum esset Turco; & mores omnes eius, & vires, & consilia, & bellandi modum agnosci. Non ingratum quoque futurum sibi, si mittendum censeatur, quemque poterat Italiam mittere vnũ cum suo, qui vtilius inquitat, quod opus suat. Etenim plus videre multos quod vnũ. Omni no aut referre oia haec ad Pauli, ad Venetorum, ad Ducis Mediolani, & Florentinũ iudiciũ, à quibus dissentatus non esset. Recitatis litteris, iussi sunt oratores extra Consistorium paulisper expectare, donec cum patribus de responso consuleretur. Decretum, mittendum aliquem ad nuptias honorandas; Federicum venturum pro dignitate Regia excipiendum; oratorum comertia, multo minus Turcae societatem, & auxilia non probanda: quod Turcus ea oia faceret, non ad illius utilitatem, sed ad distrahedas Christianoũ vires, adeoque perniciẽ Christianoũ, quos odiret, & perire cuperet. Scire illũ se odio esse vicinis principibus legis, propter iniurias irrogatas, & formidolosam potentiam; suos quoque quibus imperitaret, patũ pacatos sibi esse. Continere hos, ne tumultuarent, vel ea inprimis ratione credere, si ostenter, à Christianis à quibus illi expectant auxilium, sedus sibi, & amicitiam esse, atque hanc spem amputatam. Nomen Turcorum apud Christianos Europaeos vbiq; nefarium haberi, propterea quoque bellum sibi ab omnibus parari. Quam obrem Paulus, & patribus non videri, eam conditionem Ferdinando amplectendam esse; per quam, & suo nomini perpetuam infamiae notam inureret, & rei Christianae plurimum detrimenti adferret. Satius pecuniam in sacrum bellum postulatam, Regi Vngariae mitteret, & ipse quoque classe parata, maritimo conatu hostem lacefferet. Papien. epist. 85.

Pauli & oratores Ferdinandi responsi.

V. Cum Rhodij inducias procurat Turca.

Eadem pacis, vel induciarum foedera, Mahometes quarebat percutere, cum magno Magistro, & ordine equitum Rhodiorum. Qua de causa cum vitro, citroque internuncijs commeaent, malè apud sedem audiuit Apostolicam ordo Rhodius, quando quidem non deessent, qui deferrent, Rhodios Turcis tributo decreto, turpissimam pacem emisse. Huius infamiae abstergendae causa, habuit magnus Magister plurima agere, & pati, ne communem Christianorum salutem prodidisse videretur. Scilicet Mahometes non aliud quarebat, quam dissociare rerum apud Christianos potentes, quos Paulus Pontifex, conciliare conabatur. Perniciosa gliscebant discordia in primis, inter Carlotam Cypri Reginam, Ludouico Sabaudino nuptam, de qua diximus, & Iacobum Lusignanum fratrem nothum, Regni Cyprij iuratore, & occupatore; contra quem hac de causa Paulus Pontifex anathemata distinxerat, si quo modo ad officium reuocaret, & à societate cum Saracenis interdiuerteret. Ergo vt aliquae rationes concordiae inter dissidentes fratrem, sororem, & affinem inuenirentur, & arma infesta vtrique parti eriperentur, inque communem hostem iungerentur, Pontifex magno Rhodiorum Magistro commisit, qui reconciliacione inter eos tentaret. Iacobus Bossius hist. Rhodiana lib. 8.

VI. Aragonenses & Gallos conciliare curas Paulus.

Vigebant praeterea non minora dissidia, inter Ferdinandum Siciliae Regem, & Ioannem Rhenati filium, adeoque Regem Gallum, & proceres Galliarum occasione Regni Siciliae, de cuius possessione dimicabant. Eos quoque conciliare Paulus conatus, decreuit, vt arma ponerent, & iure potius, quam ferro expetirentur. Erant, qui ad componendas eas de Regno Siciliae contentiones, hoc medium proponerent; vt Andegauenses Regno cederent, Auinionem acciperent; Arago-





ab ipso Electo primum, & successu Apostolica auctoritate etiam propositum, & obseruatum aliquamdiu interdictum, a quo quidem Apostolice interdictionis huiusmodi fuit etiam ad se dem Apostolicam appellatum; Idem praedecessor noster, non immemor, quod inter Principes, & subditos nonnumquam exortae discordiae discrimina attulissent, & providere cupiens, ut praedictorum Leodiensium ciuitas, & districtus, sed etiam huiusmodi commotione, felicitate ductu regimini, a noxijs praeseruentur, ac optatis semper proficerent incrementis, dilectum filium Petrum Tyrasonensem Electum, tunc causarum Palatij Apostolice Auditorum, de cuius fide, & probitate non immerito confidebat plurimum, ad inuestigandum, & quoad posset componendum ac tollendum ipsas discordias, & dissidia, interdictum huiusmodi, sub modis, & formis per eundem praedecessorem nostrum in certis institutionibus sub annulo Piscatoris sibi datis, relaxandum; alioquin ad audiendum causam in iustitia, & proferendum eo destinauit.

Qui quidem Petrus Electus, quamuis multiplicibus, & varijs modis concordiam inter partes praedictas prius suadere, & efflagitare, ac pacis, & tranquillitatis condiciones inducere conatus esset, turbante tamen, & impediente iniquo satore zizaniam humani generis inimico, nihil proficere valuit; sed opus fuit ipsorum discordantium causas in partibus illis aquo librare libramine. In quibus, cum tam Magistri Ciuium, Scabini, Burgimastri, Rectores, iurati, communitatesq; & alij supra dicti, quam eorum, qui in ipsa lite consortes, & litteratorie, & iuratoriē dictae sedis Apostolicae iurisdictioni se submississent, obinuerunt interdictum praedictum sibi relaxari, atq; ab Ecclesiasticis, quibus innodati fuerant, etiam censuris absolui.

Quibus sic peractis, dictus Petrus Tyrasonensis, cum inter partes praemissas, vigore commissionis sibi factae, iudicialiter audiuisset, processum instruxit, & ipsa per obseruationem tam terminorum temporalium, quam aliorum in eodem occurrentium, & singulis, nec non iuxta tenorem commissionis ipsi Electo factae, & naturam causae huiusmodi obseruati obseruandis per hinc inde partes, & ipsum Petrum Electum rite instruxit; Idem Petrus Electus causa antedictorum pro parte Ludouici Electi praefat. coram se introducta, prius in partibus sententia litera terminata, partibus eisdem, seu verius earum procuratoribus, siue syndicis, ad comparandum Roma, cum sufficientibus mandatis, seu vbi Romana pro tempore foret Curia cum Romano Pontifice, seu illo, vel illi, cui, vel quibus ipse Pontifex huiusmodi causam expediret, & iustitia muniendam committere, cerum peremptorium praefixis terminum.

Verum dicto Pio postea, sicut Deo placuit, viam vniuersae carnis ingresso, & nobis ad summum Apostolatus apicem disponente Domino assumptis, eodem Petro ad nos cum instructo processu redeunte, ac Oratoribus etiam partium ipsarum curam nobis, in dicto eis per ipsum Petrum Electum praefixo termino comparantibus, illisq; per ipsos plene hinc inde auditis, & intellectis dictae causae expeditionem, ad menses quattuor, per nostras Apostolicas litteras sub spe pacis componenda differendam duximus, partibus ipsi nihilominus iniungentes, ut si infra dictum terminum concordare fieri non possent, lapsa ipso termino, per eorum ad id legitime constitutos procuratores apud sedem Apostolicam, pro conficienda huiusmodi concordia, vel vbi id fieri nequiret, pro causa, & lite huiusmodi continuanda, & finienda omnino comparere curarent; certificantes eos esse, quod lapsa huiusmodi termino, earum sententia non obstante, ad partes comparentis, & iustitiam petentis instantiam, in causa, & lite ipsa, iustitia praua omnino procederemus, vsq; ad ipsam sententiam audiendam, per easdem litteras monentes eos, atq; sicantes, ac nullam deinceps citationem, vel munitationem necessarium decernerent ac pariter declarantes, ac inhibentes partibus eisdem, sub excommunicationis, anathematis, interdicti, ac quinquaginta nulli florenorum auri de camera in subsidium fidei aduersus infidiles conuertendorum panis, ne alicuius partium praedictarum in alterius praedictarum aliquid praesumeret attentare, & si fecerit, ex tunc irritum decernimus, & inane, prout in litteris nostris tunc in Consistorio nostro secreto, Venerabilium Fratrum nostrorum, sacrae Romanae Ecclesiae Cardinalium, oratoribus vtriusq; partis, & et quibus-

dam Canonibus Leodiensibus Nuncijs ex parte Cleri Leodiensis destinatis, in absentia nostra traditis plenius continetur. Cum autem, sicut fide digna relatione informati fuimus, & facti euentibus manifesta, ipsi Magistri Ciuium, Scabini, Burgimastri, Rectores, iurati, ac Communitates, alijs praefati in ipsa lite consortes, post huiusmodi acceptum mandatum, non modo illud, quod ipsos facturos etiam Oratores spondereant, verum etiam contemptis per eos Apostolicis mandatis, inreuerando neglecto, & alijs quampluribus enormibus, & nefandis commissis excessibus, eorum proprium Pastorem, & Praesulem a ciuitate Leodiensi & ipsius dominio excluderent, & temeritate propria alium quemdam Gubernatorem, cuius ciuitate ipsi quoq; cari ducerent euocauerunt, seu assumpserunt, Ideo lapsa termino antedicto, & ipsi Magistri Ciuium, Scabini, Burgimastri, Rectores, iurati, & Communitates, alijsq; praefati, & in hac lite consortibus, neq; per se, neq; per procuratores suos, ut praefixum fuerat, comparerentibus, sed neglectis nostris, quod minime putabamus, profectibus monitis, quamuis de iure potuissimus in causa ipsa procedere, & iustitiam iuxta iuris ordinem partibus ministrare, ex parte praesertim, ac vrgentibus antedicti Leodiensis Electi supplicationibus instantissime requisiti, praedictae factae nobis in praesentia Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, secretum atq; iterum per Electum Tyrasonensem antedictum supplicatione, iudicium adhuc longius differentes, Magistros Ciuium, Scabini, Burgimastros, Rectores, iuratos, & Communitates, aliosq; praefatos in lite consortes antedictos, seu eorum Procuratores, per alios quatuor menses & ultra expectauimus.

Nunc ergo attendentes, quod hactenus tanta dilatio admodum tendit ad noxam, illisq; ex vltiori mora, maior audacia, & Apostolice sedis contemptus ac: eicit; considerantes quoq; quod tam appellationem & submissionem partium praedictarum antedictam, quam etiam praefixionem termini per memoratum Petrum Electum prius adiectam, & per nos postea prorogata, ac alias multipliciter causarum ipsarum cognitio, & decisio ad nos, atq; sedem Apostolicam iure merito est deuoluta; Idcirco praemissis citationibus solemnibus, tam per audentiam nostram litterarum contradictarum, quam duos Curiores nostros in palatio Apostolico infra scripto publice factis, licet eis minime necessarijs, sed ut magis magisq; absentiu contumacia deprehendatur, meritis causarum huiusmodi, omniumq; & singulorum que in eis tam coram eodem Petro Electo, quam postea hinc inde per partes acta, deducta, atq; facta fuerunt, cum maturae deliberatione debite recensitis, seruatisq; omnibus, & singulis opportune seruandis, in nomine Domini, cum Apostolo contumaciam vltiscentes, de supra dictorum Fratrum nostrorum consilio, ut nostrum de vultu Dei iudicium prodeat, & hanc vobis irrefragabilem, perpetuamq; vulturam sententiam, ex certa nostra sententia procedendum duximus, & erandem in contumaciam dictorum citatorum, id iustitia digne suadente in his scriptis fecimus, atq; in hunc qui sequitur modum pronuntiamus, & decernimus, & declaramus.

Christi nomine inuocato, pro Tribunali sedentes, & Deum solum praeculis habentes, per hanc nostram definitiuam sententiam, quam de eorumdem Fratrum nostrorum, sacrosanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium consilio firmimus in his scriptis, pronuntiamus, decernimus, & declaramus, verum, & plenum dominium, omnimodam iurisdictionem in spiritualibus, & temporalibus, ac merum, & mixtum Imperium super ciuitatem Leodiensem, ac oppida, de S. Trudone, de Hasselt, Loscaltri, Berlingen, Eyck, Stockholm, Brede, Blijss, Tongris, Herck, & alia loca totius Comitatus Loffensis, & patriae Leodiensis, iurisdictiones Villicorum, Scabinorum, ceterorumq; Officiarum iurisdictionis temporalis, ad Episcopatum, seu Electum pro tempore, & nunc ad praefatum Ludouicum de Borbonio, modernum Electum confirmatum, & Ecclesiam Leodiensem spectasse, & pertinuisse, ac spectare, & pertinere. Quodq; ipsa ciuitas, & patria Leodiensis, Comitatusq; Loffensis supra dicti, sint sub dominio, & iurisdictione spirituali, & temporalis Episcopi pro tempore, seu Electi dictae Ecclesiae Leodiensis, ac ipsidem sub iurisdictione eorum, & singula praedicta Electo, suisq; successoribus, atq; praedictae Ecclesiae Leodiensis adiudicanda fore, & adiudicamus, nec non Magistri Ciuium, Rectores, iurati, Consiliarijs, &

Commis-

Commissarijs quibuscumq;, & toti Communitati Ciuitatis Leodiensis, & Burgimastrijs, Scabinis, Rectores, & Confilijs dictorum oppidorum & locorum aduersarijs, tam communiter, quam diuisim, tamquam talibus, nullum penitus ius in eisdem dominis, imperijs, & institutionibus, seu ad ea competisse, vel coepere, ac exactiones promissionum de praebendis vacaturis in introitu ipsius Electi ad ciuitatem, portarum ciuitatis clausuras, iniurias, inhibitiones, & minationes, & praecipua sub pena indignationis etiam in capite se inscribendi Officialis iurisdictionis temporalis, & spiritualis suae ipsius Electi seruituribus, aut subiectis, Procuratorum, Advocatorum, & aliorum in Clero Ecclesiastica procedentium banitiones, seu abanitiones, causarum ad eandem Curiam Ecclesiasticam pertinentium cognationes, apparitorum, seu exequutorum eiusdem incarcerationes, percussiones, ad renouandum executionibus coactiones, literarum, & mandatorum eiusdem detentiones, lacerationes, congregaciones, & sequelas populi in palatio contra Officiarios, ac Fiscales, & seruitores ipsius Electi, ac contra procurantes, reuocaciones condemnatorum, eorumq; compulsionem ad testificandum contra Fiscales, & Officiarios, & proclamationes ad conuocandum de ipsis ad populum, & officiariorum, & personarum dictae Curiae priuationes, proclamationes, panarum coactiones, exactiones, non solentium religationes, bonorum suorum venditiones, Commissariorum ipsius Electi repulsiones, compulsionem ad dimitendum iudicium annuili banitiones quoruncumq; officiariorum, & seruitorum dicti Electi, in actis causis comprehensorum, eorumq; & vxoris Al. Alexandri Berari abanitiones, tamquam iuris ordine non seruato, nec rite demolitionis doctorum, & adificiorum, bonorumq; spoliaciones, & vastaciones, monopolis, & ministeriorum interdictiones, congregaciones trium statuum, seu membrorum patriae, contra statum Electi, seu Episcopi pro tempore, vel contra eius voluntatem, inuisiones contra subditos ipsius Electi, eorumq; captiuationes, proclamationes, & ad personam inhibitiones, feudorum intrusiones, & verorum Vasallorum extractions columna eleuationem, & prouilegiarum desuper nec non securitatem, & aliorum conductuum concessiones, contra eiusdem electi, vel Episcopi pro tempore voluntatem, rupturas carcerum, & carceratorum educationes, receptiones foraneorum in ciuitate contra Electi, Episcopi pro tempore inhibitionem, talliarum impositiones, & exactiones in subditos Electi contra ipsius voluntatem, electiones, Officiariorum ipsius ciuitatis per preces, & munera, usurpaciones, seu occupationes bonorum ad subditos Electi pertinentium, tamquam confiscacionum, penarumq;, & emendarum appropriaciones, & pecuniarum exactiones, excofones, & damnificaciones, & cuiuslibet alterius modi usurpaciones, nominationes, & substitutiones baculiferorum, ipsarum inuisiones, obligationes ad arbores, immersiones in aquas, in carceres intrusiones, detentiones, vulneraciones, effractions & combustiones, domorum, & laceraciones litterarum, registrarum, excommunicationum combustiones, depositorum, & rerum sacrarum fracturas, sictorum consistorij, & iudicij erectiones, & officiariorum ad Episcopum, vel Electum pertinentium electiones, comminationes, ad administrandum Corpus Domini excommunicationes, & ne denunciantur, aut vitentur excommunicati, insalutationem, & ad publica loca legationes eorum, in quos nulla eis competit iurisdictione, conspiraciones, exhortaciones contra iurisdictionem Ecclesiasticam, & ipsius Officialis, colligationes inter se, & alias contra statum Episcopi & Electi, contra eius voluntatem, & requisiciones, ut clerus prophane interdictu extensiones, & erectiones vexillorum, & cum illis egressus in armis contra Domini voluntatem, conuocaciones nobilium, & incolarum patriae, & comminationes, & in armis egredierentur, ac compulsionem non euntium, ut contra buerent pro expensis, & inductiones ad Capitulum Leodiense, ut requirerent ipsum Electum ad eundem cum ipsis in armis, vel substituentium aliquem locofui, sine ad subtrahendam ei fructus mensae suae, si id non faceret, per supra dictos aduersarios, & eorum, qui in lite consortes communiter, vel diuisim factas, & insuper omnia alia, & singula impedimenta per aduersarios, ac in causa, & causis consortes, & baculiferos, & in nos procuratores supra dictos, tam communiter, quam diuisim, contra dictum

Electum, Ecclesiam, & Clerum Leodiensem, eiusq; Ecclesiasticam, & secularem iurisdictionem, ac merum, & mixtum Imperium huiusmodi, & Ecclesiasticam libertatem, in ipsius Electi, & suorum offensam, iniuriam, & iacturam in praemissa circa ea, ac etiam post, & contra inhibitiones, & reintegracionem supra dictas, pendente huiusmodi lite, & de quibus in actis huiusmodi, attentata, & inuoluta, facta, & perpetrata fuisse, & esse temerarias, illicitas, iniquas, indebitas, & de facto praesumptas, & praesumptas, illasq;, & illa dictis aduersarijs, tam communiter quam diuisim minime facere licuisse, neg licere, nec non omnia, & singula praedicta, sicut in eisdem actis deducuntur, de facto perpetrata, & commissis, reuocanda, cassanda, euitanda, & annullanda, & in pristinum statum reponenda, ac etiam hactenus per eos, seu aliquem eorum quomodolibet extorta, seu indebita exacta reducenda, reparanda, restituenda, & reintegranda fore, ac reuocamus, cassamus, irritamus, & restitui mandamus; & insuper praedictum Electum, per dictos aduersarios, eorumq; consortes, adherentes, & complices, tam praemissis, tam communiter, quam diuisim per praemissa multipliciter, & enormiter fuisse iniuriatum, ipsiusq; Electum, & suos, ex hoc multiplicia damna, expensas, & inter esse sustinuisse, & sustinere, eisdemq; aduersarios, & complices, communiter, vel diuisim propterea ad praesentandum dicto Electo de dictis violentijs, offensis, & damnis, & interesse per ipsum Electum passis, iuxta & secundum estimationem & moderacionem per nos desuper faciendam satisfactionem condignam condemnandos condemnatosq; ad soluendum compellendos fore, & condemnamus, & compellimus, dictosq; aduersarios, & complices, ciuitatemq; & communitates, oppida, & loca supra dicta, excommunicationis, & interdicti respectiue, aliasq; sententias, & censuras Ecclesiasticas, atq; penas in talia, & similia perpetrantes, propterea per statuta prouincialia, & etiam synodalia desuper edita, & per inhibitiones dicti Petri Tyrasonensis, & litteras a nobis concessas promulgatas, damnabiliter incurrisse, ad dictos Burgimastros, & communitatem Leodiensem, ac alios liti consortes in penam quinquaginta millium florenorum auri de Camera in eisdem litteris nostris contentam in subsidium fidei aduersus Turcas conuertendam incurrisse, declarandos fore, & declaramus, ipsosq; ab omnibus Christi fidelibus tanquam tales nunciandos, & etiam publice euitandos fore, & nunciari, euitariq; mandamus, donec reuocauerint, & paruerint, ac satisfecerint cum affectu, oppositionesq; molestaciones, vexaciones, perturbationes, inquietaciones, nec non denegaciones, reuocaciones, ad praesentandum dictam emendam, & etiam ad cessandum ab excessibus iniurijs, atq; intrusionibus earundem iurisdictionum & alijs praefatis, ac singula impedimenta ipsi Electo, & Ecclesiae Leodiensi, ac contra eius personam, & suorum, nec non iurisdictiones, & Imperia supra dicta per praedictos aduersarios, eorumq; consortes & complices, in praemissa, & circa ea quomodolibet facta, & praestita, similiter fuisse, & esse temeraria, illicita, iniqua, iniusta, & de facto praesumpta, dictisq; aduersarijs & eorum consortibus, & adherentibus communiter, vel diuisim, ac respectiue super illis, seu etiam promissionum exactionibus, coactionibus, & extorsionibus, proclamationibus, banitionibus, abanitionibus, iudictionibus, comminationibus, detentionibus, & condemnationibus, priuationibus, inhibitionibus, expulsionibus, & conspiracionibus, iurisdictionum, & Imperij huiusmodi intrusionibus, & usurpacionibus antedictis, perpetuum silentium imponendum fore, & imponimus, & in expensis a tempore motae litis praemissorum occasione in causis huiusmodi quomodolibet factis condemnandos, & compellendos, ac cogendos fore, ac condemnamus, compellimus, & cogimus, Quorum emenda satisfactio modum, & damnum, & interesse, & iniuriarum estimationem, & moderacionem, ac expensarum taxationem nobis in posterum referuamus.

Per praemissam tamen adiudicationem vniuersali Dominij Electo, seu Episcopo pro tempore, non intendimus praedictare iuri Domini A. batis S. Trudonis in oppido S. Trudonia, nec praedictare intendimus iuri aliarum Ecclesiarum, aut nobilium dictae patriae Leodiensis.

Item

Item non intendimus prauudicare modificationi Curie sp...

Reliquos autem articulos in actis vtriusq; deductos, & sp...

Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostram...

XII. Leodienfes contemunt sententiam & bellum Epifcopo, & Burgundio mouet.

Contemplerunt ista omnia Leodienfes, vtrq; Philippo Duci Burgundiae, & Carolo eius filio incommodarent...

opprimere voluerat. Contra impotentiam Regis, Franciscus, cum Carolo factus inerat: hunc porro Rex, non modo administratione Normaniae exau...

Gallorum Rex, odio est regni Principibus.

XIII. Motus in Hispania.

Non minores motus Hispaniam distrahant, contra Henricum Castellae Regem, cum Alfonso eius fratre coniurantibus proceribus. Luctuosam, simul, & propudiosam tragediam narrat Mariana. Alfonso...

cis, certumq; pacti nuper coniugij pignus, apud quem melius, quam apud fratrem, & mox socerum futurum? nisi morem gesserint, armis continuaciam vindicandam. In eam rem Salmanticam festinandum, bello comparando ex propinquo opportunam ciuitatem. Syncero haec animo dici videbantur. Itaque aliorum consensu etiam expresso, ac nemine eorum, qui meliora iudicabant contra mutire auso, cum non ratio, non aequitas dominaretur, sed vis, & potentia, legatione ad proceres missa, militares copiae Salmanticam conuenire iussu sunt, quo Rexiuit. Inde Areualo, quod a proceribus occupatum erat, a Rege obfesso, Toletanus persona detracta, Abulam (quam v. b. paulo ante, & Medina Campestris arcem ab Henrico expresserat ipsius praesidio teneri) proceres euocauit; eodem ipse contendit. A Praefecto maris, ex composito Vallisoleto occupatur, belli sedes futura. Ad noua calamitatis, & maioris periculi nuncium, Rex torpore tantisper discussus, remotis arbitris; atq; in genua procumbens, prorensis in caelum manibus, his verbis Deum compellasse fertur: Tuam Christe Rex opem, per quem Reges regnant, & iura imperandi sunt, supplico imploro: tibi fortunas, vitamq; committo, illud precatus modo, vt vindicta, quam minorem sceleribus esse fateor, mihi priuati salutaris sit, data tuo munere constantia animi, minimeq; rei publicae commoda luatur. Haec dixit, simul citato itinere, Salmanticam se reculit. A coniuratis proceribus ingens facinus designatum. Horret animus tantam eius gentis ignominiam recordari. Sed dicendam est tamen, vt dicant Reges hoc exemplo sibi primum, deinde subditis imperare: commotum multitudine, quantae sint vires; fulgorem Regij nominis opinione potius, quam viribus stare; neq; Regem, si propius inspicias, esse aliud, quam hominem delictis emollitum, purpurae splendore magna vlcera tegentem, molestiasq; graues. Si ministeria detrahas, eo infirmiore, quod molli otio deditus imperare didicit non facere. Pro Abulae manibus in patenti campo suggestum ex materia edificatum est, imposita Henrici statua, cum trabea, reliquoq; Regio ornata. Conuenere proceres, infinitaq; populorum multitudo. Voce praekonis, grauissima Henrici crimina publicata, ad singula sententiae capita, statua sigillatim omnibus Regijs insignibus nudata, ac tandem cum verborum contumelia in praesepse data. Nonis Iulij Mercurij die id accidit. Alfonso, qui tota actioni aderat, suggesto impositus, atque humeris procerum elatus, Rex proclamatur Castellae, Regijs vexillis de morte explicitis, atq; Alfonso, & Castellae nominibus promiscuo clamore multitudinis ingeminatis. Tanto facinore euulgato, non vna opinio fuit; alijs laudantibus, pleriq; factum accusabant. Non sine exitio imperia mutati, neq; geminos Soles in orbe esse, neq; vnam prouinciam, duos summos rectores tolerare. Marianalib. 23. cap. 9.

Rege Cassello depono alius sufficitur.

XIV. Nouus Rex Legatione destinatus ad Paulum.

Scripti hic nouus Rex Paulo Pontifici literas, narrauit Regni calamitatem, quas sub Henrico fratre est passum. Diuinitam patientiam omnium procerum, ac Praelatorum surrexisset; illos tandem iustus iniurijs motos, ac adhibitis regni caeteromoijs, Henricum vno consensu priuasse, se elegisse, maiorem porro Hispaniae partem, obedientiae suae adiunctam. Sperare intra dies non multos, cuncta ditionis suae futura, proinde orae Pontificem, vt auctoritate quoq; se dis Romanae fortuna haec sua adiuuaretur, ne caudiatu is, qui regno, & religioni Christianae pestifer omnium penè iudicij sit condemnatus. Memorabat praeterea in literis omnia haec iudicata iam dudum Pio esse ventura, & suo consilio nunc facta. Lectis in Consistorio priuato litteris, Papiensis Cardinalis pro innocentia Pij Pontificis confurgens, ostendit, falsissima esse, quae hi criminarentur; illi consilia semper amica pacis fuisse; pacem vtriusq; poruit, inter Christianos magnis

luis incommodis per Legatos curasse: bellum nullum suscepisse, nisi coactum, nisi prouocatum sepius, nisi pro iustitia, nisi pro dignitate sedis Romanae, quae nouus Rex afferret, id ad regendam turpitudinem causae adduci, vt quod ex proposito laudare non possunt, ex iudicio sedis extollant. Facile cuius esse, & tutum loqui de mortuo, qui respondere non possit, & mendacium iniquum conuincere, posse proferri iudicia multa amoris Pij erga Henricum, quibus cōster, nil tale in eum consultum, Honores impensos frequenter Apostolicae sedi in publicis eius causis: grandia pecuniaria subsidia ex illo regno permilla; constantiam animi in non audiendis turbulentis consilijs Ludouici Regis Gallorum, in quibus admiscere illum contra Pium tentauit; equestrum d. gaitatem, & diplomata honorifica ab Hispania vsq; transmissa duobus fororis filijs; populum mendacissimum esse, semper armatum ad falsas calumnias, semper sic ab omnibus habitum, nec esse illi etiam interposita religione iuramenti credendum, & complura huiusmodi, quae illi ad mentem venerunt, & secundo fauore audita sunt ab ijs, qui Pij memoriam colebant. Procuratores Henrici, quibus Cardinalis sancti Angeli enixissimè fauebat, sibi non defuerunt. Ostenderunt sceleratam illorum rebellionem, fidem apertissimè viculatam, praecati, non dari quicquam Alfonso contra dominum suum, quem tot annos Romana sedes honorauit, vt Regem, & dignitatis suae habuit asserentem; declarari iussu per literas, nec consuluisset Romanum Pontificem, nec consensisse, vt talia fierent, religioni, & iustitiae omni ex parte contraria. Insuper postularunt exauktorari, Archiepiscopum Toletanum, Episcopum Burgensem, Magistros Ordinum Militarium, S. Iacobi, Calatranae, & Alcantarae, Marchionem Villenae, maris praefectum, Comites Placentinum, Beneuentanum, & Paredium; inq; auctores, & administratos tam horridi facinoris, anathemata, sententias, & paenas Ecclesiasticas pronuntiarunt totamq; Abulensem actionem, & factionem diuis deuoueri, atq; protius damnari, & Alfonso Imperio nondum aptum, nec nisi duodecim annos natum, ad officium reuocari. Paulus Pontifex his motibus commotus, Antonium Venerium Legionensem Episcopum ipsum illum, quem Henricus Rex ad praestandam obedientiam miserat, cum potestate Legati de Lateris suum Nuncium in Castellam remissit, qui quid transegerit, in consequentibus dicitur. Suria Annal. lib. 18. c. 2. Papien. epist. 103. & 122.

XV. Paulus Pp. cum Ferdinando non conuenit.

Dum autem Paulus pacem illorum Regnorū procuraret, parum absuit, quin in grauem cum Ferdinando Rege Siciliae discordiam incideret, Narrabo prius quae tunc acciderunt, ex quibus audacio factus Ferdinandus. In primis Fridericum filium cum sexcentis circiter equitibus, Mediolanum ad Franciscum Sfortiam miserat, qui Hypolitam Mariam, Alfonso filio desponsam, Neapolim traduceret. Honorificè is Romanae exceptus, & aurea Rosa id temporis consecrata a Pontifice donatus, Mediolani quoque apud Ducem longè gratissimus omnia ex animi sententia consecratur, & iam sponsam suo fratri adducebat. Contriguit inter haec Picinini, famosi illius militariae ducis, Neapoli interitus. Iuerat is ad Regem Ferdinandum, Neapolim, ire permittens a Francisco Sfortia socero, cuius alteram filiam, Drufianam nomine, in matrimonium desponderat. Causa proficiscendi fuit, quod dum esset Mediolani, eius stipendij tempus effluerat. Quare Francisci opera, facta fuerat cum Ferdinando duntaxat in annum alterum stipendij pro otatio: cuius recipiendi causa Brocardum Petricum a Picinino Neapolim missum, Ferdinandus Rex ex composito, non tam mittentis, quam missi etiam ipsius causa hilari vultu excepit, oppidis quibusdam donauit, magna magistratus dignitate ornauit, & maiora se in



eum, dominumque suum beneficia in reliquum tempus collaturum pollicitus, magno se insuper Picinini visendi desiderio teneri ostendit. De his rebus cum fieret Picininus Brocardi litteris certior, constituit tandem pro suo officio, Neapolim ad venerandum Regem accedere, quem reconciliatum, & optimo in se animo arbitrabatur. Itaque cum discedendū impus instaret, propterea quod Fridericum Regem natum, qui Mediolano appropinquare dicebatur, ibi expectare volebat, à Francisco magnopere petijt, vt legatum ad Regem destinaret, qui rem suam ei commendaret; quippe quod existimabat esse eius causa à Rege humanius suscepturam, ac omnibus in rebus benignius secum actum iri. Franciscus autē, qui cum adhuc non satis Ferdinandum mentem in Picinini cognouisset, nec probauerat vquam, nec improbauerat illius ad eum profectioem, dixit libentissimose animo Legatum, Neapolim missurum, omniaque facturum, quae ei visui forent. Et ob eam rem missus est vna secum Petrus Pusterla, in quo maximam Picininus ipse fidem ob veterem, præcipuamque inter sese familiaritatem habebat, pro petitis voluntate Legatus. Vbi vero Sulmonem Picininus peruenit, fuit ibi diebus aliquot, de constituta, captaque ad Regem profectioe subdubius; quippe qui non tam Ferrariae ac Casena, à Borso Estensi, & Dominico Malatesta beneuolentissimis, quam ex itinere à multis alijs, & à suis præsertim domesticis multa, ac varia intellexerat suspicionis plena, quibus de causis sibi a. in. adu. e. d. dum esset, quemadmodum Neapolim proficisceretur, Regique tibi in sensissimose committeret. Verum tamen posteaquam ad eum Bocardus accessit, quem ad eum studio Ferdinandus velut de eo bene meritis miserat, ita assidue hortatus est, multis adductis rationibus, quibus & deberet, & liceret ei ad Regem proficisci, vt omni metu suspicio neque subleuata Neapolim ire contenderit. Procedenti autem e multi ex Regia nobilitate primores se iunctim tridui ferē itinere procul ab vrbē Neapolim facti sunt Regio imperio obuij, qui varijs locis venientem, honorifice acciperent. Introductus est igitur Picininus in vrbē magno honore, magnisque blaudis; cui nouissimē Rex etiam ipse extra vrbem magna cum procerum multitudine, obuiam processit, qui eam amplexu, osculoque humanissimē excipere vitus est. Nam nihil sane prætermiserat, quod ad hominem Neapolim allicendū vile fore putasset. Furdeinde Picininus Neapolim dies plures, quo cum omnia Rex consilia sua comunicare videbatur. Sed vbi dies recessus idētus venit, quod edite Sulmonē impetrata à Rege venia statuerat, quo Drutiana vxor non multo post à Mediolano eū subsecuta aduentare ferebatur, accitus est mane ad Regē in nouam arcem, eo vt dicebatur animo, quo accepta venia, sumptoque cibo rediret in Brutios. Insuper autē Rex passim per regni fines, custodis fieri, vt si forte Picininus, vel interdū, vel noctu transiret, per loca retineretur. Is dies fuit ad 8. Calend. Iulias, quo die Beati Ioannis Natale celebratur. Rex cum pro sua consuetudine Picininum humaniter accepisset, sicut in illius aduentu fecerat, ita in specie simulatē recessus licentiae, rursus exosculatus est. Paulo deinde post eum cum reliquis relicto, in interiorē locum secessit, paruoque interiecto temporis spatio, à paratis iam licitoribus Picininus comprehenditur, atque in carcere agitur. Comprehensi autem sunt eodem tempore Franciscus Picininus eius filius, Brocardus Perficus, & alij perpauci. Bona fisco addicta. Brocciani milites vbicumque erant à prouincialibus præfectis in prædam acti: aliqui Regæ ascripti militiæ stationibus suis remanere iuncti, Picininus ipse in carcere trucidatus, fama in vulgus sparsa, quasi visurus classē à victoria Ænariz insula, omnia læticia signa

Captiua- tur & occiditur Picininus.

edentem ē fenestra carceris, aliquantum à Piorē comp. ehendere cratem ferream manu annexus, salente manu delapsus coxam fregisset, & ex lethal vulnere, doloris accerbitate occubisset. Ferunt Paulum pontificem cognita Picinini morte, dixisse, *appellatum iudicem ē medio sublatum, ac non modo Francisci Mediolanensium Ducis domui, sed etiam vniuersa Italia illo extincto, salutem allatam esse.* Fuerunt qui dicerent, id prius à Paulo scitum fore, cum illis diebus Archiepiscopus Mediolanensis à pontifice ad Regem, & à Rege ad pontificem frequenter comueuerit, quin etiam non deerant, qui in Franciscum quoque eius mortis culpam rejicerent: quasi is cum Paulo, & Ferdinando conspirasset, ad tollendum hominem perfidum, turbulentum, & sacrilegum; quo superstitē, iterum exilium bant posse pacem Italiae, tot laboribus; & impensis partam turbati, bellumque longē atre eius excitari. De Paulo pontifice, non erat, quod suspicarentur; quandoquidem iij. ipsis diebus, magna contentio, & propē certissimum bellum, inter illum & Ferdinandum Regem orum sit. Paulus enim ingentibus conatibus, & sumptibus, vendicatio, stabilitoque Regi Regno, superiorum annorum ce sum, Romanæ Ecclesiæ ex Regno Siciliae de bitum à Ferdinando flagitabat. Ferdinandus ex aduerso, iam Andegauenibus profligatis, Euerfanis euerfis, Picinino extincto, affinitate cum Sfortia contracta, regnoque pacificato, tantis succubibus f. l. x. pontificis preces eludere videbatur; & non modo hæc non solutos census sibi relaxari, sed & quod in ceptu solutus esset, diminiu contendebat; Inspecienda dicens, & panis Alfonso, & sua erga Sedem Apostolicam me. ita; & considerandum, quid posset in contrarium accidere, cum diceret, se continuo copias quasdam in armis habere, non magis sua, quam Romani pontificis gratia, vt in bello contra Euerfanos plane cognouerat. Commemorabat vicissim Paulus Ecclesiæ in Ferdinandum merita; exponebat Paulus suæ necessitates, & ad pendenda omnia ex integro vigebar: sed frustra cum Ferdinandus non tantum illa recusaret, sed etiam quædam oppida, quæ de regno Ecclesiæ possederat, restitui postularat. In his Soranum Toparchatum ad se Rex pertinere affirmabat; contra Paulus iuris Ecclesiæ Romæ æ esse contendebat. Secutæ inde contentiones mutæ, & prope ad bellum res spectauerat; nisi quidam Cardinalium intercessissent. *Simoneta lib. 31. Papien. lib. 4. Platinia in Paulo 2.*

Hæc dum in Italia agerentur, Bohemica quoque discordiæ Pauli vigilantiam desiderauerunt. Contra Georgium Podiebracium Regem, Pius pontifex iudicium instituerat; Paulus intercedente Imperatore suspendit. Quiescere inde videbatur illud ipsum iudicium, nisi peccato ad interitum trahente, per noui sceleris infamiam necessitatem prorsus vltionis inde attulisset. Erat inter proceres Regni, Hynco quidam, non vltimi loci Toparcha, Catholici semper dogmatissimior. Hunc eo tempore Georgius, quod minus cæteris sibi consenserat, per occasionem criminum bello adortus, cæteris ademptis, intra Zarastem oppidum obsidebat, atque haud procul à spe erat potuendum loci, & hominis. Hynco nullum incircumstantibus præsidium nocens, Romam implo andæ opis causa nudus accessit. Id vbi Georgius operibus indicatis, Catholicorumque posito ante oculos d. crimine, quos necessarium est, mox eandem sortem subire, facile impetrat, vt & in fidem suam Paulus illum accepit, & ad Fridericum Cæarem ferendi auxilij gratia scripsit, atque anathema in illos pronunciauerit, qui ab obsidione Zarasteni actutum non abierunt. Ince. ligens Georgius, vim

XVI. Bohemia resituat Paulus, & Podiebracium dicit.

Catho-

Catholico illatam, curæ esse Apostolicæ Sedi, conuentum suam procerum indico, litteras omnium nomine, scitu autem pauco. um scribi ad pontificem iussit, quibus obsidionis causam in crimina Hynconis referrebant, docebantque, *Bohemiam pati, hominem inquietum non potuisse, non debere Romanam sedem, cuius de creta grauisima esse soleant, vnius falsis querelæ in populum vniuersum moueri. Rogare mature, cuncta expendat, iustamque vltionem damno regni, Regū, non turber: mittat autem nos condonum omnium gratia Oratorem ad Cæsarem, apud quem etiam de reducenda ad Ecclesiam Romanam Bohemia, agi necessaria possint. Sperare, inter se singula conuentura.* Erant his litteris appensa Catholicorum procerum etiam signa, partim extorta ineta, partim ita sunt eptaciam corruptis minis; vt peritque postmodum iuramento contenderint, litteras & signa se pariter ignorasse. Fidem tamen haud dubie facturæ tunc idebantur, nisi aliquorum monitu, fraudis suspicio fuisset iniecta. Igitur Pontifex ad eas res, oblidonem, vt dimitteret, monuit; Hynconis vltionem, vt iudicio quaereret, præcipi, ac simul obtulit cogitatum se in ter vltionem, & iusta contentibus decreretur. Oratorem nihilominus ite ad Cæsarem iussit, Laurentium Ferrariensem Episcopum, mandato imposto, vt ne quid cum Georgio prius, aut suorum aliquo tractaret, quam solutam obsidionem cognouisset, & arma deposita. Contempsit Georgius pontificis Oratorem, & monita, nec multo post Zarastenses ad necessitatem extremam deducti, p. cti tantum animas, oppidum dederunt. Quo exi u Romæ nunciato, iussit illico, Rudolphum Laurentinum Episcopum, Principes Germaniæ sigillatim adire, quæque in Bohemia gesta essent lamentari; Georgij contumaciam, meuremque ad pessumdandam religionem proponere, nec posse salua existimatione Romanum pontificem in tanto fidelium d. f. crimine dicitur agere; statuisse inchoatum à Pio iudicium innouare; orato vnumquemque eorum, vt imp. d. mento iusta causæ non sint, tene Christianos se esse dedicat. Vni omnium in respondendo fuit oratio; *Scire Presulem, quid sui esset officij; facturos se quod Catholicos deceat; non posse autem, quoad Ecclesia Georgium hereticum iudicauerit, à fœderibus eius per fidem interpositis, committij, discedere.* Ad hanc Germanorum mentem illico alia incitantia iudicij eod. in tempore accessere. Nam & Catholici Bohemiæ proceres ad vnum omnes venit Hynconis exemplo suum exitum, videntesque quotidianis iniurijs, libefactari regnum, & dignitatem eius extinguadulterinis etiam moneatis, quas compendij sui causa clam cadi curabat, comenciorum fidem confundi: statuta die inter se conueniunt, summoque consensu ab illo deficiunt, defectionemque ipsam, & alternum subsidium magna cum fide, vno vero iuristuradi, & imprecationum religione confirmant. Inde factum vulgantes, clientelas, amicosque omnes, & quos vndique possunt, in Georgium concitant, atque inprimis conuentu h. c. sua, Paulo pontifici nunciati, orantque, vt intentatum totiens iudicium, tandem nunc, cum vltio es asint absolutu; se autē omnia liberet iuramentis, quæ necessarium fuerat regnantibus illi p. ætare. Vvratistauentis præ cæteris, in quo paulo ante hereticus arma mouerat, id ipsum summis obtestationibus precabantur, inque vna ea re tu. m. præsidium colloca- bant, quod damnato Georgio adiores non defuturos sperabant. His Romam perlatis, in Senatuumque introductis, nemo non iudicauit in eundam tantam opportunitatem oblatis præsidij. Itaque pro. c. ribus Regni, & Vvratistauentibus in eorum sententiam respondetur, & iudicium certum promittitur, & dies Georgio ad respondendum, siue etiam ad audiendum sententiam dicitur. *Papien. lib. 6. Commentariorum.*

Inter eos pro fide susceptos conatus, non neglexit Paulus Pontifex libertatem Ecclesiasticam alicubi violatam vindicare. Dicitur est superius, quæ Ludouicus Rex Galliarum in ditionibus subiectis tentauerit. Eum vt à proposito Paulus auerteret, missa legatione curauit. Papiensis Cardinalis datus Campaniani Theodoro Episcopo Teruifino, qui significauerat litteris, gratulabatur pontifici, in quem Deus hunc spiritum suscitauerat, vt veller Ecclesiam, & ministr. os eius dignitatem suam tenere, & de jciugum seruitutis iam antiquæ. *Opus, ait, nullum perfectius, nullum Deo acceptius, nullum suo ministerio dignius. Desiderium (sanctum) secundet ille, cuius causam nunc agit. Restituta Ecclesia in libertatem, officij sui, benedicatur amplius in sacerdotibus. Perseueret, vt cepit, atq. ad hoc pietatis opus in finem defuder. Parata illi merces est copiosa, & Pontificatus suo commendatio æterna. Vultus potentum non timeat. Viri liter agat. & confortetur cor eius, quia faciet in Deo virtutem, & ipse tribulantes se, reducet ad nihilum. Causa optima est. Defensio iusta, salutaris cura, non eiantum, qui præcipit, sed eis quos, quibus præcipitur. In tot prerogatiuis operis boni, sperandus est fructus cogitationis susceptæ. Epist. 1124.*

Dum hæc curaret Paulus, fama in vulgus exierat, repetiturum eum esse à Senensibus oppida quædam, ditionis olim Ecclesiæ & bell. m. illaturum, nisi redderentur. Sollicitus pro sui. Ciuius Cardinalis Senensis, voluit à Papiensi scire, num quid metuendum foret, à nouis apparatibus belli, qui tunc à pontifice. Respondit Papiensis, se non potuisse explorare, quorsum illi tenderent. Pontificem esse recti admodum, & taciti consilij. Opera eius ante videri, quam audiri: nec illum ante rationem moruum suorum aperiri, quam sint inchoati. Sic bello in fratre de Anguillaria ad auertendam suspicionem, assimulati sunt metus à Rege Ferdinando, & cum omnium oculi ad Campaniæ extrema essent intenti, subito coacti sunt ad Vetrallam, & Roncionem respicere. Si in Senenses aliquid parer, & quemquam celatum esse vel cogitationum suarum, se celatum inprimis velle, quem aliquando nimij in Senenses affectus dimasserat. Difficile tamen se adduci, vt credat illum tale quicquam in eos ausurum. Argumenta huius rei, extare multa. Interrogatus enim aliquando, An hoc sibi animi esset, prorsus neg. uit, & benignè admodum addidit; *Ego Senenses plurimum diligo, salues cupio, & non modo non laceffam bello, sed ab impugnationibus alienis sum paratus tutari.* Pacata deinde Italia tota est. Nouatum turbationem non esset suæ dignitatis mater. am dare. Noffit illam res Senensium, non vsque adeo in opes, vt Anguillariam fortunam possit in eis sperare. Scire, illo conuenire in commune fœdus Italiae, amicos habere, qui rem suam non essent des. ruti, non expedire Ecclesiæ vicinitatem hanc sibi esse infestam, & cum periculo amittere, quod maiores sui Romani præfules conati sunt impensa opera retinere. Veneti essent graui bello implicati. Ferdinandus non oppugnaret eos, à quibus defensus est ipse, & retentus in regno. Dux Mediolani vel quiesceret, vel offerret se medium paci. Illud certè, Senensibus non esset infestus. Cum Florentinis paratum esse illis semper fœdus priuatum, cum velint. Quod illi eo inirent libentius, quo & causam consimilem sibi esse cum Ecclesia videant. Solum Pontificem bellum cum Senensibus gerere, durum esse admodum: præsertim cum & longi temporis futurum appareat, & magni impendij, & causa fidei Catholice, vt nuncijs certis allatum est, adducta sit in discrimen perspicuum, defensionem vero eius de manu sua omnes requi ant. *Papien. epist. 128.*

No. i. adeo d. s. m. u. i. u. i. t. in alia cau. a. quæ Ecclesiæ cum Venetis. Anteriorum, subditi Ecclesiæ Romanæ, consueuerant superioribus annis, prohibente nemine, nauigare per omnem oram Illyr. j. Veneti

XVII. Libertatem Ecclesiasticam curat Paulus PP.

XVIII. Senensium fautor Paulus PP.

XIX. Libertatem Ecclesiæ vindicat Paulus.

XX. Cardd. de Paulo PP. querimonia.

hoc post modum veterant. Civitate illa paulatim ad summam inopiam deducta, officij sui, & rei suae; pontificem admonuerunt, vtque liberam sibi navigationem vindicaret, postularant. Annuit pontifex, & pro iudibus Ecclesiae confulgens, quicquid Anconitani proponebant, Sedi Apostolicae vindicauit. Papien. epist. 144. & Regest. Pauli. 2.

Inter haec erat aliquid in Paulo, quod Cardinales desiderarent; cuius rei gratia, Cardinalis Papiensis, Collegas suos Rothomagensis, & Auinionensem Cardinales, officij erga pontificem aduocabat, datis his litteris.

Securus consilia vestra redij in urbem. Ecce sum inter vos. Quid oro, hic ago? vel magis, quid omnes hic agimus? Admittimur raro, admissi dicimus pauca, audimus multa. Longo sermone nihil absoluitur. Videt se ad annuatiarum coronationis suae die, quanta locutus est indigna Sede, nihil vtilia, pessimi autem exempli femina? De reposita per Planetarium nescio quem vita, & Cardinalis iam diu Cardinalatu, & pontificatu, tota fuit oratio. De obitu quoque Cardinalis Aquileiensis, quem suum inimicissimum dixit. Quis haec patienter ferat? aut cui non moneatur mens: Praestare abesse, quam talia audire. Nec satis est audisse semel, crebris commemoracionibus eadem saepe inculcat. Si non audimus, fert molestae. Ad audiendum vocat ad se, me, & Cardinalem sanctae Sabinae, agentes de rebus nostris extra coronam, in qua loquebatur. Non est passus vaniloquij suis se exertes. Iussit accedere, atque intelligere. Videre erat ora gauriorum ex partibus torqueri miseria, & ang. tanta iactura temporis, tamquam gloria pontificatus sui his cresceret nugis; ita erat totus in illis, studiumque omne huc vertebatur. Ne autem crederemus, dedisse illum talibus operam, dicebat non esse his fidei praestandam; & tamen admiratione digna aiebat, in vtramque partem sic loquens, vt plus veni daret, quam tollet. Obtulit, inquit, Planetario illi horam natalem. Hebraeus erat, senex, caperatis supercilij, retro aspectu. Nulli obtuleram ante nec sum post hac oblaturus. Aliquando ex Astrologia volebat esse eius responsa, aliquando ex demonibus asserbat. Quae autem praedicta memorabat, in scripijs, inquit, meis sunt: inueniri nunc inter multa, esset difficile, diligentius tamen illa quaerens inuenirem. O miserum illum, & nos. Quid huius deliramentis damnosius? & maiestate tanta indignus? An non satis etiam Cardinalatu tulisse hanc notam? etiam ministerium pontificale pergit ridiculum facere. Omitto, quod de omni verbo otioso, reddenda est ratio, & nugae sacerdotum, blasphemiae sunt, & os pontificis consecratum Euangelio, vaniloquij aperiri non debet. Nonne intelligit miser, quam mali exempli hoc sit? & quam displiceat Deo? Quae so, vbi erit auditum, Vicarium Christi, & caput Ecclesiae indagacionibus futurorum intendere, quis ad eas non verta mentem? quis non secum ibit in praecipis? quis denique non totus ex caeli necessitate magis pendebit, quam Dei nostri miseratione? Aiebat Plaro; Quales in Republica essent Principes, tales reliquos solere esse ciues. Ad imitationem videlicet Pastoris oues se fingent, nec attendent; quid ille mali agat, sed omnino quid agat: sumentes, non examen boni, vel mali, sed tantum fragilitatis exemplum. Vitia illa, inquit Satyricus, maxime adhaerent, quae subeunt animi magnis auctoribus. Homo gentilis Horatius, sapiens tamen, quaesitorem futurorum reprehendens,

Tu, ait, ne quaesieris, quem mihi, quem tibi Finem dii dederim Leucothoe. Nec Babylonios temporis numeros.

Et Dominus in Leuitico: Non declinetis, inquit, ad Magos, nec ab Ariolis aliquid suscitemini, vt polluamini per eos. Ego Deus vester. Angulstinus quoque, praecipuum lumen Ecclesiae, cum, qui haec obseruat, qui attendit,

qui credit, qui in domum recipit, qui interrogat, Christianam fidem, & baptismum praeruaricasse affirmat. Vana enim sunt omnia, & dol. s. inextricabilibus animas capiunt, inducuntque eos in miserissima mala. Vt ergo a summo sacerdote eandem has aenias, a secessu meo, me reuocastis: cogentes quem sacra lectio totum habebat, totum nunchis nugis obtundi. At dicit aliquis vestrum: Ignoscendum fuit aetati; iuuenis erat, cum ista curauit: confirmatus iam, ea contempsit. Qui (malum) contempsit quem vidimus toto Cardinalatu suo pependisse ex illis, atque ex illis spes omnes suas semper formasse. Quis Planetarius, aut quis diuinus fuit seculo nostro, praesens, absensue, quem iste requisitum, non sibi familiarissimum fecerit? Quod de futuris editum iudicium, quod non statim sit aucupatus? An non meministis, cum haberetur in Vaticano conclaue Calixti III. excidisse huic inter cubicula vestra fortes complures, in quibus praenunciata de se notabatur; cum vero anxium obfisse diu omnia, & tacitum quassisse, & cum non inueniret, postulasse tandem a vestris ministris, num scripta quaedam ab eorum quoquam essent inuenta. Non dicebat, num fortes essent inuentae: pudebat enim facti: sed num scripta essent inuenta. Ergo eadem inuentus, ministrans Cardinali Firmano, & feduitatem hanc vidi. Casu autem in eas incidit Paulus Ananiensis, Prospero Colummiesi tunc famulans, qui videns quaerentis angustias, ad eum accedens, En, inquit, quod quaeris; & somnia illa sua tor horis suspirata porrexit. Dedidisse illi millia centum, non acceptasse gratias, quam tunc accepit repetas spes suas. Nuper vero ad pontificatum assumptus, indumenta, vt video, non antium mutans, Pisis vsque accersiu ad se Antonium Planetarium, cui cognomen est Camera, olim mihi propter suas sculitias notum. Ad quam rem quaeso aliam quam ad antiquum errorem? Pecunia illi pontificio nomine a Mediceis mensuris ad iter esse perfoluta, quod ego non antea credidi, quam Romae eum aspexi, & sum allocutus, & de uocatione, & pecunia eodem confidente acc. pi. Quid, quod nuper, timens credo, quae de obitu suo hoc Septembri nunciabatur, accersit ro, nomen nunc ignoro, qui est in familia Vnnesij Albergati Bononensis, Pro-Camerarium gentis, horam natalem inspiciendam porrexit, admonens, vt de diuinitate vitae, quae nosse, referret. Abijt ille, & reuiciss, ac foro uicens, longauitatem praemissit; quam etiam ob causam sacerdotia nonnulla est consecutus. Hora vero ipsa natalis, non vsque adeo valui regi, vt non fraude ministris subrepta, & vulgata pluribus fuerit. Testes rei haec habeo locuplete, quos vna mecum, tanti erroris pudet, & piget. Quomodo ergo excusationem habet aetatis, qui iam pontifex factus, eodem reuoluitur: nec a veteri abfistit contagio? Facis quinque narius, quod puero cogitae est reprehensibile. At dicitur: quando, cr. de n. da. non esse, at semper addit stupenda esse, & admirabilia esse; atque ipse sic admiratur, vt plane ostendat, velle illa protinus credi. Etenim si credenda non putat, veluti dicitur saepe, & ex demonibus esse contendit: cur diuinis, & planetarijs tradit horam natalem? cur sine causa eos fatigat? cur etiam responsa accepta, non statim conserpit? cur in scripijs pontificalibus adhuc est illa inuenire; Haec in quaeso signa sunt animi sentientis, quod loquitur, ac non potius probantis, quod damnat: nemo bonae mentis, se ac proximam ma is illaqueat. Nemo, quod nocituum credit, exquirat. Consulere diuinos, & consulta inspicere, admirari, atque seruare, quid aliud est, quam inquinare seipsum, & alteri peccandi occasionem proponere? Dolori maximo ista sunt mihi, & tolli errorem tam noxium cupio: sed verustas morbi, & impetrantis potestas absterret.

Planetariorum, & diuinorum panis, & fallacia.

Vos Patres, qui antea aetate, qui praestatis sapientia, & primi esse debetis ad monstranda, quae obsunt, memento officij vestri. Accedite ad Patrem, quod sentitis, loquimini, sed iuxta Apostolum obsecrantes. Obsecrate autem, vt sanctum de se praestit exemplum, non offendat Ecclesiam, missos faciat diuinos, & planetarios suos, putans nil, nisi fallax, malignumque in eorum esse responsis. Illud Domini Saluatoris attendat; non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quae Pater posuit in sua potestate. Meministis quoque se esse caput Ecclesiae, speculatorem gregis Dominici, nulli minus conuenire, quam sibi, moris rei intendere. Fidem Petri simul cum sede possideat, illamque vnam, & veram astrologiam, certamque diuinationem existimet. Vehemens, & grauis sit obsecratio vestra. Non trepidet cor vestrum, nec verba inter labia, & dentes dimidiata restant. Spiritum libertatis, & Sacerdotij zelum assumite. Sic adimplebitis bonorum Cardinalium munus, & operabimini in Ecclesia sancta salutem. Ab illo autem, si sapier, benedictio erit, & gratiarum actio. Scriptum est enim, Argue sapientem, & diliget te; & vir prudens non murmurabit corruptus. Id vero vnum inculcate aatribus eius, & crebro repetite; quod, etiamsi non sit religio, auocare animum ab hac miseria infami debeat. Si predicantur secunda, in ipsa expectatione consumptio est spiritus. Si portendantur aduersa: hora nulla mens est vacua. Semper anxietas, & inquietudo vobis, est multa; qua vt se liberet Paulus, ille vobis concedat, qui dixit: Ego dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterit resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri. Valere. epist. 156.

XXI. Abie ex Platina querimonia de Paulo Papa.

Haec erant, quae Papiensi in Paulo notauerat. Platina etiam de illo, sed longe prociacius, quia de re sua, memorabat. Statim, inquit, vbi Magistratum inijt, siue quod ita pollicitus erat, siue quod Pij decreta, & acti oderat, Abbreuiatores omnes, quos in ordinem redegerat, tamquam inuitiles, & indoctos (vt ipse dicebat) exauctorauit. Eos enim bonis, & dignitate indicta causa spoliavit, quos etiam propter eruditionem, & doctrinam ex toto orbe terrarum conquisitor, magnis pollicitationibus, & praemijs vocare ad se debebat. Erat quidem illud Collegium referentum, bonis, ac doctis viris. Inerant diuini, atque humani iuris viri peritissimi. Inerant Poetae, & Oratores plerique, qui certe non minus ornamentis Curiae afferbant, quam ab eadem acciperent: quos omnes Paulus tamquam inquilinos, & aduenas possessione pepulit; licet temporibus cautum esset litteris Apostolicis, cautum etiam scilicet pontificij autoritate, ne qui bona fide emissent, & possessione honesta, atque licita deijcerentur. Tentant tamen hi, ad quos res ipsa pertinebat, hominem e sententia dimouere, atque ego certe, qui horam de numero eram, rogando etiam, vt causa ipsa iudicibus publicis, quos Rotae Auditores vocant, committeretur: tuu ille coruis oculis me aspiciens, ita nos, inquit, ad iudices reuocas, ac si nescires omnia iura in scrinio peccatoris nostri collocata esse? Sicut sententia, inquit, Loco cedant omnes, cant, quo volunt, nihil eos moror, Pontifex sum, mihi que licet pro arbitrio animi aliorum acta, & respiciendere, & approbare. Hac veto tam immitti sententia accepta, vt lapidem immobilem volueremus, & rem nostram seruaremus, curabamus, & frustra quidem die, ac noctu in foribus aulae, vilissimum etiam quemque seruum rogantes, vt nobis alloqui pontificem liceret. Reijciebamur non sine contumelia, tamquam aqua, & igni interditi, ac prophani. Hac autem diligentia reo, continuis noctibus vsi sumus, nihil enim se de nisi noctu agebat. Ego vero tanta ignominia excitus, quod mihi, ac socijs meis etiam non licebat, id agere per littera institui, scripsique epistolam his ferme verbis. Si tibi cuius indicta causa spoliare nos sententia nostra. ista, ac legium, debet & nobis licere conqueri illam iniuriam, iniuriamque ignominiam. Reiecti a te, ac tam insigni contumelia affecti, dilabemur passim ad Reges, & ad Principes,

eosque adhortabimur, vt tibi Concilium indicant, in quo potissimum rationem reddere cogaris, cur nos legitima possessione spoliaueris. Lectionis litteris, Plantinam reum maiestatis accessit, in carcerem trahit, compedibus reuincit; mittit Theodorum Taruifinum Episcopum, qui quaestionem habeat. Is statim me reu facit, & libellos famosos, in Paulum sparsissim, & Concilij mentionem fecissem. Primum crimen ita confutauit, eos quidem dici libellos famosos, in quibus scribentis nomen reticetur; at meum nomen in calce litterarum extare, non igitur libelli famosi sunt. Quod vero de Concilio mentionem fecerim, me non adeo graue crimen id putasse, cum in synodis a sanctis Patribus stabilita sint fundamenta orthodoxae fidei, prius sparsim iacta a Saluatore nostro, eiusque discipulis, vt maiores cum minoribus, aequo iure viuerent, ne cuiquam fieret iniuria. Vnde etiam apud Romanos instituta erat censura, qua & qui priuati, & qui in Magistratu fuerunt, rationem habiti Magistratus, & vitae antea actae reddere cogebantur. Cum vero his rationibus nihil profecissem, reuinctus compedibus, & quidem grauissimis, media hyeme, sine foco, celsa in turri, ac ventis omnibus exposita coerecor mensibus quatuor. Tandem vero Paulus, Francisci Gonzaga Cardinalis Mantuani precibus fatigatus, aegre pedibus stantem, molestia carceris me liberat, sed admonet, ne ab vrbe discedam. In Indiam, inquit, si proficiscere, inde te trahet Paulus. Feci mandata. Triennio in vrbe commotatus sum, arbitratus Hominem aliquam medulam meis incommodis interim allaturum.

Obijt inter haec Aloysius Patavinus, pontificis Camerarius, & tituli Sancti Laurentij in Damaso presbyter Cardinalis, vir quidem ditissimus, & in rebus agendis sagax, sed vltimo vitae suae tempore parum prudens; quippe qui ex testamento maxima ex parte haeredes reliquerat duos fratres Nicolaum, & Aloysium cognomento Scarampos, aliqui bonos, & liberalis ingenij, sed nequaquam tantis fortunis, & prouentibus Ecclesiae partis dignos. Multa propterea homines suspicabantur cum hi cubiculo Pij praefecti, cymmel a, & pretiosas gemmas, aurumque non modicum a morte pontificis supplantant. Has autem facultates Paulus, licet ei facultatem testandi vltro permisisset, sibi vindicauit; Scarampos cepit, & tam diu, honesto tamen loco retinuit, quoad, quae Florentiam delata fuerant, ad se deferrentur. Fugientes Scarampos, dum hac de re ageretur, ex fuga retraxit, & in carcerem coniecit. Verum cum bona Patriarchae, Florentia Romae delata fuissent, Scarampos cum bona parte in columes dimittens, in reliquos Patriarchae familiares maiore benignitate vsus est, quam ipse restator instituerat, atque hoc modo bona hominis magna diligentia parata, maiore retenta, cum magna opum iactatione, ac si annos Mathusalem victurus fuisset, a Paulo partim possessa, partim distributa sunt; cum tamen vltimus Cardinalis diceret, mal e ad Turcos ipsos, quam ad Paulum bona sua recidere. Tam acris odio aestuabat in Paulum. Sed neque hoc contenta diuina prouidentia, voluit quoque eius corpus iam sepultum in praedam dari. Antonius Tocchus, maximis beneficijs ab eodem Cardinali ornatus, summa ingratitude in beneficium impius, defuncti illius sepulturam noctu violauit, & tum annulis, tum vestibus, tum bireto, & reliquis pretiosioribus e cadauere detractis, etiam defuncto insultauit. Imposito enim capiti suo Cardinalis bireto, Hem, inquit, Domine. Toties ego tibi reuerentiam apertio capite exhibui: nunc te quoque par est, mihi vicem rependere. Dixit ingratus, & sacrilegij apud Paulum postulatus, impietatis, immanitatisque reus, grauissima supplicia merebatur, cum Paulus satis habuisset, reliquos ei beneficijs, & bonis referuatis, solo Cano-

Platina in carcerem coniecitur a Paulo.

XXII. Obijt Card. Camerarius, ditissimus.

Eius bona & cadauer in praedam dantur.



XXIII. Item obitus Cardinalis Lebreii.

nica tu Ecclesie Sancti Laurentij in Damaso, in qua facinus admiserat, eum priuare. *Platina, & Cannefus in Paulo 2:*

Aquileiensem fecutus est Ludouicus Lebreus, de cuius transitu scribit Papiensis Cardinali Senensi. *Amor, & delicia Collegij nostri, Ludouicus Cardinalis Sancti Petri, & Marcellini, opus Pij nostri sanctissimi, & frater noster, qui diligebat nos vniuersos, nocte proxima, inter sextam, & septimam horam, spiritum Domino dedit. Quanta deuotione, non dico. Admirabilis fuit hic transitus eius. Moriturum se noscens, cogitare, & loqui, & audire alia de re, præterquam de salute anime passus non est. Euerum sibi lachrymas suas panes, dum recogitauit annos præteritos. Cubiculum eius assidue questibus, & compunctionibus cordis repletum est. Sacramentum Domini nostri Iesu Christi sumpturus, & lecto in terram se iuste deponi, nec aliter Deo suo communicandum putauit. Horas Canonicas non ante dimisit, quam à voce ipse est dimissus. Inter orandum, si quando labente iam memoria alicuius verbi facta est omisso, totiens iterauit, donec quod exciderat, est affectus. Cum ab his vacabat, passio Saluatoris nostri legebatur assidue. Inter audiendum, non cessabat suspirium, & stertus. Vnum modo locutus est, quod sapere humanitatem est visum, & tamen si vigilanti nostre sit concedendum. Audiens desperatam à medicis suam salutem, & cogitandum sibi de transitu, aliquamdiu tacens, mox conuersus ad suos, non dolet, inquit, mors mihi propter me, obsequenda est enim semel. Dolet propter patris, & matris senium, qui biennio ante, amisso apud Barchinonem filio, vno altero, anno præfenti nunc de me audientes, me statim propter dolorem sequuntur, & addidit, Illis, & mihi sit Deus presidio. Tota Curia contristata est obitu eius. Pontifex vberim fleuit, cum Episcopo Hostiensi, & mecum, quos ad implenda legata elegit. Ego, Reuerendissime Pater, consolari vix possum. Amisi dimidium animæ, & mentis meæ. Scit dignatio tua, quanta inter nos erat conuersatio, quanta rerum omnium communio. Leuator ille erat agritudinum mearum, ego vicissim suarum. Fideles mansimus in dilectione. Nulla querela, nulla expostulationes audite sunt inter nos vquam. Studia mea erant ex suis, sua ex meis. Gratia, honore, & obsequij inuicem nos præsentibamus. Mores eius cuiusmodi essent, dignationem tuam non laet. Respondebat vitæ nobilitati. Sanguis erat Regius, vt scis, superans sine controuersia genus omne aliud Gallicanum. A parentibus religiosi educatus, nil nisi religiosum sapere poterat. Verbum impudicum, insolens, & asperum, numquam est ex eius ore auditum. Conuersatio erat grata, consuetudo ad omnia facilis, sensus pleni misericordia, semper ad rectum intenti, odientes malum, & adherentes bono. Introspecti præceteris humanem totum, & scrutatus sum renes eius, & cor. Nihil vquam malignum in cogitatione Patris huius inueni. Videor mihi nunc mancus, relictuus, & imperfectus, & cum communicationis nostra venit in mentem, non cesso à lachrymis. Illi in morte nil contigit mali. Decessit enim tempore suo, non nostro, sortitus vitam, qua indeficiens est, atque omni caret molestia. Nos ad continuationem miseriarum sumus relicti. Erat hic ex filiis Pij nostri, vt dixi, eadem voce assumptus, qua nos, atque eadem manu benedictus, qua nos. Dilexit dignationem tuam, & familiam nostram, & omnes, qui ex famulatu illo sancto fuerunt. Debemus vicissim illum diligere. Dilectio autem nostra, si fructuosam esse optamus, in orationibus sit, & pijs suffragijs. Hæc ego, & præstari, & præsto, quantum possum. Idem queso faciat bonitas tua. Commendatur permultum hæc pietas, dicente Scriptura; Sancta, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. Tricenas Missas Gregorianas anima fratris, & collega institui. Si viderem institueris tu, rem meo iudicio piam, & salutarem institues. Mensura illa metietur nobis, qua nos alijs mensi fuerimus, vt habeamus, qui nostri sint memores, cum moriemur, si mortuorum nos habeamus memoriam. Si placet, communica hæc cum Lolio nostro, qui illi compater fuit, & ad eadem, tuo, & meo nomine hortare. Epist. 156.*

Describitur eius generositas.

In hunc etiam annum incidit Martyrium Beati Andreæ de Chio, quod Georgius Trapezuntius descripsit his verbis. Anno ab Incarnatione Domini 1465. cum vir quidam, quem honoris causa non nominamus, ex Trapezuntina vrbe ortus, Peripateticorum philosophiæ Professor, abnegata Cruce Domini per summam perfidiam, Mahumeto nomen daret, Turcarum Rex elatus, alium quendam maioris fidei, ac constantiæ virum, similiter Trapezuntium, militiæ peritissimum in carcerem coniecit, dignus ratus, vt Philosophum conueniunt suum nolens, volensque imitaretur: cupiebat enim eius opera in re militari vti. At ille animo martyri dicebat; Philosophus in delicijs educatus, maiore spe ipsarum, Christi Crucem negauit: ego qui tot, tantosque labores, cum Scythijs bella gerens tuli, vulneraque; excepi (dixit, & aperto pectore cicatrices ostendebat) pro Imperatore caelesti mortem timebo: Absit à me tanta infamia. Quæ mens præterea esset mea, vel potius, quæ stulticia, veritatem doloris fugiendi causa prodere, ac æterna regna repudiare, Mahometique adhærere? vt bellorum labores subeam, pericula magna pro Imperatore mortali suscipiam, gladios in Christianos Christianum ipse natus distringam? & denique in mortem tuam, quam fugendam censuit Philosophus, vt in æternam, ac veram mortem ferar præceptis? Hæc dum Constantinopoli fieret, t, Andreas febribus grauiter laborans, perpetuam Virgini matri castitatem vouebat, si euaeret. Sedatis illico febribus, paulo post quasi ex morte surgens, albis se vestimentis induit, vt eo symbolo admonitus, numquam oblato Creatoris marti voti obliuisceretur. Inde recuperatis iam plane viribus, Constantinopoli petijt, non aliqua cupiditate magnarum vrbiū visendarum captus, (erat enim iuuenis viginti, & septem annorum, summa grauitate atque constantia, prorsus, vt ne verbum quidem vnum ab ore ipsius vanum prodiret) sed gratia Dei proculdubio eo allectus, vt & ipse Martyrij palmam perciperet, & Philosophi siue leuitate, siue errore conturbatos, sua constantia in fide confirmaret.

Igitur mox vt urbem applicuit, ab Ægyptijs mercatoribus apud iudicem accusatus fuit, quod magnum cum Christianis commercium haberet, homo, qui Alexandria Crucem negauerat, conculcauerat, spūs fædauerat, & Mahumetum publica confessione summis laudibus extulerat. Ea accusatione in iudicio iniquo recitata, Andreas numquam se à Chio, vbi natus, educatusque fuit, nisi tunc: excessisse affirmabat, idque testibus multis approbat. At iudex iniquus, Christiano: um testimonio reiecto, quod ea in re nullum esse dicebat, Mahumetitarum recipiebat. Tunc Christianorum multitudo summa contentione iniquum esse clamauit, aduersariotum testimonium admittente; petijtque, vt prætermissis testibus, res ipsa digno examine excuteretur. Dicebant igitur, vt circumcisionis signum in membris eius existirent, nam si ad Mahometi disciplinam accessisset, necessarium fore, vt in genitalibus membris circumcisio inueniretur. Interea spoliatur vestibus miles Christi, nudusque à tanta multitudine inspicitur. Sed nullum in eo indicium, nulla circumcisionis macula, nullum Mahometitarum apparuit vestigium. Exclamant Christiani incredibili læticia exultantes, confunduntur aduersarij, & victi genitus prosternuntur: nisi diabolico astu adiuti, exposuissent, moris esse in Ægypto, minoris homines ætatis circumcidi; maioris, si ad Mahumetum conuertantur, nullo modo ad circumcisionis legem impelli. His rationibus iudex, quia scæte suæ fauere, sententiam ad Regem transtulit, quemadmodum in rebus ambiguis, & arduis lege cautum est.

XXIV. B. Andreas Chienfis Martyr.

Itaq;

Itaque Christi milite in carcerem coniecit, Regem consilium adiit, cui cum & ætate floridam & innocuam iuuenis rebar referret, Rex talium hominum in militia cupidus, Vade, inquit, & si nostræ voluerit obediē voluntati, Communitatum offero. Sin beneficiis nostris nihil commouerit, minis, atque terroribus ipsum concitias; & si neutra poteris præualere via, capite plectas. Altero igitur die, producto ipso, primum Regis pollicitationes proponuntur, mirabili cum amplificatione. Verum cum Martyr Christi nihil respondendo contemnere oblata videretur, qui circumfusi erant veritatis hostes, alij argentum, atque aurum, alij vestes, alij suppellectilem variam pollicebantur. Cumque in silentio acriter periretaret; Quid, inquit, ne verbis quidem tuis nos dignos putas? Digni quidem, ait, vos estis multo maioribus, quam ego dicere, aut excogitare queam; sed res, quas offertis, nulla responsione dignæ sunt. Quid enim caducam hanc vitam, atque mortalem, putas magni aliquid habere, quo caelesti sit præponenda? Erras, ipsi respondunt; nam nos & ad illam tibi viam aperite studemus, & hanc insuper tibi felicem reddere conamur. Non coherent, inquit, caduca æternis, non felicitas misera, non prophana beatis. Sed quid opus est verbis? Ego felicitatem huiusculi mihi facio; ego Crucem, passionem, sepulturamque Christi mei, numquam, auxilio illius fretas, negabo. Statuite in me quicquid muleritis; vnum rogo, ne me verbis amplius tentetis.

His dictis coniectus illico in carcerem, vinculis catenatus, pedibus, atque manibus alligatus, ad meridiem sequentis diei, qui fuit 20. Maij iacuit. Post meridiem de carcere educus, in partem vrbis qui Orientem spectat, prope mare trahitur; vbi manibus, pedibusque ad palum alligatur, tanta crudelitate cæditur, vt pene supplicij atrocitate victum, animum accessisset. Cumque principio flagellorum, & verberum, toto corpore vehementer contremisceret, fertur manibus ad pectus contractis, ac digitis in pugnium compressis, magna exclamasse voce, *Virgo Maria, adiuua me.* Inde pedibus altero ad alterum adductis. Iterit in eisdem vestigijs, ad solis occasum vsque relictus. Interea dum miles Christi his cruciatibus exercetur. Trapezuntius ille, de quo supra retuli, & fenestra turris prospiciens, clamabat; O felicem Christianum. O beatam, quæ te genuit insulam. O nobilissimum, atque omni laude dignum genus, vnde ortus es. Vinam eadem tecum pro Christo supplicia subire liceat. Hæc, aliaque Martyrij coronam desiderans vociferabatur. Carnifices autem Andrea reducto, multis prætoriosa membra flagellis lorisque fæde dilacerata vnguentis vngunt, & cibum, potumque ad fulciendam in corpore animam, de medicorum consilio, quorum multi, ac peritissimi aderant, offerunt; & aquam, in qua non paruum defæcati auti pondus bullierat, offerunt ad bibendum. Id faciebant, quo longior vita eius, aliquid ad negationem Crucis afferret, simulque ostenderent quanti vitam eius facerent. Fortetiam, quia non ignorabant, quod Christi martyres per diem cruciati, nocte, diuino beneficio pristinum solent, imo maiorem frequenter, & corporis, & animi pulchritudinem recuperare. Quare timentes, ne id diuinitus euenerit, medicamentis suis occupare veritatem studebant.

Vigesima prima eiusdem mensis die rursus producit, denudatusque, ferreis vnguibus tergeta, quæ pridie eius diu fuerant flagellata dilacerantur: nec quicquam aliud fecit, dixitque miles CHRISTI, quamquam prius contremuit, manisque ad se addixit, digitos in pugnos contraxit, pedesque in ipsam vestigijs tenuit, magnaque voce clamauit;

*Virgo Maria, adiuua me.* Sic Trapezuntius etiam eadem, quæ prius vociferabatur, etiam iterum, atque iterum è turri repetebat. Adueniente nocte vnguentis illinitur, similiter medicamentis, atque aquis, in quibus magni virtus auti fuerat insula sustentatur; quasi chlam, Crucis hostes, salutem eius haberent, Spiritus Sancti gratiam in medicorum periciam, cibique, ac potus commoditatem deriuantes. Illucescente namque die, sanus omnino Martyr Christi apparuit, quæ res medicamentis fieri non potest: quæ cum naturaliter agerent, longiore indigerent tempore. Vnde constat, solum Christi virtutem, opem martyri contulisse.

Vigesima secunda eiusdem mensis, post meridiem similiter producit, tantaque crudelitate, & manus, & pedes torquentur, vt ne vnum quidem membrum suo loco maneret, sed salirent omnia, prorsus, vt ipsi inimici Crucis Christi hominis constantiam, mirarentur vehementer. Hoc interim in Christi martyre admiratione dignum est, & meritis Beatæ Virginis tribuendum, quod post illos clamores, quibus virginis opem implorabat, dicens, *Virgo Maria, adiuua me,* ne minimum quidem doloris signum ediderit. Interim Trapezuntius ille magnis vocibus non definebat martyris felicitatem è turri prædicare, & eandem sortem expectere, medici vero omni diligentia, vt collapsas in martyre vires restaurarent, laborabant.

Vigesima tertia die, sanus, & incolumis non medicorum arte, sed illius primi martyris, & Domini omnium Iesu Christi productus Andreas, nouo genere cruciatus vexatur, humeros carnibus per gladios denudat, studentes semper, ne celerior mors ipsum inuaderet. Sperabant enim, si non acerbitate, ac magnitudine dolorum, attamen diuturnitate victuros. Sed derisi tandem iacuerunt. Declinato die reducitur, sicuti diebus superioribus dictis, factisque medicamentis quoque non aliter, quam prius adhibitis. Die XXI. eiusdem mensis eodem in loco, quo prius, clunes carnibus nouaculis spoliatur, non subito, sed cum mora, vt doloris acerbitas inuictum athletæ CHRISTI animum superaret. Cætera omnia similiter acta, vt in superioribus diebus, dictaque eodem modo, etiam à Trapezuntio, animo, atque voluntate martyre; qui illis diebus, quibus Andreas patiebatur, similiter è turri clamitabat.

Die XXV. partes pedum, quæ inter genua, elunesque sunt, carnibus similiter denudantur; cætera eodem modo dicta, gesta que fuerunt. Die XXVI. Suræ similiter carnibus nudatæ, miserabile valde spectaculum astantibus præbueret. Vigesima septima, femur, quæque circa ipsum sunt excoriantur. Vigesima octaua die totum corpus à capite ad pedes verberibus cæditur, vt doloribus renouatis tandem moueretur. Maxilla quoque vna, vno ictu denudata carne fuit, quam Christiani magno studio raptam, in monasterio Beati Francisci, inuisitate odore fragrantem condiderunt. Vigesima nona eiusdem mensis, producit iterum Andreas martyr Christi præcipuus corpore sano, atque viuaci, vultu læto, ac facie decora. Mahumetistæ: his rebus moti, medicamentorum virtute id factum asseriebant, & ingratitude illius accusantes clamabant; Non vides, ô Andrea, te Mahumetigratia, & medicaminum virtute sanitate adeptum? Agnosce miser beneficium prophetæ nostri, ne mala morte intereas. At Andreas; Non est, inquit, mors illa, sed vita. Quare nolite me verbis istis inanibus terrere. Non me vestra medicamina, sed Crux Domini nostri Iesu Christi ad hunc vsque diem incolumem seruauit. His dictis, caput intrepide

securi subiecit, & ad caelestia regna feliciter euolauit. Tunc mortis eius ministri, truncum cum capite corpus, maris fluctibus immergere voluerunt. At Christiani flus lacrymis circumstantes, mortuum sepeliendam esse exclamabant. Interea lis ad Regem deferretur, qui auditis cruciatibus, & iniecta martyris fortitudine, dignum esse pronunciauit, vt summo cum honore, vir a deo fortis sepeliretur. Itaque Christiani apposito capite corpori suo, ad Galatam deportarunt. Aderat innumerabilis virisque sexus multitudo, & Mahometitarum etiam multi, admiratione commoti. Alij lacrymas pra gaudio fundebant, alij laudes eius praedicabant, alij constantiam, ac robur animi, alij prudentiam, atque grauitatem, alij contemptum humanarum rerum extollebant. Multi fidem in Iesum Christum, & piam erga Deiparentem Virginem deuotionem commemorabant. Sic mors Andrae, atque martyrium, illum quidem Trapezuntium palam, sed multos quoque alios a periculo liberauit, multos in fide Orthodoxa confirmauit, & Mahometanos pudore confudit. Trapezuntius, qui vitam scripsit, corpore eius aliquot post annos incorruptum aspexit, & ab inuocatione martyris periculo naufragj Romam reuertens liberatus, praclarum Andrae testimonium monumentis perennibus consecrauit. apud Surium tom. 2.

XXXV. Ludouicus Minorita iterum emergit.

Hoc anno iterum emerit ille impostor, de quo superius diximus, Ludouicus, cognomento Patriarcha Antiochenus, ab Ezigere Tartarorum principe, apud quem pontificis maximi, & Imperatoris Romani nomine legationem sibi desumpserat, reuertens. Conuenit Casimirum Regem Poloniae. Summa legationis fuit, vt Ezigeres Mahometem Turcarum Imperatorem a bello Christianis inferendo reuocaret. Si id non posset, bellum ipsi inferret. Pontifice, & Imperatore Rom. stipendia pollicentibus, actunc quoque per ampladonam mittentibus. Quoniam autem eiusmodi responsum a barbaro acceperat, vtis in bello Turcis inferendo e consilio, & voluntate Casimiri foederati, & amici sui pendere se ostenderet, literasque ea de re ad Casimirum daret, quibus efficiebat potestatem, quicquid ei videretur de bello Turcico constituendi suo nomine cu illis Principibus, quando id in potestate eius esset: contendebat Ludouicus a Casimiro, vt Rex Christianos adiutos velle, debere eum hoc communi religioni, atque pietati erga Deum. Rex dilata re ad regni Comitum, hominum sine certo responso dimisit. Cromer. lib. 26.

I E S V C H R I S T I Anno 1466.

PAULI PAPAE II. FRIDER. ROM. IMP. Anno 2.&3. Anno 15.

I. Podiebracius regno priuatur.

PUBLICO decreto, Paulus pontifex, diem dixerat Georg. Podiebracio Regi Bohemi ad quam Romae adesset, ad causam dicendam. Rodolphum praeterea Laurentinum Episcopum, in Bohemiam Legatum miserat, ad Catholicos confirmandos. Huic a nouis emergentibus, noua hoc anno mandata misit, vt fideles animaret, auxilia pararet, in quemcunque Georgius bellum mouisset, anathematum irrogaret poenas, Crucem denique (qui summius in Christianis motus est) si non prodesselet cetera, palam decerneret. Georgius ingruentia mala praescens, ab arte illico praesidium petiit. Sociorum a procerum, quos minus firmos putabat, nunc suasio nibus, nunc muneribus, aliquando etiam minis, hunc, aut illum abducere conabatur. Cumque id parum succederet, Theutones principes ex foederibus inter se habitis in illos vocabat; multa Pontifice in criminans,

quod nimium hostibus credidisset, nimiumque iniuste decerneret. Nec minus delectu militum habitu, in Vratislauensem agrum duci subito, oppidumque sub ipsa ciuitate opportuno loco situm inuadit, vnde fatigati quotidianis incommodis possent. Sed cum id quoque primo impetu non successisset, perlato statim Vratislauenis nuntio, in concionem Laurentinus ascendit, fortique oratione populum animans, & Victoriam spondens, accensis, proiectisque solenni more cereis, hostes anathema omnes pronunciat, & Crucem proponit. Decem millia pugnatorum cum triduo illo signata a Sacerdotibus essent, re ab Georgianis per exploratores cognita, subito obsidionem relinquunt, vertuntur in fugam, necante consistunt, quam sese in tutum recepissent. Irritum inceptum haereticus cernens, reuocat inde copias, circummissisq; nunciis iniussu suo oppugnationem factam excusat. Mox tamen impatiens quietis, in alterum ex proceribus, Henricum Plauenem copias mouet, eumque a cerime oppugnatum omnium Toparchia vno impetu exiit. Proceres alterum conuentum ad prodenda necessaria habent. Ad eum cum non venisset Ioannes Rosca, ex primis vnus, minores plerique a foederibus abiere; quique etiam accessari ad ea mox credebantur, suspensis animis resistere. Obfirmarunt se tamen reliqui ad persistentium, documentisque maioribus conuenta stabilierunt. Georgius interim de occupando Pylzinenfi oppido cogitat, id Pragae propinquum, & Romanae Sedi semper fidele, multis in Hussitas secundis factis nomen erat adeptum, locique opportunitate magna haeretico praebiturum negotia videbatur. Itaque prodicione primum illud tentat opprimere; inde misso exercitu oppugnat. Sed magno suorum detrimento repulsus cum esset, incepto illico desistit. Pylzinenfibus autem iniurias has quaestum mittentibus, collaudatis pontifex, quod magnifice pro Christo certassent, pecuniam dedit, vexillumque addidit, quo vterentur in pugna, praeriteritae virtutis, & futurae religionis insignia habens. Egit quoque per literas, vt a proceribus in eorum foedus reciperentur. Post haec tertio indicto Concilio, eodem quoque Ioanne non comparente, quod a periculis abesse decerneret, de cetero omni sententia, approbante Legato pontificis, identidemque benedicente, vir fortis Sdenco Sternbergensis Dux ad bellum deliquit; nec minus maturandae in haeticum sententiae causa ad pontificem iterum mittitur, Fridericus Caesar per id tempus ad Georgij gratiam, quia de re Legatos ad se miserat, cum pontifice egit, vt in tertium adhuc mensem sententia differretur, spem sanitatis oblatam ostendens. Pontifex vana omnia reputans, dilationibus non esse amplius locum respondit, ab omni humanitate Catholicorum auxillis illam improbitatem dicit, perdendum amodò esse, quod tam longo spatio sanari haudquaquam potuerit. Hortatur etiam illum, Theutonesque alios, ad ruenda Romanae Sedis decreta. Inter haec iam appetebat dicta iudicio dies, instructaque per delegatos Cardinales ad sententiam erant omnia; nec Georgius ad dicendam causam vsquam apparebat. Itaque vocatis in Senatum Patribus, Commentariisque actorum perlectis, dato etiam ad disquirendum spatio, tandem vna omnium oratione, periturus, factilegus, haeticusque constans de ijs criminibus non cognitione tantum, sed fama, conuincitur. Vtque auctoritas maior decernendis esset, ex quaque natione, omni- que Antistitum ordine, qui Romae tunc erant, Doctores diuinae legis, & pontificiae, adesse in Consilium iubentur: qui rogati sigillatim sententiam, in idem cum Patribus iudicium conuenere. Angebat vna modò pontificem cura, & Patrum nonnullos, quod vltor tanti decreti certus non apparebat, sic-

batque

Rochezana paralyti & morte puniuntur.

II. Legatum pontificum venire ad se inuitat Rex Polonia.

batque propterea, vt quo magis appropinquaret exitus, difficultas haec impensius assumeret. De Caesare quod ad omnia esset praepositus, nulla spes habebatur. Polonorum vtique Hungarorumque Reges, quod domesticis laborarent, minuseo tempore idonei videbantur. Procerum quoque Regni non satis ad tantam contentionem robur existimabatur. Longinquoere certum erat, operosam oppugnationem, & diuturni temporis non suscepuros. Iacere autem sententiam, illum regnare, verbis contendi a Sede Apostolica ab illo armis, cum detinenti, tum vero ludibrij rem iudicabant. Horum vero ita suauiter animos vnus Ioannis Cardinalis Portuensis incitatio confirmauit, qui magni consilij vir, haesumque semper oppugnatorem acerrimus, vbi in re tam necessaria non satis explari sententiam vidit. Quid, inquit, metimur humanis iudiciis omnia? An non relinquenda magis in rebus Deo sunt aliqua? Si non aderit Caesar, non Polonus, non Hungarus, spondeo, aderit de excelso Sancto Deus, & caput impium conteret. Nos iusta nostrum muneri impleamus, reliqua ille acturum persiciet. Ad quam vocem, quod magna hominis erat auctoritas, et ceteris omnium mentibus, dies Natalis Christi ab illo quintus pronuntiandae damnationis edicetur. Quo die peracto sacro solenni, pontifex in magna hominum frequentia, marmoreum suggestum contendens, quod ante summum altare in Basilica S. Petri ad dexteram erat, ex diplomate sententiam recitari imperauit, regnoque male olim parto, deterius inde gesto, Georgium Podiebracium Bohemum priuauit. Papien. Commentariorum lib. 6. & omnes subditos Regni Bohemiae ab eius obedientia, & iurisdictione absoluit, ipsumque ac filios suos, & posteros, ad consequendas quaslibet dignitates, & honores inhabilis taut. Quo tempore Rochezana pseudo-archiepiscopus Pragensis, Bohemicae haereticus vertex, & auriga dolosus, subita paralyti percussus, apud Pragam loquendi vsum amisit. Iustissimo Dei iudicio, vt qui lingua sceleratissima haereticum exulit, & propagauit, in lingua viperea puniretur. Mischouius lib. 4. c. 68. & Ms. Bibliotheca vaticana num. 3923. processus contra Georgium Podiebracium.

His diebus Casimirus Rex Poloniae, cum accepisset literas a Rudolpho, Episcopo Lauantiniensi, qui scribebat, se venire Legatum a Pontifice maximo, ad componendam pacem inter ipsam, & Crucigeros Marianos, misit ad eum Vratislaviam, vbi subsisterat, Ioannem Dlugosium, Canonicum Cracouensem in ducans, pacem se non abnuere, modo ille bona fide pacificatorem sese interponeret, neque imitaretur Hieronymum, Cretensem Archiepiscopum, qui Regi, ac si filius esset illius, operam suam pollicitus, cum ad Crucigeros profectus esset, redemptus ab ijs calice aureo, Cretensis, vt est in prouerbio, Cretizauisset, bellumque non modo non restinxisset, verum etiam vltro iam fere conuiscens resuscitasset, cum alijs factis, & improbis, ac veritatis consilijs suis, tum quod Prussis Regiarum partium interdictum non relaxasset. Si nihil eorum hic haberet in animo, veniret bono omine, fauere se ei, vt praclarem compositae pacis gloriam referret. Prolixo ille omnia pollicitus est, se diffimilem Cretensis illius fore. Inter Fridericum quoque & Matthiam Regem Vngarorum non ita pridem pacem se fecisse, in eaque conficienda incorruptum se praestitisse, ita vt incusaretur ab Imperatore, quasi Homo Germanus in Vngaros, quam in suos propensior fuisset. Inter haec Podiebracius, de successibus Polonorum contra Cruciferos anxius, sua interesse existimans, vt ij quamplurimum haberent negotij, ne ea pax conficeretur, laborauit, atque copias aduersus Vratislauenfes missas, in Polonia, vt excusationem facerent, & vel Czenstochouienae Monasterium, a

cultu imaginis Sacrosanctae Deiparae, quam a S. Luca depictam Cernobita asserunt, insigne diriperent siue imperauit, siue tolerauit. Vnde factum fuerat, vt Rodolphus Laurentinus, cum ad pacificationem Prussicam acciretur a Rege, rescipserit, se venire ad diem statutam non posse. Discessione tamen Bohemorum militum repente praeter opinionem facta metu solutus, ad 26. diem Augusti Toruniam, vt conditum erat, paucis post Regem horis venit, ac die Natali B. Mariae Rege cum proceribus suis praesente apud sodales Franciscanos rit. solenni sacra fecit. Postridie, mandata Pauli pontificis exposuit, Regemque ad pacem hortatus est. Responsum est; Regem, quamuis iustum bellum satis prospero successu gereret, victoriamque pene in manibus haberet, facilem tamen fore ad faciendam pacem, & in aequis conditionibus acquieturum esse. Post multotum dierum colloquia, tractatusque cum Polonis habitos, Rudolpho Legato pontificio summa fide, cura, studioque adnente, & Rege nihil de sua facilitate remittente, & peste, quae Torunia inualefcebat, celerem discessionem suadente, tandem 19. die mensis Octobris optata diuina pax confecta, in scriptum redacta, Rudolphi Legati, ac trium tabellionum manibus subscripta, & Rege, Magistroque Marianorum Equitum Toruniam accito, & vtriusque consiliariis obsignata est, & in domo publica, quam Geldam vocant, Rege, & Magistro cum suis congregatis, a Legato quidem Germanica, a Vincentio vero Kelbassa Secretario Regio Polonica lingua publicata, & vtriusque partis assensu, & solenni iureiurando approbata est. His autem conditionibus ea conuenit, vt Polonus Culmensem, & Michalouiensem ditionem, & Pomeraniam omnem, ad haec Mariaburgum, Stumam, Christiburgum, Eclingam, ac Tolchemitam arces, & oppida cum suis territorijs, & iure Syluatico, quod Waldampt Teutonice vocatur, & sex pagis, qui ad arcem Hllandiam pertinuerunt, iure sempiterno obtineret; Neringam item peninsulam, exceptis duobus pagis cum praedio, qui Crucigeris propter commodiorem in Habo lacu piscationem relicti sunt. Reliquum quicquid est in Prussia, vt Magister cum Crucigeris sibi haberent; ea quidem lege, vt si mper in fide, & clientela Regum Polonorum, idque solenni iureiurando quicumque Magister Ordinis deinceps vnquam creatus esset, intra sextum mensem per seipse ad Regem veniens profiteretur; seruaturus omnia, quae tunc conuenissent, neque vlla tergiversatione, aut relaxatione cuiusquam, siue absolutio- ne a iureiurando, ne vltro quidem oblati vsurus; essetque is princeps, & consiliarius Regni, & ad la- uam Regis primum locum in consilijs, & confessi- bus publicis haberet. Primi quoque Commenda- tores, quos Magister ederet, vt & ipsi consiliarij Regis essent; atque ita, Magister, Ordo, ac tota Prussia, & quicquid ij postea bello, vel quouis alio modo de barbaris quaerent, cum Polonia archie- mo vinculo coniungerentur, & in vnum corpus coalescerent; neque cuiusquam omnino in terris, praeterquam Regis Poloni maiestatem, authorita- tem, ac iurisdictionem (salua Pontificis Maximi Ecclesiastica sua iurisdictione) agnoscerent. Ei vero contra quemuis hostem adessent, nec eum in aduersis iuxta, ac prosperis decederent. Ad professionem Ordinis, vt pateret aditus Polonis, & alijs Regiae ditionis hominibus, dummodo ij dimidia parte Theutonas, ne excederent, eorumque etiam in Magistratibus & curationibus man- dandis ratio haberetur; Magister vero, ne Rege in- ficio quauis de causa amoueretur.

Quod si quae munitiones intra fines vtriusvis ab altero adhuc tenerentur, vt ante VIII. Calend.

Pax inter Polonos & Crucigeros fit, & quib. sub condi- tionibus.

Iulij



Inlij bona fide redderentur, sin à quoquã alio, tamen alterius ope recuperarentur. Donationes, venditiones & aliã quãvis alienationes bonorum ab occupatore, incommodo, ac damno alterius bello durante factã, ne rata essent. Profugis, & exulibus Equestris Ordinis possessiones ademptã, vt restituerentur, plebeis vero eã modò, quã ante initium conuentus illius venditã non essent: ceterum pro venditis liceret pretium remunerare. Omnibus autem vt perduellionis, ac defectionis noxa remitteretur. Culmenfis Ecclesia, amotis religiosi Crucigeris, vt ad ius matricis suã Gnefenfis Metropolitane rediret, eiusque Episcopatum, Vincentius Kelbassa, simulque Pomelanianensem haberet. Eo vero mortuo, Pomelanianensis Ecclesia in Crucigerorum ditionem recideret. Arces, oppida, pagi, & quãvis bona Ecclesiastica vtrimque suis Ecclesiis redderentur. Captiui item vtrimque dimitterentur. Viã publica, vt essent liberã morte veteri. Telonia, siue portoria noua, ne qua vtrimque alteris imperarentur. Hęc ita rata, firmaque esse, vt omnes Episcopi, Duces, Palatini, Castellani, Commendatores, Equites, Ciuitates iureiurando interposito iuberent. Et quamuis autoritate Legati pontificij confecta, constituta, & stabilita essent, mitterent tamen nihilominus Rex, & Magister Oratores ad pontificem, & ab ipso approbati, & confirmari pacta illa cum omnibus conditionibus peterent, adiectis in violatores pœnis. Hunc igitur tunc exitam bellum Prussicum tredecim annis varia fortuna gestum habuit. Omnibus rite peractis ad eadem Virginis matris nomine nuncupatam itum est, Deoque actã gratiã: reliquum diei festis epulis, & conuiujs datum. Rudolphus Legatus tam pulchrã pacis confectã meritam apud omnes laudem tulit; qua contentus, amplissima dona à Rege msa refutaui. Consiarij modo Regij titulum, honoremque, cum pensionis, siue salarii ducentorum florenorum in singulos annos, quoad vineret, in salinis Bochnenfibz attributam accepit, & Vratislauriam se recepit. Magistro item Ludouico, & ijs, qui cum eo erant primarijs viris, Henrico Plauenio, Gerardo Melengrado, Vilmo Eping'o, Vrico Regio Montano, Bernardo Humbegio, Georgio Siuenio, ac duobus Crucigeris cubicularijs Magistri per ampla pro cutusque conditione ab eodem Rege data munera. Cumque is egeret Magistrum comperisset, p aeter priora dona, quindecim millia florenorum ei vitro do io promissis in emerita stipend amilum, quo facilius Prussia excedentibus illis recrearetur. Remissam ipsi in viginti annos necessitatem mittendorum ex pacto auxiliorum, excepto tamen bello Turcico, si id Polonis inferretur. Vicissim autem Magister Polonis in ditione sua fundos, & possessiones habentibus, tributa, operas, & quãvis alia onera in viginti quinque annos remisit. Missi deinde Oratores Romam, à Rege quidem Vincentius Kelbassa designatus Episcopus Culmenfis, & Pomelanianensis, & Ioanna s Ostrorgus Iureconsultus, & Castellanus Meditencis; à Magistro vero Ioannes Vnclerus Iureconsultus; quibus mandatum, vt pontifici maximo gratias agerent; Rudolphi industriam, fidem, integritatem, studium, atque diligentiam commendarent, & honorem apicis Cardinalicij pro meritis eis impetrarent. Dicebat, vnus illorum, nomine regio.

Polonorum Legati ad Pontificem oratio.

Beatissime Pater, & Domine gratiosissime, fidelium omnium Pastor, & Rector. Facturus apud tuam maiestatem, & hunc Reuerendissimorum Patrum, Dominorum Cardinalium insignem certum, nomine Serenissimi Principis Domini, Cazimiri Dei gratia Regis Polonia, Magni Ducis Lituania, Rusiæ, Prussie, Domini, & heredes verba, & inuisiones Tuas Sanctitati expositurus, circumspiciens, non commoueri, non deniq; fluctuare animo meo non possum, magno opere mecum reputans, quam maximum & quam amplissimum mihi mu-

nus mandatum sit; quamque hoc tempus, hac dies, hic locus, virum alium, quam ego sum, dicendi nempe peritum desideret, cui & amplior vbertas sermonis, & feracior contingat libertas ingenij. Mihi enim in hac eminentissima frequentia, hoc in amplissimo collegio, apud sanctitatem tuam nunquam alias visam, apud Vicarium Christi peroranti, mens atq; animus contrahit stuporem. Quis enim est tam fecunde, ac viuacis memoria quis tãtã ingenij, ac dicendi polleat facultate, qui in hoc pulcherrimo confessu, & huius frequentia corona, dignitatem & excellentiam tuam metiendo, non fiat hebetior? non obtusior? Te tamen sciens clementissimum, sagacissimum, eruditissimum, & verum nostrar religionis parentem, in singulos etiam fauore propensiore, ac benevolentia multa propitium, animinum resumo, qui me non tantum firmat, vt scideret dicam, sed etiam prouocat, & impellit, vehementerq; cogit, vt magna, & hilariter aggrediar; apud clementes aures tuas benignissime acceptum vi, quod quicquid duxero confidens, mea ignorantia parafurum non ignoro, pr aertim cum non meo, sed prefati Serenissimi Domini Principis Cazimiri Regis auctoritate, & nomine mihi incumbat dicendum, quem tua sanctitas, etiam dum illam minor haberet status, & deinde in hac tua ad summum Sacerdotium diuina, magis quam humana assumptione, sacra felicis recordationis Domini Eugenij Papa quarti pradecessoris, & auunculi tui imitata vestigia, peculiari animo fouit, extulit, & dilexit, ac suos, & Regni profectus sui, & commoda, singulari cura, & studio promouit, & prouocauit, ipse Serenissimus Princeps Dominus Cazimirus Rex Polonia prefatus, quamprimum te culmen dignitatis Apostolicæ fauore diuino, & Patrum conscriptorum vniuersi & mirifico consensu, diuinitus trahentibus meritis cognouit sublimatum, vniuersa primum Reipublica Christiana maximis hactenus impressionibus barbarorum vexata, deinde suis, & Regni sui, & dominiorum suorum rebus optime sperare cepit; postquam te sciebat, natura, ingenio, atq; virtute, & tam optimarum artium studio, quam innocentia vitã excelluisti; pro fidei quoque & religionis nostræ incremento, & populi Christiani libertate vindicanda, magno semper animo, magnoque zelo flagrasse. Quapropter Serenissimus ipse Rex tantis bonis, & superne tibi collatis, & à natura ingenij, in vniuersum Catholicum Orbem, ac in suum quoq; regnum, principatus, & dominia redundantibus, & redundaturis, singularissimo zelo velut deuotissimus filius affectus quãuis per Oratorum suorum, ex bonis, & necessarijs respectibus hactenus missorum, sanctitati tuã publicam obedientiam verbis non prestitit, rebus tamen ipsis & operibus te coluit, & recognouit. Te Vicarium vnicum & indubitatum summum Dei in terris tenuit, reputauit, & credidit; iustissimis etiam tuis tam exhortationibus, quam mandatis obediens paruit. Requistus siquidem Tuæ Sanctitatis litteris, & deinde Reuerendissimi in Christo Patris Domini, Rudolphi Episcopi Laurentini, Tuæ Sanctitatis ad Germaniam Legati, & Oratoris sermonibus, & litteris, quatenus bellum atrox, & diuturnum cum Magistro, & Ordine Cruciferorum S. Mariæ Theutonorum, Hospitalis Hierosolymitani hactenus continuatum dirimeret, & sibi à bellorum stridore temperaret, (quamuis armis, & potentia, fauore hominum, insuper & successuum fortuna se sciret multo superiorem, & pene victorem) monitus tamen Tuæ Sanctitatis, & imperio, potius quam sue felicitati, & successibus deferendum, & auscultandum duxit. & ad dietam super plantanda pace, pro die prima Septembris apud Thoruniam, per dictum Dominum Rudolphum Legatum, indictam, personaliter aduenit, sicq; adueniens se in conditiones aquas pertrahi consensit. In cuius quidem paci ordinatione, & tractatu Dominus Rudolphus, Episcopus Laurentinus, case, sincere, integre inter partem vtramq; duob. prope mensibus versatus, fructum amplissimum sue missionis est consecutus, tantam nimirum virtutem, tantam de se industriam exhibens, quantam in terris omnibus, qui hanc rem fuerunt aggressi, neq; videre potuimus, neq; sentire. Talem in super in pace componenda, talem in dirimendis difficultatibus, talem in dissoluendis nodis disceptationibus, talem in admonendo, talem in persuadendo se gessit, vt parti vtriq; gratissima fuerit eius fides modestia, & integritas. Cuius modestia & integritatis signum, hoc vel pro maximo documento tua Sanctitas

accipiat,

accipiat, quod singula dona quibus à Serenissimo Domino nostro Rege honoratus erat, recipere constantissime recusauit. Et quamuis ab insignibus, & grauissimis viris ad illum ea de causa destinatis sollicitaretur, vt ex donis ipsi aliqua saltem gratia acciperet in animum induceret, iterum, atque iterum nequicquam vexatus, aspernatus tamen est omnia, & petitionis frequentem instantiam, & petentium dignitatem repulit. Itaque Pater Beatissime, nomine predicti Serenissimi Regis nostri, Pralatorum, Principum, & omnium subditorum suorum, quos ambitus Regni Polonici continet, maxime Tuæ Sanctitati, quem admodum iustis, & condignam est, gratias agimus, maiores habemus, quamuis illas satis, & ornate agere nullatenus possumus. Agit & Venerabilis, Magnificusq; vir Dominus Ludouicus de Erlichhausen, Magister generalis Ordinis predicti, cum Serenissimo Rege Domino nostro, & Regno perpetuo fuderatus, & vnus. Agunt & Praeceptores, subditiq; sui tuo fauore, tuo beneficio in dudum exultantem pacem reduci. Sed neq; solum Serenissimus Rex ipse Polonia suiq; Optimates subditi, & proceres, predictusq; Generalis Magister, & Ordo, vniuersa vicine nationes, & populi tuæ sanctitati gratias immortales ferre gestiunt. Nec est ex tot linguis, & populis, qui non probet, qui non laudet, qui miris laudibus non esserit, qui te beato auro, & immortalis gloriæ perfuasi non optet, qui populatum Catholicum maxima leticia affectisse, & in singulos pacem diffidisse non dicant, non sentiant: que illam generitatem odiorum, illam bellorum parentem, ac perniciem sustulit, extinxit, & pacem cunctis desiderabilem, aquis conditionibus perfecit, quam perficere sine te, nemo alius potuit. Cum autem in Pontifex, & Legatus iocundissimam pacis amantem tuã auctoritate, & nomine confectis, distinctissimos populos odiis prope immortalibus certantes, ad pulcherrimam, & vniuersam animorum vnitatem reduxit, (quorum solidum glutinum Magistri, & Ordinis Oratorum nos concomitantium, nostrisq; precationibus fauentium, testatur conspectus) eum inquam hominem, vel vt verius dicamus terrestrem pacis Angelum, summa fide, summa probitate, continentia, innocentia, puritate, nobilissimis quoq; moribus, partia verusq; benevolentiam, & existimationem consecutum, tuã sanctitas charum habeat, & sublimem, quem admodum dignus, & meritis est, precamur, decoret, pacemq; confectam, pro solidiori ipsius subsistentia, sua auctoritate, suiq; Apostolice interpositione decretis approbet, & in singulis suis conditionibus, & articulis, (id enim pars vtraq; deposcit, precatur, & desiderat) suis litteris confirmet. Rex autem Serenissimus noster, dudumque tibi, & Sedi Apostolicæ deditissimus, prestam tibi alias obedientiam iterum, atq; iterum prestat, & innouat, Teque vnicum, summum Pontificem, vniuersali Ecclesie, Vicarium indubitatum Iesu Christi, per nos humiles Oratores suos prestatetur & recognoscit; rogans humiliter, & deprecans sanctitatem tuã, vt ad defensionem Catholicorum, exterminium barbarorum, atque in augmentum religionis, quo cepit zelo, & studio, intendat, ipsum Regem, Regnum suum, & Illustrissimum coniugem suam, natos, Pralatos, Principes & subditos suos, singulariter quoque prefatum Dominum Ludouicum Magistrum, & Ordinem suum, principatus, & dominia ipsorum habere velis singulariter recommissos, qui se tuæ sanctitati, omniaque entia se submitunt, grato, & prono animo facturos singula, quacunque spectare viderint in tuã sanctitatis, & sacrosanctã vniuersã Ecclesie honorem, statum, beneplacitum, & augmentationem, ad laudem inuidua Trinitatis, tuæque Beatissime sanctitatis.

III. Podiebracius de Regno timet.

Hęc Oratores Paulo pontifici. Sic Rudolphus Legatus, Episcopus Laurentinus vbertim virtutis, & laborum suorum fructum est consecutus; quoseo a lactius exhaufit, quod Vratislauria in Prussia proficiscens, viso religiosã cuiusdam Virginis Veronicæ Cracouensis, apud Basilicam Vratislauriensem per multos annos commorantis amatus erat. Nam illa videre sibi visa est coram throno Dei gradum vtraque parte acutum confringentem; quo significabatur, eibello Prussico finem impoliturum esse, id, quod euentus rei combrobauit. Iam vero exinde Georgius

Podiebracius, hæreseos, & perfidiã damnatus omni Regio, Ducali, & Marchionali honore, non in præsens modo, sed etiam in futurum tempus vna cum liberis suis à pontifice priuatus, qui magnam retinendi, & ad posteros suos transmittendi regni Bohemici, em in illo bello Prussico collocauerat, eo finito, impensius sibi, liberisque suis metuere à Casimiro Rege incipiebat, quod eius Regni hæreditatem ad ipsum, filioq; eius per Elisabetham vxorem, Regis Vngarorum, atq; Bohemorum filiam, & sororem pertinerẽ intelligebat, seq; exorsum esse, apud suos, eos præferentem, qui in Catholi. a religione per manebant, nõ obsecu e perspiciebat; Neq; ignarus erat, Casimirum ad bellum sibi inferendũ, cum ab aliis Christianis Principibus, tum à Paulo pontifice incitari. Enimvero Rudolphus Legatus nomine Pauli, cum Casimiro, de suscipiendo regno Bohemico, quam diligentissime egit Toronia discessurus: pollicebaturq; ipsi non solum subsidium pontificis, verum etiam Silesiã, atq; Lusatiã deditiõnem, & quãprimam arma contra Podiebracium sumeret, aut aliquem de filiis suis cum exercitu mitteret. Cromerus lib. 26. Corpus hist. Polon. tomo 1.

Actũ est inter hæc, in Comitibus Regni Poloniae de Ioanne Pieniansco, Archidiacono Gnefenfis, Nicolai Succamerarij, & præfecti Cracouienfis filio, qui cum Dorothea Ioan. R. galæ, qui Palatinus Va. sauiensis fuerat, filia, Iacobi Bogleuij vxori, stupr. consuetudinem habuiss, eaq; conscia, & adiutrice maritum eius dormientem, crudeliter necasse arguebatur; literaq; eius ad mulierẽ, quib. patrani di sceleris ratio descripta erat, à Io. Bogleuio Palatino Vratislauriensi facte, retur ea de re, fait facinoris atrocitas, atq; impunitas. Nam mulierem quidem apprehensã, occisi fratrem dimiserat Franciscanorum Obseruanti. in precibus victus; de Pieniansco vero cum Archiepiscopus Gnefenfis, ex Synodi, vb. etiam hæc res actã fuit, sententia supplicium sumere causã cognitis debuisset, vel remissio fuerat, vel prehendere eum non potuerat. Placuit igitur, vt negotium daretur Præfectis Regijs prehendenti, & Archiepiscopo sistenti Pienianscum. In mulierem vero, vt moribus, & legibus animaduertetur. Sed & mulier in Prussia ad Menzicum Bohemum profugit, & Pieniancus apud necessarios delituit. Sacerdotis quidem à Paulo pontifice maximo priuatus est: nec multo post, factã aliquanta manu nobilium quidem genere, sed moribus, & luxu perditotam iuuenem, cum latrocinia icopisset, ab ipso patre, maius aliquid dedecus labemque generi metuente, captus, &, quoniam presbyter erat, Episcopo Cracouienfi in custodiam traditus, in arce Ilzenfi aliquamdiu in carcere asseruatus est. Ita tunc infamia, & calamitate filij pater expendit supplicium Sacerdotibus, in quos immerentes vt superius diximus, manus iniecerat; quin ipse quoque Præfectura Cracouienfi amotus est. Cromerus supra.

IV. Facinus Pieniansi & Dorotheæ Rogala.

Retulit iterum Paulus ad Senatũ, de Dyrnachio, Croia, atque Epiro à Turcis subacta, abductis, que in seruitutem Christianorum capium Quinquaginta millibus, nec non de auxiliis in Dalmatiam mittendis, vbi Mahometes bellum prospere gerebat, si quid ea res hominis frænare posset in quod huius anni initio obiisset Georgius Epirota, à prima pueritia Turcica lingua SCANDERBECCHIVS, seu ALEXANDER appellatus ab Amurathe. Is pluribus tum in Asia, tum in Europa expeditionibus, ingens nomen virtutis consequutus tandem occasione victoria, quam de Turcis ad Morauam fluum retulerat Ioannes Hamiades, clam

V. Mortuo Scanderbecchio, Turca felicitate procedit.

domum

domum elapsus, Croia, & paterno regno de Turcis recuperato, Epirum vniuersam suae ditionis fecerat, fuis, fugatisque interim H. de, Ferisio, & Mustapha Regis purpuratis: quin ipsam quoque regionem ab irruptione Amurathis, Croiamque ab eo circumualatam fortissime defenderat; Sinamum, Ialumbegum, Caratiabegum, Seremetium, Ballabanum, Iagupum Mahometi praefectos profligauerat, Mahometem ipsum Croiam iterum obsidentem, cum ignominia discedere coegerat. Eo duce clarissimo extincto, euentus, Lecha Ducagini Epirotae varicinium plane confirmavit, qui ad eius mortis nuntium barbaram, & capillos vellens; Nunc, inquit, Epiri, & Macedoniae fauces aperta, oppidorum muri, gentium vires deiecit, imperij Sedes prostrata, omnia salutis spes sublata est. Etenim licuit barbaro Croiam primo, paruo negotio, mox totam prouinciam occupare, in Dalmatiamque, & circumiectas Ionij maris insulas penetrare: quae sunt accuratissime ad Paulum per scripta a Ferdinando, & ab illo ad vniuersos Principes Europaeos: a quibus subsidia in bellum sacrum flagitabat. Pigna lib. 3. hist. Aetnae.

VI. Aliqua de militibus Rhodis nauantur.

Haec cogitante, Magnus Rhodiorum Magister, Petrus Raymundus Zacofta, bellum Mahometi indicit; quod is intolerandas inducitur conditiones extorqueret, & nec captiuos ditionis Rhodiana dimitteret. Caeterum Petri conatus, Renatus Andegauensium Dux, Ioannes Rex Aragonum, & alij quamplures principes interrumpere. Enimvero multarum rerum reum apud Paulum pontificem postularunt, & quasi tyrannide opprimere eum Ordinem vellent accusarunt. Iam etiam Paulus acceperat, militiam Rhodianam, ob inopiam ad nihilum pene redigi, multaque emendatione opus habere. Itaque Magnus Magister, ac Primates Religionis, corripuerunt, qui intercesserant, abusu causa Romam ad se euocauit, Comitiumque eiusdem Ordinis apud S. Petrum vna cum eis ingressus, multa pro reformatione Ordinis saluberrima constituit. Cumque Petrus; post frequentes confessus habitos, Magistratu, & vita quoque abiisset, Io. Baptistam Vrsinum pontifex illi sufficiens curauit, eundemque ad tuendam Rhodum insulam, prope dimisit. Iacobus Bossus hist. Rhodiana lib. 8.

VII. Dionantij capti & delicti.

Ad hunc modum res fidei contra Turcos curante Paulo, non defuerunt aliunde, qui sancta eius studia impedirent. A Philippo Duce Burgundiae, maxima auxilia expectabat. Ea ne is submitteret, bellum Leodiense, etiam hoc anno excitante Ludouico. Gallorum Rege continuatum impediit, Certis quidem conditionibus quibusdam, Carolus Philippi filius, pacem Leodiensibus concesserat. At Dionantij Gallorum consili promissis, eam primi ruperant, exulesque suos domum reuocatos, in ditiones Ducis Namurcum, & Hagnoniam miserunt, pagos, vicofque incenderunt, templa despoliarunt, ac omnia caedibus, rapinis, incendiis defecerunt. Ergo necessitatem habuit Philippus copias bello sacro destinatas, contra Dionantios vertere: quibus etiam Paulus aqua, & igni obredintegratam rebellionem interdixit, remque diuinam apud illos fieri vetuit. Pontificis sententiam pagatim Philippus templorum valuis affigi curauit. Dionantij tamen non minus pontifici, quam Duci contumaces, cogunt suos Sacerdotes facris, vt ante, operari, nonnullosque recusantes in Mosa flumine extinguunt. Obsessi a Carolo, & ad deditonem faciendam imitati, tantum abfuit, vt conditionem acciperent, vt maioribus, quam antea Carolum, eiusque parentem contumeliis proscinderent. Exagitabantur scelerum suorum fatiis, ingenti stultitia, amentiaque obcaecati. His dum Leodienses succurrere pararent, Carolus oppidum tandem expugnauit, militique diripiendum dedit.

Nimia opulencia oppidanis causa erat ruinae. Ad tantam enim superbiam, & arrogantiam ex rebus secundis peruenerant, vt nec Ecclesiam reuererentur, nec Principem vllum, aut Deum timerent. Itaque per triduum diripitur, spoliaturque oppidum. Qui tam enormiter conuiciati fuerant Principibus, simul colligati, & in profluentem abiecti. Bombardicus Magister per Comitem captus, suspensusque in colle, qui templo imminet. Authores omnes huius motus quotquot poterant comprehendendi, flumine extincti. Principio publicationis bonorum interdixerat Carolus, poena adiecta capitali, ne quis vlli stuprum inferret mulieri. Tres tamen milites capti sunt, & conuicti eius criminis, quos Carolus, traductos circum exercitum, vt documento essent commilitonibus, in conspectu omnium gabalo strangulauit, magno protestatus iuramento, quoscumque tales siue nobiles, siue ignobiles reperisset, tandem tributuros esse poenam. Rarum exemplum inter Gallos, quorum multorum effrenata turpitudine ea tempestate potissimum ne Turcas quidem, aliaque remotas gentes fugiebat. Mos enim illis detestabilis erat, vt statim a captis oppidis, mulieres ad stuprum raperent, vel in maritorum conspectu. Eam foeditatem Carolus omni conatu tollendam existimauit. Genus omne muliebri, & pueros, & Sacerdotes oppido emisit, eosque propemodum Leodium vsque deduci imperauit. Nemo adeo faxo erat corde, qui misericordia non moueretur, cum fletum horum, atque planctum valde miserabilem videret. Quinto Calend. Septembris, postquam & plumbo suo templa, & aedificia splendidiore essent exuta, Sacra vestes, Reliquiae sanctorum, & nonnulla alia templorum ornamenta Bouinas asportata sunt, oppidum incensum est, quo quidem incendio complure: interisse mortales ferebantur, qui se in templa, locaque alia secreta abdiderant. Ferro non minus saeuitum. Nulli viro parcitur. Porta, muri, turres, aedes sacrae, omniaque aedificia demolita, ac solo aequata, vt vbi steriles Dionantum vix agnosceretur. Leodienses coacti denuo pacem petere, promittebant, se D.C.M. florenorum Rhenensium intra annos sex soluturos. Duces Brabantiae in perpetuum sibi aduocatos, & protectores accepturos. Sine eorum consilio, & auctoritate nihil nouarum rerum molituros. Episcopum suum Ludouicum, cum pace iuxta mandata Apostolicae Sedis recepturos, & pro foedere seruando, quinquaginta obfides daturus. Interea Ludouicus Rex expeditionem parans in Flandriam, misit Legationem ad Leodienses eius erant principes Episcopus Tricassium, & quidam Ioannes Hebertus. Montes illi genti aureos promittebat, vt parati semper essent ad rebellandum Philippo, ad sacram expeditionem alias prompto ab exhortatione Pontificis. Meyerus libro 16. Annal.

VIII. Obiit Franciscum dux Mediolani cui succedit Galeatius Patri distimilis.

Mors etiam Francisci Sfortiae, Ducis Mediolanensis impedimento fuit, quominus suppetiae ab eo in bellum Turcicum paratae, pontifici mitterentur. Is enim hoc anno ad 8. Idus Martij vita decessit. Eo defuncto Paulus pontifex Cardinales statim ad se vocauit, ac quid agendum esset, consuluit. Censuere omnes, mittendas esse literas, & nuncios, ad Principes Italiae, & populos, qui eos adhortarentur nihil noui moliri, sed pacem ante initam seruare; maxime vero tam iniquo tempore, quod a Turco communi Christianorum hoste vicini vexarentur. Praeterea vero Episcopum Conchensem, Mediolanum misit, oratum illum populum, vt nihil antio us fide putaret, quam Galeatio Francisci filio praestaret. Galeatius porro, cum ex Gallis aduentasset, & principatum paternum accepisset, Paulus misit ad eum Oratorem, felicia auspicia gratulatus, ad pacem Italiae ter-

uandam,

uandam, bellumque Turcicum prosequendum multis hortatus est, virum longe diuerso ingenio, longaque a Francisco parente moribus diuersis. Platina in Paulo 2. Simopeta lib. vltimo.

Vix enim principatum adeptus est, statim Ecclesiasticos caput opprimere, & neque Cardinalibus, aut Vicarijs eorum parcere, quin ab eis ratione mutui, plurimam pecuniam extorqueret. Ea cum non ferenda sibi esse putaret Paulus Pontifex, pro iuribus, & dignitate Cardinalium consurgens, Galeazio scriptis.

I.

Alis inuinximus dilecto filio Augustino de Rosia, tuo apud nos Oratori, vt scriberet tua nobilitati, non esse nostrae intentionis, vt a Venerabilibus Fratribus nostris, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, seu Vicarijs eorum, quicquam ratione mutui, quod nunc a personis Ecclesiasticis capis, contra eorum voluntatem exigatur. Audimus tamen praesentiarum a tuis Officialibus id non obseruari, & instantius, quam ante, ad eam exactionem tuo mandato procedi. Quod profecto fati miramur, cum nec nostro honori, nec dignitati ipsorum exactiones huiusmodi conueniant. Proinde hortamur eandem tuam nobilitatem in Domino, & obnoxia ab ea requirimus, vt pro nostra, & Apostolicae Sedis reuerentia, dare operam velis, vt ad contributionem huiusmodi ipsam Cardinales cum bonis suis seruentur immunes, nec amplius super hoc molestentur. Non enim sine praecipua displicentia nostra fieri aliter possit. De intentione autem hac nostra, si aliter scriptum, vel nunciatum esset tuae generositati, rogamus, malis nobis, quam alii credere, & cum effectu curare, vt super hoc amplius non habeamus rescribere.

II.

Intelligentes mense elapso nonnullas exactiones nomine mutui fieri ab Officialibus tuis de beneficijs, & Ecclesijs, quae in dominio tuo, a quibusdam ex Venerabilibus Fratribus nostris, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus possidentur, admirati plurimum sumus, ac doluimus, moleste habentes, eos, qui membra sunt nostra, & qui sedulo nobiscum laborant, absque villo dignitatis respectu, indebite ab illis vexari. Propterea accessit ad nos statim dilecto filio, Oratore tuo praesente in Curia, grauius cum eo de hac re sumus conuesti, & eidem inuinximus, vt illico ad nobilitatem tuam scribens, ostenderet quam ingrata nobis res esset, requireret que nomine nostro, vt ab eiusmodi exactione mandares desisti. Credidimus hanc requisitionem, momentum istic illico esse habituram, nec significatione noua opus existeret. Intelligimus nunc ex eorundem Fratrum querela, acriter persequari in proposito, & mandata quoque in speciemus suis procuratoribus facta, quae certe nimium in aduerter, ne dicamus licenter sunt facta. Dilecte fili, quia te in scio praesumpta talia esse putamus, nec credimus, tam modice a te estimari Cardinales, hortamur iterum, & requirimus eandem tuam nobilitatem, per praesentes, vt mandare illis protinus velis, quatenus ab exigendo desistant, nec ditios Procuratores ultra molestent. Patiemini non debemus, nec possumus, Principes Ecclesiae, & aliunde onera grauius habentes, qui vbi que in honore habentur, laicalibus oneribus istis aggruari. Confidimus, quod te intellexit requisitionis nostrae pro reuerentia eius dignitatis, & pro tua bonitate opportune prouidebis, & cito. Quod vt facias, iterum excellentiam tuam exhortamur. Libentius enim ab illa, quam a nobis moneri Officialibus tuis vellemus. Epist. inter Papien. 173. 174.

IX.

Inquisitionem vica B. Leopoldi Ducis Austriae, commissit Cardinali Nicano.

Inter haec, cum Fridericus Romanorum Imperator, in Sanctorum numerum recenferi Diuae memoriae Leopoldum Ducem Austriae, miraculis, & sanctitate vitae illustrem postularer, Paulus inquisitionem vitae, & miraculorum eiusdem Sancti, Beatiarum Cardinali Nicano commisit: is autem iudicio rite instituto, acta quaecumque eam in rem adferri poterant, in Tabulas publicas recepit. Horum duo exempla adseruantur inter Codices Bibliothecae Vaticanae, num. 4023. 4024. Dedit Paulus non minus sanctitati vitae Leopoldi, quam pietati Imperatoris, & meritis in Eccle-

siam vniuersam, & rempublicam Christianam. Narrauimus superius, quemadmodum Pius Pontifex, Ducem Austriae Sigismundum, quia Cardinalem Curianum Brixinensem Episcopum, iura sui Episcopatus acriter tuentem, & abusus multos tollere conatum, quorumdam Ecclesiasticorum studio, & calumnijs in custodiam coniecerat, communionem piourum eiecisset, atque mox confederatos principes ad bellum illi inferendum tamquam rebelles Ecclesiae excitasset. Diutius is conatum perseverauit, Sede Apostolica pariter, nihil de rigore remittente. Tandem Fridericus Imperator illius quidem emolliendi, & Pontificis placandi cura suscepta, cum summa Sedis gloria antegenus Legati Apostolici prociens, non ante surgendum putauit, vel finem obsecrationibus imponendum, quam penitenti Sigismundo, & satis pro iniurijs facienti, poenarum abolitionem, restitutionemque est consecutus. Papien. epist. 282.

Per eodem dies, Paulus Pontifex, Episcopi Xantonensem, multorum criminum apud Sedem Apostolicam delatum, prima admonitione hortari voluit, vt quae malefacta essent, mutaret, & vinceret deinceps aliter; neque daret occasionem, vt Andrea, Aunionensis diocesis commendauerat, Regi Galliarum commendauit, quodque electionem Ioannis de Toloniaco ad eandem Abbatiam, quemadmodum Rex postulabat, admittere non posset, excusauit. At serio, non ioco, Pontifex id temporis cauillatus in Papiensem fuerat, & Gibellinum fuisse dixerat. Hic vero Cardinalis scripto codicillo, quis esset, Pontifici renunciauit, multaque de Gibellinorum, & Guelphorum factionibus, ac meritis disseruit. quae cum ad notitiam multarum rerum faciant, non est visum praetere. Humile, inquit, genus meum est. Patria, vt non grandis, ita Guelphorum, & Gibellinorum expertus. Illorum sequitur fidem, quae vel eam dedit, vel ex beneficijs debet: amplius sibi cum nullis est. Me Gibellinum putas, quod Romam veniens, in famulatum Dominico Capranicensi sum datus, Cardinali Sanctae Crucis Gibellino tunc credito. Ignosce hoc verbum. Eras vehementer a Paulo, nec generis est, vt dixi, affectus hic, nec patria, nec famulatus quoque, quem solis obtuli magis, quam voluntas. Quem cunque exceptorem tunc nactus essem, illum essem secutus. Gibellinus ergo non sum, Guelphus non sum. Illius sum totus, qui acceptator personarum non est, & oriri Solem suum facti super bonos, & malos. At tu Gibellinum me faciens, & mutatum credens, seu ocassi hesternae die dimisso iam Consistorio, adhibens Cardinalem Reatinum, Dominici, quem dico, fratrem germanum, mea culpa, & tuae reprehensionis testem. Quae fuit oratio? Haec ad vnguem videlicet, Miser Papiensis, Miser Papiensis. Num te pudet factionis mutatae? Repetita saepe haec vox, tantam significationem fecit vultus, & spiritus, vt palam fieret, factionis, quam dimissam doles, vel principem te esse, vel propugnatorem acerrimum. Cum peterem, cur de me ita sentires, causam dixisti, quod amicus factus sim familiae Vrsinae, Romae principum Guelphorum tenenti. Silui ad haec, nolens commoto tibi, & breue ad audiendum tempus habenti respondere, quae boni Cardinalis officij erant, & patris explicati non poterant. Sed audi nunc quietus, & ad cognoscendum spacium habens. Affectum nullum mutavi. Eundem retinco, quem ab initio sumpsi. Ille dicitur affectum mutasse, qui priore dimisso, diuersum assumit. Non mutavi illum, sed ad vnum alium addidi. Diligebam ante propter priuata in me beneficia, Gibellinum Columensem familiam. In eadem dilectione perseverans, propter publica nunc, quae in Ecclesiam contulit Guelpha Vrsina, eam quoque nunc diligo. Peccatum meum nullum hic est. Addidi ad charitatem, non diminui.

X. Guelphi, ac Gibellini ostendit se Card. Papiensis.





tici ex insidijs irruentes, lanceis in modum crucis eum confoderunt, nec quicquam aut fugientem, aut sese defendentem. Fratres socij fuga dilapsi, Coenobitis Ceruerianis necem Inquisitoris renunciarunt. hi cum ad cadaver exangue a siccatijs derelictum venissent, mirum visu, nulli sanguinis ex vulneribus ad eorum conspectum eruperunt; cum tamen in caede, ne vna quidem gutta cruoris stillasset. I Hora, qua caesus est, cum Sol iam occumberet, Saulianenses, alterum Solem splendidissimos radios eiaculantem versus locum, in quo Inquisitor iacebat, aspexerunt. quo etiam in loco arbor per miraculum exorta est, ramos instar crucis producens. Multa miracula inde, ad inuocationem martyris secuta sunt, inter quae istud non postremum. Decanus Saulianensis in castro Summaripae in carceribus detinebatur, compedibus ferreis oneratus. Voto facto Beato Martyri, somno aliquantum sopitus, cum euigilasset, sese extra carcerem ad castrum Summaripae per miraculum translatum aspexit, compedes facili negotio dissoluit, & Saulianum veniens, illos ad sepulchrum sui liberatoris appendit. Fius libro secundo, de Viris Illustribus Ordinis Praedicatorum.

XIII. Amadeus IX. sic Dux Sabaudiae.

Hoc anno Principatum Sabaudiae, adeptus est Amadeus, eo nomine IX. Ludouici filius, vir non sui saeculi, sed omnis aevi sanctissimus, optimus, simplicissimus, & simulationum nescius. In egenos, pauperesque cum supra modum, & ad prodigalitate vique auri, argentique negligens, esset effusus, (adeo vt per magnum quotidie huiusmodi hominum numerum in aula sua aleret) ea de re a proceribus, iisque quorum consilio utebatur, admonitus aliquoties, nullam arcem, nulla propugnacula, nulla mania aequae ditiones suas conseruare respondit, atque hominum egenorum, (qui ipsi Deo curae) singularem hanc curam. In ea vna prouinciarum suarum omnium vires, roburque, quod nulla expugnare queant castra, nulla euertere tormenta, consistere. Eos ille homines commilitones suos appellare, eos accurate, liberaliterque habere, ijs cibum, potumque, & detractas subinde corpori suo vestes, de sua praebere manu, eorum conuictu, ac familiaritate gaudere, & propter nonnumquam discumbere. Versis illuc omnium mentibus, cum a Legato forte quodam externo, nullos num canes haberet venaticos interrogaretur, ingentem se postridie illi huiusmodi canum numerum ostensurum respondit. Reuersam autem ad horam conditam hominem, cum canes nulli apparerent, in proximum abduxit triclinium, vnde in subiectam aula planitiem despectus erat: ibi mensam illi admirabundo oblongam instratam, & ciborum omnis generis refertissimam, accumbentesque ad eam mendicos,

pauperesque quamplurimos ostendit, atque dixit: Ipsi, vir amicos, canes sunt, quibus in vita haec, cuius breuis, incertaque periodus est, colum ego venor, alimenta que expellio, quae manna omni praestantiora, semem mihi in perpetuum sistant. Ad quae dicente inter alia Legato; Inueniri saepius homines improbos inertesque, qui paupertatem simulent, & mendicando, quam manibus ea, quae ad cultum victumque suppeditent, parando viuere malint: Nolim tam anxie ista ego inquirere, respondit ad ea Dux: Si enim in actiones nostras par curiositate diuinum illud Numen inquirere vellet, & quotiescumque a recto deflectimus, dignas de nobis poenas desumere, neque pro odio gratiam redderet, non (Hercule) beneficiorum, quae tam longa, liberalique manu in nos ille confert, cumulus esset tantus. Alia praeter haec cum plurima in pauperum parocinium al' egante Duce, & varijs ea ex Scriptura sacra depromptis confirmante exemplis; cum eius orationem interpellans Legatus, ad paupertatem plures, quam ad diuitias esse aspiraturos, si omnibus ea mens esset Principibus, responderet; Ad sapientiam etiam plures haud dubie, subintulit protinus Dux, aspirarent. Diuitiarum quippe opumque, quemadmodum superbia, festus, luxus, insolentia, temeritas, stultitia, iniuriarum illatio, iniquitas, rapina, scelerrum denique omnium impunitas comites plerumque esse solent: ita contra sapientiam, sobrietatem, aequitatem, iustitiam, simplicitatem, rerum praedicatorum meditationem, modestiam denique innocentiamque, & virtutes ceteras omnes, in paupertatis comitatu inuenire licet. Lambert. Vandeburch. in hist. Sabaud.

Memorauimus superius, a Paulo Pontifice, inquisitionem vitae, & miraculorum Beati Leopoldi Austriaci, Cardinali Bessarioni fuisse commissam. Non temere, non praecipitaret (vt haeretici calumniantur) Apostolica Sedes ad Apotheosim Sanctorum prouolat; sed cum res maximi momenti sit, grauissimo iudicio rem peragit; vt obstinatur os loquentium iniqua, quibus quotidianum in ore, Romanum Pontificem, in Canonizatione Sanctorum hallucinari. Non potest omnino, vel inimico iudice, quando ex hac, quam subiungimus, formula, rem peragit; vt his diebus praeteritis peragere voluit, in examine vitae, & miraculorum Beati Ludouici Bertrandi Ordinis Praedicatorum; antequam Canonizationis solemnia eidem Beato Viro decerneret. digna est haec regula, contemplatione, & lectione, vt sciant hostes Fidei, & Matris Ecclesiae, quanto pondere tam graue iudicium instituatur. Ita habet.

XIV. In Canonizatione SS. rigorosum examen instituitur.



AD SANCTISSIMUM D. N. GREGORIVM XV.

DE SANCTITATE VITAE, ET MIRACULIS B. Ludouici Bertrandi Ordinis Praedicatorum.

RELATIO.

TRIVM ROTAE AVDITORVM.

Ioannis Baptistae Cocchini, Rotae Decani; Alphonso Manzanedo de Quinones, Iacobi Caualerij Rotae Auditorum.

Flouerunt ab antiquis temporibus Beatissime Regularium Ordines, & Viros, tam vitae sanctimonia, quam doctrinae praestantia spectatissimos iugiter Ecclesiae pepererunt, qui ceteris mortalibus, veluti lucidissimae facies ad viam Domini praelucebant, quorum ministerio fouerentur frigida, rigarentur arida, rigida flecterentur: Ex his fortissimorum Christi Militum, seminarijs suam prodiere Pontifices, praestantissimi Cardinales, Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi; ex hac denique scauragine limpidissimi fontes, qui a diuini verbi fontibus haurirentur, & ingentia flumina, quae latissimos Ecclesiae campos vberiter irrigando peruerderent; emanarunt. Recentent ex instituti sui professoribus, tam Canonici Regulares, quam D. Benedicti Monachi, isti quidem summos Pontifices 25. illi vero 53. vtrique aut Cardinalium, Archiepiscoporum, & Episcoporum multa millia; fortissimos insuper Martyres, aliosque complures, qui virtutum omnium laudibus ornatis maxima cum Ordinis sui, tu vniuersalis Ecclesiae gloria claruerunt. Praedicatorum Alumnos suos Augustini Ordo non paucos, qui suauissima sanctitatis fragrantia terrarum Orbem repleuerunt, ad multos praeterea Martyrij palma nobiles, qui a Barbaris in India cruciati sanguine pro Christi fide intrepide profuderunt. Elucet, vt ceteros praetereamus Ordines in Dominica, & Franciscana familia tot illa Virorum lumina, tot Catholicae fidei propugnatores acerrimi inuictissimi Martyres diuini verbi praecones in defessi, nulla non sanctitatis laude praedicandi. Tres ex Praedicatorum familia ad summum Pontificatus apicem euecti sunt. Innocentius V. qui dum esset Cardinalis Maioris Penitentiarj munere functus est.

Benedictus X. Pius V. & ad minus 36. in Cardinalium numerum fuere cooptati, exiit in omnem terram praedicantium sonus Fundatore D. Dominico, qui innumerabiles filios sanctitate, & doctrina praestantes ad Orbis peperit ornametum, inter quos clariore lumine fulgent D. Thom. Aquin. S. Anton. Archiepiscopus Florentinus. S. Raymundus. S. Vincent. Ferrer. S. Hiacynthus Polonus. S. Petrus Martyr. BB. Albertus Magnus Episcopus Ratisbonensis, Iordanus Venturinus, Henricus Suso, Symon Ariminenis. Iacobus Venetus. Ioannes Theuthonicus. Petrus Gonfaluus & Aegydius; inter faminas vero sanctitate conspicuas elucet S. Catharina Senensis, cuius vitam ante annos 120. Nicol. Burghesius S. V. gentilis descripsit. B. Sybillina Papiensis. B. Margharita a Castro. B. Agnes a Montepolitano. B. Margharita filia Regis Vngariae Martyrij vero corona nobiles, qui proprio Christianae Religionis sanguine gloriam pepererunt, inter alios celebrantur Frater Paulus de Vngaria, & socij 90. qui diuerso mortis genere ab infidelibus interempti sunt, eodem se. e tempore triginta duos huius Ordinis milites in flumen submersos, & viginti sex palis confixos, & sex ab haereticis capite obrutatos, qui proprium caput, vt fertur, ad monaste-

rium detulerunt, summis laudum praecocijs Historiarum venerantur. Longum foret recensere omnes huius Ordinis commilitones, Doctrina, Martyrio, & Sanctitate praecelatos, quorum triumphos integra testantur volumina, suspicit Orbis tertiarum, & vniuersalis decantat Ecclesia. Ad Fratrem Ludouicum Bertrandum; de quo nunc sermo institutus est, pergitur, qui Dominicanae Regulae Professor ardentissima in Deum & proximum charitate, nec non egregia in ceteris virtutibus excellentia tam iustissime claruit, vt omnium linguis, ac laudibus iure meritissimo celebretur. Accedunt varia eaque praecelsissima miracula, quibus Deus huius sui serui sanctitatem patefecit, prout edixerat primo Regum capite 2. Quicumque glorificauerit me, glorificabo eum, & qui contemnent me, erunt ignobiles, id est enim Diuina erga Sanctos beneuolentia, vt eos non modo caelo, verum etiam in orbe claros efficiat, qui se totos in Dei gloriam effuderunt; Praedictorum huius rei testimonium sit illud Nicodemi, quod legitur Ioan. 3. cap. a Christo approbatum: Rabbi, inquit, scimus quia a Deo venisti Magister, Nemo enim potest haec signa facere, quae tu facis, nisi fuerit Deus cum eo, quia miracula, quae a Deo per hominem fiunt, procul dubio Dei praesentiam indicant, maxime ea, quae post mortem, vel ad sepulchri pulueres, vel ad reliquiarum contactum vel ad illorum solam inuocationem eduntur, quae Deum tantummodo Authorem habere possunt, vel ea, quae ad demonstrandam Bearorum sanctimoniam, & gloriam dumtaxat exhibentur, nam si huiusmodi homines, ob quorum sanctitatem patrantur miracula, mortalis peccati labbe fuissent maculati, vel Deo inuisi, quomodo in hominis sensum cadere potest, Deum ad illorum inuocationem edere miracula, quorum aut fides superstitiosa, aut vita sibi prorsus inuisa fuisset, vt praedictum demonstrat Sanctus Augustinus sermone 36. qui est de Sancto Vincentio, quod etiam Sanctus Gregorius libro 2. Dialog. capite vigesimo octauo confirmat.

Vnde merito Sanctae memoriae Paul. V. S. praedecessor censuit Beatum Ludouicum Bertrandum in tota Ecclesia particulari clarissimi Ordinis Praedicatorum, ac in ciuitate Valentae tanquam Sanctum esse colendum, & commisit Illustrissimo Cardinali sacratio dum in nostro Ordine esset, quem postea S. Vestra ob eius virtutum merita ad Cardinalatum euexit, & nobis Ioanni Baptistae Cocchino & Rotae Decano & Alphonso Manzanedo de Quinones Rotae Auditori, an hoc idem expediat declarari in Ecclesia Vniuersali, quod mandatum Serenitas Vestra confirmauit, & me Iacobum Caualerium in locum praedicti Cardinalis subrogauit, an hoc idem expediat declarari in Ecclesia vniuersali, & negotio mature discussio censuimus expedire quoties Serenitati Vestrae videbitur, cum constet de perfecta puritate ab omni scelere libera, ac omni ex parte incontaminata, ac generaliter de omnium virtutum actibus, quos in diuinum bonum ordinauit, ex quibus resultat sanctitas. Sanctus Dionysius capite duodecimo, De Diuinis nominibus. Sanctus Thomas secundae secundae, quaestione octuagesima prima, articulo octauo. Canonice in capite primo, de Reliquijs & Veneratione Sanctorum, qui idem alijs verbis affirmant, videlicet sanctitatem probari ex fide, & excellentia vitae, ex miraculis vero post mortem comprobati, quae omnia in hoc glorioso Viro elucete ex sequentibus apparebit.

De Fide.

Fides est substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium. Sanctus Paul. ad Hebr. c. 11.



qua si consideretur respectu bonorum dicitur formata, respectu vero malorum informis appellatur, formatam enim per charitatem operatur, & viua est potens elicere debitas operationes, informis autem mortua dicitur Iacob. 2. Fides sine operibus mortua est S. Paul. ad Galatas cap. 5. Huius fidei praecepta tria sunt, Nempe credendi, sciendi res fidei, & res illas exterius confitendi debito, & opportuno tempore, vt colligitur ex S. Thom. 2. 2. q. 2. art. 5. & seqq. & quaest. 3. art. 2. & q. 16. art. 1.

*De primo Fidei praecepto.*

Primum Fidei praeceptum est credere quod est cum assensu cogitare, vt importat intellectus considerationem cum aliqua inquisitione, & voluntatis consensu S. August. in lib. de Praedestin. Sanctor. c. 2. quem explicat S. Thom. 2. 2. quaest. 2. art. 1. in conclusione & de veritate quaest. 14. art. 1. & omnes communiter sequuntur. & est adeo necessarium adultis ad salutem, vt neque alicui patere possit via ad iustificacionem, nisi per fidem, vt concorditer docent Theologi cum S. Thom. 2. 2. q. 2. Magister in 3. distin. 25. & in 4. distin. 1. & distin. 4. Alet. 3. part. quaest. 69. & est definitum in c. firmiter, De sum. Trinit. & fid. Cathol. & in extrauag. Vnam sanctam, De maior. & obed. & in Concil. Trid. sess. 6. cap. 6. 7. & 8. hoc praeceptum adimpleuisse Bertrandum palam clarius fiet, si rem omnem a primis incunabulis ordiamur.

Natus est B. Ludouicus Bertrandus ex pijs Catholicis, purisque parentibus Ioanne Ludouico Bertrando, & Ioanna Angela de los exarques vt constat ex eius vita, & deponunt testes remissoriales 6. 13. & 106. super secundo articulo in Ciuitate Valentiae, quae in Tarraconensi Hispania ad ostia Duriae amnis in plano sita est, media inter Tarraconem, & Carthaginem nouam, 37. leucis ab vtraque distans, a Tolero vero in orientem solem 58. & totidem ab Augusta Caesarea in Phoenicem, antiqua, Regiaeque specie, & amplitudine spectabilis, mirae celsitudinis Turri, forma circulari, & moenibus praetis ornata, pontibus lapideis suburbia Vrbi iungentibus, & hortis, viuidariisque plantarum exornantibus memoranda, nobilitatem frequentia celebris, Mater duorum summorum Pontificum Calisti 3. & Alexandri 6. Archiepiscopali dignitate conspicua, illustri nobilis Academia, eadem pariter Ciuitas praefata decorata temporibus elucet pretiosissimo sanguine Felicis Presbyteri Fortunati, & Archilocho Diaconorum, qui a S. Ireneo Episcopo Lugdunensi. eod ad praedicandum Euangelium missi fuerant teste Petro de Natalibus Episcopo Equilino in Catalogo Sanctor. lib. 4. cap. 83. & Hispani testantur historici Reuter, Vassens, & Marietta, nec non sanguine nunquam satis laudati Christi militis Inuicti Vincentij, vt narrat Metaphrastes, & SS. Orosij, Victorij & sociorum, vt refert Moralis lib. 2. histor. Hispanicae, qui etiam meminit de S. Eutropio Episcopo, nec non virtutibus gloriosi Confessoris, & Episcopi illius Ciuitatis Iustiniani, non minus sanctitate, qua doctrina illustris, vt scribit S. Isidorus de Viris illustribus cap. 33. & S. Vincentij Ferrerij Ordinis Praedicatorum, nec omittenda est nostris comprobata temporibus B. Thomae eleemosynarj eiusdem Ciuitatis Archiepiscopi sanctitas, & B. Palschalis Baylon Ordinis Minorum strictioris obseruantiae, quos nuper S. mem. Paulus V. Beatorum titulo decorauit, nec est inuoluenda silentio memoria P. Francisci Borgiae Societatis Iesu, & P. Nicolai factoris, quorum sanctitas hodie discutitur, & venerabilis Viri Fratris Ioannis Micon Ordinis Praedicatorum non minus doctrina, quam miraculis, & sanctitate praecleari in rebus omnibus administrandis, tractandisque prudentia, quorum omnium radijs Ciuitas Valentina corruscet, inflammatur populus, Regnum illustratur, omnium animi Deo facilius coniunguntur.

Et cum baptisimus necessarius sit ad salutem Ioanni. 3. c. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non potest introire in regnum Dei, & Marci 11. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: & ceterorum sit ianua Sacramentorum cap. praeterea, §. verum 32. distin. cap. final. vers. vtique super De Presbyt. non baptizan. Parentes pijs, atque Catholici puerum iuxta formam Ecclesiae consuetam baptizari curarunt, & in eodem fonte, & Parochiali Ecclesia S. Stephani, in qua ferrus S. Vincentium Ferrerium Sacramento baptisimi ablutum fuisse, regenerationis lauacrum suscepit, & Ludouicus ex nomine Patris dictus est, vt deponunt testes remissoriales 13. & 106. super 2. & 6. etiam testis super X. Inde pie, & honeste a parentibus educatus, & bonis imbutus moribus, quo magis ab infantia recedebat eo se ardentem erga praecepta parentum, & res diuinas ostendebat, egressus vero infantiae fines cum naturale rationis iudicium magis inciperet effulgere Sacramentum Eucharistiae cum animi dimissione saepe sumebat, tenerum corpusculum poenitentiae aculeis affligebat, & in Praedicatorum Ecclesia sapissime orationi vacans morabatur, vt deponunt testes remissoriales 106. aetatis annorum 73. super 2. articulo & 6. testis aetatis 85. super 10. & 90. testis aetatis 59. super 12.

Ex quibus palam fit B. Ludouicum primum fidei praeceptum adimpleuisse, & firmiter ijs, quae ad Deum pertinent assensum praebuisse cum post baptismum pie, & Catholice, vt dictum est a parentibus eun: ritus Sacramenta poenitentiae, & Eucharistiae frequentauerit, orationi & contemplationi vacauerit, & de rebus caelestibus libenter, & fere semper loqueretur, quod etiam clarius palam fiet ex ijs, quae in tertio praecepto dicentur.

*De secundo & tertio praecepto Fidei.*

Beatum Bertrandum explicitè sciuisse res fidei, vel ex hoc intelligi potest, quod fuit approbatus, & admittus ad Sacerdotij dignitatem, & praedicationis munus, quo diuersis in partibus fundus est, & eius doctrina fuit sancta, & bona, vt deponunt testes super 9. articulo, & praesertim testis 138. Doctrinam Christianam pueros publicè docebat, quae munera superioris religionis illi conferri non permisissent, nisi eius doctrinam, & scientiam sapienter experti essent, & approbassent, & vltra quod est notorium eum res fidei sciuisse, palam etiam fiet ex confessione eius externa, quae est tertium fidei praeceptum, quod cum firmiter affirmatum S. Thom. 2. 2. q. 3. artic. 2. in corp. Syluester v. fides v. quinto obligat semper, sed non pro semper, sed quando per omissionem huius confessionis subtraheretur honos debitus Deo, & etiam utilitas proximis impendenda. S. Thom. vbi supra, & ibi commentatores, etenim de Deo in familiaribus sermonibus libentissimè loquebatur, sacrosanctum Missae sacrificium celebrabat, cõcionabatur ex suggesto ad populum, & tali voce clamabat, vt ad rerum spiritualium contemplationem erigerentur Auditores, de peccatis dolerent, poenitentiam agerent, & melioris vitae statum amplecterentur, vt deponunt super 9. articulo testis 138. 199. & super 12. dist. testis 138. 184. 177. 175. 140. 16. & 90. Ad quorum corroboracionem vnum placet per extensum adijcere cum admirabile sit, & supra hominum cogitationem.

B. Ludouicus Bertrandus cum die festo in Ecclesia Villae de Albayda populo Dei verbum euangelizaret, publica hominum peccata vt sermonis materia suggererebat, acriter reprehendit, inter audientes tunc forte aderat non infimi nominis eques, qui reprehensionem tanquam vni sibi factam adscribens, suum famulum eodem die transmisit ad domum cuiusdam Monton, ad quam cum B. Ludouicus praedicaret in dicto loco de Albayda, sermone perfecto se transfe-

rebat

rebat qui cum B. Ludouicum reperisset in 289. testis, aliorumque praesentia supra dicti equitis nomine expositus, vt reuocaret ea, quae publice dixerat in suggesto, ni potius mortem exposceret: cui magna cum benignitate, & mansuetudine Bertrandus: tuo, ait, Domino refer feliciter mihi accidere, si hac de causa moriar & martyrium subeam. Die sequenti B. Bertrandum ad monasterium proficiscentem inuasisse eum eque tormentum manuale praemanibus habens, & cum in sidens equo ante faciem B. Ludouici constitisset, scloppum diuergens: Tu ne, ait, inique frater aures reprehendere me: & cum vellet scloppum exonerare, mirabile dictu, repente idem scloppus conuersus est in Crucifixum, quo viso proiecit se eque ex equo, & ad pedes B. Ludouici veniam petens supplex accessit, his peractis B. Ludouicus prohibuit eundem testem illius peccatus Cruce signans, ne alicui, quae viderat, patefaceret, cum triginta anni prius essent elapsuri, antequam aliquis hoc factum esset ab eo sciscitaturus, & ita euenit, vt deponit de vera scientia super 13. articulo dictus testis 289. & 105. de auditu. Fidem etiam in exteris regionibus cum magno viri discrimine propagauit, ex quibus cum in columis redijisset inter alia reulit se cum vltra quindecim hominum millia ad veram fidem adduxisset, crucem illis adorandam exhibuisse, vt fecerunt, quam decenter collocarunt in loco, in quo idololatrae, & ethnici archulam cum idolo deuote venerabantur, quam ipse B. Bertrandus accepit, & fecerit asportauit, quae de re commota infidelium turba ne cem inferre tentabat, sed fortes Christi pugiles ad fidem paulo ante conuersi in vnum conuenerunt, & B. Ludouicum cum dicta archula extra Ciuitatem progressi ab insultibus defenderunt, & horum aliqui cum ipso B. ad oppidum quatuor leucis distans profecti sunt, vbi cum post aliquod temporis spatium constitissent, fuit B. Bertrando appositum in ciatho venenū propter quod ex naribus, & ore quosdam vermes, seu paruulos serpentes eiecit, quare cum Beatus aliquantulum doleretur angere, quinquē cohortes gentilium eleuatis vexillis superuenerunt, & archula per vim iterum potiti sunt, quam sibi ablaram fuisse B. Ludouicus acerrime tulit, ita vt si ipse tunc temporis non fuisset veneno turbatus, passus potius fuisset pro fidei defensione sibi necem inferri, quam archulam cum idolo per vim auferri, ita de auditu a B. Viro, & de publica voce, & fama super 9. & 10. testes partis 155. 156. & alij testes, cui affectioni sancti Viri multum est tribuendum, cum vt ex S. Gregorio diximus in relatione B. Thomae eleemosynarij. S. Viri dum suas laudes interdum enarrant, aliqua ratione Deum imitentur, qui se nonnunquam laudibus extollit, non quod ipse praconijs, verborumque delicijs egeat, sed vt suam hominibus dignitatem, praestantiam maiestatemque declaret, etiam vt valeamus eum audientes cognoscere, cognoscentes amare, amantes sequi, sequentes adipisci, adipiscentes vero eius visione perficui.

Ex praedictis nedum probatur fides, sed etiam magna fides charitate informata, cum in primo aetatis flore, vbi plurimum mundanae vexant illecebrae posthabitis omnibus in Religionem fuerit ingressus, ibique se strictius tribus votis Deo subiecerit, in Indos ad fidei dogmata propaganda nullis parcens laboribus, nullis terribus periculis patiens pulueris atque solis iter arripuerit, Dei verbum euangelizauerit, populos ab Idololorum cultu etiam cum vitae discrimine auerterit, & innumerabiles gentes praemisso sacrosancto baptisimatis lauacro in Ecclesiae gremium receperit, & conseruauit.

*De Spe.*

Spes est salutis ancora, vitae nostrae fundamentum dux itineris, quo itur ad caelum, in quo salus nostra

consistit, & quae de terris animas velut quibuidam catenis caelitus a Deo dependentibus in nexas euehit ad summam, ex Gersonem 4. part. sermon. de S. Nicolao & breuius secundum S. Augustin. spes est caetera expectatio futurae beatitudinis veniens ex Dei gratia, & meritis praecedentibus. Hanc in B. Viro fuisse conclusimus, cum ipse in Religionem ingressus in solo Deo sperauerit, in mortis periculis etiam post assumptum venenum impavidus spem in Deo collocauerit, & diuersorum generum, tum aduersae valetudinibus, tum illatorum, a Christianae fidei hostibus, cruciatus summa cum patientia tolerauerit, solius in egritudine illa verba vsutpare. Domine, hic vte, hic seca, vt in aeternum parcas, & magis se cruciati cupiebat ob certam spem futurae beatitudinis, vt deponunt super 13. testis 13. & super 12. testis 259. & 26. & super 16. testis 48. 49. & 178.

*De Charitate in Deum.*

Charitas est dilectio, qua diligitur Deus propter se, & proximus propter Deum, vel in Deo. Magist. in 3. sent. distin. 27. vbi S. Bonauent. in primo dubio, versatur enim circa duo mandata adimplenda, alterum pertinens ad dilectionem Dei, quod est maximum in lege mandatum Deurer. 6. alterum pertinens ad dilectionem proximi Matth. 22. in his enim duobus mandatis tota lex pendet, & Prophetae, & finis praeccepti est dilectio, & ea etiam duplex est, scilicet Dei, & proximi, Magist. loco praecit. & quantum attinet ad charitatem in Deum venerabilis Vir perfectissimam habuit, cum nedum spretis, si quae aderant in hoc mundi theatro, voluptatibus. Illustri Praedicatorum strictioris vitae familiae nomen dederit, vt Deo liberius in seruiret, verum etiam propter Deigloriam ad Indos magnis laboribus penetrarit, vt Euangelij femina illarum gentium animis vberiori cum fructu committeret, sapissime contemplationi vacabat, indefessus in oratione persistebat, cum de rebus diuinis loquebatur adeo eius anima, & peccatus diuini amoris aestu feruebat, vt ad omnia, siue prospera, siue aduersa se paratum ostenderet, omnes denique actiones in Dei gloriam dirigebat, vt super octauo, & duodecimo articulo deponunt testes 32. 163. 178. 26. 18. 210. 156. 194. & 16. alijque quamplures.

*De Charitate in Proximum.*

Charitas in Proximum, tam circa temporalia, quam spiritualia versatur. Quantum attinet ad spiritualia B. Ludouicus dum sermones haberet ad populum audientes ad poenitentiam hortabatur, & ad melioris vitae frugem reuocabat, erudiebat rebus omnibus destitutos pueros, quos in aedibus S. Vincentij Ferrerij Charitas Valentina colligebat, assidue confessionis Sacramentum ministrabat, opem afflictis ferebat ita vt illos ad Deo gratias agendas impelleret, in quotidianis vero sermonibus de maceratione carnis loquebatur, & tradebat iuxta cuiuslibet statum orandi modum, & certum diei spatium orationi partebatur vt super 9. & 12. deponunt testes 138. 90. 184. 159. 177. 69. 140. 163. 210. Dum vero Prioris officioungebatur pugiles in Dei castris adolescentes, aliosque militaribus Religionis armis assuetos hortabatur, vt Deo totis viribus in seruirent, suis vnusquisque rebus incumberet, & dum animi tantisper vt fit ab assiduis curis relaxabantur, dicere solitus erat: Fratres non ne diligamus Deum, quae verba saepe repetebat, quia bene notat quod nemo repente fit summus, sed in bona conuersatione animi vnusquisque inchoat, vt ad magna perueniat, ita super 12. deponunt testes 156. & 194.

Et aliquando cum mulier, quae sibi solita erat confiteri cessasset a confessione ad illius domum B. Bertrandus se contulit, in qua cum hominem dimississet

Bbb 4 ibitunc

Ibi tunc existentem, cum muliere clam agere solitum in singulis, & lacrymas magno dolore prorupit, & post aliquod temporis spatium: d. geo. ait, mulieri tua peccata, ea verbera, en cicatrices humeri & pectori impressas, recenti sanguine profluentes; tum ob scelus; quod in hoc eodem cubiculo toties perpetrasti, factum est, vt virgis, & disciplina me caederem, quo te a peccati lapsu retraheret: hinc mulier lacrymas, hinc dolor admissi sceleris, hinc suspina ex imo corde trahebat, tunc B. Ludouicus breui, sed magni ponderis, & ex imis procedente visceribus sermone solatur mulierem; mentem in Creatorem erige, qui te simili crimine non permitter sublequentibus temporibus inquinari, humanum est in peccata delabi, sed resurgere gloriosum. Ob qua dicta mulier nunquam in similia peccata incidit, & hoc bene deponunt de auditu ab ipsamet muliere super 13. testis 13. & 11.

Neque hic est omitendum aliud eximiae charitatis exemplum, de quo deponit de auditu ab eodem viro testis 49. super 10. B. Ludouicus apud Indos moram trahens, gentilem quendam nobilitate praestantem, tunc febri laborantem, quem pluries ad fidem Catholicam amplectendam fuerat hortatus inuisit, a quo tamen post multa, oratione, & praedicatione obtinuit, vt renantiatis gentilitium ritibus sacrum baptismum peteret, vt Christiano coetui ad se ibereetur, quam obrem extulit Bertrandus crucem, quam cum idololatra vidisset, ad B. Bertrandum conuersus dixit: Crucem non esse necessariam; qua verba cum Bertrandus interpretaretur in eum sensum, vt scilicet idololatra baptismum renueret, iterum crucem extulit, & eaque indefinenter elata ad fidem capeffendam astanti animo hortabatur, tunc idololatra ad B. conuersus crucem, qua sibi apparuerat, & adhuc aderat digito demonstrauit, quod tamen, nec B. Ludouicus nec alij praesentes aspexerunt, & cum iterum se sacro baptismo ablui peteret, ipse B. sacrum baptismum ministravit.

Quantum attinet ad charitatem erga temporalia adhuc puer hospitalia frequentabat, & pauperibus inseruiebat, vt de certa scientia deponunt super 12. testis 107. & super 2. testis 13. & testis 103. super 5. & 12. Pauperum necessitati praesto erat, & elemosynas in Religione distribuens nihil fratibus subtrahebat, cum Dei prouidentia fratrum indigentibus abundanter subueniret, mortuos sepeliebat, adeo quod vitam propriam charitate suaudente in discrimen adduceret, nam graefante peste cum homo quidam prope monasterium existens, cui ipse praerat, mortuus cecidisset, iussit illum sepeliri, sed ipse primus manus apponit, vt mortuus sepulture tradereetur, vt de hoc facto deponit super 12. testis 206. & de supra dictis super 8. deponit testis 178. & super 12. deponunt testes 206. 160. & 159. qui etiam super 13. refert huius Beati aliud viuae charitatis exemplum.

Honesta Mulier ex illustri familia tam magna premebatur necessitate, vt ipsa nihil diebus integris, aut parum comederet, quo Filij, qui plures erant, si vestes betas cum modico olei & quatuor denarios panis inter omnes partiretur, & aliquando loco panis ficus manducandos apponeret, hanc egestatem licet mulier nemini communicasset, ne quis in eam vt pote formosam, & gratam aspectui auis esset impudenter irruere, accessit tamen ad illius domum altera Mulier nomine Bayaria, & magnam pecuniae quantitatem porrexit, qua visa honesta mulier ad Bayariam conuersa, hanc pecuniam prouenit ex aliqua reformatione, quod cum negasset dicta Bayaria, mulier egestate fatigata subiunxit illam pecuniam, si elemosynae loco mittetur, non ab alio mitti, quam a B. Bertrando, cui haec egestas & indigentia fuerat reuelata, tunc dicta Bayaria rem omnem aperiens pecuniam a B. Bertrando mitti confessa est, qui tamen dicta Bayariae silentium iniunxerat, ne factum ceteris aperiretur.

DE VIRTUTIBVS CARDINALIBVS De Prudentia.

Prudentia est recta ratio agibilium, qua finem & eius cognitionem praesupponit, ex quo tanquam ex principio rationem mediatorum ad finem sumit S. Th. 2.2. q. 47. art. 2. Vera autem prudentia, & qua bonis solum conuenit, est, qua consiliamur, iudicamus, & praecipimus, qua ad bonum finem totius vitae humanae pertinent. S. Th. vbi 2. art. 13. in corpor. & cum eius variae sint diuisiones, de Prudentia tantum economica, & moralitica sermonem facimus, cum haec satis superq; sufficiant ad ostendendum B. hunc virum magna fuisse prudentia praeditum S. Anton. part. 4. sum. rit. 2. cap. 3. in princ. & satis etiam prudens est ille, vt dicebat S. Syncretica, qui intelligit laqueos Diaboli, & qui non ignorat impetus eius, & artes, quas B. hic Vir Christo Duce feliciter detexit, ac vicit, nam in ipsa pueritia gymnasium frequentabat, in litteris cum illis nocte, dieque incumberet, valde proficiebat: otium tanquam voluptatum parentem & bonarum artium eruginem vitabat, cum autem ingressus esset in Religionem, & Magister Nouitiorum effectus, ac demum Vicarius, & Prior nihil sibi fuit antiquius, quam illis, quibus praerat, necessariae quaeque ministrare, destinatum orationi tempus non esse minuentium exemplo iubeat, stans horis in choro psallere laudabat, secessum a curis animi gratia fratibus iuxta Religionis morem pariebatur, quo feruentius Deo inferirent, vt deponunt testes supra citati, & citandi, cum de iustitia, fortitudine, & temperantia agemus.

De Iustitia.

Iustitia est perpetua, & constans voluntas ius suum vnicuique tribuens. Aug. 5. ethicor. cap. 1. Iustitiam in 5. 1. Infit. de iust. & iur. Angelicus Doctor 2.2. q. 58. art. 1. Huius virtuti annexae sunt Religio, pietas, obseruantia, veritas, gratia, seu gratitudo, vindictatio, amicitia, liberalitas. S. Tho. 2.2. q. 80. art. 8. Per Religionem enim Deo redditur debitus cultus; Per pietatem parentibus, & consanguineis debitus honor, & cura exhibetur; Per obseruantiam homines virtute praestantes, & superiores veneramus; Per veritatem hominem se exhibet alteri in dictis & factis qualis est; Per gratitudinem, seu gratiam optime de nobis meritis compensamus; Per vindictationem improbos punimus; Amicitia autem, & liberalitate, morum honestate arcto nobis vinculo ceteros deuenimus. S. Th. loco citato. Vnde merito praepcepta Decalogi appellantur praepcepta iustitiae. Nam tria prima praepcepta sunt de actibus Religionis, qua est praecipua pars iustitiae. Quartum praepceptum est de actibus Pietatis, qua est secunda pars iustitiae; alia vero sex dantur de actibus iustitiae communiter dictae, qua inter aequales attenditur. S. Thom. 2.2. q. 122. art. 1. in corpor. & vnico verbo S. Prosper in sent. ex libr. S. August. sentent. 99. omnia complectitur, dum ait: Totam iustitia ratio est, vt declinetur a malo, & fiat bona, iuxta Psalmum 7. & 8. diuerse a malo, declina a malo, & fac bonum, qua omnia habita ratione personae, quod sufficit S. Thom. par. 3. q. 6. art. 2. perfectissime fuerunt in hoc venerabili Viro.

Si enim eius primam infantiam spectemus, praebuit se Religiosissimum; & aliqua edidit signa, ex quibus dignosci facile poterat, qualis esset futurus, cessabat a sterni, si aliqua ei imago tradebatur, aut ad Ecclesiam ducebatur, qua res licet videatur pueris esse communis, aliquid tamen peculiare habet in eo, quia maxima laetitia afficiebatur, cum ad Metropolitanam Ecclesiam deferrebat; Postquam excessit de pueris libenter operam litteris nauabat, & in eis proficiebat, vt supra dictum est, & ne otio temporis ali-

quod

quod spatium teneretur, aut studio, aut orationi vacabat, si quos forte irantes sine necessitate audiebat, aut inania loquentes maxima lenitate coercerat, memor verbi Domini, Matthaei capite quinto. Nolite irate, sit sermo vester, est est, non non; frequentabat Penitentiae Sacramentum, per quod nobis caeli aditus referatur, Mat. c. 4. Penitentiam agite, appropinquabit vobis regnum caelorum, sacrosanctam Eucharistiam cibum animae & pignus futurae gloriae deuote sumebat, includens se in cubiculo pernoctabat in oratione; quae omnia bona confert, vt ait S. Ioan. Chrysof. li. 1. de orando Deum, & hoc ab alijs per inuarias videbatur, quia scilicet non erat necesse in Ecclesia semper orare, licet in ea commodius, & fructuosius oretur, teste eodem Chrysof. homo homilia septuagesima septima, ad populum Antiochenum, verba inania, fructuque carentia in sermonibus etiam familiaribus, & ad animi relaxationem destinatis non proferebat, parentibus fuit semper obediens, nam qui timet Dominum, honorat parentes, & quasi Dominis seruiet his, qui se genuerunt, Ecclesiastici capite tertio, vt plurimum cum Religiosis, & praesertim sacri Ordinis Praedicatorum verfabatur, improborum societatem, tanquam animae pestem, & moram corruptelam vitabat, nisi forte in melioris vitae semitam huc illuc sine lege palantes reducere tentaret, quia boni fugere debent malos, nisi causa conuersionis cum ipsis agant, teste S. August. in Psal. 118. concione 1. itaque adhuc puer eundem vitam tenorem retinens vsquequo sacrum Ordinis Praedicatorum habitum susceperat, illud signa praebuit sanctitatis.

Cum esset aetatis annorum 18. & mensium 7. eligens sibi vitam Angelicam (talis enim est vita monachorum, vt dicebat Abbas Hyperichius) Valentiae in clarissimum Praedicatorum Religionem die 26. Augusti An. Dom. 1544. a Venerabili Fratre Ioanne Michone admittitur, & anno sequenti die 27. Augusti 1545. solemnia vota castitatis, obedientiae & paupertatis emisit in manibus eiusdem Venerabilis Michonis Prioris monasterij, viri sanctitatis, mira culis, & doctrina praclaris, vt testatur Franciscus Diago in historia Aragoniae Ordinis Praedicatorum lib. 1. a c. 53. vsque ad c. 61. Anthon. Senensis in Chronica Ordinis Praedicatorum sub An. 1550. Bartholomaeus Soncinus in vita B. Domini Anadonis, & nouissime Ioannes Michael Pio de Vitis illustribus Ordinis Praedicatorum tom. 1. lib. 4. c. 48. qualis vero eius vita fuerit in anno probationis colligi facile potest ex ijs, qua supra dicta sunt, & infra dicemus, nam sanctissimum semper vitam egit edoctus ab Agathone, qui iuueni se scianti quomodo cum Fratribus habitaret, respondit; Obserua pra omnibus hoc, vt qualis primo die ingrederis apud ipsos, talis reliquum peragas tempus; & cum quiete adimplebis peregrinationem tuam.

Sacros Ordines peracto Nouitatu susceperat, & ad Presbyteratus Ordinem An. 1547. promotus est, non longe post scilicet An. 1549. Magister Nouitiorum in Conuentu Valentino creatus est, quod munus per plures annos exercuit, postmodum Vicarius conuentus de Albayda, & Prior S. Honuphri, & tandem Conuentui Ciuitatis Valentinae praefuit, in quibus muneribus, si quid erat agendum fratribus, exemplo praebat, in oratione mentali quotidie quatuor integras horas infumebat, & post prandium aliam dimidiam horam, septem B. Virginis gaudia contemplantatur, quam orationem esse praecipuum munus monachorum, dicit Ruffin. in li. 2. de Vitis Patrum; Recolebat memoria passionem Domini nostri, & magnam ex ea delectationem hauriebat, genuflexus orabat, peculiari sanctissimum Sacramentum animi submissione venerabatur, rem sacram deuote, & cum lacrymis faciebat, & si forte celebrare non poterat, sanctissima Eucharistia se reficiebat, fuit etiam nedum in saeculo, sed

etiam in Religione sanctae simplicitatis, illius tamen qualitatis, de qua S. Paul. ad Rom. c. 16. & 1. ad Cor. 14. Volo vos sapientes esse in bono, simplices autem in malo, & rursus; nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote; erat in super valde humilis tam in saeculo, quam in Religione, quod est magni momenti, cum humilitas, vt ait S. Greg. moral. 1.3.4. c. 18. in fin. sit euidentissimum signum electorum, eius obedientia, quam Praelatis exhibebat, erat adeo humilis, vt ceteros ad ita parendum excitaret, & merito dicendum sit edoctum fuisse a S. Basilio in Constitutionibus monasticis c. 23. vbi loquens de obedientia Apostolorum ibi Mat. c. 10. Ecce ego mitto vos, sicut oves in medio luporum &c. & c. 24. tradent vos in tribulationes, & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum, subiungit, quod his omnibus auditis submissa mentis ceruice obedientiae iugum alacriter subierunt, quam obedientiam, qui secundum Deum vere est Monachus, Antistiti suo praestare oportet. Na etsi Venerabilis hic Vir maxime deditus esset contemplationi, & propterea mundana negotia abhorrebat; Attamen, si Superior aliquid praecipiebat circa officia, & munera Religionis, magna cum laetitia, & hilaritate exercebat, omniaque in Dei amorem, & gloriam dirigebat. Aliquando prohibitus a Vicario conuentus sacratissimam Sinaxim sumere (quam ipse solitus erat sumere, si Missa sacrificium celebrare non poterat, vt supra dictum est) tam patiebat, & benigne praepceptum adimpleuit, vt ne verbum quidem protraheret, sciens mandatum superioris ita esse suscipiendum, ac si Deus ipse praeciperet, nisi certum sit Deo displicere, vt docet S. Bern. in tract. de praepro. & dispensat. c. 12. officiaque quaecumque nulla habita distinctione acceptabat, qua quidem obedientia caetera Deo gratissima est, vt habetur apud Cassian. lib. 4. Infit. c. 23.

Illi tam grata, & tam iucunda erat paupertas, vt paterna quaeque; illa erant bona, reliquerit & ingrederetur Religionem, in qua etiam semper fuit amator paupertatis, quam caput omnium virtutum appellat Theoph. Luc. 18. Profecturus ad Indos pedester iter arripuit cum quibusdam peris, in quibus (quasi alter Iulianus sanctissimus Monachus, qui nihil possidebat praeter Cilicium & sagum, & vasculum ligneum, & l. brum) libros tali missioni necessarios, & quosdam lineolos deferrebat, ibat vero cum ipso socius nomine Hieronymus, qui illius librum Bibliorum & Breuiarium, & nihil praetera gestabat; Cum vero ad ipsos Indos peruenisset de loco ad locum pedester pariter ambulabat, vt Dei verbum gentibus euangelizaret.

A puero etiam, & in Religione semper castitatem amauit, qua ad Dei similitudinem perducit, vt ait S. Basil. in Constit. monast. & eam in Religione solemniter vovit, quod est supererogationis opus, teste S. Aug. de Virgin. c. 30. & adeo etiam verecundus, vt aduersa valetudine detentus curari se non permittere propter honestatem; in concionibus, & priuatis locutionibus ardenti spiritu hortabatur ad charitatem, & duo testes videlicet 61. & 151. super 12. interrogatorio deponunt, quod eius manus, & vestes tali odoris fragrantia redolebant, vt liquido qualis esset eius castitas, appareret, quod etiam accidisse B. Hermanno, qui & Ioseph dicitur esse, narrat Surius de mense Aprilij in eius vita c. 54. Ita deponunt super 5. 6. 8. 11. 12. & 13. Isabella Iordana aetatis 90. annorum, testis 103. quae fuit praesens Natiuitati B. Ludouici & stetit in domo parentum vsquequo habitum Religionis suscepit, Vincentius Della Costa tutor testis 101. aetatis 75. anno u. bene informatus, Francisc. Vaziedo testis 13. aetatis 77. annorum, F. Ioseph Gazer aetatis 64. annorum, 155. testis, F. Andreas Cabrebio, aetatis 46. annorum, 156. testis, qui fuit cubicularius B. Ludouici. F. Dominicus Anadon aetatis annorum 66. testis 259. F. Mart. Suarez aetatis 62. annorum, testis 178. Lucas Portina gratis 64. anno u. 69.

testis Ba-



testis Baptista Ferrer aetatis 45. annorum 283. testis Frater Ioannes de Alarcon aetatis 56. annorum 206. testis, Frater Petrus Spix 8. testis Frater Anth. Ballester 37. testis, Balthasar Nonella testis 106. Frater Ioannes Perez testis 6. Franciscus Ludouicus 49. testis, Frater Ioannes de Alarcon testis 206. Frater Hieronymus Ferrer testis 39. Natalis de Mota primus testis, Don Ioannes Boil 26. testis, Frater Petrus Blofco 294. testis.

De Fortitudine.

Secundum Sanctum Thomam secunda secunda, quaestione centesima vigesima tertia, articulo secundo in corpor. Fortitudo est animi firmitas, quam clarissime ostendit Bernardus. dum profectus est ad Indos, vt in amplissim. sillis Ecclesiae Colonij semen Euangelij iaceret, & dum inuidio animo peccatores coerebat, & ad cultam Domini renocabat, vt in superioribus diximus. Dum vero persecutionem patiebatur strenuus Christi miles, quasi Abraham eremita tanquam verus adamas imperterritus, & inuincibilis perdurabat, nec tot, tantisque tribulationibus cedebat, sed contra auentioribat, cum lingua caederetur, lapidaretur conuicijs, cum fame & siti laboraret, & in omnibus aduersis, quae sibi eueniebant, nunquam ad iracundiam prouocatus, nunquam ad indignationem commotus est, nunquam pusillanimitate detrahit, nunquam tadio fatigatus est; sed cum aspera omnia pateretur, magis ac magis amor eius in eos, & charitas augebatur, modo adiuuonebat, modo blandiebatur, modo verbis suavissimis leniebat, & quidem seniores veluti Patres rogabat, iuuenes, vt fratres, adolentes vt filios, & haec patientia est tanta dignitatis, vt Abbas Ioannes Portam Domini appellaret, quam Patres iniuriam patientes ingressi sunt. In infirmitatibus etiam maxime fuit patiens, nam et si validis doloribus cruciaretur, multa tamen cum patientia perseuebat, illa aurea verba. Hic vre, hic seca, vt in aeternum parcas, quae verba forte sunt elicita ex documento praecleari illius Viri Pacomij Abbatis Tabennensis, qui rogatus a quodam, vt se dolore capitis liberaret, respondit: Putasne fili, quod alicui contingat dolor, aut passio, aut aliquid huiusmodi sine permissione Dei? Idcirco in dolore sustine, & in humilitate patientiam habe, & quando voluerit Dominus, conferet tibi sospitatem. Quod si te diutius probare dignetur, esto gratus, vt fuit perfectissimus & patientissimus Iob, qui multas tribulationum, & cruciatuum tentationes excipiens Dominum benedicebat, & sicut ille, tu quoque pro doloribus tuis maiorem requiem a Christo percipies. Hunc modum orandi in infirmitate clarissimi alij viri, licet alijs verbis usurparunt. Nunquam satis laudandus Pius V. Summus Pontifex, dum grauissimis doloribus cruciaretur, haec verba proferebat: Adde ad dolorem Domine, modo & addas ad patientiam, & apud Iustinianum in vita huius Beati Ludouici legitur de alio, qui aduersa fatigatus valetudine usurpabat verba, Iesus, esto mihi Iesus. & de hac patientia in infirmitatibus quantae sit aestimationis idem Abbas Pachomius audiatur. Bona quidem est abstinentia, & in oratione perseuerantia, tamen infirmus magis praemium adipiscitur cum longanimis, & patiens inuenitur. Praedicta de Sancto Viro deponunt super 8. 12. & 16. testis 18. 32. 37. 178. 159. 198. 259. & alij quamplures.

De Temperantia.

Temperantia est moderatio, seu temperies, quam ratio facit. Sanctus Thomas secunda secunda, quaestione centesima quadragesima prima, articulo pri-

mo, & sequentibus, & integratur per abstinentiam, continentiam, verecundiam, pudicitiam, modestiam, clementiam, seu mansuetudinem, castitatem, honestatem, sobrietatem, & parcitatem. S. Thomas 2. 2. quaest. 143. art. 1. & seq. Quae omnia cluxisse in B. Viro, patet ex supra dictis, & ex mox dicendis. Adhuc puerulus non ignorans Daemonis versutiam crebris orationibus, & ieiunijs deuinciri, orationibus, de quibus supra dictum est, abstinentiam adiungebat, raro ientaculum sumebat, postquam in Religionem ingressus fuit, parum comedebat, & saepe saepius ieiunabat, sciens decorem monachi esse pallorem, vt legitur apud Rufinum de Vitae Patrum, vitam & vultum semper praeferebat, tanquam hominis valde poenitentis, & magnae abstinentiae, & asperitatis, partem obsonij, quod ei apponebatur in mensa vna cum alijs comedebat, ita vt vix ad hominis sustentationem sufficeret, & hunc viuendi morem seruabat etiam dum munere Praedicatoris fungeretur, & aliquando dum concionaretur, a delicatis se piscibus abstinens, asseruit indecorum esse, minusque conueniens, quod ille, qui alijs poenitentiam, & abstinentiam praedicabat, huiusmodi cibos comederet, ieiunium adeo frequentabat, vt ob id, & stomachi debilitatem aliquando in morbum incideret, quod genus viuendi cum moderatione commendat Marcianus apud Theodoretum Cypri Episcopum, qui statuit laudabile esse quotidie comedere, nunquam autem satiari, sed semper esurire, & cupere ea tantum exhiberi, quae ad viuendum sufficiunt, dicebat enim, quod qui post multorum dierum in ediam capit cibum, in diebus quidem inedia officia Dominica exequitur imbecillius, quo autem die rursus capit cibum, plura, vt est consentaneum, exhibens, ventrem onerat, is autem grauatus tardiore reddi animam ad vigilandum. Dicebat igitur esse melius vesci quidem quotidie, nunquam autem expectare fatietatem. His non contentus cibum, qui aliquid gustui suauitatis afferre poterat re aliqua apposita, vel ablata regulariter deprauabat, sal in cibis non apponebat, aloem fruticem amarissimum fore semper inmisciebat asserens (vt rem caeret) ad suam salutem conferre, imo suis subditis persuadebat, vt partem ordinariae portionis, seu vt vocant pietantiae pauperibus distribuendam relinquere, vt ipse facere consueuerat. & quod est valde suspiciendum peracta praedicatione, cum ad conuentum reuertitur, ne necessariam portionem recuset.

Hoc genus vite decere Sanctos, licet se non extendat ad nimiam vllam austeritatem illorum, qui a carnibus, vino, & coctis speciali se Dei gratia abstinent, docet Palladius Episcopus Cappadociae in epistola ad Laurentium Praepositum circa mediu, dum ait, Diuina est in nobis ratio, quae ab ijs, quae sunt in nobis, inotionibus extermiat quidem ea, quae sunt noxia, assumit autem ea, quae sunt vilia. Iusto enim lex non est posita, melius est ergo vinum bibere cum ratione, quam aquam cum fastu, & superbia. Atque mihi quidem aspice eos, qui cum ratione pietatis, ac Religionis vinum bibunt esse viros Sanctos, eos autem, qui inconsiderate, & citra rationem cum arrogantia aquam biberunt, esse homines profanos, & corruptos, & nec amplius vituperes, aut laudes materiam cibi, aut potus, sed beatam vel miseram iudices mentem eorum, qui recte vel male vtuntur materia. Bibit aliquando Ioseph vinum apud Aegyptios, sed non fuit mente laesus, erat enim animo munitus, aquam autem biberunt Pythagoras, & Diogenes, & Plato, inter quos etiam Manichaei, & reliquis ceteris Theologorum, Philosophorum, & eo vanae eos perduxit opinionis intemperantia, vt ipsum Deum vniuersotum esse etotē ignorarent, & in anima simulacra adorarent, & infra viuunt Filii hominis coedens

& bibens, & dicant: Ecce homo vorans, & vini potot, amicus publicanorum & peccatorum; propterea quod comedat, & bibat, quid nos ergo faciemus? nec eos, qui vituperant, sequamur, nec eos, qui laudant, sed cum Ioanne ratione se unemus, etiam si nobis dicant Iudaei, Daemonium habetis, vel cum Sapientia Iesu vinum bibamus, si corpus indigeat, etiam si nobis dixerint, Ecce homines voraces, & vini potores, neque enim reuera esca est aliquid, nec potus, sed fides, quae per charitatem extenditur operibus, cum enim omnem actionem fides consecuta, condemnari non potest, qui comedit, & bibit propter fidem.

Neque hac contentus corporis inaceratione sequens vestigia B. Arsenij (qui vt refert Pelagius libello 4. num. 2.) somnum appellabat malum seruum, & sedens parum quietis subripiebat, dum saecularem vitam duceret humi, vel super parua archa cubabat, & sciens nos habere thesaurum in vasibus scilicet lectum componebat, vt rem caeret, ex linteamini-bus tamen apparebat, quod in eo non quieuerat, in Religione pariter super scamno cubabat, & loco puluinatis duobus libris vtebatur, & quasi alter Polychronius, qui omnes virtutes occultabat, lectulum ap-pro componebat, vt ex hoc ceteri intelligerent, se in eo quieuisse, cuius contrarium ex linteamini-bus dignoscebat, & hoc etiam quanti sit meriti, cognoscebat ex hoc, quod accidit B. Viro narratur in Vitae Patrum libello 7. de Patientia, seu fortitudine. Cum quidam Sanctus senex ad edificationem discipulum suum, prout solitus erat, alloqueretur, grauatus est somno, discipulus autem sustinebat, donec senex excitaretur, & faceret ei iuxta consuetudinem orationem. Cum ergo non euigilante senex, d' u' sederet discipulus, compulsus est cogitationum suarum molestia recedere, & dormire, qui extorquens sibi, restitit cogitationi, & resedit, iterum autem somno compellebatur, & non abiit, similiter factum est vsque se-riptis, & restitit animo suo. Post haec iam media nocte transacta euigilauit senex, & inuenit eum accidentem sibi, & dicit ei: Vique modo non discessisti? & ille dixit, non, quia me non dimiseras Pater, & senex dixit, Quare me non excitasti? ille respondit: non te praesumpti pulsare, ne te contribularem. surgentes autem ceperunt facere matutinos, & post matutinorum finem, dimisit senex Discipulum, qui cum sederet solus factus est in excessu mentis: & ecce quidam ostendebat ei locum gloriosum, & sedem in eo, & super sedem septem coronas, interrogabat autem illum, qui haec ostendebat ei dicens: Cuius sunt haec? & ille dixit, Discipuli, cui & locum quidem, & sedem pro conuersatione sua donauit Deus, has vero septem coronas nocte ista promeruit. Haec audiens senex, miratus est, & tremefactus, vocauit Discipulum, & dicit ei: Dic mihi, quid feceris nocte hac, & Discipulus, nihil sibi conscius quid egisset, non inueniebat quid diceret, dicebat autem seni: Ignosce mihi Pater, nihil feci, nisi tantum hoc, quod compulsus sum motu cogitationum mearum, vt discederem, & dormire septies, sed quia a te dimissus secundum consuetudinem non fueram, non recessi, audiens autem haec senex, statim intellexit, quia quories restitit cogitationi suae, toties coronabatur a Deo, quod tamen senex Discipulo non aperuit. Ex quibus licet intelligere etiam pro momentaneis cogitationibus nobis Deum gloriae coronam tribuere.

Non immemor praeccepti Dauidici Psalm. 2. Seruite Domino in timore, & exultate ei, cum tremore, apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & perieris de via iusta. Beatus Ludouicus corpus suum adeo flagellis debebat, vt non solum eius disciplina, sed etiam patiens conspersi sanguine videbantur, & haec multa solet commoda parere, nam

teste Sancto Cypriano in libro de disciplina. Disciplina est custos spei, retinaculum fidei, dux itineris salutis, fomes, ac nutrimentum bonae indolis, magistra virtutis, facit in Christo manere semper, ac iugiter Deo viuere, & ad pform. sa caelestia, & diuina praemia peruenire, quod non incongrue potest intelligi de hac corporis flagellatione, sicut & supradictus Propheta locus, ita, vt nos hortetur, vt sensus coercemus, ne extra recti meras euagetur, vt corpus ne lasciuat comprimamus, & effrenatis eius motionibus domitis castigemus, quod bene praestat ille, qui se caedit flagellorum aculeis, & alij Religiosi ante corporis flagellationem praemittere solent dictum versiculum: Apprehendite disciplinam &c. induebat insuper Cilicium iuxta illud Psalm. 68. Posui vestimentum meum Cilicium, & Psalm. 34. Ego autem cum mihi molesti essent, induebam me Cilicio, vt magis corpus in seruitutem redigeret, & Deo liberior interserret, iramque Dei placaret, ad quam placandam optimum esse medium docemur, tertio Regum. Nam cum audisset Achab ex ore Heliae terribilem aduersus se, suosque posteros sententiam Dei, scidit vestimenta sua, & operuit Cilicio carnem suam, ieiunauitque & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite, quae impij Regis poenitentia diuinam clementiam inflexit, vt diceret Deus ad Heliam: Nonne vidisti humilitatem Achab coram me? quia igitur humilitas est mei causa, non inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij sui inferam malum domui eius. Et similia exempla leguntur quarto Regum sexto, primo Paralipomenon v. gesimo primo. Iudith quarto, octauo, nono. & primo Machabeorum secundo, & tertio, & secundo capite tertio, & decimo. Flagellum autem, & cilicium lacrymarum etiam fontibus comitabatur iuxta illud Hieremiae. quarto, sexto, & quadragesimo nono. Accingite vos cilicijs, plangite, & vlulate. Vitricus vt sui corporis sensus penitus edomaret, & nihil intentatum pro eorum de bellatione re inqueret collum cuiusdam scriptoris, & tunc plenum, vt sciret sufferi non posset, lingere in capite, & putredinem omnem absorbuir simile quid legitur in Vitae Patrum libro quinto, libello decimo septimo de Charitate, §. vigesimo quinto. Nam quidam frater minister vnus le. is cum vulnus emerisset in corpore senis, & sanies multa ex eo cum fetore proflueret, quem vix a fratre posse sufferi credebatur senex, vulnus senis lauit, ipsamque aquam in vase collegit, & quoties sitiebat, ex ea bibebat, & rogatus frater a senex, ne aquam huiusmodi biberet, & quod ab eo discederet, ne tam fetido odore vexaretur, frater tamen sentalacriter mimitrabatur, huius charitatem Deus sibi gratissimam in dicens aquam illam, qua vulnus lauerat in aquam purissimam conuerit, & senem inuisibili medicamento sanauit, prout euenit Beato Bertrando, quia illa mulier, cuius collum linxerat, lauitatem repente consecuta est, vt laetius infra de miraculis dicemus.

Huc etiam pertinet recensere ea, quae de humilitate Venerabilis Viri exponenda se offerunt, cum illa spectent ad modestiam. Sanctus Thomas secunda secunda, quaestione centesima sexagesima prima, articulo quarto, quae est pars temperantiae, vt supra dictum est, & est prima monachi virtus, teste Abbate Ioanne Thebeo, qui dicere solitus erat. Debet monachus ante omnia humilitatem habere, hoc enim est primum Saluatoris mandatum dicentis: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Cum omnibus humiliter se gerebat, commilitones ad humilitatem hortabatur, & saepius illos blandis verbis arguebat, qui erga se aliquod submissionis signum ostendebant, asserens se magnum esse peccatorem caecum, & surdum imitatus in hoc Abbatem Apollonium, qui se hedis Euangelij compara-

bar, propter hanc animi dimissionem cum humilibus, infirmis etiam, ac pueris versabatur, & magnarum vulnus, & potentiorum visere limina reuebat, si forte contemnebatur, Deo gratias agebat, quia qui re vera humilis vult esse, debet ea, quae ab alijs imponuntur viriliter ferre & non odiosa verba effundere, vt dicebat Abbas Seraphion. Prioratum monasterij Valentini omni conatu recusabat (quod & alij Sancti Viri fecerunt, vt Abbas Patritius, qui Prioris officium dimisit, periculum, & iudicium metuens, magnorum n. virorum esse dicebat pascere rationales oves, ac se venisse in monasterium, vt sub obedientia viueret) quod cum obrinere non potuisset, contulit se, vt fama ferretur, ad cubiculum illius S. viri Vincentij Ferrerij, seque humi prostravit, & fluentibus vberum lacrymis dicebat, quod sibi vires impares huiusmodi officio, & dignitati, & propterea ex corde supplicabat, vt ipse esset Prior, & Prioris officium exercere dignaretur; postquam cum pedes imaginis Sancti Vincentij velle deosculari, vt eadem fama ferret, ille miraculose renuit. Neque hoc loco clarum humilitatis exemplum silentio praeterendum est: Venerabilis, & nunquam satis laudatus vir, frater Nicolaus Factor Ordinis Minorum de obseruantia, cuius vitae puritatem examinandam commisit felicis recordationis Paulus Quintus, de mandato Serenitatis Vestrae examinatur, cum inuississet Beatum Bertrandum & quantum in se erat, curaret, vt manus illi deoscularetur, semper Vir Sanctus renuit, & cum ad pedes se proiecisset, vt deoscularetur, eadem constantia renuit, cum postmodum ad Sancti Vincentij cubiculum peruenissent, inquit Beatus Nicolaus. Non multos post annos cubiculum huic simile aspiciemus, intelligens de cubiculo Beati Ludouici, cui Sanctus hic Vir, in hac verba respondit. Haec mihi misello peccatori dicis, hec ad meam mortificationem, & confusionem profers, mane de hac re confiteare, sciebat enim Beatus Ludouicus, quod de hominibus semper dubitatum est, donec de corpore egrediantur, quia licet Religiosus mortuus sit saeculo, nondum tamen hostis humani generis mortuus est, cuius innumerabiles sunt artes, vt Virum venerabilem dicere solitum, legitur apud Ruffinum lib. 2. num. 116.

Prædicta omnia optime probantur ex testibus super 12. interrogatorio scilicet 26. 37. 39. 40. 49. 50. 56. 84. 101. 103. 106. 151. 156. 158. 194. 259. & super 8. articulo deponunt testes 6. 10. 6. 18. & etiam super 13. interrogatorio 37. 40. 50. & 69. & super articulo testis 103.

De dono Prophetia.

Quamuis sanctitas ad essentiam Prophetiae non requiratur. S. Thom. 2. 2. quaestione 171. articulo 4. si tamen illa cum miraculis, & sanctitate vitae coniungatur, multum confert ad hoc, vt quis in Sanctorum numerum possit adscribi. DD. in cap. 1. de Reliq. & Vener. Sanctor. Beatum autem Ludouicum habuisse donum Prophetiae, satis ex sequentibus constabit, & licet testes sint singulares, tamen cum non intendamus probare actus particulares Prophetiae, sed id, quod ex dictis actibus resultat, scilicet donum Prophetiae, ad hoc probandum sufficiunt testes singulares. Cald. conf. 5. de testib. Gemin. conf. 117. num. 2. & 4. & seqq. Bald. conf. 43. n. 7. lib. 5. Anchar. conf. 277. num. 11. & 419. num. 13. & conf. 276. in fin. Hic autem constat ex testibus, quod Beatus Bertrandus occultas cogitationes, & secreta cordis reuelabat, praedixit fore, vt N. Religiosus dimitteret habitum, vt euenit, in confessione detexit casum occultum, miserabilem Regis Portugalliae obitum ante alicuius nuntij aduentum cognouit, multorum mortem praedixit, vt

super 13. deponunt testes 29. 151. 156. 197. 160. 37. 199. 7. 64. 13. & alij.

De dona Spiritus Sancti.

Non est ambigendum Dona Spiritus Sancti ad salutem esse necessaria. S. Thom. 1. 2. q. 68. art. 2. quae fuisse in B. Ludouico pater, si ea, quae dicta sunt de virtutibus, breuiter percurramus. Donum intellectus, & scientiae colligitur ex ijs, quae de Fide diximus. S. Thom. 2. 2. quaest. 8. art. 2. & seqq. sapientiae Donum, quod importat rectitudinem iudicij secundum rationes Diuinas. S. Thom. 2. 2. q. 45. art. 1. nobis ea demonstrant, quae supra dicta sunt de magnitudine fidei.

Cum vero etiam supra ostendimus perfectam B. Ludouici prudentiam, quae est in omnibus habentibus gratiam, & sola prudentia dicitur. S. Tho. 2. 2. q. 47. art. 14. necessario inferendum est habuisse donum consilij. S. Thom. loco praecitato q. 57. art. 1. in respons. ad 1. Et cum late supra dixerimus de eius oratione, deuotione, & alijs actibus ad Religionem spectantibus, satis apparebit habuisse donum pietatis erga Deum; Donum autem fortitudinis in eo fuisse satis liquet ex ijs, quae de eius fortitudine diximus. S. Tho. loco supra alleg. q. 139. art. 1. & 2. Donum vero timoris habuisse manifestissime constat, si eius temperantiam, & spem inspiciamus. S. Thom. dicto loco q. 141. art. 1. & q. 19. art. 10.

De magno populi concursu post obitum B. Ludouici ad osculandum eius manus, & pedes.

Euolauit B. Ludouicus Bertrandus ad caelestem beatorum mentium patriam laborum praemia recepturus anno a Vi ginis partu 1581. septimo Idus Octobris, quo die Festum SS. Dionysij, Rustici, & Eleuterij Martyrum celebratum. Hoc audito magna populi vtriusque sexus, & ordinis, tum ex Ciuitate, tum ex locis vicinis frequentia concurrat, inter quos & clarissimi Proceres, Dux videlicet Cardona, Magister Mantefia, Christophorus de Cardona, Almirantes Aragoniae, Ioannes de Borgia, Commendator maior Montisae, Marchio de Nanarres, alijque quamplures Proceres, equites & nobiles, qui omnes eius manus deosculari, & vestes scindere sancte cupiebant, vt tanquam reliquias venerarentur: Eius corpus pheretico impolitum (praclarum Religionis exemplum) proprijs humeris a sacratio ad Ecclesiam detulerunt non minus nobilitate, quam pietate celebrandi. Dux Cardona, Magister Montefia, Almirantes Aragoniae, & Commendator Maior Montefia, alijque quamplures equites, & Domini supponentes humera pheretico funus ducebant, tanto usque erat concursus populi, vt ad tollendas altercationes, & rixas, & ne B. corpus, & habitus scinderetur, custodiam Proregis accederet, nec statim completo funere cessant frequentia populi, sed per multos dies maxima perduravit, & ad hanc usque diem perdurat, vt n. ox dicitur. Quod pietatis & Religionis officium non est nouum in Ecclesia Dei, neque in religiosissima Ciuitate Valentina, quae similia obsequia praestitit in obitu S. Thomae Eleemosynarij eiusdem Ciuitatis Archiepiscopi, vt in eius relatione superioribus annis S. mem. Paulo V. facta de duximus. Deponunt haec super 16. art. testes 36. 37. 48. & 49. & alij, & super 11. interrogatorio testes 106. 244. & super 13. interrogatorio testes 36. & 91. Populi deuotionem mirabilibus signis comitatus est Deus, vt B. Viri sanctitatem ostenderet, corpus eius, quod odore fragrabat incognito, caelesti splendore vsque quaque circumdedit, & suauis de super Beatorum spirituum armonia audita est, vt latius infra de miraculis dicitur. Ingens est vsque ad haec tempora populi frequentia ad eius sepulchrum, quod conditum est in Ecclesia sacri Ordinis Praedicatorum, restantur eius sanctitatem continua,

& innumera donaria ex iuro & argento in accepta gratiae signum appositae, cereae imagines, appensa sepulchro tabellae, quarum maxima series visitur, ardent ante eius corpus fere semper nouem lampades argenteae vt super 27. artic. deponunt testes 13. 48. 56. 163. & 181. & noui quotidie miraculis eius vitae sanctitas declaratur. Ex quibus veram demonstrari sanctitatem necessario concludendum est, cum inuerrisimile sit, Deum per tantum temporis spatium fuisse permittitur, hoc sacrilegium per ea quae notant in c. 1. de Reliq. & Venerat. Sanct. Florin prin. Io. Andr. num. 3. vers. dicunt, autem, Anton. de Burr. num. 8. vers. quare, quae requirantur & cessat omnis scrupulus, si Populi consensus ad sanctitatem cum signis a Deo editis, & miraculis coniungatur.

De fama Sanctitatis.

Nedum in vita, sed etiam post felicissimum obitum B. Ludouicus tanquam vir maximae sanctitatis est habitus, cum adhuc viuens miracula ad Dei gloriam fuerit operatus, & illi vestimenta scindere, vt loco reliquiarum venerarentur, imo vt in specie deponit super 22. articulo 30. testis venerabilis Nicolaus factor frater minor de obseruantia, vir sanctitate praecclarus, & cuius hodie vita discutitur, dum litaniarum preces recitabat in sanctorum cathologo, B. Ludouicum apponebat dicens: S. Ludouice Bertrande ora pro nobis, & hoc est publica vox, & fama, quae probatur ex testibus super 22. art. 1. 26. 30. 49. 57. 156. 163. 206.

Hae fama sanctitatis comprobatur ex quamplurimis historiis, quae licet non sint antiquae, multum tamen operantur in hoc casu, cum B. Ludouicus 38. ab hinc annis obdormierit in Domino.

Et P. frater Petrus Gonzalez de mendoza ex ordinatione minorum, Archiepiscopus Granatenf. in historia Beatae Mariae Virginis de Salzedo lib. 4. cap. 13. dum refert litanias, quae ibi decantantur inter viros beatificatos, & beatificandos, qui in litaniarum precibus inuocantur ponit B. Ludouicum, per haec verba, Beate Ludouice Bertrande ora pro nobis, & refert in illa sancta Ecclesia os asseruari.

Gaspar Ascolanus in historia Valentiae tom. 1. lib. 5. num. 8. loquitur de B. Ludouico per haec verba Santo frater Luys Bertran Dominicanes, & in prima inscriptione, seu frontispicio primi, & secundi tomi eius imaginem collocat cum inscriptione, Sancti.

Vincentius Blacus, qui addidit vltimum volumen ad historias Aragoniae cap. 27. B. Ludouicum appellat sanctum, & virtutum Amatorem dum enim loquitur de fratre Dominico Eleemosinario haec verba vsurpat: fue muy alabado de S. Luys Bertran per las grandes virtudes, quae en el resplendezi an, profunda humilitad, y caridad, &c.

Frater Didacus de Niepe ordinis S. Hieronymi episcopus Taraconensis, & Philippi secundi Regis Hispaniarum a sacris confessionibus, & confessor aliquando B. Virginis Tereciae fundatrix Carmelitarum discalceatorum in libro a se conscripto lingua hispanica de vita, virtutibus, & miraculis dictae B. Virginis Theresia, excussa Madriti de anno 1615. in prologo §. 4. cuius titulus est. Testimonio de las personas santas ch'aprouaron la vida, y libras de la Santa Madre, primo loco ponit B. Ludouicum Bertrandum, de quo sic ait, Cuya santidad & bien conocida en Espana, y fuera della, y la test fide de mas de sus muchas milagros el estar tan adalante en canonization &c. & lib. 2. cap. 1. refert epistolam ad B. Theresia a B. Bertrando transmissam, qua eam ex parte Dei certam facit de felicissimo suae Religionis progressu ante quinquaginta annos, quod euentus demonstrat.

Doctor Ioannes Franciscus Palumbus Clericus Regularis, edidit laculentissimam orationem de laudibus B. Ludouici impressam Romae anno 1611.

Thomas Bozius ex Congregatione oratorij, de signis Ecclesiae tom. 1. libr. 6. signo 19. cap. 12. post princ. vbi ex dono Prophetiae praecipua commendat B. Ludouicum, & libr. 7. signo 25. capit. 1. col. 2. in princ. sic ait. Aloysius Bertrandus ex ordine S. Dominici defunctus est vita anno 1581. cuius acta omnia Valentiae publicis testimoniis sunt examinata, & scriptis publicis consignata, multis in locis praesuit Dominicanorum familiis, & e superiori loco Euangelium Christi explicauit in Hispaniis, deinde in Indias occidentales traiciens inumeris gentibus Catholicam Doctrinam, verum Dei cultum tradidit, & cum loquerentur Hispanice, mirabiliter hoc accidebat, vt Indi qui Hispanice nesciebant, & varijs utebantur linguis, vim tamen verborum ipsius intelligerent inter eos mortuam Puellam reuocauit ad vitam, Venenum bibit abunde sine vilo nocumento, ad consignandam publico hoc miraculo suam Doctrinam, plurimos agrotos curauit, ac sanitatem restituit, omnium virtutum genere floruit, & ex Indijs reuersus Valentiam, decessit.

Iodocus Coccius de signis Ecclesiae libro 8. articulo 13. ante fin. haec de Beato Ludouico loquitur. Aloysius Bertrand. ordinationis Praedicatorum cum apud Indos concionaretur Hispanice, etiam ab ijs, qui Hispanice nesciebant, intellectus est, mortuam puellam reuocauit ad vitam, Venenum bibit absque nocumento, & quae futurae erant verissime praedixit.

Iacobus Gualterius Societatis I. E. S. V. in tabula Chronographica status Ecclesiae fol. 738. inter sanctos, & illustres viros illius temporis enumerat B. Ludouicum Bertrandum.

Alphonfus Villegas in libro, qui Flos sanctorum inscribitur in 3. parte. vbi praecleara de B. Ludouico refert & Christophorus Morenus in vita B. Petri Nicolai factoris.

Franciscus Gonzaga Generalis Minor, de obseruantia, in historia seraphica, dum loquitur de conuenu sanctissimi Nominis Iesu Valentino.

Gonzales Ponce de Leon, in libro Confraternitatis sanctissimi Nominis Iesu.

Christophorus S. luestranus in historia Petri Cenouichij. Denique B. huius viri praeclearam vitam obseruarunt, & commendarunt ex scriptoribus Dominicanis. Vincentius Instinanus Antist. in eius vita

Balthasar Ioannes Rocha  
Ioann. Vincencius Deghezla  
Seraphinus Ballius in libro de Beatis ordinis Praedicatorum.  
Ioann. Michael Pio de viti illustrium Virorum ordinis Praedicatorum tom. 1. lib. 4. c. 91.

De miraculis.

Ostensum est in praecedentibus Beatum Ludouicum in omnibus ita se exercuisse virtutibus, vt etiam ad effectum Canonizationis nullis amplius videatur opus esse miraculis, sed quia sacros. Ecclesia non consuevit absque miraculis aliquem in sanctorum albo describere cap. 1. de Reliq. & vener. SS. vbi Innocent. numero 1. Ioann. Andreas, numero 4. Butr. numero 7. & diximus in relatione Beatae Tereciae B. Xauerij, Beati Paschalis Baylon in titulo, De miraculis, & maiores nostri in Relat. Beati Hiacinthi folio 34. versicul. praemisit & in alijs, & clare colligitur ex ceremoniali Rom. libro 1. sect. 6. Ideo necessarium fuit in hac parte discutere, an B.



Ludouicus miracula patraue t ex quibus eius vita sanctitas clar us ostendatur. Est igitur miraculum teste Sancto Augustino in libro de utilitate credendi contra Manicheos capite decimo sexto, tomo sexto, quid arduum, & insolitum supra spem, & facultatem admirantis existens, & quia ordinem naturae tripliciter excedit, ita triplicem miraculorum ordinem constituit. Sanctus Thomas par. prim. quaestione centesima quinta, articulo octauo, in corpore & licet miracula cuiuscunque sint ordinis ad effectum Canonizationis sufficientiant, nec probanda necessario sint miracula facta dum viueret, sed satis sit constare de factis post mortem. Sanctus Thomas prima secundae, quaestione centesima septuagesima octaua, articulo secundo, in Corpore. Cassane. In Catalogo gloriae Mundi, part. tertia consider. quadragesima nona, in princ. atamen ad maiorem sanctitatis demonstrationem nulla habita ratione gradum ex multis, quae in processibus narrantur tam ante quam post felicissimum obitum factarelegimus, & concludenter probati censuimus.

VASTVM INCENDIVM RESINCTVM.

Cum in Regni Valentini pago villa de Albayda, Pastores, quo vberius insequenti anno herba proveniret, ignem stipulis demore iniecessent, accidit ut flante validius vento, proxima quaeque primum flamma cospiceret, dein latissime euagata horribili spectaculo, & ingenti mortalium terrore, toto monte fauaret: iamque ad Vineam monasterij, cui Bertrandus praerat, incendium properabat, cum DEI seruus certior factus, in aperta, fratribus suis comitatus, egreditur, flammaque conspecta euenatis in caelum oculis, sanctae Crucis signum velut benedictionem igni impetiturus, dextera efformauit; & ecce nulla penitus interposita mora flamma, ignisque omnis euauit mutatione tam reentina, ut ligna, quorum non parua copia comburi coeperat, dimidia sniparte vitalata, dimidia vero integra, & intacta ceterentur, & eodem in trunco velut exactissima quadam linea discriminentur, pro ipso benedictionis tempore, quo ad SANCTI VIRI fidem incendium Diuina potentia restinxit, plus minusue iam flamma corrolerat.

Probatum hoc miraculum ex duobus testibus contentibus capit. quoniam quadragesima octaua distinctio. capite placuit. secunda, quaestione quarta, capit. licet de Testibus qui cum Bertrando profecti sunt, ubi incendium per omnes montis partes iam iam Vineam combustum decurrebat, & praesentes fuerunt cum exasperata vento vis flammam facto statim per Beatum Bertrandum signo Crucis extinxit, quod autem haec ignis extinctio fuerit super totius naturae creaturam, clarum est, cum vires humanae tantum ignem in Monte, lignisque semiuultis debachantem vento maxime spirante, non possint vno oculorum ictu depellere, quem tamen Beat. Bertrandus diuini Amoris igne plenus statim extinxit. Simile legitur de Beat. Arnolpho, qui signo Crucis incendium, quod DA GOBERTI Regiam corripuerat, extinxit, ut refert BEDAE in eius vita tom. tertio.

SANATIO STRYMOSAE FOEMINA.

Sperantia Assentia Vi go, Incola Ciuitatis Valentinae exitabili struma in collo afflictabatur sanie febris horrendi, ac non circumstantibus modo, sed ipsum infirma intollerabilis, affatim ex vlcetibus,

profuente iamque ad Galliarum R gem deducta, neque contactu sanata fuerat; re denique penitus desperata, accidit ut a Iosepho Campio, cui Sperantia Mariterera vxor erat, prandio Bertrandus exciperetur; quo peracto, ipsa Iosephi coniux ad DEI seruum conuersa, est mihi, inquit, ex sorore nepis collo, miserandum in modum stuma vlcerato, quam vt praefecto Euangelio, manibus tuis tangere non graueris, enixe flagito, hoc enim pacto eam sanata restituendam confido. Respondit Vir Sanctus Peccatorem se neque suum esse vlcera, quod di immiseri, Casar Augustam eam ducerent ad quemdam curando huiusmodi morbo celebrem. Institer adhuc Mulier, tandemque vt acciri puellam iuberet impetrauit, adest misera, ducit eam ad cubuli fenestram Bertrandus, ac fidei, quae comprimendi febris gratia collo plurimae circumuoluebantur, ablatis, signo crucis partem affectum signat, vlcera deinde cuncta lingit, sanique exugit vniuersam, ac deglurit. O charitatem seculis admirandam omnibus? dardentissimi amoris incendium, hominum, & Angelorum laudibus praedicandis: Collo denique rursus cruce signato locum suum Bertrandus repetit, sedetque paulisper, lingua aliquatenus exerta, lucente vultu, ac in ecstasim raptio persimilis. Redditur illico puella sanitas, abscedit febris, vlcera desiccantur, paucisque post diebus relicta tantum cicatricibus integre consolidantur.

Probantur supradicta per depositionem ipsiusmet Sperantiae talis quinquagesima, in qua Beat. Bertrandus miraculum operatus est, & per alios duos testes scilicet quadragesimum & quinquagesimum primum, de visu, qui in ipso actu fuerunt praesentes, & quod supra dictus morbus esset struma clarum fit ex depositione eorundem testium, qui licet non sint in medicina periti, bene tamen possunt de qualitate morbi deponere, cum strumarum morbus adeo sit euident, vt neminem possit habere, vt loquitur Galen. de different. morborum capite quinto, littera D. classe tertia, quae etiam morbi qualitas comprobatur ex eo, quod dicta Sperantia sanitatis cupida profecta est ad Gallia Regem, quem notum est huic morbo mederi. Quod sanatio fuerit miraculosa pater ex serie facti, quia postquam Beat. Bertrandus strumas exuxit, nihil amplius inde postea effluxit sed statim sanata est, qui modus sanationis est supra vires naturae. Sanctus Thomas prima prima quaestione centesima quinta, articulo octauo, in corpore & prima 2da, quaestione centesima tertia, articulo decimo, in corpore. Bellarm. in cap. nec mirum numero quinto, vigesimo sexto, quaestione quinta, & diximus in relatione Beati Thomae de Villanoua, & Beati Paschalis de miraculis in principio. Immo cum dicta Sperantia alio die rogasset Beatum Bertrandum, ut se benediceret, vel tangeret, negauit ille affirmans nulla re amplius opus esse, & quamuis strumarum cicatrices & signa remanserint, vt supradicti testes affirmant, & Iudex, & Notarius attestantur, qui ipsam Sperantiam inspexerunt, hoc tamen veritati miraculi non derogat sicut nec est de necessitate, vt fiat sine dolore. Bellarm. in cap. nec mirum, numero quinto, vigesimo sexto, quaestione quinta, & diximus in relatione Beati Paschalis in septuagesimo miraculo. hunc vero factum fuisse magnum eximiae sanctitatis indicium notauimus in re fere simili in relatione Beati Xauerij in septimo miraculo ex Surio id adnotatis in vita Beatae Catherinae Senensis.

DE SPLENDORE IN EIVS OBIU VIS.

Voluit insuper Diuina prouidentia seruum suum Bertrandum, quem praclarissimis virtutum laudibus viuentem orauerat illustribus etiam praerogatis, morientem insignire; Cumenim venerabilis Viri anima a Corpore separaretur, luculenta quaedam lux, seu splendor instar lucidissimi radij ex ore moventis exire visus est, qui iustitiae totum cubiculum illustrans adstantes omnes, qui frequentes vndique conuenerant, non mediocri stupore, & gaudio affecti.

Factum hoc probant duo testes conrestes de visu. C. 7. & 8. qui lucem hanc seu splendorem ex ore Beati Bertrandi animam suo Creatori reddentis prodire viderunt & per testem 49. qui vidit quidem eodem tempore lucem magnam per cubile diffusam, sed propter altantium multitudinem non vidit illam ex ore procedentem; Quod haec lux seu splendor, aut claritas non esset ex aliquo lumine naturali, pater, tum quia exibat ex ore Beati Bertrandi dum Animam exhalabat, tum quia Claritas naturalis maxime quando est excellens corrumpit sensum, vt pater in sole, & igne: haec vero claritas, seu splendor mira quadam dulcedine; qui praesentes aderam, alliciebat, & oculos demulcebat. Dubitari tamen potest, an haec claritas fuerit similis illi, quae visa est a Iudeis in vultu Moysis Exod. capit. 34. vel illi, quam aliqui affirmant fuisse visam in vultu Beate Virginis a conceptu usque ad partum, & in alijs Sanctis Viris, An vero fuerit claritas gloriosa, sicut illa Beatorum. Quoad secundum probabile est fuisse claritatem Animae gloriosae ad Coelum ascendentis, cum anima tunc esset a corpore separata, & lux illa ex ore prodire in altum versus fenestram ascenderit, & notum est animas Beatorum luce circumdatas in Coelum deduci, vt Sanct. Iohannicius, de quo Surius in eius vita tomo 6. capit. 49. vidit quendam Petrum, qui tollebat in Coelos circumdatus gloria quadam, & luce ineffabili, & quidam Religiosus vidit S. Vuillibrordi episcopi Animam videri Surius vbi supra in eius vita capit. 24. refert cum magna luminis claritate ad Coelum Regna portari.

Nec obstat, quod claritas gloriosa non possit percipi ab oculo non glorificato, quia sicut claritas naturalis ab oculo naturali percipitur, ita claritas gloriosa ab oculo glorificato. Quia claritas Beatorum est vere claritas sensibilis, & licet non sit naturalis, potest tamen sentiri, & videri ab oculo non glorificato, sicut claritas naturalis Abulen. in Matth. capit. 17. quaest. 31. ad quarum argumentum, & comprobatur, quia Apostoli fuerunt praesentes quando CHRISTVS transfiguratus est ante eos, & respicendit facies eius sicut sol, vestimenta aure eius facta sunt alba sicut Nix, & tamen splendor ille CHRISTVS transfigurantis, quem viderunt Apostoli, erat claritas, qualis est illa, qua glorificantur corpora beatorum, vt eodem capit. 33. affirmat Abulen.

Quod si haec opinio alicui non probatur, dicendum est, claritatem illam fuisse similem claritati Moysis, & Beatae Virginis de claritate naturalis conditionis, & habuisse aliquam simili ad nem cum claritate gloriae, sed equiuocam, sicut fides habet quaedam similitudinem cum visione Patriae, sed non sunt eiusdem generis, vt docet Abulen. in Matth. capit. 17. quaest. 33. & 35 de claritate, seu splendore Moysis & B. Virginis.

DE SPLENDORE CADAVERIS.

Tanto insuper tamque admirando splendo-

re Beati viri cadaver coruscavit, vt circumstantes haud secus, ac in limpidissimo speculo proprias effigies in lucentibus eiusdem carnibus intuerentur, & non mediocri animorum letitia perfusi gratias Creatori in Sanctis suis mirabili haberent, vt bene deponunt & probant testis 36. 37. 91. & 244. qui omnes supra dictum splendorem vident.

Et ad eandem claritatis naturam referendus est ille splendor, qui visus est in eius facie, postquam strumas exuxerat, vt in miraculo de quo splendore concludenter deponunt testes de visu 40. 50. & 51.

DE COELESTI HARMONIA, PRIUS QUAM CADAVER EIVS SEPULCRETUR AU-DITA.

Accessit praedictis suauissima caelestis harmonia, quae dum Bertrandi corpus in Ecclesia, vt assoler, inhumatum paulisper asseruaretur, a compluribus tam in Ecclesia, quam in monasterio ei contiguis existentibus mira animorum oblectatione audita est.

Vt probant 7. 91. 149. & 158. testes de auditu ex certa scientia, qui etiam bene probant suauissimum hunc concentum, neque in Ecclesia, neque in vicino, imo in nullo Ciuitatis loco fuisse factum ea die, & quod ipsi testes diligenter inspexerunt, an ex aliqua Ecclesiae parte prodiret mulicorum arte concentus & re tota bene perspecta concluderunt caelestem fuisse armoniam ad declarandam Beat. Ludouici sanctitatem. Nec mirum, cum plurimis consuerit Deus omnipotens signis demonstrare, quanti sit aliquis apud se meritis, musico praesertim Angelorum concentu, vt de Sanct. Othomaro in eius vita libro secundo, capite primo, legitur apud Surius tomo 6. sub die 16. Nouembris, & de Sanct. Vuillibrordo idem Surius narrat in eius capite vigesimo quarto, sub die 7. Nouembris, consona canentium laude ab Angelicis exercitibus in beatarum mentium domicilium fuisse asportatum, & de S. Episcopo, qui ante obitum caelestem armoniam ab australi parte ad oratorium vbi aderat propientem audiuit in Ecclesiastica historia gentis Anglorum libro quarto, capit. 3. Venerabilis Beda testatur.

DE FRAGRANTIA CADAVERIS.

Aderat praerera fragrantissimus odor, qui e toto Cadauere exhalans grauisimo adstantium oblectamento per vicina quaeque loca diffundebatur, cognoscique minime poterat, cuius rei fragrantiam imitaretur, prorsus vt Caelesti potentia productus videretur; sicut est octauus, quadragesimus nonus, centesimus sextus, & ducentusimus quadragesimus quartus, affirmant; itaque cum ex corpore corruptioni exposito huiusmodi odoris fragrantia proveniret, nullumque extra, vel intra corpus appositum fuerit odoris condimentum, miraculo adscribendum est, quia vt inquit Beat. Gregorius in homilia trigesima octaua, ipsa corporis mortui fragrantia, & odoris suauitas ostendit in illo corpore autorem suauitatis existere, cum pertineat ad representandum effectum gratiae, Sanctus Thomas in tertia part. quaestio. octuagesima tertia, articulo quinto, ad secundum, & diximus in relatione Beati Theresiae in secundo miraculo post mortem; vbi similia exempla retulimus, & in relatione Beati Isidori in primo miraculo prope finem; in Relatione Beati Paschalis in tertio miraculo, & de Sancto Othomaro narrat Surius in eius vita sub die 16. Nouembris lib. o secundo capit. 1.

SANATIO MORBORVM CAPITVM.

Vrsola Soler Incola Ciuitatis Valentinae filiam multis in capite morbis laborantem habebat, ad eo vt defluentibus omnino capillis, & eorum radicibus enullis, caris etiam ipsa decideret, multi porriginem, aliis strumam id morbi genus nuncupantibus, eoque diuersimoda remedia adhiberentur, tantum absuit vt sanitatem agra consequeretur, vt potius magis in dies infirmitas ipsa ingravesceret: Duxit Puellam Mater ad Venerab. Bertrandi sepulcrum, nouenam ibidem de more peracturam, & non modico animi feruore Sanctum Deum seruum, vt filiae recuperandae sanitatis mediator existeret, rogauit; Ac prima die oleo vnus ex lampadibus ante sepulcrum ardentibus filiae caput vnxit, cumque a circumstantibus reprehenderetur, eo quod olei ipsius humiditas augendo morbo esset idonea, magna nihilominus fide in incepto persistit: Adfuit Bertrandi auxilium, ac tertia nouenae die capilli in puellae capite conspecti sunt, quibus iugiter crescentibus prorsusquam nouena perficeretur, tam perfectam sanitatem infirma affecuta, ac si nullo vnquam morbo laborasset.

Quemadmodum inquit Actius libro sexto, capite quinquagesimo quinto, quaedam plantae humoris proprii penuria tabescent, ita & capilli succorum prauitate corrumpi solent, & humidi quidem paucitate caluities, prauitate vero Alopecia, & Ophiales generantur, aegritudinis nihil specie sed figura tantum, ac nomine differentes. Siue igitur mulier haec laboraret defuio capillorum, siue porrigine, siue alio morbo, certum est ex teste octuagesimo secundo, quae puellam oleo, & aqua lampadis vnxit, ex dicto ipsiusmet Puellae testis octuagesimus quintus, & testis octuagesimus tertius, de certa scientia probari defectum capillorum & cutis ex quoctunque ille morbo proueniat.

Quod vero capilli capitis miraculose, & intercessione Beati Bertrandi renati fuerint, quaedam ex morbi genere, ex cuius malitia omnes defluxerant, & ex breuitate temporis quo puella pristinam capillorum longitudinem & stabilitatem consecuta est, quam naturaliter consequi non potuisset, siue capilli sint animati, vt voluit D. Thomas in quarto, distinctione quadragesima quarta, quaestione prima, articulo secundo, quaestione tertia, Scotus in quarto, distinctione tertia, quaestione vnic. articulo septimo, & crescerent attracto, susceptoque intus alimento, & in eorum substantiam conuersos: siue sint inanimati, vt voluit Conciliator differens 34. Fernellius libro secundo, Physiolog. capite secundo, & cresceret materia ad illorum radicem paulatim congesta, quod vocant accrementum per iuxta positionem, siue talis esset morbus quo cessante Capilli sponte renascerentur.

OCV LORVM VSVS RESTITVTIO.

Puella quaedam sextum aetatis annum agens filia IOANNIS SEGARRAE Incolae Ciuitatis Valentinae, oculorum vsu penitus capta fuit, & plurimis varij generis remedijs frustra adhibitis, cum toto biennio sic affecta permanisset ad Coeleste auxilium Pater eius confugiens, Bertrandum, vt sanitatem filiae a Deo impetraret, rogauit, eamque ad fontem in loco de Ruffassa existentem, detulit, e quo venerabilis Dei seruus bibere solitus erat, cuius aqua semel, atque iterum filiae oculos lauit, & illico nulla penitus intercedente mora pristinum oculorum vsu Puella recuperauit, & ab omni in posterum impedimento libera permansit.

Hoc miraculum probant Pater ipsius Puellae, qui illam ad fontem sanctum detulit, & aqua oculos lauit testis 224. & testis 223. frater Puellae sanctae, qui Patrem fuerat comitatus & testis ducentessimus vigesimus sextus, qui erat praesens, dum haec agerentur.

Quod Puella fuisset omnino caeca per duos annos probatur ex dicto supradictorum testium Patris, & Fratris, qui tanquam bene informati concludenter probant Puellam nihil vidisse, & opus fuisse patre duce, vt ad fontem iret. Barthol. in l. 2. ff. de bonor. poss. fur. infan.

Et licet testes non deponant quo morbo, quae de causa Puella in caecitatem incidit, ex qua forte posset cognosci an careret vtraque acie oculorum, quae carentia requiritur ad hoc, vt aliquis caecus dicatur. Natta consilio ducentesimo decimo numero secundo, tamen satis est quod testes deponant quod puella habebat oculos clausos, & quod nihil videbat. Barthol. in l. mutus, numero secundo, in fin. Digestis de bonorum possess. furiosorum competens, nec est necessarium ad hunc effectum causam caecitatis asserere, quae potest esse multiplex, vt videre est in tracta. De oculis apud Galenum class. septim.

Quod, postquam oculos aqua lauit, optime viderit probant omnes tres testes scilicet 223. 224. & 226. & experientia rem comprobare voluerunt, quia proiecerunt in terram frustulum panis, vnum nummum, & acum, & ipsa Puella omnia accipiebat.

OCV LORVM SANATIO.

Gaspar Ramirez Incola Ciuitatis Valentinae quintum aetatis annum agens, tantam oculorum aegritudinem contraxit, vt videndi facultatem quasi penitus amitteret, cumque in hunc modum biennio laborasset ingravescente sensim morbo oculorum vsu omnino destitutus est. Ateroque biennio elapso, cum a Nouerca moneretur, vt Ludouicum Bertrandum recuperandae sanitatis mediatorem inuocaret, & nouenam apud eius sepulcrum, vt ibidem fieri assolet, celebraret; Ad Beati Viri tumulum sese contulit, & quam potuit feruentissime, vt sanitatem sibi a Deo impetraret, rogauit, & nonnullis Nouenae diebus transactis, oculos nouas Bertrandi sepulcro applicuit, cumque hoc nona vice faceret, oculi illico aperti sunt, & ingens aquae crocae copia ex eis manare cepit, qua iugiter defluente, visum paulatim recuperans domum se cum gaudio contulit, cumque eum vt oculos aqua abstergeret Nouerca admonuisset, nolle se respondit, confidens Bertrandum absque vllis medicamentis applicatione sanitatem sibi impetraturum: ac ad sepulcrum, vt nouenam perficeret, reuersus, clariore sibi continue oculos effici animaduertit, adeo vt nouena peracta, pristina se illorum sanitate donatum conspiceret plane ac si nullo vnquam oculorum morbo laborasset.

Siue morbus hic oculorum fuerit suffusio, siue offuscatio aut debilitas visus, siue caecitas, miraculosam fuisse sanationem, dubitari non posse censuimus, nam ipsemet testis ducentessimus vigesimus octauus, qui visum, seu visus claritatem recuperauit deponit se parum, aut nihil vidisse, & quod sibi quis erat dux ad ambulandum, concordat testis ducentessimus vigesimus nonus, quae etiam addit dictum Gasparem duobus vltimis annis ideo caecum fuisse, quod illum in domo, & extra illam ducebant, & testis ducentessimus trigessimus, de-

ponit per haec verba: Per multos annos caecus permansit, quod minime videbat tamen quod illum ducebant, & sine duce mouere se non poterat, neque ad aliquam partem ire, & hoc modo illum vidit ista testis multis annis. Itaque videtur lex haec probata esse caecitas Barthol. in l. mutus numero tertio, Digestis de bonorum possess. furios. compet. Angel. in §. caecus. Instit. qui testament. facere poss. & voluit DD. statutum puniens excocantem habere locum in eo, qui ita lumen impediunt, quod non possit inde videre lumen, licet oculos non effoderit. Castrensis. in l. bis aedes numero secundo, Digestis de seruit. V. ban. predic. Bald. ibidem numero primo. Natta consilio ducentesimo decimo numero primo, sed quia ipsemet testis, qui sanitatem pristinam consecutus est, deponit se parum aut nihil postremis duobus annis vidisse, licet sine duce se mouere non posset, vt cautius ageremus, quia de euidenti, & perfecta caecitate poterat dubitari, conclusimus constare de miraculosa sanatione, non autem de caecitate scilicet perfecta.

Nec excellentiae, & perfectioni miraculi detrahit, quod recuperatio visus facta sit paulatim, dum ipse nouenam celebrabat, & quod ea perfecta visum perfecte recuperauit, quia haec potius dicenda est multiplicatio miraculorum sine diuisione miraculi, quam successiua sanatio, sicut de Caeco illuminato, qui prius vidit homines, tanquam arbores ambulantes & deinde vidit omnia clare, vt aduertit Abulens. in Marthea capite octauo, quaestione decima quinta.

CONCESSIO LACTIS.

Andreae Alreus Incola Ciuitatis Valentinae cum post tertium puerperium adhuc lacte careret: Ideoque filios nutriticibus a' endos tradere cogere, varia remedia eliciendo lacti idonea tentauit, cumque inter carera familiae suae praecipisset, vt si quidpiam fortasse lactis extrahere valeret, pertinacius exurgeret, tantum absuit, vt voto potiretur, vt imo sanguinem non modicum bis, tertie inde educeret. Accidit vt Nutrix, quae tertium eius partum (duo enim praemortui erant) alebat, morbo correpta obscuro muneri vaca e minime posset, & ipsa Mater de nutritica sollicita non mediocriter angeretur, cumque vt se Bertrando commendaret a sorore fuisset admonita, nouenam apud Venerabilis Viri sepulcrum, vt ibidem moris est, pro lactis impetratione, celebrare promisit, iamque sextus nouenae dies complebatur, cum plurimo repente lacte abundauit, adeo vt nullo negotio filiam alere valeret.

Quod mulieri lac ad pueros alendos omnino defecit probat vtriusque testis octuagesimi primi & octuagesimi tertii dictum, & experientia, nam familia ipsius ANDREAE hic ex mammillis exurgente sanguis effluxit, quod euidentis indicium est carentiae lactis, quod nihil est aliud, quam sanguis in mammillis albificatus, cum ex sanguine exacte cocto generetur, Galeni de vsu part. libro decimo sexto, cap. de decimo, littera C. fol. 219. natura vero, ne crudelis videretur, de albedo sanguine voluit pueros nutrire, vt loquitur Rondelcius apud Forestum obser. libro 17. obser. 16. Cum igitur multum sanguinis esset in corpore, & ad mammas non perueniret nisi violenter attractus, signum carentiae satis esse videtur, aut venarum angustia vel earum obstructio, vt voluit idem Forestus dicta obser. 16. in S. holiis, quo morbo tam inneterato, cum dicta ANDREAE fuerit ad interces-

fontem Beati Ludouici incontinenti liberata & lactis copiam fuerit affecuta, in hoc etiam Dominum nostrum sanctitatem Beati Ludouici ostendere voluisse gentibus concludendum est.

SANATIO VLCE ROSI ABSCESsus.

Isabella Ioanna Salon Incola loci de Benefataig vlceroso quodam abcessu in maxilla dextera per multos annos laborauit, tam foetida inde sanie promanante, vt inter homines versari erubesceret: Ac varij generis remedijs frustra tentatis, cum ad Ecclesiam Sancti Dominici se contulisset, venerabile Bertrandi corpus nondum sepultura conditum conspexit, ac ipse plena Virum Sanctum, vt sibi recuperandae sanitatis apud Deum mediator existeret, inuocare cepit, & feretro appropinquans manum defuncti apprehendit, partemque affectam ea terigit, ac ter cruce signauit, & illico ab omni prorsus morbo libera euasit, cicat. ice tantummodo ad miraculi memoriam relicta.

Miraculosam hanc sanationem probati censuimus ex dicto ipsiusmet Isabellae testis septuagesimae quintae & ex dicto testis sexagesimae sextae, quae fuit praesens dum dicta Isabella accessit ad corpus Beati Bertrandi iacentis in phretro, & suauit Isabellae vt in locum eminentem ascenderet, quo ipsius manu, vel veste suas plagas tangeret, postquam vnacum Isabella rediit ad Domum, vbi perspexit illam omni morbo fuisse liberatam, sicut die sequenti hoc idem asserit testis sexagesima quarta, quae die antecedenti suaserat dictae Isabellae, vt ad Ecclesiam Praedicatorum, vbi corpus Beati Bertrandi aderat se conferret, & in ipso examine ipsimet Commentarij locum plagarum, vbi facta fuerat sanatio cum cicatrice inspexerunt, quae sanatio cum perpetua fuerit, adhibenda est miraculo, quod Deus ad demonstrandam Beati Ludouici sanctitatem operatus est. Sanct. Thomas 22. quaestione 178. articulo secundum. in corp. cum Magorum seu Demonum miracula vana sint. Sanct. Thomas in prim. part. quaestione 114. art. culo. 4. ad ad 2. Albert. Magnus in 2. senten. dist. 8. articulo 11. Sanct. Apostol. 2. Erad Thes. 1. vbi loquens de Antichristo, cuius est, inquit, aduentus secundum operationem Satanae in omni virtute & signis, & prodigijs mendacibus.

SANATIO A FEBRE DISSENTERIA, & hernia.

Erat Isabella Gerbae Incolae loci de Cataroia filius viginti tres menses natus. huius, ac dissenteria laborans iuncta in super hernia tam vehementi, vt defluentibus in scrotum intestinis humani capitis magnitudinem tumor aequaret, intellexit in loco de Ruffassa prope Valentinae Ciuitatis moenia fontem adesse, quem Bertrandus benedicere, & eius aquam bibere solebat, multosque in eodem locos, vel ex eo bibentes Sancti Viri precibus sanitati restitutos; Decreuit itaque eo melleum filium suum deferre, vt ipsi quoque Venerabilis Dei seruus opitulareretur: Detulit, ac denudatum ter Vmbilico tenus sancti immerisit, & intimo cordis feruore Bertrandi opem postulauit, & illico cum tertio Puerum extraheret sanum omnino tam ab hernia, quam a reliquis infirmitatibus conspexit, adeo solidato & in pristinum corpore restituito, vt ne ipsius herniae foramen quidem diligenter querentibus appareret.

Hoc miraculum probant duo testes contestes scilicet mater ipsius Pueri testis 60. quae ipsum Puerum



ter immerfit in aqua, & foror e uſdem Pueri teſtis 59. quæ præſens erat, dum hæc omnia facta fuerunt.

Instantaneam ab Hernia, febrī, & diſſenteria ſanationem fuiſſe miraculoſam ostendit ipſemet modus operationis, qui cum fuerit iſtanteus, & ſine aliquo medicamento, non poteſt in cauſis creatas referri.

Quod ſi dicatur aquam illius fontis hæc eſſe prædictam proprietate, ut herniæ medeatur, ſicut plurimæ aquæ vim habent ſanandi vlcera, & vulnera & luxatos, cox indices, fractosque iuuare, & aliis pluribus morbis mederi, ut late refert Plinius libro 31. capit. 2. Reſponderetur hoc eſſe diuinare & eſſe medicamentum herniæ contrarium, nam ut docet Auicenna libro 3. fe. 2. 2. tract. 1. capit. 4. Emollientia omnia, cuiuſmodi eſt aqua, immo etiam Balnea curationi herniæ eſſe contraria, & ibidem adnotat additionator. Vterius Puer hic laborabat diſſenteria, cuius quatuor ſpecies omnes tamen cum ſanguine in tertio de Symptom. cauſ. 2. Galenus enumerat, & febrīangebatur, quorum morborum curationem impoſſibile videtur fieri potuiſſe ab aqua vnius fontis, quæ ex communiter accidentibus lolet morbi vim potius augere, quam pellere, & præfertim in puero debiliſ natura doloribus extenuato, & qui 23. menſes non excedebat, & comprobatur, quia huiuſmodi aqua nullo morbo medetur, cum de hoc nihil deponant teſtes, ſuper quo tamen verifiſimiliter depoſuiſſent, ſi ex naturali virtute ſons ille morbos ſanaret, cum fuerint interrogati, An aliquo medicamento, vel verba fuerint adhibita in tali ſanatione; imo teſtis 47. qui febrī laborabat, ut mox dicitur, tanquam febrī contrariam reſpuebat aquam bibere, licet ad bibendum Beatus Bertrandus hortaretur, & ſi conſtaret hunc fontem habere vim aliquam huiuſmodi morbos ſanandi, adhuc nihilominus ſanatio eſſet miraculoſa, cum natura non in iſtanti, ſed per alterationes, & varias mutationes operetur Archid. 26. quaſtione 5. capit. nec mirum, numero ſexto, & ſummuſ in relatione Beati Paſchalis Baylon in quarto miraculo. Concludendum eſt igitur hanc ſanationem fuiſſe factam ad interceſſionem Beati Bertrandi, cum ad illius invocationem, & aquæ per ipſum benedictæ contactum, ſtatim Puer ſanitatem recuperavit, ut conſuevit Auditoribus in relatione Beate Franciſcæ par. 3. articulo 3. mirac. 10. & art. 6. mirac. 4. in fine.

Exiſtentiam autem huius fontis in termino loci de Ruſſa extra muros Valentia præter teſtes ſupra citatos in 8. miraculo, & infra citatos in 13. & 14. miracul. probant teſtis 32. & teſtis centefimus ſecundus, qui etiam deponunt Beatus Ludouicum cum fuiſſet inſirmus, rogatum acceſſiſſe ad hunc fontem, & illum benedixiſſe, immo teſtis 42. & teſtis quadrageſimus ſeptimus, deponunt Beatus Bertrandum inueniſſe iuxta fontem quemdam agrotum, quem cum eſſet hortatus, ut biberet ex illa aqua, & ille recuſaſſet, dicens, febricitantibus eſſe noxiam, iterum illi ſuaſit, ut biberet, & cum biberet ſtatim febris expulſa eſt, quæ per ſex menſes illum detinebat, & omnino ſanus euasiſt.

#### SANATIO A PARALYSI.

Anna Monfort Incola loci de Ruſſa Valentia diæceſeos graui quadam inſirmitate correpta, & ex ea paralytica effecta fuit, cumque longo iam tempore decubuiſſet, ac nulla amplius in medicis ſpes eſſet, quadam nocte adeo vi morbi oppreſſa eſt, ut ore, miſerandum in modum, diſtorto, & albetibus oculis morti proxima videretur. Ad Ber-

trandi igitur opem feruente cordis affectu, conſigit, & recordata cuiuſdam fontis intra limites loci de Ruſſa exiſtentis, è quo Sanctus Dei ſeruus bibere, quemque benedicere ſolitus erat, & mediante cuius aqua non pauca Deus miracula parauerat, filio ſuo ut hauſtum ex eo calicem, quem biberet ſibi adferret iniunxit, & Bertrandum ut recuperandæ ſanitati ſibi apud Deum mediator exiſteret, enixe rogauit. Properauit filius, ac ut præceptum erat effectit, & aquam ſcutellæ impoſitam Manu porrexit, quem, cum prius monere ſi manuſque ori applicare minime poſſet, mirandum dictu, conſeſſum ac ſcutellam attingit, manus ſine impedimento ori admouit, & aqua bibita eodem plane temporis momento, os oculique in priſtinum ſtatum rediere, & à dicta inſirmitate libera omnino Anna permanſit.

Factam hoc probatur ex deſcriptione ipſuſmet Annæ teſtis quadrageſimus ſextus, quæ ſanitati ſuit reſtituta, & ex deſcriptione teſtis 45. qui aquam in Vina ad Matrem agrotantem derulit, & propinauit, & ex dicto teſtis ducentefimi nonageſimi, quæ cum ſit amica, & vicina domui agrotantis, quæ ibi facta ſunt ſcire præſumitur cap. quodam, & cap. quanto de Preſumpt. Barthol. de teſtimonijs numero decimo quarto, & ex dicto 216. & 47. teſtium de auditu ab ipſa Anna, quam ſuper hoc interrogauerat, cum illam priſtinæ ſanitati reſtitutam magna cum admiratione vidiffent.

Curationi Paralyſi aquam frigidam nocentem afferre, vel ex eo poteſt intelligi, quod illius cauſa, nerui exiccatio, incifio, vel ruptio, compreſſio, conſtipatio vel à cauſa frigida, vel ab humore replente, & hæc vel eſt externa ut eſt aqua, nix, glacies, vel aer frigidus. Vnde Galen. libro 4. de locis affect. capite quarto, refert Piſcatorem ex diurna mora in aqua incidiffe in Paralyſim: vel internæ ut vſus omnium frigidorum, de qua v. communiter ſcribentes & late Hercules à Saxonia libro primo, Panthei medicinæ capite decimo de Paralyſi.

Non obſtat quod aliqua aquæ ſanare poſſint Paralyſi laborantem, ut de Aquis Patavinis Bahuinus de aquis medicatis libro 3. cap. 5. in princ. Montagn. conſil. 303. & de alijs aquis idem Bahuin. libro tertio capit. 13. quia quicquid ſit de dicto horum Authorum, qui non loquuntur de hoc fonte, ſed de aqua minerali, vel medicata, vel in paralyſi cauſata à ſiccitate, non eſt veriſimile, quod huiuſmodi aquæ proprietates non eſſent cognita illius loci habitatoribus, ut ſupra aduertit, immo eſt inuertiſſimile, quod talis aqua habeat vim liberandi à Paralyſi, diſſenteria, hernia cum vomitu ſanguinis, & febrī, in quibus morbis contraria requiruntur medicamenta, maxime cum tales ſanationes ſiant ſiue aqua bibatur, ſiue quis mergatur in aqua, ſiue quis aqua ex fonte ſumpta ſe lauerit, & ceſſare videtur omnis ſcrupulus, quia aquam tanquam febrī noxiam inſirmus, de quo in 12. miraculo, biberet recuſabat, & quia omnes ſupra dictæ ſanationes factæ ſunt inuocato auxilio Beati Bertrandi, & ideo illi ſunt tribuendæ, cuius ſanctitatem voluit Dominus miraculorum claritate demonſtrare. Barthol. de teſtim. numero 57. in fine, & vnum eſt, quod etiam admiſſo quod talis virtus eſſet in aqua, non poteſt ab omni morbo indifferenter ſtatim liberare, & ſanitati reſtituere, cum natura per varias mutationes operetur, ut dictum eſt.

#### SANATIO AB HERNIA.

Hieronymæ Capell Incolæ loci de Ruſſa filius

ſequi-

ſequiannum natus ingenti hernia miſerandum in modum afflictuſ fuit, adeo ut in teſtina ſubinde foras prolabeſſet inuolucrum ipſius infantili corpore maius efficerent, quod quotiescunque fiebat tam grauiſ puerulus afflictabatur, ut per os ſanguinem euomeret. Accidit quadam die, dum in teſtina, ut ſolebant, foras prodiret, ut nonnulli ſalutis infantis auidi, Hieronymæ narrarent fontem ibi quemdam aſſeſſe, è quo læpius Bertrandus bibe e, quemque benedicere conſueuerat, illumque plurimorum in eo ſe lauantium deuotione frequentari. omiſit ea vice Mater Puerum ad fontem deferre, donec quodam die ad Patris ſui Prædium alteri, in quo ſons exiſtebat vicinum ſe conſerret, ubi cum iterum ſitulus eius hernia taliter afficeretur, ut omnia in teſtina è corpore prodirent; occaſione atrepta, magno deuotionis affectu Bertrandum inuocans puellam præ doloris magnitudine iugiter ſentem ad fontem derulit, ad quem cum perueniſſet, pannum quemdam, quo puer inuolutus erat, in dicto fonte madefecit, ac eo auxiliante ſore filij herniam lauit, cumque id bis, terue feciſſet, nulla plane mora interpoſita puer omnino ſanus euasiſt, præſe ac ſi nulla unquam inſirmitate laboraſſet, nec aliquo poſtmodum herniæ incommodo affectus eſt.

Ita deponunt, & probant rem totam Mater pueri teſtis quadrageſima ſecunda, & Matris ſore teſtis quadrageſima ſeptima, quæ puerum hernia laborantem tranſtulit ad fontem, & panno aqua fontis madefacto herniam lauarunt, & teſtis quinquageſimus tertius, qui ſuit præſens dum hæc agerentur.

Et quod ſanatio fuerit miraculoſa, probatur ex dictis in antecedenti miraculo, cum natura non poſſit inſtantea operatione vomitioni ſanguinis mederi, aut herniam ſanare.

#### SANATIO CONTRACTIONIS CRURUM, & ab vlcibus peſſimis.

Vincencia Morella Incola Ciuitatis Valentia ex quodam lapſu tam graui incommodo affecta fuit, ut retortis genibus, c. tribuſque contractis incedere nullatenus valeret; crura tamoribus coniuſta erant, genua ad os vſque pertingebant, corpus vlcibus peſſimis ſcætebat, tanta ex eis ſanie redundante, ut ſcutella exciperetur. Iamque per integrum ſere annum ex hoc morbo decubuerat, nulla in Medicorum auxilio ſpe reliqua; Cum quadam die tam vehemens proxiſmo correpta eſt, ut iam iam moritura videretur, poſt quem recordata ſonum ſe campanarum monaſterij Sancti Dominici, quem in funeribus pulſari ſolent, audiuiſſe, ad matrem conuerſa, Frater Bertrandus, inquit, mortuus eſt, iamque in eius funere campana pulſantur, & plura ſane miranda poſt illius obitu, quæ vita durante expectanda ſunt; quo intellecto Mater ſalutis ſilia anxia, miſit illico ad nobilem Virum Franciſcum Blanc ſingulari amicitia Bertrando coniunctum, ut ſi quod veſtimento eius fruſtum haberet, ad inſtrum tranſmittere non grauaſſetur: miſit id particulam tibialium, quam penes ſe adſeruaſſet; qua conſpecta maximo conſeſſim animi feruore Bertrandum inuocare Vincencia cepit, ut ſibi pro acquirenda ſanitate apud Deum mediator exiſteret, manu deinde particulam eam tenens vlcibus ſuis applicare, cruciſque ſigno quodlibet eorum ſignare aggressa eſt; & ecce rem magnam & vere præclaram ad venerabilis panniculi contactum brachia, & crura abſque nullo impedimento extendit, poſtquamque eorum vigo-

tem recepit, & eodem plane momento, quo vnumquodque vlcis eo panni fruſto tangebatur, ſiccum omnino conſolidatum ſanumque conſpectum eſt, & per vlcera Brachij quadam fruſta ex eiſdem oſſibus protulerunt, & ab omni penitus læſione morboque Vincencia libera permanſit.

Factum ita narratum probatur per teſtes de viſu XI. ſeptuageſimum ſextum, ſeptuageſimum nonum, & octogelimum, fuiſſe vero miraculoſam ſanationem, quibitari non poteſt, cum ſtatim ad tactum particulæ tibialium Beati Bertrandi vlcera omnia receſſerunt, & brachia, & crura contracta etiam ſtatim extenderit, quod eſt ſupra vires naturæ quoad modum operandi, quæ tantum ſucc ſiue per diuerſas alterationes operatur. Archid. in cap. nec miram, numero quinto, verſic. ſed ſi fiat, vigefimo ſexto, quaſtione quinta, imo plura ſunt in hoc factio miraculoſa: nam vlcera erant varia in loco diuerſo, & plures facti fuerunt contactus, duplextia erat morbus & ideo videtur quædam multiplicatio miraculorum per ea, quæ notat Abulenſ. in Matthæum capite octauo, quaſtione decima quinta, de cæco, qui priimum v. dit obſcure; & deinde claritas reddita fuit, vel ſaltem maius eſt miraculum plura vlcera vno, vel pluribus contactibus, quam vnum vlcis vno contactu ſanare, ſicut maius eſt miraculum decem mortuos ſimul ad vitam reuocare, quam vnum, licet tanta potentia ad vnum ſuſcitandum, quam ad decem ſimul requiratur. Abulenſis, libro quarto Regum capite quarto, quaſtione duodecima, prope princip.

#### MULTIPLICATIO PANIS.

Cum præſſet Frater Ludouicus Bertrandus monaſterio ſancti Honophrij prope Ciuitatem Valentia ſito, accidit quodam die, ut dum panis in loco de Muſeros nuncupato pro fratrum vſu coqueretur, famuli pluuia retardati cum adferre minime poſſent: iamque prandendi tempus elabebatur, cum ſanctus Dei ſeruus Frater Iosepho Gaſet, qui vices eius gerebat, ut nolæ pulſu Fratres ad menſam vocaret, imperauit, obediuit Iosephus, eique cuius id munus erat, ut pulſa et iniunxit, cui ille quid pulſem inquit, ſi neceſſaria panis quantitas minime ſupperit, nec præter pauca fruſta quicquam ſuperreſt? quin potius panem mox à famulis adferendum expectamus? quod Iosephus intelligens, & maio is certitudinis ergo oculari inſpectione cognoſcere volens, non niſi ſeptem panis fruſta ad eſſe reperit, remque ad Bertrandum retulit, quinihil? ut ad menſam pulſa iuberet denoto præ cepit panem aſſirmans non deſuturum. Quo peracto, cum fratres, qui triginta amplius erant, pranduri conueniſſent, omnes, mirandum dictu, de ſeptem illis fruſtis comederunt, & ſaturati ſunt, nec minor eo prandio panis quantitas quam ſolebat, aſſumpta eſt: tantumque inſuper panis ſuperſuit, ut reliqui fratres, & famuli, qui ſecundo loco de more comedeſſent, aſſatim eo ſatiar. ntu.

Miraculum hoc maximum ve æ ſanctitatis indicium probatur per duos teſtes, centefimum quinquageſimum quintum, & centefimum quinquageſimum ſextum conſeſſes, qui in loco ad comedendum deſtinato præſentes aderant, & de hoc pane ſupernaturaliter multiplicato comederunt, & per tres alios teſtes 159. 160. & 159. de aud tu ab illis, qui rem omnem exploratam habebant.

Quod alius panis, quam ſeptem fruſta non poſſet fratibus ad comedendam apponi, & quod alius panis non fuerit in reſectioſi transportatus, & quod plus quam 30. fratres de dictis ſeptē fruſtis abunde comederint & quod alias 60. panes non ſufficiebant,

affir-

affirmant duo priores testes, qui commestioni fuerunt presentes, & licet sit ex eadem Sancti Domini Religione, nihil tamen fidei eorum depositioni detrahitur, cum testes de vniuersitate pro eadem possint testimonium perhibere, quando de eorum singulari commodo non tractatur Bald. in cap. in super num. 3. & Felyn. ibid. num. 1. vers. est enim regula & alij DD. de testib. & late Rotam in Normeni ro. Decembr. 1603. & 15. Martij 1604. coram Coccino Rotae Decano: Quae conclusio procedit etiam si testes sint Religiosi, & agitur de probandis rebus gestis in Religione Dec. conf. 62. ante num. 1. Bald. in c. tertio loco num. 4. vers. fratres de Probat. Gloss. in l. idonei ff. de testib. & l. 1. §. sicut ff. quod cuiusquam vniuers. nomin. Afflict. dec. 400. num. 2.

An vero haec multiplicatio panis facta fuerit per creationem panis, vel conuersionem adiacentis, vel existentis aeris, vel alterius materiae in panem, in Relatione B. Thomae a Villanoua in primo miraculo in vita posito post tit. de fid. reliquimus indecisum cum sententiae sint probabiles. sed in Relatione B. Theresiae in art. 2. in primo miraculo in vita, & in relatione B. Isidori in secundo miraculo probabiliorem existimauimus opinionem, quae vult, huiusmodi multiplicationem factam fuisse per nouam materiae creationem ex S. Tho. 1. 1. quae. 92. art. 3. in respons. ad primum. Vnde S. August. in tract. 24. in Ioannem tom. 9. ait, quomodo Christus ex quinque panibus satiavit quinque millia hominum, quomodo ex paucis granis produxit multitudinem segetum, simile miraculum (vt omittam ea, quae Dominus noster operatus est) de pane, & oleo multiplicato ab Eliseo legitur 4. Reg. ca. 4. & de farina, & olei multiplicatione facta per Eliam 3. Reg. ca. 17. vbi Abulensis in q. 29. dicit multiplicationem olei, & farinae fuisse factam per creationem, non quod dem adiungendo quantitatem nouam farinae, vel olei priori farinae, vel oleo, sed interius ponens ita quod faceret istam quantitatem nouiter inductam esse quantitatem prioris olei, & prioris farinae, & utcumque facta sit multiplicatio certum est in utroque modo aequale miraculum inueniri, vt notat idem Abulensis vt supra.

Miraculum sanationis Claudi.

In atrio Palatii Archiepiscopalis saccus siliquis plenus, qui in istam per funes traheretur, fraeto tunc cruce utrumque Ioanni de Peduera rem subitus fenestram, vt sit aspicienti confregit, quo vulnere domum delatus, magnis agitatus doloribus in lecto decubuit: post nouem mensium curam torpentibus adhuc cruribus cum stare recte non possit duobus ad brachia fulcimentis huc illic paulatim, non tamen sine aliquo dolore ferebatur; tandem hortatu suorum ad B. Ludouici sepulchrum cum comite magno labore se contulit, vbi inuocato B. Bertrandi auxilio, statim perfecta Missa, quam in Altari maiore ad honorem omnium Sanctorum fecerant celebrari, perfectum iterum stabilitatem adeptus est, ita vt sine fulcimentis, & sine dolore domum redierit, nec amplius subsecutis temporibus illi vulnus dolorem incussit, aut vllis opus habuit fulcimentis, vt deponit ipsemet Ioannes testis 15, & testis 67. 68. & 128. ex quorum dicto supradicta series facti concludenter probatur.

Fractio crurum, & claudicatio facillime potest dignosci & probatur ex testibus, qui hoc viderunt, cum sit infirmitas patens oculis Bart. in leg. vnic. num. 5. C. de medic. valid. lib. 11. & in l. quaesitum in fin. ff. de iudic. Abb. in ca. tenor num. 2. de sentent. & re iudic. Dicitur vero Ioannem examinatum fuisse miraculose ex instantanea operatione demonstratur, quae cum supra vires naturae miraculo est adscribenda, vt in si-

mili conclusimus in relatione Beati Thomae de Villanoua post tit. de fide in secundo miraculo.

Sanatio mortifera Febris.

Isabella Vincentia Pryades Incola Ciuitatis Valentinae acuta, & mortifera febris correpta, eo reducta est, vt Medicis sanitatem omnino desperantibus habitum Sancti Francisci, parare ipsa praeciperet, cum quo sepeliretur, cumque iam ab omnibus pro mortua haberetur, a quadam propinqua sua famula, vt Bertrando se commendaret admonita est, quae Rosarium sibi ab eo traditum ad infirmam detulit, quo super eam posito cum intimo cordis affectu Bertrandum, vt recuperandae sanitatis sibi apud Deum mediator existeret: Isabella rogasset, eodem plane momento loqui cepit, cum antea ob vim morbi minime posset, & ab omni penitus febris libera remansit, plane ac si nulla vnquam infirmitate laborasset. Vt deponit ipsa met. Isabella testis 162. & testis 161. quae Rosarium Beati Bertrandi supra dictam Isabellam impositum, post cuius tactum ipsa statim incipit loqui, & omnino febris libera est, & cum huiusmodi operatio excedat facultatem naturae quantum ad modum & ordinem faciendi, ad tertiam partem quaelibet. 106. art. 5. in corpore.

De Validitate processus.

Supradicta omnia Pater Beatissime desumpta sunt ex processu duobus voluminibus composito, folio 2545. fabricato de anno 1596. auctoritate Apostolica vigore remissorialium, & compulsorialium de sacra Rituum congregatione relaxatarum: Nos autem in Beati huius viri sanctitate discutenda dictorum testium vti sumus vigore remissorialium receptorum, quos rite, & valide fuisse examinatos censuimus; processumque esse in forma probandi cum fuerit bene recognitus, vt apparet ex nostro Registro. Et quoad validitatem examinis attinet, praedicta sacra Congregatio commisit examen Reuerendissimis DD. Patriarchae Antiocheno, qui tunc erat etiam Archiepiscopus Valentinus, & Episcopis Marochitano, Segobriensi, & Oriolensi, cum clausula, Quatenus vos saltem duo ex vobis. &c.

Has litteras P. Vincentius Iustinianus Antist. legitimus Religionis Procurator, vt constat ex eius mandato fol. 14. & seqq. praesentauit dictis Iudicibus, qui illas acceptarunt, & in Notarium actuarium Casparem Ioannem Micon Notarium, & Scribam Curiarum Valentiae, & in Cursores Ioannem Ferret Nuntium Curiae Ecclesiasticae Valentiae nominarunt, qui iurarunt in forma de fideliter seruando, vt videre est fol. 4. a tergo, pro executione vero dictarum remissorialium deputarunt Palatum Archiepiscopale Valentinum, & pro loco loci illius aulam, & pro diebus examinis, dies Lunae, Mercurij, & Veneris, vt apparet fol. 5.

Et cum sacrae Congregationis visum fuerit ex abundantanti, quod Procurator Fiscalis tunc Iacobus Martotus citaretur, cum hic substituisset bono mem: Martinum Andream tunc Praepositum Valentinum, postmodum Rotae Auditor: in modo defunctum, vt de dicta substitutione apparet in eodem processu fol. 11. praedicti Reuerendissimi Iudices decreuerunt monitorium contra bono mem: Martinum Andream, vt in processu fol. 5. quod fuit executum, vt apparet in fol. 20. & reproductum per Panem Ludouicum Primum vt in eodem processu fol. 20. Qui Pater Ludouicus fuerat substitutus a Patre Vincentio Iustiniano, vt in processu fol. 19. & assistente eod: bono mem: Martino Andrea. Praedicti Iudices examinerunt prauius legitimo iuramento ducentos nonaginta & vnum testes in loco, & diebus assignatis, & primo super interroga-

torijs productis videre est fol. 20. deinde super articulis, qui fuerunt dati, vt fol. 22. & seqq. De quo exam. ne constat a folio 30. vsq; ad folium 2246.

Ex qua seri: facti cum appareat processum fuisse legitime fabricatum, & testes in eo positos valide examinatos, & ex ijs constet de sanctitate vitae B. Ludouici Be. trandi a Deo comprobata miraculis, quae secundum praesentem iustitiam satis ostendunt aliquem esse desertum in libro vitae, vt per DD. in c. 1. de Rel. q. & venerat. Sanctorum censuimus, si ita Sanctitati vestrae videbitur, posse procedere ad B. Ludouici Be. trandi Canonizationem.

Ista volumus producere, non omnino extra lineam, vt omnibus manifestum fieret, Romanam Ecclesiam, summo rigore inquirere, in vitam, actiones, & miracula referre, quos in album sanctorum constituit ille: ne quando dicatur, carbonem pro auro exponere.

IESV CHRISTI Anno 1467.

PAVLI PAPA II. FRIDER. ROM. IMP. Anno 3. & 4. Anno 16.

I. Papiensis Card. Paulum Pp. & sacrum Collegium Podiebra-cium confirmat.

Quid actum sit in Georgium Podiebracium, post solennem sententiam, & in Senatu Apostolico, & mox in Basilica Sancti Petri, a Paulo pontifice latam, in qua ille & manifestae haeresis damnabatur, & sceptro Regni, subditorumque fide ex ordine priuabatur; narrat Papiensis Cardinalis, ex relatione Ferrariensis Episcopi Legati Apostolici, a Legatione Germanica, & Conuentu Nurembergensi reducis: scilicet, magnam partem Georgicae dittonis, audito Romanae Sedis iudicio, ab illius tyrannide se se iunxisse, aciam palam detrectasse imperia; Dynastarum autem quemq; ac populum, ad priuatam defensionem se comparasse; Polonoorum Regem, quem credendum erat vendicaturum armis id regnum, tradente praesertim pontifice, nec libere quicquid haberet animi resp. disse, nec saniores illo in fide videri. Imperatorem quoque Fridericum ad omnia praeposterum, innata lenitudine, nec scire, quid possumum ageret, idque modo vnum a Paulo pontifice flagitasse, ne aduocetur Polonus, rebus suis in magna propositate tremendus: palam etiam dixisse, Et si maxime dammandi Regi, Apostolicae Sedis iudicium fuerit, non vniq; potestatem esse regni aduocandi; eam totam imperatoriam esse: Germaniam eidem Principes, priuatis adductos periculis, de Polono excludendo sensisse cum Caesare: neminem autem inueniri, qui non haberet Georgium odio, & propter eius iniquitatem, regno deijci cuperet, verum dum a se inuicem omnes mutuis contentionibus dissiderent, parumque pacari essent Caesari, contigisse, vt metu quisque aduersae factionis, ne se illi Bohemus adiungeret, non modo temperaret bello, sed necessario quoque blandiret fortuna: eamque ob causam quosdam foederibus, non nullos coniugij fuisse coniunctos. In eo autem luttum periculum verti, ne vndique liber haereticus, carptim aduersantium quemque vel studijs continuis sibi conciliaret, vel opprimeret armis. Etenim totum corpus sanae partis regni non posset coire in vnum ad priuatam cuiusque defensionem, sed laborante vicino, quietem proximos acturos, atque ad sua tantum communienda studium adhiberetur: vnde futurum videretur, vt mox ille pristinae tyrannidis restitutus viribus, non modo contempturus iudicia Sedis Apost. l. cae esset, sed passim vel metu, vel gratia, studia totius Germaniae sibi conciliaret, atque Bohemorum antea Ca. holicententem in eadem secum damnationem tra-

heret; nec ante finem faceret, quam insigni aliquando detrimento Romanam Ecclesiam vltiscendi studio afficeret. Haec Ferrariensis vel facta, vel in Comitio Nurembergensi dilceptata, vel in futurum metuenda referebat. In tanto porro futurorum euentuum metu, Papiensis, animo vitili, maxima quaque sperabat, & ex antecedentium successu rationibus petitis, tunc pontificem & sacrum Senatum ad magna audenda incitabat, cum viris illustribus, qui Principibus Christianis ad aures, quo ordine Sedes Apostolica cum Georgio egisset, referebat. Non illa, scribit, solum contemplos, quae humani consilij sunt; Altius quiddam spectro, & Christianae fidei decentias. In Domino Deo summa mihi est spes. Non finet causam suae religionis perira. Sperauerunt in eo patres nostri, sperauerunt & liberauit eos. Clamauerunt ad eum, & salui facti sunt. In eo sperauerunt, & non sunt confusi. Sperantes & nos, consecuturi nimirum misericordiam eius sumus. Neque enim abbreviata est manus eius, semper plena, semper omnipotens. Ministerium iustitiae operati sumus: Iustitiae admiscuimus clementiam. Nulla solennitas, nullus ordo, nulla expectatio est praetermissa. Rite peracta sunt omnia. In quadriennium a die citati rei, productum iudicium est; non negligentia nostra, sed certo semper consilio. Ter flagitante Caesare, conuersionemque eius spondente; semel autem Principibus, quos memorati id ipsam perentibus, cursum damnationis suspendimus, maiori semper gratificatione, quam spe. Ea vero lege continuo est promissa suspensio, si interim ille fidelibus pacatis nihil noceret. Indulgentia nostra abusus contumaciter est. Non quietem agens, non ijs etiam parcens, quos propter institutum erat iudicium. Per has moras sic eos nequiter habuit, sic dure afflixit, vt graues ad nos perferrentur querelae, & facilitatis nostrae aliquando nos pariteret. Pertulimus tamen patienter omnia; ac licet decepi, in eadem lenitate durauimus, ne aliquando in mali Regis iudicio, aut praecipites, aut immiserordes existimari possemus. Cur ergo in tanta mansuetudine nostra, & tam iusta fidei causa non speremus in Domino? metumque omnem sinistri euentus, si quis nos habet, forti animo abijciamus? An non dictum est nobis per Apostolum Iacobum, Benefacientes, & non timentes vllam perturbationem? An non per Saluatorem Christum Iesum, Maior est, qui in caelo est, quam qui in mundo? Et, Mihi vindictam, & ego retribuam? Scimus iuxta verbum Scripturae itinera impiorum perire: vltionem sanguinis terraorum Dei, qui effunditur, introire in eius conspectum, esse eum a dextis nobis, ac commoueamur. In tantis suspensionibus eloquij diuini, nisi infideles sumus, concipiendum est nobis, & erecta mente, expectanda repromissa praesidia. Praesto enim sunt omnibus inuocantibus ea. At licet peccata nostra terre merito nos debeant, ab ijsque flagella debita sint expectanda; quia tamen publica Christianorum res geritur, atque in vnius casu, multorum salus exurgit, confidendum indubie est, pietatem diuinam ad fidem magis Ecclesiae respecturam, quam ad conditionis humanae fragilitatem. Exemplis innumeris confirmatur haec in me sententia; quorum supra memoriam nostram nulla attingim; sunt enim innumera. Tria tantum, quae vidimus ipsi, satis ad confirmandos animos sint, eo quidem efficaciora, quo a nostra cognitione minus remota. Damnato nuper propter haeresim Sigismundo Malatesta, opinione rei militaris & locorum communitione potente, ratio perden di hominis non sat humanis iudicij cernebatur. Ab Aragonensibus, a Florentinis, a Sfortianis, ab omni nostro Senatu dissid. d. batur Pro. ex. curionis susceptio. P. o. poneban. ur oppida eius nonnulla natura, & manu sic comparata, vt facile decennalem obsidionem possent perficere. At pater ille Deo fretus, cui ho-



locustū id parabatur, illato bello, & apud Senogalliam hoste deuictū intra paucissimos mentes, dominatum omnē, qui maximus erat, manifeste Dei praesidio abstulit, suāq; ditioni adiecit. Illum vero conclusum Arimini, deleturus certe videbatur, nisi mox penitens facti in Basilica Petri Apostoli conceptam haeresim publicē abiurasset, ad consecrandamq; veniam, Venetorū quoq; deprecatione fuisset adiutus. Alter equē Sigismundus ex principibus Austriae, propter Cardinalem Romanā Ecclesiae in vinculis habitum, pari dānam iudicio, principatūq; omnī exiit, cum propter amplissimam cognationem, Germanorumq; fœdera, vltorem faciōris habiturus non putaretur, vexatus tamen penis cōtinuis, atq; odio à suis habitus, longa etiam contumacia fatigatus, à nullisq; interim in sua consortia receptus, diuino tantum humilias est miraculo, atq; eo quidē vsq; humiliatus, vt Romanorum Imperator Augustus Cæsar, orbis nostri alterum caput, consanguinitate illum attingēs, cum summa Sedis gloria ante genua Legati Apostolici prociēdis, non ante surgendum putauerit, vel sine obsecrationibus imponendum, quā penitenti, & satis pro iniurijs faciēdi, pœnarum abolitionem, restitutionemq; est consecutus. Dietherio autem Hemburgensi; quid mirabilius diebus nostris accidit, aut operi diuino similis? Praefecerat hunc idē Pius summo sacerdotio Moguntino: qua ex Sede, & dominatum amplissimum, & ius eligendi Cæsaris fuerat assecutus. Obuertente autem mox cornua in patrem, nihilq; aliud praeter euerfione primæ sedis superbia, consilij agitate, proindeq; quotidie in nos nouis motibus Germaniam concitante, priuatus & ipse est folefni Senatus decreto, reuerti orq; alter in priuati locum suffectus. Cum autē ad complenda haec armis nimirū opus esse iudicaretur, tenente illo praesertim Moguntiam ciuitatē, eiusq; arces, atq; oppida vniuersa, bellū paratur vrimq;, & magnis res studijs geritur. Cōcurrit non multo post apud oppidū Egrā. Superantur nostri, Duceq; fere oēs in potestate hostis viui deueniunt. Aētū eo tempore de Moguntinis conatib; iudicabatur. Nemo erat, qui tanta plaga accepta medicinā mali vel videret, vel sperandam sibi putaret. Ecce autem de improviso, Pio solo ex omnibus spe Dei nō destitute, ad eū de sancto suo auxiliū. Fridericus Palatinus Rheni, quo Duce, & socio superbia, sacerdos nos viceret, diffidere ab illo vehemētissime cepit: sic vt de iuuādo Praesule, quē oppugnauerat, quotidianis conditionibus ageret, quartū rerū metu, & tædio affectus Dietherus, conscientia simul tanti iudicij fatigatus, contentioni cessit, & Sedi. Inde mercedem iniquitatis dispensatione Dei accipiens, vnde nos tetrucrat antea. Eundem nunc nobis exitum diuina gratia sperare debemus, nec omnia nostris ponderibus trunare. Domino Deo, qui supra nos est, ea, quæ supra nos sunt, fidenter permittere. Causa nō ab similib; est. Minori hic necessitate non premitur fideles, quam ibi, A nostro porro ordine nulla desint consilia, nulla praesidia. Contrahantur omnia, per quæ omnia oppugnari caput pestiferum valeat. Interim ope bona fortissime subleuati, expectemus suscitari spiritum Danielis, qui Satanā cōterat sub pedibus nostris, & molas Leonū confingat. Quod pietate sua ille nobis cōcedat, qui ductori populi sui per Esaiam Prophetam dixit: *Meus es tu. Cum transferis per aquas tecum ero, & stumina non operient te. Cū ambulaueris in igne, non comburent, & flama nō ardebit in te. Quia ego Dominus Deus tuus, scilicet in Israel Saluator tuus. Apprehendi dexterā tuā, subiciā ante facie tuā gentes. & dorſa Regū conuertā. C. Papien. epist. 232.*

II. Excusatur Rex Poloniae Cazimirus.

Hæc Cardinalis suggererat, siue inculcabat. Quod Cazimirus Poloniae Regē attinet, quē Ferrariensis Episcopus cunctationis aculat, & grauiore macula aspergit, res est. Antequam Georgius ditis deuoueret, conuenerat Glogouiz cum Cazimiro, certis pa-

ctis conditionibus; inter quas praecipua; vt illo decedente; regnū Bohemiae, vel ad ipsum Cazimirus, vel ad aliquem hiorū ipsius recideret: interim vero, ne perduellibus ipsius Cazimirus opē ferret. Illo itā, à Paulo pontifice, priorū cōmuniōne summo, & Catholicis arma contra sumentibus, nec non Rudolpho Lauenino regnū Cazimiro auctoritate Apostolica deferente, Georgius Legatus ad Cazimirus m. sit, admonens, ne procerib; Bohemis, & Wratislauensib; itā ad originē suā regnū Poloniae respicientibus faueret. Conuenerat enim vnū in locū proceres Bohemii nobilissimi quiq;, & cum his Budeouicēnsis, Pilzinenſis, & omnīū fœdē Morauiae, Silesiaq; ciuitatū Legati, Georgiumq; de religione damnatū, nec praestantem, quod iureiurādo interposito receperat pro Rege deinceps habituros se non esse, decreuerant, & non minus quā pontifex in Cazimirus, vel in aliquē de filijs illius, vt pote de stirpe Regū suorum naris, inclinabāt. Itaq; anteuertens eos callide Georgius (quod fit plerumq;, diligētius vt curentur ea, quæ ab vno, quā quæ à multis curantur) pactorū conuentorū Cazimirus ad monēbat. Huic rēspōsum est; A Cazimiro quidē fœdus seruati, & seruati esse: à Georgio vero id violatū videri. Satisfieri ab eo de damnis datis, & iniurijs oportere, si deinceps quoq; fœdū integrū esse veller. Ita spes tamē aliqua ostēta trepidanti. Adfuerat paulo post Catholicoꝝ Bohemō. ū Legati, quorū Sdēco Conopiseus, siue Sternbergius Burgrabius Pragēnsis princeps erat, petentes, vt Cazimirus Regni Bohemici, quod ipsi liberisq; ipsius certa quadā successione dēberetur, curā susciperet; neq; id à seclerato, perfido, & haeretico inuatore, iam à Sede Apostolica exautorato, occupari pateretur. His rēspōsum; Nihil iam tunc de re tanta statui rectē posse, conuentu dimisso. Cauebat nimirū Cazimirus, ne nouo bello implicaretur, peritus Prussici vt qui maximē. Nec tamen successione iure se, & liberos suos abdicare volebat; verum spectabat, quo fortuna dissidentū Bohemō: ū inclinatura esset. Erat enim in armis Georgius, & Catholicorū munitiones in Bohemia oppugnabat. Et quidē. Illi Budeouice insignē secundu Pragā oppidū, quin; consuliibus, qui cum Georgio sentiebant de medio sublatis, sibi adiunxerant; Wratislauensē vero, quo Georgiū distinerēt, facta à mercenario milite, & vana multitudine manu, oppida, & munitiones sibi vicinas, q̄ in fide p̄fidi māsisset, infestabāt, ac Frācheſteinū vi ceperāt; sed vicissim obfessi à Bohemis, & Saxoib; auxiliariib; superueniētib; dū intus inter se temere tumultuantē, oppido per scalas capto excederūt: ac equites quidem cuaserūt, pedites vero ad 4. millia partim caesi, partim capti. Miserat autē Georgio V Wilhelmus Mifnēſiū, ac Thuringorū Dux, & Albertus Marchio Brādeburgēſiū nō cōtēnda equitū auxilia. Hæc cigitur tūc circūspiciebat Cazimirus, non vero in fide orthodoxa fluctuabat, aut haeretico fauebat. Auxit cūctatiōē cazimiro, q̄ oratores sui à Paulo pontifice reuertētes, de cōfirmatione trāsactiōis Thorupēnsis nihil certi retulisset; p̄terq; q̄ Culmēſis Ecclesia amotis crucigeris in pristinū statū restituta, & Gnesnēſi Archiep̄ſ. denuo addicta est; eiusq; restitutio, Rudolpho Legato cōmissa fuisset. Cōfirmatio vero pacis Prussicae, & relaxatio interdicti in Prussos, Regiarū partiū promulgati, eidē Rudolpho missa, p̄scriptūq;, qua lege Regi ea traderet. Venit inter hæc ad 5. Cal. Aug. Cracouia, Rudolphus, cū Gabuele Veronēſi Frāſcicano, hæreseon Inquisitore, & Petro Erleco, Decano Aque. Cubicular. pontificio recēs Roma missis, atq; Regē ad suscipiendū, & à nefario, & haeretico occupatore viuicandū Regnū Bohemiciū iterū exhortabatur, & Pauli p̄fictis, Friderici Imperatoris, Germanorū, & aliorū Christianorū principū opē, & subsidia p̄mittebat, diplomataq; pontificia proferebat, quibus ea deum conditione postulatis Regijs satisfacere iubebatur, si is

bellum

bellum Bohemicum susceperet. Et commodum proceres Bohemi Catholici, qui Georgio haeretico aduersabantur, miserant iterum & ipsi ad Cazimirus, & Conuentu Iglauēſi Eliam Administratorem Luthomifienſis Episcopatus, orantes, vt aut ipse regnū id sine longiore cōprehensione susceperet, aut aliquem de filijs, vel cum mille equitibus Regem sibi mitteret: suis viribus regnum se ipsi vindicatos esse pollicentes. Ibi vero tergiversante Cazimiro postulat Rudolphus, ne tamen is pro fœderato, nec pro Rege haberet Georgium, priuatum Regio honore à summo pontifice; sed pateretur piam crucis militiam contra eum in ditionibus suis promulgari. Offendit porro ea legitio Regem, & proceres Polonos, qui tūc ipsi aderant in consilio, propterea, quod pax cū Crucigeris tanto labore, tantis impensis, tantoq; vtriusq; partis consensu ante aliquot menses facta in dubium reuocari, praetextusque renouandi belli ipsis praebere videretur, propter adiectam conditionem, Itaq; res integra ad consultationem conuentus Corcinēſis, qui tunc inflabat, reiecta; conuentusque ipse propter in cōmoditatem loci, & pestem circumquaq; latuentem, Cracouiam translatus, & ad eum maioris Poloniae proceres, propter nouam illam causam euocati, vix ad medium Augusti tandem, non omnes tamen conuenire; Quindecim ferme diebus consultatum est. Ad extremum placuit agi gratias Paulo pontifici, & Bohemis proceribus de oblatō regno, quod Cazimiro, liberisq; eius iure optimo deberetur; sed acceptum id eum tunc propter infirmitatem Senatus, cuius consilij, & auxilijs vsurus esset, recte non posse differri ad alia comitia potest; cura autem Regi fore, vt bellum civile inter Bohemos glificens dirimeretur; Georgius in viam redeat, & in potestatis vicini sit potestate. Quo minore vero negotio ea confici possint, operæ precium esse, vt aliquantisper à publicando pontificio decreto, quo Georgius regno priuabatur, & militia Crucis, abſtineatur. Cū hoc rēspōso dimissus Rudolphus, Wratislauā diuertit. Petro vero Erleco Romā reuertenti adiunctus Ioannes Eques Sēpinius Polonus, qui de cōfirmatione pacis Prussicae sine cōditione rursus ageret, cui mandatū est & illud, vt peteret, quo Vincētius Culmēſis Episcopus, Paulo Varnienſi per eos dies peste, seu veneno, vt creditum est, extincto, succellor daretur; quamuis Nicolaus Tungenſis Canonicus eius Ecclesiae Vormitha ortus, qui Romā tunc erat inter scriptores literarum Apostolicarum, ritē à collegio Basilicē illius electus esset. Sed ne Sempinius quidē quicquam à pontifice max. impetrauit. In Bohemiam vero missi Legati Stanſlaus Ostrogogus Palatinus Califfenſis, Iacobus Dembenius Theſaurarius, & praefectus Cracouienſis, & Ioannes Dlugoffus Canonicus Cracouienſis, multa agendo, & tuadendo eo rem perduxere vt Georgius negaret, se quicquam aduersus pontificem, & pacta cum antecessore eius, & cum Basileenſi cœtu conuenta admissi; correcturum autem, si quid eiusmodi esset; componendatum vero Bohemicaū rerum arbitrum Cazimirus non reculare. Cæterum Catholici proceres, Conuentu apud Wratislauiam habito, negarunt, illum se arbitrum accipere posse, inconstitūto maximo pontifice, cuius iussu bellum susceperant. Neque vero habendam esse fidem Georgij verbis, atq; promissis; quia susceperet Cazimirus oblatum & iure sibi debitum regnum; aut vero aliquem de filijs, quos tam multos haberet in spem plurimum regnum susceptos, Regem sibi mitteret. Facta sunt autem inter eos, & Georgium quinq; mensium inductione. Cromerus lib. 27.

III. Motus in Italia à dissidio Florentinorū orti.

Hæc dum foris contra haeretico ageret Paulus pontifex, bellum à ciuili Florentinorum dissidō in Italia exortum, var. illud exercuit. Deceſſe: at Florentia Cosinus Medices, relicto pari potentia, ac di-

gnatione, Petro filio; nec deerant praesidia potentia, alterum quidem amplissima diuitia conſtate, vt fama obtinuit, ex fortunis Ioannis 23. qui pontificatu abrogato, carcere elapsus, Florentia Cardinalis apud Mediceum mortem obierat; alterum magnus rerum humanarum vsus, atq; prudentia; quando annos prope tringenta Cosinus in Florentina ciuitate, ad eū modum obtinisset principatum, vt cum summa omnium ad eum veluti ad iustum dominum d. ferretur, omnibus tamē charus esset, atq; acceptus, paucis exceptis, quos vel publica res, vel priuata dolere eam ob causam cogebat. Petro eius filio in possessionem amplissima ditionis, atque potentia succedenti Deotefaluitus Nerō, Lucas Pitius, Angelus Aciatolus, & Nicolaus Soderinus aduersari, & populo metum tyrannidis à Petro imminere iactantes, tempulicam sollicitate contra illum instituerunt. Non ignorauit ea Petrus; cumq; de industria iactaretur Borſiū Mutinensium Ducem cum copijs auxilio illis affaturū, clientas armauit, & Magistratus, populumq; in aduicariorum exitum oratione concitauit. Deotefaluitus, alij aliō dilapsis Venetias profugit, ac principem Senatumque, primo repulſus vix tandem exorauit, vt Florentiam Senatus ope restitueretur: cum quidem dicēdo exaggerasset, quod Franciscus Stortia Inſubriū imperium, Venetis contra tendentibus, consilio, atq; ingenti Florentinorum pecunia obtinisset, Cosini Medicis opera accidisse. Erat ea tempeſtate inter duces militares Bartholomæus Bergomas, cognomento Coleo, bellicarum rerum peritissimus. Huic etiam Deotefaluitus conueniens, de sua, & cæterorum exulum reductione quotidianis sollicitationibus agere cepit, afferens plurima, quibus induci ad capeſſandā rem ambrosioſiſſimis animus crederet. Ostendebat enim gloriam praestantis facti, quod tot familiae nobiles summs ante hac fundat honoribus, suo beneficio restitute in patriam dicerentur, quibus non peccatū, sed sola reducenda libertatis voluntas eiectionis causam dedisset: Ducum excellentiam esse seruicibus homines liberare, & oppressis leuamen afferre: eam tyrannidem Petri esse, vt qui eam tollat, perpetuum laudis monumentum in tam celebri ciuitate sit adepturus. Multa alia apud illum locutus tandem hominem in sententiam adduxit, vt si Senatus Venetus, cuius stipendijs esset obnoxius, remitteret, promiserit se illi, & alijs eiectionis non defore. Venetis non ingrata hæc nouandarum rerum occasio accidit, videntibus aduenisse tempus, quod diu expectatum, nunc vltro fortuna offerret. Itaq; re in consilium adducta, facile ad dimittendum Bartholomæum, & incepta eius iuanda animos firmarunt. Cuius quidem rei illae proponebantur rationes, quod Ferdinandus Rex, Florentini, & Mediolensis, odio sui sentire inuicem credebantur, pertinereq; ad suam securitatem putabant, hanc trium potentatum societatem dissolui; quam casuram non ambigebat, si reduci exules essent, non modo, quod suo beneficio id fieret, sed quod aduersariorum maleficio nuper pulſi, in gratiam non redituri viderentur. Ad hæc accedebat, quod Paulo pontifice, Venero licet, cōmunē se contēder. bus ostendente, solos in Italia sine cuiusquam auxilio se relinqui videbant; idq; non modo ad rem, sed ad hominū quoq; estimationem in commodum iudicabant. Angebantur porro, suam Rempublicam, Turcorū bello implicatā, magnis quotidie stipendijs exhauriri; illos vero pulſis Italia Andegauenſibus, vacuo negotio, gloria, atque opibus creſcere. Quamobrem missō ad Bartholomæum, exulesq; qui ad eum conuenerant, per alterius rei speciem oratore, Senatus decretum clam renunciant; atq; vt belli suscitandi auctores ipsi non videantur, à perculisq; abſint, cum Coleo agūt, vt per exautorita & militia occasione suo, atq; exulum nomine primo egressu bellum gerendum pro-

nunciet: nec minus pollicentur, in oem eius casum cum reliquis de copijs affuturos. Coleo, concipiunt milite, cum bellum, nunc in Mediolanensem, nunc in Neapolitanum se parare distimularet, Ferdinando Sicilia Regi, & Galeazio Mediol. Ducum inter inicit, ne pulso Petro Mediceo, Florentina ad amicitiam Venetorum adiungere tentur, ac veluti repagulo interposito, quem utis eorum illis opprimendum obijcerent. Ergo cum eam civitatem sibi quacumque ratione conservandam esse constituisent, mittunt ad Paulum pontificem Legatos, qui in iustam Bartholomaei causam proponant, alterumque ab eo contendant, ut vel auctoritate sua, qua apud Venetos plurimum possit, mali huius initia tollat; vel si id parum possit, in turbatore pacis arma coniungat. His ille respondit, deprecatus, & monitis, se omnia tentaturum; belli aut societatem, qua peterent, Romano pontifici non convenire; cuius monere dissidentes filios esset, non propugnare. Ergo prius ipsi inter se fœdera inierunt, quibus ad privatos cuiusque casus iudem omnibus essent hostes, atque amici. Ut autem ad propulandum, non inferendum bellum inducta ostenderent, potestatem pontifici, ac Venetis fecere, eorundem accipiendorum eam velent, nec secius conducendis, & ipsi militibus intendentes, Federicum Feretrarum summam prouidentiam Ducem, cum unibus stipendijs bello praeficiunt. His se adiunxit Ioannes Bentiuolus, praeses Decurionum Bononiensium; Bartholomaeum autem Hercules Atestinus, Pius Orde affus, Marcus Pius, Faentiaque, ac Miradula Dominij; em Alexander Sfortia, cuius signa sequebatur, Constantius filius, Sforzinus Cotignolensis & Siluester comes. Ferdinandus Rex, ad id bellum, Alfonso filium d. stitit, copijsque suis praefecit. Variè hinc inde postmodum certatum: sed nullo opere pretio, quin potius magno impendio, & exigua in posterum spe Florentinorum. Cumque non ignorarent, Philippum Allobrogis fratrem, in citantibus Venetis, arma in Galeazium sumpsisse, atque eas copijs ab Alpibus in Insularia imminantibus, Galeazium crebris suae matris litteris Mediolanum reuocari; ac hinc de Alfonso quoque nulla ratione retineri potuisse, adeoque victoriam ad Bartholomaeum inclinare, Ferdinandus, qui sibi à Venetis terra, marique metueret iam incipere; Galeazium non minus sibi ab ipsidem Venetis utique timentem, eo impulsit, ut in duces ad certos dies opera Borij ab hoste cessasset, iterum Legatos ad pontificem mitteret, qui ita de Coleonij i. iura querantur, ut causa armotum oem ab illo in Venetos deriuata auertant, qui per belli tepellatè, Italiae tranquillitate, atque otio, vastata, atque infinita quadam cupiditate imperij, interrumpere, perturbareque conentur. Hi Romam profecti, cum Pauli adijissent, dicebant. Venere. or in iuste facere, qui alie. a inuidia, arma Italiae populis circulerendo, Florentinos, quibus cum essent se dederunt coniuncti, nulla ab illis prouocati iniuria lacesserant. Pertinere ad Romanum pontificem, eius rita auctoritas cum apud altos oes, tum apud Italiae principes esse debeat, ut graui denunciatione insolentia hominum, atque armorum impunitate repressa, eorum vis, atque arma, ne quando Christiana Reipubl. pernitiosa sint, sua auctoritate coercerentur, neque vero Pauli pont. esse videri, quod ea dignitate obtineat, quae maximi Reges in terris supplices reuerentur; sed quoniam in eadem ciuitate clero quidem, atque illi loco sit natus, cuius de iniurijs, & maleficijs que. atur. Ac cum tãd u illum patriae esse memo. e debere, quãdium monitis illius ciues obrèperantes, videantur in officio futuri, tum omni citius oblitum, quãdium eius muneris, quod inter homines gerat, eundem cogitare a quibus esse, Venetum se ciuem esse desisse, quo tepore tanto hominum consensu pontifex declaratus: tum in Christiana Rep. imperium sit adeptus. Quae cuncta sint, recusantes per rinae consilio discedere ab armis, quãdium eius auctoritas apud suos nulla sit, v. Romani pontificis, quãdium esse debeat, habeatur, esse

bello statuat sibi eos, atque armis coercendos. In eo autem illi non solum pontificiae dignitati, quae tamen permagni debet fieri, sed quod illi sit minime negligendum, eorum salutem, qui Romanorum pontificum imperio pateant, atque adeo toti Italiae, ac paci prouinciarum, Hetruriae in primis, consalutur. Ad ea, quae Legati exposuerunt, breuis responsio fuit pontificis, ac priori non ab similibus, cognoscere se quidam pontificis partes, quas sibi diuino atque humano iure impositas, atque ite libenti, & alacri animo susceptas a se sit praestituras. Monendo enim atque adhortando errantes corrigere, castigare verbis, & si quid res postulet, vi sacrosancti imperij cogere ad officium redire, pontificem debere. Quin autem hoc in praesentia agat, si modo cuius rei insimulantur, costet Venetos discessisse ab eo fœdere, quod superioribus annis inter principes dictum sit, non se reculare. Patriae enim necessitudine, non ad secleris societate, sed ad officij, & pietatis perfunctionem, cum illius tepora requirant, commedationem habere. Sed ut aduersus ciues suos pro Rege, & Sfortia arma sumat, indènatos illos, & nulli culpae palam conuictos, ne quod multo sit turpius, videat a se lere in patriam iustitiae opinionem apud externos quassisse, id vero nulla se ratione commissurum. Ea cum respondisset pontifex, tum vero pacis mentionem iniecerunt Legati, eiusque a bitum Paulo permittebat Ferdinandus & Galeazius superioribus de causis illa exoptabant. Feretrarus et, cuius stabiles essent opes, eius mentionem non reformidauit. Coleo, nonnulli aurum impetrare, & muneris ergo appetebat. De ore saluus cum exulibus salutem, atque dignitatem suam proponebant, ipsi saluis a concordia non abhorrebant, Borjus Atestinus, cõd procul a finibus, suis turbas facere cuperet, non modo desiderabat, verum summopere apud Paulum pro concordia intercedebat. Cumque aliquis Florentinorum magistratui renunciaisset, pontifex Venetis infestior factum fuisse, eaque propter illum non tam è pace abhorrentem, sed et Ferdinandum, ac socios ferè animare; indeque consequere retur, ut Florentini in ea procuranda mutaret, eum scrupulū Borjus illis eximere quid, suoque apud eos oratori hac illis dicere praecipit. Quod pontifex non nihil vobis blandientem, Venetis parum cupientem vestrae causae accessurum speretis; id vero qua valeret sapientia, non debet in certo reponere. Nam non ignoratis, mente concepta, ac delimitata non semper in tabella commode perscribi, potentiumque promissa, praesertim Saeculorum prophetarum stipulationum vinculis difficile teneri. Etenim pontifex, es max. cum pacis & conuentu negligunt, mitto, quod ob intestinas factorum discordias non desunt, qui aut iusti, bonique, aut priuati commodi praescriptione: eorum acta defendant, ipsi multas semper causas in promptu habent, interdum veras, & aequas, probabiles interdum; quippe qui specie religionis, a profanis distendant, securi, quid imperio fiat; partim, quod ipsorum sententia honesti ceteris reb. anteponat, partim quod haredum opes nulla sanguinis charitate moti contendant, partim quod oppugnare Ecclesiam per se sepe est malum, atque inutile. Sigde illi erepta tandem restituantur. Quod vero pontifex à Venetis alieniorè praeseferat videamus, ne cū in ea urbe, patriam familiam sit natus, id de industria simulet, ac fingat; reuera ciues suos non oderit. At ut vera simul intercedat nūquã tamen apertas inimicitias cum patria geret, hoc potissimum tempore, quo Turca illi imminet. Nam si hic Christi hostes, hic ipsius vicar. arma inferat, & ipse & eius amici maxima apud reliquos Christianos principes inuidia flamma arderent. Porro quis credat, infamia oppugnare patriam, propinquorum, & affinium calamitatem, quos postremo squallori, & certissimo exitio dedat negligere, & Christi crucem contra impios datam, ipsi ipsi ad porum interitum conlociare? Quis credat denique, ausurum se aperitū Italicae gentis, pacisque, & Christi hostes perire? Et si ille spectauerit, ut se quescente, alij bello agitantur inter se. At non desuerint

illiraciones. Cum enim edicto Franci Regis impeditur, Sacerdotia in Regno Galliarum arbitrata fuero conferre, de cimasque in sacrum bellum exigere; prudentis est, a bello Italico abstinere; ne id quicquid habet ex Apostolico censu opum, tuendis Christianis, & Mahometo reprimendo destinatum, in importunum Christi norim bellum profunderet cogatur. Quod si quid ad illi suspicentur, potius sibi aduersum, quam Venetis existimare deberent; quippe quibus propositum fuerit, Flaminiam defendere, eiusque tyrannos in possessione tueri; contra pontifex Forum Iuij & Fauentiam reperat, atque de Bononia sollicitus, metuatur, ne Galeazius, Bentiuolus affinitate sibi coniuncti, ad aliquid audendum inuiter, & audentem protegat. Iam quod Ioannes Andegauensis, Florentinis, Ferdinando ac Mediolanensibus in sensibus Bartholomaeo, atque alijs longè potentioribus renunciet, se se posse diem in Italia futurum, ipsi viderint, quo res possint recidere. Haec orator Borij Florentinis proponens, eos in postulanda concordia consistebat. Vatiq, varia tunc de Paulo pontifice rege uersante iactabant. Alij Venetos, qui olim Cardinali Patavinum Episcopatum à Pio secundo collatum negauerant, ea que de causa in perneccariis ipsius iniurijs fuerant, vultum iri, per Ferdinandum, & socios dicebant: nonnulli in Florentinos & Galeazium, quod illorum quidem ope, occupata a quibusdam tyrannis Ecclesiae oppida in Flaminia tenerentur, huius autem malo animores Bononienfes periclitarentur, arma commota arbitrabantur. Erat etiam opinio quorundam non vulgariarum, Bartholomaeum conueniente pontifice, Padum traicisse, quo mutato Florentino statu, bellum Ferdinandus Regi commodius posset per Flaminiam, & Picenum inferre, & vel ad soluendum, quem negabat dare, censum, compellere, vel Andegauensem in Italia veniente, aliquid nouare. Cumque haec iactarentur, & diuersi differant homines suspicarentur, Paulus, a quo tempore praesentes motus fuerant inchoati, per tuatim, ac publice non semel dixit, non probari sibi Venetorum, & Bartholomaei consilia; illaque continuo damnauit, ut intempèstua, & pestifera, neque Italiae modo, sed fidelium omnium causae aduersa, quin & Legatum pacis causam Venetis habuit, & de pace Praesulem Ferracientem, ad Bartholomaeum mensè Maio misit; ac litteris, & nuncijs, & precibus non perperit, ut quieti essent, quemadmodum Cardinalis Papiensis Hieronymo Ranutio, Bononensi Philo sopho medico, seiscitanti, Equid pontifex de his sentiret, significabat, datis litteris ultimo Maij hoc anno. epist. 202. quin etiam totam eam aetatem Paulus copius Ecclesiasticas, quae ad duo millia equitum erant, ad Caesarem Flaminiae ciuitatem contulit, monens duces earum Neapolitaneum Ursinum, ut tantum fines à maleficijs petentium late commeatu custodiens, quid amplius agendum esset, paratis omnibus expectaret. Cogitabat autem Ciuitates nonnullas eius prouinciae, quae partim peccato possidentium ad ius Romanae Ecclesiae redierant, partim neglectis pontificibus, alienam fidem erant se curae, in possessionem veterem reuocare. Idque in tanta rerum perturbatione, oblatum sibi casum aliquem iudicabat. Maxime autem Forliuensem intendere animum, quod praefectus eius Pius, quem dixi, necato per se, elus fratre, dominatum paulo ante inuaserat; & plerique intus ciues quotidianis incommodis fatigati, redire ad Ecclesiam cupiebant, nuncijsque occultis de se dedendis agebant. Ad eam vero rem, quod in proximo esset Venetorum exercitus, solae suae copiae satis non videbantur. Itaque occasione cupiebat sedulo, quibus necessitate aliqua Sociales ad coniungendum exercitus, recipiendumque Forliuensem possent in duci Spondebat autem eo facto ad finem usque belli totum se eos viribus ad uturum, per cuius accessum certam habituri victoriam vide-

rentur. Sed ea conditio cum ab initio Socialibus placuisset, mox diffuadente Frederico Feretrano accepta non est. Etenim habens ille Vicarium ab Ecclesia dominatum, eumque propter nunquam Fortiui; Ecclesie oem in eis locis viciniam detrimetofam sibi putabat, huiusque rei ob eam causam magno opere erat aduersus. Videns itaque pontifex, exercitus iam in hiberna reductos; recuperandam autem ciuitatem spem non superesse, quod ferè oes in clientela Venetorum deinceps positae, etiam à socialibus per haec consilia iuuarentur, ad componendam pacem curam conuertit; veritas, ne si alijs procurantibus per instantem huiusmodi ea constitueretur, hoc esset deterior sua omnis conditio, quod tollendis ab initio dissensionibus, cum ortae sunt, non multum intendisse putatus est, & ab alienis non vtiq, ut a seipso rem Ecclesie procuratum iri videbat. Itaque Legatos potentiarum, qui in eadem apud eum otiosi defederant, & cum ijs Cardinales nonnullos ad id dudum electos, conuocare ad se studiosius cepit, totosque huic vniuersi dies impendere, quin & Boio Atestinum perurgente, Cardinale m. S. Angeli, hominem virtutis merito sibi probatissimum, Ferrariam, Legatum ire iussit; quo loci vniuersi; partem oratoribus conuenientibus aliquid certi inter dissidentes Florentinos, & Venetos statueret. *Pigna libr. 8. Sabellicus Ennead. 10. libr. 6. Michael Brutus lib. 3. & 4. Papien. Comment. lib. 3. & 4. Platina in Paulo 2.*

Inter hoc rerum turbine, conuiguit tam apud Venetos, quam apud Insularem, libertatem Ecclesiasticam violari. Venetis, decimam Ecclesiasticorum prouentum pontifex, in sacrum bellum indulsit. At hi taxatione insolenti, plus a quo exorquebant, & recusantes pendere, varijs modis exagrabant, eo minus graues, quae Galeazius, quod Cardinalium prouentus illos seruassent, quos ille inuaserat. Indulserat ei pontifex, ut si qui ex clericis suae diuisionis sponte afferre quidpiam vellent ad subsidium belli, impune id possent: ea tamen conditione, ut id ipsum certis ex promissionibus redderetur in tempore. Hanc indulgentiam excedens ille, gradum in libertate taxam vnicuique summam indixit, in opesque & inuoluntarios per violentiam soluere coegit, ac ne quid licentiae desset, S. Romanae Ecclesiae Cardinales non coegit modo, sed in praedam tuissimam egit, qui aliqua bona in ditione Mediolanensi possiderent Bononienfes, sanctorum quatuor, Senensis, & Papiensis Cardinales praedae patuerunt. Significauit haec oia, & praesertim sua in comoda Papiensis Paulo pontifici; quae ministri duces oia quae ex cathedrali Papien. & in monaste ijs adiectis possideret, militaria custodia occupassent, & productis in forum, ac venditis, quae ubique condita ei ant, et edicto suo in iunxisset, ut quocumque in loco Vicarius, qui se administrabat cathedrali Papiensi, inueniretur, raperetur ad carcerem; non alia ob causa, quam quod non habens unde contribueret imperata taxam, reculerit: ac in super literis pontificias contra violatores Ecclesiasticae libertatis publicaretur, earumque vigore, nonnullos ex Papiensibus, qui à clero portoria exegerat, ad petendam publice in Cathedrali Ecclesia veniam coram se copulerit. Ducis mei imperio (*scribit Cardinali Raunmati*) loca omnia Papiensis Ecclesiae, & canobiorum que teneo, plena militibus sunt, diripiuntur non aliter, vel de reptam sunt, quae si essent hostium casta, quacumque condita erant, & ab armis debentur, vel locataris in annu preterit, & praesentem, magis coactionibus exacta, anticipataque sunt. A quo impunitus & liberius omnia fierent, electi c. ratores, & vicarij monachi quoque, qui admistrabant diuina. Vacua ibi sunt omnia. Non Rector est, non domesticus quisquam, qui necdum subuenire, sed ne significare quodotidinum aliquid possit. Ceterior à nonnullis Papiensibus, non reparatum in biennio, quod Ducis satellites paucis exterminauerunt diebus. Audiens ego illum esse Florentiam,

IV. Ecclesiasticarum bona occupant mini stri Ducis Mediol.



accessit ad eum, tentaturus, num re. inere hunc impetum ratione al. qua poss. m. Bis auditis, sic anceps remissus sum, ut quod retulerim, nesciam. Hoc solum loquere te illo deprehendi; nihil ignorante, aut non iubente esse admissum. Sortem consimilem Cardinalis Senensis pertulit. In eius Terdonensi Canob. o. nō modo di. epta sunt oia. sed conuentus pater, sacerdos & monach. s. n. ipsa direptione occisus. Volūrate ducis, an impulsu a leno facta hæc sint, scit Dominus abconditorū inspector, ego nescio. Duriora non pertulisset rebellis, q̄ pertulit Papiensis (scribit Francisc. Conzage, Cai. d. Man.) paternus Ducis amicus, & Sfortianorū reb. ad factionē semper inseruiens. Nostri spiritū meū, quā vehemens pro eis se dulo fuerit, & quā propterea odiosus nobis nullis. Adfuit quoq; in Cōsistoriis nostris, & vocis nostræ testimoniū habes. Taceo tempora Pij, in quib. non modo Imperator, extortorq; sui desideriorū suorū sed graues contentiones, grauesq; inimicitias suscepit, & pert. n. nota tibi sunt oia. Ex me nunc discat, qui principū sequuntur obsequia. Ut nūmo, sic ministerijs nostris, suo tēpore, non nostro vtuntur. Amisū presentis anni prouentū, nec vnde vitam iam superest. Amodo cogor, vel medicare turpiter, vel familiam sic diminuerē, ut iā mihi oneri non sim, neq; illis in cōmodo. Hoc postremū ampl. ctar. Sed dō tēpore bone leclurē infamē tē miserā rē factō factō collegio nostro ignominie plenā Cardinalem Romanæ Ecclesiæ, mēbrū pōtificis, cuius dignitas antefertur Regib. tāq; abiectā foris Reclorē, & taxari, & mādātā a ministris indignis accipere, & carcerē ad cōtribuendū vrgeri. Quid. n. meo v. cario factū est, quod ipsi mihi factū nō sit. Transibit transibit exēplā hæc post paulo ad alios, logebūtq; sua in cōdia, qui vicina nūc negligūt. Venetorū inultā decem. proximi ducē ad hæc illexit; illicient & carceros in punitatem præsentē videntes. Misēradā profecto rē. (scribit Paulo Pont.) & diu nō intellectā. Init ū quoq; vt video, persecutionis nostræ, & mulorū malorū. Hæc duritas, non exerceatur in me solū, sed in ceteros quoq; Cardinales, qui in ditioe sua beneficiū habēt. Doleo quidē & supra quā dici possit et d. leo, non mea causa, cuius iactura est facilis, sed magis Apostolicę sedis, cuius nimī offenditur æstimatio. Nō me priuatā res grauat, grauat contēptus Cardinalatus, contēptus Ecclesiæ, qui, vt videtur, crescit in dies. Gloria quoq; temporū tuorū me angit, in quib. sacrosanctū Collegiū pariter cū abiectā foris hominib. in eandē taxā conijciat, eadē mādātā accipit, atq; eidē vexationib. ad cōtributiones impellit. Istas, & alias, al. orū et Cardinalliū quærelas cū pontificis audis, æger tulerit, & aīo ad libertatē Eccl. siæ vindicandā erecto, grauis aliquid decemere cogitauit. Cumq; eporū condicione videret, se non posse, quæ voluerat, semel, ac iterū Galeazzo, vt captis abstineret, præscripsit. Sed nihil omnino p̄fecit. Ergo Papiens. iterū Paulo pont. oia, quæ accid. rāt, significauit, atq; opē ferā implorauit. Scribebat; Creuit in dies magis vexatio mea, nec vlla calamitas habitura finē videtur. Taxa Romani tui Cardinalis ad millia duo erat indicta; presēs direptio, qua tuoriam multo excedit. Absorpsit vna in gluuies prouentū omnem p̄teriti anni, atq; præsentis. Thomas Reatinus tuæ sanctitatis subditus, & fratrem in curia habens, scriptorē Apostolicū, malē Imperata detentus implet. Ille est, cuius impia opera calamitosus exercetur oia, atq; in præceptis aguntur. Apposuit de sinu suo emptorē, qui quā minime æstmet, quæ rapit: iple quam multo postmodū vendat. De me obloquitur, Te nō reueretur. Vira ornā. quæ in Genobio sancti Victoris condita erant, domum suam in ipsi dolijs transtulit. Olim quoq; vt retuli tibi, citauit ad se cius nonnullos meos Papienses, & ca. c. rē eis est minitatus; quia sententiam tui Breuis seruantes, publicē in Cathedrali Ecclesiæ de portorijis a Clero exactis, ve-

niam a Vicario poposcerunt, iutaruntq; deinceps, se non ex. cturos. Ipsi quoq; Vicario cōtumelias multis vexato, grauiora denunciauit, si a mādatis tuis nō abstineret. Quæ maiora, d. Paule, adueniente Turco expectamus? An non hæc est immanitas omni barbarie fauor? Verbis iam, meo iudicio, opus non est inania sunt, & vacua. Assumenda sunt amodo aima iustitiæ, & virga Apostolica vasa figuli cōfringēda. Procraftinando, & indulgendo a. i. mus. in multos annos tyrannidem in capita nostrā; & in dies alemus, nisi Sacerdotes esse caperimus. Sena 5. Augusti 1467. Addebat ista Cardinalis Senensis, id. m. Papiensis. Miraris vnde tantum iniquitatis exerceatur in Sacerdotia nostra, requirisq; num in Ducem Mediolanensem peccauerimus aliquid p̄na tam misera dignum. Peccatum, amplissime pater, nullū nostrū est. Iā eum, & patrem eius Franciscū, impleimus omnia bonorum amicorum officia, nec inuenti vllō tempore aliter sumus. Sed tu admirari iam desine. Mirandū magis esset, si in tanta licentia non fierent, quæ fiunt. Dux ipsi Galeazius iuuenis est, annos 20. & 4. natus, a patre militari militari. morib. institutus. Rarā educatio illa religionē habet. Et putatur plus animi, & fortitudinis esse, cui maior est Dei contempus. Blasphemiz, pro expugnationib. vrbium sunt, armis arrogatur omnia. Diuini iuris, atq; humani, nulla est ratio; & miraris, si sanctuarium Dei diripi imperat? Vide & aliud, quod admirationem omnem penitus tollat. Ministrū voluntatis suæ delegit, Thomam Reatinum; hominem eum, quem vt cis, per vulgata scelera obis pene omnis abominatur. Iniūcta ei a d. ce peccata sunt. Dirus scilicet portenta exequitur; id agens videlicet, vt quādo virtute nullā. s. infinnuæ ad gratiam potest, egentem iuuenē his sibi scelerib. iungat. Ad Reges pene oēs Christi anos, & princeps; Thomas se contulit quærendæ fortunæ causa. Nullis horū, accepta esse opera hominis potuerit. Apud quodā ē periclitatus est de vita; & sic accepit iniquitas, nisi tēpentina fuga in articulo subuenisset. Studia ei per oēm vitam fuerunt, alea, mag. cę artes, & libido in mates, quorum circa se greges semper videmus. Vanitatem animi, & iactantia, & linguam mendacē, & peritiam quotidiana non ref. o. quæ illi familiariora, quam cibus & potus. Hūc velut ex toto orbe profugū, in Franciscum Sfortiam fortuna impetit, patē ducis huius, ductatū eo tēpore armis preparantē. Is vero, vt erat ad seculi prudentiam dexter, hominē non est asp̄natus. Putauit (si quando in iungendum iniquitatis ministerium esset) hunc vel solertissimū ministrum, vel esse poss. futurum. Etenim hoc habuit Sfortiana illa domus præcipuum, vt omnifariam aulicos sibi conquireret, ad omnifariam opus idoneos. A sceleribus autē adhæsit Thomas, & stetit. N. calid, præterquam meo tēpore opinio, satellitem auxit. Flagitia eius omnia si cupis sigillatim agnoscere, lege epistolas duas viri integerrimi Peggij Florentini, in quibus illa enumerat, conar. vel ad sanitatē illū reducere, vel ceteros, ne fallerentur, impu. a vitæ admonitos facere. A mala gigitur arbore, iuxta Saluatoris ve. b. ū. expectādi boni fructus non sunt, nec a tē fauro iniquo cordis, opus dissimile. Si ad bene operandū contraheretur quicquid in eo est viriū, Thomas iā id. ec sciret, nec pollet. Antiqua indignitas in naturā est verā, neq; ad virtutem reditum habet. Facit in nos, & nostra, q̄ inueteratē dicitur malorū mem. est. contemneat. Ita q; doleamus iam pro ijs omnibus, non admitemur. Admirationē quidē quæ dicimus, tollunt. Aut per hæc Deus tentat patientiam nostram, aut eratorū nostrorum nos admonet, aut v. ro pietatis filiorū virū; indulget. Quod umq; ūt sit h. rum. gratia: illi patienter agamus, dicamusq; cum sancto Iob; Dominus dedit, Dominus abstulit. Sicut Domino placuit, factum est. Sit nomē eius benedictū in secula. Pap. epi. 188. 190. & seq. v. g. ad 219.

V. De eisdem direptionibus ad hunc sermo.

VI. Pauli PP. Constitutio de Collatione, & reservatione beneficiorū.

Edidit inter hæc Paulus Pontifex, de collatione ac reservatione beneficiorum Eccl. siasticorum Constitutionem hoc tenore. Ad Romani pontificis prouidentiam, & circumspectionem prouidam spectare dignoscatur dubia iuris, ex quibus lites graues or. untur iudicij, sive declarationis oraculo terminare, prout negotiorum qualitate, & temporum conditione inspectis, conspexerit in Domino salubriter expedire. Cum itaq; nonnulli Romani Pontifices prædecessores nostri, per diuersas eorum Constitutiones, quam suo tempore duntaxat durare voluerūt, quacūq; beneficia Ecclesiastica, qua sūt, & Sancta Romana Ecclesia videntur, & nunc existentium Cardinalium familiaris continui commensales obtinebant, & in posterum obtinerent, eorum familiaritate durante, etiam si ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eor. ndem, vel alias recessissent, nec illa que etiam fructuum & prouentuum Camera Apostolica debitorum Collectores, & qui ipsorū prædecessorum temporibus sua officia exercebant, vniuersi Sui collectores, duranti eorum officio obtinebant, ac in quibusdam locis vacantes, cum irritantis appositione decreti, & deinde prædecessoribus suis sublati de medio, ac eorum beneficiorum occurrentibus vacationibus, inter vtriusq; iuris interpretes, etiam Officiales Romane Curie sæpenumero hastiatum fuerit; An beneficia huiusmodi propter reservationem, & decretum prædicta, reseruat, vel affecta remanserint, ita quod nullus præter Romanum pontificem de illis disponere poterit, siue post, reservationem, & decreto obstitentibus prædictis. Ac cum propter ambiguitatem huiusmodi varias quq; iuris peritorum opiniones, & discrepationes ipsas aduerteremus, plerūq; pro reservatione, & affectione præmissis, interdum vero econtra pronuntiatum, & definitum fore. Nos, qui vigilē more Pastorum super his maturo prouidendum esse consilio non indigne censuimus; & propterea in singulis causis super quibusvis beneficiis Ecclesiasticis eandem ambiguitatem quomodolibet concernentibus, vsq; ad nostrum beneplacitum super sedere mandauimus cupientes, (quemadmodum nostro incumbit officio) dubiis huiusmodi finem imponere, subditorum obuiare dispendiis, & (ne lites finem penitus immortales) de opportuno remedio prouidē, felicis recordationis Urbani V. Gregorij IX. Bonifacij VIII. Romanorum pontificum etiam prædecessorum nostrorū, qui ad submouenda altercationum fomenta, & ambiguitates huiusmodi lucidandas, declarationes finem per suas literas ediderunt, vestigiū inherendo, ac prouide considerantes effectū, per reservationem, manūque appositionem eorundem prædecessorum in dictis beneficiis inesse productum, per obitum ipsorū nequaquam cessare deberereuocatum. Romani quoq; pontificis manus appositionem prædictam tantā efficacia, tantāq; virtute existere, vt est littera Apostolica super provisionib. beneficiorum, aut de prouidendo mandata, in quibus decretum & reservationem huiusmodi opponunt, ex aliqua causa suum debitum non sortiatu effectum; facultatem tamen prouidendi de beneficiis taliter reseruat quibuscumq; aliis fuisse adeptam; huius perpetua, & irrefragabilis Constitutionis edicto, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, omnia, & singula beneficia Ecclesiastica secularia, & ciuilius Ordinis Regularia, etiam si Prepositatus, Canonicatus, præpositura, & præbende dignitates, personatus, administrationes, vel officia fuerint; etiam si ad illa consueuerint, qui illis præficiuntur per electionē assumi, eisq; cura imminuat animarum (vt præmittitur) reseruat, & per Romanos pontifices successores nostros eandem reservationem in posterum reseruanda, ac etiam quouis modo vacantia, & in antea vacatura, per huiusmodi reservationem, & decretum remansisse, & remanere semper affecta, nullumq; de illis (cum primū vacare contingerit) præter eundem Romanum Pontificem ea vice, quouis modo disponere potuisse, sine posse harum serie decernimus, pariter & declaramus. Quod tam in pendentibus etiam per appellationem, quam in futurum super eisdem beneficiis, vt præmittitur, reservationis, committendis causis, per dilectos filios Magistros Capellanos nostros, causarum Palatii Apostolici Auditores, atq; alios quoscumq; delegatos, & iudices oblibet inuolubilitate obseruari, & secundum præmissa, nec aliter sententiarū & diffinitur volumus, atq; mandamus eis, & eorū cui-

libet, quauis alia super præmissis interpretandi facultate sublatā. Decernentes ex nunc irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ Constitutionis, declarationis, voluntatis, mandati, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contrariare. Si quis autem, &c. Datum Roma apud S. Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ 1467. Calen. Septemb. Pontificatus nostri, anno tertio. Extr. Commun. lib. 3. c. 14. D. dit cam Constitutionem Paulus, in ædibus S. Marci, quas magnifico sumptu ædificauerat exornaueratque, & ad quas inhabitandas in gratiam Populi Romani fecerant, & ante quas non tantum ludos solennes Romanis instruxer. t. præmiaq; Victoribus propofuerat, sed etiam epulum publicum non semel præparauerat; cumq; abunde, & miro ordine singulis omnia ministrasset, pecunias quoq; argentecas in omnem populum, ad instar cong. atij d. tribuere solebat. Mout inter alios a res Cardinalē Papiensem: qui vt erat diligens honoris Apostolicæ Sedis, habuit Pontificem datis literis admonere. Dignæ sunt, quæ legantur. Pontifex Paule, est tibi, vt video, magna aternitatis cupido. Prædicare de te optas sequentia secula. Numismata eam ob causam tue imaginis non cadis modo, sed fundamentis adificiorum, parietibusque admisceas, vt illis reseruatentibus, ex illant post mille annos, monumenta nominis Pauli. Titulos etiam operibus iubes incidere, que vel publica sunt, vel vsum domesticum habent. Aemulator quoque vanitatis antiquæ, secularis ludos, & epulum Romano populo exhibes. Similia his moliris, multa illuc vno affectu tendent a vt Pontificatus tuis post te non sileatur. Ignosce Paule. Veram istā laudem non habent. Sacerdotalis non putantur officij. Vanitas est his irrendisse. Sapiens nemo numismata, & titulos, & lacina plēbia delinimenta probat. Peccatum enim continent. Videntur ea, audientes que posterū, sectatorem quandam inanis glorie re fuisse conuincit. Ita quod minime queris, ignominiam pro laude inuenies. Gloria nostra hæc est, ait Apostolus, testimonium scientia nostra. Quare ergo, vt conscientia tua satisfaciat Deo, vt in illum respiciat. Parabis tibi gloria permansuram, quam nunc querens non inuenis. Opera autem æternitatis in Pontifice sunt, vitam immaculatam præstare, lapsam Ecclesia disciplinam erigere, restituende libertati Clericorum intendere, sic iustitia cultorem esse, vt tamen misericordie sit recordatio. In bonis causis intrepidum se præstare, non vultus, non minas potentium timere; potiorē vitam, conscientiam ducere, in specula creata excubare, ad publicam gregis salutem oculos semper intendere, nihil suum credere, quod Christi non sit; meditari ingiter de miseris Christianis, qui proximi infidelibus sunt; præsidium his mittere; incitare Principes ad capeffenda pro fide arma; Ducatum si opus sit, illi præstare; Thesauros in piam hanc causam effundere; paritate non impediri; missione Legatorum, profectione etiam propria, si expediat, parare regna. nullibi ob causam priuatam disensiones optare. Conari, vt ministerium Sedis vbiquest salutare. Domi quoque bene compositum esse, non iracundum, non impatientem; non malis de ministris, qui probati iam sunt, astimare. Paritari diem, & noctem ad opus, vicissim, & quietem. Naruram non inuerrere. Velle, vt suo potius incommodo omnium consulatur commoda, quam vt vnus quies aliorum pariter inquietudine. Meminisse Gregoriani verbi, quod littera Apostolica præferunt, Seruus Seruorum Dei. Si quando a curis vacet, lectionem sacram assumere. Identidem scribere, colligere, qua memorati sunt digna; laborare ad presentem pariter, & futuram utilitatem. His titulis, & numismatibus, & ludis, & epulis, paratur solida & perennis gloria. Illa secularia, vt inania sunt, ita euenescunt quamprimum, nec fructum acceptabilem habent. Qui gloriatur, inquit Hieremias propheta, in Domino glorietur. & Apostolus Paulus; M. hi absit gloriari, nisi in Cruce Dn. nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Hos audi, Paule, & in quarenda laude ante oculos pone. Suadebur tamen, quam vana Gentilitas. Vale Epist. 281.

VIII. Mala Peti- ta negat Card. Papiens.

Pari libertate, præpostera Christophori Landini Florentini, amicorum optimi, & doctissimi, pro quodam religioso vt extra Monasterium, Arithmetice proficere, esseque, postulationem reprehendit; aureamque Cardinalibus regulam præscripsit, quam importunis eiusmodi petitoribus, bono salutis eorum obiciant. Ista est ipsissima, omnino lectu dignissima.

Qui se posse apud me putant, non falluntur iudicio. Potes enim plurimum. Amaui semper ingenium tuum, & mores, litteras vero ita in pretio habui, vt etiam legendas ad doctrinam putarem. Horum prædicator fui continuus, nec tacuit lingua, quod animus sensit. Petiis à me, vt privilegium famularum nostris, dem Fratri Mariotto, Ordinem Minorum professi, & causam dicit, vt sine impedimento correligiousorum suorum extra cœnobium agens, docere laicos arithmetice possit, cuius eum scientissimum prædicas. Si obsequor tibi, Landine, vide, quid agimus. Tu intercessor, atque ego concessor offendimus Deum, & religionis institutionem turbamus. Ille Fratris sui obedientiam vovit, nos Christiani colimus eam, & transgressionem causam prebemus. quod Prelatus eius illi potest concedere, ab eo non impetrans, ad diuersi Ordinis auctoritatem confugit. Ocasio manifesta mali odibilis Deo, & seculo quoque non placens. Contumax spiritus hæc operatur, vt maioris potestatis clypeo tutus, Ordini insultet, & dummodo licenter erret, quam bene erret, non cogitet. Sed nec leuius hic peccatur exemplo, quam re. Qui videm Cardinalium famulatus, ad obedientiam iugum excutendum valere, eosdem appetunt, & vix omnibus quarunt. Vnus tantum Cardinalis non est, qui privilegium det. Vnus item religiosus non est, qui discedere à Fratris cupiat. Vbi que tales Cardinales, & fratres permultos est reperire. Qui paulo incauti in his concedendis sunt, dare non multi existimant, credentes opus bonum se operari. Ita nulla Patribus Ordinum reverentia habetur, nullus est disciplina correctio- nisque metus. Confunduntur instituta Religionum, paulatimque male ruit, quod ab initio est bene stabilitum. Hac de causa Pius Pontifex nuper defunctus, querelam communem omnium Ordinum audiens dolentium, his privilegia, vno decreto sanxit, Quacumque à Pontificibus essent concessa, & à nobis in futurum darentur, ad declinandam Patrum obedientiam, impetratoribus non suffragari. Mōnuit quoque vno Confessorio nos, nec daremus deinceps. At iniquis. Si non valent, quid grauare, vnum concedere. Si inane rem dederis, nullius mali auctor eris. At ego repono. Interponere nomen Cardinalis ad rem factam, & vanam, gratiatis non est. Inducere credentē in fraudem, charitatis non est. Forte etiam suus Prelatus abrogationis Pientina ignarus, propter me non corripet errantem religiosum. Ita in offensionem Dei incurram, de qua paulo ante agebam. Si cum preiudicio litterarum mearum raperetur ille ad carcerem, aut durius aliquid in eum fieret, pati certe non possem. Sum etenim carnis, indignationis, & ira obnoxius. Clamarent, incenderer, moliret omnia, vt eriperem eum, qui dictus esset semel famulus meus. Ita præstat nil dare, quam & leuiter, & inutiliter dare. Sed oro; Quid querit hic tuus in docenda Arithmetica? Vtilitatemne hanc facere civitati? At plures sunt alij, qui eam præsentent quotidie. Dices, non tam scienter præstare. Quid atinet instruendis pueris summum magistrum quærere? Exercitata doctrina, & mediocri illis est satis. Non ad metiendas arenas maris, aut altitudines montium, sed ad administrandam mercaturam, illorum institutio à patribus queritur. At bonum opus est commendabile, liberali disciplina illos instruere. At qualium est opus à Religione discedere, & obedientiam Maiorum desugere. Plus mali hic est, quam illic boni. Non sunt faciendæ mala, inquit Apostolus, vt eueniant bona. Non est frangendum votum, non turbanda religio, non exemplo malo nocendum, vt pueri Arithmeticam discant, quam alij doctibus possunt addiscere. Quod si mercedem disciplina querit, & vitare vult paupertatem, vt credo; dic oro, vbi est votum, quod vovit Deo paupertatis seruanda? Melius illi erat paupertatem non agnoscere, vt ait Petrus, quam post agnitam retroire. Et Saluator, Nemo mit-

tens manum ad aratrum, & respiciens retro, est me dignus. apparet ipsum penitere suscepti propositi, non probare Ordinem, quem professus est, vitam secularem appetere. Quid oro commercij est religioso cum pueris? Tunica Diui Francisci, cum purpura civium? Que porro bonitas, pro claustro Cœnobij habitare per plateas? pro choro concinentium Deo, audire pueros Arithmeticam suam cantantes? pro obedientia, libertatem? pro paupertate, diuitias? pro continentia, occasionem lasciuia commutare? Nemo militans Deo, inquit Apostolus, implicat se secularibus negotiis. Errursum, Operam detis, vt quieti sitis, & vt negotium vestrum agatis, & alio loco; Obedite Prepositis vestris. Horum nihil audiens Fr. Mariottus, soli cupiditati obsequitur, reuicta bene viuendi regula. Si ille de salute sua curam non accipit, de nostra nos accipiamus. Non sumus causa transgrediendi voti, operatores alienæ damnationis. Quia nos vna cum illo ante tribunal iudicis, peccati huius rei citamur. Vale Epistol. 226.

Hæc Cardinalis Papiensis, non minore zelo salutus, quam libertate dicendi, vel scribendi. Pari zelo, atque libertate, Guilelmo Augustinensium Priori Generali, paranympum præter officium agentis dignam, quam legant omnes Religiosi, matrimoniorum importuni proxieta.

IX. Zel. & libertas eiusdem Cardinalis. Quid tu, (scribit,) mi Claude, de re vxoria tam asseueranter agis? & de sponsa tanta repromittis? An non vita tua omnis inter libros consentit? longiusque à coniugalibus rebus, quam à castrensibus semper fuisti? Si ea fiducia de rebus diuinis disputas, quid tibi ego iam credam? Puellam, ais, cui nihil deesse video. Vnde mi Guilelme hæc propositio? An non audisti vocem Aleph? Mulierem fortem, quis inuenit? Procul, & de vltimis finibus terre? An non Ecclesiasten tuum? Virum vnum de mille reperi, mulierem ex omnibus non inueni. Annon & innumera alia, quæ Theologo tibi ineptum est recensere? Quid aliud ostendit epistola tua, nisi cupere te ad amorem, qui inter nos est, coniugij etiam necessitudinem addi? Si sacramentum Ecclesiæ non essent nuptiæ, quam te armis tuis hic agitare? quam secularibus negotiis te implicares? & ponens ad aratrum manum re- otsum respiceres? Sed illo videlicet vno os mihi obstruitur. Relinquuntur tamen nonnulla, quibus tecum in hac negotij abundantia iocor. Forma, inquis, perpulchra, atque elegans. Idæarum spectatorem bonum te iudicabam, mulierum nesciebam, ista præferim ætate, qua sine adiumento ocularis vitæ pe- ne nihil vides. Addis, moribus optimis imbuta. Dic quæso, ex temetipso hoc afferis, an ex aliis habes? Si ex teipso; quid Augustinensi cum puellis consuetudinis est, vt de earum moribus iudicet? Si ex aliis: quid pro explorato amico Cardinali offers? quod illi rei causa potuerunt mentiri. An non mulieri, de mulierum moribus, est credendum? Audi Plaut nam Eunomia, Optima nulla eligi potest, alia alia est peior. Subdis, & in is, quæ ad artificia mulierum attinent, eruditissima. Risum, hoc loco non tenui. Oro te, quæ artificia? Accus credo, & coli. Si colit: an nesci lineæ te ex religione tua non vti? Siacus: quid tu de tenuiter furtis iudicium fers? in cuius sacra veste confuso vulnere crassum, atque recens filum ostendit non vna cicatrix. Sed hæc ioco; illa serio. Parere me in hæc vti iudicio, & id cum Iacobo agere, quod cum tribus iam obseruauit, quibus de vxore consulentibus, negato consilio, potestatem permisi, vt placitum duerent. Querendi liberi Iacobo sunt, non mihi, ipsique molestia omnis, & voluptas omnis futura. Expendat seipsum, & tempora, & facultates suas, subductaque omnium ratione, id agat quod in animum Deus inducit. Scriptum est enim; Dominus, & diuitia dantur à patribus; à Domino autem vxor timorata, & prudens. Nepoti meo omnium mihi charissimo,

IX. Zel. & libertas eiusdem Cardinalis.

non aliud

X. Detegitur hæresis Fratellorum

non aliud dicam, cum cogitabit de nuptiis. Bene vale Pater omni veneratione dignissime. Pientia. Calendis Iulij. Epist. 256.

Hoc anno Pollin Æquicolis, detecta est hæresis Fratellorum; quam à vulgata illorum de paupertate Christi, & Apostolorum pertinacissima opinione, sectam de Opinatione nuncupabant. Docebant; & credebant; Nullum post Petrum Apostolum, Romanum verum pontificem, & Christi Vicarium legitimum fuisse, aut esse, qui paupertatem Christi non profiteretur. Tyrannus, seu Dominus eius oppidi, siue facebat, siue infectus fuerat ea hæresi. Captus cum vitis octo, & sex fœminis, iubente Paulo pontifice, Romamque adductus, ignominiam cum complicitibus publicam sustinuit. Cognito enim hominum errore pontifice, in theatrum ea de causa in arca Capitolij, penes Ecclesiam Aracalitanam extructum, victos duci imperavit, mitris papyraceis ad Iudæum, & confusionem phanatorum ornatos. Condit ibi Vicarius pontificis, vna cum quinque Episcopis; & in hæresim pro concione inuectus, cum multa ad conuersionem reorum astantium perorasset, nonnullique eorum rectam fidem persuasisset, post recitatum in eisdem iudicium processum, sententiamque ex scripto pronunciatam, habitu penitentiæ, vel damnatorum hæreticorum, signo Crucis ante, & retro insuto, signatoque eos induit; & grauisimis pœnis, in eos, qui pertinaciores fuere animaduertit. nam mitius cum his actum est, qui errorem confessi, veniam petiere. Infixura in notis Diariis Rom.

XI. Imago B. Virginis multa miracula facta.

Eodem anno Viterbij, imago Diuæ Deiparentis Mariæ, in quadam quercu appensa, miracula ingentia operari cœpit. Baptista Clauarius Viterbiensis, vineam habebat in pago Grazamico, secundo à ciuitate milliari, cui ab iniuriis cœli tuenda, vt erat in Sacrosanctam Deiparam pius, imaginem Diuæ in tegula depictam, in vastissima quercu eiusdem vineæ appendit; ratus, Sanctæ Virginis patrocinio, vineam ab imbrium, ventorum, gelu, niuium, illæsam fore. Pependit ibidem ea imago annos circiter 40. donec quibusdam piis fœminis Mater gratiarum hoc anno secundum quæretem se visendam ostendit, monuitque, viam ad quærcum extantem aperiret; & imaginem adiret, aramque eodem loci ædificari curarent; futuram eo scaturiginem omnium gratiarum ab inuocatione sui nominis. Factum, consilio omnium rerum Episcopo. At ibidem erecta; & Sacrificio rite peracto, cœpit mox SS. Virgo ingenia edere miracula: inde fama in circumuicina loca manare; inde confluere mortales ad consequenda beneficia, quæ optarent: Inde extructum ponè arborem Sacellum, deuotioni fidelium: Inde non multo post Ecclesia amplissima, quæ & Sacellum, & quærcum tegeter, ædificata, & Dominicanis Patribus, qui incolerent, vna cura Cœnobio attributa. vbi ad hanc vsque diem, innumeris miraculis, in salutem aduentantium ab intercessione SS. Virginis manantibus, Diua Virgo colitur. Meus socius & familiaris, Fr. Paulus Ragius Conuersus, oppido Bof. ho, patria Pij V. Pontificis natus, & religiosem Dominicanam professus, anno Domini 1619. vnum ex miraculis in se perpetratum à cultu eiusdem Diuæ, tam vere, quam genue fatetur. Ibat mense Maio eius anni, vna cum socio P. Fr. Michaele Procello, Pij V. abnepote, patriam reuersurus. Dum est in ascensu montis Radicof. ni, equus, cui insidebat pedibus prolapsus, inque terram accliuem corruens, miserum retro cadens oppressit. Iacenti, & pene iam de vita parum speranti, venit in mentem deuotio eius imaginis, quam pridie inuiderat; & mox opem Diuæ, ac Pij Quin-

ti tutelaris sui, imo ex corde implorauit. Adfuit illico Diua, & vna cum Pio Pontifice visendam se obiecit, & subleuare, periculoque eripere visa, ianuum, incolumemque de suo equo eduxit. Ciaccio in Paulo 2. Tabella votiuæ à Fr. Paulo Raggio ad sepulcrum Pij Quinti, grati animi ergo appensa.

IESV CHRISTI Anno 1468.

PAVLI PAPÆ II. FRIDER. ROM. IMP. Anno 4. & 5. Anno 17.

I. Pacem facere inter Principes Italia curat Paulus PP.

Diuo bella supererant hoc anno grauisima, & periculosissima, quærem Christianam, & Catholicam vexarent; alterum Turcicum, quibuscum perpetua fuit colluctatio; alterum Bohemicum, à Podiebratio excitatum hæretico exauctorato. Contra vtrumque hostem, vt Paulus pontifex, qua erat animi magnitudine, eo facilius auxilia contraheret, quo felicias in Italia pace optata poriretur, pius ad pacandam Italiam retulit consilia. Diximus, quid inter Venetos, ac Florentinos, socioque superiore anno diffidiorum emerferit; quidue ad eos conciliandos operæ Paulus contulerit. Quartum iam mensem, cum Legatis Potentiarum Italiae in componenda pace abumperat. Ergo cum inter Legatos de ea conueniri non posset, & ipse Venetorum superiore estimatione bellum deponi optaret, indicere ipse suis conditionibus pacem constituit, putans quascumque tulisset, eas Sociales continuandi belli metu in beneficio habituros. Itaque relicto iam electorum Cardinalium consilio, ministris ipse occultis diplomata confecit, tanto omnia tegens silentio, vt quid edicturus tandem esset, nemo, ne signo quidem, ante recitata rei horam posset accipere. Ad recitanda quoque diplomata diem celebrem Purificationis Matris Domini elegit, atque ad adem Capitolinam ascendit, quæ ara Cæli vulgo dicta, à Minoribus Cœnobitis incolitur. Recitandi insuper negotium, quo maior adiceretur autoritas, Diacono Cardinali in Sacra veste, & mitra, ex edito loco attribuit. Legatos denique omnes adesse iussit, quasi quæ mandarentur, sua præsentia accepturos. Hi triste aliquid occultis rebus subesse timentes, etsi conuenire ab initio recussissent; tamen ne perturbarent Pontificem, dicto audientes faete. Erat magna hominum expectatio, in quam sententiam tantus hic apparatus eunderet. Diuersa à diuersis commemorabantur; omnium tamen eo tendebat suspicio, vt Venetorum rem magis, quam Socialium crederent procurari, quod Venetus ipse suorum studio teneretur, & propter impedita Fostiliensis rei consilia, minus iam in consilia esset propensus, quos antea spe suffragij multis rebus contra BARTHOLOMÆVM COLEONEM inuissent. Sed horum mox omnium, vt recitando patuit, hæc summa inuenta est. Præferabantur damna tonumæa, quibus præsentis bello labefactabatur Italia; impedimenta quoque numerabantur, quibus per eam contentionem causæ religionis maxime nocebatur. Eius tuendæ necessitas lamentis multis venebat in medium. Na rabatur potro inter quos esset contentio. Veneti hæc dicebant esse, atque Sociales. Imperabatur proinde vt ique pax intra diem, tricesimum documentis publicis accipienda, quam ipse suo, & successorum nomine

primus



primus accipiebat, ceteris quoque Principibus fiebat potestas, cui horum vellent intra diem quinqueaginta adhaerere. Cardinalis Senensis recitabat. Itatorum omnium Dux ad gerendum in Turcos bellum creabatur Bartholomaeus, stipendiumque addebatur centum millium aureorum, quod in annos singulos his partitionibus esse pendendum. milia videlicet vnde viginti a Romano pontifice, totidem a Ferdinando Rege, Venetis, & Mediolanensium Duce: a Florentinis autem quindecim tantum, a Senensibus autem, & Boticis Mutinensibus, quod eorum esset dominatus angustior, quattuor, & a Lucensibus mille. Ad haec videbatur, intra eundem diem numerum, quae abstulisset omnia antiquis possessio-ribus reddere, Douadulam Florentinis, Thaddeo Immolensi Bubarum, atque Mordanum; intra quem etiam numerum traicere exercitum in Epirum debebat. Interim vero statua ei in Italia permittebatur, tertius quidem exercitus pariter Padum in Venetorum dirione, reliquis duabus apud Borsium Ducem, & ciuitates Flaminiae, Rauennam, Forolium, atque Fidentiam. Pronunciabantur vltimo loco pacem non obferuantibus formidanda. Exerant, anathema, imprecatio, & sacris omnibus interdictum: quarum expiationem, cum non haberet, aut longam inter se lite differerent, & ad pacem reuocari diuturna oblatione nequissent, a Sacerdotibus ciuitatis ante omnia arguerunt. Quod si inimicitias deponere perniciosa intentione noluerint, de Ecclesia caeteri iustissima excommunicatione pellantur.

Inter haec solennia, Platina, gratulatoriam de pace, & exhortatoriam ad Bellum Turcis inferendum, his verbis dixit.

II. Gratulatoria de pace, & ad bellum in Turcas hortatoria Platina Oratio.

Si cui vniquam, pro conseruata vna, atq; item alia ciuitate gratia sunt acta, ea hoc potissimum tempore Pauli Pontificis maximi laus est, qua vel laudatissimum quemq; iure ac merito antecellit. Is enim consilio, quo valet plurimum, prudentia, quae cuncta moderatur, & regit, constantia, cuius administratio, ut firmissima anchora, non solum Petri nauiculam a procellis, & fluctibus tuerit, verum etiam vitam omnium nostrum, bona, fortuna, parentes, liberos, domicilia, ciuitates, Italiam, totam Europam, ex ferro, flamma, atque omni genere crudelitatis, & saeuitiae vna demeruatione pacis eripit, ac conseruat. Ardebant cuncta bello; sollicitabantur pollicitationibus in partes Principes, ac populi, noui conscribebantur exercitus, veteribus supplementa addebantur, commeatibus omnibus fariam ad tantum bellum tam parati erant. Verum Paulus diuino nutu, Collegio Cardinalium adiunxit, auditis per sepe partium Legatis, aequas pacis condiciones in medium posuit, auersurum a ceruicibus Italiae, a visceribus ciuitatum ab euerisionibus Urbium nostrarum, oeni vim, in manu, in manu Turcam. O mentem hominis, prope diuinam. O singulari sapientia: O charitatem erga Christianum genus inexplicabilem. Quod vniuersum, & spiramus, quod fruimur luce, ac liberatore vita, tuo id munere fieri nemo est, qui ambigat. Tibi deinceps, quicquid nobis fortuna, aut industria dederit, id omne merito tuo referent acceptum. Vltor eris post hac annona, liberior mercatura mari, ac terra, amplior, ac copiosior agricultura, quo voluerimus, aut negotij, aut animi causa, sine hostili metu, nobis migrare licebit. Egisti nimirum Paulus, quod Pontificem decet. Curanda erat tibi credituram animarum salus, curanda populorum, ac Principum concordia. Retinendi deinceps admonitionibus, & censuris in officio sunt, qui aut superbia, aut avaritia, aut cupiditate dominandi, melior vim inferre, ac iniuriam facere tenuioribus conantur. Tu vnicus diuino nutu, ac Patrum omnium consensu ex Ordine Cardinalium delectus es, qui Christianam rempublicam regeres, ac gubernares, qui leges, qui plebs, qui mores prouinciarum, ac popu-

lorum aqua lance temperares. Ad summam laudem Paulus, nihil tibi praeter bellum Turcis inditum, ac conceptum deesse vides. Hinc enim tua laus, tanquam ex opimo gymnasio emeritatem, capiet. Graue est facere hoc bellum, & periculosum, sed multo grauius, ut inendum inter condensa tecta futurum est, nisi obuiam saeuientis hosti terra, & mari sit fuerit. Is n. sedentibus Christianis, foecidia, & avaritia Principum in Europam magno exercitu irruentibus, capta Constantinopoli, ac dirpta magna parte Thraciae, Macedoniae, Thessaliam, Beroiam, Achaiam, & totam ferme Epirum, addo etiam Peloponnesum vi capite: praeter pauca oppida, & ea quidem maritima, quae a Venetis fortiter, & constanter sunt defensa. Retico mores duorum Imperatorum, Constantinopolitani scilicet, & Trapezuntini, i. taceo Regis Bosniae, Ducis Serbiae, ac multorum Christianae religionis Principum, vna cum populis, & nationibus interit. His occasione illeceus homo omnium crudelissimus, ac dominandi cupidus, Pannonias magnis iniuicem illatis, acceptisq; cladibus, cum ingenti exercitu sepe ingressus est. Resistere fortiter, ac constanter Hungari idem fecere Epirota, & Illyrii idem postremo Veneti terra, mariq; quibus bellis declaratum est, plus spei hostem in discordia Christianorum, quam in virtute, & fortitudine suorum reposuisse. Excitare hoc profecto animos hominum, atq; inflammaré, potius, quam deterere ad tantum bellum tamq; necessarium debent. Diuinus tamen differendū non est, ne qui ad haec vsq; tempora, cum suorum interitu, barbarorum imperis sustinuerit dimicando, & sua tuendo, nunc demum derelicti Hungari, aliorum exemplum imitati, Turcis se suaq; omnia dedant. Conquerentur tum deniq; homines, & transi- tionis honestiorem viam putabunt, si a nobis desistunt videbitur. Istud etiam atq; etiam considerandum est, qd tantum additamenti hostibus, potestissimum accedit, quantum nobis ademptum fuerit. Adde, quod hostibus, audacia, & veigal, nostris timiditas, & inopia crescit. Omitto vtilitate, quae quam magna futura sit, negotiantes & mercatores Europae, qui commigrare emolumentis causa ante hoc grauisimum bellum solebat, cum gemitu conueniant, & spe pleni, loca illa amantissima, ac fructuosissima in potestate Christianorum aliquando ventura, vtilitate exoptatam expectant. Omitto inquam vtilitate, quae etiam si nulla extaret, debellato hoste, tamen ad delenda ignominiam superioribus temporibus, negligentia, & avaritia eorum, ad quos maxime attinebat, acceptam, bellum suscipiendum esset: praecipue vero cum hac inmanissima bellua, non in homines, sed in Deum, Optimum, Maximum, quem merito colimus, verum Dei filium, vt Redemptorem generis humani, vt verum, ac sanctae religionis fundatorem, arma sumat; spurcam, foecidam, inhonestam, inuestam, Mahometanam praediam verbis stolidis, & impudica actione iactans. Possunt conuenire oblectissimas causas (si ad has respicimus, quae grauisissimum) multos quodam populos, multos Principes, bella periculossima suscepisse, vt Romanos Achaicum, & Tarentinum; Gallos Romanum, Lacedaemonios Atticum. Omitto Romanos, bella prope infinita cum finitimis, & externis gessisse, ob res quantumvis paruas repetitis, & non redditas, violatum ius Gentium, & lasum aliqua ex parte sedus. Vos autem tot vrbibus ereptis, euerfis, atq; incensis; tot deuastatis prouinciis, tot Regibus, tot Principibus, tot populis Christianis, variis cruciatibus necatis; tot impuberibus, partim stupratis, partim in grauisissimam seruitutem auctis, a vindicanda tanta iniuria super sedebitis? Moneat saltem vos, si hoc non satis magna videtur, spreta religio, profanata templa, expoliata sacra, comminuta, ac diffracta Dei, sanctorumque omnium simulachra. Quid Martyrum reliquias, nonne per contemptum ex adytis, & sacrariis aulae passim per vias, per compita, & immunda loca proiecta iacent? Audite eorum voces nunc certe videor, obsecrantium vos per sanguinem eius, qui vos redemit, per martyria sua ad communem salutem tendentis, vt bellum animo conceptum, tandem suscipiatis, habituri Ducem Christum ipsum, ac Sanctorum opera, & auxilio pro Centurionibus, & signiferis vsuri. Vnum tantum modo verior, ne vos deterreat, res totiens infeliciter tentata. Sed quo hoc consilio, per immortalium Deum, quibus copias, quam dispendium, & inaequalibus bella sunt, inchoata, nec perfecta, nolite id factum, cum ob eam reuerentiam Christianorum auctor. Collecte pecuniae, quavis arte, & acerbitate sunt, conscripti milites, comparata classis, nec tamen

quicquam

quicquam dignum memoria gestu est. Imperator, & quidem p. clarum veterani, & firmum exercitum, non collectum, ararium solidum, non mendicatum tanta mole bellum exagebat. Io. V. a. inuoda clarissimo duce, Hungari, non propulsarunt modo numerosum hostem, & serocem, verum etiam ingenti illa clade eum cedere sinibus coegerunt. Quantilla copia magnos hostium exercitus Illyrii, & Epirotae, Ducum suorum imperio, ac consilio in praelis reuerit? Pa. us manu iam quinquennio, Veneti, Magnas Turcicum terra, tum mari detinere copias. Congredi nauali praelio nunquam cum Venetis est ausus conuenire Bosphori, Propontidis, Hellespontis, tanquam turis effugia tueri. Ceteri ex his licet, hominem plus fortuna, & dispendio Christianorum, quam virtutem peli ex Europa in latebras Asiae posse, si consilio tuo, & mandatis, Italiae populi obtemperauerint. Armavit Vrbani, secundus Pontifex Maximus, conuenit Christianorum ad arum montem habitis, trecenta milia hominum in Saracenos, recuperanda Hierosolyma causa. Haec tanta multitudo Christi figno notata, Christianorum primo diuersis itineribus, perueniens, Ducibus, & quae clarissimis Godefredo, Bistachio, Balduino, Raymundo, Boemundo, vsq; in Asiam traiciens, Graecis ipsi, maxime vero Alexio Imperatori Constantinopolitano aduerfante, qui maligne conuenit submissis, abbat, oppida multa, Nicaeam, Antiochiam, Hierosolymam, Heracleam, Tharsum, multa milia Saracenorum, & Turcorum caesis occuparunt. Defertentibus deinde tantam expeditione quibusdam, deletis sup paulatim Christianorum exercitiis, nullo subministrato supplemento, vt dicebatur, ad Turc. & Saracenos tandem oia recedere. Si d. retinere Christiani Principes aduici fuissent, q. multo sudaret, ac sanguine nostris pepererant, nunquam illud bellum sanctissimum, & annalibus aureis notandum, tam turpe exitum habuisset. Tamen adstr. Vrbani virtus fertur, qui tam pium, ac iustum bellum concitauit. Laudatur, & Bernardus, Clarauallensis Abbas, qui hortatu suo, & sanctitate, quae celebris tum habebatur, multos Principes ad tantum bellum, tamquam necessarium impulit. Imprimis Conradus, Suenum, cuius exercitum dum Iconij esset, non barbari, sed Emanuelis Constantinopolitani Imperatoris fallacia deleuit, mixto gypso cum farina, quam conuenit nomine subministrabat. Deficientibus n. hanc ob rem militibus, qui variis afflictabantur moribus, retracere Conradus, coactus est. Repressit item ferociam Saladini viri fortissimi Balduinus Quartus Hierosolymorum Rex, fugatus eius ad Acalonem copias quo postea mortuo, Saladinus victis ingenti clade Christianis omnia facillime in suam potestatem rediit. Desuerunt illi scula Pontifices, qui & vellent, & possent, tantum bellum sustinere. Velle re, nemo est, qui ambigat, cum pacem Italia, quietem Europam, ac curatissime quaesieris, vt esse posses, fecit tua non in querendis modo pecuniis solertia, sed etiam in conseruanda parimonia. Delegisti item, & quidem prudenter ex militia Italica, Bartholomaeum, veteranum duce, cui tuas, ac reliquorum sociorum copias merito comiteres. In eo n. sunt, quae in duce optime inesse oportet: scientia rei militaris, quam a veteribus annis prope in castris enutritus, sub Braccio duce praestantissimo, contra acerrimas hostium copias dimicans imbibit, duxit deinde per multos annos ordines. Liberata Italia, dum Mediolanenses variis bellis distraherentur, suis copiis contra Gallos fortiter dimicans, tutatus est. De labore hominum in bellicis negotiis, de fortitudine, & constantia in aduendis periculis, de consilio in prouidendo, re militari ita exigente non attinet dicere, q. cum semper alias, tum vero vel maxime praeterita estate maximis ductauerit exercitus, nullo incommodo a magnis hostium copiis accepto. Adde q. gloria cupidus, antequam de vita discedat, relinquere de se monumentum cogitat, q. postera fama celebrat. Offerri viro nulla certe maior occasio potuit, bellum habet honestissimum, pro pio contra impios, pro iusto & bonis, contra iniustos, & malos, pro modestis, contra immoderatos, & immoderantes. Pugnaturus nimirum est Deo ipso Duce, quem spernunt hostes, quae negant, quem tollunt e medio, quoad fieri potest, Mahometum perdidit, blasphemae sectae, & spurcae auctores sequentes. Inchoare tantum bellum difficile videtur, q. longe ab Italia sit eundem, q. in aliena prouincia sit dimicandum, & contra eos, qui immanes, & crudelis in praelis habent. Sed adeone emoluitos, & effanatos Italor. animos putabimus, vt cum Romani olim bellandi causa, extremas orbis terrarum partes para-

grauerint, Alpes aditu difficiles superauerint, non sint futuri, q. nostra atate nomina dent ad transeundum in Epirum, in Macedonia, in Graeciam? Ego vero sic existimo, proposito die, quo ad danda nomina, ad ta sanctam militiam sit eundem, innumerabiles prope tum equites, tum pedites eo propere ituros. Abundat milite, & quidem exercitissimo Italia, sed paupere, ob avaritiam Principum, & disturbanam pacem. Confluere eo tanquam ad epulas putabis, vincendi, ac predandi causa. Perstinebit hoc ad communem Christianam rempublicam vtilitatem, & quod aberit suspicio conspirationis, intento ad res agendas milite, & q. bellum in terra hostilium, eorum animos, comatius, v. d. g. a. diminet, ac nostris audacia faciet. Continebitis item in fide hostium finitimos, qui vel se sedaturit, ac belli, vel aliqua opportunitate illecti, non ita constantes futuri videntur. Omitto oblatam vobis occasione recipiendos eos in fide & amicitiam, qui crudele, eruditus iugum, a ceruicibus suis rejicere iam dudum cogitant. Timorem obiculis nostris militibus, Magistres reformidat vulnera, & susum cruorem Asiaticam, quam Europam? Vnde quae robor militiae, & constantia, & contemptus vitae in praelis est habitus, si non hanc fortitudinem Europa habuit? qua homines, ad labores, ad frigora, ad aestum, ad famem, & sitim toleradam, ad sustinenda vulnera, ad tingendas cruore manus producere, atq; alere videtur. Hinc orri sunt, p. ex ipse aut ex Italia, qui Orientem, qui meridiem, qui deniq; totum orbem terrarum Romanorum Imperio subiecerunt. Obstinatiores in praelio futuros nostros putauerim, q. non pro libertate tantum, sed etiam pro religione, & immortalis Deo dimicaturi sunt. Terret quosdam multitudo hostium, q. ad ducenta milia hominum eadem castra plerumq; habeant. Nusquamne auditi, aut lectum est, magnam multitudinem, & eam quidem inconditam, se, q. in a numero sitate impediendam, a paruis exercitiis, susam? Superatit Milciades Atheniensis, dux in campis Marathoniis cum d. c. m. milibus militum, adiuuantibus per paucos Plateensibus, centum millia Persarum, in Graeciam a Persa missa. Occupatis angustis Thermopilarum Leonidas Spartanos Rex, cum quatuor milibus militum, ita Xerxis copias terris ei graues pugnando defatigauit, vt non vixit Lacedaemonij sed hostes cadendo defatigati potius concidisse dicantur. Superatit Themistocles Atheniensis dux in angustis Salaminis freti ingentem Xerxis potentissimi Regis classem, cum paucis navibus, si numerus Persarum inspicimus. Hac pugna Xerxes perterritus, in regnum omissa Graecia trepide sese recepit. Quoties parua manu Darii, aut praefectos eius magnorum exercituum Duces fudit Alexan. Magnus Quotiens Caesar? Quotiens Scipio? Hannibalem? Pyrrhum? Et ne veteris testamenti historiam praetereamus Saul Rex solus vno praelio mille, David decem milia Philistinorum superauit. Non fraudetur sua laude Iudith femina illustris, quae Holophernem interfecit, ac patriam graui obfisione liberauit. Facit hoc auxilio Dei, q. iustum semper causam fouet. Tueritur & nos idem Deus, qui Pharaonem, iniuste populū eius persequentem vndis rubri maris submersit: qui Boemundum, Eustachium, Godefredum, Balduinum olim, ac nostra atate Sigismundum Imperatorem, Eugenio Pontifice, Io. V. a. uodam Nicolao Quinto, Marti. Regem Vngariae Pro Secundo instante, magni illius crudelissimo hosti, & impio claudibus, euerit. Erunt quos fortasse impensa bellica deterruit, q. sine ingenti armorum, comatibus, pecuniarū vi, & numero tantum bellum sustineri nequeat, quippe cum aduersus totam Asiam, ac magna partem Europae sit dimicandum. Est quidem hoc bellum, vt verum fatear, magnum. Non tamen adeo magnum, vt ab Italia sustineri non possit. Et vt a reipso Christianorum Principe, Paulus, incipit, cui praesentis diuturni, & perennes, tua v. d. g. a. vnde impensa bellica, satis fieri possit, non sunt conuenienda. Sub dirione tua Picenum habes, Patrimonium, Maritimam oram, serafissimas Italiae partes, vnde nauibus facillime comportari ad nostros in Epirum, in Peloponnesum, in Illyricum, & omnes partes possunt. Quid, q. tibi facultas data est exigendi decimas, vigesimas, ac trigessimas, a secularibus, ab Iudaeis, a Clero, si ita res pub. exigere videbitur? Omitto scribere, quos thesauros, quadrienarios, & p. a. a. uos, ad hoc credo vsus. Est n. hac omnium constantis opinio, magnam vim signari auri apud re esse, quo & exercitus Christianos sustinere, & te, ac tua, si qua vis ingruerit, tueri possis. Non derit tamen bello Ferdinando Neapolitanus Rex, qui pacato iam illi ab externis hostibus regno,

Italia militibus abundat.

Pauci milites sepe magnam fuderunt exercitum.

gloriosus

Italia sola Turcis resistere potest.

gloriosius nihil, aut sanctius agere potest, quam vna tecum Christiani nominis hostes, a cruciatibus nostris amouere. Habebat militum exercitum summum, & veteranum habebat cretos, abundat omnifariam commatu, habet portus ad traiectionem in Epirum, & Graeciam accommodatos. Hinc quantum spes concipere possit, non ignoras, cum mandatu tuo obsequensissimus futurus sit semper. Florentissimam polleat terra, a mari tua ostendunt decreta, cum belli partem eis designaueris. Senes, Lucenses, Ferrariensis Marchio, additamenta ad hanc rem non parua videntur. Ducem praeterea Mediolanensem Galeazium Vicecomitem, potentem milite, commatu, pecunia, facile in sententiam tuam deduces, modo bellum susceptum inchoetur. Venetos florentes copias, & opibus, ad tantum bellum ceteris promptiores cognoscimus, & quod hostes, quibuscum quinque annis variis casibus bellum gesserit, simitimos habent, & quod nunquam maiorem opportunitatem augendi rem & gloriam Venetam hac habituros se sperant. Maxime autem sub tuo hoc felicissimo Pontificatu, quo omnia ad pacem populorum, ad concordiam Regum, & Principum spectare videntur. Multa sunt, Beatissime Pater, quae te debent ad hoc bellum impellere; honor Christi, pro quo & mors est oblectanda; cum ipse, qui Deus erat, & homo, pro nostra salute grauissimos cruciatibus usque ad mortem est passus. Periculum, quod imminet cruciatibus Christianorum omnium, se uenit immansissima illa bellum, charitatis patriae tuae, quae prope in faucibus barbarorum est posita, qua sub lata, tanquam refracta porta, huc hostes humani generis ut rabiidatigies, int deuoleturi, ad explendam sitim, quam de sanguine Christianorum concipere. Recinendi sunt Veneti in angulo Italiae, quorum nulla maior, aut sanctior nostra aetate Respublica est. Fouendi, atque iuuandi omnino sunt. A nobis enim exterat gentes & barbaras, suo sudore, suo sanguine reuicunt. Mare Adriaticum, Ionium, Aegeum, totum nauigantibus praestant; provinciam vberem, & abundantem rerum omnium copia faciunt; libertatem Italicam tuentur, tyrannorum quorundam sauitiam cohibent. Hi facta populi, qui grauius, & iniquius opprimuntur, spe ad eos transeundi, bello nauali, quo ipsi solipsi pene possunt quam reliqui, qui nauigatione videntur, Turcum adorantur, & hostem vel intra angustias Hellisponi, & Bosphori persequantur: Tu bello terrestri cum reliquis sociis, adiuantibus visum Veneti, hostem aggredere, in flumina, vrge, ac demum Epirum, Macedoniam, Peloponnesum, Atticam, Boetiam, Thraciam, & Constantinopolim, caput Orientalis Imperij a faucibus rabiidatigies. Subsequantur auctoritatem tuam Germani, subsequantur Gallici, & Hispani, subsequantur demique omnes Christiani nominis, qui nihil aliud expectare videntur, quam ut abs te regnum Crucis, & sanctissimum vexillum esseratur. Accensius pulchritudine gloriae, quae te celebrat, Friolicus Imperator audiet, pariet tandem, quod iam dudum tunc, tot Conuentibus ob hanc rem in Germania habitis. Te solum omnes intuentur, & inspicunt, tunc quoque imperaueris. Tolle itaque vexillum Sanctissimae Mater, & ut optimum Ducem par est in hostem signa moue. Hoc ut facias, te Deus ipse adhortatur, mouet, impellit, hoc pietas, hoc religio, hoc humanitas, hoc demique illorum calamitates, qui dominatum, & potentiam crudelissimorum barbarorum, tot annos patiuntur. Videntes audire eorum gemitus, videre lacrymas, supplices manus ad te porrectas, ut eos a penis, a cruciatibus, ab omni genere sauitiae, a seruitute ipsa, morte grauiore tandem pro tua misericordia, & pietate liberet. Hoc bellum etiam Christianorum Republicam pene labentem confirmabit, & tibi Beatissime Pater gloriam pariet cum aeternitate nominis.

III. Pauci conditiones alii qui recitant.

His omnibus in magna hominum frequentia recitatis, cum mox ad Venetos, & Sociales per eorum Legatos essent ordine nunciata; Veneti quidem intra dies legitimos sine difficultate singulis assenserunt: Sociales vero accepta tantum pace, conditiones eius omnes, vno consilio repulere, factum pontifici, non mediocriter admirati. Meminerant enim, damnata sapienter ab eo fuisse in Senatu, & apud alios Bartholomaei incepta; praedonem illum appellatum,

tum, turbatoremque quietis; Venetos autem iniustos quorum vel permisso, vel voluntate ea esset mollius. Sciebant quoque, se coactos, cum tranquilla fuerentur pace, sumptuose arma; non vexandi cuiusquam causa, sed sua tantum tuendi, quorum etiam sumendorum incitamentum ipse dedisset; quod & multo ante Bartholomaei motum praenunciasset, & ad eum salutem inter se foedera suauisset. grandem porro in hoc bello consumptam pecuniam, quam plurima de iuribus susceperat; voluntate Dei repulsum tandem hostem esse, eoque exercitum eius ad ductum, ut victo similis in agum Rauennatem re fugerit. Pro penis autem, quae tantis iniuriis debebantur, praemium nunc ex tota Italia peti, victoribusque imperari tributa, quae victis pendantur. Huc accedebat, quod rram rem non iudicabant, tanto stipendio manifestum hostem augeri, qui ut munciceps Venetorum esset, & suae magis, quam alienae Respublicae auditoris imperia videretur. Attendebant quoque aetatem eius extremam, quae cum molliorem nuper Italiae militiam ferre non valisset, nimirum ad externam asperitatem incommodam iudicabant. Ducem quidem tantam rem poscere, non animo solum, sed corporis quoque viribus fortem. Agatensis autem Concilij canonem, quem veluti clypeum facti praetenderet, non oportune in eam rem deriuari. De priuatorum odiis, non publicis contentiombus sensum illius esse; ab eo conditiones pacis, quam ipsi non respiciant; & nullas sibi cum Bartholomaei inimicitias, nullum odiu, nullam diffensionem futuram; quae sint Canonis argumenta, si positus ille armis, vexare se desinat. Haec vero omnia, si contra illi secum sint, & gratis suscepta esse, & suo damno non alieno poni debere. Sibi quidem, quod pro Itatorum libertate certassent, laudem, & praemia; quod vero tanta stipendia facere, & tot incommodis agi, aliena improbitate essent coacti, satisfactio nem etiam lege deberi. Venetis, Bartholomaeoque satis, superque esse debere, quod bello inferiores, pacem beneficio suo accipiant. Ad iniustus conditiones, nec potestatem in se Romano Pontifici esse, nec vllam suae Respublicae voluntatem.

IV. Alii inueniuntur, ut accipiuntur.

His, atque huiusmodi rationibus imperata pontificis declinabant Sociales: sed contra ille, quantum praeterat, contendeat, ut placatis animis, ad Venetorum perducerentur exemplum, totumque huic vii rei sine intermissione, se impendebat, nunc precans, nunc pollicens, nunc si dissentirent, adhaerurum se Venetis minitans, fiebatque eo laboriosior omnis sua anxietas, quod priuati consilij, non Senatus decreto conditiones esse illas sciebat, earumque reiectarum culpam in se vnum referri dolebat. Nec ignotabat, quantum ad aestimationem Romani Sacerdotij additura viderentur, si essent recepta: tantum demptura cognosceret, si non pareretur. Mutare quoque ex his quicquam, vel tollere, minus ob eam causam licebat, quod se quenter iam quasi inabundus Legatis edixerat, eorumque se ante praesentis veneni poculum, quam variatum quod tot audientibus in omnem partem esset vulgatum. In his altercationibus diebus pene septuaginta consumptis, Sociales, quorum propositum erat, ut ante extrema parerentur omnia, quam id honoris in Bartholomaeum, Venetisque conferrent, a pontifice petierunt, ut (quando conueniri nihil possit) liceret bona venia reuertii ad suos; petidores eos ab armis pacem, quam aequitate non inuenirent. Fecit illis ad vesperum pontifex abundi potestatem, sed per noctem, quae secuta est, recogitans, diligentius, quantae ignominiae res futura videretur, post anni disceptationem, omnibus in se factis discendi; tunc autem timens, ne apud alios qui parati iam dicebantur, felicitus pax diceretur, mane illos reuocatos ad se, multis

verbis

V. De Ducatu Sorano aliquo narratur.

verbis hortatus est, ut de his iam conditionibus agerent, quae quis utrimque animis accipere possit. Non vique adeo iuris sui sint retinentes, ut non aliquid gratiae suae, & Saluti Italiae largiantur: datarum se operam, vt idem ad Bartholomaeo, ac Venetis fiat. Quam ob rem ad d u habitos tractatus reuocatum est iterum, atque animis iam mollioribus, conditiones dici sunt ceptae. Vixidum trigessimus in his intercesserat dies, cum & d plomata imperata seponi est passus: paribusque utrimque postulationibus pacem solam Veneti accipere, cuius quid dem fuerunt haec potissima capita; vt alteri alteris interrogatis iniurias condonarent; vt ablata omnia intra diem v g ssum redderentur; vtque habent in Italia dominatum, liberum esse hanc pacem suscipere, quam ipsi suo, & Ecclesiae Romanae nomine pari beneficio acciperet. Dixerant autem eam quoque conditionem, vt scribere ad militiam suam liceret neminem, qui fuisset alteri. Quia vero designata tantum verba haec erant, & necdum monumentis firmata; d es autem celebris S. Marci Euangelistae instabat, quem publicatione huius operis affeclabat, in conuictam eiusdem Sancti aedem, mane ad solennitatem descendit, atque in magna Cardinalium, & populi frequentia, quae facta erant, ex folio nunciavit, Legatosque omnes ad sua primum, tunc singulos inter se ad muram oscula, complexusque accepit. Nec multo post, scriptis iam omnibus, supplicationem diei vnus ad aedem Sancti Laurentij in Damaso habuit, in qua magno omnium apparatu cum Patribus, & Religionum Collegijs in veste Sacra processit: ac postmodum, ipsa solennitate Ascensionis Dominicae, magna Patrum, & populi frequentia, ad propitiandum pro pace iam constituta datorem omnium bonorum Deum sacris operatus, in decantatione verficuli Agnus Dei, ad osculum pacis, non proximos tantum, sed nouo more Cardinales omnes, omnemque Oratores admisit, qui ad sacra conuenerant.

His actis, supererat ex conuentorum sententia, vt quisque quos ad beneficium ceptae pacis veller ad iungii, alterutrum profiterentur. Qua in re cum Ferdinandus Rex, nonnullos professus esset, qui Ecclesiae Romanae subditi erant, plurimum eo facto doluit Paulus pontifex, putans auertendam se suorum fidei causa inuentum id esse. Quam ob rem ipse vicissim ciuitates nonnullas, Toparchaque Regiae ditionis profertens, illud quoque adiecit, denunciare se omnibus, Soranum Ducem, Toparchatumque eius omnem, item & Cassinense caenobium ad se pertinere. Quae denunciatio cum nouorum motuum mox causam praebuerit, de Sorana re paulo altius noscendum omnium gratia est repetendum, id quod superius memorauimus. Bello Andegauenis, quod annis fere sex continenter est gestum, Pius secundus, tuendas Ferdinandum Regis partes assumpserat, qui magnis tunc subditotum factionibus laborabat; atque aditu primo sui pontificatus, Regnum illi, Regni que coronam, Senatus decreto concesserat. Contingerat autem, vt Soranus Dux, quem dixi, susceptam aduersus eundem perfidiam pertinacius tueretur, nec vllis conditionibus reduci ad officium posset; quae res ad successum belli magna impedimenta praestabat, quod vno ex loco vicinis Dux Sueslanus animos in Regem maiores assumeret: proximae autem prouinciae Ecclesiasticae, quotidianum periculum immineret. Ad huncigitur oppugnandum Pius, Neapolionem vrsinum cum parue copiarum, quae domitis Malatestis redierant, misit. Is vero solita virtute vsus, breui tempore is pacio Soran, Arpinumque ciuitates, nonnullaque eius Toparchatus oppida perdidit onem accepit. Illa petentibus populis concessa, fide vt no-

VI. Ludouici Romani arcis obsidetur.

Fodinis Ecclesiastici aluminis, quae vixente Pio prope Minionem fluium inuenta erant, prominebat ab edito colle arcis quaedam Ludouici Romani proceris, natura, & manu eg egie communita. Huius ea erat conditio, vt paucorum hominum beneficio impedito totum fodiendi ministerium facile posset; ex quo annua centena millia in ararium veniebant. Tolsae nouae erat arci nomen. In hunc autem Ludouic Pius, quod in ag is suis alumen id esset repertum, beneficentissimus fuerat. Dederat eius, quod conficeretur annua partem, egentemque & nobiles habentem complures filias pecunia, & veste saepe adiuuerat: arce autem sic libere vti eum permisit, vt iam non paternam rem, sed creditam fidei videretur tenere. Summa illi erat tranquillitas, alendaeque familiae certa fiducia. Duxerat autem vxore no-



bilem feminam, Vrsi cuiusdam sororem, qui Vrsina familia natus, Asculanae ciuitatis in Apulia Ducatu gerebat, & primos eo tempore in exercitu Aragonensi sub Alfonso primogenito ducebat ordines. Aditus Alfonso iuueni militaribus in rebus, quasi monitor quidam, ac custos. Tulerat autem ex ea vxore Ludouicus, filias septem, quarum maior adhuc pars, apud eum reliqua erat. Huius ergo potiundae arcis spes Pontifici cum a quibusdam esset oblata, qui ad fodinas opus habebant, vincum illum nullo negotio deditur, creditur, vt in i s f o l e t, quae cupiunt homines, mittuntur ex Vrbe pedites complures, qui Vianefio Albergato, Procamerario duce, adiutori negotium sunt, & arce occupata in praesidium successu. Sed casu detectis insidiis, pedibusque depulsis, quod dolo parum successerat, aperta iam oppugnatione tentatur. Obsidetur ex propinquo arx, & copia maiores vndiq; aduocantur: tum bombardae aduehuntur ex Vrbe, protinusque oppugnandi omnis ratio, summo studio comparatur. Sed naturalis loci primos hos impetus facile sustinebat, nec iam paucorum dierum opus id videbatur. Interim ergo nunciata obsidione Vrsi, qui Ferdinandi Regis imperio exhibens Florentinis ad illum copias reducebat, dolens supra modum Germaniae foris filias paternis adempris, ad mendicantem vltimam cogi, velocibus nunciis a Rege contendit, vt ad soluendam obsidionem, munientiamque arcem dirigere eam iter assentiat, futurum ostendens, vt breui conata perficere, & incolumes reuerri sine periculo possent. Eam potestatem Ferdinandus summa voluntate indulgit, putans munito ex suis praesidiis loco, per noui negotij metum faciliorem Paulum, ad reddendam rem Soranam futuram. Iter ergo haberi ad sinistram per Perasinum, & Picenum agrum debebat, quibus locis ante aditene. ant: misique ob eam causam certi quidam a Pontifice erant, qui per eas pronicias sine maleficio ducerent, & necessaria omnia facerent expediri. Sed cum ad Policianum Florentinorum oppidum copiae pertinissent, conuersis subito ad dexterae am signis in vallem Vrciam descenderunt, quae Senensis est ditionis, ac loco castra metati sunt, qui a Pencia ciuitate millibus sex passuum aberat. Ibi totum biduum commorati, tertia die ad Centenum pontem progressi sunt, & nec ab Aquapendentanis impetrata via, qui transitus omnes aggeribus eductis obstruxerant, Petilianum Vrsinorum oppidum petunt, atque inde tertiis castris in planicie descendentes, quae Tolphae subiecta erat, a milliario sexto confidunt. quo aduentu dies nonnullos ante praecognito, Pontifex iusserat obsidionem statim dissolui, tanto sustinendo exercitui parum idoneam, & medietum Cubicularem, qui familiae Vrsinae amicissimus putabatur, ad Ducem Vrsinum praemisit, qui animum eius leniret, & de componendis rebus, bonam spem faceret. Ille vero qui per hunc motum id tantum quaerebat, vt fortunae suorum collocarentur in tuto, per otium autem transigerentur reliqua, benigne ad singula respondens, mane diei sequentis cum expedito equitatu ad Ludouicum accessit, abductaque inde omni familia, firmissimum ex praetorianis praesidium collocavit, frumentumque, ac tela, quantum satis esset, inuexit. Quibus actis, videns Alfonso, & monitis paternis, & Vrsi obsequio iam satisfactum, transmissis Tyberis, nec villo alio illato detrimento, in Marfos, qui intra regnum Neapolitanum sunt, reduxit exercitum; non minorem hoc facto generi suo ingratitude, quam Ecclesiae imparatae, timiditatis notam inurens. parum enim, vt visum est, ad memoriam beneficiorum tulit, noningenta, atque eo amplius aureorum millia, quae paulo ante seruandi regni sibi, ac Ferdinando patri Romanae Sedes insupererat; tantaque in superdifermina, quae in continuatione belli magnis detri-

mentis coacta erat subire. Sed nec sine diuino numine talia euenisse credita sunt, quando sola opportuni loci cupiditate, innocentis hominis quaesita fortuna sunt, & miseranda familiae auitarum rerum omnium intentata calamitas.

Erat in Maris Rogerion quidam, assertor olim contra viduae matris studia rerum Andegauenium: Is ob eam causam amissis reliquis, solum Balzeranum oppidum, quinto adhuc post finitum bellum anno sine impedimento possederat, cum tamen non satis pacato in Aragonenses etiam tunc animo pararetur. Itaque cupiens Ferdinandus, has quoque reliquias tollere, quo liberis Soranis rebus pollet intendere, locum improuiso adortus, intra paucos oppugnationis dies, in deditioem accepit: quamquam ex ijs vnus Rogerion esset, quem Pontifex ad beneficium pacis suae nuper elegerat. Porro autem a Balzerano in Soranum Ducem conuerso exercitu, arces nonnullas, quae illi munitissimae erant pari deditioem accepit, imminens iam ciuitatibus, quas volente illo possessionis Ecclesiae factas iam diximus. Hanc vero concitationem Regis iampridem etiam intuitus Pontifex, putansque rebus a se tam imparatis, vnicam in extrahendo tempore spem positam esse, iusserat Praesulem Tyraonensem, domestico sibi ministerio charum, & auctoritate inter Palatinos praecipuum ad illum proficisci, & persuasionibus impetum retardare. Interim tamen quam maiori poterat equitum, ac peditum praesidio ciuitates, & castella firmabat. Sed illo infecta re non multos post dies reuerso, fiducia amplioris dignitatis, iubetur succedere Cardinalis Sancti Clementis, qui toto Andegauenium bello Legationem gerens, vehementer illum adiuuerat, idque vnum monetur, vt quacumque ratione possit, rem in instantem hiemem deducat, cuius beneficio spatium sui colligendi habitura esset Ecclesia. Is igitur gratia apud Regem, de quo erat summe meritis, valens, monitis multis efficit, vt ab aperta vi abstineat, iudicio cognosci inter se, & Pontificem consentiret. Quod cum mox in eius ad urbem reditu, constitutis iudicibus fieri coeptum esset, Aragonenses ad hiberna proxima deducti sunt, & Sorana res impendendi periculo esse liberata. Mansit tamen vtrunque ab opinione illatae, acceptaeque iniuriarum acerbitas animorum multa, atque indignatio. *Papiens. Commentariorum lib. 4.*

Ioannes Baptista Pigna, addit nonnulla, quae inter, & post tractationem concordiae, Paulo pontifici contigerunt; quid etiam ille in maxima rerum perturbatione tentauerit. Publicato in Basilica Araclitana priore decreto, Legatis Principum nihil mouere placuit, heris inconsultis; ita mentibus Regios, Cardinale Tranensi, & Neapoleone Vrsino, Ferdinandi perstudiosus: quorum deinde exemplum, vt dignitate praecellentium, quemadmodum in hisce rebus fieri solet, reliqui sunt imitati. Pauli iudicium, omnes in vniuersum, exceptis Venetis, ac Borfio Atestino, maxime autem Florentini damnauerunt; gnari ex superiore scedere, adempta Sanctae Sedi restitui oportere; ac praeterea eorum sibi tutelam, atque patrocinium esse dimitendum, qui pontificis in oppidis dominarentur. Galeazio dolebat, quod argentum Coleoni ad bellum Thracium ceptum esset numerari; cum existimaret id aduersum se a Venetis posse impendi. Ferdinandus, pacem non minus, quam Galeazius est detestatus, tum in gratiam Sociorum, tum quod aegre ferret, Coleonem bello Turcico esse praefectum, nouum hominem, affecta aetate, rei militaris ignarum. Florentini ante alios, communicato cum Galeazio consilio, internuntijs Antonio Rodolphio, & Thoma Soderino ad futurum Concilium prouocauerunt, iactantes, immoderatas Pontificum cupiditates, si quaerent eorum ani-

VII. Aragonensium Ducatum Soranum occupare tentant.

VIII. Narratur, quae ante, & post tractationem concordiae acciderunt.

mos occuparent, nulli frano aequo coerceri atque Concilij metu. Ad hanc prouocationis mentionem Paulus vsque adeo exarsit, vt si Ecclesiae facultates id tulissent, exemplo illi bellum intulisset. Faciebant illi, vt Paulus eo metu percussus, in partes eorum descenderet. Cum autem ipse, se & communem omnium parentem, & Conciliorum praesidem esse, nec id inultum passurum diceret; illi vero augendis copiis intenti, Ferdinandum quoque, & Galeazium ad coniungenda arma sollicitarent, ac omnes paciter eo armatum apparatu id modo quaerent, vt pontificem alicubi offenderent, Borfius, ne quid publicam quietem interpellaret, egit cum pontifice, sineret suum quemque arbitratu priuatas cupiditates moderari, modo pax Italiae maneret, nequinemque ad foedus innitum adigeret. Veneti quoque ad Paulum reuertitur, Pannonios nullo a Turcis metu arma nihilominus parare, ac vulgo ferri in Carnos impressionem facturos: Borfius vero Mediolanensem Ducem, affinitatem Allobrogis affectare, quo eius permisso Ludouicum Regem Franciae in Italiam euocaret: Ita vtriusque externum militem in Italiae viscera posse incurere: haec esse incommoda, quae viderentur impendere, si pertinacius promulgatam pacis formulam retineret. Ergo ille haud amplius dubitans, quam molestus id ferretur in Italia, eo que fieri posse, vt praedignatione trans-Alpinos in Italiam euocaret, simulque animaduertens, rem eiusmodi esse, vt sine Sanctae Sedis iactura facile transigi posset; & potestatem quidem pontificiam longe maximam, controuersiam vero non sacram, sed profanam existere, acta tandem retractauit: ac quasi sententiam moderaretur, nulla mentione publici foederis, cuius ferme causa id munus susceperat, pacem inter eos solum, qui in armis erant, promulgauit; Borfio sua sponte, non alio ducente, ad concordiam additum reliquit. Nec Venetum neglexerunt; quippe Christophorus Maurus tum Princeps literis significauit, alienum a vicinitate, & mutua beneuolentia videri, Patribus, si pacis socium non haberent. Cardinales, Atestini studiosi, Pontifici gratius futurum essebant, si ipse per se, non alterius accessione pacem complecteretur: Id eius instituto magis conuenire, qui medius esse consueuisset. Itaque monere, se ungeret se a Venetis; cum his coniunctum amicum se fateri, aut foederatum, alterum sit parum honorificum, alterum nullam utilitatem, sed detrimentum potius afferat; quod multa mutuo quidem, sed plane iniqua condicione, ob assiduum bellorum metum, quo Veneti magis, quam ipse distineantur, praestanda essent. Caterum aliquot Florentinorum Orationum oratione permotus Borfius, iactantium plus ab eo tribui Venetis, quam Hebraeis; tum in subre Pontifici denunciante, scedere, quod priuatim cum Ludouico Galliae Rege peregrisset, prohiberi se, quominus pacem vsque quaquam, probaret; & clam a Ferdinando petente, vt quoquo modo cum Andegauenibus transigeret, quo vterque simulque Florentini interesse conspirantes, Gallos in Italiam aduersus aemulos traducerent, de industria Veneti Senatus aluit credulitatem, existimantis eum quasi socium, ac maiestatis reipublicae obseruantem paci adscriptum iri. Ille vero consulto moras interponebat, vt ex Italicarum rerum motibus, quibus alij agitantur, deliberaret; progrediendumne, an subsistendum esset. Interim constituerat, nihil noui consilij capere. Effecit tamen, vt pacis commodum maneret ad Galeortum, & fratres Picos Mirandulanos, Marcum, & Ioannem Marcum Pios Carpenfes, nec non Manfredum, & Antonium Corrigates, Nicolaumque eorum nepotem, qui in fide ipsius erant; itemque praedia, atque oppidula possessa in agro Regiensis. Quamquam autem ex tota Italia Legationes Romam confluerent, ad concordiam firmandam,

Galeatius tamen ante frustra expertus certis eam conditionibus coercere, paulo post simpliciter probauit; verum separatim tabulas conscribi voluit, quibus diserte caueretur, conuenta sibi cum Galliarum Rege salua fore, quin vt aliquo propinquitate vinculo eum haberet implicatum, Bonam Philippi Allobrogum Principis sororem, vxorem petebat, cuius altera soror Carlotta, in ipsius Regis erat matrimonio. Galeatius omnia pontificis contentione, qui ab omnibus, quorum interesset, vel sine chirographo pacem ratam esse diceret, Brixillum ditionis Corrigatum fratrum Nonis Iunij obsideri imperauit. At istius, auxilium rogatus, respondit, ex ditionis formula, ea sibi minime tenenda, quae Regiensium finibus non continerentur. Nec Paulus pontifex in speciem maxime intentus publicae quietis, exiguo huic motui occurrat; tum quod Galeatius oppidum ditionis esse Mediolanensis affirmaret, nec Atestini, cuius opera paci inferri fuissent, patrocinium extra ipsius ducatum porrigeretur; tum quod merus a Ferdinando Rege, & periculum a Turca imminens, quod quidem sine magna dignitatis labe dissimulare non poterat, cum maxime sollicitum haberent. Ergo duabus grauissimis animi curis vehementer commotus, quasi in contrarias partes agitabatur. Ferdinandus, bello Andegauenium Apostolicae Sedis opibus adiutus, eiusque rei parum memor coeundus; Ioannes Andegauenis Renari filius, in Italiam rursus euocandus erat; quippe Ferdinandus orta de finibus controuersia, cum prius Columnios, atque Vrsinos aliosque Romanos Proceres sibi in gratiam conciliauerat, validum ad eos fines equitatum continebat, ac de pontifice parum reuerenter loquebatur, palam expostulas, quod propensior in Gallos, Galeatium Ducem de ea denunciatione, nollet se vel minimum institutam cura Ludouico Rege amicitiam violare, ne leuiter quidem castigasset; Florentinos vero obiecta formidine cum Venetis coniungeret. alteram curam excitabat ingens Turcarum apparatus, non adeo Asiaticis rebus vacantium, quin Christianis Europaeis mari praesertim minitarentur. Itaque Sacrum bellum molientis, Venetias cogitabat, vt Pij Pontificis exemplo, classem in Graeciam trajiceret. His de causis indies magis, magisque Borfio sese permittere, haud ignarus, postremo ab Ioan. Andegauio allata ad eum mandata, quibus pacationes, atque foedera expeditioni Italicae opportuna curaret, atque conficeret. Praeterea, si Christianorum armis Mahomete vexare pegeret, Atestinum prouecta aetate, multoque rei militaris vsu, ei muneris haud dabilem parem, atque omnibus probatum ducem destinebat. nec vero pontificis opinionem, ipsiusque Borfij existimationem minuebant, certorum hominum calumniae in vrbe passim iactantium, id eum occulte cum nonnullis sagere, vt Bononiam prodicione portae occuparet. Coactus tandem, Paulus ob intestinas piorum discordias, bello Thracio in praesens abstinere, Ioannem accire iussit, qui post res in Gallia compositas cum inde in Hispaniam capeffendi Nauarrae regni causa transcendisset, Italiam rursus spectare videbatur, & cum amicis significabat, tum ipsi Pontifici renunciantem iubebat, statum sibi ex Hispania, in Italiam proficisci. Sed cum non ex hominis opes essent, vt sine Ludouico Rege tantam rem posset aggredi, subidem tempus, quo Ludouicus proprio periculo coercitus, non amplius alienam quietem interpellare videretur, cum Burgundione foedus percussisset: Paulo pontifici, contra Alfonso Ferdinandi filium, si contra illum aliquid occasione Vrsinorum expulsum moueret, Coleonem cum copiis auxilium miserunt. Ferdinandus, ante suspicatus a Galeazio quoque Ludouici Regis amicissimo, Ioan. Andegauensem aemulum suum in Italiam acciri, eoque nomine illi in senfus, iterum cum eo in-

stituit amicitiam; maxime cogniti Venetorum, & Atestini auxilium, quæ pontifici submiserant. quos etiam vt à ferendis Allobrogi contra Galeazium, recens exorto inter eos diffidio, suppetis auct. ret. & pacem per eos cum pontifice procuraret, Venetias legauit Episcopum Sueffanum, qui specie tractandæ pacis, suam in pontificem Romanum obseruantiam, atque obsequium, studiumque publicæ quietis restaretur, incoluim cum Ludouico Galeazij societate. Sublatæ iam pontificis, & Ferdinandi discordia sub anni exitum videbantur, cum quod animos dissociabat, ex bono, & æquo controuersias de finibus disceptaturi essent. verum Ferdinandus quiete nec scius, ac nihilo beneficiis emotus, grauiora tentauit; quamquam Paulus remisisset illi retentis census, Sacerdotia dedisset, Præfatus contulisset, Cardinalem Romanæ Sedis eius voluntate creasset, numquam passus fuisset hostium de illo audire consilia, denique & pacem restituisset. Quid fecerit? in consequentibus narrabimus. *Pigna libro octauo, Papiensi. Epist. ducentesima septuagesima sex. a.*

IX. Fridericus Imperator Romanus.

Inter hæc, cum Calend. Decembrib. nuntiatum esset, Fridericum Imperatorem in Italiam descendisse voti soluendi causa, quod ad limina Apostolorum ex Germania uouerat, idque Venetorum litteris certissimum haberetur, conuersus Pontifex ad eius suscipiendi curam, vnum ex Secretariis ordine, quæ longissime ire obuiam iussit negotio iniuncto, vt crebris nuntiis de ratione vitæ, & ceteris, quæ cognouisset, sine mora significaret. Inde vocatis in consilium Cardinalibus, quatuor ex diuersis nationibus Episcopos designauit, Iudicesque Rotæ duos & Consistoriales Aduocatos totidem, qui Secretario succedentes, secunda salutationis officia exhiberent. Delegit quoque Cardinalem Hostiensem, & Sancti Eustachij, qui præstarent tertia; non tamen ultra bidui viam progredierentur. Post hæc de ingressu in Vrbem agi cepit. cuius sollempnitas, cum neque ex ceremonialibus libris, neque ex omni historia reperiri tunc posset, (aliter enim cum coronam petir, aliter cum priuata rei causa venit, excipitur Cæsar) hæc deducendi ratio nouo exemplo est sumpta.

X. Quomodo fuerit excipitur & quiritus seruatus.

Cognita via, quæ illi per Flaminiam erat, cum iam Pisauri Secretarius, & non longe à Spoleto Episcopi, Cardinales autem sexto ab Vrbe miliario obuiam illum habuissent, die ipso aduentus, quadruplex gratulatio à quatuor hominum generibus per intervalla diei, & locorum est instituta. Primam ad mille passus trans Miluim pontem, dicentem Procamerario præstiterunt, Præfectus vrbis, & Conseruatores, Regionum Capita, reliquique Magistratus Urbani, in eam pompam compositi, quam ludis testacis circumferre erant soliti. Secundam ad ipsum pontem Præsul Urbinas, quem sequebatur Subdiaconi omnes, Iudices Rotæ, Clerici Cameræ, Cubicularij, Secretarij, Aduocati, Diplomatum Scriptores, Item omnis ordinis Curie ministri Tertiam, ad medium fere spatium, quod est inter portam, & pontem, Quæstor ararij. Hunc magno agmine comitabatæ tota Pontificis familia, Toparchæ Romani, & Duces bellij, & præcunctibus ostiariis, custodibusque pontificum, his virgæ ferreas, illis argenteas clauas manu gerentibus. Vltimam Cardinales ante portam exhibuerunt, ad eam viam partem ordine collocati, quæ uenienti sinisterior esset. Hos cum primo aspectu vidisset Cæsar, capillamento detracto, singulos apprehensa manu, & dato osculo salutauit, gratiæ, & benignitatis documenta ostendens. Ingresso urbem prælo fuit vmbraclum aureum, quo sollempnibus suis vtilissimè confueuerat Pius; atque vna Romani Cines per vicus dispositi, qui illud hostilibus sustinentes, toto itinere per vias suc-

cederent. Morantibus cæremoniis, ad tertiam iam horam nox procefferat. Itaque antecedente secularium turba, quæ innumera erat, & sequente Patrum Collegio, atque omni Clero moueri cepit pompa, lucentibus vndique viis, multitudine cæcerorum, qui certatim accensi diei claritatem præstabant. A porta ad Eadem Marci pontificiam itum est recta. Inde ad dexteram flexum, & pontificali via in theatrum Pompeij peruentum, denique ad Vaticanum, ad Basilicam S. Petri processum. Quamquam autem fuerat transeundum, imperator erat, ad decorem, & magnificentiam vias ornari; Idque summo studio pro ædibus suis quisque impleuerat, pendentibus vtriusque versicoloribus aulæis. Sed nox superueniens abstulit cuncta.

Dum enim metus esset, ne humore noctis (id quod in his ornatibus accidit) exposita nitorem suum amitterent, detensa iam erant omnino & domi recondita; paucis exceptis locis, in quibus maior fuerat honorandi Cæsaris, quam accipiendi incommodi cura. Ad eadem Sancti Laurentij in Damaso, Præsul Urbis, cum omni comitatu, quem dixi, Quæstoritem cum Palatinis Episcopis, & presbyteri Cardinales duo, ac Diaconi quattuor, ad pontificem, sicut institutum erat, diuerso itinere contenderunt, vt essent qui in Basilicam descendentem assisterent. Ad Basilicam vero, quantum à primis gradibus ad summum altare pertinet, Collegia Religionum, Sacerdotiorumque, dextra, & laua, in veste sacra disposita erant, hymnos transeanti Cæsari concinentia. Ad primos quoque gradus Vicarius templi cum suo Collegio in mitra, & sacro pluviali religiose illum accepit, Crucem, quæ in manu erat, porrigens osculandam. Natalis Domini nox illa erat, & hodie iam quinta. Itaque pontifex, qui expectare Cæsarem, atque excipere ad portam argenteam in vestibulo constituerat, inde eorum iudicans id iam horæ eam rem fieri, in chorum ascenderat, & sacrum martirium iussit inchoari, altiori folio residens. Ad eum igitur per media hæc Collegia Imperator accedens, pedem, manum, & faciem osculatus est. Sed post pedis, manusque osculum, alleuans eum altius pontifex, & de Sede assurgens præcipuo affectu in vtrumque latus illum complexus est, moxque in propinqua Sede collocans inter se, Patresque, ad dexteram media, ad complendam sacrum suo se loco continuit. Eo absoluto Diaconi Cardinales duo, quibus præceptum id erat, ad altare Cæsarem deduxerunt. Ad cuius ille ad tum primum in genua procidens, tam diu perseuerauit orans, donec & votum absolueret, & diuinæ preces super eum à pontifice mitterentur. Earum hæc fuit prima sollempnitas. Cantauerunt alta voce duo ex choro; *Elegit eum Dominus, & excelsum fecit, præ Regibus terra.* Ab omni choro responsum est; *Glorificauit illum in conspectu Regum, & non confundetur.* Inde assu gens pontifex ex ritu cæremonialium librorum peregit reliqua, choro, præstanti illi ad omnia respondente. Inde folio descendens, dextramque Imperatoris apprehendens, in pontificiam illum, atque inde in cubiculum, ad quietem perduxit. Cum vero non putaret hoc primo, ac pene tumultuario matutina laudis officio, tantæ nocti satisfactum esse, sollempnitas aliud censuit iterandum, in quo & Cæsar, & Patres ensisque sacras pro more adessent. Itaque ad horam duodecimam, paulo quidem ante primum diluculum, secundam indixit. In eo Cæsar vetusto Sedis ritu, ense de manu eius cum benedictione accepto, illoque vt erat nudus, armigero astanti tradito, camisum, stolamque albam, & pluviale ministrantibus Diaconibus Cardinalibus sumpsit, istidemque latus eius claudentibus, Euangelium le-

Narrantur reliqua gesta à pontifice cum Cæsare.

tionis septimam non iniucunde cantauit, lectio- nem ipsam eorum alteri prosequendam relinquens. Admonuerat inter vestendum cæremohiarum Magister, vt transteram stolam, & pluviale ad sinistram apertum acciperet. Sed ille audientibus, qui proximi erant Cardinalibus, *Non faciam,* inquit: & vtrumque à collo ad pectus rectum induens, conuersusque ad Magistrum, *Sic, inquit, semper sum solutus.* Suadente iterum illo, vt post Euangelium decantatum, pro aliorum consuetudine, ad pedem pontificis osculandum ascenderet; Germanico verò bo, quod à circumstantibus est intellectum, & hoc ait etiam minime putans videlicet, vt creditum est, à vulgari aliorum obsequio; Maiestatem Imperij ea in re vendicandam. Mane vero ipso Natalis Domini sollempnibus Missarum operatus est pontifex; in quibus post communicationem suam, Eucharistiæ partem in hocipsum seruauit, Cæsari obtulit, subnixo quidem in genua, & suum honorem Sacramento reddenti. Ab altari sub vmbraclulo digredientes, venerandum Domini Saluatoris Sudarium, quod imperator erat proferri, profecti sunt. Inde pulpitem supra gradus Basilicæ ascenderunt, ex quo Pontifex solenni more benedicens plebi, quæ innumera ad visendum concurrerit, summam peccatorum veniam tribuit. In ea denuntianda, quod semper Latine, & Italice per Diaconos Cardinales fieri est solitum, cum in extremis verbis admonerentur turbæ, vt acceptæ gratiæ memores, pro Romana Ecclesia, & summo pontifice orarent, additum est; & pro FRIDERICO Imperatore nostro, vt contra infideles, gentemque hæreticam diuinum illi semper subsidium assistit. Hæc fuit introitus sui, & noctis, dieique Natalis Domini celebritas.

Quarto post die in Consistorium veniens, quod dari tibi ob publicam causam poposcerat, cum & Patres, & Germani Proceres quidam, & Regis Vngarorum Legati, & Cypri, & Venetorum frequentes adessent, in hunc modum per interpretem Laurentinum Præfulem locutus est. *Iter hoc meum, summe Pontifex, ad reddendum Deo votum, libentius tamen ad salutem communem susceptum est. Nostri clades per hos annos à Turcis acceptas, & quæ nunc imminet, vides. Egerunt Principes proximi, quod potuerunt. Euræ eorum, & vigiliis nouimus; non tam quidem illas felices, quam suo ministerio dignas. Meis quoque Conuentibus, quos cum Germanis Principibus eius rei causa plurimos habui, successus non fuit. Impedimentis astiduis vtriusque in cassum abiire consilia. Veni propterea ad te, vt quam salutis viam non cerno, si qua hic est, tuo iudicio videam. Christianorum summus es Pater. Primam hanc curam esse oportet, proximam meam. Consule in medium, & quid agendum sit; monstra. Ego, quæ suscipis, quæque ad rem censueris opportuna, accipiam, libensque iuuabo.* Ad hæc Pontifex, cum Patribus communicato consilio (id certe, quod probatum non est) longa oratione, quæ ante se Pontifices, longiori, quæ ipse in eam diem egisset, sigillatim recensuit. Quod vero ad postulatum attinuit, necire se dixit, quid amodo consilium posset: ita iam consilium omne exhaustum cognosceret. Rogare autem illum vicissim, vt si quid attulisset ipse ex Germanis prior proponeret. Dicente Cæsare, venisse se, non dandi, sed accipiendi consilij causa; Pontifice eadem iterante; in proximam ille aulam deliberaturus secessit, atque ibi horam pene continuam fuit. Reuersus cum Proceribus, & Legatis, qui secum in consilium ierant, obtemperasse se ait, neque in tantis consiliorum inopi melius inuenisse, quam vt Constantiæ, quæ Germaniæ ciuitas esset, Italiæ propinqua, Conuentus Principum indiceretur, ad quem, & ambo accederent, & reliquos omni diligentia conuo-

carent. Venturum eò; quantum crederet; Vngarorum Regem Matthiam; id, quod præsens Legatus eius sponderet. Hunc vero laborem ideo necessarium duci, quod quæ commune opus requirant; hæc & communi consilio administranda putentur. Non placuit Pontifici sententia. Ab exemplo præteritum Conuentum, hunc quoque inutilem futurum contemdit. Deliberaturum se nihilominus amplius dixit, atque alio tempore responsorum. A meridie in noctem protracta iam consultatio erat. Itaque Consistorium, & Cæsarem simul dimisit. Dubitatum post hæc à plerisque est, qui pensitare hæc diligentius voluerent, Cæsarisne, an Venetorum petendi Conuentus consilium fuerit. Et enim magno studio à Venetis res agebatur per studiosos tunc rerum Imperij. Qui fuisse Cæsaris arbitrabantur, cum nisi per Legatos conueniret, numquam Cæsar, quæstam æstimabant, non tam proficiendi spem, quam ostentandæ religionis occasionem: vt si quando maioribus ingruentibus malis, quærelæ populorum de Imperio, & Pontificatu essent, culpam omnem desertæ salutis reicere in Sedem Apostolicam posset, amissamque vocante Mantuam Pio suam æstimationem, vocato nunt Constantiam Paulo redimeret. Qui vero inuentum hoc Venetis ascribebant, procuratum per hanc speciem, priuata eorum rem aiebant, non publicam. Videlicet, vt perlata ad Turcos tantum Conuentus fama, terrore illis iniecto, vel pacem in suas leges conficerent, vel ad innouanda fœdera Italorum, Pontificem, quo absente tutiora essent domi omnia, incitarent. Quæ quidem nec ipsi petere, propter elationem vellent, nec præterire propter necessitatem possent. Igitur proximo post Consistorio, vogatis iterum ad Concilium Patribus, cum de responso sententiæ dictæ essent, censuit Pontifex, quacumque ratione Conuentus is peteretur, non videri à republica esse; quando, & præsens temporum conditio non postularer, & præteritorum exempla documento certissimo essent. Placuit quoque, ne veniente sapius in Senatum Cæsare, (id, quod sine grandi expectatione esse non poterat) studio rerum publicarum vincere Sedem Apostolicam videretur, quattuor ex Patribus ad eum in cubiculum mitti, qui decretum hoc nunciarent. Ij vero collocati diutius, cum missum iam esset Concilium, ad Pontificem redire, summam hanc referentes. Placere nihilominus Cæsari conuentum monstratum, & Consistorium iterum quæriti, in quo de hisce rebus agi amplius posset. Id vero cum triduo post permissum esset, conatus est populari magis oratione, quam graui argumenta Patrum diluere, quibus ratio habendi conuentus non fuerat approbata. Ad quæ omnia, etsi diceret Pontifex, ex Germanorum consuetudine, à Germano homine secum non agi, quorum ea lex sit, vt post decreta in consiliis, nil postulent ultra, eadem tamen ferme, quæ per Cardinales nunciata erant, recensuit, argumentisque inuicem collatis, sua propiora vero esse ostendit. Orans itidem, vt quæ dicerentur, & fierent, pia voluntate acciperet, quando nec repiditas vlla, nec metus, sed tota ipsorum ratio à iudicio suo cogeret se, & Patres dissentire. Duo tamen communi animo sunt constituta: alterum, vt litteræ ad Principes vtriusque nomine mitterentur, quibus illi ad Calendas Nouembris anni venientis, Legatos suos, Romanum mittere rogentur, de ratione tuendæ fidei cum pontifice acturos: alterum, vt Venetis diutino Turcorum bello exhaustis, decimæ Clericorum, Hebræorum vicissimæ, & secularium viginti in dictione sua concederentur; quales decreto Mantuani conuentus Pius olim Italici quibusque indi-

Concilium patrum à Cæsare negat Paulus PP.

Conuentus duo inter Cæsarem & Pontificem.



xerat: Et hic quoque postulatorum Caesaris exitus fuit. Non multo post, cum totos Septemdecem dies Romae fuisset, in Germaniam reuersus est. Multis enim interim Paulus, magnique demeritis officii est. Numquam cum processerunt passus est, nisi ex aequo esse; plerumque autem dextera eius apprehensa. Bis quoque ad cubiculum suum descendit. Die, qua Circumcisionem Domini praecessit, peracto Laterani sacro vesperino, ad veneranda Apostolorum Petri, & Pauli capita constituto ponte, per quem ex aequo iterum; intra ferreos cancellos perduxit, & postidic ad Vaticanum rediens, albo equo salutato, & aurea veste donavit: volens videlicet, vt cum antea atratus Caesar semper fuisset, solenni illa transmissione Imperatoris ornatu procederet. Ad pontem porro Adriani, eodem itinere cum Patrum Collegio substitit, spectauitque amplius horam continuam, Praeuenos innumeros, quos ille in eo loco equestri ordine verufo ritu donauit. Praeterea gratias spirituales, easque gratuitas innumeras contulit. Victum sibi, & comitatu, qui sexcentorum amplius equitum fuit, largissimum praebuit. Absentem denique diuersis, duum in liliam aureorum numeribus est profectus. & Praefiles nonnullos ire secum ad vsque Casenam iussit, qui totis Ecclesiae oppidis ad impensam itineris, & diuersionum commoda necessaria imperarent. Quae omnia eo munificentissimum studio collata sunt, quod notissimum erat, toto eius Imperio, propugnatores eum fuisse Romanorum Pontificum, & nec ab illis vniquam in impiorum consilia, quibus trans-Alpinae nationes, sine causa, saepe, in sed. m. Apostolicam tumultuarentur. C. Papiensis Commentariorum libro primo.

XI. Hungaria Rex a Paulo PP. & Caesare ad regnum Bohemiae sollicitatur.

Inter haec consilia, quae Paulus ad salutem publicam intenderat, Catholicae quoque rei in Bohemia periclitanti operam seire non neglexit. Georgium Podiebracium Bohemiae Regem, execrabilis haeresos plane conuictum, publico, grauique edicto regno, ac dignitate priuauit. Conuenierant in locum vnum primores Catholicorum, Ioannes Rosensis, Zdenico Strenbergius, Ioannes, & Vlticus fratres Germani a Leporibus, Henricus a Plauen, Bohuslaus Suambergius, Henricus a Noua domo, Wilhelmus ab Ilburga, Dipoldus Wisfenburgus, Buryanus Gutsternus, & Dobr. hostius, atque plerique alij nobilitate, & opibus insignes. Ipse post longam consultationem, tentandum adhuc Podiebracum deiecerunt, litterasque ad eum dederunt, adhorrantes, vt omnis malis consultoribus; rationes tandem suas ad pietatem, quam Romana colit Ecclesia, non amplius fucito, sed syncero animo adiungeret, quamprimumque in gratiam cum Romano Pontifice rediret, si dignitati, saluti, otioque suo, si ipsorum fortunis, & quieti optime consultum vellet. Nec adhortando, nec obsecrando abstrahere illum a Rochezanae perturbationibus potuerunt; quinimo oleum igni addiderunt. Nam is Strenbergum, quod apud Pontificem, & Caesarem multa tentasset, grauius persequi voluit, eique absentia aliquot arces sine vlla belli denunciatione eripuit. Ergo Paulus Pontifex, miserandis Catholicorum querelis amplius incitatus, cum Cazimirus Poloniae Rex, Bohemiae Regnum delatum, & oppressorum tutelam detestaret, ad Matthiam Regem Vngariae animum intendit, eique conueniente Caesare, Regis Bohemiae collato titulo, curam rei Catholicae in Bohemia rudente detulit. Commodum eius Oratores, Ioannes Quinquaecclesiensis Antistes, & Ioannes Bofgonius Roma reuerterant. Hi Pontificis iussu Mat-

thiam ad bellum Podiebracio inferendum acris inflammabant. Reluctantem illum, & tam Mahometi, quam Podiebracio imparem se esse dicentem, variaque causantem, Friderici Caesaris Epistola, & Oratores circumuenere; qui promissis oneratum, ad extirpandam tandem haeresim impulere. Horrabatur ad id inueniem, quod Mahometem in Asiam arma vertisse, & Syriaco, Aegyptiacoque bello implicatum esse fama iactaret. Succendebat vlcificendi cupiditatem, iniuriarum adhuc recentium amara memoria. Societates enim latronum Bohemorum, quae fratrum dicebantur, multa oppida in Vngaria occuparant, multa praefidia, & castella erexerant, & aliquot annis regnum latrocinii infestauerant; atque hinc eiecitae in Morauiam, Bohemiamque haud aliter, quam in patrium, tutissimumque asylum confugiebant, quin etiam mutuae finitimum iniuria, incuriones, & rapinae, vltro, citroque odia suscitabant. Nam dum quisque suis facile credit, ad veritatem, & iustitiam plerumque animum non intendit. Nec defuerat Matthiae quidem ingenitus laudis, & gloriae stimulus, qui ad maxima quaeque gesta traherat. Immortalitatis enim cupiditati sic obnoxium naturam inxerat, vt pro comparanda saepe gloria, grauissima quaeque pericula contemneret. Instigabat praeter alia religio, diuinus amor, Orthodoxae fidei charitas, Sacrosancti collegij obseruantia, indulgentissimae Pontificis, & Caesaris auctoritas, quorum alter quinquaginta aureorum millia per Ioannem Oratorem Quinquaecclesiensem, & collegam ad Matthiam miserat; alter omnia vnus anni veltigalia Austriae, item arma, comaeatus, & tormenta quoque bellica ad hanc expeditionem vltro offerebat. Cum de suscipiendo bello ad conuentum frequentissimum retulisset, variae vtriusque sententiae audita sunt. Plerique, propter Mahometis insidiosum, potentissimique hostis periculum, a ceteris expeditionibus omnino cessandum esse censabant. Sat Vngarum agere, si Turci impetum, furoromque repellat: perpetuum, durum, validissimumque hostem, haudquaquam dimittendum. Vngariam duplici bello prorsus impare videri, & assiduo bello vexatam iam milite, opibusque exhaustam esse. Contra alij plane sentiebant; perniciosum dicere Vngaro fore otium. Si cessarit enim, in factiones, intestinasque discordias repente recidere solere. ad bellum tantum esse natum, roboris corporis validissimum, ac laboris, & inediae toletantissimum. Vniuersos Europae principes, Vngari tantos labores & quotidiana praelia demitar. Addere fortunam, sapientiam, fortitudinemque Ducis, cui nihil aggredi licet, quod dexterimum euentum non afferre videatur. Bellum vtriusque pium, & sanctissimum: obortam olim Bohemorum haeresim esse pestilentissimam, quin etiam verendum admodum, ne cum e Bohemia, & Morauia nuper inuaserit, quae contermina est, Vngarorum sensim, & pededentim animos illabatur. Omnes tandem tacentes, Regis animum, & sententiam expectabant. Rex post diuersas Patrum sententias, Pauli Pontificis, & Caesaris Epistolae continuo recitari iussit, quae MATTHIAM horrabantur, & orabant, vt delegatum a Pontificia, & Caesarea auctoritate Bohemici belli imperium vltro susciperet; ac flata pollicebantur, cum auxiliis stipendia, demum obsecrabant, vt veluti a Turcis haecenus, ita nunc ab haereticorum peste, Christianam rempublicam, & Orthodoxam fidem assereret. Recitatis Epistolis, ipse a solio sic exorsus ait.

Si quis hoc, Proceres, bellum declinare deberet, Mat-

thias ex

XII. Regis Hun garie resolutio de regno Bohemico.

thias ex his profecto vnus esset, quippe quae forecerum, saluta auctorem, quem pili loco parentis semper habuit, arma sumere nec equum, nec fas vllum horraur. Sed cum mecum reputo, quom quicumque publicam personam gerit, vel maxime Principem, potius communis, quam priuati commodi rationem habere oportere; ex hoc fit, vt publicam salutem, & vtilitatem proprijs rationibus anteponam: cum me considero prius ad regni, Christianaeque reipub. quam asinum commodum esse datum, meorum saepe cogor obliuisci. Nec illud quidem Seruatoris optimi maximi documentum quemquam praerire debet, plerumque cum ius, fasque tulerit, non modo suorum nullam habendam esse rationem, sed animam quoque suam, cum de Deo agitur perdere oportere, vt in calis inueniat eam. Verum si, quanti momenti sit id, de quo hodie agitur, recte pensitaueritis, nimirum etiam iniussu Maximi Pontificis, & Caesaris, vltro id bellum suscipiendum esse consueritis. Res tanti ponderis si cui detrectanda esset, imprimis profecto mihi esset. In eo enim loco regnum suum habemus, Praeeres, & ad tam misera tempora venimus, vt hoc bellum neesseate magis, quam voluntate suscipere cogamur, cum Turco perniciosus esse videatur. Turci praeter obsequium, & tributum, nil se aliud exposcunt: ad suas caeremonias, nec vi, nec cruciatibus inuicent, multis animorum prophetarum opinionibus inficiunt: corporum, non animorum imperium querunt. Bohemica haeresis, quae tam multiplex est, & diuersa, vt contrarijs semper fluctuet opinionibus, vsque adeo propagari cepit, vt non solum Bohemiam, sed iam iam totam Morauiam, & magnam Silesiam partem infecerit. Tam nostris finibus pestis haec imminet, & nonnullorum etiam militari consuetudine (vt nuper accepi) mentes incesit. Corporum interitus in omnium parua iactura est. Patres, sed animorum maxima. Bohemus, dummodo te in suam ruinam trahat, insuaque labe contaminet, nil aliud postulat: te noctu, & interdum familiarissime vitur, & quibuscumque potest humanitatis officijs, excollit; ad voluptates quascumque, perniciosissimas incedit. Ius, fas, & equum, omnia miscet: polluta, ac inueterata sunt caeremoniae; verus Dei cultus piaculorum multitudinis deprauatus; extincta religio, spoliata templa, sacrae collegia Monachorum; Orthodoxa fides tot malis opinionibus infecta, vt nocturna sacra ad promiscua adulteria, incestusque, redegerint. Hic Adamitas, & Ade more viros pastum cum mulieribus nudos incedentes, sine verecundia, verenda ostendentes videre erit. Hic Iacobitas, hic Paulinos, hic Thaboritas, & Hussitas, ac varias haereticorum sectas quascumque spectabit, nec illud ab re quidem, quando postquam ab ipsa veritate diuertitur, diuersi vbiq; nos errores excipiunt. Quare pestis, & exitium nostrum limitibus imminet: nisi salutem nostram forte, veluti amantes desperatione contemnamus, necessario labem hanc propulsare cogimur. Praeterea, quodnam bellum honestius, gloriosiusque, nobis proponi posset, quam id, in quo non modo de communi corporum libertate, sed in vniuersam de amicorum salute agitur. Vos orthodoxae fidei vindices, vos Christianae reipublicae assertores, vos vniuersae salutis auctores, nunc pastor gentium, sacrosanctum collegium, & Romanum Imperium vehementer hortatur, & orat, vt Christi populum non modo a seruitute Turcarum, sed etiam ab haereticorum contagione liberetis. Et ne ea, quae vires nostras excuperant, vt orare videatur, pecunias arma, comaeatus, & arma non parua deserunt. Calamitosum laborem fortasse quis dixerit, nobis proponunt. Imo si recte sentire, ac viri esse volueritis, argumentum laudis, & materiam nobis offerunt immortalitatis. Lauda dixi, & immortalitatis; imo regni accessionem, & perpetuum commodum. Quicquid armis queritur, vobis, non Pontifici, non Imperatori parabitur. Interitum tantum haereses illi querunt. Quicquid, non laude, non bellipietate mouetur; commodo militia, & imperij propagatione excitetur. Sed turpe est, momentaneam vtilitatem perpetua praesere honestati; non solidum, sed inane sibi finem proponere. Quis enim sibi aliquid optabit? Quenam quies praeter desideriosum, & ingratum otium Vngaro esse potest? Quae vestrae artes, quae studia sint, quae considerate. In tria hominum genera vniuersa dirigitur Vngaria, vnum Deo dicatum, in religione versatur; alterum militia, tertium agras colit. Non vos diuersa literarum studia, non variae artes, & mercatura sollicitat, pars maxima vestra arma gerit; qui nisi stipendia seueris assidua,

vitam cum dignitate retinere non potestis. Si domi degitis, impatientes inopia, continuo ad vim, seditiones, & rapinas animum aduertitis. Formidolosum, mihi credite, tale vobis est otium, ad gerenda bella, natura vos genuit. Proinde, nolite quae turpi ignavia, desidiaque, torpescere, partum tanto sanguine inuorib. regni, a Bohemis, & Turcis vindicatis. Non ignavia, laus ipsa coparatur: Nihil honoris tibi virtus adfert, & ornamentum, sine laboris, difficultateque, quae maxima. Generosi viri est, more Herculis in perpetuo labore, & sudore versari. Non ad ventrem, & desidia, sed ad laborem nati sumus. Videte quae bene nobiscum fortuna agit. Inter Turcos, & haereticos nati sumus, qui Turcis sunt longe perniciosiores: alteri in seruitute, in perpetua animorum miseria alteri nos asserere conantur. Martialis, nisi a maioribus degenerare velit, est Vngaria. Vtriusque laudis, & commodi, perpetuaeque salutis proposita materia est. Quis hic vacationem militiae, quibus otium, aut exauctorationem appetierit? nisi fortasse nutrire ventrem, & inter mulierculas pensa disponere cupiat. Ardua, & difficilia vobis fortissimis viris sunt iure proposita: ignaui, & inermes repellit gloria. Sat ipsa experientia didicistis, nihil desidiolo otio vobis esse perniciosius, quo humanum semper contabescit ingenium. Si religio, & vera fides prius vobis insite esse debent, quae diuino potius, quam humano beneficio comparantur; vobiscum Pontifices aliquantisper reputate quae, quid a vobis imprimis sacrosancta mater Ecclesia, quid sponsus eius, Saluator noster, quid Christi Vicarius, quid Apostolicus ordo, quid Caesar Augustus, quid propinquum exitium iam nostris limitibus imminens, quid salus animorum, & res denique ipsa postulare videatur. Exultate a Iesu Opt. Max. vos oes orari, per cruciatum indignos, per sanctissimum sanguinem in patibulo crucis pro nostra redemptione large diffusum, per saluberrimam mortem, quae a morte liberati estis, ne hostes sui nominis vel religionis inflectores, in exitium fidelium, in animorum interitum, vires, & imperium amplificare patiamini. Id ipsum ceteri, quos diximus, exposcunt. Opulentissimi vobis Pontificatus, & Basilicae, opulentissima quoque proceribus, & nobilibus ciuitates, ac Villa, a superioribus nostris relicta sunt, non ad luxuriam agendam, non ad exapulas celebrandas; sed cum Christi milites sitis, ad alendam exercitum, ad protegendam fidem, ad eradicandam haereticorum impietatem. Quae si praeter opinionem contempseritis, ad aeternam animi, corporisque miseriam, mihi credite, militabit. Si porro vos non religio, non Christi charitas, non orantium auctoritas, ac caetera, quae diximus, excitauerint; num vsque adeo segnes, bardi, ac ab omnibus sensibus eritis destituti, vt praestinarum, inuoluerabilius, iniuriarum memoria, quas per tot annos a Bohemis accepistis, ad bellum, pro fide, pro Christo capeffendum, non impellat? In primis annos octo, & viginti, Telephus Gistra, socius, quamplurimum, nos cedibus, rapinis, & incendijs affecerunt. Fratrum deinde latrocinia multo grauiusissima successere, qui illorum exemplo, a Bohemia tamquam asylo malorum omnium prodire. Ere vere castella, templa diripere, inceffauere virgines eximiasque, matronas; igne, ferroque grassati, nec atati, nec sexui, nec aris, nec focis pepercere. Suehla quid molitus sit, non sine spectaculo quoque, cruento spectastis. Quid Henricus Loppa, fraternae societatis latronum hospes; Quid Stephanus Eyczingerus, & Mattheus Steinbergus aduersus nostros patrauerint, accepistis omnes, & plerique ex accepta calamitate sensistis. Vindictam sibi tales postulant iniuria; quando illi, quibus bellum sumus indidituri hospitalia semper latronibus gratia praestabant, lati excipiebant, aiebant in perniciem nostram, & pradam sorte commune habebant. Quousque, igitur, proceres, haec multa tolerabitis? Quousque, in cedem, calamitatemque, vestram funestum hoc genus hominum respicere patiamini? An vsque adeo diuturna malorum patientia obduruistis, vt tolerata fortunarum iactura, ferendum nunc quoque, animorum interitum expectetis? Tolerabilia sunt quandoque, illa detrimenta, quae res arvi queunt; sed cum de aeterna animi, corporisque, miseria agitur, ad declinandam tam exitibile periculum, ois hominis vires intendenda sunt. Difficultate belli quis obiecerit, & tempus minus idoneum, neque, difficillima duo bella, & tantopere formidolosa prospere vno

Ecc 4 tempore

tempore agi posse censuerit. Fatvor, Bohemos quoque Martiales esse formosissimum genus hominum, cultum & corporis studiosum, & quam maxime crinum: cupidissimum belli, & ad pericula promptissimum, praece sunt huius corpora, & speciosa, contemptus mortis magnus inest, & persuasus consuetudo. Sed & animi, corporisq; voluptatibus; quibus vires omnes enervantur, sunt obnoxii; mira inedia, laborisq; impatientia. Primo congressu nimis possunt: sed studorem aspidum, sicut alio tempore, castrensem perferre nequeunt; mori, aut terga vertere, quam coma cultum praeterire malunt. Accidit & illud, quod non cum universa nobis Bohemia bellum suscipiendum est, sed cum haereticis tantum dimicandum, quos & robur vestrum, & fides, & nimen veritatis, & servatoris praepotens dextera proteret invictos. Aliter cum Sigismundo, qui infestum semper sibi Martem habuit, aliter cum Germanis, & nunc cum Vngaris bene spero pugnabunt. Alium sibi hostem esse sentienti, ad diuina benignitate, a caelestibus, ab orthodoxa fidei veritate longe aliter muniti. Pro victoria nostra Roma Pontificis maximi edicto supplicationes indicit, & ad omnes animas, diuina sacrificia offeruntur. Pro victoria nostra, Caesaris beneficia, omnia Australium arma patet, veltigalia conferet, & auxilia validissima pollicetur. Nidius tertius Pontifex Paulus, pater ille piensissimus Apostolicum diploma cum regni scepero gladiis, sacro misti, quo me velim, nolimue, ex Apostolici Senatus Consilio, & Caesareo consensu, auctoritateq; Christiana reipublica, Imperatorem aduersus Bohemos haereticos, Turcosq; pronunciat, & edicit. Mahumetes, ne quid vobis ad tergo molitur, haudquaquam hoc anno dubitate. In Asia sibi cum Syria, atq; Aegyptis res est; cum Assyriorum Rege bellum iniuit. In Scyllam, mihi credite, incidit, & Charybdim, nostra in vado res est, cum haereticis tantum nobis bellum erit; quos ad respiciendam salutarem reuocare, cum alloquin viri sit magnanimi, non modo gloriosum, sed pium, & sanctum erit. Qua hinc commoda animi, corporisq; proueniant, nemo vquam numeravit. Hinc regni accessio, communis vniuersae, Pontificia, & Augustalis gratia, & gloria cum immortalitate coniuncta. Quas ob res, sacrosancti Patres, & fortissimi proceres, desiderium oculum repellite, omnes vno consensu capessendum hoc bellum esse censere, piam, sanctamq; militiam militate, me Imperatorem in haereticos ab Apostolico Senatu declaratum sequimini, pro orthodoxa fide, pro asserendo veritatis numine, arma capite. Nobile, ac praclarum hominum genus, ad meliorem frugem vel armis, & vi reuocate, vt immortalis hoc beneficio conciliatum, vobiscum deinde in Turcos, ductu, auspiciisq; arma suscipiat. Proinde comparate copias, supplementa quarite, & Coruim, Coruimq; fortunam sorti animo sequentes, adiuuate. Te autem Iesu Christe optime maxime, cuius auspiciis ista bella suscipimus, nunc suppliciter oramus, vt per nos, in virtute tua haereticis respiciant: Turci, quibuscum tot annos bella gerimus, praepotenti dextera tua conterantur; nobis vera salus, & nomini tuo sempiterna gloria comparetur.

Regnum & bellum suscipiendum omnes consent.

XIII. Polonia Rex contrarius videtur & Podiebracius fautor.

Secundum hanc Matthiae orationem, omnes sine ulla secessione, expeditionem in haereticos iuste, sancteque suscipiendam esse censere, atque parendum pontifici, obsequendum Caesari, satisfaciendum Catholicorum desiderio dixerunt: maxime cum Laurentius Rouarella, Ferrariensis Episcopus, a Paulo pontifice Legatus, monitioni Regiae, Apostolicam benedictionem addidisset, & edictum Pontificium in Podiebracium, & quoscumq; ei adhaerentes, Pofonij in procerum conuentu, & vbiq; per Germaniam, Bohemiam, Austriam, Silesiam, & Morauiam, propofita iuris in bellum sacrum indulgentia diuulgasset. Bonifacius verum Vngaricarum deced. 4. lib. 2. Dubravius lib. 30. Quod Cazimirum Regem Poloniae attinet, ad eam modum, res se habet. Conuenit cum hoc anno, Protasius Olomucensis Episcopus, & ad vendicandam Bohemiam, & focia cum Imperatore, & Matthia Rege, arma contra Georgium coniungenda hortatus est. Secreto vero quinque modo consiliariis adhibitis fauisti, vt Cazimirus fadus cum vt oq; principe, noua affinitate stabiliret, collatis in matrimonium Mat-

thiae, & Maximiliano Friderici filio, duabus filiabus, natu maximis. Consultus fore, vt per filias certam Vngarici, & Bohemici regni hereditatem nomine vxoris suae adiret, quam ad filios perenturam expestatet, aut vero armis eam vindicaret. Non recitatos esse principes illos cum consiliariis suis, quia si ipsi liberos nullos reliquerent, ad Cazimirum liberos ex pacto secundum se successio pertineret. Attingebat quidem Georgium propinquitate Protasius, & magna fiducia, & libertate subinde eum officij sui admonuerat. Sed cum plus apud eum valeret auctoritate, siue adeo terrore, minusq; Rochezam, Protasius cum reche sententibus Bohemis sese coniunxit. Et cum Cazimirus oblatum ab eis regnum non acciperet, Matthias, quamuis gener, & faderatus Georgij, Pauli pontificis hortatus, & faderatus Georgij, Pauli pontificis hortatus, & auctoritate adductus, no grauate ab eis susceptus est. Quo magis autem Matthias res suas contra Georgium stabiliret, fadus cum Imperatore Friderico percussit, quo eum sibi successorem assentientibus Vngaris, designauit. Cumque prouidentem sibi esse exultaret, ne Cazimirus impedimento sibi esset, Protasium, non incito, vt credibile fuit, Friderico submisit, per quem vel affinitate Cazimirum sibi adiungeret. Aliquanto enim ante viduus factus erat. Id igitur runc egit Protasius. Relata ad consilium Regium, responsum est Protasio, Cazimirum ius suum ad regnum Bohemicum tam hereditarium, quam delatum ab ipsis Bohemis non repudiasset, verum reiecit eam consultationem ad comitia, quae instarent. Quod si quis interim ad regnum vsurpare vellet, curae id ipsi fore, ne id impune ferret. Cum Matthia Rege eum fadus icere, & affinitatem statuere non posse, nisi ille iniurias, & damna data Polonis exsolueret. Bis ab eius hominibus infestam esse Scepusiensem oram, Moldauiam item anno superiore vexatam esse. Cum hoc responso Protasius, quamuis splendide donatus a Cazimirus, non admodum latus in Vngarum, vnde venerat, redijt. Quod autem de vexatione Moldauiae memorauimus, ita se res habuit. Tres de principatu, siue Palatinatu Moldauiae aliquamdiu certarant, Stephanus, Petrus, & Berendeus, ad extremum a Stephano duo eiecit, ad Cazimirum confugerant. Sed cum is nihil ipsi ipse afferreret, atque adeo Stephanum principem esse iubere, Berendeus in Vngariam profectus, Matthiae Regis opem implorauit. Qui subigendae eius provinciae occasionem non amittendam esse ratus, comparato exercitu quadraginta millium hominum, per montes, atque Syluas Vngariam, ac Translyuaniam claudentes cum in Moldauiam penetrasset, crudeliter eam ferro, & igni vastat. Stephanus vero quamuis ipse quoq; exercitum collegisset, auxiliaq; a Polonis accepisset, tamen aperto Marte hostem adortiri non ausus, quod se imparem esse viribus eius cerneret, neque magnopere suis fideret, in sidijs eum appetebat, donec Matthias in oppido Bania, castrametatus, rei bene gerendae occasionem ei praebuit. Submissis enim hominibus prima noctis vigilia, nihil tale expectantibus Vngaris, oppidum pluribus locis incendit: ipseque statim cum expeditio exercitu affuit, & re inopinata perturbatis, nocturna caligine omnia maiora, & formidabiliora faciente, colligendit se spatium non dedit. Itaq; Vngari ancipiti periculo ferri, & incendij constricti, omnia defendendi sui cura, qua quisq; poterat, ex oppido sese eiciebant. Nec vilis plane ab his quidem fuga, ab illis vero caedis modus fiebat, quoad in Translyuaniam peruenit. Desiderata tunc esse dicebantur Vngarorum ad decem millia. Rex tribus vulneribus acceptis, reliquis impedimentis cum reliquis dissipati exercitus, per ignotos montium tram, es Valacho quodam duce euasit. Vias enim Stephanus succis arboribus impedierat, atq; obsecerat. Fictum belli illius exitus fuit. Miserat autem

Molda-

Moldauus Cazimito Regi Vilnam de hostium spolijs victorie suae argumenta; & in post. rum consilium, & auxilium ab eo petebat. Neque enim quiescebat post tam insignem illam cladem Matthias; verum quatuor centenis millibus aureorum & multa Translyuanensium coactis, nouum exercitum comparabat; sed eum contra Bohemos comparat Protasius, neq; id falso asseuerabat. Posteaquam vero disc. sst Protasius, postridie aduenit Albertus Cistica Postupicius, orator a Podiebracio, gratiam agens Cazimiro de fide, & constantia in seruando fadere, ac de studio, & opera nauata in reconciliandis Bohemorum animis: pergeret porro inchoatum opus perficere, quoad duraret inducia; Podiebracium eius arbitrio cuncta permittere. Orabat etiam de reconciliando ipsi pontifice maximo, a quo non modo Bohemi, & Matthias Rex Vngarorum, sed & alij Christiani principes aduersus eum concitabantur. Purgatum eum esse ea, de quibus infimularetur, & Cazimiro arbitrato satisfacturum; cuius etiam filium aliquem de sententia Procerum Bohemorum, successorem sibi, praeteritis suis filijs destinaret, non haereditario iure, quod nullum esset regni apud liberam gentem, sed singulari quadam Bohemorum omnium in Cazimirum propensione, & lingua cum Polonis comunione, eaq; de re constituenda mitteret Cazimirus ad proxima Bohemorum Comitia. Atq; haec non sincere, neq; ex animo fitebant; & mandabantur a Georgio, sed summa necessitate exprimebantur, quo Cazimirum a suscipiendo a Catholicis oblatu regno, & a societate Matthiae Regis retardaret. Iam enim duxerat Matthiae exercitum in Morauiam, & ciuitatibus eius orae, plerisque sese dedentibus in Bohemiam infesta signa inferebat. Nec minus comiter Podiebracius legationi responsum est postridie, Cazimirum libenter omnia Podiebracij causa facere, deincepsq; facturum esse, modo ille cum Apost. I. ca sed, & secum vere, & bona fide ageret. Recte autem, & ex officio suo factus, & suis rebus consultos esse Podiebracium, & Bohemos, si non nisi de filijs Cazimirus Regem sibi sumat, Cum hoc responso dimissis Legatis Podiebracij, Nec mora, Legati iidem, qui superiore anno fuerat, ad componendas res Bohemicas proficisci iussi sunt. Sed ipsi seruente iam contra Podiebracium bello, & in Austria quidem a Friderico Imperatore depellebatur, in Bohemiam vero a Matthia Vngaro maximis viribus inferebatur; ac refutata a Laurentio, Ferrariensi Episcopo, qui ad Rudolphum Laurentinensem, ac postea Vratislauensem factum Episcopum, Legatus sedis Apostolicae cum aequali potestate accesserat, pacificatione, casto labore fatigati reuerterunt. Ad 9. postea diem Octobris, Petricontiam, quo Cazimirus Comitia indixerat, venit, inque Senatuum introductus Balthasar, Canonicus Vratislauensis, a Rudolpho Episcopo, & Legato pontificio, postulauit, vt Rex interdictum Ecclesiasticum contra Podiebracium, & Crucis militiam promulgat in suis ditionibus pateretur, quem subsecutus Podiebracij Legatus, causam illius contra Catholicos iusta esse defendere conatus, quam submisit pontifici maximo sese exhiberet, quamq; libenter desiderio, consilioq; Cazimirus in faciendis iudicijs obsecundasset, commemorauit. Exinde longe deteriore loco res illius capisse: orare, ne Cazimirus amicum, eiusdemq; cum suis Polonis linguae regnum, diripi, & euerti sineret; sed magis ferret opem, pontificemque Podiebracio reconciliaret. Vtrique responsum; Regem, Oratores ad pontificem de rebus illis missurum esse, eiusque mandaturum, vt ad Rudolphum Vratislauiam, ac deinde in Bohemiam ad Podiebracium diuerterent, & vtrique se tentiam eius renunciarent. Cromerus lib. 29.

Podiebracius dolus.

XIV.

Inter haec, Cardinali Papiensi absens ab Vrbe,

cum audiisset bellum a Matthia indictum, illatumque esse Podiebracio, hanc, quam adiungo gratulationem, & exhortatoriam scripsit. Paulo II. Pontifici Maximo. Legens ego hodie, Beatissime Paulo, exemplaria duo litterarum, vere Christianissimi Regis Hungariae, ad me missa ex Vrbe, quibus ad propulsandam Dei iniuriam, obstinatissimo Bohemo bellum indicit; eleuauit ad caelum oculos, & manus, & pietati suae gratias egi, quod tandem respexit nos, & in spem salutis erexit. & suscitauit spiritum Davidis, qui contriturus sit Sathanam sub pedibus nostris. Inde calamum sumens congratulandum duxi Clementiae vestrae, quae Apostolica virga vos confregit inuile, & securi ministerij sui excidit inferturam arborem, damnans post nullam patientiam, quod multo ante erat damnandum. Gratulor igitur, quantum Christiano homini, & Sacerdoti, & Cardinali Romanae sedis est gratulandum. Fidis Beatitudinis vestrae, & labor in hac causa continuus, refrigerium hoc iam merebantur. Memini die lata sententiae, Beatitudinem vestram in frequentissimo Consistorio; Non videre se exsecutorem tanti iudicij, sed futurum aliquando vindicem Deum, atq; eius spe, magis, quam hominum ad eam damnationem progressam. Non frustrata est sua expectatio, Sanctitas vestra. Accipit iam fructum religiose fiducia, sentitque Propheetium illud impleri; Prope est Dominus inuocantibus eum, inuocantibus eum in veritate. Ego, Beatissime Pater, est principia salutis haec sunt, nec sperdere nobis exitum certum possumus; tamen bono animo continuationem diuinae opti expecto. Causa optima est, & iudicium rectum: cum autem ante iudicium omnis misericordia imitanti Georgio premissa. Quid aduersi hinc timeam, nescio. Excitatus est iam tamquam dormiens Dominus, & tamquam potens crapulatus a vino. Plus sanguinis seruorum eius, qui effusus est, introiit in conspectu suo. Ponitur iuxta a verbum Davidis, inimici nostri scabellum pedum meo: um. Quia ecce oculi Domini super regnum peccans, vt conterat illud a facie terre. Electus propterea pugnator is est, cuius aus, & pater, & fratres pro fide semper pugnare erant soliti, & ipse pugnando gratiam Dei sepe est consecutus. Inter m. Beatissime Paulus, ne nimia terrenorum fiducia auertatur pietas eius a nobis, augenda est omnis fides, omnis deuotio, & honorum operum zelus: rogandusq; asiduo sacrificio Deus, vt confirmet hoc, quod in nobis est operatus, & cor Regis stabilias ad opus inceptum. Grandis res est: in vtramque partem momentum plurimum habens. Nam & victoria nil plebi Catholicae latius, sed autem Apostolica gloriosius, & aduerso casu (quod absit) nihil tristius, atq; miserius. Fax sumpta est, vnde in nostra, & fidelis populi capita, propagari quotidianum incendium possit. Quo magis propitiandus est exercituum Deus, & vocibus Ecclesiae religiosus Rex adiuuandus, vt videlicet ipso pugnante, pluat super peccatores Bohemos laqueus, ignis, sulphur, & spiritus procellarum, sicut pars calicis eorum, pro quo suum, alienumq; sanguinem fundunt. Quod ego, est peccator, indignusq; qui eleuam manum ad sacrificium Domini, facio, & faciam, quousq; vel perditam, vel sanam hanc Bohemiam pestem agnouero. Pientia 16. Iulij. ap. 1. 2. 65.

Gratulatur Card. Papiensis de proposito Matthiae Regis.

XV. Legatus pro bello sacro destinatus Paulus Pp.

XVI. Ciuitatis Leodiensis ingens clades & origo eius.

Eccle-



Ecclesiam fidem Romanæ sedis erat secuta, ferro, atq; igni ad interuentionem delaram, nulla ætatis, sexus, vel factorum habita ratione: eam vero cladem vnico Caroli Burgundio, um Ducis, & Ludouici Gallorum Regis impetu irrogatam, qui ad tantum facinus animos, & arma iunxissent. Eam ego nõ absente censui altius recolendam, quo pontificibus documento esse possit, quantum seculi Principibus oporteat credi, quantumque adhiberi curæ conueniat, ne ij Pastores plebibus dentur, quorum vel ætate, vel ambitione, pro pane lapis, & pro ouo scorpius iuxta verbum Domini offeratur. Igitur sedente nuper Calixto III. petebat Philippus Caroli pater, vt Ludouicus, qui in Borboniorum familia genitus erat ex filia, Leodiensium præficeretur Ecclesie, quam Ioannes, annorum iam multorum Præsul, missis ad pontificem documentis, parabat dimittere. Sed ea res cum propter iuuenilem ætatem, quæ vigesimum annum nondum attigerat, pontificis legibus esset contraria, Calixto parum, & partibus probabatur, videbanturque vno omnes consilio, non assensuri, nisi maiores causæ ad impetrandam rem afferrentur. Erat eodem tempore præcipuum pontifici studium parandæ classis in Turcos, quæ ad recuperandam Constantinopolim duceretur, miseratque propterea in omnem Italiam partem Sacerdotes, quaestores, qui futuri operis prædicatione, condemnationibusque peccatorum, cuiusq; modi subsidia compararent. Ad ripam quocumque Tyberis Vaticano proximam, comportari materiam, & triremes fabricari sine intermissione curabatur, nulla de re alia, vel loquens gratius, vel audiens. Id vero studium cum ad Philippum significationibus multis esset perlatum, senili, & ipse obsequens animo, quod iure de Ludouico negatum erat, promissis artificiosis aggreditur. Spondet, si impleretur, quod cupit, missurum se terra, & mari grandia ad conceptum opus subsidia, quæ & facilia sibi futura essent, & magno opere conatum Ecclesie adiuturum. Totam hanc sponsonem ea dictorum, scriptorumque constantia firmat, vt nil minus iam putaretur, quam non facturum illum, quod tam a se ueraciter aiebat. Creditur senex Calixtus, primus ex plendo desiderio intentus, mox etiam in eandem sententiam traductis patribus, Philippo esse obsecutus, ciuitatisq; tam populose administrationem iuueni credidit, munerum Ecclesie omnino experti, æstimans annorum paucorum iacturam emolumento tanti boni compensari æquo animo posse. Sed accidit diuino iudicio, vt malo inchoata initio, calamitosum mox exitum caperent. Nam neque tantarum promissionum fructus perceptus est, & fundamenta sunt posita, totius, quæ superinducta est cladis. Hunc ergo Pastorem plebs illa, & si inferiorem longe priore iuo annis, meritisque videbat; gratiam tamen magni Ducis secuta, ac quiescerat factis, sperans, mox vt per ætatem licuisset, sumptuum sacra Ludouicum, atque eorum Antistitem, pleno ciuitatis imperio præfuturum. Aliquamdiu igitur in hunc modum sine dissensione processit, cum tamen Ludouicus fortuna suo iam elatior, Leodiensium legibus, quas ante eum seruauerant cæteri, aduersaturus saepe, & ab Ecclesia errans, lasciuiores vitam tanto indignam Sacerdotio ageret. Pro ædentibus annis idoneus iam ad consecrationem factus, ad eam peragendam, celebrandam, vnanimi omnium voluntate est postulatus. Quod ille, siue quod à religione adhuc esset auersus, siue quod à suis eam necessitatem imponi grauate acciperet, cum contumaciam pernegasset, oriri inter eos aperte contentiones sunt captæ, a quæ ita indies adaudivat, vt minus iam natura elatis populus, reuerentius dignitatem, timereque iniuriam inciperet. Verebantur, ne factorum dilatio eo traheretur consilio, vt secularis administrationis inducta con-

uetudine, Episcopum suum dediceret ciuitas, vicinique Ducis paulatim subiret imperia; quam illi in morte quauis grauiorem putabant. Consciantibus in hunc modum Episcopo & plebe, crescebat indies aduersus Ecclesiam rebellio, iamque ministris eius potestates quædam ademptæ erant, quæ nullis denunciationibus reduci in locum pristinum poterant. Itaque Philippus, qui natura vehemens erat, superarique genus suum ciuili contentione dolebat, magnis precibus à pontifice petit, vt dignitate impugnatæ Ecclesie adimmi per subditorum violentiam non sinat, sed temeritatem superbientis populi censuram irrogatione contineat. Quod ille cum Leodiensi sedi, & communi aliorum dedisset exemplo, multo etiam post contempta Romani pontificis potestate, ciuitati, & agro sacris est interdictum, inuocatusque ad præsidium periudices Dux, bellum Leodiensibus intulit. Pugna autem non longe à muris commissa, occisis quampluribus reliqui in fugam conuecti sunt, ac ciuitas eodem capta impetu. Quæ vt ad nouam posthac contumaciam, calamitatum continuatione languidior fieret, dirui in circuitu muros iussit, tributumque imperauit, quantum redimendis comparati exercitus stipendij, satis suo iudicio videretur: quodque omnibus acerbis habitum est, eos, qui per ætatem ferre arma iam poterant, vno edicto in exilium expulsi, paucis quibusdam ad rei familiaris custodiam, cum muliebri sexu intus relicti. Hac tanta clade Romam perlata, miseratus Paulus pontifex Ecclesie, plebisque fortunam, Legatum ex Referendariorum ordine proficisci illuc iussit, qui & obtemperari Ludouico Episcopo, & dissidentes animos suo interuentu conciliari curaret, reducendis quoque exulibus, leuandisque tributis, quam posset operam, impenderet. Eratis Honorificus Tricarenensis Præsul, homo Romanus, in familia locupletis, quæ sanctæ Crucis dicitur, natus. Adhuc igitur, cum Agrippinam Coloniam maturato itinere peruenisset, Leodiensium legatio aduentus huius præficia accessit, summam obsecrationibus petens, vt quanto posset celerius, Leodium properaret, reliquaque dispulsa plebis redditis sacris consolaretur. Horum ille desiderijs obsecutus, ad oppidum Aquisgranense processit, millia passuum viginti à Leodio positum. Ibi dierum nonnullorum mora cogoscendum putauit, quo animo Præsul, & populus ad suscipiendam monita Romani pontificis esset. Eos vt sentire idem, & in omnia paratos agnouit, itinere continuato, à quarto milliario Præfule, Clerumque, & Magistratus urbanos obuios habuit, singulosque iureiurando adigens, parituros decretis quæcumque ipse tulisset, pænas Apostolicas sustulit, benedicensque populo, summa omnium exultatione ciuitatem ingressus est. Cumque is dies vigiliarum esset Apostolorum Petri, & Pauli, ad eadem Cathedrali procedens, solenne sacrum vestertinum cantauit assistente plebe, quæ vt in paucitate, frequens admodum ad visendum conuenerat. Postridie quoque Ludouicus ipse, qui monitu Legati consecrationem Episcopalem iam acceperat, primis suis Missarum solennibus est operatus, Dominicumque Sacramentum tota vrbis, Legato, & populo proficiente, manibus suis circumtulit. Erant gaudiorum plena omnia, respirareque tum primum ex longa fatigatione miseri videbantur, dissensionem omnem initio hoc sublatam putantes. Id modo supererat, vt exulum quoque, & tributorum sua ratio haberetur, amodoque ciuitatis muneribus parceretur, quæ Ducis imperio sine intermissione deiciiebantur, postremo, vt leges patriæ redderentur, sine quibus nil quietis habitura, reliqua putabantur. Igitur horum causa, ad Carolum filium, de functione interim patre Philippo, profectus Legatus est. Sed in

Conciliare Leodien- ses cum Episcopo & Duce Burgundie, curat Paulus.

tempora

Expulsi Leodiensium aperiunt.

tempora incidit, quæ rebus agendis multum erant contraria. Ducebat ille per eos dies uxorem Britannorum Regis filiam; minusque diligenter propter nuptiarum solennia alienum quicquam intelligere poterat. Ijs vero abolutis, cum etiam tantum audisset Legatum, nullo ob eam causam certum decreuit, quod bellum aduersus Regem Gallorum gerens socijs Britonibus, in auxilium properabat, quos magnis copijs premi nunciabatur. Id tantum de postulatis Legato concessit, vt cum Præfule, & populo, quæ videretur, componeret, conuentaque referret ad se, confirmanda decreto suo, vel respuenda. Hac promissione Tricarenensis reuersus, tractare de omnibus cum Præfule, & exulibus cepit, sperans conditionem se aliquam inuenturum, qua semianimum populum suscitare, quietemque statuere suspensis animis posset. Sed dum in his sine intermissione laborat, Episcopus moræ impatiens, suas iuueniles cupiditates securus ad propinquum oppidum suæ ditionis Traiectum secessit; cuius rei occasione, simul, quid diuturnius inter Regem, & Ducem futurum bellum iudicabatur, plurimi exulum, qui in proximas sylvas ex prælio aufugerant, ad numerum quinque millia resistente nomine Leodium redire, quos statim, & reliqui sunt consecuti inermes, & nudi, Syluestribus tantum truncis, & fundis, lapidibusque armati. Reditus huius populari quidem multitudini id consilium fuit, vt Clerum omnem, cuius nomine tanta mala inciderant, vno impetu spolarent; graui oribus autem paucis, vt penitentia significatione reditum sibi in patriam, pacemque deposcerent. Itaque horum suauis ad Legatum vna voluntate omnes accedunt, multa per nouitatem facti timentem; orantque, vt se deprecatorum iam tandem vitæ eorum miseretur Episcopus, plebemque disperfam, ac bestiarum more in latibus agentem, perire in syluis fame non sinat, creditasque animas cum corporibus interire: sibi quidem id animi esse, vt illius subsint imperio, actamquam ministrum Dei, Dominumque ciuitatis accipiant: porro vt opificijs intenti in sudore vultus panem quærant, & quotidianis obsequijs famulentur. Horrantur quoque; vt illas has preces miseræ plebis non negligant, quam eo calamitatis adductam intelligant, vt si se contemptam nunc videat, timendum sit, ne ciuitatem & Clerum, sacraque, & se insuper ipsam vna impietate inuoluet. His auditis, Legatus, miserans multitudinis faciem, quæ vestitu in syluis discisso, capillorumque, & barbarum promissione Syluestrium hominum instar habebat, omnes in forum ad concionem vocatos, benignis verbis alloquitur. Docet, quanto in honore haberi Episcopos velit Ecclesia; quod in contempnentis sacræ leges decernant; Illos quidem in patrem hunc suum paulo contumaciores fuisse, diutiusque quam par videretur in contentionibus persistisse: Quam ob causam coactus ille sit, auunculi Ducis in præsidium implorare, magne eos victos prælio tulisse condiciones, quæ imperati victi a victoribus solent; missum se à pontifice ad consolandum populum, & subleuanda onera esse, fecisseque in eam diem, quæ tulissent vires; reddita iam ciuitati sacra; ad consecrationem Ludouicum inductum, cuius dilata causa, tanta mala accidissent; ad tollenda reliqua se etiam ad Ducem profectum esse, facultatemque tractandorum omnium accepisse; opus hoc totum bona spe incheatum; sed vereri, ne hic eorum repentinus ad urbem accessus, successum suis laboribus ad mare proinde deponant quamprimum arma, quietique, iterum exitum præstolentur. Cogitent vero si tumultuari pergant, quid Episcopo in eos, & quid sibi, & quid Duci futurum indignationis merito sit, qui prælio

pulso, missisq; nudatos, tanta in se audere nunc videat: Ipsum quidem, nisi monitis pareant, abiturum illico ciuitate, nunciaturumque pontifici, quantum obtinuit apud eos inuenit, ad quorum salutem procurandam sit missus. Ad has eius exhortationes cum respondisset quidam, necessitate impulsam multitudinem, quod vitare in syluis non posset, domum reuersam, Ducique & Episcopo quæcunq; in se essent paratam præstare; patri autem non posse alienis, quam Ecclesie Dominis ciuitatem subesse, mortemque si ita opus sit, huius vnus rei causa intrepide adituram; Legatus eos iterum consolatus, vt disceptationibus in tanto periculo finem faceret, magna voce, quæ à concione exaudiri posset, postulauit; An parati essent, positis armis, suis & Episcopi imperijs, vt ante promiserant, auscultare? Ad quam vocem multitudine omnis diuturno miseriarum tædio in quæstus, & lachrymas commota, protensis ad eum manibus, pacem, & misericordiam acclamabat. Precans identidem vt conciliarentur tandem Episcopo, & in patria esse, cum parentibus, & liberis liceret, ne laniari à feris passim per sylvas impio mortis genere necerentur; arma, quæ retinenda vitæ causa sumpsissent, quamprimum iusserit, posituros. Id vero cum ad eius imperium statim fecissent, Legatusque cum propterea salutem eorum, curæ sibi futuram dixerit, quiescere paulum omnia, Ciuitasque ab impetu furentis populi est conseruata, externis paulo post cladibus occatura. Igitur Legatus assumptis secum principibus huius multitudinis, Traiectum, se ad Episcopum confert, & causam in sero um, quam maximis potest precibus agit. Iamque dierum nonnullorum diligentia rem eo redegit, vt reconciliatus Ludouicus, ad oppidum Tungram, quod inter Leodium, Traiectumque medium est, secum accederet, indeque reperendam ciuitatem statueret. Conuenerat autem vt turba omnis penitentia significandæ causa, effusa obuian, inermis, & supplex à transeunte misericordiam precaretur; illi vero liceret, quanto apparatu bellico veller ciuitatem intrare, dominatumque in se omnem suscipere, & sua voluntate omnibus moderari. Eadem ad certam designatam diem perfici debent, Dux interim Carolus, qui accepto tam audacis motus nuncio, vehementer erat commotus, ad Episcopum scribit, vt tractatum omnem, quicumque cum Leodiensibus haberecur, abrumperet, seque vltorem propediem expectaret: atque (vt sine periculo id fieri posset) quatuor millia delectorum militum in eius præsidium misit. Erat Carolo Duci iam pene explorata spes, constituendæ cum Ludouico Galliarum Rege pacis, quæ cum socijs Britonibus, quorum causa bellum susceptum erat, iam constituta, faciliorem suam videbatur efficere. His ergo intellectis Episcopus Ludouicus, quod in potestate Caroli esset, dicto obsequitur, cunctaque dissolvens, præsidio, quod erat missum, eodem loco se continet, maiorem copiarum aduentum operiens. Quod conspiciat Leodiensium, quorum in vtramque partem, & ad humilitatem, & ad contumaciam vehemens erat natura, aliam (vt in desperatione verum sit) salutis rationem adorti, proxima nocte, armata duorum millium manu, Tungam maximo silentio accedunt, oppidumque ingressi, quod in recenti Ducis victoria deieci, muris a iure per ruinas habebat, eodem silentio ad Episcopum penetrant, suamque primam, tum aliorum, qui secum erant, domos circumstantes, impetum in prædarios faciunt, nudosque, & æ subita

Eorum audacia displicet Carolo Burgundiorum Duci.

peru-

perurbatos facile opprimunt: si qui effugere in tumultu casu aliquo poterant, ij contendebant Traiectum; erantque clamoribus, & gemitu morientium omnia perturbata. Episcopus vero, suorumque nonnulli, qui ad intimam custodiam excubabant; perfollo statim coniunctae domus pariete, in qua diuertebat Legatus, in a cubiculum eius refugerant, fortunamque aliorum pauidi expectabant. At Legatus, qui ab initio tumultus, inermis in vicum erat progressus, cognitis statim Leodiensibus, Duces eorum, qui caede fugientium bacchabantur, vocari ad se multis suasionibus contendeat, casuque per anxius erat, eos tandem venientes, cum lachrymis rogat; quamnam ob causam miserieo accessissent, atque inter deprecate pacis tractatus, tantum nunc scelus admitterent? Illi ut erant madentes sanguine, & exitu adhuc rerum suspensi, perturbata voce respondent; quod ad Episcopum viderint tanta missa praesidia, vltionemque suam veriti sint: Illuc eos venisse, mala consilia praeventuros, ne interim obtentu impendenda venia, civitati exitum pararetur: petere id, quod ad salutem reliquum arbitrentur, ut ipse cum Episcopo eo ex loco Leodium properent; quoniam & reuereri vtrumque, Dominumque civitatis Ludovicum statuere certum sit omnibus. Id ut fiat, propositum multitudini esse, eos atque oppidum vno eius noctis incendio absumere. Legatus iustitiam necessitatem cognoscens, quod animos ad ea, quae munitarentur in consos videret, accepta fide, ne quem ultra occiderent, de accessu ad civitatem agere cum Episcopo cepit. Quo statim (ut in tanto periculo necessarium erat) in sententiam traducto, nullo tumultu, ambo Leodium redire, comitante multitudine, non quae vicisset, sed quasi, quae Dominos suos ex aliorum captivitate per vim receptos, domum reduceret. Latrabantur omnes, & tota Leodiensis Ecclesia, restituta Praesule erat in gaudio. Ij quoque qui in Tungra super fuerant caedi, libertati pristinae reddebantur, cum honoribusque remittebantur ad suos. In ijs erat Dux praesidij paulo ante ad Episcopum missi, quem in latebris adiuventum; ut ad Carolum proficere sceretur, veniamque & pacem multitudini oraret, magnis obsecrationibus induxerunt. Carolus vero, qui nondum his acceptis ad vltionem nihilominus tumultuosi reditus properabat; audita etiam Tungrensi audacia, nullo furori concessio spatio, pacem illi: o cum Rege constituit, impetrata conditione, ut praesentia sua, atque exercitu constatum hunc adiunaret. Res est. Ludovicus Rex, cum non auderet praelio decernere cum Carolo, qui colloquutionem expereretur. Peronam colloquio destinaverat, fideque publica interposita, Carolus aduenerat. Dum illic cum Rege esset, statim adfuit nuncijs, qui diceret, per auxilia a Rege missa, Leodienses ad arma concitatos; Tungrorum ab illis oppidum, atque in eo Ludovicum Episcopum, & Guidorem Humbercurtum esse captos; Rubertum Archidiaconum, & Canonicos quosdam intimos Episcopi familiares, in conspectu eius interfectos, disceprosq; quare adeo grauius percalus, & rurbatus Carolus, ut mox portas oppidi claudi iusserit, sibique tendi sub specie pacis infidias exclaimans, totum biduum Regem instar captiui detinuerit, eoque perterritum adduxerit, ut is iuratus, se harum rerum omnino gnarum, quo magis fidem faceret, sacrum Christi corpus in veritatis testimonium sumptit ac velut in vindictam imposturae, promisit se vna cum Carolo, ad euentum Leod. um profecturum. Super sanctam Crucem denique, tenente illam Cardinale Balua iuravit, se pacem Atrebatensem, & Parisiacam, seu Confluentinam seruaturum. Si peieraret! Carolum eiusque heredes liberos fore, & solutos ab omni iuramento, liceretque illis arma resumere. Ergo ambo iurati in Leodiensem civitatem mouentes, a

Carolus Dux Burgundiae & Rex Franciae, contra Leodienses conspirat.

millia: io vigesimo consistere, praemissis tribus millibus Burgundorum, qui vbi appropinquantes, Duces cum reliquis copijs expectarent. Leodienses tanto hominum numero ad se ita videntes, quantum vix Galliae reliquum per id tempus in armis habebat, necessitatio vel moriendum etiam, vel relinquendum excidio patriam cognoscebant. Itaque ut eorum erat in magnis rebus ferocia, ratione aliquando parum expensa; ad extrema perferenda se firman, Tungrensemque fortunam sperantes, adorti noctu propinquos Burgundos instrunt, quos non totis octo millibus passuum abesse constabat. Itaque de secunda vigilia populariter egressi magnis animis in eos tendebant. Illi vero proximo ad Tungram casu admoniti, v giles in armis agebant, protinusque cognitio per exploratores consilio, progressi obtutu, praelium acerrimum commiserunt, quod ad lucem usque magna hominum caede productum est. Tandem Leodienses coacti sunt cedere. In eo certamine ceciderunt Burgundorum permillia; in ijs fortissimus quisque ac nobilissimus: sed ex Leodiensibus longe plures; quod noctis itinere fatigati, minusque armati, iniqua pugna erant congressi. Quare res civitatem omnem altoquin malis fessam, maxime consternavit, cum & luctibus passim replerentur omnia, & orta luce, miserando spectaculo referri humeris, patres, fratres, & filij exanimis manante adhuc sanguine viderentur. His tantis malis confusus Legatus, ac plane iam inops consilij, quod vnum ad deprecandam vitam reliquum erat, conuocato iterum ad concionem populo, in conspectu omnium lachrymans; Videtis, inquit, Cives fortunam vestram feracibus consilijs, non mea culpa ad supremum adductam. Imminet prope nquam exitum. Iratus est Carolus, & Carolo adiunctus Rex potentissimus, ad vos ambo instructo exercitu properant. Vrgens necessitas longam orationem non possit. Audite filij, ut extremam vobis, quam possum pietatem impendam, paratus sum, si ita opportunitum putatis, ad Carolum nunc proficisci, mecumque Episcopum ducere. Obuij ambo exercitui, atque humi strati, misericordiam lachrymis nostri precabimur. Cum personam ego feram Romani pontificis, ille Regi, Caroloque iunctus sit sanguine, inuenimus forsitan, quod respirandi spatium praebet, nam imperandi nunc, interminand. q; tempus non est, precum esse redemptionem oportet, legitima de vobis meo, & vestro nomine re promittit omnia. Si placet haec ratio, actutum ibimus. Si praesentior apud vos alia est, illam monstrate. Vobiscum, & sine vobis eundem casum parati sumus subire. Cum haec profectio stertibus omnium, & vociferationibus probaretur, ad declarandam insuper penitentiam civitatis, adijciuntur primarij ciues summum eo tempore Magistratum gerentes; qui vna euntes, imperata Caroli suscipiant, deque reliquorum fide testimonium ferant. Itaque hora diei iam decima profecti omnes, ad tertiam noctis, non sine crebris vitae periculis, ad primas stationes hostium peruenere. Quibus statim praesecti duo obuiam facti, quorum alter erat Praeses Burgundiae, alter sororis Episcopi vir, intellecta via causa vetuerunt eos vltius progredi, ac statim in custodiam Praedis Legatus, Episcopus in affinis sui tabernaculum adductas est, Magistratus vero omnis in vincula coniectus. Inter haec congregato Caroli consilio, cum hora lapsa iam esset, ad eum omnes deducuntur, quamque ob causam id noctis venissent, requiruntur. Dicere pro omnibus ortus Legatus, quanta verborum, & vocis demissione, misericordia potuit, placare conatus est iracundiam Caroli, & veniam miseris impetrare: Identidem monstrans praesentem Episcopum, cuius causa, sumpta essent arma, omnibus suis salutem precari, civitatem paratam esse si velit, exercitum omnem intrus accipere, & Praesuli parere, & quae impe-

rata

Legati praecibus nil mouetur Carolus.

rata post primam victoriam erant, quamquam maiora viribus, actutum implere: pro ijs autem, quae ad Tungram, & nunc apud antecurfos sunt gesta, ex Ludouici Regis, & suo etiam iudicio satisfactionem praestare. Manus quoque ad illum supplices tendens, atque ad hunc affectum lacrymas superimpedens, petijt, si minus praestandam eam pietatem humiliato iam populo duceret, praestaret saltem Deo Creatori, qui pro crucifixoribus Patrem orasset; praestaret & Romano Pontifici, cuius beneficio ea Sedes Leodiensis generi suo esset concessa. Nihil his dictis obstinata ad vltionem mens potuit flecti. Respondit tantum liberam sibi in res, atque animas civium velle potestatem permitti; nec omnino conditionem aliquam dici. quare Leodium significata, ad sustinenda extrema, quarendamque armis salutem corda omnium incitavit, putantium occasum suum quem declinare in praelio forsitan possent, in deditioe certissimum esse. Igitur Carolus Traiectum misit Legato, atque eodem loci Magistratu Leodiensium in cathenis traducto, iniungit Episcopo, ut sumptis armis secum ad vlticendas iniurias ear, patris propositum, ac suum animo agitans. Etenim quod ea ciuitas potentissima esset, vicinaque Brabantiae prouinciae, frequentes cum illa contentionum occasiones haberet; seruata autem contra maiores suos, Regum patrocinio diceretur: d. lere nunc in tanta opportunitate conspirantis Ludouici Regis ad interuentionem volebat. Igitur admoto ad Urbem exercitu, bipartito copijs diuidit, ac colle occupato, qui Valburgensi portae proximus erat, suam, & Regis stationem eodem in loco constituit. Ad alteram autem, ac longe diuersam civitatis partem, Philippum Sabaudiensem cum reliquis mittit, ut vno tempore tentata vtriusque irruptione populus ad duo conuersus, ad repugnandum inualidior fieret. Leodienses his tantis angustijs circumuenti, summam rerum suarum ad fratres duos praecipuae fortitudinis viros, Burenium, & Gozonum, quos reliqua multitudo in quamcumque duxissent partem, illico sequebatur. Ij vero animis vti, conuocatis ad se primis nonnullis docent, nisi aliquo grandi ausu salutem ciuitatis stare non posse. proinde si accingere se vna velint, paratos esse omnium primos suas animas dare. Cum statim velle se omnes dixissent, idque vnum consentirent ad redemptionem patriae superesse, partia inter Burenium, & Gozonum multitudine, rationem eruptionis hanc ineunt, ut videlicet nocte, quae instabat, Gozonus ad castra Regia nil tale in tantis copijs expectantia, impetum faciat; Burenus vero eodem conatu ad Philippum erumpat: futurum sperantes, ut alter exercitus, alterius perceptis clamoribus, desperatione alterni sub fidij conuenteretur in fugam. Ut vero etiam perturbatus confunderentur omnia, iubent cupas innumeras secum portare nitro, & pice completas, quae primo ad ortu accensa in illorum tabernacula locis omnibus iacerentur, atque inde flamma excita, malo ancipiti trepidantes inuaderet. Condidit omnibus ad designatum opus disceditur, animis, quam successu maioribus. Peruenit iam ad Regias stationes Gozonus nondum intellectus, expectabatque, ut a Burenio signum acciperet, quo significaretur ad Philippi castra a se quoque accessum, & pugnam commissam esse. Sed is dum tardius conditum exequitur, Gozoniani quidam morae imparientes ad tentoria Caroli, Regisque furrim prolapsi, incendere ea ceperunt, & ferocius hostibus insultare. Quo factum est, ut clamore statim sublato, & a Philippensibus inde excepto, vtriusque armatus exercitus, Leodienses ab incepto terruerit. Orta luce, indigni ambo, quod tot iam cladibus attritus populus nocturno etiam incursum vitam suam petisset, ocyus Philippo

imperant, ut qua parte muri essent disiecti conferto agmine irruptionem tentaret; ipsique ex eo vbi tendebant loco, producto exercitu idem conantur. Pugna incepta, magna contentione vtriusque aegrebat; his annitentibus, ut conceptae iracundiae facerent satis, illis ut coniuges, liberos, parentisque supremo illo certamine ab interitu vendicarent. Sed longe impar Leodiensium fiebat congressus, quod hostes numero pugnantorum, & apparatu omnium rerum instructissimi erant; vrbana autem turba, nec assuetu bellis, nec armata satis, multis acceptis cladiibus, ad paucitatem redierat. Quam obrem paulatim summo loco, & cadentium numero debilior facta cedere propugnaculis, liberumque ingressum irruentibus dare coacta est. Ita vno tempore duobus ex locis Burgundi calamitatem miserimam inulere. Eorum vero, qui adhuc integri erant, ad hominum circiter viginti, cum imbelli multitudine in forum subito confugerunt, obstruissique aditibus, ut in articulo illo licuit, noctem expectabant, per quam reditibus in castra exercitibus educere suos ad fugae societatem possent. Sed ea re intellecta, e vestigio Carolus ciuitatem omnem, locaque inprimis foro proxima, iubet incendi; cuius mali necessitate compulsi illi, relicti omnibus ad sylvas proximas se contulerunt. Clerus inspecta iam ante ciuitatis fortuna, in sua quisque Ecclesia clausis ianuis se continebat, vestibus sacris indutus, Sanctorumque reliquias, atque adeo ipsum Domini Sacramentum, ad deprecandam misericordiam manibus praefrens; idem Religiosum, Virginumque cenobias, pro sua quaque conditione egere. Sed nihil inter arma sceleratae militum manus, incontaminatum reliquere. Refraetis portis sacra omnia in lachrymabilem directionem data sunt, Sanctuarium Dei, tota vrbis incensa, spoliati Sacerdotes, atque occisi. Tum nec parietibus templorum etiam partem; in ipsam autem imbellem turbam, tanta impietate sauitum est, ut nulli sexui, aetati, aut ordini ignoscere voluerint. Infantes alij parietibus sunt, puerperae confossae; pleraque virgines stupratae primo, mox strangulatae; senes quoque & pueri eodem, quo pugnantibus habiti loco. Quia & illud ad malorum cumulum accidit, ut parentes cum matribus, filijs, & omni prole inualida, sine vno constricti, ad acerbiteram interitus in profluentem Mosam deijcerentur, in medijsque diuinis dum astat Sacerdos altaribus, & Domini corpus sanguisque inter manus versantur, sacrae patinae, & calices impie raperentur, ut merito de tam saeuis hostibus emitti ad vltorem Dominum vox illa Prophetae lametabilis possit; Domine Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum custodia. posuerunt morticina seruorum tuorum in escas volatilibus caeli, carnes Sanctorum tuorum bestia terra. effuderunt sanguinem ipsorum, tamquam aquam in circuitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret. Inter haec autem tam saeva crudelitatis ministeria, Ludouicus Rex amice semper ciuitatis calamitate confusus, quae in illum pugnans nomen eius clamoribus inuocabat, plane iam facti penitens, in proximas regni sui regiones, exercitu abducto concessit: Carolus vero dimissa vrbe praedonibus, ipse cum expeditis equitibus ad insequendos, qui fugerant, continuo profectus est. Sed vbi asperitate sylvarum, ne inueniri quidem illos, nedum capi posse intellexit, regressus Leodium, tota passim aedificia deijci imperauit, ne profugis spes vlla reditus superesset. Mox quoque Traiectum contendens, Magistratum, qui salutis fidem ab Episcopo ante acceperat, vinculisque nihilominus illuc fuerat deportatus, strangulari, & in profluentem abijci iussit. Eandem fortunam vicina quoque nonnulla oppida, quae Leodienses adiuuant, mox subiit. Hic finis contentionum fuit, atque hunc occasum

Capitur Leodium, caedes, & sacrilegia plurima patrantur.

Annal. Eccl. Tom. 17.

Pff

celeber-



Leodium à Romanis conditum, clara & locuples Ciuitas.

XVII. Diuina vindicta in Contemptores sacrorum in Hispania.

celeberrima tulit ciuitas, victorij nobilitate innume- & à Romanis Imperatoribus condita, Clero autem ante alias Germanicas Ecclesias clara; diuini vero cultus, ornamentorumque sacrorum, cum sanctissimum, tum locupletissimum domicilium. cuius quidem ante has calamitates is animarum numerus fuit, vt censa habito centum, & viginti millium intra muros tantum continere inuenta sit. Auctoritatem Pontificiam, vna cum disciplina Ecclesiastica, quam illi violatis sacris irreuerenter habuerant, Deus vlcisivi visus est. Factum die Dominico, trigesimo Octobris, quando Ecclesia in Missa introitu concinit, Omnia, quae fecisti nobis Domine, in vero iudicio fecisti, quia peccauimus tibi, & mandatis tuis non obediuimus. Papiensis Comment. lib. 4. Meyerus lib. 17. Suffridus Petri de Episcopis Leodien. in Ludouico Borbonio.

Non minorem vindictam exercit Deus in contemptores Sacrorum, in Regno Castellae, & Legionis Hispaniarum. Diximus, quae con iurati Proceres perpetrassent in Henricum Regem. Eorum impetum, vt Paulus cohiberet, vtq; Henrico regnum assereret, anathema pro tulerat, & ad conciliandos dissidentes, Legatum destinaram, Antonium Venerium, Legionensem Episcopum. Contempserat Alfonso Regis frater, ad regnum praeposterè euectus; sed non impune, quem admodum Mariana narrabat. Is fuit progressus, & exitus tragediae. Proclamato Rege Castellae, Alfonso, tantoq; facinore, quantum in Henricum erat paratum, non vna opinio fuit, alijs laudantibus, pleriq; factum accusabant. non sine exitio impetia mutari, neque geminos Soles in vrbe esse, neque vnam prouinciam duos simul Rectores tolerare. Burgi, Toleraumq; coniuatorum auctoritatem secuti sunt; nō pauci Proceres Henrici causae ardentius fatere ceperunt. post ignominiam misericordia successerat, & emendatum illum putabant, quae in moribus, quae in republica deprauata erant. Comparato exercitu Henricus, non infeliciter pugnavit. Apud Taurum, impetus in hostes factus tanto contemptu, vt à calonibus per ludibrium sententia in Alfonso Concilium Toletanum Archiepiscopum coniuatorum antesignanum pronuntiata, eius statua per plateas traheretur, atque combusta fuerit. Ad Septimanicas mouente Regio exercitu, Ioannes Carilius ex hostium numero Dux, in tumultuario conflictu vulneratusque, captusque, paulo post, cum aduocato Henrico in sidias capiti eius parari renuicisset, coniuatorumque nomina edidisset, animam efflauit. Vall. solerum ad Regiam ditionem red. j. Alfonso Rex acclamatus capiti in iurati coniuatis tenebatur; redire ad fratrem cogitanti, minae intentatae, periturum veneno, nisi regnaret. miseram conditionem impetij, à subditis occupati, inuertiq; in contrarium. Concordi. vt cumque transacta, Calatrava Magister repentino morbo, in ipso apparatu, cum Isabella Regis sorore nuptia. u. extinctus est, forte an à precibus deuotis Isabella, cuius matrimonium ille ab Henrico per conditiones extorserat. Iacebat illa agro animo, luctu oppressa, vt in metu, indignitateque. Cubiculo Praefecta, Beatrix Bobadilla pro iure familiari, Ecqua maroris causa esset, rogante, Isabella cum lachrymis, & singultu; An nostram, inquit, arum non sentis? Regib. fatam, in spem melioris fortuna, pudet dicere, homini propemodum priuato coniugem destinari. Prob dedecus, ignominiamq; Plura dicere dolor prohibet. Absit, vita, tantum nefas Beatrix, ait, Me superstitie non erit, non patiar. hoc ferro ( nudam sicam ostendebat) per omnia sacra iuro, cum primum huc aduenierit, securi latus haurire, vitamque eripere certum habeo. Virili animo virginem. Meliora superi. Almagro ad nuptias illum festinantem, repentina vis morbi in itinere oppressit. Castissimas Isabella preces, tantum dedecus auerfantis, auersata numina exaud. sic vulgo persuasum fuit, Successit postea à coniuatorum au-

XVIII. Tumultus Hispanorum exitus.

Isabella regnum oblatum respuit.

Pax reddita & eius conditiones.

Prodigia visa in Hispania.

mine. In eo pago Alfonso Princeps repentina vi morbi oppressus, atque extinctus est, ad III. Nonas Iulij. De obitu non vna opinio fuit, alijs peste decessisse, quae lues ijs locis vehementer grassata est, plerisque veneno affirmantibus, trocha medicata, idque certis indicij in corpo. extincto deprehensum. Ita Pauli Pontificis oraculo fides steterit. Alfonso Principis obitus multorum animos, ad Henricum auertit. Burgenfes Toletanorum exemplo; ad Henrici imperium redire. Consilij auctor Petrus Velasquez. Ab Hispanensi Praefule, Beneuenciano, alijsque Proceribus, qui Madridi cum Henrico erant, in eius verba nouo Sacramento iuratum. Coniuati tanto repente praesidio nudati, vt esset, cuius nomine ipsi regnarent, Isabella Regis sorori, Arevalo Abulam deducere, regni nomen, & insignia deferenda censuerant. Toletanus puella animam longa oratione ad capessendum imperium incitare conabatur, iure suum. Regae dedecus, ignauiam, discordiam, impudiciam, suppositos partus, in spem alieni regni, aeternas gentis maculas commemorabat, eius auctoritate, & praesidio vindicanda. nullum laborem, aut periculum patriae denegare, fassesse. Ad haec illa; Pro vestro studio gratias, inquit, ago maximas, vtinam referre aliquando possim. Sed conatus istos tamen, optimo, quamuis animo susceptos, superis non placere, fratris huius immaturus obiitus indicio sit. Qui res nouas, & regna cupiunt mutari, quid aliud, quam grauiora accersunt mala? faciones, dissidia, bella? quibus procurandis alia reipublica vulnera dissimulari, an non satius indicatis? Duos Reges neque rerum natura, neque dominandi conditio fert. Nullus est idem, & duritius, & praecox fructus. Ego seruum regnum mihi obuenerit cupio; vt vita Regi dururna sit, & aeterna maiestas prius ab oculis mortaliū auferri necesse est, quam ipsa imperij nomen inuadam. Henrico ergo regnum, reipublica pacem reddite. Nobis vestri studij is erit fructus multo maximus. Expresit ea modestia non assensionem modo, sed laudem, magnitudinem animi canctis, qui aderant, admirantibus, contententis, quod ab alijs per flammam, gladioque petitur; dignamque eo ipso iudicabant imperio, quod offerebatur. Sed grauis erat tam longa reipublica concertatio. Itaque ad concordiam reuocatis animis, haec conditiones scriptae sunt. Isabella fraterni regni haeres renunciat. Eituratae, ne cuiquam nubendi fas sit, nisi Regio consensu. Regina, filiaque Ioanna furto ab illa concepta, in Lusitaniam amandantur, permissu Pontificis Maximi, repudij libello dato. Coniuatis venia esto, bonis omnibus restituta, & honoribus, quae dissidij tempore erant obata. Aderat Antonius Venerius Pontificis Legatus. Ab eo Proceres iuristura di, quo se Alfonso, Ioannaque Principibus obstrinxerant, religione exoluti sunt: quae rebus mutatis, & capitis diminutione sublata erat. In Henrici verba, nouo Sacramento adacti. Isabella sorori pari consensu, & religione regni haeres est renunciata; vtumque ad decimum tertium Kalendas Octobris die Lunae peractum est. P. oceribus venia data. Regina vitio recens datum, quod ad Alahegium arcem, à iuvene quodam, in quem procaes oculos ipsa coniecerat, stupro oblato, praegnans effecta est. Proh nefas, dedecusque gentis Hispanae. Sic opinio de eius faeminae impudicitia olim suscepta animis, vehementer confirmata, ad eius expulsiōnem, d' uortiumque procurandum coniuatos tanto magis incitauit. Ante Magistri Calatravae obitum, in agro Giennensi, tanta ciconiarum multitudine extitit, vt Solem auferrent. Suspensa ex eo mortaliū mentes varie interpretabantur. In agro Toletano oppido Petromoro metentibus segetes, inter manus sanguis copiosus effluxit à manipulis manans; quae res in praesenti miraculo fuit; deinde eas calamitates portendisse obseruatum, quae Hispaniam oppresserunt. In ortu Emanue-

lis, futuri Lusitanorum Regis, signa in caelo visa, quae infantis gloriam, & maiestatem portenderent Lusitani memorant; genus eius Regibus ecclebrandis, colendisque, atque eorum rerum obseruationibus cum primis addictis, quo etiam anno Ioanna Aragonum Regina extincta, quod Carolum priuignum veneno peremisset, moriens, flagitij memoria animum sollicitum habente, conscientiae st mulis procurandis, marorique depellendo, nullum satis idoneum remedium, solatiumque inuenit. Mariana libro vigesimo tertio, capite nono, decimo, undecimo, duodecimo, decimotertio.

XIX. Constitutio Pauli P. de alienatione bonorum Ecclesiarum.

Hoc anno Paulus Pontifex constitutionem saluberrimam edidit, de non alienandis bonis Ecclesiarum. Ita habet. Ambitiosa cupiditati, illorum praecipue, qui diuinis, & humanis affectati, damnatione postposita, immobilis, & pretiosa mobilia Deo dicata, ex quibus Ecclesiae, monasteria, & pia loca reguntur, illustranturque, & eorum ministri, alimoniam sibi vendicant, profanis vsibus applicare, aut cum maximo illorum, ac diuini cultus detrimento, exquisitis medijs usurpare praesumunt, occurrere cupientes, omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum alienationem, omneque pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, concessione, hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, nec non insuadationem, vel contractum emphyteuticum, praeterquam in casibus à iure permisis, ac de rebus, & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, & tunc Ecclesiarum euidenti utilitate, ac de fructibus & bonis, quae seruando seruari non possunt, pro instantis temporis exigentia, hac perpetuo valitura constitutione praesenti, fieri prohibemus, praedecessorum nostrorum constitutionibus, prohibitionibus, & decretis alijs super hoc editis, qua tenore praesentium inuouamus, in suo nihilominus robore permansuris. Si quis autem contra huius nostrae prohibitionis seriem de bonis, & rebus eidem quicquam alienare praesumpserit, alienatio, hypotheca, concessio, locatio, conductio, & insuadatio huiusmodi, nullius omnino sint roboris, vel momenti. Et tam qui alienat, quam is, qui alienatas res, & bona praedicta receperit, sententiam excommunicationis incurrat. Alienanti vero bona Ecclesiarum, Monasteriorum, locorumque piorum quorumlibet inconsulto Romano Pontifice, aut contra praesentis constitutionem tenore, si Pontificali, vel Abbati ali praesulgeat dignitate, ingressus Ecclesiae sit penitus interdicitus. Et si per sex menses immediate sequentes, sub interdictione huiusmodi, animo (quod absit) perseuerauerit indurato, lapsis mensibus eidem a regimine, & administratione suae Ecclesiae, vel Monasterij, cui praesidet, in spiritu alibus, & temporalibus, sit eo ipso suspensus. Inferiores vero Praelati, Commendatarij, & aliarum Ecclesiarum Rectores, beneficia, vel administrationem quomodolibet obtinentes, Prioratus, Praepositi, Praepositi, dignitates, personatus, administrationibus, officiis, Canonicibus, praebendis, alijsque Ecclesiasticis cum cura, & sine cura, secularibus, & regularibus beneficijs, quorum res, & bona alienantur duntaxat, ipso facto priuati existant; illaque absque declaratione aliqua, vacare censeantur, possintque per locorum Ordinarios, vel alios, ad quos eorum collatio pertinet, personis idoneis, ( illis exceptis, quae propterea priuati fuerint ) libere de iure conferri: nisi alijs dispositioni Apostolicae Sedis sint specialiter, aut generaliter reseruata, nihilominus alienate res, & bona huiusmodi ad Ecclesias, Monasteria, & loca pia, ad que ante alienationem huiusmodi pertinebant, libere reuertantur. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae prohibitionis & innovationis, &c. Si quis autem, &c. Datum Romae apud S. Marcum, Anno Domini Incarnationis, M. CCCC. LXVIII. Kalendas Martij, Pontificatus nostri, Anno IV. extr. Commun. lib. 3.

XX. Card. Collegio, & Summi Pontificis monita Card. Papiensis.

Magna est auctoritas consiliorum nostrorum, amplissime Pater, magna religio. Suficient, cum bona sunt, etiam Ecclesiam sine ulla, quod pondus habeat, nihil decernitur. Horum de creta collegium inter nos cooptantur. Praesules praesentur Ecclesiam. Propaganda, et retinenda fidei ratio queritur. De pace, ac bello statuitur. nec omnino publicum aliquid accidit, quod ab ea non veniat. Divergentis hanc est institutio, sancta, et salutaris, si habeatur, ut expedit. Sed exquirendorum consiliorum via tota in Pontifice est, dandorum in nobis. Si ille prudenter ea regit, si nos meditata, et libera, et coniuncta Deo asserimus, nihil est salutaris. Communis operis in omnem partem manat virtus. Optanda quidem utraque sunt semper. An praesentur semper, experimur quotidie. Colligam ego nonnulla meo iudicio ad rem facientia, non ut aliorum Magister, sed ut commemorator quidam eorum, quae sentio. Et primo quae ad Pontificem, inde quae ad nos pertinent, brevis absolvam. Ad te vero libentius haec scribo, quod et boni semper desiderium habes, et iudicare de omnibus sapientissime soles. Bona, an mala sint, iudicium tua expendes.

Venturus in Consistorium Pontifex, ante omnia affectus exuat, si qui eum ea in re tenent, de qua est consulendum. Hunc offerat solum, ut verum cognoscere cupiat. Cogitet etiam non suam privatam rem agi, sed publicam omnium, cuius aliquando Deo Creatori reddenda sit ratio. Si hoc illi propositum erit, vix relinquetur peccato locus. Quia autem adducturus in consilium est, pure proponat. Verbum audiat nullo, in quo suscipiari possimus, quid velit. Singula inveniendi veri desiderium monstrent. Sententiam suam ipse dicat post omnes, quae in re non erit, aliquando inutile, quae in vitramque partem est meditata, collatis invicem rationibus in medium ponere. Adiuuat hoc infirmiora ingenia, cum quasi designatos videant locos, in quibus querendum consilium sit. Fortiora etiam excitat, cum minus iam et in eis occupata, ad inquirenda nova se vertant, et de propositis interrogant facilius. Observabat hunc morem Beata memoria Pius Secundus, hunc ego plerumque necessarium iudico. Re tota libere, ut dixi, proposita, erigat consulentium animos, admoneatque, ut ex sententia consulant: testatus se non hoc male, quam illud, sed id maxime, quod libertati maxime serviat. Dicit vix potest, quam fructuosa sit haec diligentia, quamque ad rectum nos animet. Pendemus enim ut plurimum ab illius oculis, nec tam Ecclesiam, quam nostram rem intuemur, veriti semper, ne sensu suo dictio nostra non congruat. Proxima cura erit, ut eos, qui loquuntur, tota significatione clementiae audiat, vultuque adsit. Nil aequo dicentem confirmat, et ad prosequendum adiuvat, quam magis enim bene sentire, et bene loqui, et placere se putat, tanto et minus diligentius, ut bene inchoata absolvat. Cum vero circumspicitur, oscitatur, rideatur, atque alibi sensus esse audientis videntur, frangitur animo, qui loquitur, atque ad ea respiciens, quae inerte dixisse se credit, ad dicendum minus sit efficax. Erat ergo presidentis benigni, in his etiam, quae non probet, probationis signa ostendere. Sed nec interrumpendus est consulentis sermo. Stimulus semper in finem procedere. Plerumque enim ubi memoria tenax non est, excidunt per interualla, bene cogitata, nec refutari facile possunt, sitque ideo, ut cum non meminerit ille, quod dicat, vel turpiter taceat, vel persequatur inania. Interpellare tamen aliquando est necessarium, siue cum res plene intellecta non est, siue cum admonendus nominum videtur, quae satis non tenuit. Utraque tamen parte impendenda. Caput omnium est, ut inter auditum, non succenseat Pontifex, nec iratus aliquid impulerit, nec alibi esse, aut hoc, quam illud se male significet. Audiri sententiam, humanitatis etiam erit bonam consulentium mentem laudare, dicere Sapientis consilium esse: idque agere, ut grata fuisse officia sua fratres intelligant. Est hic labor exiguus, et gratia, et laude plenissimus. Praterire autem silentio, quod dictum est, atque hoc tantum, vel illud recipere, Domini opus esse videtur, non Patris. Si in vnum sententia coeant, et subsit ratio, decernendum ex Fratrum consilio. Sin vero, ut aliquando accidit, a maiori, et meliori numero pauci quidam differant, negligendi illi non sunt, sed clementer docendi, quam obrem dicta eorum recipi nequeant. Nemo enim

nostrum est quantumvis habes, qui suis cogitationibus plus, quo non arroget. Ea igitur dextera sat is faciendum est, utque, ut bono animo in alienam sententiam transeat. Mos est sacri Collegii a numero sententiarum decernere; credo ea ratione institutus, quod veri est simile, hunc ordinem non nisi perfectis constare, quorum maior consensus, probatorius etiam consilij faciat argumentum. Hoc quidem vult ratio. Sed longe est aliter aliquando. Principes seculi, necessitas temporum, amor etiam carnis, frequentius collegas nobis dant, quam Sedis electio. Ergo non semper numerus est attendendus, expendenda semper ipsa consilia. Leuium enim, et sultorum vbi que rara est pars. Maligne etiam saepe consulitur, ratione habita non tam salutis, quam negotij, quo Pontifex grauius implicetur. Sunt et qui ad gratiam totos se forment. Expendit ergo, et seliget ea diligens Pontifex, neque ad linguas, sed ad mentes respiciet, seruabitque, iuxta Scripturam, a consilio in malo animam suam. Nam quod in Proverbijs legitur, Salus multa, vbi multa consilia; id ita est attendendum, si veritatis sint consentanea. Quid enim malorum consiliorum aceruus inuatur? quorum quanto maior est cumulus, tanto pestis validior. Ponderanda igitur sunt, non numeranda; illudque putandum verum, quod Ecclesiasticus admonet; Consiliarius sit tibi vnus de mille. Non erit autem inutile, quod vno in Consistorio est introductum, altero decernendum relinquere. Ad grauiatatem nostri Ordinis hoc pertinet, et ad verius cognoscendum, praesentat materiam. Dies vna, aut altera interposita, diligentius inquirendi spatium dabit; ac velut in somacho demissus ciubus, sic tempore ipso coquetur consilium. Ante Nicolaum Quintum hic mos seruabatur, sed, ut cetera, neglectum nostro iam obsoleuit. Non semper tamen est differendum. Repentina quaedam accidunt aliquando, in quibus mora omnis semper est noxia, et consulendi amplius admittit spatium. Ergo temporis tota erit haec ratio. In decernendo autem feruorem animum habeat Pontifex, non attendens quid terrena potestates petant, sed quid officia sua postulent. Excitant nonnulli, quae indigna, quarentes, non quae Iesu Christi sunt, sed quae sua. Minantur quoque cum postulant, et cum non impetrant, irascuntur. His honori ut magis habendus est, non ut iustus praestandus assensus. Accidit quoque saepe, ut illa maxime rogent, quae nimium cupiant. Francorum Rex Carolus, cum contenderet ab Eugenio IV. iuuenem ante annos legimus, Metropoli Ecclesiae praesent, idque affectus factum damnaret, dicente quodam; Intercessisti o Rex. Intercessi, inquit, rogatus, sed non credidi concessum hoc iri: se videri licet postulationis extorta, Eugenum nimis facillitate damnauit. Querendum ergo semper quod rectum, et conscientia gratia praesentanda. Haec lenus de Pontifice.

De Cardinalium officio pauca nunc audi. Consulere nemo bene potest, qui idem non sapit. Sapit nemo, nisi qui a Deo sapientiam habet, ut loquitur Scriptura; Dominus dat sapientiam, et ex ore eius prudentia, et scientia. Ex Deo igitur erunt sua consilia, nec proferet lingua, quod timor Domini ante non probet. Desideria quoque si qua eum priuatim tenent, post habeat publicis, nihil suum credens, quod commune non sit. Est cuique nostrum patria. Sunt Principes potentatibusque meriti aliquando bene de nobis. In ditionibus eorum nostra Sacerdotia possidentur, vnde panem quotidianum accipimus. Amari eos non veto: in beneficiis etiam adiuari volo. Hoc damno, quod ab illis ita pendemus, ut non electi ad consilium Sedis, sed mercede ab eis videamur conducti. Dicimus, non quod nostri est iudicij, sed quod eorum vel nuncij, vel litterae porrigunt. Intraentes ergo consilium, huiusmodi affectus omnes ponemus, simulque cum turba, quae comitata est nos, relinquemus ad fores. Introducenda autem erit sola veritas comas. Qui de reb. dubijs consulant, inquit Historicus, ab ira, odio, amicitia vana nos esse decet. Haud facile animus verum prouidet, vbi illa officiant; neque, quaequam omnium libidini simul, et vsui paruit. Sed nec a vultu Pontificis sumenda consilia sunt, si vel ille charius affectu sequitur, vel nostri sensus aliud dicant. Sacerdotis os, cum mente semper concordet. Dicende autem cum libertate sententia sunt, sed ita ut contumacia absit suspicio. Datis non ad blandiendum, sed consulendum sumus, praesentari, id conuenit, ut Sacerdotum probemus consilium. Inclinemus et ad misericordiam magis, quam seueritatem, et emendare queramus, non perdere.

Ad Card. officium spectantia.

Summo Pontifici necessaria.

Si cogite-

si cogitemus, quid in re non decerni a summo Iudice possit, et quid velimus decerni, imitari enim licebit, qui non secandum quae uolunt facit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Duritas nimis est, cum leniori sententia redere meliorem proximam possit, malle tristi decreto assigere. Probabiliorum dicit Cicero medicinarum, quae sanant, quam quae excruciant, et Apostolus Paulus, Vos aut, qui spiritualis estis, instruite in spiritu lenitatis. Sed id tum adhibendum est, cum tentata lenitate, medicamentis parum salua succedit. Porro cum ea in consilium veniunt, quibus impendenda est, vel res nostra, vel opera, laborem otio, et largitatem parsimonia praefereamus, nec ut vitium incommoda, sententia malignemur. Quae cumque in commune asse-immus, tanto amplius commendant ministerium nostrum, quanto diffiditiora sunt, et minus praesentari a ceteris solent. Agendum vero est omni iudicio, ut non putemur ad desideria facti, nec videamur auare parere traditis ab Ecclesia bonis, quorum dispensatores, non possessorum verocabulo sumus. Dandum ergo potius suadeamus, quam retinendum, et demus ipse sine tristitia, pigrique ad opera subeunda non simus. Hoc enim est nostri officij. Ad pompas, et delicias, ornamenta Cardinalatus non sunt; aut deponi illa oportet, aut id non recusari, cuius causa sunt data. Bis peccat, qui boni operarij occupat locum. Mandatum ipse non seruat, et ab opere alium prohibet, dignus quidem damnatione Dominica; Inutilem seruum eijce in tenebras exteriores. Et quoniam eorum loco successimus, quibus Dominus dixit, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, non facile ad decernenda bella inclinamus. Sim amica concordia, nostra consilia. Valeat in nobis Christianitas, quod in gentili homine P. Scipione olim cum gloria valuit, ut dicamus, malle nos ex nostris vnum seruare, quam mille hostes occidere. Ad retinendum, non efficiendum sanguinem, et ad tollenda, non suscitanda scandala, potestatem accipimus. Nil minus, quam bellicum opus conuenit Sacerdoti. Omitto enim, quod bellare nescimus, et vel ignorantia nostra, vel aliena perfidia, damna saepe suscipimus. Etiam qui haec audiunt, indecora ministeria nostra uocationi existimant. Igitur iuxta verbum Comici, tentabimus omnia consilio prius, quam armis, et iuxta verbum Domini, pacifici erimus, ut filij Dei vocemur. Indigne etiam officij nunquam desit in consilio patrociniis nostrum. Pro his veluti pro nobis adhaerere dicamus sententiam, neminem credentes ledi, vbi pro veritate est patrociniis. Infinita sunt, quae praecipit de hoc genere possunt. Quot enim offeruntur opera bona, tot per dies singulos poterunt esse consilia. Id vnum in commune tenendum, ut recedentes a malo, quod sanctum est, et salutare persequamur.

Ad bene de liberandis qua necessaria.

Videntur nunc ea sunt, quae erudire, et meliora facere hac nostra possunt officia. Adiuuantur imprimis ciuilitas iuris, et Pontificij, Legisque Evangelicae disciplinae, ex quibus deliberationes nostrae semper sumuntur; haec sunt iudicia, recta in fide sententia, lepra a lepra discretio, Praesulum lites, insulicium, desolationum quoque causas, excipiem denique rerum, quas tractat Ecclesia, formulam inde accipiunt. Earum qui in scius erit, aut seipsum fallatur, necesse est, aut alienam sequatur sententiam, sua ignarus. Olim Q. Scenola Sulpitio forenses causas praesentanti, vitio dedit, quod ciuilem scientiam, vnde illarum esset patrociniis, ignoraret. Quod mihi denobis maiorum rerum iudiciis queat de nostris litteris imputari, non ab homine, ut illi, sed a summo Iudice Deo per Prophetam monente, Erudimini, qui iudicatis terram, metuendum est, ne coarctamur. Historia quoque non mediocriter in deliberationibus valet. Item magistra est vita, exemplisque homines facilius quam ratione, ad consentiendum ducuntur. Ex praeferentibus etiam praesentant, et ventura persequimur, videmusque quid dimittit, praesentant debet. Tenenda est igitur omnia antiquitas, iustitia nascens Ecclesiae, progressus, et casus, quibus est agitata, meretricum fides. Parum vitus, per quos aucta est religio. Comparandum etiam vetus omne, ac recens ministerium, non Romanorum tantum, sed aliorum quoque Pontificum. Dicitur non facile est, quanta hinc lux, et fiducia suscipitur in actibus nostris, sed nec recedit: temporis est ignoranda conditio, quibus nationes, quid regna, quid Principes, quid liberae ciuitates, de Sacerdotio in vnaque parte sunt meriti; ut

consulentibus prompsum sit, quid liceat ab eis, vel illis sperare, et quid eis, vel illis tribui debeat. Confundatur necesse est praemij, et penam vni vbi haec non subueniat diligentia. Sapientiam quidam dicunt, filiam esse vsus, et memoria. Quanto longinquiora haec duo sunt, tanto illa praesentior. A nulla autem re maior memoria est, quam ab historia. Pauca quaedam pueri meminerunt sensibus collata. Vita nostra comparata antiquitati, eadem ratione pueritia est. Nescire enim, quid fuerit, antequam notus sis, id est (inquit Cicero) semper puerum esse. Et quoniam ad consilium de Republica capiendum, caput est nosse Republicanam, per discenda vtrique bono Cardinali erit tota Christi Ecclesia, quae fides vbi que, quae dispensatio, quanta Sacerdotibus, quanta Episcopis, quanta etiam Romano Praesuli sit reuerentia, quid valeant opibus Principes, quae paces, quae cum quoque bella exerceant, denique qui mores illorum, atque instituta. Rationem haec sibi parat animo, instructamque habeat, ut nulla in re, cum opus fuerit, hostes videatur, ac peregrinus. Quia vero ad nos veniunt saepe magni de rebus Legati, quos in Senatu tractari oportet, vnam audendi illi cum diligentia sunt, et petitionum suarum tota vis per noscenda. Ingerenda etiam difficultates, ut in eis dilaudis planius illi de causa nos instruant. Quin et in laudibus, quae iudicanda Senatoris sententia sunt, requirendi aduocati erunt, et procuratores, quibus in vtramque partem causa instruitur, seorsum a singulis probationum suarum series audienda, quam etiam si pro more scriptam relinquunt, praesentanda illa non est, aut semel tantum legenda. Repetenda frequentius, et nec aliter concipienda animo, quam si res nostra ageretur. Negligimus hanc curam per se, et sine cognitione ad cognoscendum accedimus, consili, vel praesentium studio, vel sententia primo loco dicentium. Necessaria in super est Curia nostra, et secularis totius potestatis cognitio, quid habeant quaeque facultatis, atque officij. Cancellaria imprimis tenenda, cuius instituta ad nostras disputationes saepissime veniunt. Quid porro ex quaque Provincia, et Ciuitate ad ararium veniat, quid ipsum ararium possit, qui nostri exercitus, qui socij, quae subditorum fides, aut perfidia, quae privilegia Romanae Sedis, vel obsoleta iam veritate, vel ante quoque vigentia, qui denique census, et quae loca, vel potestatis nostra, vel iuris. Praesentat horum diligentia, ut certum semper consilium, sic aliquando fructus non expectatos. Sunt autem in hoc genere priuata etiam quaedam fidei, et moderationis officia, conuenientia semper consulentibus bonis, et a me non omittenda. Principis nostri odio, maligne consulendum non est. Malum enim consilium, consilium pessimum. Nullum quoque eius in ammodum, a nostro consilium putandum est. Sed nec laudi bene consulentis collega inuidendum: aut ut parum ille vidisse videatur, sententiam diuersa. Contra charitatem hoc est, et publicis nocet. Praesentanda etiam illi, quae decreta, et disceptata sunt, taciturnitas. Nil pro palandum, quod quemquam grauet. Laboramus hac intemperantia saepe, dum soli eorum studio reuereri domum, seriem saepe totam consilij pandimus. Crimen omne, vel reiecta petitionis, vel parum aduata, in hos, vel illos reijcimus. Quae in re, et sancta Societas collegij violatur, et grauiorum odiorum causa praesentantur. Minuitur etiam mirum in modum Sacrosancti loci auctoritas, perfidiamque ipse nostram cum lenitate ostendimus. Cum autem hac omni cauerimus diligentia, tum illud accurate seruandum nouerimus, ut non contendamus cum sententibus diuersa. Non tollamus clamores, non contumeliose quicquam agamus: tantum rationem affirmemus nostri consilij, idque quanto maiori possumus, verborum et vocis honore. Impensius autem praesentanda haec modestia est, cum necessarium erit, aliquid dilui. Pauci enim equanimiter ferunt, non probari sententiam suam. Interim itaque et vni petenda, et misericordia orationis genere promenda cause, cur hoc illo vitium arbitremur. Idem idem et laudando fidei, contra quem agimus, ut si maxime errasse iudicio se sentiet, probari ament officium gaudeat. Omnes committat haec diligentia, Sacerdotes vero imprimis, quibus Apostolus dicit; Nihil per contentionem, vel inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi iniucem arbitantes, non quae sua sunt singuli considerantes,

Annal. Eccl. Tom. 17.

FFF 3

sed qua



sed que aliorum. Sententias quoque nostras, in quo saepe nos admonitos vidi, non iteremus, sed contenti loco, qui obrigit, alienum non occupemus. Quod etiam dixerunt alij, non a nos oratione non periculis. Consilient ad rem, non ad pompam, satis est verbo vno in priorem sententiam ire. Temporis omnino nulla est permittenda iactura. Dicimus enim sententias singuli, & decernenda sunt multa, & occupatus semper est Pontifex. Itaque videndi, & molesti omnibus sumus, cum tractamus superflua. Illud autem in omni actione nostra meminimus, Pontifici nostro consultores nos esse, non magistros, dicitur a nobis vota, non voluntates. Ideoque nec agendum vehementer, nec indignè habendum, si non accipiuntur nostra consilia. Votorum nomen inditum est, nostris sententiis, vt videlicet optare videremur, non velle, & seruire, non imperare. Itaque cum placide, quod est nostri iudicij, semel dixerimus, eo contenti feremus modeste, quod decerneretur, laudandumque, & adiuvandum putabimus. Quia vero conatus omnis noster sine Deo inanis, ac inanis est, die semper consilij illum precabimur, notam faciat nobis viam, in qua ambulemus, errare non sinat inservitatem hanc carnis, nostrumque omne propositum ita moderetur, vel tollat, vt maxime Ecclesia sua necessarium iudicet. Sanxit C.esar Augustus, vt priusquam Senatores sui confederent, supplicarent ad eius Dei aram, in cuius templo Senatus haberetur. Turpe quidem, & nefarium erit, Religionis Christiana Principes sacrificium suum non soluere. Hoc solvendum promptius, quod certior est impetratio. Edicitur etiam voce divina, Quarite primo regnum Dei, & iustitiam eius, & haec omnia adiacentur vobis. Otiosi in secessu Pientino, colligi haec pauca, Tu ingeniosus prosequere reliqua. Mihi propositum fuit non tam monere te, quam alloqui. Bene vale. Pientia M.CCCC.LXVIII.

XXI. Obitus Card. a Turcremata Ord. Prædicat.

Hæc Cardinalis Papiensis sacro Ordini Purpuratorum præscribat. Desideratus est ex eo Ordine, hoc anno, Frater Ioannes de Turcremata, Hispanus, ab Instituto Dominicano, ad eam dignitatem ab Eugenio IV. euectus. Natus est Patre Garcia, familia honestissima, quæ ante eum plures claros viros ediderat, vt non ille quidem videatur nomen antiquissimæ genti dedisse, sed famam auxisse, & virtutem illustrasse; nimirum singulari virtute, insigni religione, eminenti sapientia, in Dominicano Instituto, quod professus fuerat, præstantissimo Dei munere donatus. Adolefcens, Philosophiæ studijs absolutus, sacræ Theologiæ, & iuri Pontificio summa diligentia Parisijs incubuit, ibidemque lauream diuini scientiæ adeptus, in Hispanijs docuit; ac post Prioratus Vallisoletanum, & Toletanum, ingenti cum opinione prudentia, & arctioris vitæ administratos; quod pro republica Christiana aliquot labores exantlasset, in trepidumque se contra Schismaticos, anti-Pontifices factis demonstrasset, ad Magisterium primo Sacri Palatii, ab Eugenio IV. euectus, & Basilicam ad diffipandum Conciliabulum, tutandamque tum fidem Orthodoxam contra Hæreticos, tum auctoritatē Pontificiam contra rebelles; cum in viroque opere pro virili decertasset, Ferrariam, & inde Florentinam ad Concilium Oecumenicum accitus, multa pro vniōne Græcorum, & aliorum Orientalium, proque præstantia Sedis Apostolicæ egit, & scripsit; admirandaque doctrina, integritate vitæ, constantia, & zelo propugnandæ veritatis gradum sibi ad purpuram fecit: nec tamen, Cardinalis factus, Institutum, aut rationem viuendi quicquam mutauit. Idem illi omnino vestitus, eadem ieiunia, parsimonia, vigiliae, preces, ritus & frequentia orandi, sacrificandi consuetudo, studiorum assiduitas, despicientia sui, idem rigor disciplinae; eadem constantia, & libertas in tuendis rebus fidei, religionis, & veritatis, vt Defensorem Fidei videntem omnes appellarent. Qui cum alpeccere, prædicabant in eo magni animi præstantiam, singularem continentiam, admirabilem pietatem, indefessum religionis studium, inexhaustam in omnes liberalitatem, diuinarum rerum, quas tractauit, profundam

cognitionem, Pontificij iuris solidam doctrinam, in scribendo ingenium acce; in differendo vim prope incomparabilem, in propugnanda iustitia, robur animi infractum, & maximum ornamenta virtutum, quibus & præclarissima exempla ostendit, & æterni nominis gloriam acquisiuit. Templum SS. Virginis ad Mineruam testudine ornauit, primumque cenobij implauium, quod claustrum vocant, a fundamentis erexit, nec non Bibliothecam vndique conquisitis libris ingentem condidit; & quod præcipuum fuit, adductis ex Congregatione Lombardiæ religiosissimis Patribus, ad exactum rigorem viuendi Cenobitastuocauit. Romanis virginibus in matrimonium collocandis, & viuentibus viuens annuas pecunias innumerabiles erogauit, & pro succedentibus in perpetuum perpetuos census attribuit; ac vt res cum maiore cura ageretur, Confraternitatem sub inuocatione, ac titulo Annuciatiæ Virginis, in eodem SS. Virginis ad Mineruam templo, sub cura, & regimine Prioris, & Patrum Cenobij eiusdem, elocandis, dotandisque in anniuersaria Solemnitate Annuciationis puellis instituit, & non tantum legibus sanctissimis fundauit; verum etiam prouentibus amplissimis locupletauit; Sacellum eidem Diuæ Virgini, & Confraternitati ornauit, dicauit, ditauit; Summisque Pontificibus, & sacro Purpuratorum Senatui istud tam pium, tam meritis facundum Institutum, commendatum adeo fecit, vt illi perpetuum deinceps Romæ morem inuexerint, singulis annis, die Festo Annuciationis Beatissimæ Virginis solemnissimo cultu, & quo non nisi sub ipsa Pontificatus auspiciis, quando ad inuendam Basilicæ Lateranensis possessionem, Pontifex, inter faustas populorum acclamaciones procedit, solent incedere, a Palatio Apostolico, comitante & pompam faciente vniuersa Palatina familia, nobilitate Romana, Oratoribusque Regum, ac Principum Pontificem præcedentibus, ad Basilicam Mineruæ descendere, Sacrum solenni ritu, ab vno ex S. R. E. Cardinalibus celebratum audire, & eo peracto, cum Pontifex, ad oscula pedum, a pientissimis Matronis, Virginibus adductis, dotem in oculis inclulam distribuit (dantur nupturis 100. regularem autem vitam professuris 200. scuta) Fr. Ioannis Turcremata Cardinalis, morum vitæque pudicitiam, innocentiam, integritatemque, quam sanctissime coluerat, quamque hoc æterno pietatis monumento testatam reliquit, admirari, laudare, & ad æqualem munificentiam sese incitare. Non minus CC. singulis annis elocantur; aliquando plures numerantur; aut etis redditibus, potissimum ab Urbano VII. Pont. Max. gente Castaneo, natione Romano, qui nostra hac ætate, hæredem ex asse scripsit eam Sodalitatem, earum rerum, quas moriens relinquebat. Non ingrata ea Sodalitas in alterum Conditorum, eius corpus a Paulo Quinto Pont. Max. impetratum, solenni pompa funebri, a Basilica Principis Apostolorum, in qua ad annum Domini M. DC. XV. depositum iacuerat, ad Mineruitanam aedem transfuit, inque magnifico sarcophago ornatissimi eius Sacelli, memorie, & offibus benemeriti Pontificis collocauit; in quo optatam resurrectionem expectat, vna cum prædicto Fratre Ioanne Turcremata, cui etiam istud Epitaphium eadem Sodalitas olim inscripsit:

Hic quiescit, Dom. Ioannes de Turcremata Natione Hispanus, Episcopus Sabinus, S. R. E. Cardinalis S. Sixti. Qui obiit XXVI. Septemb. Anno Domini M. CCCC. LXVIII. Requiescat in pace.

Leo X. Pont. Maxim. cum in minoribus esset, suadente Oluerio Cardinale Carapha, vna cum omnibus collegis Cardinalibus voluit eidem Sodalitati nomen dare. Ciacconus in Ioanne Turcremata. Ioannes Turcremata nepos, in prefatione Summa Ecclesiastica, ad Augustinum

Sodalitas B. Virginis instituit, opus egregium.

Urbanus VII. Sodalitatis benefactor, cuius corpus ad Mineruam transfertur.

Augustinum fratrem, excuss. Salmantica apud Ioannem Mariani à Terra noua 1560. Traditiones Cenobij & Mineruitani, & res oculis subiecte hoc tempore, quo scribebamus.

XXII. Obitus B. Conradini Ord. Prædicatorum.

Paruit, Instituto, pietate, deuotione, zelo, charitate, & religioso rigore, B. Conradinus Ariostus, patria Bononiensis. Adolefcens, apud matrem studio-rum Bononiam, post liberalium artium, & Philosophiæ disciplinam, iuri civili cum operam daret, delecta seculi fallacia, & malignitate, religiosum Institutum professus est, in Cenobio Diui Dominici. Ibi ad exemplum Diui Conditoris, exemplo Sodalibus fuit, & admirationi, ab ornamento virtutum, quibus eminebat. Speculum omnes illum censebant, puritatis, obedientiæ, humilitatis, atque in Deum, & proximum charitatis. Nemo in seruandis religiosis ritibus, & consuetudinibus, illo exactior; nemo in victu, vestitu, vigilijs, ieiunijs, & obseruatione præscriptorum, magis ad sanctiōnes, quas professus. In orationibus, & meditationibus tanta illi assiduitas, vt etiam inter opera manualia, mente in cœlestibus versaretur. Passiois Christi Redemptoris vel Sauctorum martyrij memoriam, sine lachrymarum profusione affluentiissima non admittit. Virginibus paupertate oppressis, dotem, quas honeste elocarentur, emendabat. Adolefcens, si quos alpeccisset ad bonam frugem natos, sed inopia premente a studio arum nauicictos, colleclitia stipe recreabat, & vel religioni ad dicebat, vel ad bonarum literarum profectum tam insigni pietate adiuuabat. Bibliothecam insignem, in suo Bononiensi Cenobio, ingentibus sumptibus condidit, & libris complurimis locupletauit. Ei cenobio Præfectus, peste grauius sauciente, Fratribus alijs aliud dilabentibus, ipse consolandis pusillanimis remansit, periculoque contagiosis sese exposuit. Tandem ingens sanctitatis, hoc anno ad cœlos emigravit. Pius lib. I. de Viris Illustribus Ord. Prædicatorum.

XXIII. Obitus B. Helisabeta Ord. Seruorum.

Eodem anno, B. Helisabeta Picinarda, Mantuæ inter Sanctimoniales Ordinis Seruorum virginitatem professâ, mortalitatem exiit. Inuenculam, ante ingressum religionis, multi nobilium in matrimonium expectant. At illa virginitatis amans, quam Virginitate sponso consecraret, detrectauit, adeoque illibatum illud liliam seruauit, vt in mortis articulo, vel eo solo nomine gratias Deo ageret, quia perpetuam virginitatem celo inderet. Inuit ad custodiam præiosif thesauri, deuotio ingens ad SS. Virginem Deiparentem, cui illa tantopere addicta, vt nihil ab ea non impetratit. Inuit & voluntaria corporis, & sensuum mortificatio, quam illa iugiter portabat, cilicium asperum induta, & Zona ferrea, quattuor digitos lata, ad nudum præcinclta, assiduis flagris, atque ieiunijs sese discrucians. Inuit & orandi perpetuum studium, & contemplationum assiduitas, a quibus ei tanta familiaritas cum SS. Virgine, vt sæpe sæpius audita sit, cum illa miscere sermones. Inuit præterea frequentia Sacramentorum, quibus summa cum deuotione, & animi puritate particibat. Vnde tantam sanctitatis opinionem apud Ciues Mantuanos sibi comparauit, vt ad eam veluti ad miserorum asylum, omnes calamitate aliqua oppressi accurrerent, & Reserendariam Diuæ Dei Genitricis dicerent, cui illa petenti, nihil negaret. Mortis horam suæ longe ante prædixit, tunc se videlicet a seculo migraturam, quando sepultura quædam ab architecto consummata foret. Ei loculamento cum is extremam manum appouisset, & ipsa quoque oculis clausit in mortem; cum prius Iesum, & Mariam alpeccisset, & Angelorum concentu recreata fuisset. Hilari vultu, serena facie, in solito splendore circumdata spiritum emisit hoc anno, feria 6. die 19. Febr. ætatis 40. Statim a morte quamplurimis apparuit, medelam in deploratis morbis ferens. Puel-la quædam in lacum Mantuanum delapsa, se quihoræ spatio, ab aquis demersa, viua, & incolumis extra-

cta fuit, a voto, Helisabeta facta. Victoria Beata neptis, ab incurabili cancro, dextrum femur depascen-te, precibus, & inuocatione illius curata est. Aliqua parturiens, in solitis doloribus pene enecatâ, orationibus ad Helisabetham profusa, partu soluta est. Be-neuena Vestalis dentium intolerandis cruciatibus discruciatâ, voto facta virgini sanata est. Alij, alia sanitatum, & curarum beneficia, ab eiusdem inter-cessione per miraculum accepere.

Hoc etiam ipso anno, Seruitæ, memorant, inuentionem corporis B. Iacobi à Castro Plebis, quæ hodie est Vrbis Episcopalis in Etruria, sui Instituti. Ante centum quadraginta annos, pro defensione bonorum Xenodochij cuiusdam, ab Episcopo Cluino submissis sicarijs, moitem pertulerat. Natus is fuit Patre Antonio, matre Multiola. Hæc cum ex eo esset grauida, labantem Ecclesiam, puerum humeris suis regentem, in somnis sibi parere videbatur. Aliquis Eremitarum stipis quærendæ eò adueniens, visum renuncianti respondit, *Sciret, se pariturum esse puerum, Ecclesiam eò loci instauraturum, magna que sanctitatis futurum.* Alio quoque tempore vidit, se liliam purpurei, sed omni ex parte laceratam, vtero egerere: significatione, illam puerum enixuram, qui ad virginitatis candorem, flammam quoque charitatis adiungeret, & tandem morte cruenta occumberet. Adolefcens tu-lo cura fuit, Ecclesias frequentare; diuinis officijs interese; pauperibus, pupillis, & peregrinis omnia charitatis officia, ac præcipue tutelam impendere; & quicquid temporis illi ab his operibus pietatis supererat, studijs litterarum incumbere. Accidit aliquando, vt cum Missæ sacrificio interesset, & verba illa Euangelij audiret, *Qui non relinquit patrem, & matrem, & omnia propter me, non potest esse meus discipulus;* omnia pauperibus erogauit, seque religioni Seruitarum addidit. Id temporis Cluinus Episcopus, bona cuiusdam Xenodochij vsurpauerat. Iacobus pro his vindicandis Romanam perrexit, & ad tribunal Apostolicae Sedis vsurpatorem euocauit. Lara secundum Xenodochium sententia, cum ad Castrum Plebis reuertetur, Episcopus auaritiæ caligine obcaecatus, ad rapinam bonorum, quæ pauperibus rapuerat, paritidum quoque addere properauit, sicarioque submisit, qui in sylua transeuntem occiderent. Iacuit cæsus ad arboris cuiusdam truncum, aliquanto tempore insepultus, donec diuinitus pastoribus monstraretur. Ianuario mense niues altissimæ omnia obruerunt, omniaque ab intensissimis frigoribus riguerunt, excepta arbore illa, quæ viridantibus ramis onusta effloruit. Perculit eius aspectus, quos dixi, Pastores. Itaque ad miraculum attoniti, propius accedere, & ecquid esset, aspicerent, & scrutari voluerunt. Dum illic sunt, vident hominem gladijs confossum. Perterriti fugiebant, quando vocem semel, & secundo audiunt, *Eijcete me hinc foras. Sum enim Iacobus à Castro Plebis Xenodochus.* Ad se ex timore reuersi, extraxerunt, vtque Episcopo, & Prætori denunciarent, perrexerunt. Fama interim diuulgata, cum Perusini, Castrenses, & Cluini, ad se quisque sacrum pertinere cadaver contenderent, consilio a quodam viro prudente dato, obtemperantes, illud plaustro imposuerunt, duos indomitos tauros, curru inuexerunt, & quò vellent, plaustrum traherent, permiserunt, eò loci, quò illi substitissent, illud ad sepulturam daturi. Mira res! Tauri ferocientes mansuetudinem agnorum induti, ad Xenodochium, pro cuius bonis Iacobus ceciderat, curru duxerunt, eoque loci immobiles constituerunt: vbi Castrenses eius nomine Ecclesiam excitarunt, eiusque corpus sub ara maiore condiderunt, Anno seculi M. CCC. XII. Iacebat indidem Iacobus sed tertæ in fossus; donec hoc anno alicui secundum quietem apparuit, vtque honestiore tumulo se collocarent, admonuit. Factum. Exhumatus, repertus est

XXIV. Inuentur corpus B. Iacobi Ord. Seruorum.

integris omnibus membris, flauis capillis, barba pro-

IESU CHRISTI Anno 1469.

PAULI PAPAE II. FRIDER. ROM. IMP. Anno 5. & 6. Anno 18.

I.

ANTEQVAM Roma discederet Fridericus Imperator. Paulo Pontifici, & sacro Senatui spem ingentem fecit, Principes Germaniae Ratisbonam ad Comitium euocare, eisque contra hostes reipublicae Christianae, Mahometem, ac Podiebracium armare. Non intermisit ergo Paulus, ad sacram militiam, cunctos Christi fideles excitare, indulgentias, & gratias spirituales ubique regnorum promulgare, sumptus, & comitatus conquirere, Cruce pios consignare, quo ferociam Turcicam a ceruicibus Christianorum depelleret, & Podiebracium haereticum Hussiticae propugnatores reprimeret. Siquidem hoc tempore, ad veteres calamitates, quas per superiores annos respublica Christianorum a Turcis acceperat, noua quaedam in Illyrico accessit. Administabat Prauinciam Bosnam, nuper fidei Christianae regnum, Azambeus quidam, Thento natione, qui pridem vna cum patre, abnegata fide Christi, infaniam Mahometeam susceperat, L. centis vitae, non sanioris religionis occasionem secutus. Vir quidem industrius, & Christianae militiae assuetus, cuius iam disciplinam in pio exercebat. Hunc cupientem penetrare interius, & proximam Croaticam populari, Luprana flumen impeditabat, quod vno tantum in loco astate vadofum Christianorum praesidio tenebatur. Fratres duo in primis his Croaticensium finibus tenebant imperium, Martinus, & Stephanus. Lupranam proxima patebat Martino; excipiebat inde Stephanum Toparchia. Hi odij inter se non mediocribus distabant. Eius rei non inscius Azambeus, Martinum, cui & minor erat aetas, & cupiditas maior, adortur. Pollicetur, si transitum fluminis praebet, virtutum se fratris dissidentis iniurias, atque amplius, quantum velit pecuniarum darum. Ille vltionis libidine, & auaritia adactus, pactis singulis a genti numeris in singula equitum capita, infideli exercitui ad lacrymabilem stragem ingressum aperuit. Transiit cum suo Duce, equitum millia viginti, ad cursum expedita. Eius rei illata suspicione Stephano (id, quod ex frequenti conuentione potuerit colligi) fidelem quendam ex suis progredi vix notis ad Lupranam iubet, & quid parerit silentio explorare. Prima nocte iter ille ingressus, cum sub primam lucem vigilia fatigatus, somnum cepisset, ac nihilominus equo procederet, in antecursores hostium incidit: a quibus excitarus, iussusque quisnam esset, aut quod tenderet, confiteri, errorem sentiens, subitum ex necessitate consilium sumit. A Stephano, inquit, ad Lupranam ad Ducem vestrum adducite me; habeo non ingrata, ad eum mandata. Perductus confestim; Mittor ad te Azambeus, ait, Obseruat Stephanus Toparchia inopi parci, quatenus, & rediens vti, si vo'es, amicissima potes: non tantum putat conueni ad te praeda ex his montanis salibus posse, quantum munera freres, si finibus sine maleficio excesseris. Amicum sibi eum parare hoc beneficio praestat, quam detrimentis frustra affligere. Hoc cum nuntius ad effugendas illorum manus, praesentis animo de Stephano mentitur, credita nihilominus ab Azambeo facile sunt; ac

Turca contra Christianos aduocatur.

sive munera attendens, siue impediri his in locis noleas, quatenus impacata relinqui tutum non erat, benigne appellato nuntio; Exire, inquit, sus Stephanus facit, qui precibus nobiscum malit, quam armis contendere. Damus, quod postulat. Pacato nulli ex suis nocetur, eritque sine incommodo iter nostrum. Quibus dictis, pictam sagittam tradens; Hanc, ait, manu elatam gestas, & offensa agnum. Pacatum in signum erit, quod agnoscant omnes & se continebunt. Quacumque ergo illam tulit nuntius, inclinatis capitibus milites venerabantur, & via non excedebant. Ita exploratoris negligentia, astu correpta, saluti eo in transitu fuit. Ad vltimos Toparchiae fines praesto fuerunt cum nuntio munera, ut Stephani nullo iussu promissa, sic summa tunc voluntate oblata. Egresso dominatum hunc, ab Azambeo redire nuntij quidam, quos ille ad exploranda longae, lateque omnia a flumine Luprana praemisit. In nuntiauerunt, sine metu Croaticam esse; & nullo aut cubi tumultu, eorum aduentum significari: in vico autem celebri eius gentis perendino die annuuntiaris agi, ad quas ex oppidis omnia iam multitudo cum mercibus conflua: posse, si adhibeatur celeritas, in medio seruire conuenit, praedamque integram oppidum. His nuntij permotus Dux, ne tanta opportunitas cunctando mitteretur et in manibus, cum diei v. sper iam esset, cu art. ad necessitatem corporibus, silentio procedere agmen iubet, & intra ordines contineri. Noctem eam, & diem sequentem nullibi quiete data locis aut iter continuant. Sub occasum Solis recessu occulto subicit, curamque iterum corporum, equorumque indulgit. De tertia vigilia mouens primo diluculo ad situs pervenit, quae a vundinarum vico, non totis duobus passuum millibus aberant, rarisque praeterquam lignatoribus erant accessa. Rarus Azambeus, opportunam insidiam densitatem esse, perductum quam potest interius equitatum sine strepitu collocat, & transigendo rei tempus expeclat. Meridiem circiter, qua hora seruebat conuentus, signo dato educit & syluis, actanta celeritate in vicum defertur, ut ante circumuenerentur omnia a Turcis, caedendi; initium fieret quam quid esset, aut a quibus vi afferretur, postea agnosci. Erat passim cadentium gemitus, mulierumque, ac puerorum tendentium manus ad pietatem ingens ploratus. Paucis permittitur captiuitas, raris patebat fuga, itinerebus vndique obfessis sanguine, & cadaueribus omnia replebantur; ad vespertum usque cum in ea crudelitate saeuitum esset, tandem nox diei, & caedi attulit finem. Abducis in seruitutem, quos tenebrarum beneficium reliquos fecerat, octo millia Christianorum hominum trucidata eo in loco paucis horis feruntur, tria ad iugum miserum rapta. Hoc confecto negotio, videns Azambeus d. rectos iam conatus suos esse, & celeritate antea tenenda, reliqua nocte vna tantum reficiendo militi indulta, post die albente die populabundus progreditur, confestimque passuum millibus octuaginta, altera Medelingum peruenit, Friderici Imperatoris non infrequens oppidum. Hoc in loco prioris diei fortunam paulo minus sortitus est. Erat is dies octauus anniuersariae celebritatis Dominici corporis, ut multis in locis, sic & apud Medelingenses admodum festus. Procefferat extra portam populus omnis, & antecedebat Clerus solenni more in veste sacra, reliquias Sanctorum atque ipsum corpus Domini gerens. Destinata insuper erant, ad proximam SS. Virginis eodem diuina Missarum, quibus turba omnis ex consuetudine interitura conuenerat. Sed non est passa Saluatoris pietas sedari sanguine tantum mysterium, aut religionis opus detrimendo esse suis fidelibus. Stephanus, quem dixi, veritus eodem Turcas iter facturos, non statuens commodi sui esse, tam opportunum receptum in eorum potestatem mvenire, vnde inflammari proxima quaeque quotidianis

Magnam stragem Christianorum edunt.

incursibus

incursibus possent, praemisit velocitate maxima nuntium mali, qui accelerato diem, noctemque itinere, tam opportuno tempore Medelingum accessit, ut eadem hora post illum auditum, & refugere in oppidum multitudo inciperet, & antecursores Turci ex vicinis collibus apparerent. Reductis ad vnum omnibus, clausisque illico portis, muros ascendunt, natura loci, non manu tantum munitos. Raris propter religionem in agris inuentis, protinus Medelingum ingenti conatu oppugnare contendunt. Sed resistuntibus magno animo oppidanis, cum ad decimam usque horam vehementer esset certatum, tantus eorum numerus Deo vindice sub manibus cecidit, ut postmodum ad arcendum fatorem cauari frequentes puteos, atque eo congeri cadauera occisorum necessarium fuerit. Azambeus spe opportuni loci deiectus, Cercauiciam inde contendit, millibus passuum triginta distantem. Quo oppido leui pugna tentato, quod praemunitum inuenerat, ad Viariam Carphorium eodem cursu prouehitur. Id vero quia plano loco situm, loci natura multum non iuuabatur, acrius expugnare adortus est. Sed oppidanis egregie defendentibus, qui hunc casum timentes omnia ad se tutandos ante contraxerant, pari detrimto se ipsi sunt. Ita millibus passuum centum, ac sexaginta progressi, cum non longe ab Italia diei iter abissent, nullo occupato loco, signa viderunt. Quacumque reditus fuit, miseranda illata calamitas est. Interfecta sunt hominum millia duo de viginti, capta amplius quinquaginta; nullis pueris, ac senibus passum. aedificia incensa, vastati agri, pecus omne ferro absumptum, profusus vtriusque regionem, non hostes, sed furta viderentur. Lupranam reuersi, auctam eam ex imbribus inuenerunt, ita ut vado transitu non possent: nauigiorum autem in his locis copia non habebatur. Quam ob causam dies continuos octo sedere ad eius ripam coacti sunt. Id spatium, si tantus terror Christianorum animos non occupasset, occasionem praestare populis circumstantibus poterat, non redimenda tantum captiuam multitudinis, sed vindicanda quoque crudelitate exercitae. Verum dum quisque sua circumspicit potius, quam aliena vlciscitur, decrescitibus interim aquis, in Bosnam se receperit; Martino, & Stephano eadem, qua caeteros tempestate in regressu afflicti.

II. Venetorum de Turcis victoria.

Lactior ex Graecia, sequens Iulius attulit. Praerat maritimae Venetorum classi Nicolaus Canalis, Senatorij apud eos Ordinis, vir animi ingentis, atque fiducia. Is Aegeum mare percurrans, nunc littoribus Torcorum erat infestus, nunc Christianis subsidium afferebat. Praeterueto autem saepe Aenum, naturamque omnem loci peruenso, more humani ingenij vehemens cupido illius potiundi incescit. Id oppidum in Thraciae littoribus positum, diuitijs, & barbarica virtute erat insigne, armabatque amplius millia hominum duo; manibus quoque contra gentis consuetudinem circumcinctum, etiam arcis praestitum firmabat, quam in summo oppido extructam, tenet ab imo circummunitiones ambiant. Ex eo loco Mahometus propter excellentem rei nauticae vsum, & virorum industriam sumere trimum praefectus hostis erat. Igitur Nicolaus, qui tunc forte dies complures in sinu Melanico fuerat, ad auertendam consilij suspicionem classe ante Aenum, quiete praeterlabens, ita dirigi cursum iubet, ut Chalcedem Venetae ditiosis, quae Necropontus est, redire copias videretur. Tum noctu de quarta vigilia leuam tenens in altum, quam potest longius a continenti prouehitur: ne luce orta ex Atho promontorio Aenisibus vicino fumo, atque ignibus, conuersum iter significaretur. Ita diebus quinque circumducentur

da ab hoste classi absumptis, Samothraciam insulam meridiano tempore accessit. Quo ex loco comparatis ad oppugnationem necessarijs, prima nocte ad Aenum rediit, fortunam discriminis tentaturus. Cum a quadagesimo milliaro in ancoris sublitisset, vocatis ad se praefectis consilium exposuit, imprecaturisque suis cuique operibus suis, ad famam praestantis facti animos eorum accendit. Ex ijs vero praecipuae virtutis praefectos tres cum singulis trimumbus appropinquare oppido iubet, & in eam partem littoris, quae in Hellepontum vergit, equites decem ante lucem exponere, qui inter Aenum, & mare silentio exscendentes, matutinos exploratores littorum interciperent: se dicit classe reliqua subsidio affuturum. Haec mandata cum praefecti illi summa diligentia obseruassent, orta luce in tres tantum incidunt, quorum oppresso vno, duos reliquos, vt est gens ad fugam peragilis, tenere non potuerunt. Ijad suos reuersi, non multum indico proficere. Siquidem de trimumbus tantum tribus, quas facile erat contemnere, non de tota classe nuntium pertulere. Nicolaus non multo post conlectus, atque in celeritate omnia collocans, ex quaque traxerit, quarum numero viginti tres fuerunt: triginta nauticos milites, cumque ijs centum circiter equites sub duobus suis in litus emittit, viginti reliquos eodem ordine instructos agere in nauibus iubet, vt si quid ingruat durius, profilire illico ad subsidium possit. Toracati omnes ad vnum erant, pars manubalistis, & arcibus, scipulisque instructa, pars ex cetratis, hastisque conitabat. Hoc ordine ad oppidum delati, contentia muris aedificia confestim primo impetu capiunt, portasque ad intercipiendum, si quod afferretur subsidium, vndique obsident. Fortem praefectus loci ex proximis rediens, irumpere cum paucis, qui secum erant, equitibus conabatur. Sed lancea traiectus, equo delapsus est; reliqui metu territi, vertuntur in fugam. Constiterant vero in muris oppidani clausis portis, telorumque multitudine, non sinebant Christianos succedere, nec minus conditionibus se velle agere simulabant, vt extracto in ijs tempore, praedidum orae Maritimae, quod in vico Scipala collocatum non plusquam horarum sex itinere aberat, inopinantes opprimeret, erat autem id praesidium mille circiter, & sexcentorum delectorum. Sed Thracum perfidiam intelligens Nicolaus, conditionem proponit; aut portas aperiant statim, qua in re salutem certum spondet, aut ad pugnam se parent. Ea voce conuictijs excepta, signo confestim a Duce dato, magna alacritate ad murum concurrunt. Sagittarij modico intervallo abstantes, continuatione nihilum murorum propugnatores periebant, nec multum consistendi, aut ad tela, laxaque voluenda se detegendi potestatem praestabant. reliqui subeuntes, partim suffodiendis muris, scalisque adponendis, partim prouendis portis instabant. Animis sua sponte ad perueniendum incensis, vt conatus, quod vltimum poterat, adderetur, pronunciat Nicolaus per praconem iubet, praedam se oppidi vniuersam militibus dare, quod vbi est intellectum, eo ardoris impetus omnis creuit, vt vno tempore, & a summo transcendere videretur, & portis ruinisque inferioribus aditus patefieret. Occupato oppido, reliquum de arce opus supererat, cuius expugnatio nec hora illic, nec tantularum copiarum esse videbatur; propterea quod & munificentissima erat, & frequentes oppidani in eam refugerant. Fortunam tamen diei secutus, quae aspirare tam prospere apparebat, cohortatus milites, vt reliquam hanc partem plenae gloriae consequeretur, ad primas accis munitiones, qua parte inferri praesidium po-

Aenum oppidum capitur a Venetis.

terat,





propofito nocendi, egnique Bohemie potiundi per-  
fistente, dolorem vltra non ferens Georgius, sed magis  
fuis (vt dicebat) ne veluti pecora trucidarentur &  
spoliarentur, quam faluti fuae confilens, prouocat  
Matthiam ad fingulare certamen, hanc ei conditio-  
nem proponens, vt inter duos exercitus ad fpectan-  
dum contractos, paribus armis, pariter induti, can-  
cellisque anguftionibus fepti, propterea quod ipfe  
abdomine grauis procurfare longius nequeat, ipfo-  
rum folum capite decernerent, & vter vicerit, in alte-  
rum vt victoria ex arbitrio fuo vteretur. Aut fi malit  
acie configere, deligatur locus idoneus, ad quem exer-  
citus conueniat, quatrifidui fpatio vtrimque concessio,  
vt liberum fit, vtrique fine alterius impedimento  
locum adire, & inde abire. ceterum in primis ne cefse  
efle, ne ex acie alteruter ante praelium intum diffu-  
giat. Ad quaer Matthias, fe prouocationi libenter annuere,  
illamque obire pro Christiana religione ex animo velle, Lega-  
ti respondit; sed ita vt Christianum Regem decet, in loco,  
non angufto, fed ad pugnam appofito; deinde armatus milita-  
ribus armis, vt cum armato, militari more congregetur. Hac  
fi conditio placet, fe locum vtrique commodum breui nomina-  
turum. Nam quod nimis arroganter aciem Georgius iactat,  
vidit ille, ait, aliquoties Matthiam, & exercitum ipsius, a con-  
fpectu eius haud fugientem, quemadmodum ille nondum ho-  
fite vifo, ex Austria turpiffime fugerit. Atque haec irritamenta  
potius, quam piamenta erant. Dubrauius lib. 30. Cromer-  
us alia pleraque memorabat, de eodem negotio.

V. Legati Bohemorum ad Polonia Regem de-  
stimantur.

Inter haec, ad finem Aprilis huius anni Cazimirus  
Rex Cracouiam reuerfus, Legationem Procerum  
Bohemorum, Morauorum, ac Silesiorum, cum Ec-  
clesia Catholica contra Georgium fentientium, cuius  
Princeps erat Ioannes Zaicius, audiuit. Et etiam  
grauis Georgio Matthias Rex Vngarorum, in Mora-  
uia habens exercitum, cui Bauarorum Dux Otto, va-  
lida Crucifignatorum militum auxilia adduxerat e  
Germania. Itaque postulante Georgio, de pace inter  
eos agi caeperat sine arbitris, apud villam Orficiam  
prope Olomuciam congressos: & fortassis ea conue-  
niffet, nec quicquam intercedentibus Oratoribus  
Polonis, quos Romam, & in Bohemiam miffos esse  
fupra memorauius, nisi Legati Pontificij, & Proce-  
res Vngari, atque Bohemi pio Zelo incitati, Mat-  
thiam aueriffent. Nec mora, Matthias Bohemorum  
Regem fe renunciant Olomucia paffus est, profectus  
que in Silesiam, ac Lufaciam, fidelitatis iuramentum  
a Ducibus, & ciuitatibus partim vltro oblatum, partim  
terrore expreffum accepit. Hoc igitur factum  
fuum Bohemi proceres, Cazimiro tunc excufabant,  
cunctatione eius, & neceffitate adactos, id fe feciffe,  
fimulq; rogabant, vt Rex recte de religione fentiens,  
fibi potius faueret idem fentientibus, quam Georgio  
haeretico. Vtiliorem ipfi, Polonifque amicam fore  
Matthiam, quam illum perfidum. Ad hanc Legatio-  
nem nihil tunc aliud refponfum est, quam Cazimiri-  
rum relata re per primam occasionem ad ampliffi-  
mum Confilium, cuius copiam tunc non haberet,  
Bohemis refponfurum esse. Neq; enim placebat Ca-  
zimiro in vtramvis partem tunc fententiam fuam a-  
perire. Non diffimulauit tamen latitiam, cum ei re-  
nuntiatum effet, filium fuum natu maximum ingen-  
ti fauore, & acclamatione Bohemorum, qui cum Ge-  
orgio fentiebant, fuccefforem Georgio deftinatum  
efle, Oratoribus fuis Staniflao Brezio, & Gregorio Lu-  
brantio, quos ad eum de conditionibus induciarum  
cum Matthia, fuperiore anno factarum fcilicetatum  
miferat, ipfoq; Georgio cum tribus filijs praefentibus,  
nec reclamantibus. Quod ne Zaicio quidem Prin-  
cipi Legationis Bohemicae auditu iniucundum acci-  
dit. Fauebat enim Cazimiri liberis, fua dabatque ei, vt  
fi ipfi Praga, & Carlofteinium mox a Georgio trade-  
retur, acceptaret oblatam conditionem. Fieri enim  
poffe, vt cum Matthia a quibus conditionibus tranfige-

ret. Dimiffa Legatione Bohemica Rex in Lituani-  
am cum vxore iter habuit, Radomiaeque de ratione depel-  
lendi belli, fi quid forte fibi a Rege Vngarorum in-  
ferretur, cum confiliarijs, qui frequentes eo conue-  
nerant, confultauit. Ibi confecta est eum Legatio  
Georgij, & Bohemorum, qui in paribus exercitibus erant.  
Recebat autem ea, quicquid per illud tempus cum  
Matthia Rege actum effet, & ad Cazimiri Legationes  
refponfa referebat. Deinde Wladiflao Regio filio,  
natu maximo regnum fecundum Georgium defere-  
bat, his conditionibus; vt id Georgius, quoad viuere,  
retineret; Cazimirus eum in gratiam Pontificis Ma-  
ximi reponeret, & contra quofuis hoftes tueretur: v-  
xori eius bona dotalia, filijs Principibus, Proceribus,  
Magiftratus, & honores attributi, vt falui eflent; Lu-  
dimilam Georgij filiam, Wladiflao vxorem duce-  
ret. His de rebus cum ad confilium relatum effet, va-  
riabant fententiae Senatorum. plures tamen erant,  
qui regnum armis, & fanguine parandum, focieta-  
temque, & affinitatem hominis haeretici non proba-  
rent, cuius fententiae erant Epifcopi; quibus etiam fa-  
crorum interdicto vt placuit, propter Legatos haer-  
eticos praefentes. Verum de hac fententia, contentio-  
ne aliorum confiliatorum facile fe deduci paffi funt.  
In quo constantius fuit Collegium Bafilicae Craco-  
uienfis, cum ijdem Oratores redeuntes Cracouiam  
diuertiffent. Tota n. vrbe a facris ceffatum est, quoad  
Bohemi difcellerunt. Vifum est deinde Senatui cum  
Rege, denuo Legatos mittere in Bohemiam, de con-  
ditionibus fufcipiendi regni. Ioannes Tarnouus Voi-  
nicienfis, & Staniflao Vanetropea Sandecenfis Ca-  
ftellani ire iuffi. Ad controuerfias vero cum Vngaris  
difceptandas, & componendas defignati, Ioannes Ep-  
ifcopus Cracouienfis, Ioannes Tencinius Caftella-  
nus Cracouienfis, Derflaus Rithuianus Sendomi-  
rienfis, Staniflao Oftrorogus Califfienfis Palatini,  
& Ioannes Dlugoffus Canonicus Cracouienfis, bis  
caflo labore defatigati funt, non venientibus Vngaris.  
In Pruffiam vero Iacobus Sennenius Wladiflauien-  
fis, & Vincentius Kelbaffa Culmenfis Epifcopi, &  
Petrus Duninus Succamerarius Sandomitiensis de-  
legati ad res confultandas, & componendas contro-  
uerfias, ne qua Crucigeris noui belli anfa relinqueret-  
ur. Dicebantur enim a Friderico Imperatore, & Mat-  
thia Rege, clam ad res nouandas incitari. Contendit  
fane Fridericus, fuae in gratiam Matthiae, fuae aliqua  
alia de caufa, cum per litteras, atque Oratores, tum  
per fe ipfe Romam profectus, ne Pontifex Maximus  
pacem inter Polonos, & Crucigeros Toruniae com-  
pofitam approbare. Matthias vero fategerat Ca-  
zimirus quauis ratione a Bohemicis rebus auertere.  
Ad Comititia deinde Petricouientia, ad initium men-  
fis Octobris edita Cazimiri profectus, iuridicun-  
do, & Legationibus exterorum Principum audien-  
dis, ac dimitrendis vacauit. Auditi primum Iacobus  
Dembinius, & Paulus Gloinius, commodum a  
Pontifice Maximo reuerfi, expectationi hominum  
litteris ex itinere fcriptis, quafi omnia recte confeci-  
ffent, de fe concitatae non refponderunt. Nam neque  
pacem Prufficam Pontifex confiffi mauit, neque Vin-  
centium Kelbaffam Varmienfem Epifcopum esse iuf-  
fit, quin etiam queftus est de Cazimiro, quod haer-  
eticis fauere videretur, eo quod neque interdictum,  
neque Crucis militiam contra eos in ditionibus fuis  
promulgari pateretur. De regno vero Bohemico cum  
Matthiae Regis Legati fe fe oppofuiffent, Legatum  
Pontifex miffurum fe esse dixit, qui caufam vtriusque  
diligenter cognofceret. Introducti deinde Bohemi  
Oratores Georgianae factionis, fuperius expofitas  
conditiones iterum occinentes. His refponfum est,  
Regem nihil nifi de fententia Pontificis Maximi de  
regno Bohemico ftatuere velle, cuius Legatum indies  
operiretur. Cromerus lib. 27.

Daniel

VI. Ex-  
citantur  
Pontificis.  
Legatus &  
Rex Polo-  
niae.

Daniel Plancius, Scholae Delphenfis Moderator,  
haeretico tempore primipilus, vt fe & artis fu-  
is perfuaderet, Romanam Ecclefiam, haeticis darum  
fidem non feruare, capri Victorini hiftoriae meminit,  
quafi Laurentius Apoftolicae Sedis Legatus Matthiae  
Regi fuafcerit, vt hominem intercepter: tettemque  
adducit Ioachimam Curzum, Silesiae Annalium  
Scriptorem pag. 176. qui haec memorat; Cum Mar-  
thias, & Podiebracius in vicino Olomuciae praedio  
conueniffent, pactique inducias eflent vnum in an-  
num, vt interea de conditionibus perpetuae pacis a-  
geretur, comitati Matthiam fuerant Olomuciam in vr-  
bem vsque, duo Georgij filij, Victorinus, & Henricus, alleffi Regis  
comitate, & beniuolentia fignificatione. Hoc cum odoratus  
effet accipiter Legatus Pontificis, Regem adis, eumque nomi-  
ne Pontificis orat, faceret tandem finem difficillimi huius bel-  
li, & totum orbem Christianum periculo, socios vero grauiffi-  
mis fumptibus liberaret. Matthias inopinata petitione motus,  
Proloquere, inquit, Pater, quamnam rationem exiftimes, nos vi-  
ctoria potiri poffe. equidem ego viam talem nondum reperio,  
qui video Bohemiam vrtem, & munitionibus egregie munitam,  
dum adhuc nostros impetus poffe fufumere. At tu, inquit Lega-  
tus, filius Georgij, qui incaute vrtem intrarunt, detineto. hoc  
enim modo pater, cuius spes omnes ex filiis pendent, potefitati  
uae fe fepemitteret; nec tamen perfidiae crimen subibit, cum illis  
salutem, & reditum non promiferis. Haec Curzus. Hic ve-  
ro infultat Plancius, quafi Legatus Pontificis perfidi-  
dae reus fuit, cum Matthiam ad detinendos Georgij  
filios follicitaui: cum tantum abiffi, vt eius vel vmbra  
illi adhaerit, vt potius a prudentia commendatione  
meruerit: tu adens, vt hoftis imprudentiam, qui teme-  
re fe, abfque vllis fidei publicae litteris, vel fponfione,  
aduerfae parti commiferat, in Reipublicae Christianae  
commodum verteret. Nulla enim perfidia est, vt fua-  
dere, ita detinere hoftem, qui incaute vrtem intra-  
uerit, cui ne falutem, nec reditum promiferis. Quod  
fi Rex, Legati pofthabito confilio, maluit comis,  
quam feuerus haberi, vt humanitate prouocati iuue-  
nes gratiam repraesentarent, tribuatur fane Regi co-  
mitas, & clementia. Legato recta, licitaque fuaden-  
ti, cum nullum feciale ius, cuius modò nulli in eum  
finem intercefferat, violauit, perfidia non potefit af-  
fingi. Noluit Rex, Regis filius benignum fuum vul-  
tum, quo ipfi, velut fidei fponfore, illius vrtem funt  
ingreffu fraudi esse. Maluit aperto Marte partam vi-  
ctoriam, quam arte quaefitam; virtute fua ouare  
maluit, quam aliena temeritate triumphare. Quam  
beniuolentiam alteri fratrum Victorino non diu poft  
iure belli a praetoriana cohorte facta etiam exhibuit.  
Cum enim ille de vita, atque dignitate actum esse ve-  
reteret, in fper Regis verbis efferet. Huic enim  
mortem deprecanti, vt Bonfinius memorat, Salue  
(Rex inquit) Victorine frater. Hucine tua pertinacia, imo  
execrabilis opinio, quam a patre imbibiffi, nunc te adduxit,  
vt fialio ductu, aufpiciiue bellum hoc gereretur, nouiffimas  
impietatis tuae penas exolueres? Te fepe monui, vt a paterna  
impietate deficeres, calcatoque patris guttore, Deum fequere-  
re, quando quidem abnegare femetipfe debet homo, vt Salua-  
torem Iefum Christum fequatur. Cum opus fuerit, a patre po-  
tius, quam a Deo deficiendum est. Tu autem beneficio nostro,  
& affinitatis intercepta memoria viue: bono animo esto; non  
magis hoftis, quam affinis clementiam recognofces. non modo  
non vita, fed ne dignitate quidem te patiar defraudari. Proin-  
de viue, ac refpice, atque hinc difcito, quam infolens, temera-  
rium, & formidolosum fit, in feffo Caelum numine dimicare.  
veriffima igitur Romana Ecclefia poft hac dogmata feftare. Ad  
haec refpirauit Victorinus. Hic etiam fi Legatus Re-  
gi fuafiffet, vt ab illo, qui Hufiticae factionis aufpi-  
cuis bellum hoc gerebat, impietatis penas expo-  
fceret, non ad perfidiam Regem incitaffet. Quod fi fua-  
dere licuit, vt prauis imbutum erroribus, belloque fe-  
peratum pleteret, ne rursus errorum, belli que fe-  
mina fpargeret; licuit etiam fuadere, vt qui ipfi fe in

caffes improuidi induerant, ijdem eos detineret, ne  
libere vagantes, praua rursus dogmata differerent,  
aut bellum inultum excitarent. Quod fi Rex, bis  
clemens esse voluit, ftabit illi fane fua clementia: at  
Legato nihil contra pacta fuadenti; non potefit de-  
trahi, aut fides, aut commendatio aequitatis. Multo  
magis non poterat, aut a Cardinali Papienfe, aut ab  
Ioanne Tarcagnota, aut a quouis alio, Cafimirus Polo-  
niae Rex labe haerefeos afpergi; quod neque Cru-  
cis militiam, in fuis prouincijs, contra Podiebracium  
publicari permiffiffet. Enimvero Cafimirus, cum Po-  
diebracio, neque in haerefi Hufitica, neque in ritibus  
auerfis, neque in contemptu, aut neglectu Pontificiae  
auctoritatis communicabat; neque eius, aut errores,  
aut contumaciam propugnabat; quinimo de recon-  
ciliatione illius cum Sede Apoftolica ferio agebat; ne-  
que regnum ab eo vni ex filiis fuis delatum, citra Se-  
dis confenfum accipere tolerabat. Quod auxilium,  
contra eum non tulerit: foedera dudum inita, & in-  
primis aduerfariorum conatus, qui, ne Cafimirus ad  
regnum Bohemiae, non tantum ab Hufitis, fed et-  
iam a Catholicis delatum accederet, Crucigeros, vt  
res nouas molirentur, & Paulum Pontificem, ne pa-  
cta cum eis conuenta confirmaret, neque vllam ratio-  
nem poftulationum Cazimiri haberet, follicitaue-  
rant, obftabant, adeoque Cafimirus ad eam necef-  
fitatem impellebant, vt, quoniam aduerfarij nihil  
non agerent, fi quo modo poffent illum iure Bohe-  
mici regni deicere, & Crucigericum bellum illi mo-  
leffiffimum excitare, ipfe quoque par pari reponere,  
& alienato in re honefta, at ue iufta a fe Pontifi-  
ci, ne quicquam quoque concederet.

Angebat ifta Cafimiri cunctatio Paulum Pontifi-  
cem: at longe magis Friderici Imperatoris, fuae ofci-  
rantia, fuae diffimulatio. Auctor illi Pontifex fuerat  
agen di Conuentus, quo Matthiae auxilium decerne-  
retur aduerfus Georgium, quem non tantum ob im-  
pietatem, fed etiam propter contemptum Ecclefia-  
fticae cenfurae, & propter nouam perfecutionem pio-  
rum Regno, & fidelium communionem exuerat. Ac-  
crefcebat illi defiderium extirpandae haerefe, quan-  
do quidem complures nihilo faniores Bohemia dif-  
feminarent, refque minime negligenda videretur. Er-  
go Fridericus, non ignarus, eundem esse Procerum  
Germanorum fenfum, receperat, Conuentum fe in  
proximos Annuerfarij ieiunij dies Ratisbonam in-  
dicturum, & auxilia decreturum. Pignalis 8. At cum  
Georgius, ad oppidum Lauam, copias, quas Miffen-  
fis Princeps auxilio mille equitum ei adauerat, ad-  
mouiffet, penaeque cum Matthia conferere debuiffet,  
Fridericus tunc Lincij per fummum ocium, fummamque  
diffimulationem fubfifit, nec fe inter par-  
tes dicto, aut factio interpofoit. Dubrauius lib. 30. An-  
tequam vero Vratislauiam intraret Matthias, Mi-  
chaelem Lectorem Strigonienfem, ea tempeftate ab  
Epiftofis fibi feruientem, pecuniarum gratia Vien-  
nam miferat, vt quod in ea expeditione promiffet  
Fridericus, re ipfa praefteret. Cuncta vnus anni Au-  
ftrae vectigalia, praeterea e nobilitatis ordine, mille  
equites Caefar obtulerat. Et quidem Nobiles equi-  
tes mille ex pacto miferat, fed Matthias caufatus in-  
eptum militiae genus hominum, illos remiferat, fi-  
pendiaque mille equitum, quam equites habere ma-  
luerat; quod Auftrales quoque nobiles facere non  
recufabant. Ceterum promiffa ab Imperatore ftip-  
pendia non foluta, pro miffis Michaeli verba da-  
ta: praeter collatam a nobilitate ftipem, qua mille  
equitibus veteranis impenderetur. De reliquis ab Im-  
peratore promiffis, aut parum, aut nihil exactum eft:  
ex quo difcediarum, qua Matthiae cum Caefare in-  
tercefferunt, vnde Auftrale bellum abortum est, fe-  
mina profuxere. Abnegata namque pacta merces

VII. Regis Polo-  
niae cuncta-  
tio Paulum  
Papam af-  
figit.



VIII. Bellum in Italia exortum.

Vique adeo Matthiam incendit; ut nunquam quiete potuerit, quousque nata occasione, pro illa mercede stipendioque vniuersam ferè Austriam occuparit. Bonifacius supra.

Erat aliud hoc anno, quod Paulum pontificem vehementer discruciatet, distineretque, ne tantas quantas de sinabar Matthia Regi supplicias submitteret: bellum in ditione Ecclesie Romanæ, præter spem contra illum excitatum.

Diximus; Ferdinandum Sicilia Regem, Soranam Toparchiam à Paulo pontifice armis repetere voluisse; & tandem Sedis Apostolicæ iudicium, de eius possessione non detrectasse. Non multos ab eo instituto iudicio post dies, Ferdinandus Rex; siue quod cause sue parum confideret, siue quod ad tumultum animus inclinaret, siue etiam quod in tam contrariis iudiciis nullum sibi finem cognosceret, (etenim pars vtraque sicut sibi delegerat) Pontifici nunciat iudicium se reculare: Nolite altercationibus verborum cum eo contendere, quem sibi patrem fors regni dedisset: exploratum habere doctorem hominum confirmatione, loca de quibus certamen sit, Neapolitanæ ditionis hanc Paulus, quæ Regi debet: rogare maiorem in modum, ut eorum ditione, & Romanæ Sedis se filium retineret, & maiorum contentionum tolleret occasionem: ferri non facile posse priorum Regum possessionem, se administrante perire: Paulus hac mutatione voluntatis inspecta, etsi doleret, æquabilem finienda controverfiam ademptam; at tamen quod irritare armatum Regem tutum non iudicabat; quiescendum putavit, hostisque interim præsidium Ecclesiam muniendam, non tantum acceptam iniuriam innotatione vlla terum vlcisci, vel parato cuiquam arma inferre. Hanc eius mentem, Roberti Malatestæ Ariminensis perfidia, hædquaquam teneri permisit. Fuit Sigismundi, de quo superius diximus, ex concubina filius, & beneficio pontificis, nonnulla in Flaminia oppida, post mortem patris Malatestæ Nouelli possidebat. Hic eo processit attentie, ut merito penitendum consilij fuerit. Eius hoc initium fuit. Post dimissam Cesenam civitatem, quam mortuo patrio inuaserat, & oppida (ne sine commodo tentatum facinus esset) quedam dono illi à pontifice data, additum ei est & stipendium militare, idque supra sortem ætatis, ut cum honore agere inter Duces Ecclesie posset. Veniens quoque non multo post Romam, benigne susceptus est. Quia vero contra Aragonenses Neapolitano bello pro Andegauensibus senserat, propterea que dominatum pendè omnem pater amiserat; putabatur ex veteri damni accepti memoria, graues cum Ferdinando inimicitias exercere, tutoque administrationem custodiæ, aduersus illum posse committi. Itaque Pontecuruum oppidum, quod ad fines Ecclesiastici agri positum ex ipsi vniuersum erat, quæ repetebantur à Rege, cum equitibus circiter ducentis, totidemque pedibus in præsidium missus est, menseseque iam nonnullos in edito munere perseverans, ab omni incommodo locum seruauerat. Sed accidit per eos dies Sigismundum, qui à Poloponnesiaco Venetorum bello in Italiam redierat, valetudine assidua fatigatum, Arimini vita excedere, relicta arcis, ciuitatisque custodia Isotta vxori, quam pellicem prius, inde matrimonio adiunctam, perdit amauerat. Ea vero non ignara obitu viri, Vicarium ius loci ad Ecclesiam Romanam rediisse, parum fidebat, sola sine liberis in aduersa ciuium voluntate, alienam rem retinere. Quamobrem etsi nouere. li odio in Robertum esset; tamen quod in re militari exercitatus, cum & ad defensionem idoneus crederetur, benigne ad eum scribit, monens, ut quando sine præsidio ciuitas sit, ad eam conseruandam maturet: futurum, ut am-

Sigismundo Malatestæ mortuo Robertum Filius ad regimem vocatur.

borum consilio, suo vero imprimis, omnia regerentur. His acceptis litteris, Robertus; non tam casti patris tristatus, quam nuncio Isotta lætus, concipere ex illa vocatione dominatum Ariminensem incepit, fidens, si modo administrationis partem adisset, noueam opprimere posse, adolecentemque Salustium ex altera concubina fratrem aliquo ablegari. Huic spei ea modo res erat aduersa, quod non facile ad dimissionem suam futurum pontificem iudicabat; partim quod præsidium necessarium Pontecurui relinqui nollet, partim quod reditu suo, confirmari ciuitatem timeret, cuius ipse potius desiderio teneretur. Itaque vno actu fallere Isottam, & Paulum cogitans, Romam subito venit, nunciosque magnis de rebus venisse se, ut primum admissus esset; *Hem tibi, Pontifex, inquit, sine contentione Ariminum. Pater de sanctus est. Ciuitas auctoritate vacua, & præsidio, mutat. In mulierem summam rerum respicit. Ea opus egens, atque consilij, adiutorem nunc querit, sustentatoremque oneris insueti. Si per te liceat, sexto illis die constitutus, paucos aequo post dies omni ad me deriuata custodiæ, arcem, ciuitatemque liberam tradam, eam laturus mercedem facti, quam tu iustam censueris.* Admiratus orationem hanc Paulus, quæ vultu adhuc erat, quam verbis præsentior, Et qua, inquit, fiducia iuuenis tam rem polliceris? An nescis Isottam tibi inimicissimam esse? nec passuram, de defuncto Sigismundo Arimini agere, quem vno patris non potuit? Ad ea ille inquit; *Coniungunt saepe tempora, quos non conciliat sanguis. Necessitate iam mutauit nouerca animum. Hem tibi ad me litteras chirographi sui, quibus in partem dominatus Ariminum vocor. & simul Epistolam inspiciendam potrexist.* Paulus, ut manum mulieris agnouit, quæ sibi ex nonnullis ante acceptis litteris, non erat incognita, vocationemque veram inspexit, credere cepit, si modo voluntas Roberto esset ad perficienda, quæ diceret, potestatem quidem per eam occasionem non futuram. Id modo veniebat vnum in metum, nē, ut desertum præsidium excusaret, missionemque acciperet, spectante aliud animo, verbis hæc mentiretur. Itaque ad elicienda veri iudicia sermone diutius tracto, cum inter loquendum frequentius ostenderet, placeat sibi consilium, sed mutationem propositi formidare; contendeat Robertus, quanto artificio poterat, ad spem oblatam, animum illius confirmare: crebro inter argumenta perfidia repetens, nescire se, quo alio posset consilio domum reuerti, aut successum rerum sibi proponere; quando & Sociales, paternis iniuriis haberet in senos; Venetis, longo experimento fidendum non iudicaret; contubernium autem nouerca confirmatis iam rebus, suspiciosum cognosceretur. In hoc ancipiti positus Paulus, cupiditate tandem in assensum trahente, dimittere illum constitit, & fortunam promissorum tentare. Sed ut præmiorum expectatione minus loci ad animum mutandum permetteret, mercedem facti eodem in colloquio dicit. Ea fuit Senogalliensis ciuitas, & cum circumstanti agro Mondatiuum oppidum; militaris quoque conditio inueniendæ grandior. Super hæc autem alterius neptium cum dote locupleti coniugium: ut videlicet per hanc quoque affinitatem, maiorum concepta spe cupidius inceptum perageret. Ea omnia Robertus summa volupate se accipere simulans, maioraque meritis dicens, ut certior de se opinionem præstaret, chirographum in super scribit, ob signatumque annulo pontifici tradit, quo & Ariminum patris obitu factum Ecclesie conficitur, & pertinere ad suum ius negat, deditumque illud confirmat, mox vt potestatem aliquam accepisset. Diris identidem detestationibus suo capiti diuina iudicia imprecatur, si fidem deditam violaret. Hoc chirographo Paulus ad spem suam amplius confirmatus, vt nonnullam adiceret deuinciendæ mentis illecebram, mille aureis abeuntem est muneratus.

Ducibus

IX. Roberti Malatestæ perfidia.

Ducibusque Ecclesie, qui vicina Arimino liberna habebant, per litteras imperavit, vt in omnem stabilendam ciuitatis conatum vocanti illi adessent, & iussa implerent.

Bona spe Pauli pontificis dimissus Robertus est: sed non eodem, ille animo abcessit; patri nimirum, & generi correspondens, quorum à sceleribus maior, quam à virtute fuit nobilitas. Etenim illa ipsa nocte, qua hæc sunt constituta, viduum domum reuersus nuncium cum litteris (Bentius is fuit quidam) ad Ferdinandum Regem mittit, qui de sua ad Sociales defectione propositis conditionibus agit, & militare stipendium paciscatur; paratus, vt mox est intellectum, Ciuitate ad suam potestatem traducta; reliquum patris, ac patris dominatum illorum ope recuperare. Ariminum igitur veniens, lætis ciuium susceptus est animis, non tam ab Ecclesia auersis, in quam tacite inclinabant, quam recordatione vetustæ familiaris, ex cuius tanto numero, hunc, & Salustium, quem dixi, superesse videbant. Eam ille occasione arripit, nullam popularitatis operam omittebat, qua & studia ciuium conueneret ad se posset, & tyrannidem concupitam inuadere. Factum autem est breui, vt nouerca metu cedente, mox & seposita, ad eius imperium omnia traherentur. Memor vero inter hæc chirographi dati, id vnum maxime laborabat, vt ab omni concepta perfidia suspicione, animum pontificis abduceret, ne illa rescita ante turbari posset, quam perfici. Ita ad eum frequenter scribens, nunc condita exequi se confirmabat; nunc res Ariminensem ad negotium inclinari; nunc Isottam, quæ plurimum in capto obstaret, sepositam esse; nunc paululum quid reliqui ad complendam rem superesse. Perpetuis autem litteris certam propinquam ditionem spondebat. His in diem magis ille cæsus pontifex, ire Cesennam iusserat, Laurentium, Antistitem Spalatensem, Quæstorem ararij, à quo & præsidia sub transigendi tempus mitterentur ad illum, & ciuitatem, si dederetur, conditionibus, quas vellent ciues, in fidem acciperet. Ille dum in hunc euentum paratis omnibus Cesennæ agit, Neapoli interim Bentius Syngraphis datis, acceptis; defectionem transfugerat, quibus & defensio ciuitatis in triennium pacta erat, si qui intulissent arma; & annua decem milia, nomine militiæ pendebantur. Ea vero vt indicata Roberto sunt, maioribus iam fidens præsidij nouum opus aggreditur, quod perfidiam cum fructu detegerat.

X. Aratores ad rebellionem sollicitat.

In omni ditione, quam Sigismundus, & Nouellus Malatesta frater olim tenuerant, popularium quidem cæterorum animi satis iam conciliati Ecclesie videbantur, permixtis vbique Magistratibus, qui nulli antea erant, liberta isque forma quadam per publicam administrationem concessa. Solos aratores, licentiæ veteris adhuc cura tangebatur, quæ æquo animo carere non poterant. Etenim quod Malatestarum domus maleficiis continuis obnoxia, honestiores quosque locorum semper offenderat, minisque propterea id genus hominum pacatum sibi putabat; rusticam turbam, quæ vbique pars magna, & pugnacior erat, artificibus diuersis in illos armauerat; nunc criminatibus vtroque committens, nunc in mediis contentione superiore rusticorum conditione, litem diffiniens, nunc etiam damnatorum bona ad alenda odia, agresti multitudini largiendo. Hanc illi indulgentiam sub pæsidibus Ecclesie, æquato omnium iure angebantur amissam. Eam mentium ægritudinem non ignorans Robertus, ab illa potissimum ad recipiendam Cesennam aditum preparabat, sperans opportunitate validæ ciuitatis, si consilium perfecisset, non modo vltiorem Flaminiam, sed citeriorem quoque Piceni agri dominatum, à patre, patruoque possessum recipere. Itaque tentatis ad pro-

ditionem aratorum quorundam animis, quos non facultatibus modo, & cognitionibus, sed audacia quoque præstare cognitum erat; nullo illis negotio reditum periuadet, sua sponte, vt diximus, à Romana dominatione sponte auersis. Constitutis iam omnibus, dieque ad perficiendum decreta, accidit casu, vt vno ferme tempore, & Roberti defectio; & horum occulta rebellio patefieret.

Suspecta iam cæperat Quæstori fieri tam longa tradendi Arimini mora; camque suspicionem duæ res maxime auerant. altera, quod variantibus litteris (vt est mendacium mos) plerumque sibi non constabat Robertus; altera, quod omnia in tus fieri ad arbitrium eius cognouerat, nec aliud, quam mutatam mentem per crastinationem hanc arguebat. Itaque ad sanam Fortunæ nauigandum illico censuit, ciuitati illi eo impensius timens, quod & aratorum plus habebat, & minus quam cæteræ putabatur pacata. Inde explorare Roberti consilia cepit, & num quid clandestini mali in agris aleretur, cognoscere. Diebus paucis in ea diligentia absumptis, Bentium, qui Neapoli rediens per auia mutata veste iter habebat, ad extremos Anconitanorum fines comprehendit, afferebatque is secum conuentorum cum Socialibus syngrapham, partemque pecuniæ in stipendium, datam Ferdinandi nomine, & signo recentè percussam. Ad Quæstorem perductus, sine quaestione defectionem confessus est, inque fidem defectionis, conuenta cum pecuniis protulit. Indicauit quoque, qua die Robertus patris obitum accepisset, alieno semper in pontificem animo fuisse, ad extrahendaque in hunc exitum tempora, vana spe illum duxisse. Inter hæc etiam certis indicibus de coniuratione Cesennarum nunciatur, quæ agebatur in dies, & duces multitudinis designantur. His periculis adductus Quæstor cunctandum non ratus, Cesennam subito reuersus est, comprehensisque auctoribus mali, cum eorum confessionibus vera omnia didicisset, paucorum supplicio motum compressit, nil iam sibi à Roberto in tanta propinquitate tutum existimans. Cunctis autem, vt gesta erant, Romæ nunciatis, admiratio ingens pontificem cepit, indignationi, & pudori admixta. Admirabatur, centesimo vix à constituta pace die, cam potissimum fœderum conditionem violatam à Socialibus esse, cuius ipsi perendæ, paciscendæque auctores extiterant. ea erat, ne cui militem alterius stipendij, qui dimissus non esset, ad suum liceret traducere. Videbat quoque rem publici risus esse, sibi id ætatis pontifici à iuvene impostum dici, aditumque putari nimia credulitate tyrannidem eius. Sed illud imprimis erat molestum; quod tanto suo in fœderatos datæ pacis beneficio, tantisque in Sigismundum patrem, & Robertum filium collatis honoribus, hac tam ingrata redderetur detrimenti, & dedecoris merces. Ac sane, quod bonorum omnium sermonibus constabat, inique à Socialibus factum est, quos nec pactæ fidei, nec suscepti iurifurandi, ad violanda fœdera memoria tenuit. Hoc amplius autem peccasse Ferdinandus est iudicatus, quod in amissum bis regnum, bis Romana Sedes illum reduxerat; semel decreto suo, iterum annorum quinque bello grauissimo, in quod noninginta milia aureorum impendit. His addebat, quod cum à Legato Cardinali appellatus Rex esset, Regni coronam solenni more accepit, inter sacra altaria fidem, patrociniumque in omnem Ecclesie Romanæ casum iurauerat, eiusque rei documenta chirographi, signique sui addiderat, quæ in Archiuis Apostolicis in hunc diem seruantur. Denique Sedes Apostolica, alia in eum beneficia incomparabilia contulit: census retentos remisit; dedit Sacerdotia, Præfatus detulit, Cardinalem sua voluntate creauit, pacem restituit, consilia hostium de illo audire non sustinuit, omniaque indulgentissimè ma-

XI. Fraudes Roberti deteguntur.

Ingratitudo Ferdinandi Regis & Malatestarum.

tritis officia praestitit. Non deest, qui dicerent, pontificem, & Cardinales etiam in eare forsitan poenas expendere, pollutique honoris diuini dignam a Deo vindice retributionem accipere. Reuocabant in memoriam, Sigilmaundum Malatestam; antea summo Sedis iudicio conuictum haereticis, damnatumque; haereticumque ipsam armis vigentibus, non voluntate publice eiuratum, poenitentiam inde nullam susceptam, nulla documenta salutis monstrata: omnino eundem vitae tenorem seruasse. tamen ad retinendam his delinquentis variam mentem, inuolatum ante illa amittere fatum aurea Rosa donum magnis mysteriis religioso anni tempore consecratum, praesenti illi decretum, protinusque illum ab aede Diui Marci, ad diuersorium eius medium inter seniores Cardinales deductum; omni collegio, & turba Patrum sequente: quam tem & admiratae omnis multitudo est, & indignam Cardinalium ministerio iudicauit; ludibrium arbitrata, a contemptore sacrorum, sacratissimam rem circumferri, eosdemque qui paulo ante atrocibus decretis perditum illum uoluerant, excelso nunc religionis testimonio uelut agnum immaculatum, populo ostentare. Hi de pontifice, & de Cardinalibus sermones vulgo habiti sunt, atque haec retributa per eius filium merces.

XII. Socialium intentio.

Auertendi autem ab Ecclesia Roberti illa fuit in primis Socialibus causa, quod circumuenire vndique pontificem cogitabant, ne in vltionem suam, sine magnis periculis possent assurgere. Timebant enim Tolphanam iniuriam, quam recen em nouerant, & ab ignominia, non minus, quam damno insignem: proptereaque & Alexandrum Sfortiam, quam quam Ferdinando Regi insensum, & Neapoleonem Vrsinum a se sibi stipendio nitebantur; vt videlicet pontifex amissa spe Ducum, qui nullam liberam Italia linquebantur, iniecto etiam pluribus ex locis metus, quasi intra munitiones obfensas retineretur: Flaminiam autem in primis timebat, quam recens ad dominatum Ecclesiae ductum, Malatestae adhuc nominis memoria tenere non ignotaret.

XIII. Paulus PP. copias Ecclesiae auget, & pacem cum quibusdam.

Paulus his omnibus circumspicis, duo in primis procuanda sibi putauit: alterum vt si qua ratione possent, Roberti perfidiam vlcisceretur; qua in re stitutum in suam existimationem videbat; alterum, vt maioribus copiis dum facultas esset, communiret Ecclesiam. Itaque & Alexandrum Sfortiam, & Neapoleonem Vrsinum, quos antea se offerentes pacis fiducia recusat, nouis stipendiis obligat, equitumque, ac peditum quam maximum potest numerum scribit; excusans, ad tuenda sua, non permittenda aliena id studium pertinere. Cum Neapoleone in primis, caeterisque Romani agri Vrsinis, in gratiam scidit, quorum mentes ab oppugnatione Tolphanam tandem putaret, idque dedecoris sui futurum prospiceret maxime, quod dispositis vndique custodibus mari, quae via vna erat reliqua, aegre subministrari praesidia poterant, ad illum mittit, qui venditionem loci, Ludouici nomine offerant, pretiumque dicant, quantum aequis aestimatoribus videatur. Eam rem ab initio, Paulus, nec repudiabat plane, nec admittibat; ignominiosum existimans, de subdito suo legem dici sibi, & quod armis euincere minus poterat, pro eo nunc cogi pecuniam pendere. Sed mox tempora considerans, quae utilitatem indignationi praesentandam monstrabant, ad liberandum in-

testina molestia Romanum agrum, sententiam inclinavit. Missis igitur electione concordia, qui Toparchia inspecta arbitrarentur, pretium; sedecim millibus nummum auri est emptum.

XIV. Quaestor Pontificis recuperare Ariminum studet.

Per eosdem dies intentus Quaestor ad vindicandam Roberti rebellionem, grauissimis primis editis veterat, ne cui ex Ecclesiasticis subditis, quod ad victam pertineret, inuicere Ariminum praeter vnum liceret; putans obsidionis partem in laboranti fame populo eam esse. Tum & de capienda ciuitate consilium coepit, quam ad rem magno in primis silentio opus arbitratur, ne ex tam propinquo loco, vel aliquo signo detegeretur inceptum. Porro autem solertia, & astu, quod acerrimus ad custodiam Robertus esset, neque in ea tempus vllum diurnum, nocturnumve remitteret, necessarium quoque videbat, vigiliam aliquo conspirante irruptionem inuari. Quae ab eo his rationibus sunt omnia comparata, primum diligentiam simulans mutiendae acris ciuitatis ob proximum coniurationis periculum, pedites circiter quadringentos ex veteranis collectos, intra arcium munitiones concluderat, plenis quam vulgus peditum soleat armis instructos. Eodem per noctes plurtimas, contulerat scalas, caeteraque id genus ad irumpendum idonea. Scripserat etiam turmam equitum vnam, quam paratam intus, vel ad praesidium continebat, & vigiles nonnullos secundae Ariminensis portae, promissis illexerat, vt in ipso irrupendi conatu quasi periculo terri, vel relinquerent super imminentis turris praesidium, vel remissius obfiscando facultatem occupandi aditus darent. Ad haec perficienda diem statuerat. Sextum Idus Iunij. Itaque pridie eius diei comparatis iam omnibus, fidelissimos custodes ad portas Cefenae disposuit, qui ingrediendi passim, egrediendi que nulli omnino potestatem permittant; cauens, ne ad extremum producto apparatu nunciis horum Ariminum praeniret. Antonellum quoque Foroliansensem, virum fortem, diuon turmarum praefectum, qui in proximo Talamello oppido astitua suorum habebat, sub vesperum monet, vt mane ante lucem, Cefenae adsit. Quod cum ille mature impleret, meridie versus vocatis ad se primis ordinibus consilium aperit in eam horam clam habitum; docet, quanta improbitas Roberti sit, quantaque in Pontificem ingratitude; quanta porro laudis futurum intelligat, si eorum virtute ciuitas opporuna Ecclesiae a perditu hominis tyrannide vindicetur. addit praemia, quae hoc confecto negotio expectare a se, Pauli Pontificis nomine debeant: directionem prius locupletis vrbis, si dimicare malit, quam dextram irumpentibus dare; duplex inde in singula capita stipendium, & milites cuique pro conditione ordinis gratiam denique perennem Romanae Sedis, quae memor facti sit semper futura. Ab his exhortationibus dimissi illi, curare equos, & corpora iussi sunt, moxque expeditis omnibus ad decimam diei horam, totis copiis conuenire; qua hora ipse in censo equo ad portam, quae Ariminum ducit, progreditur, ibique cum primis copiarum consistens, singulos tantum, qui noti suis ductoribus essent, emittit; qui noti non essent, intra muros male multatos repellit: portis subinde clausis, praesidioque firmatis iter ingreditur. Praesidia a lateribus dispositi erant, qui attentissime obseruarent, ne quis via excederet; omnes autem quam arctissimo agmine conerentur. Praemiserat etiam aliquanto ante fidos nonnullos, qui ad viam exitus, eos exciperent, quibus Ariminum iter esset, vel priuati negotij, vel nunciandi motus causa. Duo ad designatum opus patebant itinera: alterum pone litus maris, qua incultior ager est; alterum per continerem interioris. hoc quia celebrius erat, & vicis vndique frequenter habebat, minus ad celandum idoneum habebatur. Itaque mari-

XV. Obsiderur Ariminum.

tinam viam tenentes, cum ab sexto tantum milliario abessent, consistere agmen iubent, & sub armis paululum quietis accipere. Inde rursum progressi, ex vicino sacello in pernocti Luna conspecti sunt; cuius Sacerdos conclamare iam arma, campanisque personare bellicum coepit: cum statim expediti quidam illuc cursu delati, Sacerdote capto, funibusque abfiscis iudicium abstulere.

Ciuitas Ariminensis ad litus Adriatici maris tota est posita: ab Oriente vero, & Occidente duo eam claudunt suburbia frequentia edificiorum, & inclementium numero, dimidiam partem interioris ambitus adaequantia: alteri Beati Genesij, alteri, quod est ad Occidentem, Iuliani est nomen. Vtrumque ipsi ciuitati pons suus adiungit, ille ex publica tantum, hic ex pulcherrimo vetusti operis marmore factus, quem ex quattuor fuisse perhibent, quos Augustus Caesar, strata Arimino tenens via Flaminia, ad transitum fluminum maiores erexit. Sub his quoque amnes decurrunt duo, ab Occidente Ariminum, vnde & ciuitati est nomen, Mareculam incolae vocant; & ab Occidente Aues, minor aliquanto, atque angustior. Communicationem vtraque in circuitu habent, partim ex vallo tantum, ac praetera fossa, quam vtroque non tam manus, quam hibernis torrentibus aucti amnes, effluente aqua efficiunt; partim ex muris ambobus. Ad primum aditum singulae portae cum modicis turribus sunt, atque ante has reductiles pontes. Tentauerat in primis stratagemate vario, Quaestor irumpere. At conatus frustra fuit, variis interim hinc inde emergentibus. Itaque obsidione urbem premere decreuit, si forte inedia deditio extorqueret. Eius tam subita, tamquam inexpectatae obsidionis vulgata per Italiam fama, sinistris penae cunctorum animis accepta est, atque in expectationem maiorum motuum omnes arxit. Venetos id male habuit, quod se in scis, cum socij essent, inchoata tanta res esset; quodque ad eam diem seruandi Ariminum causam, ipsi praestitissent, non tam Malatestarum gratia, quam sua, quos certum erat captasse opportunitatem semper, eius ciuitatis ad sua imperia tradendae, quam ad Ecclesiam reductam, ad se peruenturam non cererent. Ferdinandum vero Regem, Florentinos, & Mediolanenses publica expectatio angebat, quod Robertum a Pontifice, ad se auerum perire, neque existimationis suae ducerent esse, neque ad retinenda aliorum in se studia pertinere. denique quod opportunissimi loci accessione attolli animos Pontificis nollent, quem a proximis iniuriis alienatum hoc facto non crederent. Neminem tamen ea res magis, quam Fredericum Vrbinatem premebat, Socialium Ducem; quippe decimo ab Arimino milliari, ditionis suae vltima habens, plane intelligebat, tam vicina Ecclesia, atque omni penae potita Flaminia cedendum sibi dominatu futurum, cum Romani Pontifices, vel sola Epistola imperarent. Itaque collatis inter se dies aliquot consilijs, tandem vno decreto litteras primo, inde Oratores ad Paulum mittunt, aperte iam denunciantes, si non decedat Arimino, obsidionem mox armis vlturos. Ea vero cum ferocis dicerentur, minusque assiduis fatigaretur Pontifex, reddique responsum illi deposcerent, vocat in consilium Patres, rogatque sententias; Deferenda ne incepta putent, an prosequenda. Erant, qui Venerorum foederis ignati, quod in eum etiam diem clam habebatur, Ecclesiae, & aduersariorum expenderent vires. Videtur, in vnum Pontificem, potentatus tres pugnaturos; Veteranum, apud eos militem esse, apud Ecclesiam collectitum: Duces illis, & summos, & causa affectos; Ecclesiae, claros, non tamen incepta satis probantes, quod a subditis in subditum esset pugnandum; quiescendum propterea dicerent, & in opportuniora tempora Roberti vltionem seruan-

dam. Huius sententiae cum Cardinalis Ostiensis, homo ingeniosus, auctor fuisset, interfatus illico Pontifex; Abunde, inquit, est mihi omnium, quae sunt necessaria. Putari non debet, tantam a merem incerta spe inchoatam. Post hanc vocem, cum intellectum esset non placere consilium, reliqui, paucis exceptis, continuandam obsidionem dixerunt. Ita ex Senatus sententia Legatis responsum est. Illi contendendum armis videntes, negotium illico FRIDERICO dant, vt donec minores copiae mitterentur Ariminum, quacumque ratione possent, incolumem ciuitatem seruaret. Submisit is non contemnenda Roberto subsidia. Quaestor, suauis Alexandri Sfortiae irruptionem, quae negotiam dubio procul confecisset, distulit; quod ille maiores copias expectandas censuisset. Inter haec Robertus nouo astu sese adiuuit. Is salutem suam in extrahendo oppugnationis tempore collocans, quam reuera plurimum formidabat, Conobitas nonnullos de sua deditioe misit in castra. Cumque ijs velut fallaciam afferentibus parum praebita aures essent, nouissimè ex contubernio familiari intimum quendam, quam occultissimè ad Quaestorem ire iussit, rogareque, fidum aliquem mittat ad se, cum quo aperire inter ora quaedam consilia possit, quorum in primis celatos Sociales expediat. Huic quoque cum ab initio fides non haberetur, repetitis identidem precibus, conditionumque praebita constantius spe, ne duras sua publicis bonis diceretur obflare, tandem postulatam concedit: Ioannem Sacerdotem; Quaestori ab Epistolis famulantem, intelligentia, & fide laudatum, clam noctu in arcem ad illum mittit. Robertus id vnum attendens, vt pauci adhuc sine pugna ducerentur dies, desertum se a Socialibus magnis lamentationibus queritur; expectata tam diu praesidia, necdum expedita indignatur; dolet ciuitatem interim oppugnando semirutam esse, & subdito:um fortunas consumpras. nescire se addit, quo alio perfugium, quam ad Pauli clementiam habeat; proinde Quaestorem precari, vt pactis Romae conditionibus, nunc etiam acquiescat, Ciuitatem accipiat, eiusque reliquias integras malit, quam Ciuium dolore ad internecionem collapsas. Haec, atque huiusmodi saepe ad Quaestorem delata, cum veri haberent similitudinem, tandem credi sunt capta, putatumque periculis suis admonitum Robertum ad sanitatem reuerti coepisse. Itaque his internuncijs eo fiduciae processum est, vt & scriberentur syngraphae nouae, & praeter subscriptionem, signumque nil esse reliqui appareret. Sed dolos ille ex dolis neccens (sciebat enim Regis exercitus iam ad iter accingi) a Quaestore petit, qua ratione cedenti sibi Arimino, de assequendis, quae ex syngraphis sponderentur, cauere velit. Equam postulatione censens Quaestor, diuersa illi ad securitatem proponit, quorum erat prompta praestatio. Robertus celeritatem declinans aliud profert, in quo magis ad animum satisfieri sibi contendit. rogat, vt Iulius Camerinenis ex Ducibus Ecclesiae vnus, ad transigenda, quae restent, Ariminum aduocetur. Huius fidei (quod sororem duxisset uxorem) Ciuitatem, arcemque crediturum se ait, donec praestentur condicta. Aberat ille tunc cum duabus equitum turmis ad Aufidam Picini agri penè vltimum oppidum, vbi illum esse iusserat Pontifex, ad arcendos transitu Aragonenses, si, vt erat fama, id conerentur. Perincommoda erat vocatio propter praesidium loci, & diem plurimum motam. tamen quod occasio vendicandae ciuitatis praerenda omnibus videretur, velocibus nuncijs Ariminum Iulius accersitur. Eo cum peruenisset, indicata vocationis causa, noctu ad Robertum mittitur cum Ioanne. Confirmantur in colloquio, quae agrata diebus iurperitoribus eant. condicitur proxima nox, qua ad-

Roberti Asturia & fratris.



Admiratus Robertus a Socialibus.

esse iterum Iulius, & Alexander auctoritatis causa habeant, signisque & subscriptionibus synographa stabiliri, quam rem a Roberto primum, inde a Quae-

XVI. Ecclesia copiosa, & plura amissa oppida, & arma.

Eodem tempore Veneti motu Socialium cognito, quamquam saluum Robertum vellent, non tamen rei suae arbitrabantur, auctis aduersariorum copiis vel opprimi Pontificem, vel non absque adiutum videri; praesertim quod non vsque ad oinitum cum eo foedus putaret regi, vt non ad omnium penes cognitionem iam peruenisset. Igitur Legatum ex sua nobilitate prope ad exercitum mittunt, qui duo milia equitum, Rauennae, & in circumstantibus locis statim habentia offerant, maiores autem in armis futuros mox dicat, eodem si vsus accidat celeriter conuenturos. H. s. auditis, habitae Legato gratiae sunt: idque adiectum, vt quanto maius possent monstrata praesidia mitterent, quae haud dubie adiutura victoria Pontificis essent. Imminabat inter haec Fri-

dericus, & Talamellum oppidum iam tentauerat. Ecclesiastici Duces, ne a superueniente exercitu obsiderentur, obsidionem Arimini soluerunt, inque proximum collem, cui Virgiliano nomen est, copias omnes subdixerunt. Fridericus postmodum successit, & Robertum cum parte copiarum ad se euocauit. Adfuit & Tristano Sfortia a Medolanensi cum equitibus sexcentis; & Robertus Seuerinus a Florentinis cum mille: quibus coniunctis difficilior haud dubie conatus omnis Ecclesiasticorum fiebat. Ad Alexandrum, & Neapoleonem summa redibat Imperij Ecclesiastici, parque erat amborum potestas. Sed Alexandro titulus administrationis insignior, quod affectu iam aetatis honos habendus iudicaretur; apud Neapoleonem vero vexilla erant Romanae Ecclesiae, quae Pontifex in sede Diui Marci solennibus caerimonis consecrata, abeanti illi de manu sua tribuerat. Quae stori autem licet prior sententia esset, & locus, tamen cum ventum ad gerendam rem erat, libenter illis permittebat impetia. Id vero exilio fuit Ecclesiastico exercitui. Nam cum ducibus nimium obsequeretur, post vltimos ausus, & stratagemata, tandem infeliciter dimicauit. Pulsi ad vnum omnes, duces ambo vulnerati, interfecti circiter centum, ad iam millia capti, inter quos fuerat praefecti militares duodecim, primi in exercitu nominis, cum iis Virginius adolescens Neapolonis filius, Quae stori fuga euasit, impedimenta omnia amissa, vexilla Ecclesiae intercepta, direpta etiam castra, in qua omnis generis tormenta, ac tela collata ante a Quae stori fuerat: ab hostibus vero quadraginta tantum in pugna cecidere, viginti circiter capti. Hoc tantum incommodum ad Ducem inficitiam pauci, plerique ad perfidiam retulerunt: cuius a gumenta complurima multam sajam collegeret, quae ego connumerae superuacaneum duxi. Noluerunt videlicet Pontificem vincere, quod in eius victoria, vincti se timuerunt. Erat Vicariis suis maximo meriti Paulus, Putabant ne aequo cupere eum, quam communem eorum interfectioem. Eam opinionem ab initio Pontificis concepit, nulla fiducia deponere poterant. Memorabant, Exiit dominatu Eueisanos fratres paucorum dierum conatu: id certe quod propter eorum insignem nequitiam ferri a quo animo ab omnibus poterat, si non esset ultra progressum. Culpa non magna Franciscum mox Aluianum paternis oppidis eiecit primum, inde eacerti in cluit, cum tamen forti eius opera ad illos oppugnandos fuisset an ea vsus. Pauli Vicini non multo post fortuna consimilis fuit, quem proditio suorum, Galesio loci plerumque depulit. Secuta est Tolphae obsidio, quam saepe iam diximus, ingrata multi, & dura. De Foroliuensi Pino voluntas paratai, quem ad stititidum recens, cogitauit opprimere, ciuibus ad defectionem sollicitatis, oblato etiam Socialibus foedere, si iungere ad eam cluitate copias copias totum triduum vellent. Iam nulla vires de oppidis incerti agri contender: ne inter se, vt non ipse interueniens, sequetur primo, mox illorum dominu se faceret. Vestigalia pro locis, quae fuissent olim Ecclesiae, nulla ad ararium accipi permittebat, significans loca, non pecunia sibi deberi. Vetusta atque ante eam diem incognita proferebat diplomata, quibus hanc, vel illa civitatem iuris Romani esse, iniusteque a domo possideri aiebat. His studiis sermonibusque, (quamquam de re non iniusta saepe haberentur) terrug at multos, effeceratque, vt cupidum eum ampissada dirionis, intentumque ad aliena calamitate putarent, proptereaque: his eius aduersaretur inceptis. Eam rem ingratuabat maxime ingens congregata pecunia, quouidiamque amplioris congreganda studii. Pertinere ad sua ruina, tantos a ceruus dicebat. Cum Neapoleone bis iam intercesserant, no leues, nec paucorum dierum offensiones, gratia inde conciliata magis stipendij

stipendij fuerat, quam voluntatis, Alexander quoque se ebat, suum Pisaurum, illo conscio deditionis tentatum. Vicina omnia pontificis, suspecta habebat. Non dimiserat Pinus memoriam proximi discriminis. Redibat in mentem Iulio, sua cum Roberto necessitudo. Iam minores Vicarij, ex quibus totus pene confusus erat exercitus, propriam sortem in forte eius, quem oppugnabant, contemplabantur. Veneti porro, a quibus statim pontifex factus Ruennam repererat, Cerniamque vicinam, non modo crescere illum in Flaminia moleste ferebant, sed praecoccupatum animo iam dudam Ariminum ex pi Ecclesiasticis armis supra modum dolebant. H. s. gigitur tam iniquis conditionibus inchoatum bellum hunc anni exitum tulit. Fridericus, captiuos omnes dimisit, & attributo praesidio in tutum omnes reduxit. Paulo pontifice haec aduersa nunciata pugna, animum eius, vt par fuit, tristitia affectit, videtur vno belli casu tantum stipendij frustra insumptum, liberum Ariminum factum, se autem, totiam Socialium contentioibus, amissa aestimatione confusum. Confirmatus tamen post paulo litteris Venetorum, qui magna omnia de sua Republica promittebant, colligere se ipsum, afflictumque exercitum reparare instituit, ac primum, licet adflueret pecunia, parceret tamen condita volens, a Cleicis & mensarijs, ciuibusque Romanis, descripta cuique summa, mutui causa accepit. Porro autem familiaribus Cardinalium equitibus certum num. um equorum imperauit, quos in amissorum supplementum mitteret ad Quae storem; quare res & in sermone omnium venit, & nec tam instaurandis copijs profuisse, quam nocuisse ad opinionem est visa. Siquidem, non esse, vnde ea fierent, Sedis in opiam arguebant; abundare eum, alienamque arcam exhaustam male, quam suam, angustum animum indicabat, non valentem cum tempus erat, ad tuendam dignitatem parata proferre. Dum haec Roma aguntur, Robertus interim praesenti fortuna vsus Molazanum, & nonnulla Ariminensis agri castella recepit. Scutulum, praefecti ignavia deditum ei est. Mondanum, agri pene totius caput, illum admisit: inde conuerso in Fanensem tenere, vno excursum certantibus ad rebellioem aratoribus, totum agrum in deditionem redigit. Quomodo tunc iudicari pontificem fuerat Veneti, praeterea pretium est cognoscere.

XVII. Expeditio ecclesiastica Veneti succurrere detrectat.

Hercules Estensis inter haec manu turmarum impeditumque ad mille quingentorum a Venetis missus, Cefenam peruenit, & Ecclesiasticis etiam multum partim collectis ex fuga, partim ex detrimto recreati, mediocrem iam exercitum fecerant. Itaque tam procliuem Roberti successum sustinendum non esse Quae stori ratus, suadebat Venetorum Legato, qui erat in castris, summumque habebat suorum imperium, vt ad Archangelum castra proferrent. Pertinere eam propinquitatem aiebat, ad minuendam de accepta clade opinionem, quae maxima vbique habebatur, & ad retrahendum a sollicitatis populis indef. sum Roberti studium. Venetus, consultationem in longum ducebat. Quae stori inter haec Ioannem Baptistam, Toparcham Romanum, ad subueniendum Fanensibus, vna cum quattuor turmis equitum misit, qui inter medias hostium acies, Ferretanorum nomen ad illos tollendos conclamans, sine detrimto vrbem intrauit, quam rem, & ignominia sibi Fridericus, & damno immenso aserpsit Robertum. Rursum Quae stori, cum Venetorum copias ad procedendum vgebat, vociferabaturque, futurum Legatum culpaeum, quicquid incommodi morando esset acceptum; detexit ex composito illum cunctari. Enimvero, non moturum se inde prius dixit, quam turma sex reliqua, quae adnuntare dicebantur, adiungat ceteris essent. Fano communito, iterum nouis fatigationibus a Veneto contendebat, vt copiae ad

Archangelum procederet: quam ad rem, & tutissima castra ostendebat, & copiam omnium rerum quae illuc importari, sine periculo possent. Addebat magnum operi fructum, gratiamque ingentem pontificis, qui doleret id ante non factum. Sex quas nuper causati essent, abentes turmas am aduenisse: castrum nil amplius superesse. Si manere in fide faderum vellent, hanc necessario tempore operam impendendam. Quo enim pacto expectat, ab eis possit discrimen pugnae, quos iter non longum, & tuta castrorum mutatio tantopere grauet? Praesentem laborem hunc leuem Romanae Ecclesiae, tardiatemque praesidij, quae plurimum nocuit, vno hoc non magni incommodi obsequio compensent. His atque huiusmodi cum iterarentur quotidie, tandem ille victus, Quae stori, quamquam grauare, assentit, postridieque in castra iam communita omnes commigrant. Eius facti fama cum ad Fred. ricu esset perlata, a Mondani, quod deseruerat, obsidione Robertum ad se aduocauit. Ad Fredericum reuersus, cum dies aliquot in castris fuisset, recepit iam circiter quadraginta oppidis, perfidia expleta Ariminum letus contendit. Ipse etiam Fridericus satis ea aestate ad laudem, securitatemque acti existimans, quod hyems mutua iam esset, nullaque his in locis haberetur pabuli copia, hostes et moliri nil viderentur, milite in hyberna deduxit. Hibernantibus iam Socialibus, cum Ecclesiastici expeditione nondum dimississet, fama quaedam, metu auctore inter rebelles, est suscitata, Duces Ecclesiasticos per ea occasione, ducturos esse ad eos, iaque tormenta, & scalas, caeteraque id generis ad oppugnationem parata, pertinere ad viciscendam rebellionem eum conatu putabant. Quamobrem praefecturae pene oes illorum locorum clam miserant ad Alexand. ru, qui tunc Pisauru reuersus erat, facti penitentiam nunciantes, culpamque perfidiae rejicientes in paucos, quos praesente Roberto, ac victore sequi necessarium fuerat, paratos nunc esse, si receptu ad venia habeant, mox vt amouissent exercitu, praesidia cum oppidis dedere. Eam ille re diluendi aliquo facto dedecoris cupidus (sua aestimatione, non tantum aliena fortunam offensam videbat) illico Quae stori indicat, creditibilemque & factu facile docet. Is Neapoleone, & Venetorum Legato, praefectisque in consiliu aduocatis iudiciu Alexandri proponit, primusque omnium suo iudicio virgenda occasione pronunciat, quando Alexandru sub eam rem oculis habentem ita suadere intuligat, & dispartitis per longinquiora hostibus, nullius periculi opus, summi autem momenti esse appareat. In eandem sententiam Neapoleo, praefectique oes concedunt. Venetus tantu mentis suae Reipub. conscius, quamquam incepti vilitate cognosceret, ad dubitare tamen primo se dixit: deinde cum rationibus premeretur, negauit sine voluntate Senatus ausuru se esse aliquid, quod tam periculo, qua spe plenu videret. In hanc contradictione adducta, Troylus ex praefectis eorum vnus de consilij sententia, Venetias ad exploranda optimatu voluntate ire est iussus. Ab ijs per eundem integra deliberatio ad Legatum rejicitur. Istandem, vel quod ita tunc iudicaret, vel quod in finem propositum publicum reseruaret, Quae stori consentit. Ergo omnium decreto mittit ad Alexandrum: monetur, vt ad certam diem praestoletur exercitum; com meatu interim, caeteraque ad oppugnationem necessaria praeparat. Appetente condita die, cum iam ex p. ceno magnus numerus numerus esset conuectus, multa cetera prompta haberentur, machinae vero plures collatae essent vnum in locum; paremque in exercitu diligentiam ad expedienda caetera Quae stori adhibuisset, iterum Venetus profectus esse excusatur. In proximo esse Fridericu dicit, cui facile sit illico colligere copias, & vel se iteru profugare, vel obfessis vijs reditum ad castra intercludere; loca, ad qua ducendum sit, vacua pabulis; nunciari, mentem non eam rebellibus esse, quam

ad eludendos Ecclesiasticos nunc praefertant; non adductum sine causa se in summum periculum fortunatae Reipublicae suae. Porro autem praefectos eius minores, quibus communicasset iam omnia, professionem palam damnare velle; se eos adduci in consilium, atque audiri, quodque maior consensuum decrevisset numerus, pro deliberato id accipi. Quae sunt, summo dolore haec audiens, placabilitate tamen traducere illum in sententiam laborabat, monstrans, nihil horum timendum esse, quod diceret; nec rursus in tot hominum consilium adducendum, quod & arcum, & paucis notis esse expediret. Perseuerante Veneto, ut minores quoque ordines audirentur, turbator iam factus Quae estor, *Quid, inquit, sic agimus, si Legate? An non praestat palam id dicere, Vestrum id negotium agite, adiuumento Ecclesiae esse non volumus.* Exploratum habeo singulos ordinum tuorum a te seorsum instructos, quid consilij proponere habeant. Non suam illi sententiam, sed tuam voluntatem aperient. A. q. ut scias nihil horum ignorari a me, ex ijs vnus indigne ferens mentendi necessitatem a te sibi impostam, artificium homo tuum mihi detexit. Sub haec verba, cum ille vultu conscientiam arguente taceret, admirantur autem, qui aderant, ad Neapolitanum conuersus, *Eundem tu, inquit, Neapolitanum confes? Cum eundem ille assereret; & tu, ait, Heracles, idem ne sentis?* Eodem quoque affirmante, eadem interrogatus Pinus, tacere, quam non idem cum Veneto dicere maluit, gratiam videlicet secutus, non conscientiam. Dicere postea iussus Troylus, maioribus argumentis in Quae estoris sententiam cessit, quorum orationem ille excipiens; *Et vobiscum ego eundem pronuncio, Ducem, & vos Ducem contessor, praestitisse me Romanae Sedi quod debet, immunemque, esse damni huius, quodcumque, differendo accipitur.* Ita dimissum consilium est. Venetus tertio ab his contentioibus die, in Rauennatam, Foroliuensemque; in hiberna reduxerit exercitum, turmis tantum quinq; cum mille peditibus in castris relictis. Ea castra Archangelo oppido pene coniuncta, ijs munitionibus erat iam constituta, ut tutissimum commodissimumque hiberno: um opus praestaret, Ariminumque; a miliario pene quinto obsiderent. *Cardinalis Papiens. Comment. libro 5.*

XVIII. De recuperando Arimino federando inire studet Paulus PP.

Inter haec Pontifex, cum videret & Venetos tergiversare, & Ferdinandi Regis copias hostem iuuisset, in Consistorio, obtinuit a Collegio, ut possit cum quacumque dynastia, etiam externa societate inire, & Arimini iura, cuiusque; traderet; declararet; postmodum, se id Venetus concessurum, quos hac spe praedae non dubitaret, promptiore animo in sui defensionem conuolatus. Rumor etiam erat, eum cum Duce Burgundiae consilia belli habere, atque; inde venturum esse Bastardum, quem appellabant, & simul cum Sabaudiensi, Ducem Mediolanensem bello perturbaturum. *Papiens. epist. 324.*

Ceterum alius quid agitabat Paulus, ut imprimis Ferdinandum non ex fide agentem vlcisceretur, & Galeazium Mediolani Ducem castigaret. Erant in Vrbe, Ioannis Andegauensis, filij Renati, Regis Siciliae, oratores, qui regnum Neapolitanum, Ioanni adiudicari postulantes, clam, (non ignaris tamen aliorum principum Legatis,) pollicebantur, illum prope diem cum viginti longarum nauium classe, Massiliensi in portu futurum, atque; inde in Italiam ad opem Ecclesiae ferendam venturum. Prosper quoque Molgius, Friderico Imperatori ab epistolis sub idem tempus Romam venerat, pontificemque sollicitabat, ut ad recuperandum regnum Mediolanense Friderico legibus debitum, socia arma iungeret, qua quidem de re ipsemet haud ita dudum cum pontifice in Vrbe egisset. Paulus inter varios animi motus, cum & multa simul agitaret, & cuperet, consilium alijs non explicabat; cum Imperatore tamen sedus moliabatur, inque Galeazium, Germanos armabat, maxime vero

Ioannem Renati in Italia conspiciere auebat, cupidus Ferdinandi in ordinem cogendi, quem pontificiam maiestatem parum reuerenter habuisse, & habere causabatur. Inter haec aut quasi Caesaris negl gens, eius Oratori nullum certum responsum reddebat, ne ea res Ioanni Alpes traiecturo, moram afferret; qui solus potens esset, & Ariminum ad Ecclesiae imperium reducere, & Ferdinandum, ne sociorum (nam & societatem potentatum Italiae, videlicet, Florentinorum, Genuensium, Vrbinatis, Senensium, & Lucensium affeclabat) odia armaque in se irritaret, a vexandis pontificijs rebus detererere. Id illi affectanti, ad propositum exequendum visus est idoneus, Borfius Atestinus, partim vt maiore cum dignitate res administraretur, partim vt ipse in partem descenderet: quod plerumque accidat, vt qui se huiusmodi negotijs interponant, ipsi iisdem implicentur. Itaque cum illi, & factus Italicum non displiceret, sed aliquanto magis Gallorum aduentum affeclaret, quippe qui ipsius votis cumulate satisfaceret, vtroque de consilio multa, sed de primo, quo irritum alterum exequi decreuerat, accuratius ad Borfium perscripsit, simul querens, quod duabus fellis (hoc enim plerumque indignabundus in eum vsurpabat) sederet, & molestiae, periculique semper expers, alienas calamitates, quasi in theatro propositas spectaret. Inter haec monebat, atque; obtestabatur, si Renatus, aut Ioannes filius regnum Neapolitanum armis repeterent, fidem daret, promptam, paratamque pecuniam fore; posse, etiam si Veneti nihil confertent, audacter belli initium fieri. Atestinus, pro vetere instituto tuendae pacis intentus, Iacobo Trocto ad vrbe internuncio scripsit, vbi causam suam excusando egisset, pontificem ad quietem illis ipsis firmissimis argumentis impelleret, quae ipse literis diligentissime complexus fuisset; idque Troctus vir eruditus, atque; experiens, in hanc sententiam praestitit.

Eo regia tua in se, Beatissime pater, minime que futcata voluntate impulsus herus meus, muneris omnino sui esse statuit, libere, proque vetere erga te obseruantia significare, quae in mentem ei, (qua ego de re ad illum nomine tuo scripsi) cogitanti venerunt, atque vt tu quoque pari ingenuitate, quod ipse proponit, expendas, necesse est mihi prius animum illius ita testatum, atque expressum apud se relinquere, vt si cuius suspitionis communis ocij hostes eo te trahere conati sunt, vnde probitas, ac prudentia tua, quam longissime semper retrahat, id procul facessat, atque depellatur. Atestinus si temere bello abstineat, vel priuatae utilitatis ignoracione, vel timore id agat. Ac quod ad vtrumque attinet, si quid rebus dubijs consilij caperit, si eximiam aggrediendis, ac superandis arduis virtutem; si denique perpetuum vite ipsius tenorem contemplerur, sine dubio constabit, quam immerito hoc nomine arguatur. Sed quando magna apud omnes, ac te praesertim de prudentia ipsius verat diutius in primo crimine purgando immorari, alterum tantum paucis attingam, illud professus, cui statutum fuerit in negotio maxime sibi iucundo, potius quam in otio a vetere educatione proruis abhorrenti vitam exigere, eum se molestijs facile implicaturum fuisse, nisi aliud, quam labores & pericula spectasset, praesertim quod quieti, atque; in speciem otiosa eius vita, multo re ipsa laboriosior est aliorum concursatione atque; negotio. Quem admodum enim, qui sic se comparat, vt quasi in procinctu numquam aciem reformidet, plus curarum ac sollicitudinibus animo sustinet, quam si re ipsa inter arma verferur; ita qui bello vndique ardente, priuatis stat opibus, maioribus conflictatur angustijs, quam si accendendo igni alimenta & ipse suggerat. Id cum omnibus ferme est difficile, tum Atestino multo difficilius efficitur, partim aliena inuidia, ac finitumorum potentia,

XIX. Borfii orator plura notatu digna Paulo PP. proponit.

partim

partim horum temporum conditio. Quamtu ille per Deum immortalem audiendis, mittendisq; assidue Legationibus molestiae exhaurit? quantum laborat, dum inre nuntios apud Reges populoque liberos; quorum copia maiores omnes suos longe superat, non parum obdormiscere, omnibusq; de reb. diligenter facit certiores? Quid relatas ad se tot cotrueritas coponere; patris, ac fratris exeplo ab omnib. promiscue arbitrium, ac disceptatorem adhiberi, quantum affert solici udinis, vt vel ingenium in oes partes versare, dum aequa virtusq; partis gratia simulatae tollantur, vel alterutram offender; dum ei minus placeat, necesse sit. Quod si ingenij felicitas, & assiduo paratu vsu celeritas, in explicando consilio caesa est, vt negotioru mole leuatus, honestis, ac se dignis voluptatibus animum recreet, id non leuitari, aut ignauiae tribuere oportet: ita singulari prope ipsius virtuti iniuriam facit, qui putat alterius partis stadium praefere rem, ad alteram declinare. Nec enim ille, quod quidem appareat, aut amicos fallit, aut contra quam receperit, inter tot, ac tantarum rerum tractacionem commodi quidquam priuatum auccupatur. Satis sit ei si bona fide medium se gerat, nec ita se cuiquam dedat, vt ceteros alienet; maiorum exemplo, qui multis ab hinc seculis maxima cum prudentiae laude, idem praestiterunt. Id institutum Foscareus Venetorum principis, cuius consilio semper plurimum tributum fuit, affirmabat summopere, coaducere ad Italicos fluctus, vel arcendos, vel si fortasse conmoerentur, sed neutram in partem inclinent, maxime si ingenio, ac rerum vsu, nobilitate, opibus valent. Nec minus his ipsis principibus id vile predicabatur propter gloriam, nomenque, nulla popularium iactura parum, atque; vbi que celebre. Idem confirmabat, ac monebat Cosmus Medicus, homo, vt si quae alius, gubernandae reipublicae peritus. Hac via dum herus meus incedit, nulla alia in re labi, atque; errare potuit, nisi dum sancte sedis, tuamque; utilitatem sociorum commodis anteponit, Constantissimum animi propositum, vt consilia sua a tuis nunquam separaret, in eam opinionem te debet adducere, vt si forte è re duceret, Gallos in Italia euocare, quorum opib. cum pontificijs coniunctis, multos, magnosque; fructus speraret, id non magis ipsius, quam rationibus suis co iudicatum. Sed vt tu quoque; recte nosti, extra Venetorum societatem, quando ceteri propter mutuum praesidium, ac defensionem inter se conspirent, id ne sperare quidem liceat, ac sane iam dudum tecum federe illigati, non sine quaerela, eiusmodi vinculo solutos sese profertur. Praeterea enim quod grauate pro rata portione cofertur in stipendium sex M. equitum, quatuor peditum, quae pecuniae summa ducenta aureorum nummum millia absumit, id èt dolent, & Neapoleoni Vrino copiarum tuarum pfecto quotannis bell: tepore, vicena s. millia, pace vicena pberere cogit, simulque; priuata classe diuionis pontificiae portus ab iniuria defendere. Huiusmodi que elas ipsis defertibus cognouit, & federe frustra est adnixus Borfius. Quia illud vsurpant, quod tu nuper Petro Mauroceno, & Ioanni Superantio Legatis respondisti. Vnde arguerunt, si quidem bellum ex vnus Veneti Senatus vsu suscipiendum esset, ab eo te temperaturu: haud dissimulantes, se quoque, si quid auspicij tuis geri oporteat, quieturus. Sed inter vos sane conueniat, vel q; illi aliter, atque; nunc permit, impensam non diffugiant; vel quod tu id eis remittas, non facile tamen patres ad Apuliam vexandam impellas. Age et a propositis aequissimis conditionibus, aut qua alia adducti causa tecum arma conuolent, certe tot, ac tantae sese obijciunt difficultates, vt non minus sit futurus irritus conatus, quam ipsa cogitatio, atque; cupiditas. Bargundio enim Renatum Lotheringum facile distineat: Venetos, equitum millia 4. a

Galeazio, cum Ferdinando ad vim propulsandam federe iuncto contracta; cum Hetrusci, statim atque; cognouere te cum ea Republica consensisse, oes suas opes vltro obrulerunt. Turca quoque, quod multo est grauius, ducentarum & viginti nauium classe Aegeum inuectus, atque; equitum 20. millib. ad ipsos vsq; Tergestorum muros populabundus negotium facesset, & ab hac cura, ad domesticas auerteret. Hungarus & ipse Morauorum, ac Silesiorum victoria fretus, post res Bohemiae compositas in Carnos fortasse irrupat, isque; metus, & necessitas exercitum domum retrahat. Haec incommoda multo grauiora efficit, quod non vis propulsatur, sed ante illata a Ferdinando iniuria, armis vltro vindicatur; quodque; multo videtur aequius, aduersus Christi, cuius tu vicem in terris sustines, & communem omnium pioru hostem eum telainrendere, qui pro suo munere obstringatur in pios a Christianorum ceruicibus, ipsoque; Italiae haud dubie periclitantis limine, potius arcere, quam sanctae sedis beneficiarium bello persequi. Nec est quod putes Francos ita fore in tua potestate, vt illis pro arbitrio vtaris, ijsque; Ferdinandum ex praescripto oppugnent, mox ad sacram expeditionem te couertas. Verum per breue sit bellum Neapolitanum, quod fortasse diuturnu nullum fructum afferat, non perinde facile est, ex alienigenaru in Italiam transcendentium viribus sese explicare, & non liceat eno cati finire numeru copiaru, remorari, domum remittere, aut armis eos finib. exigere. Non aqua ex riuo ad hortos, agrosue rigados deducitur, vt quantum libeat, vel transmittat, vel cotineatur, sed quasi rapidu flumen maxime abundans, ripisq; coercitum aggeres impetu morantes praiceps amoliat, & circumiectos capos quam facillime inundet. Nota sunt (vt Mahometem omittat, qui a Demetrio Palaeologo paulo ante auxilium rogatus eum Peloponneso expulit) exempla Gallorum, Asiaticoru, Germanoru, Angloru, Saxonu, Hungaroru, & Turcoru, in Bythinia, Gallia, Britannia, Germania, & Thracia allecloru, qui defensuri opem implorantes, antequam domum demigraret, eas regiones vel hostiliter diriperunt, vel incolis oppressis ipsi tenuerunt. Idem cu aliaru prouinciarum, tum Italiae imprimis clades restantur; quippe Gothi aduersus Herulos a Zenone Augusto in Italia missi, cum omnium populoru seruitute eas opes sibi pepererunt, quae toties tot cladib. concussa vix tandem conciderunt. Longobardi a Narsete acciti, pulsus nobilissimis familijs, sedes ibidem suas, adeoque; superbum impetium constituerunt, vt Narsetes, si diutius vixisset, sub ea mole expiraturus fuerit. Normani Graecoru precibus in Apulia profecti, eoru ope Saracenis primo, deinde Graecis ipsis eieclis, celeriter ea regionem subegerunt. Nec leuia detrimeta nullo suo merito accepere Pont. Max. ab Anglis, & Britonibus, cu eos mercede conductos, bellu aduersus Romanae ditionis occupatores gerere iusserit: scilicet ra validis barbarorum copijs, vt quocumque; loco constitissent, impune debacharentur, amicis plerumque; q; hostib. grauiores, & promiscua praeda, raptoque; viuere; nec nisi sero, ac magna cu difficultate deleti. E usmodi exempla sapiens nelicio cuius dicto fide prorsus adstruit. Narrabat ille (liceat aut mihi tati per, du haec dissero, aures tuas aliquantopulrib. verbis detinere, quando tu pro tua humanitate ra benigne audis verba facient) equu, ne ceruicem eius de pascui consortem haeret, hominis imperio sese vltro subiecisse; atque; illu quidem prao abactum, hunc ex eo tepore vindicti subiectum fuisse. Sed obijciat quis, id ex eo contingere, q; cum praestet minores asciscere, alienae vires proprijs longe maiores adiungantur. Atqui non licet eundem modu perpetuo tenere; & transalpinae gentes, semel patefacto aditu fluminis instar, vt paulo ante admonui, impotentius deinde quam vt sustineri possent, agros illum fedant, atque; populantur. Praeterea eae sunt Apuliae facultates,

ca Ferdina-



ea Ferdinandi Regis virtus, vt si externa ope vtrumq; euertere coneris, qui auxilio adfit, multo firmiorem à te locijsq; contracto exercitum adducat. Ita quem par esset causæ, salutique suæ consulentem alijs leges dare, is eas ab alijs cogere accipere; atque id quidem exploratum est. Nam si Ferdinandus post mortem patris, regno nondum confirmato, nobilitati vilis, plebi iniuius, sic restitit Andegauenibus, vt eos tandem finibus eiecerit; nunc otio, opibusque florens, qualem se præbeat in propulsanda, atque inferenda iniuria? Quod si Ioannis apparatus tum modicus est habitus, quantum auctoritatis atque ponderis hoc tempore afferat? Præterea hæc vna ratio euincit, nec ipsum, nec Renatum patrem sine magnis Franci Regis auxilijs in Italia quidquam operæ pretium facturos; quin pene dicam de tota hac re, ipse Ludouicus Rex compellendus, atq; ad bellum Neapolitanum suo ductu, auspicijsque gerendum esset incitandus. Hæc causæ, Beatissime Pater, admonent, quam inconsulte Andegauenles, & Franci in Italiam euocentur. Succedit alterum, sine dubio præclarum, maximeq; dignum pontificio munere, propositum tranquillitatis, & libertatis Italiae tuendæ, fædus inquam à te experitum, quo principes nostri, liberiq; populi consocientur, vt intestinarum discordiarum seminibus extinctis, firmiores, communibus armis barbarorum irruptiones coerceant, & si quis vexare Italiam conetur, cum intra claustra alpium contineant. Sed & id, aliud tempus postulare existimat Atestinus, quando quidem satis liqueat, Galeazium in Ludouicum Regem aliquanto propensiosem, Florentinos in Flaminia protegendâ pertinaces, Venetos iungendæ societatis non admodum esse cupidos; adeoque animos omnium, quos fædere cogitaret coniungere, varijs cuius esse distractos; ideoque prius inter se conciliandos, quam ad Sedis Apostolicæ fædera vocandos. Satis faciendum præterea ante omnia, his, qui neius suum obtineant, hoc fædere se prohibentem iri profitebuntur. Cæsar, tum maiestate nominis, tum aliquot Germanorum procerum vocibus adductus, Infubres ab alio oppressos in ditionem reuocat. Quod si dum ardet animus, & sanctæ Sedis fædus appetit, te adnitente Itali inter se conspirent, ille vero nihil prætermittat, quo suas, amicorumq; vires in nos effundat. Quod si nunc expers societatis tuæ clamat; Pontificum esse, sedulo curare, nec ubi iustitia hæreat, atque offendat, quæque Cæsaris sunt, Cæsar vt reddantur, auctoritatem in controuersijs profanis, vt ex æquo ius omnibus promatur, interponere, vt idem ipse præsidium in ijs, quæ ad religionem pertinent, promeretur, ac proinde sanctitatem tuam recte facturam, si amicitiam cum ipso iungat, iunctamq; postmodum colat; quid ille dicet, si pro eo, vt id omnibus votis expetitur consequatur, ad suum ipsius, ac Romani Imperij ius asserendum audiet te, cum Imperij, priuatis que hostibus conspirasse! quid si audier Infubrem summam Augusti potestatem agnoscentem, contrarius, fasque non solum in fidem à te receptum, sed etiam totius Italiae opes in vnum contractos, quo difficilium eam prouinciam sub imperium subiungat suum? Quid communi fædere allato in quiet, si incerta adhuc societate tua Concilia iactat, si Ecclesiæ tutelam se desertorum denunciat? Quid Francus, quæ ægre ferret hoc ipso fædere Andegauenem veteri regni Neapolitanum iure depelli? Quam indignetur Ioannes Tarracensem, & Siculorum Rex illud idem affectans armis opibusq; Hispanorum ab Alfonso partum, ac propterea ab eodem testamento Ferdinando non iusto filio relictum? Id quidem certe Gallos cum Hispanis aduersus Neapolitanum facile conianget, ac fortasse eo res procedet, vt Cæsar quoque eodem tempore, socio, atq; adiutore Pannonio, Italiam armis inuadat. Cæterum si fædus sanctitati tuæ

optatum differatur, partim Italorum animi permulcebuntur, pari ingenuitate inter se conciliari, magisque concordēs, partim alienigenarum consilia licebit obseruare, qui ad Infubres, atq; Appulos inhiant. Suffecerit in præsens, Venetorum, & Atesti societates Bentiuolorum Bononiensis factione aucta, quibus facile fuerit, lacertos in omnem partem contra hostē exercere; neque dubium sit, Aragonenses, ac Florentinos insequente Martio, Robertum deserturos, quod & illorum Rex per Alfonso filium in se receperit, nihil amplius in Sedem Apostolicam moturum, & horum tutelæ Martius, qui sequeretur, finem afferat; & sibi in posterum curæ futurum, postulante Ferdinando, Infubrem pontifici reconciliare; ac si quæ alia præter spem vis maior inferatur, omnes opes, & vires ad propugnandam Ecclesiam conferre.

Pontifex, quæ Atestini nomine Trochus expofuerat & libenter audiuit, & postea multum se ei debere, tum nonnullis partum, tum frequenti Senatu professus, tum Lotharingi mentionem omisit, tum Borsum Ferrariensem Ducem creare, quod Pius pontifex cum maxime optaret, Italicis disensionibus, vel porius fati celeritate impediens efficere non poterat, constituit, atque completi, & ornare præsentem concupiuit. Borfus porro, vltro petente Ferdinando, Galeazium cum pontifice reconciliauit. Cæsar domesticis rebus intentus, fædus aduersus Galeazium appetere omisit. Vnde pontifex, non Ariminenfis modo controuersia facilem exitum, sed etiam totius Italiae consensum sibi spondebat, quando operante Borso, Cispalini magis, magisque in dies ad concordiam sese darent, & transalpinos suæ curæ domi distinerent. *Pigna de rebus Atestin. lib. 8.*

Consolatus est Deus Sedem Apostolicam, quem admodum Cardinalis Papiensis Paulo pontifici prædixerat, data ei epistola istis verbis.

*Paulo II. Pontifici Maximo.*  
Nunciatum hic est, copias Ecclesiæ his diebus infeliciter pugnasse. Nescio, quantum damni acceptum sit. Varie, & pro cuiusq; affectu narrare hæc solent. *Vicumq; sit, dolo, & contristor toto corde meo, tota anima mea, & totis visceribus meis. Diligo Ecclesiā, & decor eius mihi est menti. Ingrati sunt impij sunt, qui tantum iniquitatis sunt operati. Astiterunt aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Patrem in honorem, à quo semper beneficium, & nuper pacem tulerunt. Matrem oppugnarunt, que seruauit eos, & protexit derelictos. Deus vltionum Dominus, audiat hæc de excelso sancto suo, & ad vindictam exurgat. Scio non opus esse, consolari Beatitudinē Vestram, que magni est animi, & consolari reliquos est consuetudo. Ad consiliū quoq; ego satis non sum. Sed si filio apud patrem, seruo apud Dominum aliquando est locus, supplico humiliter, ne quid propterea vel remissius, vel timidius agat. Confidat in Domino qui non derelinquit sperantes in se, & per hæc detrimenta tentat patientiam nostram. Agitur Ecclesiā, sed non meretur. Vincitur sepe in prælijs, sed nunquā bellis. Causa nobis est optima. Pugnamus pro iustitia contra iniquitatem. In tot iustificationibus nostris, misericordia Domini est expectanda. Perseuerantibus multa sepe vertuntur in melius. Offerunt tempora, que non præuidet ratio. In causa Moguntina magna, & graui, victa ingenti prælio Ecclesiā, tandem vicit. Post deletas ad interuersionem copias Ecclesiæ, deletus est Sigismundus Malatesta. Post profugatos apud Sarnū exercitus Regis, Ducis, & nostros, profugati andegauenles hostes sunt, & pulsi regno. Esti nō sunt nunc ydem adiutores, est Deus, per quem victoria iste sunt habita. Animo tantum, & bona spe est opus. Cætera expediet, diuinum auxilium. Indulgeat sanctitas vestra si improuide loquor. Dolor meus & charitas in Ecclesiam, ita me cogunt. Non dubito Beatitudinem vestram sapientissime, & fortissime consilium esse sponse sue fidei credite. eundem pedibus me semper commendans. Pientia die 3. Septembris. 1469. epist. 329.*

Noua inter hæc res nunciata ex Gallijs est, tam illa quidem miranda omnibus, quam eo in Regno ante hunc diem insolita. Ioannem Baluam, Cardinalem

*Paulus Pp. Borso consilia sequitur, & honorare cōstituit.*

*XX. Paulum Pp. consolatur Cardinal. Papiensis.*

*XXI. Card. Ios. Balues, & Episcopus Verdunensis in carcere conijciuntur.*

*Qualis in hinc Car. iuratus.*

*Ingrati- tudo eiusdem.*

sanctæ Susannæ, & Verdunensem Episcopum, comprehensos à Rege Ludouico esse, & in vincula coniectos. Facti autem causam vulgari, violatam ab ijs maiestatem, & quietem Regni artibus impeditam: Quæ reri, ad noscenda plenius omnia, repetendâ propter Cardinalē Papiensem paulo altius duxi. Is Ioannes, obscuris patribus ortus, cæterum ingenio clarus cum à prima iuuentute Ecclesiam auspicatus esset, in contubernium Iuuenalis Patriarchæ Antiocheni se dedit, qui tum Picauensis præerat Ecclesiæ. Apud eum astu obsequij (nam literis minimum poterat) tantum gratiæ breui est consecutus, vt partim pulsus, partim afflictus, qui longo seruitio primam fidem meruerant, solus iam in familia posset, & reliquorum fortunæ ex illo vno penderent. E us quoq; mox defuncti ad præstandum testamentū relictus, minus grate, minusque religiose eam dispensationem ad ministrasse creditus est. Siquidem multa ad iudicium immutauit, multa ad libidinem egrit. Pleraque etiam Ecclesijs, pauperibusq; legata, in se deriuauit. Inde ad nouum Episcopi Andegauenis famulatum translatus, partem tulit accepti ministerij gratiam. Quo tempore orator ille à Rege Carolo ad Pium missus, hunc quotidie Legationis causa mittebat ad me: qui tum mihi visus is est, quem non eius actiones modo, sed actionum quoq; exitus declararunt. Altiora vero iam spectans, protinus ab Andegauenis ad Regem ipsum contendit, conoptatus primo in collegium Quæstorum ararij: non ignaurem oem muneris eius exercuit. Inde offerente Carolo Melduno, qui acceptissimus Regi tunc erat, huncque propter industriam diligebat ad secretarium vocatus est. Quo in ordine haud dissimilem sui præbuit se: eo amplius excitandam vim omnem ingenij ducens, quo maiorem si ad hæc sisset mercedem operum cognoscebat. Occupato igitur eadem facilitate, obfessoque Regis animo, pecunia illico ditatus est, ac sacerdotijs, nec, vt in dubia fortuna se recognoscens, quod in desiderium veniebat, possidendum putabat. Nulla interim vel nobilitatis, vel meriti, vel amicitia veteris habita ratione. Ad sedem Ebrotensem beneficio Regis assumptus, de Andegauenis, quæ locupletior erat, cogitare iam cepit: post habens recentis nutritoris gratitudinem, paulo amplioris census cupiditate, nec prius desistit, quam in censum criminationibus suis in illum Regis animum, ad perendam priuationem induxit, priuatusq; est, Censura illa digna quidem fuit, Andegauenis vita: nulli rei minus, quam ministerio præfulatus idonea: sed non quæ à contubernali olim suo beneficijs affecto per auaritiam quæreretur. Ad priuati igitur sedem translatus ne in suffragatorem quidem Meldunum inuentus est.

Hunc quoque indignam nimiam iam fortunam desipere: neque id obscure præferentem, astibus circumuenit, varijsque Regi iniectis terroribus, quibus mens eius plus iusto erat obnoxia, comprehendit primum; inde supplicio plecti obtinuit sepe etiam (quod ad nequitia cumulum accedebat) cum à Romano Pontifice grauius aliquid censuit postulandum, prouocauit in eum prius, euentis calumnijs Regem ad nouandasque in libertatem nostram res incitauit. Inde ad uitorem se offerens in tollendi mali mercedem, rem concupitam petebat tanta diligentia consilium regens, vt hunc solum pro nostra dignitate stare ex Gallijs omnibus crederemus. Vrgens itaque in dies oblatam hanc crescendi occasionem, Cardinalatum quoque concepit, dignitatem in Ecclesia maximam, vereque tantum virtuti, ad fidele ministerium debitam egit cum eodem, quem captiuum iam possidebat, vt totis eam conatibus flagitaret: cui assentens ille, tanto animo petitioni incubuit, ac post deprecationes in-

ditumeras, quibus nil esse feruidius poterat, etiam se ita hunc solum contendere affirmaret, vt nullum præterea petitum confideremus. Cuius rei magnæ sponisionis chirographum vltro ad Pontificem misit. Adiuuete ad ruinam suam hominem (quid enim aliud hæc attulit accessio) meritum eius in nos credita magis; quam præstita fides. Item & præcidendarum petitionum fiducia, quibus à Ludouico quotidie ad miseriam fatigabatur.

Creatus est Cardinalis, & post Cardinalatum ijs sacerdotijs auctus, vt iam æquo animo præferere fortunæ suæ finem posset; si inquieta mens grandiora, quæ inueniri non poterant, quærere illum non coegisset. In factum post hæc intolerandum cum dignitate euectus est. Ea quidem rerum licentia; vt omnium iam accenderentur in eum odia; passimque per Regnum, indignatio libera cerneretur, dolentium obcuri hominis fortunam, prælatam tot illustribus esse, ac iam pro Rege imperare. Erat eodem tempore in armis adhuc Burgundiæ Dux, Philippi, vt diximus, filius, Carolo fauens, qui biennio ante à fratre Ludouico recesserat: & in eadem etiam cum contentione profabat. Illum vehementer timebat Rex, quod & potissimum nouerat, & se nuper cum eo congressum prælio periclitatum, pene de fortunis Regni non ignorabat. Credebat hoc vno conciliato, reliquam Galliam ad officium facile redituram. Adhibitus ergo ad pacificationem Cardinalis, vt omnium se auctorem volebat, ad Ducem ipsum contendit: Apud quem, siue gratiam secutus, est pecuniam pactus, id ante, quod de quindecim millibus auri numerum, auctoribus non incertis vulgatum est, in eas se condiciones adduci est passus, quæ turpissimæ, capto etiam Regi poterant iudicari. Nam præter iacturam multarum rerum, quæ grauissima erat, etiam quod extremis discriminibus solet contendere, iurata omnis subiectio, remittebatur à Rege, auctoritatem tamen statuendi non habens, ad illum reuersus, conuicta facile per-suasit. Moxque sine vilo præsidio comitatum eum paucis in oppida Ducis perduxit, fiducia maiore quam animi sanitate. Ibi & quæ condita erant cum Cardinale, & nouam porro in miseris Leodienses conspirationem eodem impulso trans-egit. Vulgata res admirationem ingentem toti Gallia præbuit, tantumque sermonis induxit, vt in eo suam ignominiam recognoscens Ludouicus, magnis edictis vetuerit, ne quis omnino de vllis paucis conditionibus vel requirere quicquam, vel loqui auderet. Duci, & auctori Cardinali ex illo tempore infensor. Hanc alienationem interiores quidam aulici sentientes, stimulis continuis accendebant. Partitisque inter se horis, nunc eius perfidiam, nunc corruptelas, nunc tacitum cum Duce consensum, nunc etiam damnosum fæderis inuidiam querebantur. Quibus rebus breui est factum, vt remissa iam gratia, & vulgato Regis animo contemptus ad Regem, Verdunensem, quem dixi pollicitationibus, permultis allectus, quem cum fama esset, consilijs suis Carolum agi, ideo abducendum putauerat, quod non modo abfuturus inceptor fraternæ disensionis videretur: Sed maiorum etiam dignitatum spe conciliaturus illum, haud dubie crederetur. Verum longe aliter cessit res. Id enim sapientius conaretur licet, obfistentibus tamen ijs, qui apud Carolum manserant, implere expectationem non potuit. Quæ ob causam mox quoq; vt Gallorum est mos, qui ex priuatis tantum commodis homines metiuntur

*Eiusdem perfidiam.*

Conspirat  
cum Epi-  
scopo Ver-  
dunensi.

contempti ipse est captus. Hanc societatem ad do-  
lorem vlciscendum peropportuna Cardinalis exi-  
stimans, agram Episcopi mentem aggreditur, com-  
munemque vtriusque fortunam liberius indignatur,  
quod nuper tanto in honore positi, postremi nunc  
omnium habeatur, & sine causa pristinum locum a-  
miserint. Regem cum ingrati animi esset, cum vero in  
benivolentia contineri, Efferationem, si conferre o-  
peram velit, qua redire in primam gratiam possint &  
Regni administrationem resumere. Male sano, &  
contemptum de Regis merenti, cum facile nouam  
hanc spem suafisset, multis inuicem secreto agitat,  
hac tandem partiuntur redimenda fortunae diligen-  
tiam. Agebat apud Britones tunc, quo salutis causa  
confugerat Carolus, eius cum fratre conciliatio,  
quem ad locum Burgundi quoque oratores, studio  
cognoscendi, conuenerant. Conditionum autem  
prima illa contendebarur a Rege, vt pro Campania  
provincia, quam prioribus quibusdam tractatibus  
fatri promiserat, Aquitaniam, quae maior esset sus-  
tendae dignitatis causa, acciperet. Ad Carolum igitur  
mittit Episcopus ex fidelibus vnum, qui illum clam  
audientis, ante omnia silentij fidem iure iurando acci-  
piat. Inde Aquitaniam dissuadeat recipi, quam sua-  
rum omnium rerum interitum re cognoscat. Esse eam  
provinciam circumuentam vndiq; latissimis domi-  
nationibus Regis, nec amicis aditum praebere, ad  
suam defensionem, nec sibi, si quid inguar durius,  
ad eos effugium. Nil magis autem optare Ludouicū,  
aut quaerere, quam vt in diuersissima Burgundiae pat-  
te illum constituat, in potestateque cum liberit,  
habeat. Documentum eius rei, si quaerit, continentis  
Aquitaniae regiones adijci conditionibus petat. Nil  
non concessurum Regem affirmat, vt & abfistat ille  
Campania & quam longissime se ab adiutoribus suis  
abstineat. Fallaciae plenam pacificationem videri,  
quae illi occasionem vltionis; sibi vero metus conti-  
nuos, miseramq; cum discriminibus, seruitutem ad-  
ducatur: exploratum habere acris, illum odio esse. Re-  
gi, nec tam vnam, quam postremis diebus hanc  
acerbitatem deprehensam. Multa sermonibus indi-  
casse. Multa consultationibus patefecisse. Nuper  
me autem, cum nunciata mors Germani fratris, Hi-  
spanorum Regis, qui & ipse magnis dissensionibus  
regnum miscuerat, fidem interioris voti acceptam:  
Dixisse enim ingenti suspitio: Hoc & mihi ad summam  
felicitatem ceterarum rerum videlicet deorat. Proinde et-  
iam, atq; etiam circumspiciat, nec vltis conuentioni-  
bus fidat, nisi ijs tantum, quae rationes suas tutissimas  
praesent. Si manere in dissidio inchoato velit, fau-  
ros haud dubie sibi principes pene omnis regni, qui-  
bus cum Ludouico maiores, quam ante dissensio-  
num stent causa. Sin pacisci velit, suadere pro sua in  
eum fide, vt promissam Campaniam repetat, cuius  
has opportunitates intelligat, vt propinqua Burgun-  
diae, firmissimum propugnatorem in subsidio habeat,  
terroribusq; & seruitute animam liberet. Facultatem  
quoque adeundi sui, & colloquendi, & consultandi  
principibus praebet. Quos non dubium videatur  
commercij assiduis partim iungendo federibus, partim  
beneficij demerendo, denique etiam suspectos,  
electosque recipiendo, breui omnes in sua magis,  
quam Regis potestate futuros. Qui potissimum ra-  
tione & tutum praestare se possit, & illum vlcisci, &  
sine Regis nomine iam inde regni haecenas apprehen-  
dendere. Addit extremis mandatis, in duris illum re-  
bus sapientiae, & consilij laudem tulisse: non conue-  
nire, cum stabilendae secundae nunciis, periculo-  
rumque legendi fractus alio cum animo inueniri.  
Mandatorum Verdunensis haec fuit sententia: Ac ne  
suspicioni nuntius haberetur, qui vnus ex domesticis  
eius notissimus erat, praemittit eum ad Regem, iubet  
que requiri, nunquid ille in Britanniam velic: doceat

que ad dissoluendam fideiusionem illuc proficisci;  
cuius Episcopus mercatoribus quibusdam reus, vel  
satisfacere ad diem cogitat, vel summo dedecore  
anathema proponi. Non multos post hos dies suum  
& ipse artificium explicat Cardinalis. Eodem loci  
nuncios ad Burgundos oratores, quos diximus, in-  
struit. Admonet quanto Ducis eorum in commodo,  
Carolus Aquitania includatur: & ab veteri coniu-  
ctione longius abstrahatur. Id enim tantum quaei a  
Rege, vt paulatim adductis amicis, sub tempus vltio-  
nis concepta, infirmiore illam inueniat. Andega-  
uenfes nuper socios reconciliatos iam esse: pacifica-  
tionem nunc Britonum ingenti diligentia quaeri.  
Oratores esse designatos, qui cum Anglis, quorum  
Dux fidat praesidio, amicitiam, pacemq; constituent.  
Debere illum consilia haec circumspicere, & ante ma-  
lis occurrere, quae ea praesentia, occurrendi facultate  
adimat. Vnicam prouidendi ratione suo iudicio esse,  
si Carolum in societate contineat, cuius vel solo no-  
mine, quod regni haeres habeatur, magnam princi-  
pum partem secum sit retenturus. Id fieri non diffi-  
cile posse, si recusata Aquitania, confinem sibi Cam-  
paniam cedere illius dominatui faciat. Ad quam sua-  
endam sententiam, vile ostendit, nuptias vt offer-  
rant filio, quanta cum dote is velit. Et ad transitum  
ad Campaniam bonum animum praesent. Nam siue  
mari vicino, siue mediterraneis locis proficisci illuc  
malit, affutura illico firmissima ad iter praesidia. His  
argumentis addit contumeliarum iniuriam Regem,  
quocumque in loco, quorumque in conuentu homi-  
num maledictis Ducem laceffere. Esse illum sine reli-  
gione: insania saepius agitari, & comitali morbo pas-  
sum apprehendi. Habere quoque odio mulierum ge-  
nus, solique libidine marium ita tendere, vt infamem  
se iam apud omnes effecerit. Huius ergo tam  
acerbi hostis, & obseruandos vndique, & interum  
pendos conatus esse. Talia cum Carolo, & Burgundis  
oratoribus, ab ijs duobus essent proposita. Quorum  
alter multum diligere, alter multum intelligere cre-  
debat: neque a vero errare iudicia crederentur, tra-  
ctatibusque prope iam absolutis, impedimenti plu-  
rimum atulere: ita vt in summam suspicionem ad-  
duceretur Carolus, & regij oratores desperatis pene  
rebus redire ad Regem stauerent. Non contenti autem  
his primis discordiarum seminibus, trahente ad  
interitum peccato, opus nouum adiungunt: quo va-  
lidius declinantem iam pacem praecipitari putarent.  
Scribit Cardinalis communi exsententia, mandata  
ad Ducem, prioribus non leuiora, atque ea ita com-  
ponit, vt singula, quae pondus haberent, continerentur  
aenigmatate; cumque suorum neminem esse sibi di-  
ceret, cuius vel probaret fidem, vel intelligentiam  
idoneam crederet, accipiat a Verdunensi fidelem, ci-  
que mandata illa describenda permittens chirogra-  
phum suū, ne casu agnosceretur, discepit: in ignem-  
que coniecit, dedit tamen breuem, sine nomine in  
haec verba epistolam. *Vt scias, quae gerantur apud nos,  
quaeq; ad rem tuam multum pertineant: mitto hunc, a quo  
praesentes reddentur, audi illum, & statue, & nuntia mea ma-  
nu hac scripsi. Non erat autem epistolae ascripta dies  
nec locus, in quo tradita esset. Secusum autem nun-  
tium ipsam (Simon erat ei nomen) edocet; Episcopi,  
quae obseruari ambo necessarium arbitrantur. Fidimus  
inquit, tibi, Simon, & estimationem nostram diligentia tua,  
vt vides permittimus. Nulli tibi meum domesticum delege. Id  
enim imprimis ambo contendimus. A Cardinale tantum esse re-  
nuncium praesent. Cum ad Ducem veneris, matutinum tempus  
obserua, quo ille ad diuina egreditur. Praetereuntes offer episto-  
lam. In secretum te adducet. Audi diligenter, quae dicit. Et  
menti manda. Et tam illa, quam quae a nobis fers hominem  
nulli communita. Erit tibi laboris, si fidem attuleris, atq; in-  
dustriam precium grande, quale pro ijs conuenit, quorum cau-  
sa te vnum ex multis delegimus. Porro autem mandata*

f. tripta

Casu mi-  
rabili de-  
tegitur  
conspira-  
tiones.

Internun-  
cius capti-  
uus.

scripta iterare illum saepius legendo iubet, & re praesent  
interpretari aenigmata, vt nullibi equerente de  
ijs Duce, vel erret, vel titubet. Postquam satis admo-  
nitum, satisque instructum de omnibus vider, dimittit  
illum a se. Erat mandatorum ea se sententia, quae  
imperata ad oratores attenta fuerat. Tantum suspi-  
ones de Rege acris augebantur. Cuius esse certum  
consilium nunciabat, fraternis compositis, thox in  
eum magis bello conuerti. Et conditionibus nuper  
permissa, armis repetere. Eamque ob causam conari  
in dies, quanto studio posset, Britones sibi adiungere,  
quos inclinare iam ad resti eius intelligat, & redu-  
cendo Carolo assentiri. Proinde si vna opera obuia-  
tum huius conatibus cupit, mature ad se transire Caro-  
lum niteretur; quo in potestate habito, magna pars  
regni se cum esset sensura. Nam ne id fieri mox possit,  
classem ad obsidendum mare, terrestres vero copias  
ad pracludendam itinera, sine intermissione parari.  
Cuius rei causa praesent regij ad munera iniuncta, dif-  
simulata causa profecti iam sint. Indormidum non  
esse: sed dum sinant tempora, contrahenda omnia ad  
obsidendum vtilia. Suadebat vero imprimis, vt ciui-  
tatem Ambianensem, siue que eius validis firmaret  
praesidijs: quando ijs ex locis, sciret primum futurum  
incursum. Simone nuncio agente iter, accidit vel fa-  
miliaria equi vitio, vel casu insolito id certe, non sine  
diuino numine Gallia omnis euenisse putauit. Nam  
cum ad vicum Claiam agri Dumenfis venisset: in me-  
dio loci eius consistens, equus progressum detrectare  
pernacius cepit: calcaribusque assiduis fatigaretur  
licet, pedem non promouebat. Desilijt Simon, vt ma-  
nu duceret, quum impellere eques non poterat. Ea-  
dem sic quoque inuenta est pernacitas. Sumpro fuste,  
& illum resiliens vna, contentione, calcaribus, verber-  
ibusq; conuicitur. Non modo non impellitur equus,  
sed ad quamlibet vim, binos, ternosue gradus reuer-  
tetur. Concurrunt ex omni vico ad colluctationem  
hanc intuentum, clamoribus fessur eluduntur: forte ad  
proximam Cauponam milites duo regij paulo ante  
diueterant, recreandi (vt sit) itineris causa. Hi tumultu  
prouocati, ad videndum & ipsi spectaculum pro-  
dierunt. Animaduertunt territum illum casu (in re-  
ligionem enim cuncta iam verterat) non tam conati,  
quam fugientis assimilem, circumstantium nullum  
inspicere: sed solam effugij viam, ocalis pallentibus  
prospicere. Quod vero ex eorum numero essent,  
quibus ea pars finium custodienda obuenerat, colligunt  
illuc ab officio suspicionem, comprehensisque  
habent, consistere hominem iubet, & qui sit, quoq;  
iter habeat, fari. Trepidans Simon, ministrum se Car-  
dinalis proficetur, & ad ficcampi oppidum, vbi pro-  
curacionem in corobio eius habeat, proficisci. Que-  
runt rursum, vnde sit illi origo: ex Bonifario ait castel-  
lo: cum tamen ex Cromulo prope Constantiam esset.  
Haec vero cum trepidantius dicerentur, ab eo magis  
illi suspicionem augentes, flagitari pergunt, quosnam  
in ambobus his locis agnoscat: quae ipsi quaerentibus  
esset, detrahentes eum ab equo, explorator es, inquit:  
simulque distinctis ensisbus manifestare cogunt,  
quid, & in quo missus exploratum aduenerit. Ille ite-  
rato saepius iureiurando, ad nil tale se venisse aiebat,  
& Cardinalis domesticum confirmabat. Tum ex ijs  
vnus diloricatis vestibus pertentare vndique omnia  
cepit, si quas forte Regis hostium litteras inueniret.  
Cumque in intimum thoracis lanei sinum, demissis-  
set manum, conditam in terius, atque assutam episto-  
lam reperit, abstaxitque illico: in clamauit militi, quae-  
nam illa esset epistola, tam celata intime, totiensque  
a se obiuata, veritus multitudinem circumstantium,  
Simon in secretum, ait, locum ducite me: pandam vobis, quae  
porta. In cubiculum perductus, obsecro etiam, ait, date  
mibi dextram salutis, & impunitatem a Rege promittite. Au-

dieta epistola causam simul, & via. Ea data, vt gentis est fi-  
des parum est in contubernio stabitis: Verdunensis  
sum, inquit, domesticus: ceterum a Cardinale mittor ad Du-  
cem. Epistolam sua manu scriptam tenetis iam: quae vero illius  
testimonio eram dicturus, mox quoq; videbitis: ac simul dif-  
fusa cōditiori altera sinus parte mandata profert, tra-  
ditque militibus. Latrilli tanto oblato fortunae be-  
neficio, summa celeritate ad Regem conuenerunt,  
noctuae ingressi regiam, nuntium, & deprehensas  
litteras offerunt. Is vero cum legisset omnia, & refe-  
rentem illum audisset, obstupefactus tam ingrata re-  
rum imagine, simulque suum periculum metuens,  
celatis indicibus mane dici sequentis praetorianos  
suos disponit, dato signo infidatores comprehen-  
dant. Ac mox Cardinalem, & Episcopum, harum ad-  
huc ignaros rerum, vocat ad se, eisque praesentibus:  
Hanc, inquit, reserua meis in vos meritis gratiam? Nunc  
tandem intelligo, quibus in reducendo fratre hostibus oppu-  
gnabar. Intercepit Deus iniqua consilia, Et tuas litteras, Ver-  
dunensis: Eorum domesticum, Cardinalis. En mandata in  
caput meum, hostili perfidia fabricata. Tacentibus illis ex  
conscientia, auertit se statim inflammatus, & con-  
uentum dimisit. Praetoriani verterat praecipitum, am-  
bos circumstunt, & ad duas vicinas arces, captiuos  
perducunt, si daque includunt custodia. Verdunensi  
iniecra cathena sunt: Cardinali propter dignitatem  
carcer liberior datus. Hac vulgata fama, ingens tota  
Gallia gratulatio orta est, lactantium superbum re-  
gnatorem, deiectum esse, & communium malorum  
sublatum auctorem, ac iam tandem quietem a bellis,  
si nemque discordiarum futurum. His actis habere  
de ambobus quaestonem instituit. Rex veritus gra-  
uiora alia impendere, quae operae precium esset quam  
primum agnosci. Mittit ergo ex Senatu suo, qui de  
omnibus quanta possit diligentia quaerant. Accen-  
dentibus ad carcerem illius, sine tormento Verdu-  
nensis, quae vidisset ex scripto Rex, quaeque a Simone  
nuncio accepisset, confessus illico est. Adiecit quoq;  
quae ad auertendum ab Aquitania fratrem ipse, &  
Cardinalis apud Britones paulo ante egissent. Ven-  
iam tamen, quam non esset meritis, eidem depre-  
catoribus orat impetrari. Cardinalis quoque eadem  
fuit eiusdem facilitatis confessio. Rogatus in interpre-  
tationem exposuit, causam etiam postulatam  
machinatorum in Regem, dolorem respondit digni-  
tatis apud eum amissa, potestatisque appetita stu-  
dium, qua semper & regias dissensiones in regno nu-  
trierit, & cum Romano pontifice ad procuranda pri-  
uata non multum conuenit voluerit. Impensius  
autem quaesisse se ait, vt Burgundorum Dux, cui in-  
rasset fidem, & secreta omnia, in eum diem indisset  
plurimum ex consensu principum posset, quo & in  
metu contineretur Rex, & ipse illius suffragio mode-  
rator omnium fieret. Protinus ea fuit in peccatis de-  
tegendis simplicitas, vt moriendum sibi omnino pu-  
taret, & vera confessione, inuenire Dei misericor-  
diam crederet. Regi vt renunciatae confessiones haec  
sunt, illico litterarum exempla, mandatorumque, &  
omnem habitam quaestonem velocibus nuncijs  
mittit ad fratrem. Admonetque iam tandem videat,  
quibus sit consultoribus ante hac vsus, & quamnam  
ob causam in dissidium fratrum, principes illum  
adduxerant. Voluisse eos non illam ex se, sed ipsos  
ex amborum incommodis crecesse. Pudendam vi-  
deri rem tati Regni haereditate satisfaciende inferiorum  
ambitioni, huc atque illuc ad libidiem agi. Proinde  
reddeat aliquando ad fratrem, nec se chariorem exter-  
nis, quam sibi esse existimet, quem non coniugia, si  
foedera, sed idem sanguis; ijdem parentes concili-  
n. Sicut enim Campaniam vel tunc Aquitaniam eliga-  
in sua vtramque potestate esse. Neque vero id agi, vt  
parte vna accepta, in reliquis dominatum praesentiat:

Item Car-  
din. & E-  
piscopus  
Verdunens-  
is.

Annal. E. cl. Tom. 17.

H h h

f e d





XXIII. Constitutio Pauli Pp. de casibus Apostolica sedi referuatis.

functo Henrico rerum Castellæ summam Isabella administraret, neque Ferdinandus suo nomine aut quicquam donaret, aut magistratus externis manderet. De immunitate, iure, & legibus gentis, ne quicquam diminueret, aut nisi vxoris voluntate Reipub. villam partem attrigeret. His confectis, die Iouis ad 15. Cal. Nouemb. nuptiæ quoq; peractæ sunt, Henrico Rege absente. Factum festinatio, ne quis eas casus disturbarer. Ea de causa literæ ad pontificem, Henricum, Reges, aliosq; principes, & proceres datæ, quibus festinatio excusata. Mariana lib. 23. cap. 13. 14. Surita lib. 18. cap. 21.

Hoc ipsi anno, Paulus Pontifex sanctionem editit, de casibus Sedi Apostolicæ referuatis. Ita habet.

Etsi Dominici regis salutem semper intenti, singulis cum humilitate poscentibus, ea benigne concedere iudeamus, per quos peccatorum mole deposita, salua ipsa succedat, & ab hostis humani generis seruitute animas ereptas lucrifaciamus Altissimo, qui nobis eas sua bonitate commisit, id tamen propensiori studio prouidendum esse censuimus, ne cuiusvis indulgentiæ, remissionis, vel facultatis obtentu, Christi fideles procliuiores ad illicita in posterum committenda reddantur, aut versus facilitas, eis peccandi præbeat incentiuum. Hac itaq; consideratione habita, olim emanauit à nobis constitutio tenoris subsequenti, videlicet: Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Paulus diuina prouidentia Papa secundus, qui pridem super plenarijs remissionibus, quæ semel in vita, & semel in mortis articulo conceduntur, formam & normam instituit, ne passim sine exceptione quorumcumq; criminum procliuiores redderentur homines ad peccandum, per Regulam in Cancellaria Apostolica publicatam statuit, & ordinauit, quod in quibuscumq; concessionibus & facultatibus absoluenti, casus infra scripti tamquam speciales Sedi Apostolicæ referuati, semper intelligerentur excepti, videlicet, offensa Ecclesiastica libertatis, violationis interdicti ab eadem Sede impositi, criminum hæresis, conspirationis in personam, aut statum Romani Pontificis, seu cuiusvis offensa, inobedientia, seu rebellio eiusdem Pontificis, vel Sedi Apostolicæ, Presbytericidij, offensa personalis in Episcopum, seu alium Prælatum; Inuasionis, depredationis, occupationis, aut deuastationis terrarum Romano Ecclesiæ mediate, vel immediate subiectarum, ac etiam inuasionis Romipetarum, seu quorumcumq; aliorum ad Romanam Curiam venientium; prohibitionis deuolutionis causarum ad dictam Curiam; Delationis armorum, & aliorum prohibitorum ad partes infidelium, impositionis nouorum onerum realium, vel personalium Ecclesiis, vel Ecclesiasticis personis; Simonie super Ordinibus, vel beneficijs assequendis in eadem Curia vel extra contracta; & generaliter in casibus contentis in Bulla, quæ consuevit in die Cæne Domini per prædecessores suos Romanos Pontifices publicari; considerans, quod plerumque contingit suam sanctitatem huiusmodi facultates, & confessionalia, tam presentibus, quam absentibus, etiam oraculo uia uocis concedere (ne prætextu concessionis huiusmodi, vel penitentes, vel Confessores in supra scriptis casibus fallantur, & fallant) statuit, & decreuit, suæ intentionis fuisse, & esse, per quascumque concessionis, & facultates, per suam sanctitatem, tam scripto, quam uerbo factas, & in posterum faciendas, nemini ligere, irretitos dictis casibus absolueri, sine speciali suæ sanctitatis licentia; quinimo concessionis, & indulgentiæ prædictæ, quoad casus exceptos huiusmodi nulli penitus suffragari. Vt autem ipsa constitutio, (quæ dudum, scilicet Quinto Calend. Aprilis, Anni ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi M. CCC. LXXI. Pontificatus nostri, anno secundo, publicata fuit) eisdem Christi fidelibus plenius innotescat, nullusq; illius ignorantiam prætereundum ualeat, in futurum, presentibus inseruimus, ut ad maiorem omnium perueniat notitiam. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis & decreti etc. Si quis autem etc. Datum Roma apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominice, 1469. Quinto Nonas Martij. Pontificatus nostri, anno quinto. extr. Comm. lib. 5. c. 7.

Extremum anni huius, nõ tam memorabile quicquam, quam flebile habuit. Ioannes Caruagial Cardinalis sancti Angeli, de quo nonnullis in locis supra retulimus peracto iam septuagesimo uita anno, mensè Decembri uita effectus, anto honorum omnium luctu, ut facile sit iudicatum, quali inter homines grati uixerit. Natus hic in Trugillo vlterioris Hispaniæ oppido, cuius Liuianæ historiæ meminerant, Patrum cura, præceptoribus ad litteras datus est. Post prima autem rudimenta, moxque post Iuris professam scientiam, Romam ueniens, opinione præstantis doctrinæ in Collegium Rotæ Iudicum esse cooptatus. Paulo post iuri dicundo Prætor Curie designatus, quibus in muneribus integritatis etiam specimen præbens, ad grauiora adhiberi est ceptus. Fluente tunc sub Eugenio IV. Romana Ecclesia, ad Germanicas nationes, quæ interuentantia Conciliorum uehementius laborant, operosas Legationes sæpius gessit, ac magna est consecutus. Quam ob causam ex Prætura ad Cardinalatum, absens licet assumptus est. Post quem adeptum, non, ut plerique accidit, otandum sibi domi putauit. Sedente Nicolao Quinto, ab eodem iterum in Germaniam missus, consecit omnia, quæ in quærebant. Quo tempore, pacem inter Hungaros, Australesque summo Christi anorum beneficio constituta, in Bohemiam transijt, augmentem in dies perfidiam veterem. Is transitus non sine miraculo fuit, posteriorum memoria commendando. Illic enim à Rochezana, de qua ante retulimus, hæretica gentis in publicam de fide disputationem uocatus, ne diffidere in tanta expectatione Romano dogmati uideretur, assensit. Cumque ad diem dictam in magno Regni conuentu, uterque assuisset, prior Rochezana ab his uerbis disputatione ortus, uidelicet, Aeterni Patris uerbum, ss. Offendente statim Deo malignæ mentis tenebras, progredi ultra non ualuit, ac statim obicit. Resumente iterum, ac tertio ex longis semper interuallis idem orationis initium, iterum coactus est obmutescere. Cum uero stuperet iam confessus omnis, prouocatorque uero confusionem agere conlisteret, lato uultu silentium eius Ioannes excipiens, ideamque initium repetens, tanta memoria, spiritusque disserendo peregit reliqua, ut plurimi diuinum opus mirati, posito eorum ad sanitatem redierint, promissumque diuini Saluatoris, manifeste enituerit, aientis, fidelibus suis; Ego dabo uobis, & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij uestri. Hunc exitum disputationis, & qui assuerunt narrauerunt sæpe, & ipse Ioannes uerecunde admodum, nec tam ad se, quam Dei gloriam Cardinalibus, & alijs interrogantibus confabulabat.

Porro autem à Calixto III. ad Pannonias missus, ea operatus est sexennali labore, ac pertulit, quæ ante retulimus. Opera Legationum, qui illi ab Ecclesia viginti duo fuerunt, salutaria semper sunt inuenta. Pontificum non mandata tantum, sed uota quoque impleuit. Plurimas diuersis in locis paces constituens, libertatem sacri Ordinis, in eisdem amissam restituit. Auctoritatem Romani Legati, & tenuit, & animo præsentis exercuit. Beneficio ingenti populis fuit. Cumq; diuersas regiones obijisset, magna semper tractasset, amplissimeque de omnibus meritis esset, præter gloriam casti Sacerdotij, in domum priuatam nihil intulit; bonum nomen iuxta uerbum Scripturæ, diuicijs multis antefereus. Quamdiu uero apud Pontifices egit, idem, qui foris esse, non desijt. Pepe dit, à Romana Ecclesia, non Plinipnum nutu, quodque mirabile legitibus uideatur, toto eius Cardinalatu, nulli uimquam non interijt Senatui. Solennibus sacris, nullis non affuit. Munera uero cuncta publicæ celebritatis sic primus obiuit, ut nec ualeatudo

XXIV. Obitus Cardinalis Caruagialis.

Hæreticum diuinitus obmutescit.

XXV. Aliud simile nostræ ætate factum.

vnquam, nec priuatæ occupationes cum abduxerint, sententia eius plenè religiosis erant, ac maiestatis Prudenter uidebat, rem dilectè explicabat; abundabat exemplis; tum fucati nihil habebat oratio. Diuina quadam animi, & uultus modestia id assequēbatur dicendo, quod & mirabantur omnes, & præter ipsum, præstare ne, no ex omnibus Cardinalibus poterat. ut cum uidelicet Pontificibus, aut Collegarum cuiquam aduersandam esset, id uerborum, atque agendū genis dēpromēret; quo non reuincere quicquam, sed solum consilium sine contentione dicere uideretur. Asperum, contentiosum uē, aut leue, aut multum actioni numquam admiscuit. Mores eius ab omni ambitione longè ssumē aberant. Habitabat adibus modicis apud Sacellum S. Marcelli martyris, nulla auleorum, aut uelut stragularū uanitate. Familiaris quoque is erat cultus atque modestia, ut in ea sancti tenis disciplina facile uideretur; Amiciebatur cilicio, eoque occulto; orationi, ieiuniisque semper intentus, Prætereo subsidia in opibus præbita, Sanctarum adium instauraciones, quæ nec rare fuerunt, nec modicæ. Patrociniabentibus tenuiorum causis fortissimè præstata, quarum erat Sateles assiduus. Complectar vno uerbo. Vixit summa religionis, & præstantis gloria, in primis Romanæ rei ingentibus bonis. Cumque in ijs tedulo tamquam in publica custodia uigila; ageret, hilaritatem tamen uite numquam omisit. quæ tanta, ac tam continua fuit, ut non minus oblectare plæfuititate homines uideretur, quam adiunare. Verè dignus Ecclesia, & Sanctæ Dei famulari, quem hæc ætas p. i. scis illis nascentis Ecclesiæ Patribus non iniuriæ æquarit. Card. Papiers. Comment. lib. 7.

Ista de congressu Caruagialis cum Rochezana dum scribo, non reticendum mihi uideatur affimile, quod nostra ætate contigit Dembouecij in Pedemontio Polonia, apud illustrissimum D. Georgium Minszek, Palatinum Sandomiriensem, cuius postea Marina filia, Demetrio Magno Duci Moschorum lætissimis quidem uotis, sed infelici exitu desponsa. Pedemontium illud, quæ sitibus Vngariæ adiacet, est confluges hæreticorum, ac præcipuè Arrianorum, Anabaptistarum, Trideitarum, & aliorum Diuinitatis hostium. Nobilitatis pars, blasphemos errores à proxima Transyluania, & Vngaria facile hauit. Præter eo tempore & Zmigrodia, Dominicanorum Cœnobio (absent uia leuca à Dembouecio) P. Frater Gregorius Samborienis, Theologus, & Concionator insignis, Palatino, ad quem nobilitas frequens sæpissimè confluebat, familiaris. Aliquo die dum mentes assiderent, orta inter conuuius Catholicos, & Arrianos de articulis fidei disceptatione, pro more aderat Gregorius, & dissertationes audiebat, sed ægrè, ut potè cui inter epulas minimè probaretur disputatio. Mirantibus cæteris, occur solus, cui incumbere, fidem Catholicam tueri, taceret; Palatinus ad loquendum inuitauit. Ille tempus tacendi, & tempus loquendi esse præfatus, in opportuna contentione fore dixit, ubi de fidei mysterijs, non uerbi ministri, sed laici inter pocula, non ex uia, aut ex disciplina Ecclesiastica, garrirent potius, quam differerent; ignari, de quibus affirmarent, aut negarent. Si disputationem cuperent instruere, addicerent in locum, ad tempus conditum suos Concionatores, seu ministros; ipse quoque diuino freris auxilio, congressum non refugeret; illi frequentes adessent, & arbitros disceptationis eligerent. Dictum, factum. Altero quopiam die, Demboueciani magno numero & ipsi adfuerunt, & ministros quos uocant, ætate graues, & blasphemandi, adul erandique uerbi Deiteruditos, secum adduxerunt. Dum in frequenti Catholicorum, & ad-

uersariorum confectu assident, primas loquendi partes, vnus Arrianorum Ministrorum (Biesagam uocabant) veterator, & Blasphemator insignis præripens, pro inuocatione Sacri numinis, contumeliatum, & blasphemiarum plaustra inuehere cepit. Audiebat illa Gregorius, sed qua erat religione, trepidans, ne terra ad tam horrendam blasphemandi rabiem de hisceret, signum crucis sibi palam uidentibus cunctis, atque factum mirantibus imprimebat. Non potuerunt aliqui Proceres ferre: qui interrogarent; *Ecquid signaculum salutis repereret?* Tum illic; *Annon auditis, ait, per os istius blatteronis, Satanam loqui? An ea est sapientia, quam Iacobus Apostolus de celo descendente pronunciat, pudica, modesta, sobria? Quin si uultis, experimentum faciam; Demonem huic assidere, & tam execrandas uoces insurrare?* Dixit; stolam Sacerdotalem collo impoluit, tum ex formula adiurandi malos Genios, uoce, quæ ab illo Sathanæ organo exaudiretur, Demonem qui ore illius loquebatur, ut desineret blasphemare adiurauit. Mirum; statim, atque exorcismi uerba P. Gregorius protulit, Biesaga iterum, & aliquoties ex repetitis interuallis continuare inchoatum termonem conatus, ne uerbum quidem amplius proloqui potuit: ingenti confusione hæreticorum, quos ea ratione uerbum Domini triumphauit.

Hoc anno 1469. rebus humanis exemptus est, Beatus Aloysius Roxiate, Bergomas, Episcopus Mantuanus. Adolescentulus Bergomi Dominicanum institutum professus, ad eam sanctitatis perfectionem euasit, ut speculum totius religionis appareret. Doctrina præterea eminenti, & facundia insigni, docendo, & concionando multos fructus in populo fecit, quandoquidem plurimos peccatorum, ad ueram penitentiam adduxit & innumerabiles hæreticos ueræ fidei radio illustrauit, præcipue Mantuæ: ubi Clerus, ac populus dignum Episcopatu uerbis illius censuit. Inter curas pastorales, cum maxima charitatis, patientiæ, & aliarum uirtutum exempla dedisset, tandem ægritudine confectus occubuit. Decumbentis lectulum, cœlitus de lapsa lux circumdedit, auditaque est uox, *Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui. Pius de uirni Illustri. Ordin. Prædic. libro primo.*

XXVI. Obitus B. Aloysii Episcopi Mantuani Ord. Prædic.

IESU CHRISTI Anno 1470.

PAULI PAPÆ II. An. 6. & 7. FRIDER. ROM. IMP. An. 19.

DE LATVM à Paulo Pontifice Regnum Bohemorum Mathiæ, Casimirus Rex Polonia ægrè ferens, multa de iure suo ad illud Regnum, apud Sedem Apostolicam, datis literis, missa que legatione commemorauit. Paulus ergo Pontifex metuens, ne ille ius suum armis profereatur, Alexandrum Forliuensem Episcopum, cum potestate Legati Nuncium ad eum destinauit. Is Gorcini, legationis summam Casimiro exponens, excusabat Pontificem, quod Bohemiam illi attribere non posset, propter Marthiam Vngarorum Regem, cuius insignia extarent merita in Sedem Apostolicam, & Rempublicam Christianam, arcendis Turcis, & oppugnandis hæreticis. Dicebat, eius quæsitum, anferri non oportere; iungeret potius cum eo Casimirus affinitatem, filia matrimonio; quæque contra Georgium hæreticum, & hostem Ecclesiæ,

I. Polonorum Regem Paulus PP. conciliare curauit.



arma sumeret. Addebat etiam, habere se in mandatis, ut Matthiam quoque adiret, si quid commodate Casimiri rationibus posse videretur. Venit eodem, & Imperatoris Friderici Legatus, Raphael Lescinius, eques Polonus, verum complures annos in ministerio Imperatoris versatus, eique inter paucos charus, homo magni animi, qui parvi fecerat difficultatem itineris, pericula, & insidias à Matthia Rege paratas, quarum ergo Theutones Legationem illam defugerant. Is igitur commemorata Friderici in Matthiam singulari, & penè paterna benevolentia, compluribusque officiis, & beneficiis, inter quae & illud erat, quod eius opera, & commendatione, cum nonnulla Casimiri suggestione coniuncta; Pontifex, Matthiam regnum Bohemorum detulisset, de ingratitude, & superbia eius questus est, quod is, dum Fridericus abesset, Italiam obiens, Baumkircherum, & quosdam alios Austrios, ad rebellionem, & infestandam Austriam concitasset, eosque in fidem, ac defensionem suam suscepisset. Proinde nihil commune deinceps Imperatorem cum eo habere velle. monere autem Casimirum, ut & ipse ab eo sibi cauere, ut ipse vafro homine, fraudulento, & cupido. Porro qua de re Casimirus Stanislaum Vislicium, Oratorem ad Fridericum misisset, hoc est, de fœdere, & amicitia, ipsam quoque Fridericum idem cupere; quin etiam ad affinitatem cum eo iungendam propendere. Mitteret igitur Casimirus his de rebus ad ipsum Oratores cum luculento mandato. Incurta fuit ea legatio Regi; nec mota Derslaus Rithuanianus Sendomiciensis, & Stanislaus Ostrorogus Califfensis Palatini, ad Fridericum proficisci iussi, ut accipiendam Vladislao Regis filio, Kunegundi filia Friderici, vxore, dandaque vicissim ipsi, aut certe filio ipsius Maximiliano, vna de Regis filiabus, affinitatem vltro, citroque, & fœdus contra Matthiam iungerent; quo fœdere diserte cautum esset, ut Fridericus adiunxerit Casimiri liberos, in consequendis Vngarorum, & Bohemorum regnis. Verum i fœdus modo reportarunt, quod tamen Rex cum Senatu non probauit, propterea quod in eo, Fridericus, se Regem Vngariæ scripserat; quæ res Regionum liberorum iuri derogatura esse videbatur. Conuenerat autem, ne vterque ad alterius regna, ac dominia aspiraret. Ad Georgium item missi Iacobus Dembenius Cancellarius Regni, & Stanislaus Sidlouecius Castellanus Zarnouienis, postulaturi, ut is Vladislao Casimiri filio viuentem regnum traderet. Iussi etiam iidem cum proceribus Bohemis, Matthiam partes sequentibus, agere de reconciliatione, cum Georgij partes meliori loco iam tunc essent. Habebat enim is non contemnendum exercitum, & Gradiscum diuturna obsidione liberauerat; in Tirnauiensem agrum Vngariæ, vicissim excurrerat; Matthiam cum equitatu Bohemiam circum Kithnensia metalla vexantem, raptim sese non sine ignominia, & incommodo recipere compulerat; & vero Silesiam prædiis vacuum, quippe qua diuturno bello iam exhausta esset, longe, lateque infestabat, ita ut Silesiorum Duces, atque ciuitates, vastationem agrorum suorum, magno redimere cogebantur, & Matthiam denunciarent, se rebus suis aliter prospicere oportere, ni ille si ille maturè opem ferret. Legato tandem Apostolico, Petricouia in Comitibus ad diem xxv. Octobris congregatis, datum responsum, petitumque, ne Pontifex priorem de regno Bohemico sententiam, quid Casimiri liberis iure successione legitime detulerat, mutaret; neu quid denique præcipitanter ageret, donec Regij Legati cum nouis mandatis, ad eum venissent. Iussi quoque Romam proficisci Michael, Abbas Lyffecensis, siue Calaimon-

is, & Iacobus Dembenius, Præfectus Craconiensis, Regni Cancellarius. His mandatum, ut confirmationem pacis Præficeret, & regnum Bohemicum, Vladislao Regis filio iterum atque iterum peterent; ad Georgium ex itinere diuerterent, eumque cum suis hortarentur, ut resipisceret ab hæresi, & in potestate Pontificis esse vellent, ac de Regni successione staret promissis. Videbatur enim is mutata sententia Matthiam id destinare. Solutis Comitibus Rex cum Regina Posnaniam, vori à Regina nuncupati apud Basilicam Sacratissimi Corporis Christi exfoluendi causa iter fecit. *Eromerus libro vigesimo se-*

*primo.*  
 Grauior cura Pontificem excepit, ex causa Eubeæ insulæ, & Chalcidis, seu Nigropontis vrbis amissa. Sub vernum tempus, validam è Constantinopoli classem centum, & amplius triremium Turcæ educentes, Lemnum insulam primo cursu petiere, in qua Coccinum oppidum adorti occuparunt, ac captum, direptumque incendio absumperunt: Inde in Eubeam mouentes, copiis centum viginti millibus Turcorum, in insulam ponte traductis, ad Diui Marci templum, mille circiter passus à Chalcide castris positus, collocatisque pluribus locis ad contutuenda mœnia bellicis machinis, vrbem obsederunt. Fama eius obsidionis Romam perlata, Paulum Pontificem sollicitum habuit. Ergo impetranda victoria, liberandorumque obsessorum gratia, indicta ad Basilicam Lateranensem die viii. Iulij supplicatione, ipse nudus pedes sacram Diuæ Genitricis imaginem, qua in templo Populi ad portam Flaminiam religiose seruat, piè circumtulit, eodemque prolato sancti præcuratoris capite, aliisque diuortii reliquiis, vna cum vniuerso Clero, & populo, diuinam protectionem implorauit. Indulgentiamque plenariam, omnibus, qui simul preces coniungerent, concessit. Eandem supplicationem, die xv. Iulij, ad Sanctum Petrum, prælato SS. Sudario, & Sanctæ Andree capite instituit, ac obiit, Christianoque omnes ad orationum frequentiam, contra nominis Christiani hostes quam diligentissimè incitauit: ac interea Reges, & principes eius obsidionis certiores fecit, rogauitque ut pro communi salute solliciti, aduersus illos arma sumerent. Irrita petitio fuit; quandoquidem maluerint singuli, priuata alere odia, quam Christianis opem asserere. Hostes interim Chalcidem vrbem corona cinxere, machinisque ingentibus, pluribus in locis ad muros admotis, triginta circiter dies obsidione producta, ter totis viribus, maxima cum suorum strage oppugnauere, ac tandem in potestatem redegere. Sedit autem Eubea, ut de insulæ situ, & ordine, quo capta, pauca subiiciam, in Aegeo mari, sita, inter duo promontoria, Gerasum ad Atticam vergens, & Caphtareum ad Hellepontum, Bæotique auulsa per centum quinquaginta millia passuum, circuitus autem eius trecenta, & sexaginta stadia excedit. Multas olim vrbes insula habuit, Pyrram, Portanum, Hesium, Cerinthum, Oreum, Dium, A-chaliam; id temporis tantum Chalcidem, è cuius regione in conspectu Aulis sita est, modicusque interluit Euripus, qui ponte iunctus, transensum in insulam ex continenti præbet. Chalcidis obsessa fama, ingentem curam, ac meritum Venetæ Reipublicæ iniecit. Quare Patres ad potentissimi hostis conatus repellendos, quotquot triremes expedite, instruereque potuerit, alias post alias iniretore cursu, ad subsidium mittendas curarunt. Verebantur enim futurae cladis quasi præcij, ne nobilissimam insulam furens Turca expugnaret; qua occupata, omnem breui postea maritimam Græciæ oram, cunctaque Aegei Pamphilijsque ma-

II. *Classem Turcæ educentes Eubeam, & Chalcidem capiunt.*

*Obsessis Christianis Paulus PP. & Veneti succurrere satagunt.*

ris insulas vsque i. Syriam armis subacturus esset. Præerat classimaticæ Nicolaus Canal. s. Is cum ad angustias Euripi applicuisset, quattuordecim ex tota classe triremes, viris, armisque optimè instructas, & onerarias duas, sub Bartholomæi Minij ductu, ad ponte. n. disticiendum præmisit. Quem motum cumpitum Mahometes intellexit, de fuga cogitare cepit; iamque equum expeditissimum conscende. at, ut statim ex insula, donec integrum esset, in continentem abiret. Asiaticæ oræ præfectus, ne id faceret, admonuit; fore, ut si inde arripere fuga discederet, vniuersam classem, & copias in discrimen adduceret: quin porius vrbem ipsam atrocissimè, terra, marique, ad incutiendum maiorem terrorem, sub profundam noctem oppugnatione adoriretur, eamque militi dimpendam, publicato edicto proponeret. Bassæ consilium Mahometes sequutus, continuo suos ad nouum, vltimoproposuit, qui primus Odhomanica signa in muris itaueret. Non desuit in vrbe proditor Thomas Illyrius, homo omnium nequissimus, machinarum Magister. Is signum Turcis dedit, ut in loco stationis turæ, muros, vbi d. biliores erant, bombardarum icibus verberarent, faciliè ruituros. Sub obscuram igitur noctem, & copias terra, & ex Euripo classem mœnibus improuiso, magnis barbarorum clamoribus admota est, pugnaque atroci vrbem ex omni parte ferox hostis fatigauit. In tanto discrimine Chalcidenses constituti, omnes à Venetis triremibus, ad Nicolaum Canalem conuersi, vno ore clamabant, ut supplicias actum ferri iuberet, paratos se vel vincere, vel fortiter pro sociæ ciuitatis salute occumbere. Picemani fratres Cretensibus, nobili familia orti, onerariæ vniuersæ præfecti, primas partes ad erumpendum sibi dari flagitabant, pontemque impetu naui rescissuros pollicebantur, aut si facta obstarent, non dubituros se, & suos, ut viros fortes decet, mori obicere. Venit Canalus, eos, & alios quicquam temere agere, ac reliquam classem expectandam censuit, quæ proximo loco ad Politiam subsederat; statimque misit, qui eam ac essent. Chalcidenses interim tota nocte dimicando defessi, agrè iam Turcorum armis resistere poterant. Magistratum præsentia eos non parum confortabat. Aderant enim Paulus Eriuz vrbis Prætor, Ludouicus Calbus Præfectus, Ioannes Bondimerus Legatus, Aloysius Delphinus Quaestor, ac plerique alij, patricij viri, qui militum, oppidanorumque statim obeundum singulos hortabantur. At miseri Chalcidenses amicæ classis auxilio destituti, vulneribus, media, per uigilioque affecti, quum tota nocte incessanter dimicassent, atque amplius non possent, circa secundam diei horam propugnacula, stationesque deseruerunt. Tum hostes, nudatis defensoribus muris, irruptione subito facta, vrbem cepuerunt, fœdissimamque eadem ediderunt, ac armatos, inermesque pariter obrutuauerunt, quotquot autem Italici erant generis, palis infixuerunt; sed nec impuberibus pepercerunt. Cæsi quoque Magistratus, alij alio loco. Nam Ludouicus Calbus in foro fortissimè pugnans occubuit: Bondimerus Legatus in priuatis ædibus Pauli Andreotij, quo confugerat. Eriuz autem ex muris citiore loco, vbi se tenebat, sub Mahometis fidegressus, ad conspectumque eius adductus, crudelissimo mortis genere interemptus est. N. m. caui atus immanis tyrannus, pollicentem se fuisse, cernici non lateribus paratum, infandis perfidii hominem medium secari iussit. Prætoris filia, virgo castissima, & venustissima ad Mahometem adducta, cum turpitudini consentire

proflus renueret, protinus iugulata; proque fide, & castitate martyrio coronata, sponso Virginum CHRISTO sponfa in æuum est in cœlis coniuncta. In alios omnes magna crudelitate vius est, in vrbem cædis suorum, circa Chalcidem paucis illis diebus amissorum. Nam ad quadraginta Turcorum millia Chalcidensium armis cæsa cunctur. In vrbe supra quinque millia ferro barbarico occubuerunt. Cætorum capita publicè ante Patriarhæ ædes, ad Sancti Francisci templum coaceruata, luctuosum, horrendumque omnibus spectaculum præbuerunt. Cadavera ipsa tam intus, quam foris passim iacentia, ne postea fœtore potius cælum inficerent, in proximum Euripum proiecta sunt. Amissa Chalcide, Veneti, ad Paulum Pontificem Oratores misere, Bernardum Iustinianum, & Aloysium Foscarenum; ad Ferdinandum autem Regem, Zacharium Barbarum, qui publico nomine postularent, vti in Mahometem communem hostem, pia arma induerent. Miserunt & ad Vian Cassanum Persarum Regem, Catherinam Zenum, cum quo aduersus Turcas fœdus est initum. Canali autem in Carnos relato, Petrum Mocenicum suffecerunt, qui in Græciam profectus, naues inprimis reficiendas curauit, & circa Aegei maris insulas ipse profectus populorum animos Euboico excidio conseruatos, magnis exhortationibus erexit. *Iustinianus libro octauo, historiarum Venet. Ciacconus in Paulo secundo, & Relatio in Chronicis Turcicis Loniceri de Chalcidis expugnatione. Bosius libro nono historiarum Rhodiensium.*

Cum autem ista in Oriente agerentur, PAVLVS Pontifex ut opem rebus afflictis afferret, inprimis controuersas omnes inter potentatus Italianæ sedare, eosque fœdere deuincere cupiens, cognitionem illarum, & facultatem statuendarum fœderis conditionum Cardinalibus, Nicæno, Sancti Marci, Neapolitano, & Theanensi commisit. qui post multas hinc inde cum oratoribus diuinationes, tandem effecerunt, vti ad duodecimum Calendarum Aprilis illa ipsa societas sit confirmata, quæ ante quinquennium fuerat inita, vnde inter totius propè Italianæ Principes, ac libero populos fœdus sancitum, paxque constituta. Inde multo grauius differendo modo ac consultando, vocatis etiam transalpinorum Principum Legatis, de expeditione contra Turcas agitur, efficitque, ut inprimis Itali, deinde exemplo eorum ceteri Principes, nomina dederint; eamque piam militiam, PAVLVS, ipso die Natalis DOMINI publicauerit. Id quidem bellum Venetorum causa inprimis suscipiebat. Et quidem FERDINANDVS Rex, priuata vilitate adductus, non grauatè opem promissit: quippe qui mutuum beneficium speraret, si Andegauensium, aut Hispanorum armis peteretur. Fœderis duo capita inter hunc, & Venetos conscripta fuerant; Si Mahometes bellum FERDINANDO faceret, Veneti sex longis navibus, onerariis viginti auxilio essent. Si Venetis, FERDINANDVS triremes viginti, onerariis quattuor submitteret. Galeazius Mediolani Dux, quamquam Pontifici affirmaret, se cum FERDINANDO consensurum; contra tamen, LVDovicvm Galliarum Regem in Italiam euocabat, ut eius ope, quæ olim Insulæ iuris fuissent, sub veterem Imperij formulam redigeret.

Ea propter fœderi inter FERDINANDVM, & Venetos adiunctum; Si Galeazius Venetos armis adoriretur, vti Ferdinandus 70. equitum turmas, peditum millia IV. priuato stipendio præberet. Et

III. *Conciliare studet Paulus PP. principes Christianos, & in Turcas concitat.*

*Turcarum sauitia.*

Obstat Gal-  
liarum  
Res.

quidem L. donicus Rex, siue incitante Galeazio, siue Renato Andegauio inflammante, siue etiam ipse, ex occasione pragmatice constitutionis, quam Paulus abrogatam esse volebat; nec minus ex causa Ioannis Balua Cardinalis, quem anno superiore Rex in vincula coniecerat, quemque calumniis oneratum esse Paulus non ignorabat, eaque propter liberatione ipsius omnia tentabat; Paulo infensus, nihil magis, quam in ordinem redigere illum cupiebat. Quamobrem vel ipse venire, vel Ioannem Renatium in Italiam mittere designabat: ac preterea missis ad Reges, & Principes Christianos legationibus & litteris, postulat; vti vires aduersus Paulum Pontificem, cum quo controuersia erat, sociarent, indicendo ex toto orbe Christiano Episcoporum Concilio, Negarent istud principes nempe certissimum dissidiorum fomentum, terti Schismatis originationem; cuius rei superioris temporis memoria multa exempla suppeditaret. Sed & Deus consilia Ludouici dissipauit; Ioanne Andegauen- si per id temporis defuncto Barchinone; & contra Henricum Angliae Regem, ab Eduardo amulo armis excutatis; cui dum Ludouicus opem ferre maturaret, ab Italicis rebus animum auertit. *Pigna libro octavo, Ciaccona in Paulo II. Mariana libro vigesimo tertio, cap. 15.*

IV.  
Carlin. &  
episcopus  
quidam sunt  
in vincula  
coniecti a  
Rege Gal-  
lis.

Quod Baluam Cardinalem attinet, Meyerus producebat quendam Scriptorem Lexouiensem huius temporis aequalem, qui narrat, Ludouicum Regem, postquam Leodienses in Carolum Burgundiae Ducem multis promissis semper sollicitasset, auxilia illi semper promississet, fidem illis datam sefellisse; & quod grauius est, ad opprimendum eos, vna cum Carolo venisse. Cumque in castris edictum esset, vt nemo sine Cruce S. Andreae (quod signum erat Burgundi) apparet; non modo Francos, qui cum Rege erant, sed & ipsum Regem paruisse, & signum crucis Burgundicae in suo vestimento publice portasse. Et vt magis se Burgundo probaret, cum multi ex ciuibus clamarent, Regem, vt promiserat, Leodis auxilio venisse, ipsum ore proprio reclamasse, *Vos meminimi.* Et cum ciues, vt ei gratularentur, & in suas partes traherent, *Vivat Rex;* ipsum contra proprio ore clamasse, *Vivat Burgundia.* Cum autem eius rei grauius inuidia deflagraret, quod illos, quibus suam fidem omnibus sacramentis obstrinxerat, & cum quibus multo tempore concordiam, amicitiam, & foedus coluerat, turpiter prodidisset, & non solum hostile signum sibi assuisset, sed & ad perdendos illos, vires coniunxisset; reuersus in Galliam, graui edicto prohibuit, ne quis aut de pace Peronen- si, in qua Carolo contra Leodienses pugnaturo se futurum promiserat, certe probrosa, aut de professione Leodium, maxime illi ignominiosa loqueretur. Cum vero longe plura in eum quotidie opprobria iacerentur, quam si non prohibuisset; vt se aliquo colore excusaret, omnem culpam in Cardinalem Baluam reiecit; ideoque confectis, & aliis quibusdam causis, illum, & Guilhelmu Episcopum Verdunensem, in carcerem coniecit. Duo isti praefules, postquam viderunt Thomam Lorallium, fidelissimum Caroli Normanniae Ducis, fratris Ludouici Regis ministrum, toxico sublatum, Carolo quoque ipsi au- hores fuisse, vt diligentissime sibi a frater- nis insidiis caueret. non fore, quin & ipse veneno malo peteretur; Summaque ope perficere contende- bant, ne a Bria, atque Campania, Burgundioni vicinis ditionibus Carolus discederet, quo tutior ibi foret a perfidia fratris, qui ad id maxime daret opera- ram, vt translatus in Aquitaniam, remotumque a Burgundionis patrocinio necaret. *Meyerus annal. Flandr. lib. 16.*

V.

Longe grauius ingratiudinis, atque impietatis

exemplum dedit in Belgio, *Adolphus Egmondanus*, in patrem *Arnoldum* cui tamen praerertendo, vel casti- gando, cum Paulus Max. Pontifex, & Fridericus Imperator, frustra incubuissent, diuina vindicta non defuit. Adoleuerat Adolphus, Arnoldus Geldriae Dux, & Dynasta seniar, eiusque diurnum imperium, & vitam ille aegre ferre inceperat. Itaque per factionis quosdam e popularibus in arma traxerat, & patri bellum palam intulerat. Sed pater viribus, & causa melior, obfessum in oppido *Venlone* tenuerat. Principum tandem vicinorum interuentu pax coierat, hac lege, vt iuuenis in *Noviomagenem* sibi acciperet, teneretque, in qua libere & solus domina- retur. Sed exigua haec ei portio cula vtilis refilit mox a foedere, & familiares quosdam patris in eius contumeliam laqueo enecauit. Cumque videret a se vim frustra tentari, ad alienam potentiam fugerat, ad *Philippum Bonum Burgundiae Ducem*. *Bruixellam* venerat, patrem accusabat, sese approbabat, promittebat multa; sed apud vere *Boni* Principis surdas aures. Desperatis igitur auxiliis, ne patrem videret, Hierosolymam properauerat, homo sacer scilicet ad terram sacram. Paulo post redierat, omnium inops, nec nisi ad patrem. Receptus amice, & ipse peruenientiam, & amorem simulauit, sed vultu, non animo bonus. Nam fraudem, & insidiam patri statim ita struxit. Erat senex *Grauius* ditionis suae tunc oppido, cum vxore veniit quasi per officium filius. More gentis e- pularunt, & biberunt largius, saltarunt etiam in multam noctem; ipse senex Duce sustentante, & in filij gratiam praeter vires, & mores latiore. Tandem cubitum sese conuertit. Vix fecerat, cum adfuerunt a *Noviomago* (ij iuueni parabant) cincti armati, & ab *Adolpho* clam intro missi: ac recta ad cubiculum Du- cis, duce filio operantur. Pulsant fores ille de le- do, iocos, & choreas etiam tunc cogitans, negauit id noctis saltare ultra posse, iuuenes facerent, & abi- rent. At illi effractis iam foribus adstantes, iusserunt surgere, & se consequi. *Quo autem*, ait senex, & vbi filius? Miser, vbi auxilium putauit, exitum fuit: & ille improbus; Pater, inquit, necessitati parandum est, a- ge, sequere. Nectant illum expectarunt, vt tuniculam interiorem apraret, atque indueret, ne tibialia quidem sumeret. Sed pater equitantes filium nudis pedibus, & corpore, ita se qui coactus est *Buram* vs- que ibi carceri tetro includitur a filio, & sex annos totos detinetur. Tandem improbitas quereas vulgi excitauit, sed & minas Principum vicinorum, e quibus Ioannes Cluiae Dux, ipsius *Adolphi* auun- culus arma etiam sumpsit: atque a se parum validus, auctoritatem, vel auxilia a Pontifice Paulo secundo, & Friderico Imperatore petiit. Illi statim auerunt, ad *Adolphum* acres, minaceque litteras scripserunt, & vt patrem luci, & libertati redderet, iusserunt. Nihil sit, ridet. Itaque ijdem, Carolo Audaci valido Principi totam rem commiserunt; libertaret senem, reconciliaret filium, denique faceret, quod ex aequo, & vsu videretur. Ille vtrumque coram se sistere ius- sit, qui in Galliae finibus Dorlani tunc erat. *Adolphus* haud spernendam iram, & iustam tam potentis vicini- ratis, patrem secum eo duxit, accusavit in consilio, foeda, & falsa in eum ingessit. quorum facile purgatus senex, bonorum, & illustrium virorum testimoniis, tandem impatentia, & fiducia eo prorupit, vt filium ad singulare certamen prouocaret, ferro, & Deo iudicibus innocentiam suam asserturus. Mos tunc sa- tis creber in martiali illo populo erat. Sed Carolo tamen abnuuit, foeditatem rei proponens, & insolentiam, & simul in euentu incerto certum scelus, vte- cumque vicisset. Ita re cum suis deliberata, pro sen- tentia dixit, *Arnoldus pater solus titulo Ducis vtatur: sed si- lio oppida, arceque totius Geldriae cedat, sola Grauius sibi ex- cepta. Accipiat in alimoniam de manu filij, tria quotannis au-*

Ingrati-  
tudinis exem-  
plum & a  
Deo vindi-  
catum.

reorum

reorum militia. Has condiciones, nemo abnegabat, filio bonas esse. Sed non silent historici Carolum nescio qua occulta causa, an pacto, in filium proniorem. Quid tamen deinde? Refertur ad filium, & quidem a viuis primarijs, & grauius, inter quos Philippus ille *Comineus* erat, qui haec scripsit. At ille respondit in ipsa verba: *Malle se precipitem dare parentem in puteum, se deinde supericere, quam vt in has condiciones pacificatur. Quid malum? inquit, pater alibi imperet, qui totos quadraginta annos omnibus praesui? Aequum est, vt nostris quoque iam vices sint; nec alius admisso, quam de pensione. vt pater tota Geldria cedat, atque adeo excedat, nec trium millium; sic quoque, vniquam pedem in eam referat.* En responsum, non tam impium (& ita tunc omnibus visum) quam insa- num. Igitur Carolus, cui alia res praerenda, cum idipsum temporis Ambianum Galliae Rex intercep- sisset, dilata hac cognitione, expeditioni se parat. Iu- uenit suspicatus detentum se in, auersione animo- rum cognita, fugam cum duobus comitibus, Gallica veste, ad suos capit omnia in reditu vi, & armis occu- paturus, aut turbaturus. Sed ecce *Namuri*, dum Mo- sam flumen cymba transmittit, agnitus ab vno, altero- que veterum, mox a pluribus, capitur, & ad Carolum reducit, qui *Viluordiam*, atque inde *Cortra- cum* duci, & in honesta custodia asseruari iussit. Man- sit ad Carolum ipsius mortem; cum *Gandauenfes*, pro suo tunc more turbas daturi, hunc idoneum ducem arbitrati, eum soluunt, & bello in *Tornacenses* pra- ficiunt, quos tunc Galli habebant. Iuit cum manu ali- qua, adequitat mœnibus, erumpit praedictis; & mi- ser inter primos cecidit. Ita Deus iustus iudex, talio- nem reposuit. vt is, qui patrem carcere puniuit, ipse sustineret; & qui mortem machinatus est, ipse subiret. *Lipfius lib. 1. monit. & exempl. Politic. c. 5.*

VI.  
Conuentus  
pro bello in  
Turcas &  
haereticos.

Quo anno Carolus Audax, ex Pauli Pontificis, & Friderici Imperatoris auctoritate, iudicio inter *Arnoldum*, & *Adolphum* intendebat, sub feracis *Sancti Laurentij* martyris venerat ad eum, Cardinalis ne- pos ex forore Pauli Papae, *Sigismundus* Dux Austriae, Legati item Venerorum, & plurimarum gentium, vt de bello in *Turcas*, & in *Podiebracium* delibarent. *Meyerus Annal. Flandr. lib. 17.*

VII.  
Iubiles An-  
nus ad  
XXXV. con-  
trahitur.

Inter has reipublicae Christianae calamitates, pe- riculaque impendentia, Paulus, ad promerendam diuinam benignitatem intentus, annum *Iubili* ad *XXXV.* annum contrahere voluit, eaque de Con- stitutionem Apostolicam promulgauit; hoc tenore, qui sequitur.

Paulus Episcopus, Seruus Seruorum Dei. Ad per- petuam rei memoriam.

Ineffabili providentia Summi Patris, qui pro redemptione humani generis, eiusque reconcilianda natura, ad praerari- catione, perpetua mortis damnatione multata, vni genitum suum, vestem nostrae mortalitatis assumere, & post Eu- angelicae doctrinae sacra erudimenta, ac vita ipsius actus, & conuersationis exempla, Crucem voluit, & mortem subire, laudabili imitatione nos instruit, vt qui insufficientibus me- ritis vices ipsius Redemptoris tenemus in terra, summis eni- tamur studiis, gregem Dominicum vigilantia nostra sua pra- ordinatione commissum, quem callidi hostis versutia a iusti- tia limitibus sepe diuerit, auctori nostro, qui non mortem, sed penitentiam desiderat peccatorum, reddere acceptabilem, & bonorum operum sectatorem; vt in extremi, tremendi- que iudicij ratione reddenda, rigor em iustitiae, & vltionis me- ritae euitare possimus. Decet igitur, mentis nostrae intuitum, ad ea vigili intentione conuertere, per qua supremi favoris, suffragante presidio, ita vniuersorum Christi fidelium ani- marum saluti prospiciamus vtiliter, & gratiarum spiritua- lium donis salubriter consulamus; quod aduersus ipsius hosti- astutias, congruo valeat antidoto subueniri, ipsique fideles a- terne beatitudinis praemia largiente Altissimo consequantur. Dudum siquidem, cum fida relatio antiquorum haberet, quod accedentibus ad honorandam Principum Apostolorum de Vrbe

Basilicam, magne concessio foret remissionis, & indulgentia peccatorum, felicit recordationis Bonifacius Papa Octauus, Praedecessor noster summo studio saluam appetens fidelium singulorum, & attentam consideratione recensens, quod per beatissimos Christianae fidei Principes, Petrum, & Paulum, Sacrosancta Romana, & vniuersalis Ecclesia, religionis sum- pisset exordium, ac Euangelium Christi Romae resplenduisse, vt ijdem Apostolorum Principes, gregis Domini Pastores, & eiusdem Ecclesia columna firmissima, in speciali venera- tione, & honorificentia haberentur, ipseque Praedecessor fide- libus ipsis incomparabilem salutis thesaurum aperiret; de fra- trum suorum consilio voluit, atque decreuit, quod omnes, qui Anno a Natiuitate Domini millesimo trecentesimo, & quolibet Anno centesimo extunc in antea sequunturo, ad ip- sorum Apostolorum Basilicas de Vrbe accederent reuerenter, ipsasque si Romani ad minus triginta, si vero peregrini, aut Forenses quindecim diebus continuis, vel interpolatis, sal- tem semel in die (vere tamen penitentes, & confessi) perso- naliter visitarent, suorum omnium peccatorum remissio- nem, & veniam plenissimam obtinerent. Postmodum vero Sancta recordationis Clemens Pontifex Sextus, noster etiam Praedecessor, ex praemissis, & nonnullis aliis animarum suum mouentibus causis, indulgentiam antedictam ad annum quinquagesimum, prouida consideratione reducens, Apo- stolica auctoritate statuit, vt omnes Christi fideles, qui pra- dictas Basilicas, & Lateranensem Ecclesiam de quinquaginta in quinquaginta annos, certo modo tunc expresso de- uote visitarent, eandem peccatorum suorum veniam conse- querentur. Et successus pie memoriae Gregorius Pontifex Vn- decimus, similiter Praedecessor noster capiens, vt Ecclesia Beata Maria Maioris de Vrbe, cum eiusdem Basilicis, & La- teranensi Ecclesia Indulgentia privilegio decoraretur praedi- cto, ex certa scientia voluit, statuit, & auctoritate propria or- dinauit, quod quicumque Christi fideles, huiusmodi indul- gentiam per ipsius Clementis litteras declaratam assequi affe- ctarent, eandem Ecclesiam Beatae Mariae Maioris, sicuti Bas- ilicas, & Lateranensem Ecclesiam supradictas visitare debe- rent, & etiam tenerentur. Et deinde *Vrbanius* Sextus in sua obedientia nuncupatus, prouide considerans, quod etas homi- num amplius solito in dies laboretur pauciores, ac desiderans quam plurimos eiusdem Indulgentiae fieri participes, cum ad annum quinquagesimum propter breuitatem vite plurimi hominum minime perueniant, vt populorum aueretur deu- otio, Fides splenderet, & Charitas amplius incallescere, ex- eistem, & alijs non minoribus causis de fratrum suorum consilio, annum quinquagesimum supradictum ad trigentesimum tertium reducens, statuit de fratrum suorum eorundem consilio, & Apostolica plenitudine potestatis, quod vniuersi fide- les vere penitentes, & confessi, qui in Anno a Natiuitate e- iusdem Domini millesimo trecentesimo nonagesimo, & deinceps perpetuis temporibus de triginta tribus annis, in triginta tres annos Basilicas, ac Lateranenses, & Sancta Mariae Ma- ioris praedictae Urbis Ecclesias, causa deuotionis modo praemisso visitarent, eandem consequerentur remissionem, & veniam peccatorum. Postremo vero postquam felicit recordationis *Martini Quinti* Romanus Pontifex Praedecessor noster, re- ductionem per eundem *Vrbani* factam huiusmodi, ratam habens, & gratam, ipsam in sua firmitate persisteret, & Anno trigentesimo tertio supradicto obseruari debere censuerat, & ad effectum deduci Anno ingruente praedicto per miserat prout obseruata extitit. Prae recordationis *Nicolaus* Papa Quintus similiter Praedecessor noster eorundem Praedecessorum inha- rendo vestigijs, praedictas Clementis eiusdem concessionis lit- teras ratas habens, & gratas, eas de fratrum nostrorum tunc suorum consilio, & Apostolica potestatis plenitudine inno- uauit, & approbauit, siueque scripti patrocinio communiuit indixitque, statuit, decreuit, & ordinauit, vt omnes Christi fideles vere penitentes, & confessi, qui iuxta formam in lit- teris Clementis Praedecessoris huiusmodi comprehensam, in Anno a Natiuitate Domini nostri IESV Christi millesimo quadringentesimo quinquagesimo, tunc futuro, Basilicas, & Ecclesias antedictas visitarent, vt praefertur, omnium pec- catorum suorum plenissimam indulgentiam consequerentur,

Annal. Eccl. Tom. 17.

lii prout



prout in dictis litteris plenius continetur. Nos igitur, qui miseracione alii simi labentibus animis, regimini Catholico, & vniuersali Ecclesie sumus diuina clementia disponente praefecti, prouideam consideratione non immerito attendentes, humanae conditionis statum fragilem, ad peccandum procliuem, & ad declinationem vsque adeo celeri cursu, vt premiatur, properare. breuissimum quoque vita spatium, & peccatis nostris exigentibus, crebras pestilentias, varios morbos lethiferos, grauisimas quoque Turcatum, & infidelium aduersus fideles persecutiones assiduas, atque vniuersam Christianitatem retroactis temporibus quassatam adhuc varijs, non quidem minoribus iniurijs lacestru, & calamitosi castibus, & dispendijs subiacere, aliaque plurimas erumnas in Christi populo adeo imalescere, & vs atque alijs sinistris casibus, plerumque causantibus, admodum pauca remissionum, & indulgentiarum huiusmodi participes fieri mereantur, nec non attente considerantes, nouum, vel a moribus alienum non esse, pro varietate temporum, antecessorum eorundem statuta reduci ad spatium temporis breuioris, maxime pro salute animarum recuperanda tota mente appetimus, & iuxta datam nobis a Domino gratiam assidue procuramus, ex praemis, & quibusdam alijs non minoribus causis ad id animam nostram inducentibus, annum trigessimum tertium huiusmodi, de venerabilium fratrum eorundem consilio, & ipsius potestatis plenitudine, ad annum vigesimum quintum reducimus, auctoritate, scientia, & potestate praemissa, statuimus, & ordinamus, quod de cetero perpetuo futuris temporibus, annus iubilaeus (plenarie videlicet remissionis, & gratiae, & reconciliacionis humani generis nostro pijsimo Redemptori) cum omnibus, & singulis indulgentijs, & peccatorum remissionibus supradictis de viginti quinque annis cum gratiarum actione, & mentis iucunditate debeat ab omnibus CHRISTI fidelibus frequentari, ac etiam celebrari. Nos enim de Omnipotentis DEI misericordia, & ipsorum Apostolorum auctoritate confisi, eisdem virisque sexus fidelibus, qui in anno DOMINI millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, incipiendo a primis vespertis vigilijs Natiuitatis Domini nostri IESU CHRISTI, millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, & vt sequitur finiundo, ac demceps de viginti quinque annis, in viginti quinque annos Basilicas & Ecclesias antedictas, alias iuxta ordinationem eorundem praedecessorum deuote visitauerint, vt praefertur, plenissimam peccatorum suorum omnium veniam elargimur. Attendant igitur vniuersi fideles, qui ad rationem perspicuae veritatis attingere quauerunt, ac in statera cordis, iusto libramine ponderent suorum scelerum peccatorum, & quam grauius se reos constituerint erga ipsum Redemptorem pijsimum, diuinam contra se clementiam prouocando. Debitorum suorum etiam relegant memoriale, atque animo reperant huius defluentis saeculi cursum, ad exitum continuo properare, & inexorabilem legem mortis, absque vilius exceptionis beneficio omnibus esse indictam, qua sine personarum, dignitatumque delectu, cunctos reddidit aequales, nihilque esse in quo vanam huius mundi gloriam in ambibus extollamus titulis, dum nascentis dies mortis indicitur, ac per tacitos, fallacesque decursus huius vite, mortalitatis ad extremum diem fugacis temporis mobiliter raptatur. Prouide deinde considerent, tremendi iudicij diem, in qua omnium, qua in corpore gessimus, sive bonum fuerit, sive malum, reddituri erimus rationem, & absque prouocacionis effectu quisque propriam mercedem accipiet, aut aeterna beatitudinis premia, aut mortis perpetuae, & damnationis aeterna supplicia, quibus secunda mors sinem imponere, aut ea mitigare nequibit: & tandem cum ita sit, nihilque libeat humana mortalitas, quod bonorum omnium largitori digne retribuere possit (cum nullum in se bonum inueniat, quod non sit liberaliter a DEO collatum) vt mortis huius, & damnationis detrimenta euitent, his, atque alijs, meritorij operibus peccata sua omni ex parte studeant expiare, vt saltem per hac media, atque remissionum, & indulgentiarum largitionem huiusmodi, quibus Christifideles omnes veluti data

manu ad salutem perpetuam inuicemus, ac Sanctorum meritis, & intercessionibus adiuti, ad aeternam mereamur beatitudinem peruenire. Suscipiant etiam cuncti fidei Catholici praefessores patris monita, & instituta salutis, atque praecipua cum exultacione, ad preparacionem iter sibi ad gloriam sempiternam, has remissionum, ac indulgentiarum gratias vberrimas, quas nos illarum dispensatores indigni, tanquam IESU CHRISTI Vicarius, de Sacrosancta Romana Ecclesia thesauris exhibemus, vt ipsorum animas, ab hostis terribili potestate ereptas, immortalis Deo, Creatori nostro (sicuti supremis desideramus affectibus) exhibere, & nos cum eis superna beatitudine perfrui valeamus, Amen. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae reduccionis, statuti, ordinationis, elargitionis, & inhibitionis infringere, si quis autem, &c. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno a Natiuitate eiusdem Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo, tertio decimo Calend. Maij, Pontificatus nostri, Anno sexto.

Eodem anno Cardinalis Papiensis, tres insignes epistolae scripsit, alteram his legendam Episcopis, qui translationes ad alias cathedras amant, alteram quibusdam Cardinalibus S.R.Ecclesiae id temporis: tertiam Episcopis, qui praefata scripturarum studio, amant Poetica, vel alia.

VIII. Car. Papiensis tres insignes epistolae.

I.

ANTONIO ALLIO, EPISCOPO Volaterrano.

Gratulor, venerande Pater, non tibi, cui ad laborem est additum, sed Volaterranae Sedi, qua meo iudicio dignum Praesulem est habitura. Si non indulgebis aetati, si Florentinis delictis non capi es, si carnis, quae te circumstat, non attendes consilia, si sedebis in specula, si pecoris tui vultum cognoscas; si mercenario illud non credes, vera erit gratulatio. Potius veram adiutor Deo futuram confido: sed tu ad ipsum toto conatu te adiuua. Illud quoque enitere, vt iam tandem animo conqueiescas. Transisti a Ragusina ad Fesulanam: a Fesulana, ad Volaterranam contendis. Trium vxorum maritus es. Duo tepudia. Si credis non venisse in sermone Patrum, erras, Antoni. Venerunt per hos dies frequentes. Admirationem auxit aetas tua iam grandis, quietem ex compositis, non ex componendis nouum opus exposcens. Quo minus dierum superest, eo minus viatici quaerendum putarunt. Loquor in autem Patri, quem scio in bonam partem, hac accepturum, & illud Scripturae reuocaturum ad animam. Vir prudens, & discipulus natus, non murmurabit admonitus. Vale in Domino.

II.

F. CARDINALISE- nensi.

Nescio quomodo, Pater amplissime, cum nihil habeamus in hoc saeculo carius tempore, nihil tamen proijcimus vilius. Indulgemus inanibus curis, oia mala complectimur, & castinum expectantes, pollicemur nobis innumera. Nihil omnino perfoluimus. Non ita viuendam cultoribus Dei. Pugnantium contra inertiam, tanquam contra hostem, blanditijs nos oblidemur. Ad operandum quoque minima horae pars non est expectanda. Querenda magis ab opere quies, quam a quiete opus petendum. Perijt, quod iam praeterijt; idque ipsum, quod venit, praeteriti damno imbecillius redditur. Admoct ostij nostri nos vitae conditio, suis angustijs miterat. Breuis etenim est, assimilis vapor ad modi-

Altera de amissione temporis.

cum apparenti. Celeritate incredibili labitur, nihil impediendi habens ad motas. Dum molimur, & nitimur, & inanes spes necimus; occupat nos senectus, & mors. More aquae ad exitum festinant menses, & anni, quae ante accesserunt, iam non sequuntur, & quae abierunt, ultra non redeunt. Occidens Sol mane resurgit: consumpta Luna in orbem reuertitur; defunctus annus, ad eadem semper redit principia. At nostra omnia sine villo naturae praesidio minuantur, & fugiunt: nec tam bona sunt, quae veniunt, quam quae abierunt. Adhibenda igitur omnia industria est, vt tam praetiosa rei non fiat iactura; sed tempora fragmenta colligantur, ne pereant. Pereunt vero inanibus, vt plurimum studijs, quae superfluo fumimus, inter quae conuiuiorum solertia inprimis est. Frequentes etenim in his plus nimio sumus, non ad charitatem, vt sunt instituta, sed ad ambitionem illa adhibentes. Diem saepe in-tegrum. Quid dico diem? Verius, dies totos adimur nobis. Deuocandis conuiuijs longe ante in-itur consilium. Queritur, vt bene conueniant, vt sint gratia confortia, vt non negligantur ij, quorum in nos extant quotidiana officia. His iam vocatis, accesserunt dispensator domesticus, describitur e-pularum numerus, atque diuitias, iubentur con-quiri omnia, vt quam lautissimum, plenissimum-que conuiuium sit. Is insuper quem vocant Aule ma-gistrum, admonet pluribus, vt ad diem, horam-que parata habeat singula, ornati sint abaci, com-posita mensae, ministri instructi, atque expectan-tes. Edicunt porro, quo ordine, & quibus inter-ualis, quidque velit afferri. Sua itidem de vinis est norma, vt acida, vt dulcia, vt nigra, vt alba, his, vel illis epulis socientur. Omnibus solliciti-ter imperatis, adhuc non quiescitur animo. Anxie-tas illa succedit, ne ex his quicquam, vel obliuio-ne, vel negligentia corrumpatur. Itaque requirit saepe, admonet saepe. Tota domus se inquieto in eadem inquietudine est. Inter has vero nugas, quid oro loci ad sanas cogitationes relinquatur? An non hoc spatium totum vana, indecoraque occu-patione conteritur? Age vero aduenientibus iam conuiuijs, nisi inurbani velimus esse, excipiendi illi quidem sunt, & verbis tenendi, donec vel vocato-rum numerus assit, vel aduenerit hora, vel magi-stri etiam dicto mollita cibaria nunciuntur. Prand-etur post haec; quanta mora, & interualis non di-co. Nos ipsi vanitatum nostrarum conscij sumus. Tolluntur tandem mensae; pudor est, conuiuias sta-tim emittere. De blandiendis, exhilarandisque alia consequitur cura, donec familiae, quae reducant, domo aduenerint. Risibus interim, & confabula-tionibus tota expectatio trahitur. Inclinate iam die, tandem mittuntur graues ipsi, & grauem ho-spiem relinquentes. Distentur vero corpus tam multum, & varijs in somnos resoluitur. Neque enim est facile, vel saporum, vel conuiuiarum gratia fer-mente, mensa non infarciri. Itaque a mane in no-ctem abijt tempus inutile, nil habens inter homi-nes laudis, nil in conspectu Dei, quod placeat. Ete-nim iuxta verbum Apostoli; Non commendat nos esca-DEO: nec bonum est relinquere verbum eius, & ministrare mensis. Audi & aliam, nescio animi, an corporis maiorem occupationem, quae veluti pe-titis hominem totum apprehendit, & suae potestatis esse non sinit. Queruntur clientelae Regum, Prin-cipum, populorum, Praetorum etiam, qui in nu-mero aliquo sint. Appetuntur longi comitatus, qui nos in Curiam descendentes ducant, atque re-ducant. His impenduntur operae nostrae, atque hec-tum dies sunt vniuersi. Neque enim aliter retinere illos in obsequio possumus. Itaque patere necesse est omnibus horis cubacula nostra, audire vanita-

tum multarum ambages; & quae petuntur, sive bona sint, sive mala, perficienda suscipere. Si negamus, deferuntur vt ignaui, & tanquam ad obsequendum difficiles, solli relinquimur. Itur ergo ad Pontificem, ne pereat cliens, sacculo, & manibus petitionum inanum plenis. Longa negotia, longiora colloquia desiderant. Nos proponendo, ille negando; iterando nos, atque rogando; contentius iam nos flagitando; i. dignantius ille iam respondendo; consumpta de iatamus in noctem, & ad quintam saepe continuatur instantia. Quae curatis iam corporibus quietem domi capere debe-remus, vanis clientelis extra operam damus, am-bitioni, non beneficentiae seruientes. Reueris au-tem, & lassus, incertum esse incipit, somno ne an ci-bo sit indulgendum. triste, ac molestum vt cumque acceperis. Etenim si ventre vacuo cubitum imus, noctem insomnem agent s, cogimur in diem venientem dormire. Sin v. ro alieno etiam tempore cibis implemur, tumultuante stomacho id ipsum subimus incommodum. Ita ex antecedenti die, se-quentis instituitur iactura. Aduolant postredie ad nos sectatores hi nostri, & quid in rebus suis sit actum, requirunt, pro certo habentes, gratia inter-cedentis implera esse, quacumque desiderent. Hic quoque impendi nos ad noua temporum damna o-porter. Neque enim paucioribus probanda illis est diligentia nostra, & si les, quam ante Pontifici insi-nuanda petito fuerit. Itaque & nos excusamus, & negari rationem afferimus, & illos consolamur, ac vt non discedant tristes, secundam saepe operam pol-licemur. Quibus in ludis ita frequens ambitio est, penecque continua, vt diuertere animum ad curas honestiores sit operosum. Omitto tristitiam cordis, iracundias tacitas, & innumera vitae caedae, quae inde domum saepe referimus, & quibus confecti, de quaerendis tantum oblectamentis ad retinendam vale-tudinem solliciti sumus. Transi porro, atque etiam temporum calamitatem attende, non inferiorem prioribus. Euagatur per singulos penec dies, vel am-bitionis causa, vel vanitatis: nec quicquam cubicu-lo nostro nobis infestius. Religionem obtenden-tes, modo has, modo illas Basilicarum petimus sta-tiones: eas vero vt plurimum, ad quas conuenire populus frequentior solet, vt non tam exhibendi nos Deo, quam ostentandi in turbis videamur cu-ram sumpsisse. Aliquando vero urbem egressi, cir-cumductus longissimos agimus, & aut venandi, aut aucupandi studio longius pererramus, vtrobique diem integram frustra consumentes: Quorum si ni-hil in feueriore alicuius vita est inuenite, altera ni-hilominus, atque haud scio, an grauior inspicitur occupatio. Visitantur per gyrum domi suae Cardina-les, nunc hi, nunc illi, prout ad rationem nos-tram conuenire, eorum gratiam existimamus. Ser-mones de inanibus sunt. Ipsos nos nouimus. Veniunt in medium querelae de Pontificibus multae. Opera illorum singillatim damnantur, veluti detri-mentosa Ecclesiae, & nobis etiam grauia. proinde que iam de obitu, & successoribus longa est in-dagatio. Nec defunt murmuraciones innumerae, detra-ctones, ac maledicta de multis, quibus in rebus, & tempora inaniter absumuntur, & illud accidit mali, vt frequenter vulgi oculis, linguisque oblati, viliozem praestemus hanc nostri Sacerdotij dignita-tem.

Occurrit par alia, penecque germana mentis ve-ratio, a bonis quoque operibus nos amouens, ni-mietate sola damnabilis rei familiaris anxietas. Dum enim vel exactam nimium disciplinam perquirimus, vel impendijs domesticis parcimus, ipsi nos om-nia, & scire, & instituire, & dispensare, & cogno-scere volumus. Nec fas facit vlla nostrorum, vel

fides, vel diligentia. Numeramus dispensatori pecuniam, ephemeridem expensarum minutiam distimimus; in rationaria maiora, nostra manu cuncta referimus, mercedem iam, non Cardinalium tractantes officia. Horrea quoque & cellaria, oculis nostris saepe lustramus, singulorum rationem à custodibus exquirentes. quin & attentio illa misera, atque infelix occupatum animum momentis omnibus habet, ne aut dispensator nientis rerum pretijs, ignaros nos fallat, aut culina suis profusionibus, detrimento afficiat, aut in familiari canatulo posita disciplina laxetur; aut vero etiam ex cella, largius quam sit opus, alimenta promantur. Itaque sine intermissione perigiles, cum per nos obire omnia prohibeat dignitas, vocamus ad nos, inquirimus, admoneamus, litigamus, atque in deliramentis huiusmodi totos dies immergimus. Neque vero in nobis omnibus etiam has rerum vanitates contendo, Nam & nominare possum complures vitae institutionibus claros, qui ceteris pro nihilo habitis, vni semper virtuti, animaque inuigilent, & in eo tantum iacturam se facere arbitrentur, quod necessario curandis corporibus tribuitur? Verum de his mihi est sermo, in quibus animaduersa haec non obscure sunt. Igitur, excellentissime Pater, abiectis his inanibus studijs, quae haud dubie alticia mortis sunt, cunctas diamus quantum possumus, angusti, & labentia vitae nostrae spatia. Operemur bonum, dum tempus habemus, dumque lux licet, ambulemus, vt filij lucis. Neque enim apud inferos, iuxta diuinum sermonem opus est, nec ratio, nec scientia, nec sapientia, sed tantummodo operum merces. Memores quoque sumus, quam multis impediendi sint dies nostri, & quam diuersis opera debeatur. Etenim si recte expendimus, quid Deo Creatori, quid animae nostrae, quid proximis, quid Romanae Sedi, quid Sacerdotijs, quid creditis animabus, quid etiam familiae debeatur, cuius vera pietas non dominos, sed parentes nos facit, intelligemus, nihil loci superesse adingas, sed dispensati temporis, reddendam Deo seuerissimam rationem. Abijciamus ergo somnos non necessarios, desiderium nostratum comites. Praestent ij lassis quietem, non corporum sepulchra continua. Praeuentiamus Solem vigilijs matutinis, id agentes, vt cum alij operari incipiant, nos operum nostrorum iam media habeamus. Ad explenda tam multa dies ipsi satis non sunt. Accedant necesse est nocturnae partes. Dicit de se homo genitilis Placcus:

*Primo oratio.  
Sole vigil calatum, & chartas, & sermnia posco.*

Homo Christianus, & Dei seruus idem non dicit? Plus quoque olei pro seculari laude consumpserit Demosthenes Orator, quam vini? Doluerit etiam, si quando antelucana opificum victus esset industria: nos pro aeterna salute, & immarcescibili corona gloriae, non maiora, vel eadem faciemus? Exuamus has tam familiares delicias, quae circumdati sumus, & flumimus. Absit omnis tepiditas, omnis mollities, omnis incuria, omnis negligentia, & tarditas, quibus fabricis surgunt gehennae aedificia. Satiari occupatione mens semper aliquid agiter, ne tamquam desertus ager, tribulis, & sentibus occupetur. Necesse est omnifariam cupiditatibus obsideri eum, à quo cultura haec abest. *Multam etenim malitiam, vt inquit Scriptura, docuit ociositas.* Semineamus mane semina nostra, & vesperi non cesset manus. Scriptum est enim; *Si quis non vult operari, non manducet.* Eamus ad formicam laboris nostri exemplum, & consideremus vias eius, quae cum non habeat decem, neque praecceptorem, nec principem, parat estate cibum sibi, & congregat in messis, quod comedat. Turpe est, quod natura instinctu aguar illae, ratione à nobis non fieri. Cetera

quoque animalia intra legem suam manentia, nec tempore deesse, nec loco; nos diuina mentis partibus, bonorumque, & malorum delictum habentes, neglectores omnium inueniri. Ne ergo voce Domini Saluatoris increpemur, *Quid hic statit tota die ociosi, cum iam sit hora vndecima? Simus, iuxta verbum Apostoli: solitudine non pigri, spiritu seruantes, & Domino seruantes.* Vale. Ep. 374.

Tertiam vltimam adiungere, de studio factarum literarum. Sed praestat Antonij Campani, Interaminensis Episcopi, quantum ex illa proficere, responsonem supponere. Quam dignissima est, quae à sacratis viris relegatur? Ita habet:

III.

CAMPANVS CARDINALI Papiensi S.

Suades pro pietate in me tua, vt quod ipse effectisti, ceteris reiectis studijs, praesertim Poetarum, incumbam Euangelicis; quod haec salutaria, & sancta, illa obscena, & perniciofa videantur. Nec cum sardo tibi res fuit. Ita suades, vt plane, quod suades, iam per suaseris. Reieci veterem Academiam omnem. Quos antea lectitabam antiquorum libros, nec aspicio nunc quidem, ne videar legere. Sic in se disti animo, sic tua sanctissima in haeserunt monita, mecumque sunt semper, vt quotiens, aut Historicus occurrat, aut Orator veniat in manus, expiandum me cenleam, Cogito, quod ipse totiens monuisti, consecratum esse Euangelio os meum, admissum ne in forem Domini, & vnum de exuebantibus ad foresta tabernaculi esse factum, non dignum exemplo; nisi vt id, quod iussisse videtur Apostolus, exemplum sui fidelibus in verbo, & omnis sermo malus ex ore meo non procedat. Nec potest non malus esse, qui sit vanus, qui non aedificet, qui gratiam audientibus, & utilitatem non afferat. Datum est nobis os ipsum, non ad scurilitatem, & mendacia, sed ad id, quod Propheta decantat in Psalmo; *Domini labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.* Illic disertus, illic eloquentes esse & possumus, & debemus, vbi magnitudo non desit laudatae rei, nec copia laudatorum. Sed quid aperies, inquit? nisi vt intelligamus, reconditam linguam, occlusamque nostrum os esse oportere in rebus ceteris; in vna duntaxat Principis Dei laude exsoluendam linguam, aperiendum os esse; vt ad hanc vnam rem nari, hic toti, quanti sumus, occupemur. Quicquid agimus aliud, aut dicimus, mentiamur necesse est, & perdamur omnes, qui loquimur mendacium. Nec potest non mendax esse, qui aliud quam veritatem, quae Christus est, loquitur. In illa via, in illo norma est & meta, ad quam tendit, qui non lit errare. Os, aures, oculi, & sensuum membra cetera, nuntij sunt rerum externarum ad mentem nostram; & praeterea testes mentis ipsius ad externa, tam quod illa cogitat, haec aperit; quam quod haec porrigunt, mens concipit. Eam ob rem nemo potest de Sanctimonia loqui, qui sancta non legit, qui sancta non cogitat, qui non audit verba doctrinae, & Prophetam non attendit exhortantem; *Venite filij audite me, timorem Domini docebo vos.* Quis est, qui ascendere possit in atria Domini, nisi qui loquitur veritatem in corde suo? & non egit dolium in lingua sua? Quae autem veritas in corde esse, aut cogitari potest, nisi qui ait, *Ego sum via, veritas, & vita; & qui credit in me, viuet in aeternum?* Poetae decepti, elusique peribunt. Quid enim dolus est, nisi Poetarum mendacia absurda, & venefica; quibus mulcentur aures, animi decipiuntur. An potest quisquam non falli, si Poetae scelerati? Hi non inuestigatores, sed & confectores, atque inuenciores fuerunt mendaciorum. An esse potest non laci

uus, si

uus, si iure rillorum fabulis, can il nasque veretur, relectos puerit, & titillatione voluptatum, libidinum, flagitiorum? Nam quod tu flagitij genus in Poetis non inuenias extolli, & praedicari? Digni illi qui semper, qui & vates, & dicunt dicentur, ministri eorum Deorum, quos habebant pioligatissima, & perditissima quaeque perpetrantes; si modo erant ij Dij, & non stultitia potius eorum, qui haec confinxissent, referentes omnia ad appetitum quisque suum infantum, & amementem. Extollebant Iouem, qui aduiteria praehabent. Venerem, & Cupidinem, qui voluptatibus immersi, finem ijs in rebus, modumque beatae vitae staeuebant. Sic Bacchum, & Cereiem, qui vntri, & iugluici dediti. Martem, qui credidit, & praebij delectarentur. Dianam, qui venationibus. Pallidem, qui lanficis, quae essent honesta, interdum tamen erant indigna, quae tant opere laudarentur, vt Deorum loco ponerent, qui haec excogitauissent. Itaque finxerunt sibi sermonem nequam Poetae. Locutum est mendacium os illorum, & secuti sunt vanitatem. ad crepandum vba concinnant, & sermonem protulerunt in ventum. & tamen nescio quam sibi persuadent gloriam nominis, quae aut nulla sit, aut nihil omnino proficitur. Horum insignem stultitiam per sancte carpen Hieremias Propheta; *Ecce, inquit, vos confiditis in sermonibus mendacij, qui non proderunt vobis, & secutus Deos alienos in Balaam, id est, in vraginem, & praecipitium declinatis.* Ad vnguem de Poetis est Hieremie sermo. Poetae iridet, quorum totidem Dij sunt, quot nugae. Ita perniciosi sibi Poetae, perniciosi & ceteris, si leclitentur. cum nemo possit inter illos scripta non enuerari, non magis, quam in igne non vi, in aqua non perfundi, in luto non fouedati. Etenim *qui tangit picem, inquinabitur ab ea.* & perditibile est inter impudica verba, fieri non impudicum. Ratio vitae nostrae praecipitio constat, & exemplis. Vt quisque sibi auctorem proponat ad imitandum optimum, ita si se ipse optimum, pessimus, vt pessimus. Praeclare vero continentiam edicas ijs in libris, qui ea de causa sunt scripti, vt te edocent, quibus modis fieri possis incontinentissimus. Quid aliud ab Anaceonte poteris percipere Graeco auctore, nisi, vt discedas à Deo tuo, sequaris alenum. Et quem alienum? Spurcitiem, & flagitium, quem honesto nomine Amorem vocat, qui te ipsa sordicies quaedam fedissima est. *Admiror, inquit, rerum, & dux Amor, en simplex genus amplector tua.* Pulchrum me hercule Deum, quem colas, cui supplices; à quo precicem impetres, desperes salutem, qui quo tibi sit propitiolior, hoc crucietis atocius, ardeusque inuoluaris, vt discedere si velis à malo, nullo modo possis. Sed erit praecipitio alter è nostris, qui se amoris praefectum fateatur: Quem Venus artificem te nero praefecit amori, & tu censet, posse te aliquid honesti edoceri ab eo, qui se magistrum ostendat tupiditinis? Extollunt omnes vna voce Poetae voluptatem; ea illaqueari cupiunt, eam auro, & regno potiore arbitrantur; hanc praedicant, hanc complectuntur; quorum vnus ex praecipuis dum huic vacat, *Regem, inquit, magna despicimur opes, alter, media in Venere cupere se ait extinguit, vt qui perdit vixit, moriatur perditissime; vt quisque tali veniens in funere dicat, Contentiens vita mors fuit ista sua.* Taceo: qui locuti sunt impudentissime. Proh Deum, quas turpitudines, quantas illecebras nobis inculcant? Demus veniam errori, ignoscamus amentia impudentium. Sed quis tantum possit ferre eos, qui exaueuerunt, vt gladium stylum suum; qui cogitauerunt, & locuti sunt nequitias, iniquitatem in excelsis locuti sunt, posuerunt in calum os suum, & lingua eorum transiit in terra. Itaque tantum absunt à pudore flagitij, vt flagitij maxime gloriantur, conficiunt, & illiniunt aures prurientibus fabulis, vt penetrantia venena non sentias; & Syrenarum more tunc maxime perimunt,

cum delectant. *Venenum aspidum sub labijs eorum, & sanabilis est plaga, quam inferunt.* Sed durum est, dicet aliquis, & ingratum, accusare eos, qui te quantum, quantus es, fecerunt. Nam si quid est nobis facultatis in dicendo, id nos à Poetis tamquam manu videmur accepisse. Hunc conatum, hanc vnam eloquentie, quam praefecimus, illi aut praestiterunt soli, aut maxima ex parte contulerunt. Ego vero, & quod à Platone factum est in ea ciuitate, quam voluit esse optimam, Poetae quidem omnes repudiandos censeo; sed alteros, vbi deseruierint, mittendos manu, relinquendosque libertati suae, alteros praecipites, ac longe abijcendos, eos scilicet, qui nos obscena labe quotiens venere in manus inficiunt. quorum numerus, & Martialis, & Catullus, & qui sunt similes: quorum nihil est elegans, quod non demitur pe, & obsecratur. Censetur vir sanctissimus, atque omnino eruditissimus Virgilius, non legendus modo pueris, sed imbuendus, figendusque memoriae. Sed censetur duntaxat pueris, qui ornatum possint capere, & elegantiam; lasciuia si quid sit, nec quicquam sentiant, aut si sentiant, non corrumpantur. Quum autem dictum est; *Quoniam tu scientiam repulisti, & ego terepellam, ne Sacerdotio fungaris:* harum rerum scientiam quae sunt honesta, acque liberales, arbitror non oportere repellere: vt quantum hauriamus ex veterum scriptis, tantum refundamus in ceteros; quando quidem discipuli & subditi magis pendeant ex nostro iudicio, quam ex propria industria. Enimvero sermones nostros attendunt, vitam nostram comparant, monitis nostris, ac praecipitio obtemperant, vestigijs nostris in nituntur. Denique ad nutum non modo actionum nostrarum, sed & verborum immutantur. Verba nostra virgulae sunt Iacob, vt illarum aspectu oues, sic oratione nostra, & exemplo commissi nobis homines inuertuntur: & tanquam Peane illo, quem Graeci concitandis militibus solebant adhibere, honestis ad sancta, turpibus ad infanda impellitur vulgus. Quo magis caueendum est nobis, quid quemque doceamus. Etenim si quod laetitiamus, dicimus, quod discimus doceamus, necesse est, qui ad hoc sumus instituti, vt lucem proferamus; vt sint lucernae ardentes in manibus nostris, & luceamus nobis, luceamus & ceteris. Sit igitur lumen verum, quod afferimus, dirigat, non precipitet; ne qui ad lucem positi sumus aliorum, ipsi obtenebimur. Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris, ad illuminationem scientiae claritatis Dei, non Poetarum, non nugarem, & mendaciorum. *Erant tenebrae, qui in his fabulis verfabatur; facti sumus lux, qui è terrenis ad caelestia, ex mundo ad Christum commigramus, cuius regnum nequaquam est de hoc mundo.* Sumus *luminaria in caliginosis locis; resurgemus tamquam Soli in clypeos aureos, & splendescant montes à nobis, qui sumus lux mundi, genus electum, pastores Domini ad custodiam gregis vniuersi, in quo posuit nos Spiritus Sanctus, & separauit nos ab omni populo, vt seruiremus ei.* Tonsa coma, productae vestes, praeclearae initiationes in templis factae, sacramenta religionis sponte suscepta nos admonent, quibus vt verbis, qua esse vita; quam honesta, quam sancta, quam diuina, quae legantur. Quare lucratus es tu animam fratris tui. Exuo iam, mi Papiensis, te auctore, vtus fermentum. Nouum hominem, auctore te, induo, vt sum, de quo scriptum est; *Cum ingressus fuisset urbem, obuium habebat chorum Prophetarum, & insiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alterum.* Vtinam possim praestare, quod cupio; non magis me socium Poeticis studijs olim habuisti, quam habiturus es Euangelicis. Poetarum scripta, & scientia omnis mundi, tamna stultitia est: & ob hoc stultitia summa, quia mundi, in quo nihil non fumme stultum, si hic consistamus. Vale. *Campanus libro 1. Epist. 6.*



X. Miraculi eduntur a Christi D. N. cruce.

Hic canno, ad III. Idus Nouembriis, ipis ferijs S. Martini Episcopi, Brugis in Flandria editum est ingens miraculum per sanguinem Dominicum, qui ibidem religiose seruatur. Mater quaedam infantem ediderat, qui videbatur esse mortuus. Consilij & auxilij egenus, non cessauit in clamare Sacrosanctum Christum uocem: a bona fide, & fiducia sua id omne, quod perierat, habuit. Post diem tertium quam erat sepultus, resossus infans, uixit, & baptizatus est. *Keye us Annalium Flandr. lib. 17.*

XI. Turfilla. c. 2. l. 2. Aliud a B. Virgine Lauretana.

Proditur etiam quoddam huius anni non omitendum a cultu Deiparentis Lauretanae miraculum. Iacobus P. can. s. uir sanctus a Francicana disciplina, pariter pietate & doctrina clarus, Euangelij praeco fuit anno huius seculi circiter LXX. Huo in anabilis morbus iruaserat, & animum aegritudo corporis vrgebat: quippe ea mali vis erat, ut omnem iuueni sacris concionibus homines, spem p. accideret. Ego humani remedij inops, ad Deum, Deiparamque animam, ac uota verti. Mox, quamuis afflicta ualitudine, Lauret. in peregrinatorum ritu uenit. Virginitatis cellam ingressus, inter sacrificandum, caeli Reginam exire obortis la. hymis orat, ut Iesu filio propitiato, impetret sibi corporis sanitatem: qua sanctum eius Euangelium praedicando, multis fortasse populis saluti foret. Nec mora, eblata illi protinus est Deiparae spec. es, iubentis, eum alibi se petere: Nam quod peteret, esse iam datum: & Iacobus illi co salutem sibi redditam sentit. Itaque gratijs B. Virgini act. s. non tam suam, quam eorum, quorum saluti studebat uicem laeas, remeant domum. Nec vna hac in re B. Mariae Lauretanae is expertus est opem. Interiectis aliquot annis, ab importunis diabol. s. diu, multumque vexatus, Lauretum, certissimum malorum leuamentum, accurrit. Ante aram Virginitatis non sine animi angore, sacris operatus, expertum eius auxilium exposcit, finemque tandem orat tam molesto, periculo sofocae certamini. Audite preces. Impensius oranti, B. Mariae se iustus ostendit. Et bono animo esto fili, inquit, ac summo uerum parenti grates agito. Adest pugna finis, & te caelestis corona uictorem inuadet. Praedictionem comprobauit euentus. Haud ita multo post factae infestorum hostium vires: laeta repente secuta pax: ipse deinde caelesti praemio donandus euocatus in caelum. *Chron. Franc. lib. 6. c. 3. & 4.*

XII. Praedones a Principibus profugantur.

Eodem anno, Fridericus Comes Palatinus Rheni, Adolphus Archiepiscopus Mogun. inus, & Rudolphus, Episcopus Herbipolensis, simul confederati, prouiderunt exercitum contra quosdam praedones de Rosenbergo, Georgium, Arnoldum, & Michaelem, eorumque complices, qui Diabolico furore concitati, mandata Principum contemnebant, Episcopos omnes quotquot reperissent, spoliabant, Sacerdotes eiurabant, & per omnem terram inter Franconiam & Neckarum, in via publica depraedationes exercentes, multa mala perpetrabant. Nuncios quoque Principum ad se missos, in eorum contumeliam, literas, quas attulissent, comedere coegerunt. Productis contra eos copijs, Principes, castra fortissima, in quibus sese continerant demoliti, illos nefastos praefigurarunt. *Triethemius in Chron. Sponheimen.*

XIII. SS. quondam corpora honorifice transferuntur.

Eodem anno in Belgio, corpora Sanctorum Martyrum Luglij, & Lugliant, quum haecenus Lilerij infere tro ligno quietuissent, in nouum, idque argenteum aff. bte caelatum, ab Elizabetha Lusitana, Philippi Boni uidua transferri curantur. Ex his ille fuit Rex, iste Archiepiscopus Hybernorum, qui ad annum Domini 700. religionis ergo patria emigrantes, Bononiam appulerunt, ubi signis varie, & splendide editis, Te uia: nam concedentes, eandem ab incendio mirabiliter e. ipuerunt. Inde ad uallem, qua Scyredala dicitur, quarto ab urbe Minorum Ter-

uanna in erpocitiss. m. l. i. r. i. b. u. s. , s. e. c. e. d. e. n. t. e. s. , a. t. r. i. b. u. s. f. r. a. t. r. i. b. u. s. l. a. t. r. o. n. i. b. u. s. , q. u. i. e. a. m. o. t. a. m. i. n. f. e. s. t. a. b. i. n. t. , m. a. r. t. y. r. i. o. s. u. n. t. c. o. r. o. n. a. t. i. E. o. r. u. m. f. l. a. n. n. e. f. e. s. t. u. m. a. p. u. d. L. i. l. e. r. i. e. n. s. e. s. O. c. t. o. b. r. i. s. X. X. I. I. I. L. e. o. u. i. s. i. n. C. h. r. o. n. B. e. l. g. .

Eodem anno Caelitibus duo lumina adiuuncta sunt, de Praedicatorum Ordine terra abata. Paulus M. l. r. u. s. Calaber, reformator suae religionis in Prouincia Calabriae, Conditor aliquotum signum coenobiorum, magna uita sanctitate; qui aliquando Fratibus ad Capitulum Prouincia apud Consentiam congregatis, insigni prodigio meritis sua approbauit. Affidabant mensae Patres in Refectorio aduati, cum nunciatur, uinum omnino desere, omniaque dola iam omnino exhausta, ne guttam quidem stillare. Tum ille necessitatis Fratrum miserus, & deque meritis, quibus apud Deum pollebat, in eius misericordia confusus, imperauit Praefecto Canaculi, iret in cellam uinariam, & vel ex primo, quod in aspectu foret, dolio hauriret. Negauit hic, & nihil omnino reperiri affirmauit, non in loco tantum, sed in omnibus plane dolijs, quae extarent. Tum Paulus iterum admonuit, omniaque dola plena esse asseruit. iret tantum, & experiretur, num uerum esse, quod diceretur. In. iste & quemadmodum uir Dei renunciauerat, omnia, optimo & suauissimo uino repleta esse reperit.

Aequalis Paulo, Petrus Maldunus Bergomus, is, qui Tabulis, & Indictibus locupletissimus D. Thomae Aquinatis operibus lucem dedit: homo innocentia uita, soliditate doctrinae Catholicae, zelo fidei aduersus haereticos tuenda conspicuus. Contra hos saepe saepius disputationibus institutis, perpetuum se eorum hostem factis declarauit. In consilij, de quacumque re proposita dandis, eximius, sui temporis Pater Consiliorum ab omnibus dicebatur, ad quem, ueluti ad aliquod oraculum, praesertim hi, qui scrupulis, uel dubijs conscientiae discruciantur, ex uniuersa Gallia togata, ubi Placentia inter Dominicanos eminebat, confluebant. Aliquis angustia animi supra modum excruciatu, properabat ad illum, & flumen Trebiam aquis excrecentibus superabundans, uadare uoluerat. Dum est in medio alueo, ab uindam asperxit quendam Dominicanam toga indutam, qui manu porrecta e gurgitibus aquarum sese eduxerit, inque littore incoluementi collocauerit; sed mox aspectibus sese subtraxerit. Ereptus periculo ille, Placentiam iuit, & Dominicanorum Ecclesiam ingressus, B. uirum, quem nunquam antea conspexerat, ante altare S. Bernardi Abbatis orantem offenderit, ex quo primo aspectu suum illum liberatorem fuisse, qui inter uindam profuua apparuisset, agnouit. Non multo post tempore Petrus ad caelos euolauit: cumque in feretro in templum delatus iaceret, sanguinem toto uultu sudauit. Eum cum Fratres absterfissent, semel iterum, & aliquoties sudare non intermisit, residente odore in sudario, quo sanguis abstergebatur. Miraculis uita sanctus claruit, beneficiaque complurima in uocatoribus suis impetrauit; quorum testandorum causa plurimae uotuae tabellae ad eius sepulchrum appensa uisabantur. Sepultus iacet Placentiae, sub ara maiore conditus. *Pius lib. 1. de uirtu illu. s. tribus Ord. Praedicat.*

Visusest hoc anno, mense Decembri, & consequente Ianuario, Cometes ingens, & horribilis, per dies ferme octuaginta, igneo colore, in principio Librae rutilans, qui caudam in longum protendens, atque in Septentrionem paulatim circumfleuens, omnes in pauorem, & admirationem conuertit. *Chron. Sponheimen.*

Per haec eadem tempora praecleari aduersus haereticam prauitatem in praecipuis orbis Christiani partibus extabant, & fidei tuenda defudabant inquisito-

XIV. Obitus BB. Petri Bergomensis, & Pauli Mileri Ord. Praedicat.

XV. Cometes ingens uisus.

XVI. FF. ex Ord. Praedic. Inquisit. Fidei bono studet.

res ex D. minicana fam. lia. Pisis in Italia Frater Ludonicus Pisanus: Senis Ch. istophorus Ptolomei, asumptus inde, creatusque Episcopus Sabatenis: Antonius R. c. i. s. I. qui sitor in Hispania: Petrus Baent, A. agonia, Frater Franciscus Vidal, Catholon. e. F. anciscus item Pinedus Regni Valentini; Nicolaus: Merola Maio itea, denique in Polonia Frater Martinus K. e. z. e. Inquisitor Cracouensis. *Diogus lib. 1. cap. 33. 38. & 41. Flodius 2. p. lib. 3. Historia Polonia Ord. Praedic. c. 8. & Fernandez in Concertatione Praedicatoria.*

IESU CHRISTI Anno 1471.

PAULI PAPAE II. FRIDER. ROM. IMP. Anno 7. Anno 20.

I. Imperatoris Turcarum erga Christianos odium.

Quanta obstinatione Turcorum Imperator hoc anno peteret Christianos, quantaque moliretur ad nomen Domini de terra delendum, Cardinalis Papiensis cuidam significabat? Non satis illi est, ait, impia cogitare, exequi dura, mentem non lenit, ut necessitate, non uoluntate tantum, Dei populum insectetur. Maioribus odibus blasphemam Creatorem, archi. idololatriam se monstrans, dum nos arguit idololatrias. Votum uouit Deo, quem nescit, dirum, finem, immane, caelo, terraeque execrandum, in quo perseverantem rabiem, & surgentem magis astum furoris licet inspicere. Vult, ut appareret, insanos ex se satos populos, non suo tantum, sed caelesti quoque nomine in bella nostra praecipites agere. Quid ait, uel eructat magis contaminatum peccatum? Mahumetes ego Murati filius; idem Soldanus, & Barafina, ac Rachmael Praesides summo Deo in altum leuatus; in Solari circulo positus, super Imperatores gloria affectus; omni ex parte felix, tremendus mortalibus, caelestium, in agnitione Mahumetis Prophetae precibus, armis potens, Imperatorum Imperator, & Principum Princeps, qui ab Oriente in Occidentem suu, voto & iuramento hoc spondeo unio Deo omni Creatori, non uisurum me, somnum oculis, non epulaturum dulcia, non petiurum amana, non tractaturum speciosa, non ab Oriente in Occidentem uersurum faciem, donec deiecerim, conculcauerimque equi mei uigulis Deos gentium, ex ligno, aere, argento, auro picturaque, & manibus cultorum Christi factos: omnem etiam iniquitatem eorum a facie terra, quantum pertinet ab Oriente in Occidentem, ad laudem ueri Dei Sabbathoth, & magnum Prophetae Mahumetis exterminauerim. Hanc ob causam omni genti circumcisa, Mahumetum credenti, mihi subdit, eiusque Ducibus, sociis quoque in bello sub metu magni Dei Conditoris caeli, & terra: sub metu etiam inuisibilis potestatis nostra edico, ut in uenientem annum, ad diem XI. Martij, armati ad me omnes conueniant, impleturi praecceptum Dei, & Mahumetis magni, quorum alter numine, alter precatione in rebus gerendis haud dubie est adiuuurus.

II. Turcarum conatibus obuiauit Paulus PP. II.

Hoc iusturandum Constantinopoli, ad IV. Nonas Augusti superioris anni scriptum, inde Ragusium a non leui auctore portatum, eoque loci in Italicum uersum, atque ad Venetos missum: qui rei fidem habentes, notum Paulo Pontifici, & uniuersis Principibus Christianis esse uoluerunt. *Epist. 380. Papiam.* Eam rem, & terra, marique apparatus bellicosus a Turca factos, nec non & bellum Rhodanis publice indictum, simul atque Paulus Pontifex accepit, confederatos Principes officij sui admonuit; ipse quoque, auxilia propediem missurus, supplicationes publicas ad VI. Ianuarij, pedes, vna cum uniuerso Clero, ac populo, ad Sanctorum Basilicas, uictoriae impetrandae causa obuiuit. Sub idem tempus, Borfio Ateflino, apud Ludonum Regem, & Carolum Ducem Sequanorum dissidentes gratia, & auctoritate potentis, qui utrumque conciliaret, & aduersus Turcas armaret, inuinxit: totoque orbe Christiano sacris indulgen-

tijs promulgatis, Quae steres ad conquirendam pecuniam in sumptus factae militae destinauit. Misit in Germaniam Franciscum Cardinalem Senensem, & Antonium Campanum, qui Fridericum Imperatorem, & Principes Germaniae ad tam pinum, tamque necessarium bellum incarent, ac subsidia laborantibus Venetis, & Rhodanis compararent. Quid illi ipsi praestiterint, Campanus, amicus significauit, quae operae pretium est scire. Ad duo de uiginti Martij, ex urbe discessum, scribit, Ingressus sumus Ratisspnam Kalendis Maijs, & XL. diebus in itinere consumptis, substitimus diem unum Viterbij, triiduum Senae, Florentiae, Bononiae, Mantuae, singulos: Veronae, Tridenti, Bolani binos; ad pontem Oeni cum Sigismundo Duce Austriae triiduum; ad Lansurum cum Duce Bauarorum biduum, ubiq; supra uisitatum magnificentiam excepti. Ratissp. on. tolos inuenimus Oratores Allobrogum, qui hodie S. baudienses appellantur. Conuenere post diem tertium Maguntinus, & Marchio Brandeburgensis, uterque in Germania maximus Princeps, & quibus ius sit cum quatuor, Caesaris elg. ndi. Maguntinus uir ingenij mansueti, & quineque aspectu, neq; mansuetudine Germanum praeseferat. Marchio uir acer, eloquens, uerfer, & quem vulpem Germaniae uocant, bellicosissimus, & pugnacissimus omnium, qui in Germania laudentur. Pius, Achillem appellauit. Cicatricibus rotus manibus, pedibus, uultu, collo excauatus. saepe singulari certamine dimicauit, quo genere pugnae numquam uictus est. praelio semel a Ludouico Bauaro eius consobriuo. Oratores Burgundorum cum eo uenere, ad viros triginta. Ciuitates Germanorum ferre omnes, & Duces multi misere Legatos. Imperatorem citra Pentecostem expectamus. Si uenerit, ad erit & Principum magna frequentia, etiam eorum, qui Legatos praemisere. Magna est Caesaris auctoritas in Prouincia uindique factiosa, uerum ita magna, ut multum umbrae, non tantum corporis habeat. Si quaeris sententiam meam, illud sentio, magnam spem proposam esse nobis, si Caesar instabit: exigua, si lentescet; nullam si tergiversabitur. Principes cupiunt reconciliari, & rei communi adesse. Habemus praeterea Treuerensem, Spirensem, Eystatensem. Tandem habemus & Caesarem, & magnum Conuentum, quantum nec aetas nostra uidet, nec grandissimi natu Germanorum recordantur. Deinceps haec acta sunt ad VIII. Kalendas Iulias. Post peractam rem diuinam, in Praetorium secuti Caesarem confcedimus, quem in locum conuenire Principes consueuerunt, deterebus Germanicis acturi. Hic Aristes Tridentinus nomine Caesaris prodijt in medium oratione Germanica, quam e uestigio, ut externi quoque Oratores intelligerent, Latine est interpretatus. Primum Caesaris moram excusauit, quod ad diem non uenisset, & capita contentionum, quae domi post indictum Conuentum exorta eum detinissent, enarrauit: egitque gratias & Principibus, & Oratoribus, quod non sine iactura rei familiaris, & sumptibus grauissimis, alierum prope mensem expectassent. Causam deinde aperuit, quae ad indicendum hoc loco, & hoc tempore Conuentum impulsisset praeteritas calamitates Christianorum, & recentem Caniola cladem deplorauit: potentiam, crudelitatemque immanissimi hostis, quam breui tempore, quantum occupauerit finium nostrorum, quantum Christiani sanguinis fuderit, & in Europa, & in Asia ostendit: repetraque eleganter ueretur non vna historia, clarissimas, ac prope innumerabiles Germanorum expeditiones, & pro religione Christiana, & pro imperio Germanico susceptas commemorauit; hortatuque est Principes omnes, Oratoresque Ciuitatum Germaniae, partam a maioribus gloriam conseruarent; occurrerent imminentibus periculis, & religionem, in qua Patres eo-

Similiter Fridericus Imperator.

III.

Eandem ob rem Campani Oratione.

rum vixissent, & ipsi essent nati, atque educati, tuerentur. Addidit postremo & Caesaris preces, auxilium, & communi libertati omnium, & priuato suo periculo implorantis.

Perorant & Ioannes Antonius Campanus, Interamnenfis Episcopus, Francisci Cardinalis Legati permiffu, in hunc modum.

Quæres, Caesar, per tot iam annos frequentissimis Germaniæ Conuentibus desiderabatur, ut aliquando presens tua adesses, cam hoc tempore benignitate sumus tua, & clemencia consecuti. Fecisti, quod omnes te facturum, & pro dignitate tua, & pro tuorum salute sperabamus, ut qui tuo suberamus imperio, à nostro defensi Imperatore, atque adiuti esse videremur. Ita quum primum de Conuentu hoc, mox de tuo aduentu, pronuntiatum est, quodam tu veluti flauis spei, ac lætitiæ, Germaniam, Italiam, Pannonias, Illyrios, Christianum denique orbem omnem recreasti, non solum quod auctoritatem allatura sit rebus deliberandis presentia tua maximam; verum etiam quod sic omnes arbitrantur te ideo Conuentum hunc decreuisse, ut venires; ideo venisse, ut defenderes tuos, & cadenti religioni, labenti que nomini, atque imperio Christiano manum, dorsumque apponderes. Quam rem voluisti te Caesar, & annos iam multos magnopere optasse non ignoramus; sed tempora vidimus desiderio tuo, & occasione defuisse. Nunc vero instanti mari, ac terra hyste potentissimo, & late fines nostros incendente, insuri exisse visus es, non tam expectata occasione aliqua meliore, quam olim fuerit, sed necessitate graui, tuorumque misericordia compulsi. Nam quicumque Christiani sunt, tui sunt; & qui quid iam deperit, ut imperio deperit. E-rexisti igitur omnium mentes; & ut retines finitimas Turcis confirmasti, ad spem aliquam resistendi: Christianos ceteros exemplo tuo ad opem in commune ferendam excitasti; nec quisquam est, aut horum Principum Illustriusimorum, qui adfuerit, aut alius quilibet, ad quem hodierni Conuentus notitia peruenerit, qui non existimet, solum aliquod prosperum, ac felix, post tot fluctuosissimas tempestates Christianis hodie illuxisse. Quibus pro rebus vndique tibi habentur gratiæ; Christiani omnes vitam tibi, diuturnitatem que precantur, & ut in hoc gloriosissimo proposito perseveres, & persistas orant. Hoc Græci, qui sunt reliqui: hoc Illyrii, qui quotidie vexantur; hoc Dalmatæ finitimi Turcæ; hoc tui, qui nunc incenduntur; hoc Christiani omnes, qui vires habent, caput hactenus non habuerunt, de te postulanti; quomnes hac noua presentia tua, & cætu Illustriusimorum Principum, quos tu ad hunc locum conuocasti, subuenient iri calamitatis sui sperant; & reprimi, ac repelli ab eorum cernicibus hostem possunt; aut, utcumque euenturum sit, haberi per te aliquam hoc in loco de suis miseris rationem, se consolantur, & nec omnino desitutos se putant, quod vnus sit locus in orbe terrarum, in quo de eorum salute cogitetur. PAVLO Pontifici Maximo, quam gratam rem feceris, quantum addideris spei facile licet intelligere. Qui quum perpetuo Pontificatu cogitationes suas omnes ad id vnum conuerteret, ut communi manu Christianorum incendio subueniretur, atque ea de causa, pacem Italia, Societatem Regum, concordiam Principum Europæ omni studio, diligentiaque quesierit, insisteret litteris, Nuntiis, Legatisque contenderit; non sumptibus grauisem, non laboribus suis, suorumque pepercerit; & proximo biennio, non somnum prope dicam sibi indulserit, non cibum, non quietem; illud verabat animo, atque expebat, ut paci Italia, nuper quadam sua dicam pertinaci diligentia confecta, Germaniæ etiam concordia iungeretur, quod hosti potentis, mo altera sine altera par esse non poterat, vtraque simul facillime poterat. Quæ res quum per te curatum iri videatur, quantam spe, lætitiæque affectus, ipse potes eximare. Ita quum primum ab eo Legatum ad Conuentum hunc postulas, non hominis illa tua postulatio ei visa est, sed vox Dei salutaris, & proclamatio quadam cælestis existimata. Erexit subito vultum, supplicationes omnium Ordinum decreuit, per vrbes totam credidisse Mahumetum pedibus; vbi ad templum Minerue peruenit, vidit Roma, viderunt omnium oculi, conflatum ad aram Saluatoris; & miseratione eorum, qui perierunt, & metu eorum, qui essent periculo proximi; & ut consilia tua bene, prospereque

succederent, diu inter precandum, suspirandumque magnam vim profudisse lacrymarum. Et ut tua eadem consilia modis omnibus inuauerent, extemplo, nulla inter, postea vora, nisi tibi cum Legatum, quem vides, quem (ut nihil decem eximij virtutibus dicam) & sciebat in uisitati tue esse charissimum, & ardore quodam gentili, ac familiariter, per vestigijs auunculi sui Pij Secundi itarum ad hæc expeditionem non dubitabat. Habes igitur Legatum & tuum, & educatum in Germania tecum; qui quum ceteris in rebus moderatissimum se prebeat, in hac vna consultatione bellis tam necessarij acerrimum se exhibuerit Roma in Collegio Patrum semper, & nunc, pace, ac venia tua dixerim, paratus sit, & te, & alios omnes, vigilijs, laboribus, periculis adsequere, ut Legatum se prestat Prima Sedis, & ex eo auunculo Pontificis esse ostendat, qui non modo huic expeditioni incipiende a posuerit curam, sed etiam in iam capta vitam deposuerit. Iam tuorum partium erit, eius opera sic uti, ut omnes possint intelligere, Fridericum Casarem, Imperatorem Christianorum, nihil, quod ad Christianorum defensionem pertineat, neque consilio, neque opera, neque dictis, neque factis pretermisisse; & quam spem hodie Christianis porrexit, eam quantis maximis potest viribus, impendio, laboribus periculis velle exhibere.

Duas res in periculo versantur, Religio, atque Imperium; quarum altera præcipua tua est, altera communis tibi cum nobis omnibus. Et perire Imperium sine religione vix potest; religio sine Imperio nullo modo potest. Tum res Casar ad hunc diem ita tulit, ut nusquam sublata sit religio Christiana, nisi vbi prius Christianum Imperium amiserimus. Vno consilio, atque opera tuebimur vtrumque, vna iactura vtrumque amittemus. Nec sine his aut tibi, aut nobis retinenda vita est, sed moriendum prius omnibus, quam ut aut tuo potiatur Imperio Turcæ, aut nos nostram, & maiorum nostrorum sanctissimam, ac verissimam religionem excusamus. Nec ego opem à te aliquam Casar Christiana religioni deposcerem, si rationibus, argumentisque premeremur. Munus sumus his verbis abunde, nec quicquam, aut oculi vident tam clarum, aut audiunt aures tam certum, aut tam manibus tangi, tractarique potest, quam religionis nostre sanctitas, veritas, certitudo. Sed armis impetitur, armis oppugnamur. Vetant Turcæ disceptari de superstitione Mahumetica, quia quid asserere possint, minime habent, & ferrum, mortemque querere de religione audientibus proponunt. Armis damnatas ipsorum opiniones communitur, quia neque rationibus communitur, neque oraculis, neque tabulis, neque testimonijs potuerunt. Et intelligunt tantas impuritates, atque flagitia, in quibus miseri veluti legis sordide quadam decepti voluntantur, nihil non habere necessariam, impium, sceleratum; & quod non modo consulari possit facile, sed iure etiam debet improbari, scilicet impudica, & immunda, & in qua nullum sit peccatum aliud, quam non peccare; & que omnia, libidinis, & flagitij gratia non permittat modo, sed præcipit; & que ab aduultero consista est, in stupris, adulteriisque versatur. Adulterum enim fuisse Mahumetum, & Chadelingum suam propinquam constuprasse, ab ea que haredem institutum; & cum infinitis prope feminis miseri solitum, idque se facere posse gloriantem, qua littera, qua historie non tradunt. Hic nobis proponitur, cui credamus, quem veneremur, cui virginis committamus nostras; cuius auctoritate, promiscue cum propinquis, cum feminis, cum maribus conspurcetur; cui non modo si contra dicas, aut paulo plus aduersere, sed etiam si queras, non te moneat, non de se probeat, sed ferro statim concutatur. Adeo nihil aliud vult scire suos, quam vltro cecus esse. Quid in nostra religione? Tametsi errorem intelligo meum, qui ausim hominem contaminatissimum, ac sceleratissimum cum vero Deo, cum non modo immaculato ipso, sed immaculata etiam virginis filio comparare, & quem Mahumetes ipse è celo venisse, & ex virgine natum esse non negat. Sed conferamus tenebras luci, mendacium veritati. Sit hoc primum, quo inflemus; Neminem vnquam credidisse Mahumetum, nisi coactum: neminem à Christi fide vi, aut armis coactum defecisse; & quum ille ferro, ut homines sibi assentiretur, compelleret, Christo, neque per ferrum, neque per mortes varias, quo minus assentiretur, cobiberi potuisse. Deinde ve-

Belli in Turcas duplex motiuum.

Diuinitas Christi argumentis ostenditur, & Catholica Fidei veritas.

rat Mahumetes disputari de suis præceptis, prohibetque suos ab inquisitione Dei, à studijs Philosophiæ, & rerum omnium, quæ in veri cognitione versentur. atque ita vanis duntaxat fabulis, & deliramentis occacuit, quos inuiter lucem prohibuerat. At Christus vixit annus natus duodecim, disputat in templo cum Phariseis, de mysterijs, & lege: tum etiam docuit ipse discipulos in terris; & Spiritum Sanctum è celo misit, qui doceret, & scientiarum omnium splendore illuminauit. Accedunt Prophete, quorum lingua non ipsorum, sed Dei semper est habitata. Hi quum de Mahumete ne vnium quidem fecerint verbum, Christi conceptum, natam, vitam, mortem, reditum ad vitam, descensum ad inferos, ascensum in caelos, infusionem Eucharystiæ, & denique facta, dictaque eius expresserunt. Tum Sybilla quoque, quum Mahumetem ne somnauerint quidem, venturum è celo IESVM, vtrumque de Virgine habiturum præcinerunt, nomenque etiam ipsius litteris expresserunt. Et Herodes vixitum natum Christum, natum Regem intellexit. Quæ de causa infantes Iudææ omnes, inter quem & filium suum iusserat occidi, ut conser Octavianum Augustum dicere solent, male se Herodes percursum esse, quam filium; quod porco, quo Iudæi abstinent, parceret, filio Herodis non pepercerit. Et Augustum, idem quod Herodes in Syria fecerat de pueris adimatam ingulati, & si obstiteret Senatui, Roma quoque facere voluisset, quod prædidisset in vulgum, per eos ipso dies, DEVM natum esse natura, & paulo post Regem Orbis terrarum è Iudæa aluenter. Quod cæci quidam Vespasiano attribuerunt, qui postea in Syria bellum gessit. Hæc omnia Sole ipso clariora: & ne quid dubites, non in Christianorum hotata scriptis, sed in hominum illius temporis, & qui Christiani non fuerunt, libris inuenta sunt. Sed quid si hæc non adessent; quam obsecro mentem non mouerent, tot miracula Sanctorum? excusatos mortuos, tranata maria; homines imperitos, agrestes, piscatores, vna momento, & puncto temporis, omnes scientias, omnium nationum linguas perdidicisse; & repente, alios in Indiam, alios in Persidem, alios in Armeniam, alios in Italiam, diuersasque nationes profectos, vbi que ferme cuique accommodato predicando, non vi, sed ratione, non armis, sed miraculis, non nugæ, & fabulis, sed mysterijs, & præceptis, non inferendo alteri mortem; sed vltro, & sponte accipiendo illam, Cuitates, Regna, Prouincias conuertisse. Quam inquam mentem non mouebunt tot hominum milia, qui per Christiani ferent, & IESVM verum DEVM, veri DEI Filium testarentur, in cruciatu, & morte, Principes, priuati, iuuenes, senes, mares, femina, nupte, virginis concurrerunt, coronam Martyrij cum sanguine, tormentisque poposcerunt? Sed fac aliquid adhuc esse querendum iure exploratissimum, & Solis lucem illustrandum. An ipsa religio nostre sanctitas, honestasque summa, etiamsi nulla supplerent argumenta, non omnibus recipienda, atque amplectenda esse viderentur? Quid præcipit? Quid suadet tibi lex Christi, nisi omnia plena charitatis, pudicitie, diuinitatis? Equid præcipio, fuisse gentium diuersarum complures sectas, quia natura insitum est omnibus, ut cælum suspicientes, aliquem esse factorem, & moderatorem rerum tantarum, & tam pulcherrimarum existimemus, eumque quantum capere humana mens potest, admitemur, colamus, veneremur. & quæ, quantum que sit, intelligere, & placare cupiamus. Quæ in re necesse fuit, decipi multos, dum plus mente assequi, quam oculis cernerent, se posse putauerunt. Sed nulla vnquam facies religionis turpior, & sceleratior, quam Mahumetis; nulla honestior, & sanctior, quam Christi.

Varij Gentium ritus recensentur.

Coluerunt Menadam quidam non procul à Tanai flumine, arborum truncos, & ut quæque esset vetustissima, ita plurimum habere eam diuinitatis arbitrabantur, quod Dei esset, quam longissime viuere. Coluerunt Aegyptij bouem, fellem, crocodillum; quos qui paulo violentius attigisset, capitis supplicio damnabatur, quod quadam ab his beneficia conseruerentur. Coluerunt Thebani aquilam, quod altissimam volans, quandam habere cum Deo vicinitatem, atque ideo venerandam esse à mortalijs arbitrabantur. Coluerunt Scythæ ouem, quod animantium omnium homini esset com-

missima, ac minime noxia putaretur. Coluerunt Sardi, qui fuerant in Asia etiam finitæ, quod magnam habere cum homine similitudinem, & lineamentum corporis, & industria ingenij viderentur. Coluerunt Siminthij in Phrigia mures, quod domi è terra nati, comites noctium, ac dierum nostri, in delictijs nostris alerentur, & per domos, ac templa, veluti & hominum, & Deorum ministri versarentur. Coluerunt Persæ aquam, atque ignem, quod his duabus rebus omnia viuissent, crescerent, auerentur: ita quod si quis minisset in flumen, aut in ignem conspississet, capitale habebatur. Coluerunt prius Romani singulos animi affectus, quorum, ut tacemus ceteros, Scipio ille præclarissimus Africam ingressus, pauros, atque audacia sacrificauit, quæ quidem sulistia, & vanitatis plena sunt omnia. Verum quæ Mahumetes conspissit, multo uariora sunt, multoque absurdiora. Nam & inter scorta, & flagitia, beatum se iuber existimari; & per supra cælum promittit; & astutus sibi datum ait præceptorem, & dicit, qui eum celeritate incredibili deueheret in cælum. Reffe tibi Mahumetes dux datus est asinus, qui nihil aliud, quam quæ asino conueniant, præcepit; veluti Deo illo Hellepontico, cui veteres asinum consecrauerunt. Nec est aliud Mahumetes, quam Priapus, cui veterum sulistia sacer est asinus. Nec aliud Mahumetis sacra, quam Iustitia, quam Floralia, quam Priapalia. Sed fuerit hæc vanitas. Feramus equo animo sulistiam eius, qui hæc præcipit, & sortem eorum, qui compulsi sunt armis, ut crederent, miseremur. Quid quod impietate, & scinitia Mahumetes omnium exempla superauit? Macchabæus Rhodij hominem, quum essent Deorum, aut Damonum potius mentem placaturi. Salamini hominem ad Dionedis sacra, viuum concremabant. Chæi Dionysio, Lacedæmonij Marti, hominem & ipsi viuum lacerabant. Phænices, amicissimos aduersa tempestate, aut pestilentia interficiebant. Laodicenses virginem Palladi, Curetes puerum, Neptuno ingulabant. Græci maris tempestatem sedaturi, Regiam prolem immolabant; ut Effigiam Agamemnonis filiam apud Aulidem immolauerunt. Abderita, eum, qui esset omnium pessimus iudicatus, quot annis ad templa lapidabant. Artici in Latio, Diana peregrinos macchabant. Omnia hæc plena impietatis, & portenta potius immania, atque esserata, quam sacra sunt existimanda. Sed tamen in sacris hæc faciebant; errabant exemplo maiorum, religionis specie decipiebantur. At Mahumetes hostis humanitatis, inimicus sanguinis, omnium machinator scelerum, non sacrorum excogitator, hominem ita iubet occidi, ut nec frater parcat fratri imperij causa, & vitam ei eripi iubeat, quem natura tua similem, imo alterum te, sanguinem patris tui, matris tuae imaginem procreauit; & quicumque bello hominem occiderit, ei cælum Mahumetes, atque aternitatem pollicetur. Gloriosissime Iesu, quam mitis est lex tua, quam benigna, quam sancta. Non solum occidendos fratres ueras, sed inimicos etiam præcipi diligendos: nec sanguinem postulas hominis, qui hominis saluandis gratia, totus es effusus in sanguinem. Nec est aliud religio Christiana, quam pietas, quam veritas; multum scilicet prius prænunciata, quam facta; prius monstrata, quam visa. Nam venturum CHRISTVM Sibylla, Propheta, oracula prædixerunt venientem. Cæli stellæ, stella magis, Magi Herodis, miracula hominibus, Angeli pastoribus monstrauerunt. Postquam venissent, cæci visum, surdi loquium, surdi auditum, mortui vitam recuperauerunt. In fidem Christi, iuribus, & caeremonias Christianas, Regna, Nationes, Prouincias conseruerunt.

Ceciderunt templa veterum Deorum, aut Damonum potius simulachra corruerunt; siluerunt responsa aruspicum, Phytionum præsentia euauerunt. Quippe Hadriani Caesaris tempore, qui primus vetuit assigi Christianos, siluisse Orbis terrarum celebrata oracula; & Vates, qui præsidebant ea de causa, omnes capitis supplicio affecti referuntur; quoniam adueniente Deo, cessare demonia oportebat, & fugere tenebras mendaciorum, vbi dux esset exortus clarissima veritatis. Tum demum Constantinus, & ante eum Philippus Caesarum primi, Christo iniuriati, nomen Christianum, saluæ hypounerunt. Gallorum Regum primus Clodius, vltiorum Britannorum Charonbertus, Normannorum Robertus;

Turcarum religio omnibus reliquis uarior.



Pannoniorum Stephanus; Visigothorum in Hispania Richardus, Longobardorum Agilulphus. Omnes hi Reges quum fuerunt, Regna quoque secum, & Provincias contraxerunt, seque omnes sub Christi tutela receperunt: tum praecipue vestri maiores, qui multos in Fide Christi antecesserunt, templa haec magnifica, & veluti Regias quasdam adificauerunt, adificata locupletauerunt: ut quanto ipsi ceteros obseruantia religio- nis antecirent, tanto cultu quoque templorum, & ornatu, at- que opibus superarint. & quo maior esset futura de his posteris cura, magna ex parte non nisi Principum liberos praesse- voluerunt; ut esset religio cum imperio, imperium cum reli- gione coniunctum; & quum res exigeret, alterum alteri ferret auxilium. Nec vltimum est paulo celeberrimum templum in Germa- nia, in quo aut maiores vestri praesuerunt, aut nunc fratres, aut propinqui praesint, aut paulo post (speret hostem liceat) pos- serti vestri sint praesuturi. Quocirca par est, ut a quibus im- perium accepistis, & vitam, ab his hereditaria quadam con- ditione, & religionis curam accipiatis; pro qua Henrici, Or- tones, Friderici, alique maiores vestri, tot bella in Europa, at- que in Asia susceperunt, & quam verissimam, ac sanctissi- mam esse videtis, & Patres vestri reliquerunt vobis, sangui- nique vestro commendatam esse voluerunt. eam nunc la- bentem, & iam, nisi statim accurratur, collapsam tue ami- ni. Neque templa maiores vestri ad cultum Dei, ad orna- mentum Germania, ad praesidium posteritati erexerunt, ea ut spoliata, ac deiecta diruantur ab impio hoste; aut, quod magis nebandum esset, in spurcitiem Mahumetis, & libidinis pro- phanentur.

Alter est iactura Imperij, rerum omnium, quae in terris sunt, maxima; & qua non modo ad dignitatem vita per- tinent, sed etiam ad vitam ipsam, ut raro Imperium sine vita deponitur; nisi quod deponi vita saepe cum gloria potest, ut qui pro Deo, pro dignitate, pro patria deposuerunt: impe- rium numquam sine dedecore, atque infamia potest. Ete- nim traditum est, Germanos praecipuos mortalium omnium, trahi cupiditate laudis, & gloria, pro qua maiores vestri ob- jicere vitam periculi, & relicta patria querere externa re- gna, imperiaque remotissima non dubitauerunt. Fecerunt id, quod nobilitas tanta postulabat. Quae enim nobilitas, aut qua potius vita sine gloria est? A gloria enim vita est, atque au- tha nobilitas, haec nulla alia re potest contineri, & conserva- ri, quam gloria. Sed quae gloria inter mortales maior, quam imperij, & fama; pro quibus rebus nobilissimi quique om- nes, sibi labore, & pericula, & mortem non dubitave- runt? Brevisimum est spatium, quod possimus vivere; lon- gissimum quod nominari; & tantum qui assequi videtur a- tatis, quantum est eius apud posteros fama duratura. Nec quisquam diu vixit; nisi qui quum discessit e vita, diu inter- eos, qui in vita remanent, nominatur. Ergo maiores vestri, qui ob partem virtutis sua splendorem adhuc sunt in luce, & nominantur: quum intelligerent, patriam sibi amplissi- mam, ac patentiissimam esse, & omnia magnitudine sua & naturae illustrarentur, veluti sedem quandam, natam ad im- perium, maximam semper, ac pulcherrimis expeditionibus ex- posuerunt. Nam de latitudine Germania nil attinet dicere, quum nonnulli veterum Scriptorum dubitauerint, an si- nem aliquem Septentrionem versus Germania habuerit. Ad- eo est lata, atque immensa, ut aut non inuentus fuerit illius exitus; aut pro magnitudine inueniri posse homines despe- rauerint. Sic illi domi concordis, foris strenui, & acqui- scere imperium, & tantam illustrium virorum multitudi- nem pepererunt, ut per reliquum orbem veluti colonis no- bilitatis vsquequaque deductis, familias nobilissimas, & Regias propagauerint. Nec vlla sit familia in Gallijs, ne Regia quidem; nulla in Hispania, aut Italia paulo illu- strior, quae si antiquitatem reperat suam, non statim de Ger- mania se esse praedicet; & veluti de Seminario quadam vera nobilitate, e vobis venisse gloriatur. Nam quis obsecro fa- miliam Gallorum Regum tam celebrem, tam laudatam protulit? Germania, Pipino Germano auctore. Quis Hi- spania domum tam insignem, quae nunc Regum obtinet, & prope ad Lybiam vsque protenditur? Germania, Vigi-

Germani cupidi lau- dis, & glo- ria.

Germania vastitas.

gotiho Richardo Germano auctore. Quis tot nobilissimas fa- milias per vniuersam Italiam, tamquam excusso gremio no- bilitatis suis, sparsit, seminavit? Germania, Henrico Ger- mano auctore, qui Ordelaφος, Varanos, Malastefas, Man- fredos, Galassos, Ferretanos, Picconites, Gonzagas, alia- que innumerabiles, & instituit nobiles, & locupletavit: ut vere dici possit, fontem nobilitatis, vitium, & perennem ius- se Germaniam, aut mare potius, quod omnes Provincias Europa suo splendore, veluti aestu quodam nobilitatis inun- dauit; dum in Galliam, in Hispaniam, in Italiam, natio- nesque alias propagavit imperium; & quum adhaeserint Pro- uinciavictrices Orbis terrarum, quae virtute partum impe- rium tenuere, Italia, atque Germania; Germania sic illam ad- equavit, ut aliquando, quod vno dicam verbo, subiugari Ita- liam. Itaque maiorum vestrorum virtute, gloria, rebus ge- stis, non modo praecipuam adepti nobilitatem, sed imperium etiam latissimum assecuti, sexcentis quadraginta annis potiti rerum, essu imperium. Nescio quo malo fato nostro transla- tum ad Graecos, ereptamque Italia, in Germania deuoca- sio: & quum Italia sola post sublatam Republicam, vix CCC. septuaginta annis integrum obtinisset, id vos duplo fere diuturnius retinetis. Quumque Italia Traianum, Ha- drianum, Theodosium Hispanum, Aurelianum Dacum, Phi- lippum Arabem, Seuerum Afrum, Maximianum Thracem, Diocletianum Dalmatam; Iovinianum, Valentinianum, Probum, Decium Pannonios pertulerit, vos magnitudine a- nimis, inuicti, atque excelsi, neminem externum, neminem non Germanum pertulistis, permansistis vobis integrum ad hunc diem, nullis externis ereptum armis; & ita permansit, ut nullis hic afficiam Principes; quorum in familia non ali- quando & Caesares, & Imperium non habuerimus? persuasa- que fuit Maestras haec vestra Imperij, per illustriissimam quam- que Germanici sanguinis stirpem, non vni alicui attributa, ut commune sit omnibus, quod omnium maiores habuerunt, & vos omnes habere, aut potuistis, aut poteritis. Quare non est, ut quisquam vestrum non putet ad se non pertinere hanc defensionem dignitatis, & alter alterum intueamini, ac ve- luti nihil ad vos attinentes, Friderici Aquilas negligat. Ve- stre sunt omnium, quae & maiores vestri perulerunt, & posterij aliquando perferent, & vos Friderico, ut perferat, con- tulistis. Ut enim signa militaria, quamquam ab vno, aut paucissimis feruntur, tamen pro communi salute, atque glo- ria ab vniuerso defenduntur exercitum; sic & Maestras haec ve- stra Imperij, quam vnus obtinet, delatam a vobis, communi omnium praesidio, & viribus est protegenda. Ne ea deiecta, at- que atrita, extincta turpiter Germanica gloria, & demortuo in vobis splendore maiorum, & fortunis, & imperio, & vita spoliemini. Quod si tantum est studium in quaerendo Imperio, ut inter arma, furoremque bellicum, inter media tela, mor- tesque decurratur; quanto maior debet esse diligentia, in re- tinendo? Quam turpe erit vobis admittere Turcum ad Ger- manicum Imperium, qui ne Christianos quidem externos ad societatem Germanici Imperij recepistis? Agite, cogitate haec Germani Principes. Sequamini vestigia maiorum vestrorum, qui semper aliena querere Imperia, numquam sua amittere consueverunt. Veniat vobis in mentem, quotiens externi Re- ges, & peregrina arma Germaniam inuasere, quam fortiter eos depulerunt maiores vestri; quibus animis, qua concordia, atque consensu fidem, libertatemque defenderunt; & quod illi factitarunt, ne quis vnquam feliciter se armis Germaniam aggressum gloriaretur, vos quoque, (quorum, si adstet concor- dia, nihilo minores sunt vires) idem faciat. An non audistis, & perterritum C. Iulij exercitum Germanorum affectu, & Galliam ab eo non tam Romanis armis, quam equitatu Ger- manico superatam? An & Octauij Augusti fortissimas quon- dam legiones contra vos missas, apud Cariscos, a maiori- bus vestris concorditer arma capientibus, ad internecionem esse deletas? & quae reliquum orbem ad ortum vsque Solis per- domuerant, vni concordis Germanorum exercitui pares esse non potuisse? An & Tyberium, qui successit Augusto ag- gressum armis Vindelicos, insurgentes maioribus vestris con- cordi auxilio, breui discedere e Germania esse coactum? An

Et Nobili- tas ad alias Provincias diffusa.

& Vesta-

Germani bellicosissimi, ac eorum virtutis plura.

& Vestaianum, Summum postea Imperatorem, a Claudio Caesare contra progenitores vestros missum, duabus & XXX. commissis pugnis, qui postea totum subegit orbem, vincere Germaniam nequissime? An Antonium, Aurelium, & Alexander Caesares, & postulare a vobis auxilium aduersus Celtas; & coactos esse praesidia, copiasque omnes ex hyber- nis oppidisque, concordis Germania, deducere; & nationem Germanicam aequi conditionibus in amicitiam, Societatem- que recipere? An & Imperatores alios expeditionem Germa- nicam, veluti insuperabilem humanis viribus reformidasse? Nam Traiano, qui ad Colaniam Agrippinam suscepit impe- rium, non vni, aut armis coacti, sed mansuetudine, & libera- litate, atque iustitia inuadita, & incredibili allecti paru- istis. Sed Caesares duntaxat commemoravi. Quid Reges gen- tium externarum? An & illud quoque non legitis, non au- distis, Magnum Alexandrum, quum domuisset Illyrios, Tri- ballos, Boeotiam, Thraciam, Spartanos, Thessalos, Achaiam, Peloponnesum omnem; quum Ioniam, Lydiam, Liciam, Ci- liciam, Cappadociam, Cariam, Paphlagoniam; quum ma- iorem, minoremque Armeniam, Syriam, Aegyptios, Par- thos; quum Persas, Hircanos, Medos, Sagdas, Indos; quum tot populos, regna, imperia subegisset, & resistere ei homines, exercitus, arma, orbis denique terrarum, quantum est vbi- que non posset, deterritum audiuit, ac fama Germania, ad Danubij ripam subsistisse? Ita qui omnia Orientem versus, cursu, & felicitate victoriarum, veluti tempestas quadam belli deuolauerat, vna Germania, Germania inquam ter- rarum vna eius vim repressit, compesuit impetum, auda- ciam retardauit. Sic Darius Hydaspis filius, sic Cyrus, poten- tissimi Asia Reges, quam formidandi Germani essent, facile ostenderunt, qui traiecto Danubio eos non ausi sunt attingere, Scythas bello superarunt. At multo audacior Lyfma- chus, & ipse Rex maximus, quum ingenti coactio exercitu, Danubium traiecit, a Romichste Rege non modo victus, sed etiam captus est. Infinitum esset, nec suppetere diem, si vi- ciorias Germanorum, si clades eorum vellem commemorare, qui aliquando armis Germaniam petierunt; ut natum sit in- ter finitimos prouerbium, Male qui velit pugnare, cum Ger- manis pugnet. Et bello Ponthico, quum Deribes Geiba Neop- tolonum Charium ad singulare certamen prouocasset, quod insimulasse eum de fuga diceret, diffidens causa sua Neopto- loms, O Derithe, inquit, si perire tibi ferro est animus Ge- tha es, prope Germaniam habes. Adeo per eundem omnibus existimabant, quicumque ausi essent cum Germanis, qui o- mnium inuictissimi haberentur, praelio velle contendere. ut non temere Imperatores Romani veteres, illud certatim eni- viximeque omnes contenderint, ut quemadmodum Scipio a deuicta Africa, Africanus est dictus, & alter ab Asia Asiaticus; ita ipsi propter splendorem Prouinciae, Germanici co- gnominarentur. Constatque & Tyberium Caesarem natum sibi filium, ea ipsa de causa, quam dixi, hoc est cupiditate exi- miae gloriae, appellasse Germanicum. Et Domitianum, ac Neruum Caesares, titulis ceteris, quos Senatus deulerat re- pudicatis, solum Germanicum recepisse, in quo vno plus or- namenti esse, quam in vniuersis ceteris positum arbitra- rentur. Et quum, ceterarum nationum homines, pro pedago- gis, aut coquis, aut histrionibus haberent; solos Germanos post primum Caesarem, diurnis, nocturnisque exercitijs cor- porum custodes esse voluerunt; quod eos natura ad robur, ad arma, ad fidem genuisset. Sed quid viros tantopere mira- mur? Proditum est memoriae, feminas quoque Germanas, sumptis aliquando pro patria armis, ex integro virorum pu- gnas instaurasse, & nullam aliam doctem asserre consue- in maritorum domos, quam frantum equum, & scutum, & framiceam, quod genua teli apud vos primum inuentum est; ut etiam maiores, minoresque bombardae, quae non modo rumpi vrbium muros, sed caelum etiam quasi posse docuerunt; ut non solum bellatores semper fuisse acerrimi, sed instrumenta- rum quoque bellicorum inuentores subtilissimi videamini. Veniebant ergo feminae ad arma, parata viros adiuuare: & ad eadem studia bellica prolem aupticabantur; ut quod ali- iam grandes perdiscent, maiores vestri de primis incunabu-

Germani ad custodiam Imperatorij admissi, & cura?

lis, atque in natura ipsa, prius initiati, atque additi armis, quam genti, nedum nati esse viderentur. Tum neque tem- pla ingredi, neque forum adire, neque de publicis, aut priua- tis rebus quicquam agere vestri maiores, nisi armati consti- uerunt. Armati rem diuinam, armati prophanam, armati vrbanam, armati domesticam faciebant. Veterum Nuni- num, Martem praecipuum, quod bellis praesert, colere. Et in- ter peritos astrorum, constat, vim, atque influxum Martis, hoc est appetitum quendam armorum, ardoremque bellandi inesse Germanis. Armaturas, atque equos ita expolitis sem- per, ut ceteris in rebus a multis aequari diligentia, hoc vno stu- dio, & cura omnes antesse referamini. Et diu apud praefatos ve- stros mos tenuit, ut non alia nomina filijs imponerentur, quam equorum; ut quotiens aut aspicerent filios, aut ad se vocarent, simul equorum quoque & memoria, & cura veni- ret in mentem. Nec solum his artibus ad arma, atque impe- rium, quod armis paratur, instruebantur, sed natura quo- que ipsa ad rem militarem, disci; linamque bellicam gigne- bantur. Quae & corpora vobis eximia, atque exantia, & vultus, quantum pace latos, tantum bello terribiles, & oculos in pugna minaciter, atque incensos, & vocem ad perterrefa- ciendum plenorem, & animos ad rem paratos, & laudis, & gloriae, & imperij cupidos dedit. Nec minus habitu corporis, quam ipso corpore videmini rem militarem profiteri. Nam & coma porrecta Lacedaemoniorum more, qui omnium fure belli colossissimi; & ad pulchritudinem domi, & terrorem belli a- litur vobis; & vestes non promissae & complicatae, ut Italia, nor- gibbosa, & pralata ut Gallia, non fluxa, & cadentes ut Graecis, non laxae, & reiectae ut Armenis, & Persis, non rudes, & obligatae, ut Indis adaptantur; sed qualis armatura conue- niant, breues, expeditae, compacte membris, nec non artus sin- gulos, sed ipsos prope dicam neruos, ac venas exprimentes. Quae omnia sunt bellica, militaria, castrensia. Ita quum caelo, quum natura, quum arte, quum institutis veterum, quum studio ipsi suo, quum ingenito quodam consensu, atque con- cordia maiores vestri rem gesserint, & defenderunt antea ab externis armis Germaniam, & postea culmen hoc imperij ma- ximum, ac dignissimum pepererunt; & splendor ille Italici imperij in Italia extinctus, in Germania adhuc lucet, eluce- bitque semper quamdiu maiorum secuti vestigia, quod illi virtute, armis, concordia pepererunt, id vos virtute, armis, concordia defendetis. Nam quid Germania faciet tota, cum exigua aliquando Germanorum portio, & incognita insula, collecta ad Scandiam manum, breuis omnem Europam, & Afri- cae, atque Asiae partem subiugauerunt? An vos vniuersi nunc non modo poteritis, quod olim Gothi exigua pars vestrum po- tuere? Aut erit minus in vniuerso corpore, quam vno in digito virium? Et illi tam pauci eripere valuerunt, aliena imperia, vos tam multi vestrum defendere non valebitis? & plus olim feminis vestris animi fuerit, quam nunc vobis sit viris ad com- mune libertatem defendendam? Et dubitabitis ipsi pugna- re cum Turco, quorum maiores scimus aliquando contra caeli tempestates, atque inundationes arma sumpsisse? Et illi in ca- lum ausi sunt suscipere bellum, quod paulo plus aquarum in- funderet; vos in Turcum, qui humanum sanguinem effundit, insurgere, atque armati non audebitis? Inuicti inquam, inui- cti Germani estis. Si conuenire in vnum est animo, ut semper fere maiores vestri conueniunt; si deponatis intestinas simul- tates, quas nemo sapiens in communi periculo non deponendas existimavit, iam vicinus, concordibus vobis, & arma cum consensu capientibus. Non homines, non exercitus, non regnum non Turcorum potentia est extimecenda. Discordibus nulla spes est; quia nulla sunt corporum vires, vbi corpora, corpo- ra esse desierunt. & direpta, atque amissa membra, non modo robur amittunt omne, sed speciem quoque ipsam membrorum, pulchritudinemque perdidit. Quum puer Cyri Regis in Eufrate flumio latissimo esset submersus, iratus Rex, deriuari flumen in CCC. circiter fosis, & traieci a pueris vsque quoque iussit. Ita qui collectus, atque inter latitudine ingenti formida- batur, in tot diuisas partes, passim et a pueris contemnebatur. Nec vltimum est robur tam firmum, atque solidum, quod diuisum non debilitetur, non cadat, non dissipetur. Iguis in spiritus egre-

Germani ad bellum nati.

gatus ex-





nam, si qua sint, remittat in iuris priusquam hinc discedat infirmandum deponat, exigat, ab omnibus, ad communem salutem defendendam. Concorat, deinde animis, arma sumi iubet. Dicit id, quod est, & omnes esse fatentur, eius arbitrii esse, quod dare stas, ut velit Germanicis rebus; eum Principes habituros animis ad hoc bellum, quem ipse habuerit, denique ad accepturos Christianos a Germanis auxiliis, quod ipse voluerit. Ad id, sua causam agi & propter imperium, & quod sit periulo proximus. Ne se negligat, ne subditos, ne Maximilianum filium, ne Imperium, ne famam. Haec dicit, hoc vociferare. Intellegat id, quod iam intelligit & curat, se defensorem suorum, & propugnatorem Christianorum esse debere, qui idem & suorum dominus, & Christianorum sit Imperator. Gloriosissime, & clementissime Deus, inflammas abutur ne impune antiquaria tuar occidantur impune infantes in Germania, viuis, & saluis hinc principibus. Ceteri sub Friderico, & hinc principibus fastigiuus hoc Imperij, quod septingentis iam annis a Friderico, & horum progenitoribus principum partem esse. Imploro, & appello te Caesar, & vos Principes oro per gloriosissimas umbras Patrum vestrorum, erigite mentem, intendite nobis dum tempus est, facite, ut & Germania, Germania sit. Eros nunc habeat, propugnatores, quos olim habuit. Veluti, qui & Principes nati, & Christiani estis, & principes mori, & Christiani. In iuris, & acceptas, & illas obliuiscimini, aut si id non potestis, tantisper comprimite, dum consulat vobis, cohibete vram animi, ut vitam conseruare possitis. date has inducias Deo, quas vel mediocri daretis amico, si rogarem, date religioni Christiana, qua fidem a vobis deposcit Christianam, date communi Imperio vestro, quod omnibus vobis perituro est, sperabit, mansuetum omnibus, si permanebit, date arumnis, & Calamitatibus oppressorum nostrorum, quae tot sunt, ut iam perferri amplius, & sustineri non possint. date a filiis, fratribus, propinquis, ac subditis vestris, qui omnes se vobis commendat, atque orant, ut seruenti hosti, ne eos iniquitate, resistat. Denique, hoc vnum postremum, ac solum cogitate, nisi nunc Turco obstitatur, quo in statu futuri sitis istis, & in quo filios vestros relicuri.

IV. Cardinalis Legatus Principum propositum commendat.

Dixit haec Campanus. Excepit Cardinalis Legatus, qui graui oratione propositum Caesaris, & Principum aduentum commendauit, & egitque gratias, Pauli Pontificis nomine vauentis; hortatus, ut quam spem Christianis ex Conuentu porrexissent, eam sumendis armis exhiberent, nec se carpi singulos parentur, qui vniuersi non modo resistere, sed proffigere hostem quam facillime possent. Conuentus multos reperit nec quicquam in Germania factos: vbi si obtemperatum fuisset consiliis eorum, qui suura pericula prauidissent, non eo discrimine ventum fuisset, ut quem facile tunc potuissent ex omni depellere Europa, nunc in ipsa fere Germania perferrent: du extrema essent neglecta, ad intima hostem penetrasse. Adiecit & preces, ac verba, vultum, animumque, Legato, & tantis necessitatibus dignum accommodauit. Principes Germanico more paulum segressi, atque inter se locuti, gratias Caesari egerunt, quod aliquando Germanicam libertatis, & publicae salutis curam suscepisset: paratos se per omnia vita, fortunamque discrimina illius Imperium sequi; Ituros in expeditionem, si ipse aut eat, aut iubeat iri, missuros, si iubeat mitti. Latus eo responso Caesar, laudatis Principibus conuenire sequentem in diem iussit.

V. Inter Electores Imperij, & Oratores Ducis Burgundiae loco discordia.

Postridie pari frequentia reditum in Praetorium est. Sed initium consultandi a controuersia ortum, omen belli futuri, an impedimenti potius fuerit, suspensum me habet. Oratores Burgundi, cum post Legatos Electorum collocati, atque ideo despecti prioris consensu viderentur, redire in subfellia recubabant. Electores, ab Electibus Collegis, qui aderant, quamquam summa cum modestia, dignitatem tamen communetuebantur. Burgundi, potentiam sui Principis, & in Gallia, & in Germania maximam. Electores partem nobilitatem, ac vetustum morem obiciebant, seque e corpore Caesaris cum essent, ne Regibus qui-

dem, si qui adessent, cedere oportere contendebant. Haec contentio cum tres prope horas contempserit, non antea est sublata, quam Burgundi alteris subfellis ad frontem Caesaris inter Oratores Regios locarentur. tum demum & ipsi auxilium Principis sui dignitatem, quod in ordine absentium Regum sedebant, & Electores seruasse affirmationem suam, quod exclusi a primis subfellis Burgundi essent, videbantur. Vbi omnes confedere, primi Burgundi surrexerunt; quorum vnus locutus est oratione ideo parum accommodata, quod plus in criminando Rege Galloxi, quam in proposito iuuandi bellivus est occipari. Regem rapuisse foedera; violasse publicam fidem; media pace, oppida Burgundi expugnasse conquectus est. Parca quaedam adiecit ad rationem belli, & quae tunc ibi potius excogitata, quam domo adducta videntur. Altera fuit oratio Pauli Moreciani, Venetorum Oratoris, breuis, & collecta. cetera se cum Turcis Venetos annos iam ducentos, eorumque vires, atque impetus, solos, & in Thracia, & Illyrio sustinuisse. enixius tamen octo proximis annis, mari cum ijs, ac terra gessisse bellum; propugnatores quos nostros fuisse iam non tam defatigatos, aut exhaustos, quam a ceteris Christi anis delituros esse. communi ad eam diem periculo solos excubasse: creuissse nunc hostem, factum ex aliena somno lenua magnam, & quantum iam perire Christiani vitanam vigiles possint. Instare illum ab Illyrio, a Pannonia, a Sinu Adriatico; non tamen, non tena quae eos nostros sinere; genus belli quale esset, ipsos perspicere. Scenos occidi, strangulari infantes, caetera iam multitudine sine lexis, ac utique discrimine in feruitum Astaticam trahi; conflamari templa, viros Dei intra templa concremari; igni, & ferro ad excidium vicinum vastari omnia. Incipere iam Germanos intelligere, quid fuerit Venetis tam diu bellum gessisse cum Turco; nec tamen desperandum esse; modo eo sint animo Germani, quo quisque esse debeat, ad vitam suam, libertatemque suorum defendendam. Habeat se permagnam ceteram, & praedia per Illyrium, Gaeciamque disposita; stipendio eorum militare ad hominum quinque, & viginti milia; Iuvari & a Ferdinando Rege maritimo bello. Si iuuentur terrestria Germanis, breui & futuros ipsos in tuto, & ceteros extra periculum posituros. Misisse Ferdinandum tres, & viginti trimes, quatuorque naues onerarias, in augmentum classis; & alas praedictam esse missurum. Ipsos trimes sexaginta, nauesque aliquot instruxisse, & putare iam esse deductas. centum trimesibus, ac duode viginti rostratis nauibus bellum maritimum aggressuros. Si terra quoque distrahar hostis, vrbique laboraturum. Post eum Cardinalis Legatus magnificis verbis, & rem Venetam, & Pontificis diligentiam, & Ferdinandi apparatus complexus, partem Germanorum curam, quorum non dispar esset periculum, postulauit. Secundu Legati verba Praesul Aistensis, in suu Caesaris progressus in medium haec postulauit. Primum, ut decem millia ad praesentem necessitatem, quarta pars equites, caeteri pedites cogerentur, qui per fines extremos Germaniae dispositi, hostem ab incursionibus prohiberent. Alteram deinde manum subsidiariam, ac paratam in omnem belliuentum, & ad quamuis hostium impressionem compararent. Postremo, ut de Summa totius belli, quantum geri vniuersis viribus Germaniae posset, in annum sequentem constituerent. Ad haec Principes, quod digna consultatione res esset, spatium postularunt, responsumque in diem sequentem polliciti, praesentibus quoque verbis, spem Caesari addiderunt. Magna visa est omnibus Caesaris postulatio, nec minus necessaria, quam magna, sed multorum iudicio praeposita. Nec Legatus Cardinalis ordinem postulatorum approba-

Sedat.

Imperatoris responsum non ad eo gratiam Pontificis Legato.

nit, Lau-

nit. Laudare se dixit consilium Caesaris, de auxilio praesenti, de subsidio parato, de expeditione futura; sed eum ordinem non placere. Primum, quod cum fama potissimum bella consent, nec minora in re bellica terrore, quam praedio conficiantur, irritum essent hostes tam exiguum manum, & vires Germanicas, ex decem millibus multum aestimatum, ac tantam omnem expressam Germaniam in tanto Conuentu nihil plus praebere virium, quam decem millia potuissent, aut si posset, aegre reliquos in castra venturos aliquando esse, qui nunc, ut darent nomina, compelli non potuissent. Deinde spem omnem ereptam iri ciuitatibus nostris, finitimis Turco: concursos omnium animos, cum primum de numero audierint tam exiguo; & quicquid nunc praesentem Caesarestantibus omnis Germaniae Principibus, tanto habito Conuentu in eorum salutem factum non sit, fieri posse amplius desperatum. Postremoque, vbi decem millia contulerint Germani Principes, contulisse se quantum opus fuit existimabunt, ut fere semper grauius est quod additur ponderis, quam quod imponitur, & maxime imputatur, quod primum ex actum est. Proinde suam esse sententiam, ut ante omnia de summa vniuersi belli deliberetur, vires omnes Germanorum inspiciantur; nomina militum, quotquot, & vbi vbi sunt conscribenda. habendum quantum habere maximum possent, ex omni Germania delectum: ac tum demum ex ea summa primum decem millia educenda, praesidiumque ad impressiones ex eadem submittendum. caeteras copias destinatas, conscriptasque, & primo quoque tempore paratas habendas esse; ut sic ita futurum, ut hostibus terror, spes nostris adiciatur, & illi se contineant, nostri ad resistendum confirmantur; & cuiusque exploratum sit, quo tempore quid facere, quorsum, aut qua manu ire iubeatur, magnam vim habere, & animi, & rerum apparatus. Laudata est magnopere Legati sententia, non tamen Caesaris propositum immutatum. Vnde orta est suspicio, remissiohem eum futurum ad haec expeditionem quam sperabant; & consulere velle praesentibus periculis, futura non cogitare. Quamquam Legato respondit, bono esset animo; se nistere ad summam vniuersi belli perducta, Rati spem non discessurum. Principes, quod erant polliciti, sequenti die responderunt, se ad omnia, quae Caesar postulasset, esse paratos. Vnum orare, simulantes Principum, Ciuitatumque discordias, quod facile auctoritate sua posset, e Germania tollerent. Magnam partem virium Germanicarum occupari Principum dissensionibus; quibus sublatis, vno robore, communi manu, copias vniuersis inferri bellum posse. Caesar, studio sum se ait semper fuisse concordiae Principum, & nunc, quae ad pacandam Germaniam pertinerent, omnia esse facturum. Nouissimè designati sunt quinque viti ex familia Caesaris, ac totidem ex Consiliariis Principum, qui cum Maguntino, cui est primus inter Principes locus, de cogendis statim decem millibus, & praesidio supparando, & de numero copiarum Germaniae in annum sequentem praesiniendo, & de praesiciendo Imperatore, ac de omni ratione non mouendi solum belli, sed etiam continuandi inter se agerent, & vbi deliberassent, ad Caesarem, & Principes referrent. Legatus inter haec nihil, neque excipiendo Principibus, neque Caesare incendendo praetermisit. Venit interea Landgrauus Hassiae, cum equitibus quadringentis. Securus est Antistes Coloniensis, ex quo comitatur. Postridie nonis Iulij, quo die opinio fuerat quinque viros de Principum decretis relaturus, Wolfgangus Bavarus frequentissimum confessu, querelam noui sceleris intulit de Christophoro fratre, qui ab Alberto, & ipso quoque eorum fratre in vinculis detinebatur; orauitque Caesarem,

tam immani, & inaudito ante eum diem immanitatis exemplo, clementia sua, & pro dignitate impetij occurreret, ut quem natura nulla charitas, leuicritas iudicij a maleficio coereret. Breuis accusatio, ingens vulnus visum est, percussitque omnium animos, fratrem aduersus fratrem pro fratre contendere. Nec causa modo, sed promissa barba, & mutatio vestis, & lachrymarum immodica effusio, certate pro duobus fratribus, altero captiuo, altero sponte sua exule videbantur. Er habebatur aliquin Albertus summa inter Germanos Principes gratia, dignitate corporis, & facundia, quantam capere gens poterat, non nihil & literis praeditus. Altera fuit contentio Spirensis Episcopi, qui primum nomine Colonienfis acceptus in Conuentu, inter Oratores Electorum confederat. sed vbi Colonienfis aduenit, iam Palatini loco se gerens, vetitus est a Caesare, ne vbi prius, hoc est Electorum gradu loceretur, quod nec decietio suo, Palatinum Electorem esse contenderet, nec oportere duos simul fratres potestatem habere Caesaris eligendi. Post haec lecta sunt litterae Carniolanorum plenae efficacissimae immanitatis. nullum relictum templum, nullam agrestem casam a Turcis in Carniola. Iacere passim cadauera occisorum senum, atque infantum, & iam caelum factore corrumpti. Abrepta praeterea esse ad millia hominum ferme 20. comunitis Turcos loca quaedam, vnde excutere quam latissime, ac recipere se incolumes cum praedia facillime possint. Implorare Caesaris, & Principum, & omnium mortalium opem. Recitatae etiam Strigoniensis Archiepiscopi, & Optimatum Vngariae, quibus significabatur, diuini esse bifatiam Turcorum exercitum; partem Carniolam in fines Caesaris contendere, partem ad ripam Savi fluminis confedisse, eo consilio, ut exitu aliquo explorato, & communito, excutere & depopulari Vngariam possint. centum iam annis pugnatum ab Vngaris cum Turcis esse; exinanitum iam, & viris, & viribus regnum. nisi ope quoque iuuerur externa, non possit diutius tam assiduum, tamque potent hostem sustinere. Communem causam agi, se, etsi propinquiores sunt periculo, non tamen solos perituros, monere, & orare Caesarem, ut Conuentu prope omnium Principum Germaniae, & quantum nunquam antea amplissimo, remedium aliquod Christianis vulneribus adhiberet. Se oportere eum praecipuum esse Christianorum propugnatorem, qui idem sit Christianorum Imperator. Idem quoque a Principibus postulabant. Caesar, & ad contentiones Wolfgangi, & ad vtrasque has ege egie dormit. Maguntinus nomine Principum, respondit, hoc vnum agi, praeterea nihil, ut & Carniolanis, & Vngaris succurratur. Ad diem Iulij 10. Principes Saxones, cum equitibus paulo minus septingentis armatis fere omnibus aduenerunt. Magnificentiore ingressum eorum Caesaris occursum fecit. Postridie qui venerunt vocati Principes, non quidem amplius in Praetorium, sed in domum Caesaris, quaecumque acta essent ordine Saxonibus enarrarunt. Saxones contra quas in Bohemia egissent, & moram excusarunt. Continuis deinde multis diebus acta est causa Palatini Graues, aduersaque accusationes, aequae magnis defensionibus audita. Albertus Saxonum, alter Ortho Bavarus, Antistes Aistensis misit a Caesate pro educendo vinculis Christophoro Bauaro, nihil profecerunt. & opinio erat ex contentione Palatini pendere, ad quam tollendam designati, Cardinalis Legatus, Ernestus Saxonum fratrum maior, Ludouicus Bavarus, cognomento Dives, & Sigismundus Dux Austriae. Interea Caesar mutata ut videretur in decretis sententia, ex 10. millibus, quae ad praesentem necessitate postulauerat, sex milla detraxit: affirmans, satis esse millia quatuor. Vnde magna vindicta murmuratio exorta. Consiliarios designati ad rationem

Decyela miniantur, nec executioni manantur.

cogendi exercitus, nec quicquam dies multos in praetorio consumplerant, quod grauari multi videbantur. Die 17. Iulij a quinta hora diei, ad multam noctem consultatum est de summa expeditionis, & de munita consensu omnium decretum est; ut in sumptus belli, quosquos annuos mille ducatorum proventus haberet, is equitem vnum conduceret: peditem, qui quingentos. caeteri proportionem fortunarum ad eam summam. Caeterum ubi de praedentibus haberet ratio nequiret, de capite haberetur, ut cui mille essent aurei, quinquaginta in praedentibus habere censeretur; atque ea computatione contribueret. Fieri potuisse hoc modo ingentem exercitum aiebant, & facillime sustineri etiam longissimum bellum. & erant, qui affirmarent, si ad vnguem res exigere, et ducenta propè hominum millia cogi potuisse. Principes, miro assensu conditionem receperunt. Post id tempus dormitum egregie est. Placuit Conuentum Norembergam propter rerum copiam transferri. Caesar clausis oculis optimo erat proposito. Causa Palatini interurbabat omnia. sed & Bohemica incommodabat plurimum, cum de eorum gno plurimi contenderent. Pacem Germaniae Caelar omnibus pronunciauit, nulli dedit. & quantum licebat perspicere, nec deponere inimicitias, nec exercebat. F. cilè quidem decernebat, sed exequetur difficile: & Cardinalis Legatus, ut illum incenderet, laborabat, desudabat. Itum postea Norembergam, sed eodem nullo fructu; cum Caesar tollendis Principum dissidiis iudicia vbiq; constituisset, nullibi peregrisset; denique in maximis pulcherrimisque negotiis omnia cum fecisset, fecisset nihil, praetemporum difficultatibus. Campanus libro sexto Epistoliarum

VI. Marimias Copias Paulus PP. in Turcas mittit.

VII. Borfius Ducis titulo a Paulo PP. donatur.

rimique a pedibus pueri nitabant. hoc agmen antebant totidem muli, pannò purpureo cooperiti, ad medium, circaque extremas oras acu picto. Subsequerantur alteri centum, & quinquaginta, versicolore stragula, nimirum alba, rubra, & viridi simul intrati, quo vestita Borfij pedesque vtebantur. Eodem cultu pedibus incedebant octoginta iuuenes singuli quaternos canes magna ex parte molossos, loris trahentes, quae fuit consuetudo horum temporum. Pontifex, Laurentium Archiepiscopum Spalatensem, aetarij Praefectum ac Piceni Praesidem, in primis fimbriis diuionis Pontificiae Borfio iussit occurrere; a quo per liberaliter acceptus, Romamque perductus est, ipsius Pauli sumptu. Inde purpurati Patres, ac Principum Legati assuere de aduentu gratulari. Post urbem inuita frequentia, ut ad spectaculum 250. hominum millia confluisse tradatur, idque pop. Rom. ut tum literis vulgatum fuit, testimonium Borfio perhibuit, nullum nec Regem, nec Augustum pari pompa, ac splendore eo vquam venisse. A Pontifice aliquot dies honorificentissime habitus, denum festo Paschatis die, postid. Idus Aprilis, Ferrariae, cui ciuitati Vicarij titulo praerat, Dux est appellatus. Res hoc modo est gesta. A porta Flaminia primum veniens, medius inter Cardinales, Aquilegensis, & Mantuanum traductus est. Primo venienti est datus S.atus. Oratio eius nulla. Legum vultus multa. Receptus festum post Diaconos Cardinales est: Inde domum dimissus. Die ipso Paschatis, inaugurationi designato, pontificis ad rem diuinam faciendam in augustissima veste, ad S. Petri Basilicam procedentis sacri pallij accliam manu sublatam honoris causa gestauit, post tertias, quas vocant, preces absolutas, ab Archiepiscopis, Mediolanensi, & Crerensi, ad pontificem deductus, ab eo est in ordinem Equitum diti Petri copertus, portecto nudo gladio, quo illum, Ecclesiamque tutaretur, & Christi hostes male perderet. Baltheo cum praecinxit Thomas Poloponnesi princeps, quem domo in urbem profugisse, supra memorauimus. Calceata in didera Neapoleo Vrbinus, Pontificij exercitus Praefectus, & Constantius, Sfortia Pisaurienium regali, filius, post facta Epistola pleae ditionem ab ipsidem Sacerdotibus coram pontifice statutus, Sacramentum fidelitatis ei dixit. tum Litanias, & praeciniuit, & cecinit ipse Paulus, Deumque Op. Max. precatus est, ut ea dignitas Borfio bene, ac feliciter verteret; mox pitorum loco, duo illum Senatores, vnde surrexerant, perdixerunt; ac postremo praecuntibus ipsidem Archiepiscopis, post oblata, quae Deo consecranda erant, coram pontifice statuerunt; a quo ad pacis osculum admittis, contiuo vnumquemque Patrum complexus atque oscularis, pontifici post Sacrosanctam communionem, aquam ablucendis manibus praebuit; deinde Ducis insignibus est exornatus. Ea autem fuerunt, Damascena vestis, alpinis candidissimis muribus suffulta, late humeros operiens: Infula in galericuli modum acuta, binis praefiosis lapillis vrimque dependentibus; Vinga aurea in manu dextra, ac torques collo inferens. Ita ex cultum ipsidem Cardinales festum deduxerunt. Post factam rem diuinam, Senatus vniuersus pontificis mandato, domum, quam maximo honore est comitatus. Postera die Ducis habitu, Paulum in Vaticanum euntem, est comitatus, ibique inter Cardinales Sanctae Mariae in Porticu, & S. Lucae appellatos, medius confedit. Sacro peracto Paulus ipse magis laudibus eum, familiamque Atestinam publica oratione extulit, atque aliquot maiorum ipsius Illustria merita in Pontificiam Sedem recepit, quamque, ut scripsit Borfius, complura a hilominora praetermississet. deinde iridem a duobus Cardinalibus, Ferrariensi, & Porticensi, ad

Ceremonia in creatione Ducis a Pontifice adhibita.

pedes

pedes Pontificis perductus, rotam auream de illius manu accepit. Iterum ab altero Patrum redditam pontifici. i. in ipso templi limine, populo spectante recepit; estque ipsius iussu a toto Senatu, ad Diui Marci aedes deductus, exceptusque longè apparatissimo conuiuio. Incedentium is fuit ordo, ut Borfius, quod pontifici praecipui honoris causa exhiberi solet, purpuratis praecuntibus, omnium postremam regentibus latera Cardinalibus Pro-cancellario, & Mantuano incederet. Ac Paulus quidem, quo maiore frequentia is dies celebraretur, Saluatoris Sudarium, quinto Sanctae hebdomadae d. e populo ostendi solitum, eatenus proferre superfederat. Borfius ex vrbe profectus, religionis ergo ad eam Laurentianam adijt. Inde Ferrariam reuertus, cum longo tractu critica stella in caelo apparuisset, ex morbo 13. Kalend. Septembris vitæ finem fecit: conditus in caenobio Carthusiensium, quod ille magnificentissime aedificatum optimis fundis in sodalium victum donauerat. Papien. Epist. 382. Pigna lib. 8.

VIII. Saxonia Duces in suant pro relaxatione censurarum in Podiebracium.

IX. Aliqua a Podiebracium narratur, item eius mors.

Eodem anno, Ernestus, & Albertus Duces Saxoniae, ille Romani Imperij Princeps Elector; hic Georgij Podiebracij gener, postulante eodem Podiebracio, graui aegritudine laborante, Oratores ad Paulum pontificem destinatum, significantes illum decumbentem, velle Sedi Apostolicae reconciliari, at eam ex hoc leculo decederet. Flagitabant ergo, quatenus anathema, aliasque censuras Apostolicas, quibus percussus, & innodatus erat, saltem ad tempus, quo audiri posset, suspenderet, si omnino illas abrogare nollet. Daturum Georgium, omnem operam, postquam auditus fuisset, edendi omnia argumenta, quae obediendum, & Catholicum Regem facere oporteret. Dedit Paulus, religiosissimus, & Catholicis Principibus, quae postulabant; eaque propter, anathema, & censuras, tantisper, donec ille satisfaceret, relaxasse dicitur. Caeterum priusquam ex vrbe reuertentur Oratores, Georgius morbo consumptus interit. Cochleus lib. 2. hystor. Hussitarum.

Dubrauius haec de Podiebracio memorabat. Podiebracium hoc anno maximè teruit, cum in conuentu Pragae se indidit, miram nobilitatis infrequentiam vidisset. Splendidissimus n. quisq; validissimq; alienus ab illo fuit, aut aperte Marchiam fouebat; & quae tunc nobilitas conuenerat, pleraque non tam fauore in illum, quam se praemiorum, & praedarum in officio continebatur. Deaique haud aliud illi magis fidum, quam ciuitates, eandem cum illo haeresim affectantes, fuerat. Sed ut in illis visinerat, ita dignitas absuit; cuius iacturam tum primum sentire cepit, postquam ad animum reuocauit, quid domi amiserit, quos foris principes a se abalienauerit, quas prouincias a regno auulcrit, nempe Lucemburgiam, Silesiam, Lusatiam; & maiore ex parte Morauiam: ac solum sibi Bohemiam (quid aliud? quam caput membris abscissis deforme) reliquerit. Solantum eum, qui tum forte aderat, Rochezanum, ut bono, firmoque animo esset, ac vitum fortem agere perseveraret, infesto tandem sermone se abegit, sero damnans, insolens, atque impotens illius magisterium. Rursus tamen illi obsequens, Monasterium S. Crucis in vetere Pragae, ad ripam Valtanae situm, thesauris magni pretij expoliavit. Quo lucro inuirtus, cupiditatis oculos ad aliorum quoque Monasteriorum bona adiecit, partim ut illa suis donaret, partim ut ipse fruereur. Praeter autem curas alia, valde eum anxium habuit regni successores, quibus nullo futurus post mortem suam esset, vnus ne de filiis, quod omnium maximè desiderabat, an externus aliquis, nihil ad se pertinens. Hunc scrupulum, ut sibi de animo eximeret, tum forte etiam corpore imbecillior, vocatis ad se primoribus ex omnibus Ordinibus, exposuit. Sentio, inquit, sinem vitæ, quem

X. Obiit etiam Paulus PP. 2.

Paulus II. Venetus Pontif. Maxim. è vetusta Barbarum familia, praclaris natura dotibus, a uinculo Eugenio IV. non inferior, iustitia, pietate, diuinarumque caeremoniarum cultor religiosissimus; Ecclesiasticae libertatis, maiestatisque defensor constantissimus, praecipuo pacis seruanda studio, & singulari omnis generis munerum abstinentia, formidanda etiam lege Magistratibus indicta clarissimus; In Principes Magnificentia, in pauperes misericordia insignissimus; Patrio more annona copiam vrbi dedit; Patrimonium Beati Petri, erratis populorum indulgentissimam parentis affectu emendatis, & conseruauit, & auxit. furetes armis haereticos, & Turcos repressit; & quod per distictum rerum, ac temporum conditionem effici cum dignitate non poterat, matura cunctatione feliciter saluberrime disposuit. Vixit annos 53. Menses 10. Dies 26.

Marcus Barbus Cardinalis, S. Marci, Patriarcha Aquilegensis, Consanguineo B. M. P.

Fuit Paulus in cultu diuino maximè assiduus, Ecclesias frequentissime ex more visitabat; & diuinis officiis, praesertim vero in Basilica Arae caeli, quam vnicè adamauerat, usque ad finem, ingenti cum deuotione interesse consueuerat. Ad Ecclesiam, & altarium ornatum, praecipue vero in ijs, quae rei Diuinae cum solemniori pompa faciendae addicta sunt, immensos sumptus faciebat, omniaque serico, auro, argento, gemmis, & lapidibus pretio cum artificio certantibus, fulgere cupiebat. In Tyarum pontificiam, amplius, quam centum, & octuaginta millia nummum aureorum, eum expendisse, libri rationales ostendebant. tantum fuit pretium gemmarum, atque vnionum. Ut Cardinales, Patriarchae, Episcopi, & reliqui, elegantiore cultu pontifici sacris operanti assisterent, singulis pro ratione dignitatum, sacros amictus praescripsit. Lateranenlem Basilicam, Canonici S. Augustini. propter Eugenij 4. memoriam attribuit. In sumptus belli sacri contra Tur-

Gestorum Pauli Papae Epilogus.



eos suscepti, singulis annis centum millia aureorum numeravit. Ecclesiasticas dignitates, cum animarum cura coniunctas, non nisi pro virtutis, & meritum ratione, quandoque infamis & quandoque renitentibus contulit, neque in fecioris conditionis homines, quamvis interdum à maximæ auctoritatis Principibus interpellaretur, quicquam illarum esse voluit. In rebus agendis, profundo consilio, silentium adhibebat, adeo ut prius fuisse, quam aliquid deliberasse videretur. Aere alieno publico, populo, atque vniuersitates obstratas, subleuauit. Carceres publicos, quotannis, in præcipuis solennitatibus, euacuauit; nec nisi homicidij, aut alicuius grauisissimi criminis conuictos emanere sustinuit. Ludos solennes Romanis distinxit præmiaque victoribus proposuit; quandoque autem epulo publico, antè S. Marci Palatium omnibus præparato, abundè & miro ordine singulis omnia ministravit, & pecunias argentæas in omnem populum, ad instar congiarij distribuit. In Proscriptos, Eueri filios, Deiphebum & Franciscum fratres, Vrsinæ familiæ maximè infestos, grauisimè animaduertit, postquam enim illi honesta, & quicquam mentem pontificem contempsissent, neque ullam rationem paterni affectus (nam vtrumque ipse adhuc Cardinalis ex Sacro fonte susceperat) aut pontificiæ maiestatis habuissent: in eos tamquam contumaces, ac rebelles, pridie solemnitate SS. Petri, & Pauli Apostolorum, in publico Patrum confessu, anathema pronunciat: deinde cohortibus aliquot armatis submissis alterum illorum in potestatem retinuit, alterum præstigit; vtriusque autem bona publicauit, atque eo seuerioris disciplinæ exemplo, audaciam aliorum perduellium fregit. Ut pontificiæ dignitatis loca, ab imperio quorundam rueretur, arces pleraque, ac ciuitates in Brutis, Umbria, & Erruria instaurauit, & contra omnem vim externam, præsidij, & ommeatum non vit. In collocandis egentiorum filiabus, non exiguas pecunias singulis annis insumpsit. Honestiorum ciuium, qui vel cum egestate, vel cum ægritudinibus confictabantur, necessitatibus abundè prospexit. Per singulos vrbis vicos, viros, ac matronas integritate præstantes clam constituit, pecuniaque suppeditauit, vt pro conditione in opum, in eorum regionibus commorantium, cuique subuenirent. Duos Despoti filios, propter paternæ virtutis memoriam, & propterea, quod Pium II. Capite S. And. ex Apostoli ex Peloponneso adueto donauerat, benignè, & liberaliter sumptibus ex publico collatis habuit, ludique magistratos informâdis illis viros probos iuxta, ac doctos mercede ex Ecclesiastico arario assignata attribuit. In audiendis omnibus, quam diligentissimus fuit, certoque in singulis hebdomadas dies designauit, quibus alternantibus pars extraneos, pars Vrbanos, pars administratos admitteret. Ad pacem totius Italiæ seruandam, omnes conatus adhibuit, eique rei Legationes plurimas destinauit. In hæreticis vbiq; ad saniores mentem reuocandis, & contumacibus castigandis, plurimam operam collocauit: & in his Georg. Podiebracium Regni Boemiæ occupatorem, hæresi Hussitana contaminatum, & præterea multorum criminum conuictum pridie, & pro Nati S. Iulianus die, publicè damnauit, cætu pitorum exclusit, Regni administratione priuatum fecit, Regnumq; ac bona ipsius iusto titulo occupantibus addixit. Patribus non admodum locupletibus vt pro dignitatis maiestate conseruanda sumptus possent facere, in mensis singulos 100. nummos aureos numerari iussit. Scanderbergium Albanæ Principem Romæ splendissimè habitum collatis plurimis pecuniis in Turcas armauit. Regem Sicilia ad soluendos Ecclesiæ debitos census communicatione excommunicationis coegit. Baptistam Vrsinum, Rhodiana religioni magistrum im-

posuit, eumque Turcarum potentia opposuit. In iustitia administranda clemens magis esse, quam videri volens, nocentes plerumq; solo carcere castigare satis habuit. Ligures quendam infamium libellorum scriptorem, capitalis criminis arcessitum, cum in arce Romana aliquot menses detinisset, illarum dimisit. Iuuenem Romanor. insolentiam, Calixt. III. pont. sic. impune in fortunas, & pudicitiam aliorum grassantè, solo meru arctioris custodia repressit. Annona vbertatem omniumq; ad vitæ necessitatem pertinenti copiam diligenti curauit, vt; omnia vilius quam ant. auerterentur, edixit. Domi, nec monstra, nec homines nullius frugi aluit. Domesticos, & familiaris suos, ne ob fastum, & insolentiam, populo Romano, & aduenis stomachum facerent, in officio cõtinuit. Splendide ac magnificè, cum apud S. Marcum, tū in Vaticano edificauit. Domo ex orbes Episcopos, principes, nobiles, itemq; virgines, viduas, & ægrotos opibus egètes, pecuniis attribuit, redditibusq; assignatis adiuuit. Fuit aut in homine quantum ad corpus pertinebat, maiestas pontificis digna. Erat n. magni, ac vasti corporis, adeo vt dum ad rem diuinam proficisceretur, solus emineret, elegantè vultus speciem præseferens. vultus erat illi tranquillus, & placidus, frons pura, & serena, supercilia latum in modum remissa, oculi benignitatè eiaculantes. Circa cultum corporis estis morosus non erat, nequaquam tñ negligens habebatur. Platina hominiratus, multa in eū historico indigna scripsit; an innocens, vel nocens, ex his, quæ vel ipse innuit, vel Ludouic. Viues de Põponio Laro, & Dominicio Chalderino scripserant, iudicium esto. De Põponio Laro r. fert Viues, q̄ tantus fuerit admirator Romanæ vetustatis, vt Christiano Petri nomine relicto, se dixerit Põponium. Celebrabat Natalè Vrbis, colebat Romulum, seq; Dictatorè nominabat. Quoties mai. mor aliquod vetus effodiebatur, ex vrbis ruinis, illi chumabat. Rogatus, cur id faceret, Admonitus, inquit, temporum meliorum ploro. Domitius vero Calderinus, ne Missam quidè volebat audire, & cū ab amicis ad eam duceretur, dixisse fertur, *Etiam ad cõmunem errorem, hæc Viues.* Autores præterea habeo grauisimos, qui affirmant, Põponium Latum, de immortalitate animarum nihil credidisse; & Philipp. Calimachum non benè de religione sensisse; eaq; propter Roma in Poloniã profugisse. Neq; dissimulante ipse Platina fatetur, Põponium, amore vetustatis nomina adolescentibus, immutare consuetum, pro Paulo Camilli, p. Petro Scipionè, vel aliquem aliū appellasse; s. aut ac socios, immortalitatem animarum in dubiū vocasse; Platonis opiniones secutos, veteresq; Academicos in multa suspitione hæ. elis incidisse; ac præterea de crimine maiestatis postulat, in vinculis causam dixisse, vt ut est; stetit tñ Paulo pōfici sua laus æquitate, & clemètia; qua in eos vsus, nihil grauius præter carceres decreuit. *Cassini in vita Pauli 2. Ciacon. & Platina in Pauli 2. Bucholzer in Chronolog. Ciacon. de Pp. Cromer. lib. 33.*

Paulo ante mortem, Aria Segobienis Episcopo, & Tolerano Archiepiscopo, q̄ contra Henric. Castellæ Regem res nouas moliri dicerentur, seueritatem disciplinæ Ecclesiasticæ ostentauit: & illi quidem misso diplomate, Romam diem dixit, ex eo die, quo denunciatio facta esset, nonagesimum: Tolerano autè Præfili diplomate altero, vt mutaret, Henricosq; satisfaceret, mandauit. Si obtemperare recusaret, quattuor Sacerdotib. Toleran, cognitionè, quam de scripto conceptam, Romam mitterent delegauit. *Mariana lib. 236. 16.*

Paulo ætate ante mortem, fecit quattuor Cardinalium promotionem, quos morte præuentus publicare non potuit. Fecerunt autem: infascripti. Ioannes Archiepiscopus Strigoniens. Petrus Falsarus, Venerus. Ioannes Baptista Sabellus, Romanus.

XII. Animaduertit Paulus PP. in duos Episcopos.

XIII. Aliquot Cardines ve interdidit Paulus PP.

XIV. Paulus V. comparatur Paulo II.

Fridericus Burgundus de Cluace, in cuius fauorem Alexander Inuolentis consilium edidit, quod est numero 3. lib. 1. Eorum promotio irrita fuit, quod Eugenij IV. Constitutio obstat, cum non essent eis d. i. pilci, neque os apertum, neque in Consistorio publicati. *Ciasconus in Paulo 2.*

Hæc de Paulo Secundo dum Romæ commentarentur, Pauli Quarti pontificis maximi mors præmatura, quæ in hunc annum M. DC. XXI. incidit, calamum nobis, à consequentium pontificum silo non nihil auerit; eumque vt optimo omnium seculorum Antistiti Paulo Quinto Burghesio dedicarem, pietatis studium suo iure impulit: postquam etiam Paulus Quintus, Paulo Secundo, quem admodum nobilitate, dignitate, & formæ proceritate iuxta, & venustate, ac maiestate, qua ille cæteris eminebat; ita non minus comitate, facilitate, benignitate, sacrificandi studio, pietate in Cœlestes, iustitia, libertate, magnanimitate, pacis, & annonæ seruandæ cura, libertatis Ecclesiasticæ zelo, in pauperes misericordia, alijsque pontificij virtutibus non inferior, quinto superior fuerit. Claudat ergo hæc Tomi XVII. commentationem, hæc eius vita à nobis citra omnem assentationem adscripta.

PAVLVS QVINTVS BVRGHESIVS ROM. PONT. OPT. MAX.

F. ABRAHAMI BZOVII S. THEOLOGIAE Magistri Ordinis Prædicatorum, professione pietatis, aut laudandus, aut excusandus.

PAVLI V. BVRGHESII I. Patria, Maiores.

PAVLVS V. Burghesius, Camilli nomine ante Pontificatum vocatus, in Orbis amphitheatro, Maiores equestris nobilitate illustres præcipue in antiqua Senensium Vrbe habuit, publicis muneribus, summa cum vilitate Reipublicæ perfunctos. Habuit, vt recentiora repetam, Augustinum Burghesium Abauum, superioribus seculis à Senensium Reipublica, vniuerso exercitui, summa cum potestate in finitimos Florentinos præfectum: quem militia strenuum, fortem, inuictum, ob singularia in eam vrbem merita, Patris Patriæ, ac Liberatoris titulis, omnes consalutauerunt. Habuit alterum Augustinum, merandis, parandisque hospitij, ducendoque Romam Sigismundo Imperatori designatum; eidemq; Cæsari, propter tranquillata itinera, & abundè, non minus quam splendide præbita necessaria, longe charissimum. Habuit Eusebium, & Sallustium Burghesios, à virtute item bellica suo tempore spectatissimos. Item Galganum Burghesium, in toga prudentem, in lago fortem; quem Senenses, Alfonso Regi Aragonum, & Neapolitano, bellum cienti, ducem opposuerunt; eidemque ad pacem inclini, Legatum destinarunt: quocum ds concordia, adeoque felicitate, non patriæ modo, sed Italiæ vniuersæ, arbitro pontifice Calixto, decerneret. Habuit præterea Ioannem Baptistam Burghesium, virum magis semper, & secundæ admodum existimationis, quem Volærrani contra Thealdum, & Donatum, hostes eorum capitales suis copijs, supremo cum imperio præferere; quos magno animi, & corporis robore afflixit, ac potius p. ossignat, vt vrbem ab om. i. d. incensis iniuria, & impresse securam, libertatemque reddiderit; quo nomine Volærrani, Seruatore hunc suum, ingentibus hono-

tibus cumularum, quasi vnicum publicæ felicitatis, securitatisque Palladium; impensissime postea obseruauerunt. Neque hic substitit, sed longius se exeruit istius heroica magnitudo. Nam in nouissima Romæ vrbis obsidione vigilans animo, & manu strenuus, hosti acriter resistit, portas Vrbis præoccupauit, in credibilique conatu defendit, nihilque non egit, quo Sanctam Apostolicam Sedem, à sacrilegiorum furore, sartam, & rectam tueretur. Præter militiæ claros, habuit togæ quamplurima decora. Triginta iuris ciuilibus disciplina insignes numerantur, quorum etiam nonnulla responsa sane quam laudabilia manibus, memoriaque hominum tenentur, & consignantur; præter gloriosa illorum facinora, pace interdum, & bello acta, quæ diste ab historicis celebrantur. Inter istos eximios viros Perrus Burghesius, Leone Decimo Ecclesiam Romanam administrante, Senatoriam dignitatem in Capitolio maxima cum laude sustinuit, ipsūque Leonem Pontificem patriæ suæ subitatum, mira dexteritate reconciliauit. Alexander Burghesius, Bononiæ, atque Anconæ, ius pro pontificibus Romanis magna cum integritate dixit. Nicolaus Burghesius Eques auratus, vitas plurimum Sanctorum, & inter has Diuæ Catharinæ Senensis suæ gentilis (nam sunt, qui asseuerent, Burghesium stirpem, illam edidisse, huiusque rei argueret certissima, non ita pridem Senis in cæmeterio S. Dominici discooperto reperta fuisse) stylo elegantis, & docto, pietatis suæ in Diuos tuclares testandæ scripsit.

II. Parentes.

Marcus Antonius Burghesius, Pauli Quinti pater, studio iuris Canonici dicendi, ruendique notus, multiq; virtutibus famam publicam meritus, tanti apud Paulum IV. Pont. Maxim. propter integritatem, iudicium, consiliumque habebatur, vt in arduis, dubijsque Reipublicæ Christianæ negotijs, eo eximio, & prope singulari consultore vteretur. Neque is tantum, hominem plurimi faciebat, sed & septem alij Romani pontifices, quibus varijs in muneribus publicis spectatam prudentiam, incontaminatamque fidem probauerat, eum instar Oraculi cuiusdam suspiciebant; apud quos in Aula Romana, istud honoris propter in comparabiles virtutes affectus fuit, vt Aduocatum Consistorialium DECANVS ET MAGNVS PAVPERVM ADVOCATVS diceretur.

III. Natales, Infirmitas, Indoles.

Ab hac nobili planta aureus ramus Camillus Burghesius, Flaminia Astata, illustri stemmate, rari, & incomparabilis exempli femina, anno salutis 1552. ad diem 17. Septemb. Romæ natus, & sacro fonte ablutus, per domestica exempla, statim à sinu, & indulgentia matris, ad omnem honestarum artium cultum assurgebat. Continebat eum à contagio peccantium, præter ipsius optimam, continentissimamque indolem, quod in ipso ætatis flore Sedem, & Magistrum studiorum Perusiam habuerit, locum ab illecebris delinquentium vacuum, v. b. ana comitate, & domestica parsimonia temperatum, atq; ad p. rificam seueritatem compositum. Aud uis sol tosnarrare, qui adolecentem penitus nouerant, se nihil in eo leue, vanumq; vidisse, nihil autib. ind. gum au diuiffè, nulli condilcipulorum, quos licentia vitæ sce dauerat, autem accõmodasse, quinimo velut à peste quadã ab eis abhoruisse; at in ipso viuendi limine p. ter stud. u. philofophiæ, ac iuris, ince. mo, ac flagranti animo, pietatis quoq; & religionis femina hauiffè; à quib. anno cœtiq; & virginitatis illibatos flores seruare ambitiosus, sublime, & erectū ingentiū, ad spec. è. & pulchritudinē

magna, excelſaeque virtutis vehementiſſime attollebat, ita religioni paternae, & maternae pietati innutritus, & bonis artibus a lectione, & ſtudio doctiſſimorum viroꝝ eruditus, an nos leues paſſus eſt, eſſe ſub pondere: & quod de aliquo Imperatorum Iulius Capitolinus vulgavit, ipſe quoque aliquando futurus Chriſtianitatis Monarcha, forma conſpicuus, nobilis vultu, ingenio clarus, moribus clemens, ſingularis doctrinae, praecipue ſobrius, placidus, mitis, largus, alieni abſtinens, & haec omnia cum menſura, & ſine iactantia: in cunctis poſtremo laudabilis, & qui merito optimis ex bonorum ſententia compararetur. Seuerus cum lenitate, comis cum grauitate; cunctator, ſed & celerator maturus; prudens citra fraudem, & dolum; iuſtitiae tenax, ſed non ad ſummum rigorem; omnibus obuius, & expoſitus, humanitatis plenus, animi ingens, rerum maximarum capax; nec niſi ad ſuprema reipublicae Chriſtianae munera deſtinatus.

IV.

Gradus dignitatum, & officia.

Reducem ad Urbem, per omnes dignitatum Romanarum gradus, ad excelſiſſimum in Eccleſia faſtigium Deus exercere voluit, vt poſtea non tumultuario patrum conſuſu, ſed iure meritorum, & quaſi ex rotis Orbis vna ſententia, pontifex omnium deligeretur. Referendis virtutibus Signaturae negotijs primo Praelatus, multum ſuper alios eminare voluit, facilitate in proponendis, fide in explicandis, diligentia in promouendis, praecipue pauperum cauſis. Cleo Baſilicae L. bertianae, titulo Viſarj praefectus, quantum alios antecellebat dignitate, tantum antecedere conabatur frequentia ſacrorum, puritate vitae, ſacrificandi conſuetudine, & rationibus, pietate in Diuinae Dei parentem, ac reliquis exercitijs ſacerdotum Antifite digniſſimis. Prolegatus Alexandro Peretto, Cardinali Montalto, Bononiam ſubmiſſus, ſtudiorum, & ingenuitatis illam altricem, nemini v. bium Italiae, a religionis, doctrinae, & moderationis ſtudio ſecundam, ſanctiſſimis inſtitutis, & exemplis, diſciplinis a Sixti Quinti, & Urbani Septimi morte Interpontificiorum temporibus, integerrime admiſiſtauit; neque potentiam, in licentiam, aut rapacitatem vertit, neque ſegniter ad pacandam, recreandamque prouinciam, titulum delatum retulit; ſed noſcere commiſſos, noſci ab omnibus, diſcere a rerum peritis, ſequi optimos conſultores, oppreſſos ſubleuare, in opes ſauare, faciliſ aditu, exoratuque, & quantum aequitatem in quocumque negotio ſeruare, omnia ad commodum populi referre, ſimulque anxius, & intentus agere. In hoc munere occupatum, Gregorius XIV. Romam euocauit, & ſacrae Aulae Auditorem cauſarum renouauit. In honore grandiore ſuſcepto, tantum c. euit integritatis laude, quantum profecerat dignitate: Iudex, totius erroris expers, inter luſit conſultus huius ſaeculi, ab amore aequitatis facile princeps; ad artes, quibus aures Curiae exſurdantur, ſurdus; ad fulgorem, ſiue purpurae, ſiue auri, ſiue lucelli, oculos nonnullis perſtringentem caecus peccatoris, ſiue ad refrenandam temeritatem, ſiue ad emendandam imbecillitatem alienam, ſiue ad tutelam illorum, quibus metus a potente, validus, & conſtans; manus tanta continentia, vt iuſtitiam, & integritatem, & inſtrueret monitis, & doceret exemplis.

V.

Munera publica.

In Hispanias a Clemente VIII. ad Philippum II. Regem, pro ſuppetijs bello Turcico, a Rudolpho II.

Imperatore gerendo, impetrandis, proque foederatorum Regni Galliae Catholicorum rebus, adueſus Hugonotos graſſantes, Regiaeque inhiantes iuuandis, nec non pro alijs reipublicae Chriſtianae negotijs, Nuncijs cum poteſtate Legati de latere miſſus, parem animum rebus agenſis attulit, ſummaque virtutum ornamenta, vniuerſae Hispaniae exeruit; adeo, vt Philippus Iunior vnice iam tum eum diligere coepit, quem non inanibus votis, alterum ſuum fore aliquando parentem diuinabat.

VI.

Cardinalatus.

Neque Regibus tantummodo, aut Imperatori, verum etiam Clementi VIII. acerrimo rerum, & ingeniorum aſſimilatorum ſuum in eo munere diſciplinam operam tantopere probauit, vt is ex Hispanijs reuerentem, ad annum ſalutis M. D. XCVI. die XV. Iunij, inter purpuratos titulo S. Eusebii adſcripſerit, quo in cognoscendis Eccleſiaſticis grauioribus cauſis arbitro, inque adminiſtratione V. b. s, Vicario, & quod poſſimum eſt, in promouendis, decernendisque Fidei negotijs, ſupremo Inquiſitore vteretur. Aut ille, aut nemo poterat res diſciplinam explicare, componere, & ad vltimum prope deſperatis remedium ferre: facilis recti iuſtor; incorruptus, imperterritusque ſacri conſilij myſta, deſenſor, & propagator Orthodoxiae; Innocens iuſticiae praefes, aſſictorum patronus oppreſſorum vindex; accipiendi faſtidioſus, oſor criminis; amans aequi, & recti; natia moderatione diſciplinam, priſci, & antiqui moris retinentis quem vniuerſi dicerent, Innocentiae templum, temperantiae ſymulachrum, aram religionis, pietatis ſacrarium, iuſtitiae, & clementiae ſacerdotem modeſtiae, & comitatis imaginem veriſſimam, calamitate feſſis aſylum.

VII.

Aſſumptio ad Apoſtolicam Sedem.

Ab his ornamentis cognomen Optimi Cardinalis aſſe utus, quodque in vniuerſam Eccleſiam ded. ſet clariffimarum virtutum exempla, non diſcile, inter ſexaginta ſacri collegij lumina, in oculos ſ. ſtragatorum iacurrit, vt a morte Leonis XI. quem aut non creati, aut non mori pontificem oportuerat, non alium inter Candidatos, ſatente etiam inuidia, principem Orbis Eccleſiaſtici digniorem iudicarent, qui moerorem vniuerſorum, quem a recenti morte didiciſ pontificis moerebant, abſtergeret. Aetas, quaſi nondum matura, a ſupremo faſtigio auertere videbatur. Quamobrem, quod Hieronymus Heliodoro de quodam ſcripſit, & Camillus Burghelius Conquereretur ſe ferre non poſſe, & inuenientem aetatem incongruam Sacerdotio cauſabatur. Sed quanto plus repugnabat, tanto magis in ſe omnium ſtudia concitabat, & merebatur negando, quod eſſe nolebat, eo quod dignior erat, qui ſe clamabat indignum. Fuit ſane, quod illum longe digniſſimum, quanquam non niſi tres, & quinquaginta annos natum oſtenderet. Natalium in primis, vt diximus, ſplendor, qui neque ita praefringens, vt ſecularis metum potentiae in cuteret, neque tam mediocriſ, vt non omnia optima, a nobiliſſimo ſtemmate de illo polliceretur. Commendabant praeterea antenatorum merita, qui multis exantlatis periculis, non Senenſem urbem tantum, neque Etruriam ſolum, verum etiam Eccleſiam Romanam aliquando ſibi deuinxerat, proque opera adueſus Gibellinos ſtrenue nauata, inſigne patrium Guelphico Dracone, & Aquila commutatum eoſque retinuerant. Inuitabant & non obſcurioris argumenti portenta, Leone enim Vndecimo

praematura

praematura morte erepto, cum purpurati in medium conſilia conferrent, Aquila ex palatio Altempſiano, pernici volatu in ſublime elata, poſtquam diutius aërem pererraret, tandem ad forſalium molis Adrianae, draconi inſculpto, inſigni Gregorij XIII. pontificis gentilitio inſedit, & ex ſe atque dracone ſubiecto, intigne Cardinalis Burghelij S. R. E. Cardinalis S. Proponitificis expreſſit; illuſtri iudicio, vt omnes omniae interpretantur, pontificatus futuri, ad quem illum Deus trahebat. Itaque ad XVI. diem Maij, qui in ſ. riam ſecundam incidere, Anno Domini M. DC. V. collatis inter ſe Cardinales ſuffragijs, Regium Sac. r. d. o. t. e. m, illum renunciarunt, & PAULI QVINTI indito nomine conſultarunt; nec multo poſt, die XXIX. Maij, ipſa feſtuitate ſacrae ſimae Pentecoteſ, facis publice operatum, pontificio phygio ornatum, & re diuina peracta, diademate triplici coronatum, Francisco Sfortia, primo Diaconotum inaugurato, c.

VIII.

Auſpicia Pontificatus.

Incredibile eſt, quanta inſolentis laetitiae Urbis, & Orbis vniuerſus, ex Pauli Quinti aſſumptione, ſigna oſtenderit; quod cuncti diuinarentur, illum ex Paulina forma perennaturum pontificem, Irreprehensibilem, ſobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hoſpitalem, Doctorem, modeſtum, non violentum, non violentum, non percuſſorem, ſed modeſtum, non litigioſum, non cupidum, ſed ſua domui, quin & Urbis, & Orbis, bene prepoſitum, non neophyctum, non ſuperbia inſtratum, Paulinarum virtutum ambitioſum, reſtimonium etiam ab hijs, qui forſi ſunt habentem Antifitem, principem nomine, animo parentem, in cuius aſſumptione non ſeruitus, ſed libertas, ſalus, & ſecuritas fundaretur Eccleſiae, a funere Leonis conculſa, in eius ſinum conſugientis. Inter publicas exultationis voces, illud Lyrici, frequentius & perſonabant, & parietibus inaurabant,

Iam Fides, & Pax, & Honor, Pudorque Priſcus, & neglecta redire virtus Audeat, apparetque beata pleno Copia cornu.

Eo quod augurarentur, illum futurum, ex S. Bernardi praefcripto, pontificem, Formam iuſtitiae, ſanctitatis Speculum, pietatis Exemplar, Aſertorem veritatis, fidei Deſenſorem, Doctorem gentium, Chriſtianorum duccem, Amicum ſponſi, ſponſae Paranympium, Cleri Ordinatorem, Paſtorem plebium, Magiſtrum inſipientium, Refugium oppreſſorum, pauperum Aduocatam, miſerorum Spem, Tutorem pupillarum, Iudicem viduarum, Oculum caecorum, Linguam mutorum, Baculum ſenum, Vitorem ſclerum, malorum Metum, bonorum Gloriam, Virgam potentium, Malleum tyrannorum pariter, & hereticorum, Regum Patrem, legum Moderatorem, canonum Diſpenſatorem, Sal terrae, Orbis Lumen, Sacerdotem Altiffimi, Vicarium Chriſti, Chriſtum Domini, poſtremo Deum Pharaonis.

IX.

Vota, Gratulationes, & Tituli.

Has vrbicas ſpes, & acclamationes, ſecuta ſunt vota, & panegyres totius Orbis. Statim enim atque Reges, & principes Chriſtianos, ſuae aſſumptionis admonuit PAVLVS, publicatoque de more lubileo, pro felicibus pontificatus auſpicjs, orationes, & obſecrationes omnium Chriſti fidelium ſugitavit; toto Orbe Chriſtiano, ſolito ardenteſſis ſupplicationes pro illius felicitate ſuſceptae ſunt, ac ſere eodem temporis momento, aut non multo poſt aliae Lega-

tionis a Regibus, & Principibus, non tantum Chriſtianiſ, verum etiam profanis decretae, ad eum uenerunt; quibus poſt ſolemnia gratulationum, ſidem, obſequentiam, ſe, ſuaeque omnia, Regna, prouincias, & populos deſerebant, en comiſtque virtutum illius, publico in conſeſſu patrum recitatis, titulos, atque clogia dignitati, maielta tique ſupremae addicebant illuſtria. Lucenſium oratores, Teſu Chriſti Vicarium, Petri Apoſolorum Principis legitimum Suceſſorem, adlonge maximum, digniſſimumque faſtigium caluus euectum; Alexander Bolognerus Bononienſium, Summum Chriſtianorum Patrem, Chriſtiana Reipublica Praefidem, Petri nauis Gubernatorem, qui eam procul a laentibus ſcopulis, longe ab Syrenum cantu feliciffime propelleret; Iacobus Sonembergius, Helueticorum Catholicorum, Summum Chriſtianitatis Pontificem, vniuerſae Eccleſiae Paſtorem, in auguſtiſſima Sede collocatum, dignitate proxime ad diuinam accedentem; Franciſcus Conſtaremus Venetorum, A Deo praedeſtinatum, & Vniuerſo Orbi, opportuno tempore caluus datum, qui Rempublicam Chriſtianam ſumma cum prudentia, & felicitate gubernaret; Vincentius Caraffa, Prior Capuanus, Equitum Hieroſolymitanorum; In Apoſtolici ſolij iura ſuccedentem; ad nouo, maximoque ſplendore Chriſtianam Rempublicam illuminandam, diuini ſpiritus igne accenſum; ob dignitatis amplitudinem maximum; vices Chriſti gerentem; natum diuina Crucis ſigna, inter victrices aquilas, & dracones, ad ſempiternam ſacroſanctae Eccleſiae gloriam, debellati Chriſtiani nominis hoſtibus ſtatuere; Manfredus Raualherus Geauenſium, Eccleſiae Catholicae ſponſum, Republica Chriſtiana Caput, Orbis terrarum, ſacrorumque Principem, Vicarium Chriſti optimum, ſacrorum omnium Antifitem, paſtorum Paſtorem & ouium, ſummum mortalium ſacerdotem, Arbitrum Chriſtiani Orbis, dignitate, & auctoritate proxime ad diuinam accedentem; Ioannes Gotthofridus ab Eſchauenſen, Epicoſopus Bambergienſis, Sacri Romani Imperij Princeps, Matthiae I. & Paulus Sabellus, Princeps Albani, Ferdinandi II. Imperatorum Romanorum Electorum; Vnicum in terris Chriſti Vicarium, certiffimum Petri ſuceſſorem, Eccleſiae vniuerſalis Caput; Paulus Vuolcki Epicoſopus Luceorienſis, Regni Poloniae Senator, Sigifmundi Tertij Poloniae, Suetiae, Gotthorum, & Vandalorum Regis, Summum Pontificem, eo honore colendum, quo maior nullus cuiquam mortalium tribui poſſit, aut debeat; Carolus Gonzaga Cleuius, Dux Nierenſium, & Reteleorum, Par Franciae, Campagniae Prorex, Henrici Quarti Galliarum, & Nauaruae Regis; Pontificem, Pontificum Maximorum Optimum, Maximum totius Orbis Epicoſum, ac Epicoſorum Epicoſum, Eccleſiae Caput, vniuerſi hominum generis Parentem, Beati Petri Apoſolorum Principis digniſſimum Suceſſorem, Domini, ac ſeruatoris noſtri Teſu Chriſti toto terrarum Orbe Vicarium vigilantiffimum; Alexander Vindocienſis Princeps, Ludouici Decimertij Franciae, & Nauaruae Regis, Eccleſiae Catholicae Rectorem, Chriſti Domini in terris Vicarium, Dni Petri Apoſolorum Principis legitimum Suceſſorem, Orbis Chriſtiani a ſummis omnium bonorum votis ſummum Pontificem, Eccleſiae vniuerſae Caput, & Patrem; Gomeſius Suarez a Figueroa, & Corduba, Dux Ferriae ac Villaluae Marchio, Philippi Tertij Hispaniarum, & Indiarum Regis, Praefidem Chriſtianorum, Arbitrum Chriſtianorum, verum Chriſti ſeruatoris Vicarium in terris, Petri Principis Apoſolorum in ſede Romana ſuceſſorem, Caput Eccleſiae vniuerſae, Parentem, & Paſtorem omnium Chriſtianorum; Idari Maſamunae in Imperio Iaponico Rex Voxij, Magnum, & Vniuerſalem, Sanctiſſimumque totius Orbis Patrem, Optimum, Maximum, Summum, Beatiſſimum; Seia Abbaas Perſarum Rex, Summum Pontificem, Sanctum Papam Romae, Potentiſſimum, & Sapien-

tiſſimum,



issimum, & Maximum Principum, Fundamentum Fidei  
Christianitatis, Principem super omnes Principes, Reges, &  
Imperatores totius mundi, Benignissimum, & Amantissi-  
mum Patrem vniuersi, Locum tenentem Christi,  
Doctorem Fidei Christiana, cui omnes Principes, Reges, &  
Imperatores obtemperant; Zaccarias Vartabied, nomi-  
ne Patriarchae Armeniae, & Michael Maurus Mar-  
chio, Orator Aluari Regis Gongi ex Aethiopia in-  
feriore: Primatem Ecclesiae Catholicae, Verum Succes-  
sorem Petri, Patrem Patrum, Pastorum Pastorem, Ca-  
put Vniuersale, Doctorem, & Magistrum Ecclesiae Vni-  
uersalis; Melchisedech Patriarcha maioris Arme-  
niae, Admirabilem, Colendissimum, Magistrum & Glo-  
riofissimum, summum Principem vniuersalem omnium,  
Regum, Principum, Potentium, & Christianorum vni-  
uersorum per Fidem vniuersorum in vno ouili Sanctae Ec-  
clesiae matris Fidelium, generosum Pastorem, cui in Petro  
dixit Christus, Pasce oves meas, cathedra Petri Posses-  
sorem, venerabilem Papam, Principem Romae, Gloriam  
omnium Pontificum, supra omnes in supremo fastigio  
exaltatum; Petrus Ioannis, Patriarcha Maronita-  
rum Antiochiae, & Georgius Amires Archiepi-  
scopus Edem, Beatissimum, & Sanctissimum Domi-  
num, Caput Romae, & totius Vniuersi, Vniuersitatis Pa-  
pam; Elias Patriarcha Babylonis, inferiens Sed-  
di, Sancti Thaddaei Apostoli, & cui crediti sunt  
omnes greges Orientalium Chaldaeorum, San-  
ctissimum, & Beatissimum Patrem, Caput Patrum,  
Solem Christianitatis, nomen, in quo situm est adscium  
Ecclesiae Ecclesiarum, Dominum Patrem, Patriarcha-  
rum omnium, qui sunt in vniuerso, habentem claus  
Altitudinis, Profunditatis vere, & exacte; Adam Archi-  
diaconus Camerae Patriarchalis Babylonis, Ar-  
chimandrita Monachorum Chaldaeorum, Patrem  
vniuersalem, Patrem Patrum, & Rectorem, Lapidem  
constitutum fundamento Ecclesiae Dei, vnam petram so-  
lidam, in quo positi sunt ordines Ecclesiastici a sapiente  
Architecto aedificatore vniuersi, Fundamentum Ecclesiae,  
Caput sublime totius Christianitatis, verum Vicarium  
Christi Domini nostri super terram vniuersam, per suc-  
cessionem veram, & legalem, qua ab illo derivauit, Sum-  
mum Pontificem, cui Christus non frustra dedit claus  
Altitudinis, & Profunditatis, & greges rationales emptos  
sanguine suo pretioso commisit; Iosephus Viclamius  
Rucki, Kii uenientium, & totius Russiae Graeca-  
nici ritum, Metropolitae, In Vniuersum Orbem tenen-  
tem primatum, Successorem Beati Petri Principis Aposto-  
lorum, verum Christi Vicarium, totius Ecclesiae Caput,  
omnium Christianorum Patrem, ac Doctorem, cui in Be-  
ato Petro pascenti, regendi, & gubernandi vniuersalem Ec-  
clesiam a Domino nostro Iesu Christo plena potestas tradi-  
ta sit; Ioannes Baptista Guarinius, Ferrariensis, Beati  
Pontificem maximum, verum Christi Vicarium, Beati  
Petri in Ecclesia Sanctae Dei, Apostolatusque culmine le-  
gitimum Successorem, supremum Christianae religionis  
Archiepiscopum, Catholicae fidei Fundamentum, sacrorum  
omnium Arbitrum, medendis vulneribus Reipublicae Chri-  
stianae Natum, alterum Moysen, qui non per blandas  
voluptates illecebras, nec per immoderatam habendi,  
aut eminenti cupiditatem, sed per eximiam in rebus o-  
mnium abstinentiam; in obeundis muneribus integritatem;  
in experendis moderationem, vir summa religiosus  
ad summum religionis fastigium, Sacerdos a virtutibus  
eminentissimus, ad supremum sacerdotium euectus sit,  
Pontifex ante virtutibus, quam suffragiis, cui animus san-  
ctus, innocens, insigni in Deum fide, in homines chari-  
tate, caelestis thesauri cupidus, non terreni; incorruptus,  
non pro libidine, sed pro vera virtute hominum asima-  
tor, honorumque distributor, non inflatus, non zurgidus,  
sed excelsus, ingens, augustus; natus ad magna omnia, ad  
Regia negotia audienda, arbitrandaque, ad publicas res  
omnes administrandas, ad sanctum Orbis imperium, &  
ad claus Regni Coelorum humano generi venerabiles, ac

formidabiles, diuino spiritu sustentatas, diuina sapientia  
exercendas. Florentinorum, Allobrogum, Mantua-  
ni, Parmensis, Mutinae, ac Rhegii Ducum, nec non  
aliorum Principum Europaeorum Oratores, fere  
eosdem laudum titulos depangebant; quod non  
tantum supremi solii, verum & heroicarum Pon-  
tificiarum virtutum haeredem suspicerent, plane-  
que sperarent, quemadmodum Antonius Qua-  
rengeus vtriusque Signaturae Referendarius vouebat,  
spondebatque.

Orbi, quo imperante redderet  
Astra lato saeculari aurea.

X.

Studium orandi, Basilicas amplificandi, & im-  
primis Vaticanam.

Non fecellit spem, aut vota, vel potius de creta de  
se publica, sed vel impleuit, vel superauit Paulus.  
Inprimis a cultu diuino Pontificatus auspiciatus,  
cum sciret orationem perpetuam, vel solam esse re-  
bus a Deo impetrandis, rebusque praecclare auspi-  
candis idoneam, eius vsu in quadraginta horas  
distributum, iamque per omnia templa Vrbica die-  
tium per singulos menses, toto anni decursu a Cle-  
mente pontifice introductum, consistuntione per-  
petua stabiluit; vique ea deuotio nunquam inter-  
mitteretur, sed continua, succedentibus diebus,  
mensibus, & annis perennaret, assignatis templis,  
praecipisque pro ea re legibus instituit. Cum au-  
tem multa Vrbica templa, vel parum nitida, vel ali-  
quantum angusta, atque principis Apostolorum Ba-  
silicam, toto Orbe venerandam, a Iulio secundo in-  
choatam, & a reliquis pontificibus, praesertim vero  
Gregorio Decimotertio, & Sixto Quinto, non mi-  
nimum auctam, sed tamen nondum perfectam,  
aspiceret, Cardinalibus, qui titulares suas, Christi fi-  
delibus, qui reliquas Urbis, vel instaurarent, vel am-  
plificarent, vel ornarent, exemplo praere voluit,  
Patrumque sententis de demolenda iam colla-  
bente Constantiniana in Vaticano Basilica rogatis,  
cum idea nouae molis, a Bramante primum, deinde  
a Bonatota excogitata, neque multum augusta, ne-  
que ambiendo veteris Basilicae spatio, Martyrum,  
& aliorum Diuorum cineribus sacro factis esset,  
ipse magno animo vastissimum opus molitus, reli-  
quum Basilicae corpus, a Sacello Gregoriano, vique  
ad extimam faciem, Chororum, Sacrarum, Sacella,  
Porticum inferiorem, & superiorem benedicendis  
populis, cunctas campanarias a fundamentis aedifica-  
uit, ac fornice templi inaurato; porticu inferiore pla-  
stico opere item inaurato, quod vitam, res gestas  
principum Apostolicorum admiranda maiestate ex-  
primeret, inferne sanctissimorum pontificum, su-  
perne in fastigio Basilicae, impositis Christi Saluato-  
ris, & Apostolorum Colosseis statu, amplissimum,  
ac magnificentissimum templum absoluit, quo

non Solymanus  
Tanta Rex superum Regi optulit  
Arcanos adyti disposuit locos,  
Impensisque.

Vt aliquis carebat.

Eius Basilicae extimos, & intimos typos per Mar-  
tinum Ferabofcum, Palatinus fontibus praefectum,  
are incisus vt Ferdinandus Carolus Parmensis ex-  
plicaret, doctoquo, & Augusto stylo Vaticanis collis,  
& Templi vniuersa admiranda deliniaret, eo in Va-  
ticanium accito, opus cedro dignissimum commi-  
sit.

Præterea Paulus, in medio augustissimi Templi,

Sacram

Sacram Confessionem, in qua incipit Apostolici  
Senatus,

Sacra cineres, at heri tenet  
Quos Roma Imperij pignus,

requiescunt, ad Innocentianos vsque carcellos ape-  
ruit, columellis auro textili, persimili lapide foras  
circumdedit, gradus marmoreos, quibus ad intima  
descenderetur, collocauit, parietes hinc inde insi-  
gnibus, & alijs ornamentis ex pretiosissimis vario-  
rum colorum lapidibus in crustauit; pavementum  
eiusdem ad stuporem admitendo opere tessellato  
stravit; ostium intermedium aerea crate inaurata inter  
aliquot columnas pulcherrimas concludit; altius  
secus duas statuas ex metallo deauratas, alteram Diui  
Petri, alteram Sancti Pauli in loculamentis exteriori-  
bus repositis; lampadem argenteam ingentis pon-  
deris, & pretij, quae quattuor alias inter minores die-  
bus solemmioribus luceret, apponit, ac tale opus  
perfectit, vt qui oculis non conspiceret, vix mente  
possit concipere. Pavimenta veteris Basilicae Con-  
stantiniana ea parte, qua a Sacello Gregoriano, thol-  
um, & eius perspicuum vergit, fornicem, quem  
nunc ad aram maximam pedibus terunt, superindu-  
xerat Iulius Secundus, ne memoriae tot Diuorum,  
qui indidem conditi, extremam Archangeli ad iudi-  
cium vocantis vocem aude expectant, interirent;  
fornix superinductus, Basilicam subterraneam effe-  
cit religione venerabilem. Eius aditum, & a sacro-  
phago Pauli Tertij & a columna marmorea, cui in  
templo Salomonis Saluator innoxius vrbium salutis  
diffeminabat, & quae inde Romam allata, sanandis  
energumenis remedio est, e regione posita, Paulus  
Quintus aperuit, gradibus vtrinque positus marmo-  
reis descensum facilem fecit; cryptas interiores mul-  
torum corporibus Sanctorum diuites exornauit;  
antiquae Basilicae sacras imagines, sculptas, cae-  
latas, & sine musuo, siue pennicillo depictas, eodem  
intulit, pulcherrimoque ordine distributas, parieti-  
bus inferuit; polyandrium ossibus omnium sancta  
opinionis defunctorum, quorum corpora e loculis  
suis, nouit templi gratia oportuerat erui, vt communi  
conditorio requiescant, constituit, memorias vete-  
res, aut deuotione, aut antiquitate, aut artificio praer-  
stantes, aptissime collocauit; & inter has iconam  
Sanctissimae Deiparae Virginis, quae (vnantriqua habet  
traditio) inter columnas porticus veteris Basilicae,  
impia manu in facie percussa, sanguinem fuderat,  
cultui fidelium exposuit: Eleutherii, Hygini, Ioannis  
Primi, Sixti Primi, Anacleti, Lini, quorum sacra pi-  
gnora isthic condita sunt, & aliorum Sancto-um,  
nec non miraculorum, quae ad Basilicam aliquando  
contigere, typos coloribus exprimi curauit; clathrus  
ferreis confessionem principis Apostolorum intrin-  
secus clausit; magnam vim lapidum pretiosorum ad  
eius arcam, intimioremque recessum ornandam re-  
liquit, atque lampadam argenteam multitudine  
locum illustrauit. Sacra Diuorum pignora, e vetere  
Basilica in sacrarum illata, Diui Gregorij Magni,  
Sanctorum Simonis, & Thaddaei Apostolorum,  
Sanctorum Leonum Primi, Secundi, Tertij, Quartij,  
Sanctae Petronilla, Sancti Ioannis Chrysoptomi, San-  
cti Bonifacij Papae, Sanctorum Processi, & Martiniani,  
arcis munitissimis conclusa, in a is peculiaribus  
nouae Basilicae recondidit. Sacrum Sudarium vultu  
Redemptoris insigne; Lanceam, quae Iatus Domini  
Iesu Apostolorum Coryphaei, in locum eminentis-  
simum, ex quo statis diebus venerationi exhiberentur,  
exculit; Portam aeneam omnium e vetere templo  
maximam, rebus ab Eugenio Quarto, gestis in ea fu-  
lili artificio expressis conspicuam, ad magnitudinem  
valutarum nouae Basilicae, auctis superne, & inferne ex  
metallo fuso tabellis, aprauit, intermedioque ostio

imposuit; Aream superiorem, & inferiorem, qua ad-  
itus ad Basilicam est, complanauit, amplificauitque,  
parastadis definiuit, lapide Tyburtino constravit, ico-  
nam nauiculae fluctuantis, musuo opere a Iotto ce-  
leberimo expressam, ex veteris templi ruinis, integro  
in pariete conseruatam, muro, qui a parte Palatii arcae  
amplissima imminet, inferuit, eidemque fontem,  
quinque rubsaquam eructantem, commoditati pe-  
reginorum suppositit; veterum scalarum gradibus  
amotis, scalisque antiquis restituit, ascensum ad Ba-  
silicam commodissimum instaurauit, Sanctorum  
Petri, & Pauli marmorea simulachra, olim a Pio Se-  
cundo scalis imposta, ex polij, ornari curauit, eius-  
que pontificis nomine repositit. Vt ad eandem Basili-  
cam, e Palatio Vaticano pro maiestate pontificia ef-  
fer descensus, veteribus angusti, obscurisque subla-  
tis, nouas e Vaticanis aedibus scalis, Tyburtino lapi-  
de lenissimo descensu extulit, in quarum vestibulo  
ascendentibus e porticu Basilicae, statua Sancti Petri  
marmorea, elegantissimo opere sculpta in aspectum  
se porrigit, ingenti veneratione simul ac maiestate.

XI.

Sacellum Sanctissimae Deiparae in Esquilino.

Secundum haec, ad Liberianam quoque Basili-  
cam, turrim campanariam, repetito ictu fulminis  
conculsam, instaurauit, stabiluit, plumbo operuit;  
campanam ingentis ponderis, magnitudinisque exi-  
miae viciatam, aucto pondere, in honorem Dei Geni-  
tricis Mariae reficiendam curauit: sacram vestiarium,  
ad sinistram ianuae maximae eiusdem Basilicae am-  
plissimum, ornatissimumque & huic adiunctum au-  
gustissima forma Odream extruxit, inque eius parte  
superiore commodissima pro canonicis conclauia  
aedificauit. Sacellum Burghesiano B. Virgini, siue am-  
plitudinem aedificij, siue elegantiam operis, siue opu-  
lentiam, venustatemque consideres, ad miraculum  
pulcherrimum, extrinsecus Tyburtino lapide, intrin-  
secus Carrariensi marmore, vbi viliissime, nam alias  
Numidico, Chio, Phrygio, Alabastrite mellei colo-  
ris maculoso; in quod vetustissimam Beati Lucae E-  
uangelistae manu depictam Deiparae effigiem trans-  
ferret, a fundamentis extruxit, Aramque maximam  
cum loculamento pro ea effigie, quattuor columnis  
altissimis ex lapide circumdato, Topatio, Granata,  
Rubino, Smaragdo, Chrysolito, Onyxe, Amethysto,  
Ceruleo Persico, & alijs incomparabilibus gemmis  
ornatam, Regnae Angelorum in Caelos assumptae,  
cuius imaginem auro, monilibus, torquibus aureis,  
gemmis variiegatis, vni onibus, & lapidibus pretiosis-  
simis operuit, consecrauit,

Nullis exaequandum opibus siue arte, vel aui  
Venturi studiij, Pontificum manu.

vt Nicolaus Alemanus, Vaticanae Bibliothecae Pro-  
praefectus expendebat. Addidit praeter haec Sacello  
suppellectilem auream, & argenteam, Crucem sci-  
licet magnam argenteam ponderis libr. 128. pretij  
2150. aureorum. Duodecim Apostolorum statuas  
argenteas, pretio 6000. aureorum. Sex candelabra  
argentea inaurata, cum argenteis aequalibus libr.  
156. pret. 3000. scut. Duo magna candelabra argen-  
tea ad gradus arcae, ad funalia sustinenta libr. 114. pret.  
1400. aur. Sex varia Sanctorum capita argentea libr.  
114. pret. 2030. aur. Sex brachia Sanctorum argen-  
tea cum parastadis libr. 69. pret. 1200. Duo fer-  
cula argentea cum parastadis libr. 23. pret. 500.  
numm. Coronam gemmis distinctam 12. m. aur.  
Lampadem argenteam libr. 31. pret. 500. num. Pix-  
idem pro Sacrosancta Eucharistia seuanda libi

1. pret. 30. num. S. Agnetis reliquiarum ferculum, cum paradisi ex inaurato argento, octo rubinis circumstantibus cristallum ad stellæ figuram libr. 7. pret. 300. num. Sex vascula argentea pro floribus sustinendis libr. 24. pret. 400. num. Calicem aureum cum patena, adamantibus, rubinis, sapphiris, & smaragdibus ornatum libr. 3. vnc. 8. pret. 800. aur. Sex calices argenteos libr. 10. pret. 200. num. Quattuor polubra argentea cum aqualibus libr. 18. pret. 145. num. Duas aureas rofas 1000. aur. pret. Sanctæ Emerentianæ Virginis & Martyr. reliquiarum ferculum è montano crystallo, maximo artificio elaboratum, gemmis, & auro exornatum. Sanctæ Cæciliæ Virginis & Martyris reliquiarum ferculum, mira arte ex auro confectum, adamantibus, ac varijs gemmis insigne. Quattuor candelabra argentea, vna cum Cruce, & lampade pro Sanctæ Franciscæ adicula; totidem pro opposita Sancti Caroli. Manum argenteam pro Sancti Gregorij Papæ VII. reliquia conservanda. Duo diademata aurea gemmis distincta, Angelorum parnobile ex auro. Monilia aliquot pretiosissima, & torques aureos gemmis variegatos, pro ornatu imaginis Sanctissimæ Virginis, lamina argentea facie tenus contenta; quam ad diem XXVII. Ianuarij Anno Domini 1613. solenni ritu in Sacellum inferendam curavit, Sacro Cardinalium Collegio, & vniuerso Clero Romano, ante imaginem longo ordine procedentibus, donec intra adiculam laminis inauratis circumclusam inferretur: collata in eam rem Indulgentia plenaria his, qui processioni interfuisent, si modo confessi, ac sacra Communione refecti, pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione; ac Sanctæ matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effudissent. Super hæc aliam quoque suppeditabilem innumerabilem, atque pretio inestimabilem, ad altarium, Sacerdotum, ac Ministrorum altaris vsuum, ornatumque eidem Sacello contulit; Organum artificio insigne addidit; Collegium Sacerdotum, qui rem diuinam ibi quotidie perpetuo facerent, constituit; Cantores qui singulis diebus Sabbarbi Lytanas ibidem concinerent, condixit, ministros reliquos assignauit, & prouentus annuos locupletes singulis in perpetuum, cum necessarijs omnibus ad vsum Sacelli addidit, edito de eâre diplomate.

## XII.

*Columna Regine. Colorum dicata erectaque.*

Parum potro fuerat Paulo V. ædem hanc incomparabilem excitasse, marmore, gemmis, vnionibus, monilibus, auro, argento, statuis, picturisque exornasse, sacro instrumento instruxisse, & Clero peculiari redditibus attributis, ad eternandum Dei, & Diuæ parentis cultum auxisse, nisi etiam æternitati in inferne voluisset, in erigenda statua Colossæa ærea, eiusdem Regine Colorum, quæ vniuersam Urbem ex Equilino prospectaret, potentissima omnium Solipitrix. In ruinis Templi Pacis, quod omnium max. mum ab Imperatore Vespasiano ædificatum, remporibus Commodi conflagrauit, extabat colūna striata marmorea admirandæ altitudinis, quæ fornix latus annexum sulcre videbatur. Eam Paulus V. inde eximi, atque in Exquilini montis aream meridionalem ingentibus operis transferri, in plateæ medio, basim excitari, antequam Liberianam Basilicam, superimposita ei gloriose Virginis, Saluatorem gestantis, ærea inaurata imagine, collocari præcepit, vt monumentum honoris, & cultus Diuæ Deiparentis, in nectiore loco omnibus occurreret. Vt autem cunctos istud Orbis miraculum aspicientes ad deuotionem excitaret, omnibus, qui eandem Sacram imaginem venerantes genu flexi ante illam, pias ad Deum

preces effudissent, quibus diebus id egissent, tres annos, & totidem Quadragenas indulgentiarum largitus est. Balthasar Ansideus Perusinus, Bibliothecæ Vaticanæ Custos, basi faciali titulum inscripsit; *Paulus V. Pont. Maxim. Columnam veteris magnificentiæ monumentum, in formi situ obductam, neglectamque, ex immanibus Templi ruinis, quod Vespasianus Augustus a Sto de Iudæi triumpho, & Republica statu confirmato, Paci dicauerat, in hanc splendidissimam sedem, ac Basilicæ Liberianæ decorem augendum, suo iussu exportatam, & pristino nitore restitutam, Beatissimæ Virginis, ex cuius visceribus Princeps vera Pacis genitus est, donum dedit, æneamque eiusdem Virginis statuam fastigio imposuit. Anno Salutis M. D. C. XIV. Pontif. IX. Antonius Quærensus V. S. R. lateribus eiusdem basis Iambos addidit.*

Aureo à Basilica

Ignis Columna

Prætulit lumen pjs

Deserta noctu,

Vt permearent inuia

Securi, ad arces

Hæc recludit igneas

Monstrante ab alta sede

Collem Virginis.

Dextro.

Impura falsi Tempia

Quondam Numinis

Iubente mæssa

Sustinebam Calare,

Nunc lata veri

Perferens Matrem Dei

Te Paule nullis

Obtricebo saculis.

Sinistro.

Vesta columnam mole

Quæ stetit diu

Pacis Profana in adæ,

Paulus transfudit

In Exquilinum Quintus,

Et Sanctissima,

Pax vnde vera est,

Dedicauit Virgini.

## XIII.

*Quirinale Sacellum assumpta Virgini sacrum.*

Non satis erat animo vere magno Pauli Pontificis, Exquilinum collem pietatis suæ monumentis occupasse, nisi etiam Quirinalem, eidem Diuæ Deiparenti consecrasset. Itaque in amplissimo Pontificali Palatio, quod maiore ex parte auxit, & in augustiorem, commodioremque formam redegit, aliud augustissimum, illustrissimumque Sacellum longitudine 180. latitudine 60. palmorum nullis æquandis laudibus, nullis imitandum fere Principibus, eidem Sacrosanctæ Virgini à fundamentis extruxit, aula Regia adiuncta, amplificauit, inaurauit, & lapidibus pretiosis, picturis, sculpsuris, opere plastico, columnis inæstimabilibus, auleis ornauit: in quo omnia oculis obiecta venustatem maiestati commixtam tantopere spirant, vt ad Regni sideris desiderium, & ad pietatem in Virginum Primiceriam, vel solo aspectu inflamment.

## XIV.

*Alia Cælestibus nonnullis ornamenta profusa, & hinc alijs exempla cultus SS. Prælatæ.*

Præter hæc Paulus V. Diuis, Agneti, & Emerentianæ Virginibus, & Martyribus, aram ex pretiosissimis lapidibus opere thetallato florido, in eorum Templo extraurbano erexit, illarumque sacra pi-

gnora

pignora in arca argentea, pretij V. M. nummorum aureorum recondidit. Sacris pontificijs cum maiestate faciendis, tyram Episcopalem, adamantibus, & vnionibus ditissimam, pretio LXX. M. aureo um comparauit. Lauretanam Diuæ Deiparentis ædem, in æstimabilibus donarijs locupletauit. Eremo Monachorum Camaldulensium, Congregationis Montis Coronæ fundandæ, (olum supra Tusculanos colles attribuit. Scipioni Cardinali Burghesio, ex sorore nepoti; qui Basilicam Diuo Sebastiano Martyri sacram, vetustate collabentem, nobilissimo opere nouam restituerat, an faceret, Catacumbarum ingressum exornaret, & laquear auratum in Templo S. Chrysoconi poneret, imo & ipsam Basilicam ex ruinis, in hanc, quam videmus, magnificentissimam formam excitaret, auctor fuit. Cardinales quamplures, & in his Marcellum Lansem, & Massæum Barbarinum, illum vt in foro Boario, itum vt in Basilica S. Andree (quam ingentibus impensis Alexander Cardinalis Montaltus inchoatam, ad fastigium vsque continuatis operis, etiam vita functus, perficiendam curat) elegantissimi na Sacella extruerent, diuitarentque, exemplo imitauit. Ab illius præterea exemplo exurgunt in Vrbe magnificentissima Tempia Diuo Carolo Borromeo, alterum in regione Arenarum, alterum via Flaminia, Sanctissimæque alijs alia, insigni munificentia piotum excitata. Ab eiusdem cura, Monasteria Redemptionis capriuiotum, S. Francisci Conuentualium, & S. Augustini, quos vocant Reformatorum, Dominicanorum, & Theresiarum; nec non confraternitates, S. Spiritus, S. Benedicti, & aliorum, in lucem emerferunt, & pietatem Urbicam amplificarunt. Ad ipsius æmulationem, suppellex sacrorum, ex auro, argento, gemmis, lapidibus pretiosis, serico, holoférico, & alia diuite materia, in omnibus Urbis Basilicis, Templis, Oratorijsque, adeo in immensum creuit, vt numquam res Ecclesiastica Urbana ditior, splendidior, cultiorque fuit.

## XV.

*Religio.*

Ceterum Paulus Ecclesiasticum tam dititem, tam splendidum, & magnificum apparatus, non ad pompam exteriorem, neque ad ostentationem puerilem; sed vel ad conciliandam rebus diuinis maiestatem, vel ad excitandam venerationem, deuotionemque comparauit. Decet domum Domini sanctitudinem, decet & ornatus oculos percellens, & ad cogitationem magnitudinis, sublimitatisque cælestium attollens. Decet præterea Sacerdotes rem diuinam facientes, cultus exterior, interioris index, & testis. Qui enim sacrosanctiora cælestium arcanorum adyta venulant, aut diuitant, profecto de cælestis patriæ æconomia se magifice sentire demonstrant. Qui deinde mundiciam, & ornatum vestiarie sanctioris amant, raro fit, vt tales sacerdotes non induant iustitiam. Induit sane Paulus pontifex, & eaque propter eam, quam de mysterijs sacrosanctis conceperat sententiam, facti ostendit. Quotidie autem equam augustissimam hostiam litaret (litabat autem quotidie, vsque ad diem Dominicum, qui mortem immediate præcessit) genu ante Sacerdotem humili posito, noxas, si quas in tractatione negotiorum totius Orbis contraxisset, humiliter accubabat, proque ijs ex Sacerdotis præscripto abusa de faciebat: mox orationibus priuatis, præparato animo, ad sacram Aram, siue priuatam, d ebus singulis; siue publicam, vel in Sacello pontificio, vel in Basilicis, pro festiuitatum ratione accedebat, tam composito corpore, gestu, manu, vultu, oculo, vt omnia fere eius membra, natus, motus, deuotionem, puritatem, & præsertim venerandum de rebus cælestibus sensum spirarent, & illum

velut ideam Christiani Sacerdotis, ad exemplar omnium sanctæ sacrificantium proponerent. Præter sacrificandi, & horas diurnas, nocturnasque summa cum attentione recitandi, numquam toto pontificatus tempore intermissam consuetudinem, alia pietatis exercit ad iungebat; priuatis orationibus fere in singulas horas, (cui rei fere in omnibus cubiculis genu flexoria, cum aliqua pia imagine prostabant,) diuinam clementiam supplices implorabat; Lytanas de Beatissima Virgine, quotidie frequentissime, neque sine peculiari affectu in Diuam (cui post Deum omnia se debere fatebatur) recitabat; noctu concubia vigilas vigilijs continuabat; quores vel ronisset, vel aliquid aduersi renunciarum fuisset, ad obsecrationes procumbebat; neque modo ipse orabat, sed & vtriusque sexus, quos alicubi in Cænobijs nonisset præ alijs deuotio es, ad orandum inuitabat, rebusque vel publice, vel priuatim afflictis, præsidium ab oratione expectabat.

## XVI.

*Pietas in Colitis.*

Quod autem certissime sciret, Sanctos vita functos cum Christo in Cælis regnantes, potentissimos esse ad promerendam gratiam diuinam, illos demereri cupidus, honores eis publicos decreuit; ac in primis, ne passim, ac in tempe sine de origine Diuæ Deiparentis, diceretur, in nouatis S. xti IV. & Pij V. nec non Concilij Tridentini sanctionibus prohibuit. Eiusdem Sacrosanctæ Deiparæ imaginis à S. Luca depictæ, & in Sacellum Burghesianum illatæ, memoriam translationis anniuertentia solemnitate perpetuo celebrandam constituit. Sodalitati primariæ eiusdem Diuæ, quæ à Rosario nomen habet, priuilegia à XVII. Pontificibus Romanis concessa, restituit: quamplurimis Confraternitatibus illius ipsius Regine Angelorum, siue recens institutis Indulgentias, & gratias amplissimas concessit. Secundum Diuæ Deiparentis cultum, Carolum Borromeum, Cardinalem, Archiepiscopum Mediolanensem, & Franciscam Romanam, in Sanctorum Cathalogum solenni ritu reulit; Ignatium Loyolam Societatis Iesu conditorem, Franciscum Xauerium Indiæ Apostolum, Philippum Nerium Florentinum Congregationis Oratorij Romani, & Magni Cardinalis Baronij in Christo vel parentem, vel præceptorem, Theresiam Virginem, Discalceatorum Carmelitarum auctorem, Ludouicum Bertrandum Dominicanum, Thomam Villanouannum Augustinianum Archiepiscopum Valentinum, Isidorum Madritiensem Hispanum, Beatis adnumerauit; Sancti Vbaldi Episcopi Eugubini professoris Ordinis Canonicozum Regularium Lateranensium f stuitatem innouauit, sen restituit; Sancti Cazimi Magellonidis officium, Sigismundo III. Rege Poloniæ, & Suetiæ, necnon Eustachio Volouicio Episcopo Vinense (in cuius Ecclesia Diui exuuiæ repositæ) postulantibus vbique Ecclesiarum restituti mandauit, ac Breuiario, & Missali Romanis inseruit: Officium, & festum Angelo Custodi constituit; B. Stanislaum Koskam Polonum, Beatum Aloysum Gonzagam Societatis Iesu lilia, Margaretam Castellanam, & Iacobum Venetum Dominicanæ familiæ lumina, B. Philippum, & Peregrinum Ordinis Seruitarum decora, cultu ampliore affectu; vtque Pio Quinto antecessori, promeriti aliquando decernantur ab Ecclesia honores, vitæ, & canonum, & miraculorum ipsius, quibus etiam ium sanctitatem illius Deus illustrare dignatur, inquisitionem, Cardinali Millino Urbis Vicario delegauit; vtque tabellæ votinæ sepultura Sanctissimi Pontificis appendantur, assignanturque permittit: Sacratissimo sanguini Iesu Christi, Ordinem militarem, à Vincentio Gon-



zaga Duce Mantuae institutum: Saecis Sancti Francisci Sigmatis officium, tam horatum, quam sacrificij formulis adscriptum probavit; Ecclesias septem Urbicas, peculiari exortio pietatis a superioribus pontificibus designatas, quantum per negotiorum molem licebat, deuotissime quotannis visitauit; utq; ab Urbana multitudinc, ad exemplum peregrinantium frequentius inuiserentur, amplissimis indulgentijs propostis inuauit; earundemque indulgentiarum, & gratiarum spiritualium largitione, cum ad cultum Sancto- rum, cum vero praecipue ad frequentiam Eucharistiae, necnon ad seueriora, exactioraq; Christianae deuotionis, quae passim a numerosis sodalitatibus in dies debantur, edunturq; exempla prouocauit. Inde enim in Vrbe, & exinde in multis Italiae ciuitatibus mos inoleuit, gregatim, tum Basilicas Sancto- rum visitandi, tum ad mysticum edulium pretiosi corporis Christi, ingenti cum ardore accurrendi. Aliquando ad XXX. M. capitum censentur Romae, ad communionem, quam uocant Generalem, frequentius, vel a Patribus Societatis Iesu, vel ab alijs Religiosis, ex occasione, vel necessitate Ecclesiae, uel festiuitatum praecipuarum renouatam; ut non omiserim in omnibus fere Templis; Oratorijsq; tum publicis, tum priuatis, ferme in singulos dies Sacra Synaxim a numerosa populi deuotione frequentatam; & alibi in Cœnobijs Sanctimonialium bis, terue communiter in hebdomadas repetitam; ab exemplis, & monitis Pauli pontificis, summo studio conatus efficere, populum sibi commissum, ut esset gens sancta, populus acquisitionis, bonorum operum sectator.

XVII.

Domesicorum deuotio.

Necipsetantum ad Sanctitatis solemniam, assiduis gestibus preiuit, uerum etiam domesticam familiam in eodem cultu praecedere alios uoluit; tam rigidus seuerioris uitae actor, ut si quem ex suis uel aurium macula notatum, laborantemq; uel per suspicionem deprehendisset, statim censura acitore animaduerteret, Palatinaq; aula eijceret; praesertim, si quem e Sacerdotio, uel non frequentius, uel non sanctius facis operantem; e non Clero autem ad diuinorum amorem, & ad frequentiam Sacramentorum remissio- rem accepisset.

XVIII.

Urbani Cleri sanctitas.

A familiari Clero, & populo, seu a Palatina, ad Urbis, & Orbis sanctuarium oculis contentis, nihil magis, quam sanctitatem, & praesertim Regularis curauit; data Cleri secularis cura in Vrbe quidem Cardinali Vicario, Garzia Millino huius seculi in seruanda Ecclesiastica disciplina Ambrosio; in Orbe autem Nuncijs Apostolicis, qui praelatos Ecclesijs pontifices, praepositosque ad omnem sanctitatem admonerent: non ignarus, sanctuarium sanctum esse, & dici debere, Sancto- rumq; cultum, ac ministerium sanctitatem exigere.

XIX.

Sacer Senatus Cardinalium.

Ad haec porro, & alia grauissima uniuersalis Ecclesiae negotia tractanda, cum se diuino implorato praesidio, Sancto- rumque patrocinio, parem reddidisset; neq; tamen ambigeret, ubi plurimam salutem esse, ubi plura consilia adessent; eaque propter & Moysen, quamquam spiritu diuino plenum, septuaginta seniores ad ministrandis doneos, in sanctiorem senatum legisse; & melioris Testamenti Condito- rem Iesum, supernum Orbis moderatorem, Apostolicum Collegium, & septuaginta discipulorum ministerium instituisse; & Vicarios Christi, Christo proximos, Petrum, Linum, Clerum, Clementem, Senatum Prae-

bytero- rum, quos postea Cardinales posteritati appellare libuit, ad consilium in rebus Ecclesiae grauioribus admisisse, eorumq; prudentia, dexterritate, constantia, integritate, ceterisque uirtutibus Apostolico Senatu dignis, Sedem Apostolicam, & uniuersalem Ecclesiam sterisse, ac super eos Cardinales terre, Dominum possuisse Orbem; Ea propter in locum decedentium patrum purpuratorum, in primis quidem uel mentis suae interpretem, accedentium autem fiduciarum sequestrem, ac mediatorum, Scipionem Caffarellum, ex sorore nepotem, in familiam Burghesiam translatum, eaq; de causa a complexibus parentum praemature ereptum, & ad bonarum artium gymnasium suspendijs ex proprio collatis missum, sancteq; educatum; post eum uero, ex omnibus Christianitatis nationibus, quantum commode fieri potuit, lectissimos, siue iudicio proprio, siue a commendationibus principum Christianorum, rebus Ecclesiae, Imperij, Principum, Regnorum, Prouinciarum stabilicandis, tranquillandisq; Cardinales ascituit, omnes toto tempore pontificatus numero LX. maiore ex parte, sanguine, & cogitationibus illustres, Theologiae, uel Iurisprudentiae doctri- na insignes, reru usu doctissimos, meritis in Reipublicam Christianam clarissimos, fulera Ecclesiae, ac Reipublicae Christianae. Eorum haec sunt nomina, atque cognomina.

18. Iulij anno 1605.

1. Scipio Burghesius, Romanus 11. Septembris 1605.
2. Ludouicus Torres Romanus, Archiepiscopus Montis Regalis.
3. Horatius Spinula Genuensis, Archiepiscopus Genuae.
4. Massius Barbarinus Florentinus, Arch. episcopus Nazarenus, Nuncius in Gallijs.
5. Bartholomaeus Ferratinus Romanus, Episcopus Ametinus.
6. Ioannes Garzia Millinus, Romanus, Archiepiscopus Rhodius, Nuncius in Hispania.
7. Bonifacius Caetanus, Romanus, Episcopus Cassanensis.
8. Marcellus Lantes, Romanus, Auditor Camerae.
9. Horatius Massius, Romanus, Clericus Camerae. 10. Decembris 1607.
10. Franciscus Forgas Vngarus, Archiepiscopus Strigoniensis, Cancell. Hungariae.
11. Franciscus Rupifucaldius Gallus, Episcopus Claramontanus.
12. Fr. Hieronymus Xauierre Dominicanus, Hispanus, Generalis Magister Ordinis Praedicatorum, & Regi Catholico a Confessionibus.
13. Mauritius Sabaudus, filius Ducis Allobrogum.
14. Ferdinandus Gonzaga, Mantuanus, filius Ducis Mantuae. 24. Nouembris 1608.
15. Michael Angelus Tontus, Ariminenis, Archiepiscopus Nazarenus.
16. Franciscus Verallus, Romanus, Episcopus S. Seueri.
17. Ioannes Baptista Lenius, Romanus, Episcopus Militeri.
18. Lanfrancus Margotius, Parmensis, Secretarius SS. D. N.
19. Aloysius Capponus, Florentinus, Thesaurarius Ecclesiae. 17. Augusti 1611.
20. Decius Caraffa, Neapolitanus, Archiepiscopus Damascenus, Nuncius in Hispania.
21. Dominicus Riuarola, Genuensis, Archiepiscopus Nazareth.
22. Ioannes Bonfius, Florentinus, Eleemosinarius Regis Christianissimi.
23. Metellus Biccus, Senensis, Episcopus Suanensis.
24. Philippus Filonardus, Romanus, Episcopus Aquinas.
25. Petrus Paulus Crescentius, Romanus, Auditor Camerae.
26. Iacobus Serra, Genuensis, Thesaurarius Ecclesiae.

27. Fr. Augustinus Galaminus, Dominicanus, Braschelenis, Magister Generalis Ord. Praedicatorum.
28. Horatius Lanellottus, Romanus, Auditor Rotae.
29. Caspar Borgia, Hispanus, frater Ducis Gandiae, Canonice Toleranum.
30. Fr. Felix Centinus, Minorita, Asculanus, Procurator Generalis, Ord. Minorum Conuentualium. 2. Decembris 1615.
31. Franciscus Vendraminus, Venetus, Patriarcha Venetiarum.
32. Ludouicus Ghisa, Gallus, Archiepiscopus Rheimensis.
33. Robertus Vbalidus, Florentinus, Episcopus Montis Politiani, Nuncius in Gallijs.
34. Tiberius Murus, Romanus, Episcopus Viterbienf.
35. Gabriel Treffius, Hispanus, Archidiaconus Talaueræ.
36. Balthasar Sandoual, Hispanus, Dec. Toletanus.
37. Iulius Sabellus, Romanus, Abbas.
38. Carolus Medices, Florentinus, filius Magni Ducis Erruriae.
39. Alexander Vrsinus, Romanus, Abbas, filius Ducis Bracchiani.
40. Vincentius Gonzaga, Mantuanus, filius Ducis Mantuae. 11. Aprilis 1616.
41. Melchior Clefelsius, Germanus, Episcopus Viennensis. 19. Septembris 1616.
42. Alexander Ludouisius, Bononiensis, Archiepiscopus Bononiensis.
43. Ladislaus de Aquino, Neapolitanus, Episcopus Venast.
44. Octauius Belmostus, Genuensis, Episcopus Alerinus.
45. Petrus Camporeus, Mutinensis, Commendator S. Spiritus.
46. Mattheus Priolus, Venetus, Abbas.
47. Scipio Cobellutius, Viterbienf. Secr. Breuium. 26. Martij 1618.
48. Henricus Gondus, Gallus, Episcopus Patifienf.
49. Franciscus Roias de Sandoual, Dux Lerme Hispanus. 29. Iulij 1619.
50. Ferdinandus, Infans Hispaniarum. 11. Ianuarij 1621.
51. Franciscus Cenninus, Senensis, Patriarcha Hierosolymitanus, & c. Nuncius in Hispanijs.
52. Ludouicus Valera, Gallus, Archiepiscopus Tholosanus.
53. Guido Bentiuolus, Bononiensis, Archiepiscopus Colossensis, Nuncius in Gallijs.
54. Petrus Valerius, Venetus, Archiepiscopus Cretenf.
55. Itelius Zollerem, Germanus, Praepositus Colonienf.
56. Iulius Roma, Mediolanensis, Gubernator Perusiae.
57. Caesar Gherardus, Perusinus, Canon. S. Petri.
58. Fr. Desiderius Scaglia, Cremonensis Theologus, Dominicanus Commis. Generalis, Sanctae & uniuersalis Inquisitionis Romanae.
59. Stephanus Pignatellus, Romanus, Referend. V. S.
60. Augustinus Spinola, Genuensis, Filius Marchionis Spinolae.

XX.

Cardinalis Nepotis institutio.

Ex his Scipionem Burghesium, ad consortium curarum, & laborum, adeoq; ad publicae spem felicitatis uocatum, uirtutibus, quae populi amorem, & salutem conciliarent, informare uoluit; magnanimitate scilicet, tolerantia, fortitudine, celeritate, moderacione, solertia, constantia, sapientia, fide, ueritate, liberalitate, prudentia, meditatione, religione, pietate, modestia, tranquillitate, temperantia, iustitia, clementia, comitate, facilitate, & alijs, quibus dignum totius Orbis moderatione, & quasi alterum se efficeret, ut ex sensu aspicientium, & accedentium esset

Maximi Imago magna PAULI.

Huic nihil magis inculcabat, quam ut ad conscientiam, & ad famam respiceret. Conscientiam, ut recte facis, Deo probaret, famam, non ex aurae crediti leui uerbis, neq; ex notis marmoribus defixis aucuparetur, quod illa sensum dissentur, nec meritis parem per labentia secula reddant murmure gratiam; istas tempus edax paulatim deterat, & lapsu multiplici exedat. Quereret itaque illam a Solis benefici imitatione, a promouendis conatibus eruditorum, a beneficii studio, a cogitationibus, & ausis praestantiorum facinorum; & ab ornatu uirtutum, ne pote pontificio dignarum; propter quas illam, & lucas requirerent gentium, & ingens aliquando nomen eius, latentibus, atq; parentibus animorum studijs inscriberent, uel etiam luce deficerent syderum.

Quo ritu Hercules labor Cali sydere pingitur.

Edicebat breuiter;

Imitare PAULUM SCIPIO, ut metuas nihil.

Ab hac disciplina, cum sibi illum supparem fingeret, omnibus non tantum negotijs, uerum etiam arcanis pectoris, fidem, & solertem conserrem, & tam mentis interpretem, quam consiliorum a ministrum adhibuit, nihilque non praclarum aggressus est, ad quod Cardinalem Burghesium, locum non admittisset. Cardinales porro alios in partem sollicitudinis uocatos, maximis uirtutibus ornatos, pro uarietate negotiorum, in varias Congregationes distribuit.

XXI.

Episcopi, alijsq; Pralati.

Cumque praeculis haberet, quod ouium Christi sanguinem, quae ex malo negligentium, & sui officij immemororum pastorum regimine peribunt, Dominus nostr. Iesus Christus de manibus eius esset requiriturus; summo studio, exactaq; diligentia istud praecipue curauit, & speculatoribus ubiq; terrarum designatis, in hoc unicum incubuit, ut bonos maxime, atq; idoneos pastores singulis Ecclesijs praeficeret. Ea propter, potissimum, uel ex Cœnobijs (ex sola Dominicana familia, ad LX. circiter Episcopos creauit) uel ex Domibus religiosorum Clericorum in communi uiuentium, uel in aliqua pia Sodalitate nutritorum, homines assumebat, & quasi a complexibus Rachelis auellebat, quos administrandis Ecclesijs imponeret; sciens ex hoc Theatro uirtutum, plerumq; ad omnia constantem, & sancte agenda apertissimos eminare. Eos uero quamquam per omnia tentamenta probatos, & a testimonio, etiam eorum, qui foris sunt, apprime commendatos habcret, non tamen temere, neq; in consulto patrum senatu, neq; sine prauiore experimetro, sed mature, sed ex sententia sacri senatus, & per multa argumenta exercitatos, clauo admonebat; a qua uigilantia istud felicissime accidit, ut Ecclesiarum Antistites, eius temporibus, admiranda sanctitatis, & probitatis laude effulserint, datiq; in populum singularibus uirtutum exemplis, sibi subiectas oues, pro maiore parte ad Christianae perfectionis formam conformarunt; ut si quando, illius certe pontificatu fuerit Ecclesia Catholica sine ruga, sine macula, neq; habens aliquid huiusmodi.

XXII.

Cleri uniuersalis reformatio.

Contulit plurimum ad emaculandam Ecclesiam, inferioris Cleri, cui multam operam Paulus adhibuit, reformatio: quando quidem arbitrareretur, nihil esse, quod alios magis ad pietatem, & Deum cultum assidue instruat, quam eorum uita, & exemplum, qui se diuino ministerio dedicarunt. Cum enim a rebus seculi, in altiore sublati locum conspician-

tur, ac in eos tanquam in speculum reliqui oculos conijciant, ex ijsque fumant, quod imitentur; eapropter ipse forma factus gregis, studium præcipuum impendere non neglexit, ut Clerus in sortem Domini vocatus, vitam, moresque suos omnes componeret; vtque ab exemplo suo, habitu, gestu, in cæssu, sermone, alijsque omnibus rebus, nihil nisi graue, modicum, ac religione plenum præferret, ac leuia etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, omni conatu effugerent; vtque eorum actiones cunctis afferrent venerationem. Huius rei curam in Vrbe, Vicario Cardinali, alibi vero Prælati Ecclesiarum commendare numquam intermisit; vtque alias à summis pontificibus, & à sacris Concilijs, præcipue vero à Tridentino, de Clericorum vita, honestate, cultu, doctrinaque retinenda, ac simul de criminibus, nec non secularibus negotijs fugiendis copiose, ac salubriter sancita fuerunt, eadem sancte, & inuolabiliter seruaretur. Huic rei Concilium totius Cleri Gallicani Parisijs, & aliud prouinciale in Belgio, alia autem plurima alibi comprobauit; vtque Prælati Ecclesiarum ad præscriptum eorum, vitam suam, ac totius Cleri componeret, inuigilauit. Præterea Clero Vaticano, vt reliquis exemplo esset, Canones præscripsit.

## XXIII.

*Regularium cura, & in eos beneficia.*

Ante omnia vero, cum non ignoraret, ex monasterijs pie institutis, & recte administratis, multum in Ecclesia Dei splendoris, atque utilitatis oriri, in hoc etiam potissimum vigilantiam pontificiam exercuit, vt omnes Regulares tam viros, quam mulieres, ad regulam, quam professi sunt, præscriptam, vitam instituerent, & componeret, atque in primis, ad suam professionis perfectionem; vt obedientiam, paupertatem, & castitatem, ac si quæ alia sunt alius Regule, & Ordinis peculiaria vota, & præcepta, ad eorum respectum essentiam, nec non ad communem vitam, victum, & vestitum, conseruanda pertinentia, fideliter obseruarent. Huic rei, vbi quidem collapsa esset verus, & regularis disciplina, vt instauraretur; vbi autem conseruata esset, vt constantius perseveraret, in primis Prælatos sanctitate morum insignes, & zelo perfectionis spiritualis æstuantes præci, aut præficere voluit; deinde Protectores Ordinibus imposuit; visitatores, vbi opus erat, destinauit; priuilegia fere omnium Regularium, aut confirmauit, aut in nouauit; inde etiam saluberrimas leges, vel condidit, vel moderatus est, vel ad vsum reuocauit; & ne quid ab eo desideraretur, gratijs, indulgentijs, fauoribus, largitionibus, & alijs Apostolicæ benignitatis signis, ad perfectionis fastigium omnes inuitauit. Confirmauit inter alios Cassinensibus, Cisterciensibus, Cælestinis, Mercenarijs vtriusque instituti, Basilianis, Fuldensibus, Canonicis regularibus, Dominicanis, Franciscanis, Carmelitis, Eremitis S. Augustini, Seruitis, Montis Virginis, Montis coronæ, Iacuat, Ioannitis, Congregationibus Oratorij, S. Maioli, Clericorum infirmis seruientium, Theatinis, Societatis Iesu, Militaribus S. Spiritus, S. Stephani, S. Iacobi Ordinibus, Paulinianis, & alijs Religiosis priuilegia, dato singulis Ordinibus singulo diplomate. Pro reformatione Monasteriorum, & Congregationum multa saluberrime, & inter hæc, ne plures, quam ex redditibus, vel ex elemosinis certis possent educari, recipiantur Nouitij; ne per emendicata secularium, & personarum extra regulam suffragia, honores, aut dignitates, aut impunitatem quærere audiant regulares; ne mulieres seculares, claustra, etiam in cõmonialium, etiam cuiuslibet aut præogatiuæ, aut facultatis prætextu ingrediantur; ne alibi quam coram Prælati proprijs, vel coram Conseruatoribus, Regulares, tam debentes, quam delin-

quentes conueniantur, & alia vt dixi plurima, saluberrime constituit. Indulgentias nullo certo auctore, nulliusque indubitatis monimentis à Regularibus habitas, antiquauit, atque amplissimas, de quibus nulla dubitatio suboriretur, habitum regularem suscipientibus, professionem emittentibus, in mortis articulo penitentibus, & contritis, Missam primam celebrantibus, ac omnibus præsentibus, spirituale aliquod exercitium facientibus, Ecclesias sui Ordinis visitantibus, in festo principalis sui Ordinis Patroni, vel sacra Communione refectis, vel rem diuinam facientibus, Orationi mentali intentis, culpas proprias in capitulis confitentibus, Prædicatoribus atque Lectoribus, missis in terras, & ditiones infidelium, aut Hæreticorum ad concionandum, aut Catholicos docendum, & Hæreticos ipsos ad fidem Catholicam conuertendum, & Ecclesiarum gremio reducendum, concessit. Carmelitas discalceatos, adeoque omnes alios Mendicantes, à solutione Quartæ funeralis exemit, eaque de re Concilij Tridentini sanctionem declarauit: non minus quam alias eiusdem Concilij Tridentini, de Regularium foro, & de alijs præiudicialibus constitutionibus, interpretatione, vel illustrauit, vel leniuit. Capitulum, & præfectorem Ordinum Generalium tempus definiuit. Collectori Apostolico in Lusitania, vt potestate in Regulares concessa, vel numquam, vel parciissime admodum vtetur, imperauit; Fuldensibus item Monachis, suprema Rudolphi Imperatoris voluntate Abbatem intrusum, ea dignitate per Caëtanum Archiepiscopum, Nunciū deiecit, libertatemque Monachis restituit. Quosdam regulares Congregationibus distinctos, in vnum corpus redegit. Patres Capuccinos, in Gallijs maximos animarum prouentus, prædicationibus, & disputationibus eloquentissimis, doctissimisque facientes, atque adeo domicilia innumera, multiplicantes, vt sacrum penitentiarum officium ad ministrarent, legibus soluere (quamquam & magni proceres flagitarent, & vititates exposcere viderentur quam plurimæ) recusauit: quod id ad conseruationem integritatis eorum disciplinæ iudicaret opportunum: nihilque eorum prætermisit, quæ ad Clerum Regularem reformandum, ornandum, excitandum, & ab omnibus iniurijs vindicandum pertinere existimauit: vt sanctiore disciplina, vel restituta, vel amplificata, sancte, pure, innocenter in sancto præluerent, & in tranquillato statu, tanto ardentius salutem animarum procurarent, quanto amplioribus beneficijs à Sede Apostolica cummulatos se esse agnoscerent.

## XXIV.

*Erudiendi populi studium.*

Reformato ad hunc modum Clero tam Seculari, quam Regulari, quo velut colono ad excolandam vineam Dominicam, adque vberes fructus animarum faciendos vtretur, ad id, quod præcipuum est officij pontificij, vt fratres confirmaret, & fidem Orthodoxam, aut propagaret, aut tueretur, animam intendit. Ergo, vt maiorem auctoritatem D. Thomæ Aquinatis, doctrinæ clarissimæ, contra calumniam, aut odium conciliaret, illum ipsum Doctorem, splendensimum Fidei Athletam, cuius scriptorum clypeo militans Ecclesia, Hæreticorum tela feliciter eluderet, appellauit, honoresque huic Diuina voluntatis Angelico, vt Clemens VIII. nominabat, Interpreti, in vrbe Neapolitana decretos, atque ab eodem Clemente constitutos comprobauit; ea intentione, vt ad diuinum illius eloquium, cælestemque doctrinam, oralis, & miraculis illustratam, atque apud remotissimas etiam nationes, summa cum Christiani nominis laude, atque Ecclesiarum utilitate celebratam, Clerum erudiendis populis, tuendæque fidei Catholicæ destinatum, alli-

ceret;

ceret; vt pote ex quo solo, vel solo, ac vnico, omnis veritatis promptuario abunde colligerent, radios ad illustrationem mentium, clypeos ad defensionem Ecclesiarum; omnemque armaturam forcium, ad destruendam quantumuis à portis inferi conserminatam munitionem hostium atrociam. Secundum eiusdem S. Thomæ scita Catholica, Doctrinam Christianam in compendium per certa capita redactam, distinctamque, & facilitati addiscentium in dialogismos accommodatam, vbi que locorum in Patrochialibus Ecclesijs, diebus singulis Dominicis, & festiuis, horis pomeridianis doceri præcepit, Congregationemque eo titulo, in Basilica principis Apostolorum, ex qua velut à matrice omnes alie Vrbes, & Orbis Ecclesiarum, istum modum, lac purioris scaturiginis in paruos deriuandi, acciperent, institutam, Archiconfraternitatis titulo ornauit, multisque gratijs, ac priuilegijs donauit: Scholas pias in Vrbe, ad pauperes gratis erudiendos, & instituendos condidit, atque reformauit: Collegium sub inuocatione Sancti Hieronymi, à Cardinali Matthæo, Romæ nuper institutum, atque dotatum, ad piam egenorum (scholarium, sacræ paginæ, & iuris Canonici studijs incumbendum educationem; item studium Generale, per Theodorum Episcopum Padebornensem, sacri Imperij principem, ac Catholicæ fidei, ac bonarum artium profectum, in ciuitate Padebornensi erectum, sub regimine Societatis Iesu, confirmauit, multisque fauoribus donauit. Vt in cuiusque Ordinis, & instituti Regularium tam Mendicantium, quam non Mendicantium, etiam quomodolibet exemptorum, & Apostolicæ Sedi immediate subiectorum studijs, trium linguarum, Hebræicæ, Græcæ, & Latine; in maioribus vero, ac celebrioribus, etiam Arabicæ Doctores, Regulares quidem, & eiusdem Ordinis, si in illo harum linguarum sufficientem notitiam habentes sint, si minus, seculares, aut alterius Ordinis Regulares, qui illas acti, & diligenter doceant, habeantur, constituit; quod earum linguarum cognitionem, Prædicatoribus, & Doctores verbi Dei, ad opus Dei operandum necessarium videret; cum magna pars infidelium, aut loquatur Arabice, aut intelligat; & hostis humani generis si aliquando, certe his: emporibus maxime, quando Hæreses in Septentrione impune grassantur, trium reliquarum linguarum scientia, singulari dono Dei hominibus tradita, ad ipsius Largitoris contumeliam, & fidei Catholicæ detrimentum abutantur. Itaque si vquam earum linguarum notitia in Ecclesia Dei utilis fuit, nunc cum maxime necessariam esse Paulus Quintus perpexit; mittendis operarijs, qui fideles in fide, & charitate conseruare, infideles ab infidelitatis tenebris educere, & Hæreticos, ac peccatores à peruersitate erroris, ac seruitute peccati, aspirante gratia Dei, à quo est omnis sapientia, liberare possent. Impleuit eo conatu partem officij pastoralis, à Sancto Bernardino præscripti Paulus, quando in defessa sollicitudine laborauit, vt per ministerium sui Apostolatus, qui sapiunt, non desipiant; qui non sapiunt, sapiant; & qui desipuerunt, resipiscant.

## XXV.

*Propagationis fidei desiderium, & fructus, præsertim in Indijs.*

Præterea cupiens, Ordinis Carmelitarum fratres discalceatos in pio propagandæ religionis zelo confouere, nihilque, quod contuetendis ad fidem infidelibus, & reducendis Hæreticis opportunum in Domino iudicabat, prætermittere, in ædibus per dictos fratres in monte Quirinali prope Ecclesiam Monasterij Monialium Sanctæ Sultannæ, Romæ no-

uiter erectis, vnum Seminarium dicti Ordinis Congregationis Italiae, sub inuocatione Sancti Pauli, in quo prædicti Ordinis fratres, quoad messem Dominicam aptiores videbantur, diuersarum linguarum, & controuersiarum scientiam, ad euertendos errores Hæreticorum, Schismaticorum, Satacenorum, Gentilium, & Iudæorum, aliorumque infidelium necessariam addiscere, & maioribus vigilijs, abstinentijs, alijsque virtutum exercitijs assuescere possint, indeque edocti, pro arbitrio superiorum ad infidelium partes pro conuersione animarum proficisci debeant, motu proprio exeat. Super hæc, cum ex insinuatione Philippi Hispaniarum Regis Catholici accepisset, experientia compertum esse, quod prohibitio accedendi ad Indias, & ciuitatem Goam, alias quam per Lusitaniam, nec eum, qui sperabatur ex eo fructum attulisset, neque Catholicæ fidei propagationis negotio utilis fuisset, vt tantum opus Dei omni sublato impedimento libere perageretur, omnibus, & singulis Mendicantium Ordinum Magistris, Ministris, seu Prioribus Generalibus, aut alio quocumque nomine nuncupatis capitibus, nunc & pro tempore existentibus, vt cum necessitas postulauerit, quoslibet Ordinis sui spectatæ vitæ, & eruditionis Religiosos, quos ad dispensationem verbi Dei & mysteriorum fidei idoneos, & viles in Domino iudicauerint, ad superiores Ordinum in Indijs existentes, etiam per aliam viam, quam per Lusitaniam, in Iaponicas, & alias illis proximas adiacentes, & finitimas Insulas, prouincias, ac regiones transmittere libere, & licite valeant, indulsit. Cum autem in super intellexisset, Religiosos, qui Religionis Catholicæ propagandæ, & alias in vinca Domini laborandi causa, ad Indiarum partes, & ceteras illius prouincias à suis superioribus delegantur, destinatas sibi prouincias, & loca non petere, verum vel in ipso itinere immorari, vel alio desistere, non sine Religionis eiusdem dispendio, & salutis animarum detrimeto; omnium saluti intendens, omnibus, & singulis cuiuscumque Ordinis, & Congregationis, ac Societatis Regularibus personis, qui ad partes Indiarum, ad fidem Catholicam prædicandam, siue alia Ecclesiastica ministeria, & in messem Domini operarij mittentur, sub excommunicationis pena ipso facto incurrenda præcepit, vt memores voti obedientiæ per eos emissi, ad eas prouincias, & loca, recta se transferant, ad quæ ab eorum Superioribus missi fuerint, nec quouis prætextu, abque eorumdem Superiorum licentia (legitimo tamen impedimento cessante) itinere immorentur, vel ad loca eis non destinata, declinent, mandauit. Vt autem istud ministerium sine fordibus, & sine labe, sancte, pure exercerent, multa ad conuersionem Infidelium, & Hæreticorum pergentibus præscripsit, ac plurima interdixit; ne forte per eos nomen Domini potius blasphemaretur, quam sanctificaretur. Saluberrimis monitis editis, plurimos, ac fere innumerabiles Religiosos, Dominicanos, Minoritas, Carmelitas discalceatos, Augustinianos, Societatis Iesu Patres, & alios in Indias Orientales, & Occidentales, nec non in varia Septentrionis Regna, hæresum tenebris occupata, transmisiit, qui sementem Euangelij vel spargerent, vel à z'zania expurgarent. Ex Capuccinis nouissime ad Regnū Conganū, 12. viros, sanctitatis, & eruditionis eximios ablegauit, qui vineam Dominicam ibidem, vel plantarent, vel potius excolerent. Apud Sinas, Matthæum Ricciū Societatis Iesu Theologum, vna cum socijs, in discutiendis reterim's tenebris non infeliciter laborantem, subsidijs quam maxime potuit, adiuuit. Nam & inuitatis terram faxi auxit fauoribus; & dignam pontifice bibliothecam apud Sinas instruxit, vt ea esset perpetuum fidei ab Apostolica Sede in eos terrarum fines deriuatæ mo-



nimentum. Tulit fructum nauatæ à Patribus Societatis Iesu in illis amplissimis Regnis operæ: cum illi apud Xauceum, Nanchinum, Nanchiunum, Pechinum, & in alijs celeberrimis Sinenfium emporijs constitutis domicilijs, & exinde in vniuersam Sinenfem regionem excursionibus factis, plurimos, non tantum è plebe, sed etiam ex nobilitate, quin & ex Regia Christo aggregassent, Christianorumque nomen in inaccessibilibus Regnis propagassent; adeo ut illa tenella infans, infantes nunc iam excutiat facias, & in grandiore ætate; cui opus fuerat Aristites adh bere. Creauit propterea Archiepiscopus Goanum; Episcopos vero Cocinensem, Malacensem, Sinenfem, Macaensem: ac in super Archiepiscopus Christianorum Sancti Thomæ; vt non omnifem etiam Archiepiscopos Platenfem, Cranganorenfemque, & Episcopos Trugillensem, Arcquipensem, Guamanganum, Pacentem, Barracensem, Sancti Jacobi Eiterensis, quorum cathedras in Indijs Occidentalibus crexit, Fidei, & Religionis Catholicæ amplificandæ. Tulit, & alibi locorum non dissimilem fructum ex missionibus Paulus. Ex eadem Societate Iesu Balthasar Barreira in India Orientali, Regem Serraleonæ, eiusque duos fratres, & quatuor liberos fonte sacro ablutos, concorporauit: alij in noua Francia signis, & virtutibus illustres plurimos fidei radio illuminarunt. Ex ipsa illa Societate Ioannes Antonius Marietta, siue quis alius E. iam Patriarcham Babylonium, ad gremium Catholicæ Ecclesiæ reducere tentauit: Andreas vero Laucius, Demetrium Moschorum Ducem, Sedi Apostolicæ obsequenter effecit; ac procul dubio vniuersam Moscouiam Romanæ Cathedre adiunxisset, nisi inimicus humani generis tantam felicitatem genti inuidisset. Ex Dominicanis, Fr. Mathæus Erasmus, Armenius, Arch. episcopus Naxioanenensis, Fr. Augustinus Armenus, & Fr. Paulus Maria Citradinus Italus, vna cum P. Fr. Benigno à S. Michaelis Romano, & alijs Patribus, Carmelitanis Disalceatis, & Augustinianis in Persidem missi, non tantum plurimos Schismaticorum, & Hæreticorum, Giusanos, Chaldaeos, Arabes, Nestorianos, Georgianos, & alios, sed etiam ipsum Armeniorum Patriarcham Melchisedechum, ad purissimam veritatis agnitionem; quin & ipsum quoque Regem Persarum, qui Catholicis Sacerdotibus ex Europæis Regnis venientibus, facultatem prædicandi, remque diuinam, & publice, & priuatim faciendi permissit, legationemque honorificam ad Paulum pontificem miserit, adduxerunt. Ex Patribus Capaccinis alij, in Brasilia magnum operæ pretium in conuersione gentiliū fecerunt. Ex Minoribus Obseruantibus, Fr. Ludouicus Sorelo, Professor, Idate Massamune in Imperio Japonico Regi Voxij persuasit, vt Legationem ad Paulum pontificem destinauerit; in qua fateretur, mysteria multa de ritibus, & ceremonijs Christianorum ab eius ore audita, vera esse, & salubria, ac sine omni dabo suscipienda, nisi illum aliqua negotia in præsens deturbarent, & (vt scribebat) inexplicabiles causæ derinerent. Permittebat tamen suos subditos, Christianos fieri, simulque flagitabat religiosos Minoritas, cum plenaria facultate, ad Christianitatem plantandam ad se mitti, Prælatum aliquem Archiepiscopum Minoritam, cum plenaria Sedi Apostolicæ potestate in Regno suo constitui, Episcopos designari, gladio, & pileo consecratis inuestiri, seu exarari, in quo ille quidem permittebat omnia arbitrio pontificio, simulque promittebat omnem operam, in Monasterijs ædificandis, sumptibus necessarijs assignandis, & alijs, quæ opportuna forent ad propagandam sanctam Dei legem suppeditandis.

XXVI. Chaldaeorum unio. De Patriarcha Babylonica, & reliqua Chaldaeorum natione res est. Chaldaeorum gens, olim sapientia, opibus, imperio adeo celebris, hodie misera seruitute oppr. ssa. Turcis, ac Persis subiacet, diuersisque nationibus admista, Mesopotamiam incolit, per vicinas regiones, Indiam vsque Orientalem dispersa, Christi fidem profiteretur; sed erroribus infectam grauissimis, pro quorum differentia, Chaldaei quoque inter se diuiduntur. Nam alij ex ipsis appellantur Iacobitæ, alij Nestoriani. Iacobitæ à Iacobo Dioscori discipulo dicti, hæresim Eutychanam sequuntur, quamquam Eutychem anathematizent, Nestoriani, Nestorianam: atque vtrique pars, proprium habet Patriarcham. Qui Iacobitas regit, Antiochenum se Patriarcham nominat, etiam si minime illam Ecclesiam obtineat; sed Amed, seu Charemet resideat; quæ ciuitas est valde nobilis, & amplam Mesopotamiam. Ad quem Gregorius XIII. Nuncium Apostolicum misit, cum confirmatione Patriarchatus, ac Patriarchali pallio, Leonardum Episcopum Sidonienfem, Anno Salutis M. D. LXXXIII. spe motus, quam in eo excitauerat, reconciliationis illius Patriarchæ cum sancta Apostolica Sede. Nemesius eius frater olim & ipse Iacobitarum Patriarcha, qui declinanda Turcarum persecutionis causa, ad Gregorij charitatem confugerat. Legationis suæ successum parum felicem Episcopus Sidonienfis reuersus, infecta re, renunciauit postea Sixto V. Commentario diligenter percripto, in quo multa scitu digna leguntur de hac natione. Nestorianorum autem Patriarcha Ecclesiæ Babylonis præest, eiusque residentia, locus est, monasterium ad oppidum Mosul, in ruinis antiquæ Ninivis, vt aiunt ædificatum. Dissident inter se Iacobitæ, atq; Nestoriani, odio implacabili: sed Nestoriani numero, atque opibus præstant; quorum ad trecenta milia, & amplius domorum recensentur: cum familiæ Iacobitarum, numerum octuaginta milium non excedant. Itaque Patriarchæ Nestorianorum amplissima est authoritas, eaq; in Indiam se extendit. Nam Chaldaei, qui Goe, Cocchini, Angamala, atque in Insula S. Thomæ ante aduentum Patrum Societatis Iesu reperiebatur, omnes pariter professione Nestoriani, obediabant Patriarchæ Babylonis. Nunc quidem magna eorum pars, studio, ac diligentia eorumdem parum Societatis Iesu, ad Ecclesiam sanctam Catholicam reuersa, summum pontificem veneratur, defunctoque nuper Metropolitanum Chaldaeo, successorem ab Apostolica Sede suscepit, Archiepiscopum Angamalenfem, à Clemente VIII. ex Societate Iesu ordinatum. Ex Chaldaeis Nestorianis, cum nonnulli sedente Iulio III. se ab obedientia Patriarchæ subtraxissent, eiurataque Nestoriana hæresis, in communionem Catholicæ Ecclesiæ venissent, illis Summus pontifex, vt postulauerant, Patriarcham ordinauit, eundem illum, quem ipsi hac de causa legauerant, Simonem Sulacham, Ordinis Sancti Pachomij Monachum. Is cum Patriarchali pallio, atq; titulo Patriarchæ Assyriorum Orientalium ad suos rediisset, Charemet, siue Amed residens, Archiepiscopos, Episcopos, & Sacerdotes quam plurimos ordinauit; vnde Chaldaeorum natio vni Patriarchæ vsque ad illa tempora subiecta, in duas partes diuisa fuit. Sulacha deinde à Turcis, aduersariorum opera, vt fertur, è viuis sublato, in eius locum successit Abdiesu eiusdem Ordinis Monachus, vir mirificæ eruditionis, linguarum varietate, & sacrarum literarum notitia illustris, Romæ ad Pium IV. pro cõfirmatione venit, atq; Tridentino Concilio interfuit. Vnde ad suos reuersus, plurimum profecit, multoque ex Nestorianis ad Ecclesiam Catholicam conuertit, acceptamq; ab Apostolica Sede auctoritatem valde propagauit; quam

eius

eius successores postea conseruare sibi, aut nescierunt, aut non potuerunt. Nam qui ei successit Ahaballa, & ipse Monachus eiusdem Ordinis, parum vixit: & Denha Simon postea ex Archiepiscopo Gelu, & Serth factus Patriarcha, nec ætate, neque doctrina idoneus tanto muneri, tempore, quo Sidonientis Episcopus, Nuncius Apostolicus in Orientem profectus est, relicto Charemet, vbi alij Patriarchæ Orientalium Assyriorum resederant, potentia cedens Patriarchæ Babylonis, ad fines Persidis, in Prouinciam Zeinalbeth secesserat. Quo loco etiam hodie manet eius successor Simon quoque & ipse vocatus, existimatione, ac numero subditorum, prædecessoribus longe inferior: ita vt Patriarchæ Babylonis status nunc videatur in pristinum restitutus, æmulo sponte sua quasi in exilium relegato. Qui nuper sedem Babylonis obtinebat, Mar-Elia Chaldaeorum Patriarcha, multo minus quam prædecessores sui domestico dissidio laborabat, subiectamque eius obedientiam nationem pacifice gubernabat; Metropolitanis, Episcopis, & Clero, non modo obtemperantibus ei, sed ipsum valde diligentibus. Is ex hac occasione Paulo Quinto inclinauit. Contigit (ita disponente diuina prouidentia) vt inter eos pauperes, quibus ante primo sui pontificatus Paulus V. solemniter pedes lauit quinta feria maioris hebdomadæ, duo reperirentur Chaldaei, vnus Monachus, alter Laicus, qui Sanctorum Apostolorum limina visitaturi, paulo ante Romam venerant. Hi postea domum reuersi, cum renunciafent Eliæ Babylonis Patriarchæ, cuius obedientiam subiacebant; quanta paterni amoris significatione Summus pontifex eos excepisset, eiusque nomine munera nonnulla illi attulissent, & libellum reddidissent professionis Fidei, quæ Orientalibus ad Vrbem venientibus credenda, confitendaque proponitur; ipse tanta Pauli in se, suoque commotus charitate, quamprimum Legatos ad summum pontificem decreuit, qui ei gratias agerent; vtque communem patrem, ac Dominum illum agnoscerent, & illius obedientiam subiectum se esse significarent. Profitebatur enim Patriarcha, vnum idemque cum Romana Ecclesia de fide sentire. Nam Chaldaei sedem Babylonis ab Apostolica Sede constitutam, & subinde Fidei doctrinam ab eadem accepisse, constantiter affirmant. Et quamquam manifestissimis implicati essent Nestorij erroribus, atque hæresibus; ostendete nihilominus omni studio contendebant, differentiam inter Orthodoxos, & ipsos, consistere in verbis tantummodo, non autem in sensu verborum. Legati statim acriter ingressi fuerant, in latrones inciderant. Itaque alios decernere oportuit. Multis & hi quoque calamitatibus afflicti, etsi Romam peruenissent, nil egerant, imo Legationem suam suspectam reddiderant. Perterriti enim, quia audiissent, quam execrabile esset, & quam odiosum apud Romanos, Nestorij nomen; vt Nestorianæ hæresis inuidiam declinarent, nonnullas abstulerant paginas ex libris, quos ad recognoscendâ doctrinam fidei, quam profitebantur, & Ecclesiasticos eorum ritus obtulerant; ita persuasi à subdolo quodam interprete neophyto, antea Hebræo; ea propter dimissi, te infecta redierant. Istud cum in eorum reditu Patriarcha postea intellexisset; & ex his, quæ Legati Romæ acciderant, cognouisset, negotium imprudenti eorum perturbatum, inuersumque fuisse, statuit, inito cum Episcopis suis consilio, denuo Legatum mittere; qui non tantum officia obedientiæ, atque obseruantiam suam pontifici debita præstaret; sed rationem fidei, quam Chaldaei profitebantur, redderet; ac si error aliquis in eorum professione reperiretur, correctionem ab eo humiliter postularer. Itaque venit ab eo Adam Archidiaconus Cameræ Patriarchalis, Monacho-

rum Chaldaeorum Archimandrita, vir doctus, & prudens, qui Paulo Quinto litteras Patriarchæ sui reddidit, & vna cum eis Fidei professionem, atque commentarium à se iussu Patriarchæ compositum; de conciliatione dogmatum Chaldaeorum cum Fide Catholica obtulit; postulatque summa animi demissione, vt cuncta diligenter examinarentur; expenderentur; & pro necessitate salutis eorum consuleretur. Consuluit porro Paulus, & toto triennio; quo Adamus Romæ hæsit, vt professio Babylonia expenderetur, atque corrigetur, ac in primis vt ipse Adamus in Fide Orthodoxa institueretur, Fr. Andrea Iustiniano ord. Prædicatorum, tunc temporis Commissario Generali sancti officij commisit: qui ex hæresibus Nestorij, Pauli Samosatani, Theodori Mopsuesteni, Macarij Antiocheni, & aliorum Hæreticorum à Patribus, & Oecumenicis Conciliis damnatorum, professionem illam consarcinatam cum Adamo ostendisset, ipsum lum de diuinitate, de vnitatem personæ, de duabus Christi naturis, & voluntatibus, deque alijs mysterijs incarnationis Dominicæ tam exactè instruxit, vt ipse Adamus sermones duos doctissimos; alterum quidem de fide Catholica ad fratres suos Chaldaeos; scilicet, de primatu Sanctæ Apostolicæ Sedis, de præminencia auctoritatis, & doctrinæ summi pontificis, de confessione vnius Dei, de Trinitate diuinarum personarum, de generatione æternæ Verbi Dei, ex Deo Patre, de secunda generatione Filij æterni, qui incarnatus est, & natus est iterum cum carne, de distinctione rectæ personæ, deque duabus voluntatibus, & duabus operationibus in Christo; alterum autem contra hæreses dissidentes à veritate Ecclesiæ Catholicæ composuerit, quos Paulus pontifex non indignos iudicauit, vt vna cum dogmatica, & professione fidei Catholicæ, à Theologis Romæ conscripta, & litteris pontificiis vtraque inserta, Babylonio Patriarchæ mitteret, ad aptendos errores, in quibus decepti miseri versabantur. Effecit pontifex, cooperante Fr. Thoma Nauarientse, Custode Monasterij Franciscanorum Alepi, vt Patriarcha Elias, vna cum Archiepiscopis, Episcopis, Monachis, Clero, & populo, apud Amed Synodo celebrata, ex sententia Concilij datæ professionis fidei, & dogmaticis litteris sese Sedi Apostolicæ permiserit, omniaque Catholicæ, & Apostolicæ eius doctrinæ contraria reiecerit; addita pollicitatione; *Esisterit aliquid, quod non placet vobis ex his, quæ misimus, faciemus, vt placeat vobis.*

- Ego Elias, per gratiam Dei patriarcha Orientis, subscripsi.
- Ego imbecillus Gabriel, Archiepiscopus Nesno, subscripsi.
- Ego imbecillus Elias, Archiepiscopus Sebert, subscripsi.
- Ego imbecillus Ioseph, Archiepiscopus Insula, subscripsi.
- Ego humilis Timotheus, Archiepiscopus Hierusalem, & Amed, subscripsi.
- Ego Abraham, Episcopus Vebdones, subscripsi.
- Item ego Ioan. Iesu, Archiepiscopus loci Cuitatis Van, veni post congregationem, subscripsi.

Pro hoc tam insigni beneficio quantam grati animi significationem Paulo pontifici Maximo, quantamque venerationem ostenderint, ex carminibus à Gabriele Archiepiscoporum seniore, post absolutam Synodum in laudem illius Chaldaeo sermone, & artificio compositis, & ex formula precum Chaldaeis consuetarum, haud obscurum erit. Pangebatur itaque.

Solem, qui est in firmamento Ecclesiæ, & splendorem omnium Congregationum, & Caput omnium Patrum, Petrus et caput edicauit.

Radix sacerdotij, & Pastor maximus Pastorum, & Caput omnium professionum, & Petrus pallium te induit.

Semita es sacerdotij, & constitutor Ecclesiarum, & Christianitatis, & Praefectum Thesauri spiritus te tamquam obiectum posuit.

Tranquillitas viae Christianae tu es in veritate, & constituens fidem, & ego egenus tibi seruiam.

Caprius sum sublimitatis tuae, & seruus pauper Dominationis tuae, tu clemens mihi esto per gratiam tuam, & imbecillitatem meam intra caulam tuam annuera.

Gloria sublimis puritatis tuae; non est dignus seruus tuus humilis Gabriel abiectus Chaldaeus: & humilitatem eius a morte fac sentire, id est, humilitatem eius a mortuis excita, vt sentiat.

Ardet ignis amoris tui in corde totius gregis tui, & ego plenus peccato seruus tuus, cupio portam tuam pulsare.

Vic (vocandi casus, sumitur pro platea, in qua sit fons) a cuius sanctitate fluunt, & potant gregem tuum a quis tuae doctrina, & illum, qui de tua planta aruit.

I.

Soli perfecto, qui per suam lucem illuminat Ecclesiam.

Perfectus, mundus, splendor eius laudabilis splendete facit congregationem.

Qui suo splendore laudabili, honorabili constituens est agmen.

Lux eius laudabilis, honorabilis in sacerdotibus plenis veritate.

Illuminat, splendere facit, constituens plenos veritate dilecta.

Ecclesiam, congregationem, agmen, veritatem dilectam, decoram.

II.

Pastori vigili, Patri nostro illustri, continenti, & decoro.

Vigili, admirabili, miro, mundo, honorabili, & elegantiori.

Patri nostro mitro, & capiti Ecclesiae laudabili, & illustri.

Illustri, mundo, Ecclesiae mundae dilecto, & candido.

Continenti, honorabili, laudabili, dilecto, laudato, & mundo.

Et decoro, & elegantiori, & illustri, & candido, & mundo, & electo.

III.

Papae Paulo custodi Sedis Petri, & Pauli.

Paulo Apostolo honorabili, laudabili Iesu Christi.

Custodi honorabili Domini, dilecti congregationis Cleri.

Sedis laudabilis dilectae, laudatae, diligentium legem.

Petri Iesu congregationis diligentium Christum Deum.

Et Pauli, Christi, Cleri, legis, Dei, populi.

IV.

Pax super vos Sacerdotes illustres Ecclesiae Romanae.

Super vos sint misericordiae, diligentes Iesu Domini, saeculorum.

Sacerdotes diligentes Regis Christi habitantis in excelsis.

Illustres Iesu Christi Domini nostri, qui redemit populos.

Ecclesiae Domini habitantis, qui redemit plenos maculis.

Romae, saeculorum, in excelsis, populos maculis corporeis.

Artificium, & elegantia horum carminum, exprimit in versione non potuit: cum alioquin Chaldaici idiomatis periti tateantur, elegantissima, & artificio singulari composita esse. Praeterea canebat sequens votum, seu poema, tempore ieiunij Iosae, vt ipsi appellant, in Ecclesia Amed; quod quidem idiomate Chaldaico, ordine alphabetico, in laudem Pauli Quinti applicarant, praesente, & audiente eodem Fr. Thoma Nouariense Minorita.

O qui creditis in vnum Deum, trinum in personis, venite celebremus festiuitatem festiuitatum Papae Romanae.

Fili Dei, qui aduentu tuo redemisti capita nationum, libera, & salua ab omnibus malis Papam Romanam.

Gigas saeculorum, quem exaltant sursum in excelsis, exalta sedem, & extolle potentiam Papae Romanae.

Iudicans omnes, cum iudicaueris omnes gentes, sit patrocinium pro nobis oratio Papae Romanae.

Pignus, quod es ex nobis, quo reconciliati sunt ambo mundi, sed a motus nostros perturbatos, per deprecationem Papae Romanae.

Portus vitae, quam pollicitus es diligentibus te, adduc nos ad portum tuum, per intercessionem Papae Romanae.

Victor, per quem vincunt iusti malos callidos, da victoriam Paulo, Regi nostro Papae Romanae.

Fortitudo fortium, fortificans imbecilles, adiuuas sanos, fortifica, & adiua in quacunque re prospera Papam Romanam.

Optime, qui potestatem dedisti super thesaurum suum charissimis tuis electis, gubernata diuitias tuas per thesauri tui custodem, Papam Romanam.

Prouide, qui prouides omnibus per charitatem, & misericordiam, prouide timentibus te, per deprecationes Papae Romanae.

Iuste, diligens iustos, & confandens omnes oppressores, vt conuenit, confirma sedem Papae Romanae.

Portus tranquillitatis, qui reficis quicumque in porta tua iacet, requiescat in portu tuo maximus Pater noster, Papa Romanus.

Rex, qui sedes in excelsis, & vides profunda abyssi, oculo misericordiae respice summum pontificem, Papam Romanam.

Lux, quae orta es omnibus iustis, & simplicibus, oriiri fac lumen tuum super vulum Papae Romanae.

Spem, & charitatem, atque fidem teneant sopores nostri in anima nostra, per intercessionem Papae Romanae.

Auxiliator omnium, & protector omnium pauperum, esto nobis auxilium, per supplicationes Papae Romanae.

Saluator omnium libera, & salua omnes nostri generis a malo, per deprecationes Papae Romanae.

Crucifixe, qui crucifixus es pro peccatoribus, & exulibus, exaudi orationem nostram, per orationes Papae Romanae.

Sanctissime, quem sanctificant vigiles excelsi, sanctifica animam nostram, per sanctitatem sanctitatis Papae Romanae.

Excelsis, qui habitas in altissimis excelsis, extolle imbecillitatem nostram, per exaltationem Papae Romanae.

Gloriose, cuius gloriam demonstrant vigiles, & homines abiecti, particeps fac nos Domine gloriae, gloriae Papae Romanae.

Gratiarum actionem, & adorationem, ac laudem offeramus cum exultationibus ei, qui ditauit, & triumphare fecit in omnibus triumphis, Papam Romanam.

XXVII.

Armenorum Obedientia.

Solem frequentiu appellabant Chaldaei, Paulum Quintum; allusione ad illud, quod Christus Apostolus, & successoribus eorum dixit, Vos estis lux mundi. Ad quod etiam respiciens Melchisedech Armenorum Patriarcha, qui Catholicon titulum, in amplissimis Persarum Regnis, praesertim vero in superiore, & inferiore Armenia sibi vindicat, misso Zacharia Vartabied predicatore Romam ad Sedem Apostolicam Legato, scripsitque epistola, Paulum Quintum, Solem per multas aequiparationes nuncupauit. Eius epistole exemplum, cuius frontem sigillum imagine Saluatoris nostri Iesu Christi insculpta praesigne, his litteris; Per Melchisedech Catholicos Haies, id est, Magnus Melchisedech Patriarcha Armenorum, circumdaturum ornabat, Armeno charactere, & idiomate, a Melchisedech Patriarcha, Paulo Quinto pontifici scriptae, Bartholomaeus Abagarus, presbyter Sanctae Mariae Aegyptiacae, A menorum Templi, & domus Hospitalis Praefectus, Italicum fecit; quod hic Latine, eadem simplicitate, & puritate, qua scriptum, visum fuit redde e.

Temporibus gloriosi, & benedicti Domini nostri Iesu Christi, Abagarus Rex quamprimum nomen eius audiuit inq; eum credidisset, toto cordis desiderio cupiens sibi D. inspicere, nec potuit se ipse in India a se se conferre Legationem ad eum aduenire, atque imaginem eiusdem sibi ab illo in istam obtinuit. Dn. Iesum Christum supplices flagitamus, qui desideria nostra adimpleat in aeternum, in gloria Amen.

Ego Melchisedech Patriarcha Armenorum, Locum tenens, & successor Apostolorum Christi, SS. Bartholomaei, & Taddaei, in loco Sancti Gregorii Magni Martyris, cum ingenti desiderio cordis scribo litteras amoris, & salutationis, desiderato cunctis Christianis supremo, & glorioso Papae Romano, Beato, & Magnifico PAULO QUINTO residenti in Sede Apostolica, confirmato super petram immobilis, manibus Patris aeterni, & Filij, qui dixit; Tu es Petrus, & super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam, & portae inferi non praeualebunt aduersus eam; & tibi dabo claves Regni Caelorum; & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in Caelis; & de quo scriptum est, Qui ceciderit super lapidem istum, confingetur; super quem vero ceciderit, conteret eum.

Haecc Petra postquam vniuersum Orbem circumuisset, cecidit in Occidente, plena suauitatis diuinae, & adorationis, & recti cultus, & Fidei, exaltata in veneranda Vrbe Romana, illuminata a duobus maioribus luminarijs, diei, & noctis dominatoribus, Sole Sancto Petro, Petra Fidei, & Luna, Sancto Paulo, Praedicatore Gentium, exploratore tertij caelorum, & inspectore. Quod cum ita sit, reuera o Beate Sancte Pater, Tu laudis, & gloriae summam obtinuiti; simili caelo varijs luminibus illustrissimo, & omnibus ornamentis perfecto. Ante cuius gloriae maiestatem, quomodo nos poterimus comparere? Nihilominus, quia uis fragiles, & infirmi, & abiectissimi, sacrosanctam bonitatem gloriae vestrae alloquemur.

1. Quemadmodum Caelum habet duo luminaria, magna, nobilia, Solem in potestatem diei, & Lunam in potestatem noctis, eadem similitudine vos potestate spiritali, velut Sol omnes Ecclesias illuminatis, & filios Ecclesiasticos luminis procreatis, vt cum aurora illuxerit, & sponsum de thalamo suo aduenerit, ad ipsum cum grege illustrato concendatis.

2. Et sicut Sol luce splendida, Luna, & stellarum tenebras depellit, illasque lucidas efficit; ita vos o Reges Sacerdotes potentissime, potentiam malignantiu,

& tenebrosas cohortes infidelium, cura splendidi firmepacis, qua exornatis Ecclesiam.

3. Et quemadmodum caelum ingentis luminis Solem, & amplissima duo elementa, terram, ac mare, nec non quattuor anni partes complectitur; sic & vestra gloriosa excellentia, caelorum instar, quattuor Orbis clymata amplectitur, & recte administrat.

4. Et sicut Sol, ad instar mola volubilis, rotatur in circulo, duodecim animalium effigibus significato, minentior inter stellas errantes, supra quas reuolutione perpetua numerat, dies, & annos, vsque ad diem, quando adueniet Dominus; ita & vos cum XII. Cardinalibus, & XII. Christianorum nationibus, & septem donis Sancti spiritus, nec non septem sacramentis Ecclesiae perfeuerabitis vsque ad diem, quo Dominus apparebit.

5. Et velut Sol numquam sinitur, sed assidua conuersione immensa celeritatis cursum suum continuat, vsque ad extremum mundi diem; ita & vos constanti, splendidaque sanctitate, in vita recta, vsque ad finem.

6. Et sicut Sol reliqua sidera ducit, acregit, lumenque suum ceteris foenerat; ita & vos pura, & immaculata sanctitate multitudinem congregationis Fidelium illustratis, & ad voluntatem Creatoris conducatis.

7. Et quemadmodum S. inter Arcticum, & Antarcticum vertices, & quos applauerunt polos, irrequieto ambitu inenarrabili celeritate, voluitur; ita vos duo Testamenta, legis, religionis, & pietatis Christianae fundamenta posuistis, & exemplo vestro omnes ad amorem Christianae Fidei, & perfectionis inuitatis.

8. Et sicut Sol, quandoque attollitur, quandoque deprimitur; ita & vos ab excellentissima vestra gloria, vsque ad minimos ignobiles, & pauperes inclinatis, & ab hac demissione exaltationem meretis; sicut & a principio Dominus Iesus Christus operatus est, atque docuit discipulos suos dicens; Qui se humiliat, exaltabitur.

9. Et velut Sol nubibus, & turbine commouet vndas pelagi, & inde tanquam in sinum congregat nubes, easque vento in altum eleuat, & calore in pluuiam soluit, qua aridam terram, & qui quid in ea arborum, frugum, ac florum est, perfundit, abluat, in nouat; ita vos splendore sanctitatis vitae Deo placentis, & ad summum perfectae, lucetis instar nubis a Sole irradiatae; & a mouente Spiritus sancti inspiratione immergi in Oceano profundo diuinae sapientiae mysteriorum Dei affluente, plenitudinem sapientiae, & intellectus verbi diuini obtinuitis; quam cooperante fortitudine, dono Spiritus sancti abunde diffundentes, aquam vitam irrigatis, & inundatis corda hominum sitientia salutis, nec non sanctitate vitae, & diuini cultus studio ornatis, & fructificare facitis vniuersum mundum, fructum virtutis.

10. Et quemadmodum Sol est principium vitae, & humanae, & omnium viuentium, sic & vos Petra vita, viuificantis Fidei in Sede collocata, vitae originem omnibus fidelibus praebetis: cum in sinu vestro omnes Christianorum generationes congregentur, sicut scriptum est; Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam.

11. Et sicut ille vnicus, vnico orbe, & candore vniuersum mundum illuminat in momento, nec non omnia animata, & inanimata continet, mouet, mutat, adeo vt omnibus imperare videatur; ita & vos vnus, vnicus, potestate suprema, pontificia, Apostolica Sedis, omnibus Christianis cum potestate praestis, omnesque imperio continetis, quod vniuersum Orbis agnoscit, & oes fidelium nationes vobis obsequuntur; nec est, qui vestrae sapientiae, & voluntati contradicat; cum Dominus vobis dixerit; Pasce oves meas.



12. Et velut Sole nihil est inter creaturas non viuentis sublimius, qui Deum tantum, & caelum empyreum super se habet; ita inter omnes mortales nullus est vobis superior; sed omnes potestati vestrae subiciantur, sicut dixit Dominus; *Tibi dabo claves Regni Caelorum.*

13. Et sicut ille, quamquam non vocalis, non tamen cessat enarrare gloriam Dei, quia vniuersus mundus in illum aspiciens, dat gloriam Deo creatori suo, cui genua flectit; sicut dictum est, *Caeli enarrant gloriam Dei*: sic & vos vestra clarissima, & indeficienti fide, ad miraculum usque, omnibus generationibus perspicua, eo, quo intellectus humanus, & totus chorus sacerdotum non peringit, vocali professione Fidei attingitis; super omnes confitentes, *Tu es Christus filius Dei*. Meruistis tunc benedictionem oris benedicti, qui vobis dixit; *Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in caelis est.*

14. Et quemadmodum ille omnibus partibus suis vergit in sese seque includens, & continens Orbis figura, vniuersa creata roborat aduersus interitum; sic & vos perfecta vestrae charitatis dulcedine, curatis, omnes gentes in vnitatem Fidei congregare, & contra omnia pericula confirmare, *ut sit vnum ouile, & vnus Pastor.*

15. Et sicut ille integritatem naturae, luminis, & candoris, sicut a principio conditus est retinet; sic & vos animam vestram ad imaginem Dei formatam, & ad similitudinem sanctitatis eius conformatam, luce splendissima in baptisate persulam, fide, & virtutibus illustrissimam, in his mundi mutationibus, immaculatam seruatis; neque vnquam mutatis formam sanctitatis impressam, eadem puritate mentis Deo placentes.

16. Et veluti solis lux dulcis est oculis intuentium, & suavis mentibus admirantium; sic & vester aspectus desiderabilis cunctis gentibus, recreat splendore sanctitatis vitae omnes, qui vident, & qui desiderant videre.

17. Et quemadmodum orbis, quo Sol fertur, continet paradisum terrestrem, & arborem fructus vitae feracem, ab omnibus generationibus expetitur; sic & vos lucidum Dei Templum, Apostolicae dormitionis monumentum, Sanctorum in Christo quiescentium caemeterium, nec non lignum viuificum Dominico sanguine imbutum, quod profert, & olim protulit fructum vitae immortalis, cibum, qui de caelo datus est in salutem.

18. Et sicut Sol splendidissimus, ardentes, & clarissimos innumerabiles radios effundens, rapit in sui admirationem omnes homines, & incitat ad laudes Dei persolucendas; sic & vos tantam filiorum in Christo renatorum multitudinem, quanta non potest numerari, Ecclesiae protulistis, iuxta quod vobis Deus promisit, *Multiplicabo semen tuum sicut stellas caeli, & sicut arenam, quae est in littoribus maris.*

19. Et veluti ille, quasi gloriae Dei tabernaculum, quo inuisibile lumen suum abscondit; ita vos fide vestra Orthodoxa, illam lucem, quae omnem hominem venientem in hunc modum illuminat, quam nullus humanus intellectus potest comprehendere, id est, mysterium verbi Dei incarnati, quasi tentorio lucidissimo texistis, & regitis, quia dictum est, *Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit*: quemadmodum ipse Verbum caro factum, in incarnationis suae temporibus Petro reuelauit.

20. Et quemadmodum caelum Solis, est porta domus Dei, & via, per quam iusti intrabunt in eam, & ostium felicitatis, in quo Stephanus vidit

1. *ESVM* Filium Dei stantem a dextris virtutis Dei; sic & vos estis Doctor verae confessionis Fidei, mysterij incarnationis diuinae, Dei, & hominis Filij Dei Iesu Christi, Domini nostri, quam dum credentibus proponitis, illos ad caeli conuexum manducitis, & ad aspectum Dei veri adducitis; secundum quod Petro Dominus dixit, *Sequere me*, & ipsi sequentur te.

21. Et quemadmodum Deo Verbo incarnato, in Bethleemi stabulo ex immaculata Virgine nascente, caeli caelorum latitia inenarrabili exultauerunt, & subito facta est cum Angelo multitudo militiae caelestis, laudantium Deum, & dicentium, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis; sic representatione eiusdem incarnationis Filij Dei, quam in Ecclesiae vestrae amplissimo sacratio, pontificia cum maiestate, cum vniuersa sacrae Hierarchiae multitudine, & admiranda solemnitate celebratis, omnes chori Angelorum de caelo descendentes exultant, & agminibus ministrorum altaris commixti, canticis spiritualibus Deum collaudant, suspicientes vestram pietatem, & deuotionem venerandam.

22. Et sicut orbita solaris sustinet sibi impostam lucidam habitationem, in qua nouem chori Angelorum, & omnes animae iustorum conuiescunt; sic & vos in vestro altissimo throno omnes ordines Ecclesiastici, ad instar Hierarchiae caelestis in Ecclesia Orthodoxa a vobis dispositos, & a Christo institutos.

23. Et sicut ille idem orbis Solis, dicitur sedes Altissimi; quia creator vniuersi, secundum quod praedicatur, sedet super caelum caeli ad Orientem, sic vestra Sedes Apostolica, est locus requie diuinae, iuxta quod dictum est; *Tu es Petrus, & super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam.*

24. Et velut Solis gratia est indicibilis; sic & vestra maiestas est inenarrabilis. Et ideo pauca haec, quae in principio nostri sermonis balbutiendo vobis representauimus, ne despereritis: quamuis vos qui supra hanc Petram pretiosissimam sedetis in gloria infinita, immanita, sitis solus Rector, & Gubernator caeli, & terrae, cui datae sunt clauis Regni caelorum; cui dictum est, *Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis*. Quod cum ita sit, ut nemo sit quem inter mortales Deus altius praeterquam vos exaltauerit, & in tam sublimi maiestatis solio collocauerit; quis restrestrum poterit vnquam eminentissimam vestram gloriam recensere? Cum certum sit, vos esse in tam altissimo honoris gradu collocatum, & supra omnes homines a Deo praedilectum; ad mensuram scilicet charitatis vestrae, qua praeter ceteris Deum dilexistis, iuxta illud, *Simon diligis me, plus his? dictum Petro, cui pro tanta dilectione Christus dixit? Si haec omnia feceritis, tunc vere discipuli mei fueritis; & ego vos diligam, & dabo vobis Regnum aeternum*. Cum igitur haec sit voluntas Dei,

& nobis incumbat sequi voluntatem illius, ac obtemperare voci mandatorum diuinorum, atque ab obedientia sese tollere ad amplexus dilecti Iesu Christi; quemadmodum maiores nostri, qui Deo placuerant, fecerunt; & inter hos noster antecessor noster Gregorius Magnus Martyr, qui dilectione inflammatus cum Rege neophyto, & quamplurimo populo ab Oriente, in Occidentem venerat, adorare Petram Fidei, & Apostolicam sepulturam; vbi confirmatus in amore Sancti Syluestri, & Magni Constantini, a siccento desiderio, quo flagrabat, vniuersi, commisit atramento tremenda mysteria Corporis, & Sanguinis Domini; & aequae mixture, subscipit vniuersi inter has duas nationes. Quae per antiquitatem temporis dissoluta, nos cogitauimus, ab eodem amore fraternitatis incitati, scribere has litteras dilectionis; vobis super omnia honorando pontifici nostro dilecto, Patri nostro maximo, supplicantes renouari inter nos charitatem antiquatam; qua de causa praesumpsi, Vos Pater sancte familiaris alloqui. Namque Christus illud praecipuum dilectionis fraternae, inter omnes nationes, quae Fide Christiana coniunguntur, confirmat dicens; *Fiet vnum ouile, & vnus Pastor*; atque Patrem pro suis discipulis obsecrauit, *sint vnum sicut & nos vnus sumus*. Cum itaque Christus tanquam Caput omnium, confirmauerit vniuersi inter membra Ecclesiae; quis audebit contradicere illi, & a grege ipsius sese separare? Siquis porro ausus fuerit, istud prouenerit a lupo ferociore diabolo, affluo ab initio, sitire sanguinem Christianorum, ac habere, & ad solam diuisionem Christianorum attento; gnato totius doli artifice, & pestilentissimi inter Christianos odij seminatore, quarentes homines, a dilectione seducere in barbaram perditionis. Propterea ignis ira Patris aeterni accensus est in vinea Dominica, quia plantatio fraterni amoris eradicatur, olim brachio illius plantata, radicata, & a Spiritu sancto irrigata. Nostra haec est culpa, qui cum dono gratiae diuinae inuitati, praemiis caelestibus, & roborati, accepta potestate serpentes conculcandi, diuisione ab inuicem dedimus locum diabolo. Confidimus tamen in Christo, qui dabit virtutem, ut viuamus, & suffundamus malignum; & coronam gloriae a Deo referamus, in vestro nomine omnium potentissimo: quia vobis est caput omnium Fidelium, & vobis incumbit, membra Christi congregare, & sibi adiungere, sicut dictum est; *Tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos*. Istud a vobis nos summo desiderio, postulamus. Vestrum est, pro vestra sapientia manu operi ad mouere. Et quid est, quod nos Christianos separat ab inuicem? Ego profecto rem nihil esse existimo. Omnes enim credentes in vnam Fidem Dei Omnipotentis conspirant, duodecim videlicet nationes Christianorum in vnum conueniunt, Trinitatem personarum, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, tres personas vniuersae essentiae confitentes. Credimus etiam, & confitemur mysterium Dei Verbi eodem modo, scilicet, quod Christus sit Deus, & homo perfectus, in duabus naturis vna persona, & vnus Christus. Anathema quoque dicimus Euthycheri, qui dixit coniunctionem, & Nestorio, qui dixit distinctionem; & ex Catholico sensu confitemur, Deum, & hominem perfectum, & vnum Christum. Istud est fundamentum, & firmamentum Ecclesiae, & omnium caeremoniarum illius. Propter quas quid altercamur? Cum illa sint, ad honorem gloriae Dei, iuxta intentionem sanctorum scripturarum. Istud per se acceptum est Deo, homines cur digladiantur? cum Ecclesia Christianorum sit hortus Dei magnus, & men-

sa instructa variis ferculis Iesu Christi. Et sicut ille producit multifarios flores ornandae mensae Principis; ita etiam pro ratione gustuum multae dapae apponuntur, sumunturque sancte seruata vnione, & communionem. Mysteria Dei innumerabilia sunt, & profunda, quae carnalis intellectus non capiat. Vestrum est itaque Pater sancte, remedia humanae imbecillitati excogitare; postquam vobis a Christo data est suprema potestas, & scientia spiritualium, & temporalium, & praesertim cum imperio, vniuerso Orbis. Vestrum est, dispersos congregare, & gregem commissum a lupo ferociore exipere. Vnam volueritis, quemadmodum potestis omnia effuere. Gregorius Papa, nostris temporibus, Paschalis festiuitatis diem designauit; & nemo ausus fuit contradicere: neque vobis in tam sancto vnionis negotio quisquam obstitit, si a supremo potestatis vestrae arbitrio, immortalitatem gloriae vestrae in terra, & in caelo ea cura quaesieritis. Quotquot fuerunt sanctorum, omnes ab auxilio diuino praecleara facinora gesserunt. Istud nos vobis adpraecamus, per intercessionem SS. Dei Genitricis, & Collegij Apostolorum, Prophetarum, & omnium Beatorum, qui digni suis communionem hereditatis, & felicitatis ipsorum in luce sempiterna. Haec mea praesumptio, & familiaris allocutio, ne vos, o officiat, quam sanctum desiderium, & amor inflammatus expressit. Nam & vehementer cupio vos aspicere, alloqui, & pedes vestros deosculari. Ceterum, quod multa mihi sint impedimento, huic Epistolae cor meum indidit, quod vobis misi, per hanc fidelem dilectum Zachariam Praedictorem. Ignosce mihi Pater sancte, caput spiritualis gloriae, qui vos ausim corona spirituali cumulare. Aliud, quod maiestati tuae offerrem, non habui; ac praeterea sciu te muneribus non egere. Laudes, quas vobis scripsi, inter duo minuta pauperimae viduae repositis. Significauimus vobis nostram erga vos dilectionem, & desiderium vnionis; mandato Dominico, & Patrum nostrorum, qui istud praeeperunt, obsequentes. Si a sublimi throno maiestatis vestrae ad nostram humilitatem respexeritis, nos quidem nihil vobis dignum possumus reponere: Creator tamen mandati, vobis omnia retribuet. Amore prosequimur reliquos Christianorum; ceterum vos ante omnes, propter beneficia innumerabilia, quibus nos affecisti. Armenia n. multum illustrata est a vestra Sede Apostolica, quae est fundamentum totius Fidei Christianae. A Romanis siquidem, & a sceptro Sancti Petri, prodierunt 40. Virgines lucidiores Sole, Igno Dominico diuites, quod cum in monte Calceiae reliquissent, tenebras idololatriae ex Armenia depulerunt praedicatione diuina, & martyrij victoria. Earum sacrae reliquiae reconditae iacent in hac sancta Ecclesia Eciemerim; in quo loco olim altare a Noe extructum, in figuram vestrae petrae immobilis, & vestri templi amplissimi, cuius exemplar isthic monstratum est. Oramus, ne nos Pastor deserat: nos vero exemplo aliarum Ecclesiarum, quae hic numerosissimae sunt, glorificabimus in iubilo sanctum nomen vestrum, dignum omni exaltatione. Valete cum salute in Spiritu S. & Deo Patre, & Filio, qui vos nobiscum dilexit. Amen. Scripta 1059. iuxta supputationem Armenorum. die 15. Maij, sabbato. Anno saluti m d c x.

Eas litteras cum Paulo pontifici Zacharias Legatus derulisset, huic quidem benignus habuit, Melchisedechum autem inprimis a zelo dilaudauit; deinde viscera benignitatis filio reuerenti aperiens, paterne illum admonuit; vinum aquae, in sacro calice misceret; a sacro Trisagio hymno, *Qui crucifixum est pro nobis*, receret; Concilio Chalcedonensi subscriberet; ex formula Arabico idiomate transmissa Fidem profiteretur; Conciliorumque lectioni studiose incumberet, atque in rebus dubiis, Ecclesiam Roma-

nam, Matrem, ac Magistram omnium Ecclesiarum confuleret. Præter hæc, auream Crucem cum fementio ligni sacrosancti, nec non vestes sacerdotales, ad diuina myteria, aliaque sacra officia peragenda, illi dono misit, & tum in orationibus suis memorem se illius futurum testatus est, tum omnem operam suam in re illius iuuanda pollicitus. Regi Persarum scriptis litteris, illum, & vniuersos Armenos Christianos commendauit. Secuta est inter eum, & Paulum tanta exinde necessitudo, vt is secundo, post triennium, eundem Zachariam in Vrbe reuertenti iusserit, Pauloque scripta Epistola omnem obsequentiam sponderit: cui vicissim Paulus, probationem dogmatum controuersorum, ex tabulario Sedis Apostolicæ depromptam transmisit: vnde frequentiores ab eo tempore ad vrbe Armeni, amplissimam Fidei messim, Paulum in Oriente fecisse, tam candide, quam verè renunciare non intermittunt.

XXVIII.

De Idolomania, & Apostasia Triumphali.

Præterea cum ex litteris Episcopi Iucarani intellexisset, idololatriam in Indiis alicubi locorum reuixisse, ac insuper Gubernatorem à Rege Catholico illuc destinatum, eo vana pruripisse, vt impietatem foueret, eique propaganda, tum Episcopi, tum ipsius summi pontificis Epistolas, & diplomata fingere non dubitaret: adeoque populos illos recens Christo genitos, in barathrum æternæ damnationis secum traheret; Antonio Caetano, Archiepiscopo Capuano, suo in Hispaniis Nuncio commisit, qui maiore zelo, quo posset, Regem Catholicum admoneret, ne tantum animarum officulum toleraret, sed tolleret; & hominem prophanum castigaret. Dedit ea de re etiam Regi Catholico litteras, Romæ 1. Martij M. DC. XV.

XXIX.

Pro Africana Ecclesia resuscitanda, vota.

Saluti Africanorum prospiciens, illiusque gentis Ecclesiam olim sanguine Martyrum purpuratam, doctissimorumque, & sanctissimorum virorum monumentis illustrem, resuscitare cupidus, Calari in regni Sardinia Metropoli, Gymnasium optimarum artium, atque scientiarum, postulate id in primis Rege Catholico, & tribus Regni eiusdem ordinibus instituit, priuilegiisque amplissimis cumulauit; vt Sardi Africanis vicini, probe instructi, possint aliquando ad nouam Euangelij sementem aspirare, lumenque extinctæ pridem veritatis, & Fidei apud Afros felici successu reaccendere. Cumque ex litteris Francisci Elquiuelij, Archiepiscopi Calaritani, magnum hoc seculo elemosinarum, & pietatis cultoris, D. Ioanne Calo, Canonico Calaritano, nationis Hispanæ in vrbe Priore referente didicisset, Calari in Basilicis S. Saturnini, & S. Luciferi, nec non in aliis locis, reperta esse nuper plurima Sanctorum pignora, à quorum cultu, & honore, ingenti sumptu Archiepiscopi amplificato, noua seges tam Fidei Christianæ apud gentes remotiores, quam apud Sardos, Corsos, & alios clarissimarum virtutum consurgere posse crederetur, ea de re Archiepiscopo Primati, plurimum gratulatus, ad venerationem, imitationemque illorum Diuorum hortatus est, datis litteris die 26. Maij, Anno 1618.

XXX.

Pro Maronitarum salute sollicitudo.

Præter ista Paulus, vt Maronitas Orientales in Fide Catholica, & obedientia Sedis Apostolicæ confirmaret, quamplures honestos adolescentes eius-

dem gentis, Romam, bonis artibus, & Theologiæ studiis instruendos, euocauit, ac in Collegio Gregoriano collocatos, omnibus præteriamoris significationibus dignatus est. Cumque Petrus Patriarcha Maronitarum Antiochenus, Legationem, vna cum professionis Fidei libello ad eum misisset, nonnullaque à Sede Apostolica flagitasset, omnia indulgentiæ ac muneribus amplissimis cumulauit, data illi facultate, inter alia, Archiepiscopos, Episcopos, Clerum, & populum, Apostolica benedictione, & indulgentia peccatorum plenaria semel recreandi.

XXXI.

De Hæresi triumphata, Trophæa.

Conuersioni præterea Hæreticorum intentus, nihil non egit per Reges Christianos, si quomodo potuisset Iacobum Anglorum, & Scotorum Regem, ad Fidem patriam reuocare; & Regna illius ditioni subiecta, non ita pridem, sanguine innumerabilium Martyrum purpurata, nunc vero Calvinismo fœdata, ad veritatem Catholicæ Romanæ lucis adducere. Cumque ex relatione fide dignorum, vno quodam tempore, aliquid spei affuisse ac cepisset, Auctori luminis, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, precibus abunde profusus, salutem animarum Regis, tum Anglorum, & Scotorum commendare nunquam prætermisit; vtque inter Leonoram Magni Ducis Etruriæ filiam, & Regis Iacobi filium, Principem Anglorum, matrimonium, restituendæ in Anglia Fidei Catholicæ, omnium votis expetitur conciliaretur, designata super amolendis certis difficultatibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Caræ congregatione vehementer optauit, adeoque curauit. Ad Regna porro Septentrionalia, quando Apostolicos Nuncios designabat, nihil magis inculcabat, quam vt omni studio ad extirpationem hæresum, & ad Hæreticorum conuersionem incumberent. In vnico Regno Franciæ Henrico IV. Regi suaserit, interprete Massæo Barbarino id temporis Nuncio, auctorque fuit, qui ad depressionem Hæreticorum, nouam sub inuocatione SS. Virginis de monte Carmelo militiam instituerit; Patres Societatis Iesu, eradicanis hæresibus, restituendæque Fidei Orthodoxæ destinatos postliminio in Gallias reuocauerit; pyramidem famosam deiecerit; nec non alia adhibuerit; amplificandæ Fidei, & profligandæ impietatis remedia. Rege Magno extincto, Ludouicum XIII. alterum Dauidem contra gigantes potentissimos excitauit, vel potius armauit, inque Legatione Nuncij, prorogato munere Roberto Vbalidino, postea in sacrum Collegium Purpuratorum propter ingentiam in Republicam Christianam merita assumpto, multa iuuenem eo cooperatore felicissime effecit. Pauli siquidem auctoritate, atque instinctu Vbalidinus, Leonis XI. Pontif. ex sorore nepos, etiam Magni Henrici iudicio pronepos, ipsum Henricum Regem in Belgium arma parantem, quod ea res hæreticorum animos potuisset inflammare, Catholicorumque conditionem deteriore reddere, magnis propositis rationibus, à suscepto fere bello auerit, adeoque Fidelium statum stabiliiuit. Seditionem contra Catholicos ab Hugonotis, inter solemnina inaugurationis Regiæ paratam, semel, ac iterum repressit; adeoque tunc de hæresi triumphauit. Libellos quosdam acerimos, à quodam pestilentissimo Calvinista, classicum in Catholicos canente compositos, fere sub ipso prælo suppressit, adeoque facem belli cruentissimi, vix accessam extinxit. Eo ipso pontifice auctore, Vbalidinus, afinitatem inter Reges Hispaniarum, & Galliarum, Hæreticis execrandam, Catholicis desideratissimam, bono Christianitatis publico conciliauit: Principes

aliquot

aliquot à Christianissimo Rege Ludouico nonnulli auctores, eaque propter Orthodoxos infestos, ad officium renouauit; cumque Regi Regno integrum seruauerit, & potentissimi Monarchæ affinitate firmauerit, Hæreticorum ferociam retudit. Item cuiusdam clarissimi Scriptoris librum, ad rogum damnatum, & carnificis manu eripuit, eaque constantia, auctoritatem Pontificiam asseruit. Patres Soc. Iesu à tumultu populari non semel adornato liberauit, eoque conatu vires aduersariorum Fidei felicissime fregit: vtque Concilij Tridentini Sanctiones, Regis, Cleri, & Nobilitatis Gallicanæ vnanimi consensu, inter Synodalia Prouincialia, & Dyocesana decreta miscerentur, admitterenturque, satagente Francisco Cardinali Ruffiscaldo, fementibus autem Hugonotis effecit, eaque felicitate Ecclesiam Gallicanam affecit. Quamplures ex nobilitate præcipua, longepures, & fere innumerabiles ex plebe ex castris Hæreticorum ad Catholicæ Ecclesiæ gremium reduxit; eoque successu, numerum sectariorum imminuit: & tunc bona Ecclesiarum alijs, quam erudit, & integerrimis Ecclesiasticis viris à Rege conferrentur, obtinuit, eaque cura, Pastores vigilantes, sollicitos, laboriosos, extirpandis hæresibus, profligandisque Hæreticis idoneos Ecclesijs restituit: maxime quando Maria Regina, vna cum Henrico Episcopo Parisiensi, ad disciplinam Ecclesiasticam, vndique fere in Regno Franciæ, hæresum, bellorumque præteritorum iniuria, tum in religione, tum etiam in moribus deprauatam, ac corruptam, in primæuam, & pristinum suum statum, deuotionisque, & pietatis splendorem restituendum, vnam deuotum piorum, ac probatæ vitæ Sacerdotum in comuni vniuersum Congregationem, quæ Seminarium Episcoporum, Pastorum, & Prædicariorum esset, illo ipso suadente auctoritate Parisijs, cuius institutionem Paulus Pontifex exhereditate Apostolica comprobauit, eoque instituto Clerum Gallicanum sanctitate florentem, eruditione illustrem, opibus cumulatum, Hæreticorum conatibus pro fidei Catholicæ defensione, murum adamantinum opposuit. Pauli etiam opus fuit, reconciliatio matris Regiæ cum Ludouico Rege filio, quorum dissidio, Hugonoti, ad pessundandam in Gallia Fidem Catholicam, veluti certissima occasio ne utebantur. Præter hæc Pauli opus est, quod Ludouicus Rex nondum adulta ætate, animum adiecit, ad nouas prouincias non tam sibi, quam Deo, neque armis solum, sed & pietate subijciendas, quodque vberimum inde fructum tulerit, referat, & expectet. Maxime quando edicto publico sanxit, vt omnibus, & singulis locis Prouinciæ Bearnenis, hæresis contagione admodum infectæ, cultus Religionis Catholicæ libere exerceretur, & bona Ecclesiasticis ante quinquaginta ferme annos erepta, omnino restituerentur: & quando contra obstinatissimos hæreticorum restitutionem bonorum negantium cum non contemnendis copijs in Aquitaniam profectus, venit, vidit, vicit, attonitisque illis rebellibus, intra sæolos quinque dies præsidia vbique mutauit; præfecturas armorum, quibus duces hæretici Catholicos opprimebant, extinxit: Tempa Catholicis, bona Ecclesiasticis, Ecclesiasticos pristinis honoribus restituit: Prouinciam antea legitima Regis sui impetia detestantem sibi subiecit, & senatum nouis Consiliarijs Catholicis auxit, inque Parlamentum erexit: nec non vrbem Sanctonum munitissimam, S. Ioannem, Clericum in Vasconia, aliaque alibi ad 60. vrbes, eiectionis Hæreticorum præsidijs, ad obedientiam Fidei reduxit.

XXXII.

Fidei Orthodoxæ vbique seruanda, emaculanda, que vigilanti.

In Hispanijs, Regi Catholico, Paulus, vt Supremi Annal. Eccl. Tom. 17.

Inquisitoris officium vni Dominicanorum committeretur; vt ex eadem religione, (cuius Fratres Honorius III. Pugiles Fidei pronunciauit) in omnibus, & singulis sanctæ Inquisitionis sublellijs, tertius Index præsideret, persuasit. Alicubi hæresim spurcissimam Dulcianorum, exortam, ad perpetuos carceres auctoribus damnatis, eradicauit. De potestate Pontificia, omnium perniciosissimam hæresim, à nonnullis maleferiatis scriptoribus, publice editis libellis propugnatam, damnauit, censuræque libellos subiecit, quin etiam vnum ex auctoribus relapsum, flammeis ex lege addixit. Propugnaculum honoris, contra Cardin. Baronium constructum, antequam prælo submitteretur, aboleri iussit. In Marcum Antonium de Dominis, ex Archiepiscopo Spalatensem, perfugam, & Apostatam (quem nunc Romæ penitentem, & reditum ad Ecclesiam Catholicam rationes reddentem, atque à secundis paulo post tentationibus per renouatam penitentiam, quamuis in extremo vitæ termino, & hæresim abiuratam, gremio matris Ecclesiæ reconciliatum, ad meliorem vitam, transeuntem vidimus) illo tempore tum profectiois suæ rationes exponentem, tum libros de Republica Ecclesiastica, contra Hierarchiam Ecclesiasticam, ex angulo orbis edentem, iudicium instituit; eiusdemque libros quamplurimis hæresibus, erroribus, atque calumnijs redundantes, reprobauit. Anglos Catholicos, ad iureiurandum insolens à Rege Iacobo sollicitatos, datis ea de re litteris, in officio cōtinuit; quidve Regi non Orthodoxo, Fideles non deberent, aut deberent, renunciauit, eosque ad tolerantiam calamitatis temporum hortatus est. In inferiori Belgio, sub grauissima tyrannide gementes Orthodoxos, missis meliori modo, quo poterat Sacerdotibus; Henrico Grauiio eorum interprete, in Fide Catholica confirmauit.

XXXIII.

Aduersus rebelles Hæreticos, vel Pseudopoliticis supplicis, vel consilia.

Electo Ferdinando II. contra rebelles Bohemos Hæreticos, nec non aduersus quosdam Hungaria Proceres, sceptrum Austriacæ, prætextu Religionis Catholicæ detestantes, impositis vniuerso status Ecclesiastici Romani Clero in sex annos decimis, atque exinde XXX. millibus nummum scutato, cum in stipendia militum, in singulos menses numeratis, & confederatone Principum Germanæ Catholicorum procurata, supplicis tulit, de qua impietate, & rebellionem debellatis, Praga, & Regno Bohemiæ, Ferdinando restituta, victoriarum, non sine interfectione illius Diuæ, quæ sola cunctas hæreses in vniuerso mundo interemit, consortis fuit. Cum Regno Polonia, pertinacia quorundam, perniciem exterminam, specie quidem grauaminum ciuiliū, reuera autem causa Fidei, & Religionis Catholicæ, sub auspicijs Sigismundi III. Regis efflorescentis obruenda, ac perdead acceleraret, Nuncio Apostolico id temporis, vt Regi religiosissimo, ac integerrimo, contra rebelles hæreticos, & his affines pseudopoliticos consilio adesset, & si quid à Sede Apostolica desideraretur, significaret, imperauit: iamque in Consistorio ex Patrum sententia Legationem decreuerat, seditioni sedandæ; & tum Regiæ Maiestati, tum Ecclesiasticæ Fidei, & rei à malefanis ciuibus seruandæ. Alicubi Messalianorum, & pauperum de Lugduno hæresim, de paupertate Christi, & Apostolorum, resurgentem atheismo præducentem hæresim, oppressit. Cacocorem, seu puritum, non ad regulam Fidei, neque ad formam virtutum charitatem, scribendi, veluti omnium hæresum, schismatum, seditionum, & discordiarum parentem, cohibere cupidus, Sacris Congregationibus Inquisitionis, & Indicis, in Vrbe, & Magistro Sacri

M m m Palatij;



Palatij, extra vero Urbem, Episcopis, Inquisitoribus, & Cenforibus librorum, nihil magis inculcauit, quam vt diligentissime ad castigacionem librorum, siue e-dendorum, siue editorum inuigilarent; & si quid contra Canonem esset, expungerent, damnarent, prohiberent, neque aut authoribus, aut impressori-bus, aut bibliopolis, aut cuique alteri ea in re indul-gerent: sed tum primam bullae Canae Domini virgula-m, tum reliquam Ecclesiastici Canonis censuram, in delinquentes exercerent. In Regno Poloniae praefereim, Martini Szyskouiij, gente Ostioj, Episcopi Cracouiensis, & D. cis Sacerientis, nec non virorum eruditorum Hippai Zamofiani opera vigili, libro-rum contra Canonem ibidem editorum ingentem multitudinem in vniuersum damnauit, vetuitque.

XXXIV.

Contra Turcas auxilia, vel praesidia.

Cum vero compertum habuisset, immanissimum Tu- caum Tyrannum, perpetuum Christiani nomi-nis hostem, insana illa dominandi libidine, qua Or-bis Imperium temere sibi despondit excacatum, ac summo Christianae Religionis odio inflammatum, innumeras clades non modo finitimis populis eru-pendo, sed remotis quoque gentibus omnia inua-dendo iam diu atrolisset; superioribus autem annis se-uo, diuturnoque bello in Hungaria excitato, aliquor- ibi egregias ciuitates, castra, & loca insignia occupaf-se; ac insuper in locis Hungariae contiguis, nobilissi-mas ditiones, & munitissimas arces in suam potesta-tem redegeisse; & quod supra omnia dolendum fue-rat, quosdam perditos, ac profugatos pudorshomi-nes, Rudolpho Romanorum Imperatori electo, in eadem Hungaria rebelles ipsi Turcis per exitiale sce-lus sese adunxisse, & per summam impietatem inre-stinis tumultibus, ac seditionibus confirmatis, atque auctis, humana, diuinaque cuncta perturbasse, & adhibitis simul armis, omnibus ipsius Rudolphi do-minijs nefariam deuotionem, & vastitatem intentaf-se; primum ad eam calamitatem diuino auxilio de-pellendam, supplicationes publicas ipse vna cum Clero, & populo Romano aliquoties, pedester ad Basilicas Urbis primariis incedens instituit, ac fecit; deinde communicato in Orbem Christianum tubi-lao Urbico, ad implorandam diuinam potentiam, reprimendis rebellium conatibus aptissimum, omnes Christi fideles propositis amplissimis gratijs & in-dulgentijs; deinde Reges Christianos, & praeter hos Regem Persarum, a quo Alach Kuli Begum, & An-tonium Scirleium Oratores audierat ad bellum Tur-cis inferendum sollicitauit. Et quod extremum est, III. MM. militum, stipendijs Apostolicae Sedis Impe-ratori transiisit; vtque pro necessitatibus Ecclesiae, ac Reipublicae Christianae militem domesticum in promptu semper haberet, Ecclesiasticae ditionis om-nes subditos armis ferendis idoneos recensuit, ar-mamentarium instaurauit, leges pro militia Ecclesi-astica condidit, libertates, & priuilegia in censum re-dactis, amplissima concessit, & gladio spirituali ma-terialem quoque adiunxit, propulsandae iniuriae a ceruicibus Christianorum. Eidem potentiae contra Turcos, & alios hostes Fidei stabiliendae, pacem, & concordiam omnium Principum Christianorum pro-curauit, vtque aliquando communi federe deuincirentur, conatus maximos adhibuit. In litore praeter ea maris Adriatici, quod inter Venetos, & Regni Neapolitani fines est, turres, & munimenta alicubi collapsa restaurauit, praesidiaque impositis, Pica-num, Aemiliam, Flaminiam, Umbros, Bru-tiosque metu pyratarum liberauit.

XXXV.

Pax inter Principes Christianos reconcilianda Cupido.

Cum autem zelantia aliquotum Hungariae Pro-cerum, eoque improbitatis prorupisset, vt ausi fue-rint, Matthiam Archiducem, Rudolpho Imperatori electo infestum fecisse, & fratrem cum fratre com-misisse, Paulus gliscenti patricio occurrere cupiens, primo Antonium Caietanum, Archiepiscopus Cap-uanum, deinde Ioannem Gasparum Millinum Car-dinalem, Legatum ad eos destinauit, qui arma vtri-que extorquerent, & pacem inter eos aequis condi-tionibus restituerent; salua integritate Catholicae Religionis, quam aduersarij per discordiam fratrum principum, perditam esse volebant.

XXXVI.

Quies Italica ardor.

Extincta felicibus conatibus fraterna discordia, cum non minus graue in Italia incendium, ex dissi-dio inter Carolum Emanuelem Sabaudiae, securita-tis Italicae seruatorem, & Ferdinandum Mantuae Du-ces, subortum fuisset, cui restinguendo etiam Rex Catholicus, dum operam suam adhiberet, in partem secessisse ferebatur; Paulus extinguendi illius causa, primo Abbatem Maximum, inde Iulium Sabellum, deinde Alexandrum Ludouicum id temporis Bono-niensem Archiepiscopum, postea Cardinalem, ac postea Summum Antistitem, destinauerat, cuius prudentia, & dexteritate, arma vtrinque posita, dif-fensiones sublatae, pax vniuersae Italiae restituta fuit.

XXXVII.

Pro Neapolitanorum salute remedia.

Pro incolumitate Regni Neapolitani sollicitus, cum res illius in supremum discrimen adduci viderentur, aliquid non negligendum egit, quo ciuibus salutem, seu restitueret, seu constab. liter. Cum enim Cines, vt Regi Philippo fidem seruarent, Regem ip-sum, ne se violari toleraret, misso ad eum Laurentio Brundusino; ex familia Capuccina, viro optimo admonuisset; Paulus Pontifex caritate erga Neapolitanos singulari moris, vt Brundusinus libere in Hispaniam traiceret, & Regi Catholico calamitates Neapolitanorum exponeret, procurauit; vnde Rex officij non contemnens, satis tempestiue Gasparem Borgiam, Calisti Tertij, & Alexandri Sexti Pont. Max. gentilem, nobilitate generis, ac pietatis, iustitia-que laude spectatum Cardinalem, Proregem (Paulo Quinto permittente) exemplo summisit; hic vero mansuetudinis, ac lenitatis sacerdotalis artibus in-structus, citra tumultum, imo citra sensum, pruden-ter omnia contexit; & post multam tolerantiam, ne-glectaque vitae pericula, sine armis, fida, ac forti ope-ra Regnum tranquillauit.

XXXVIII.

Libertatis Ecclesiasticae vindicanda conatus.

Fuerunt Pauli tempora, maiore ex parte tranqui-la, neque vllus hostilium armorum strepitus Italicas oras peruasit. Verum, ne ipse quidem ab ijs molestijs immanis fuit, quae altissimas dignitates, quasi vmbra Solem plerumque comitantur. Cum enim Veneto-rum Senatus, quibusdam legibus Ecclesiae potesta-tem, libertatemque violasset, neque quicquam ra-tionibus

XXXIX.

Patrimonij Apostolici cura.

Libertate, & immunitate Ecclesiastica, felicibus conatibus vindicata, inter haec oranda, seruandaque re: Urbica, & Sedis Apostolicae curam dedit. In-primis ex praescripto Pij Quinti, & vsu accepto, con-stitucionem de non alienandis, & in feudandis bonis Ecclesiae Romanae, comprobauit, seu adeo in noua-uit. Legatos Cardinales integerrimos, ad visitan-do Patrimonio S. Petri destinauit; & ne quid ab eis, vel eorum ministris, subditi Ecclesiasticae ditionis, vel damni, vel iniuria paterentur, congregationem, quam vocant de bono regimine, instituit. In eos, qui redditus Camerae Apostolicae inuicere, aut retinere auderent, constitutiones a superioribus Pontificibus las confirmauit. Filicitationes aliquibus grauiores visas, alicubi neglectas, vel antiquatas temperauit, vel reuocauit.

XL.

Iustitiae tenor, Tribunalium reformatio.

In Auditorio Signaturae, quam vocant, Gratiae, ri-gidus aequitatis exactor, nihil, quod in praedictum alicuius potuisset vergere, subscribere voluit, atque eandem signaturam, signaturae Iustitiae fere aequauit. Huc signaturae Iustitiae, alterum se, virum integerrimum, & iustitiae mistam, Massaeum Cardinalem Bar-berinum, ex vniuerso Collegio delectum, indubia, di-ctitiae administratione, quam ab eo speiabat, fi-ducia praefecit. Administris rerum publicarum, Prae-fectis signaturarum Gratiae, & Iustitiae, Camerario, Vicario Vbis, Gubernator. Urbis, Auditori Came-rae, Auditorio Romae, Capitolio, eiusque officialibus, Praepositis Curiarum, Iudicibus criminalium cau-sarum, & ciuilium, Commissarijs, Advocatis paupe-rum, & Praeuraoribus, Notarijs omnium Tribuna-lium, sollicitationibus, Mandatarijs, Custodibus, Ba-toncellis, & executoribus, Custodibus caerum, Protomedico, & Aromatarjs leges sanxit. omniaque tribunalia reformauit. Praeuratorum cuiuscumque Religionis auctoritatem, ac iurisdictionem inuola-tam seruauit; omniumque Religiosorum causas, & negotia, ad eorum Superiorum cognitionem rem-issit, eaque ratione quieti, & existimationi Religio-num consuluit. Sacrae Romanae Ecclesiae Cardina-lium quaedam indulgentiae, rei publicae non admodum id temporis vilia moderatus est. Vicarij Urbis, & Au-ditoris Camerae iurisdictionem definiuit. Archipres-bytero Basilicae Lateranensis, Abbreniatoribus ma-ioribus praesidentibus, Conclauistis, Familiaribus do-mesticis, Cubicularijs secretis, omnibus Palatinis priuilegia amplissima concessit. Clero Romano spo-lia dimisit.

XLI.

Annonae augenda Prouidentia.

Annonae in Vrbe augenda, seruandaeque, & fru-mentariae Curatoribus, & agriculturae artis profes-soribus, multas immunitates, & gratias proposuit: eaque propter toto sui Pontificatus tempore non tantum Urbem, omnium rerum vberitate, verum et-iam vniuersas Romanae Ecclesiae ditiones rec eauit; quado ex parsimonia priuata, collecta DCCC. MM. nummum aut eorum in annonam effudit. Eucatio-nes extra ditionem Ecclesiasticam, cum damno licet suo, vetuit, nihilque non egit, vt esset abundantia in

turibus eius; vsus opera Laelii Biscia, annonae Praefecti. Publicis Romanae Urbis villis, & populi Romani, ac aduenarum multitudini, quam eius Pontificio Dominus benedictione sua non mediocriter auxerat, in his, quae ad vitae praesidia conferunt, consistere cupiens, cum perspectum haberet ex Tyberis navigatione, praesertim a mari, opportunitates incredibiles Romam assidue capere, multumque ad eius vbertatem annonae, alioque varios vsus interesset, ac eandem navigationem se curam, facilemque navigationibus esse; sed huic plurimum obesse, eiusdem fluminis ostium, Africo oppositum, vnde incommoda, & periculosa navigatio reddebatur: ad praebendum nauibus facilem, tutumque aditum, id, quod superiores Pontifices cogitauerant, sed magnitudine sumptuum deteriti numquam attigerant, a dextra fluminis parte, nouam fossam Occasum versus in mare, immensis sumptibus deduxit, eiusque ostium palis vtriusque alte defixis, & in mare Tyrrhenum longe prolatis communiuit, cum ingenti navigationis commodo, & augmento omnium ad vsus spectantium, quae vndique Romam nauigantes inferunt: maxime inuitati liberalitate Pontificis, ex qua Paulus vestigalia superiorum temporum intolerabilia suppressit, & exigua imposuit. Cumque Pyrarum frequentissimi in mari Mediterraneo excursus, periculosam, meticolosamque navigationem antea redderent, & Romam versus velificantes, ab Occidente nullum portum, quo refugerent, tutum haberent, Paulus ad Centumcellas, Ciuitatem veterem nunc dicunt, portum a Traiano Augusto, ingenti sumptu extructum, ruinis deformatum, ventis, & fluctibus expositum, nauibus infidum, aedis iterum fundamentis, mole superaedificata clausit, tutissimum reddidit, reluctantem Africum cohibuit; longe, lateque aspicientibus, aduentantibusque nauis, publicae nauigantium securitati pharum erexit, iugisque in ea pernix ardere iussit. Commoditati autionam ex Campania Felice conuentionum, pontem Aufidae flumini, ad Ceperanum ab Antonino Augusto Pio impostum, sed iniuria temporum collapsum, a fundamentis refecit, oppido coniunxit, paludes Pontinas iterum circumfluentes siccauit; vias aperuit, strauit; hospitia aedificauit; adeoque ab illa quoque parte affluentiam necessarium in Urbem inuexit. Extra portam Quirinalem, seu Collinam, via Salaria, pontem Anienis a Nerse Eunucho olim impostum, sed vetustate labantem instaurauit; Vt ex Sabinis quoque & Brutijs, copiam rerum ad vitam necessarium Romam, facilitate maiore, populi circumuicini conueherent, Tibur, Tusculum, & alia in loca Urbis conuicina, vias complanauit, eidem annonae commodius inferendae. Montem farinense subsidio, & commoditati pauperum, vbi tenuiores villoripatio farinam satis laetentem emerent, domique longe minoribus impensis panes pinferent, collata ingenti pecunia, erexit.

XLII.

Opera publica.

Portum Fanensem (Fanum Fortuna vocant ciuitatem) qui Burghesius diceretur aperuit, purgavit, muniuit, eaque ratione annonam Piceno, Umbriae, Emiliaeque cumulauit. In Urbis, & extraurbicis horreis, ingentem frumenti copiam, ac praeterea nouas C. M. M. nummum aureorum in mole Hadriani bono publico citra onus populorum collecta; moriens reliquit: tanta erat solertia in commodis publicis procurandis. Occasiones vitae tolerandae, omnibus praesertim peregre uentibus, a magnitudine, & multitudine operatum; non minus commoditati, quam

ornamento, & splendori vrbico decretarum protulit; quando praeter augustas Coelium Basilicas, iactas in mare moles, portus in oris maxime fluctuosos, vel manufactos, vel munitos; flumina si missimis, longissimisque pontibus superstrata; paludes expurgatas; praeruptissima loca peruia efficta; montes ad iter faciendum magno labore demolitos; ad alia aedificia faciendae, magnitudine, pulchritudine, ac maiestate cum Principatus magnitudine quodammodo certantia, animum, & sumptus immensos admo- uuit; ut posteri se ignorare profiterentur, plus ne ad pietatem, ac Coelestem cultum attulisset, venerabili, atque angusta sacrarum aedium magnificentia; an ad Urbis publica ornamenta, & ciuium vrbanas commoditates, aliorum monumentorum prope inimitabili substructione. Id vero aedificandi propositum aggressus est, non more aliquorum, ut noua vestigalia ratione hac ciuibus imponeret, vel ut auare, atque impotenter popularibus veteretur; sed ut mercede, eaque ampliore, quam solennis, sine mora persoluta, conuenarum necessitate subleuaret, eademque profusione Urbem ex latericia, marmoream efficeret. Tradunt, qui audierunt, & inter hos Ioannes Baptista Costagutus, Pontificis domus Praefectus, omniumque Pauli domesticorum consiliorum conscius, & administer fere capitale apud Paulum fuisse aliquem tarditati aedificandi causam dedisse, non quod operi, sed quia largitioni in egenos celebrandae, ad ea intentissimus fuit, quae quidem tam cito, tamque exquisite fieri nequaquam posse, ex aliorum iudicio intellexeret. Ergo egenis subleuandis, intra breue tempus, Palatium Vaticanum anteriori parte, qua ad meridiem Basilicae Principis vniuersam aream respicit, restaurauit; portam maiorem, veterem diruta, magnificentiore opera, turti horaria ei imposta restituit, aere clausis; primae stationi Heluetiorum, porticum extruxit, armamentarium adiunxit; fontem elegantissimum, vario, & pretioso marmore, inter geminas Palatii portas excitauit; reprimendae insolentiae populari, aggerem fornicatum, qua primariam Leonine Urbis aream, ac plateam ad vsque molem Adriam excurrentem, palatium respicit, obiecit. In Palatio Vaticano sacellum Paulinum amplissimum, aedes Pontificias auctis cubiculis, commodiore ad vsum accommodauit. Datariam ex Innocentij Octauo diruto Palatio, & ad Basilicam nouae amplificationem prorsus exciuit, in alium locum transtulit. Secretariam Apostolicam, opportunioribus sedibus collocauit, aedificijs auxit, instruxit, & ornauit. Nouis per amplis conclauibus, scalas, quibus secreto ad hortum Vaticanum descendere, adiunxit. Hortos Vaticanos, fontibus, & lacubus, vbi que magnificentissimo prospectu constructis amoeniores, dispensata vberime, quam ex agro Brachianensi magnis sumptibus adduxerat, aqua reddidit. Craterem ex Numidico marmore omnium Romae capacissimum, quem Iulius Secundus e ruinis thermarum Titij, & Vespasiani olim eruerat, & in theatro Palatii Vaticani basi extructae superimposuerat, annis amplius quadraginta terra obrutum, effodiendum curauit, ac renouata, exornataque base restitutum, fontem, qui aquam impetu vehementissimo, cubitis ad minus XX. in altum eiacularatur, omnibus admirandum effecit, in medio lacus extantem; ex quo aqua quattuor tubis in aetrem erumpens, vsque ad circumferentiam laborum crateris sussum elati pertingit. In aetate Vaticanae parte dextera, fontem altissimum, in medio lacus ex lapidibus Tiburtinis constructi, aquarum immensam eluuiem in aera eiacularantem, & quasi montem aequum eructantem, qui de lapsu praecipiti pluuiam densissimam; copiosissimamque amouetur, ingenti spectaculo omnium, nullibi terrarum tanto artificio, ac impetu visendum extruxit.

Huic

Huic non abfimilem, in area Templi Diui Iacobi, quamquam non flumen aquae exuberantem, sed quinque tantum tubis, quorum vnus in medio altius eructabat caeteris praestantem excitauit. Regionem Leoninam perennium aquarum inopia olim laborantem, aquae ab se in vrbem adductae, vberima dispensatione, varijs vbi que fontibus attributa recreauit. Fornis aquae Algetinae, olim ab Augusto Caesare extructis, mox collapsis, ab Adriano Primo Pontifice Maximo instauratis; iisdem rursus verustate dirutis, opere subreteraneo, & arcuato, cura Martini Fiescolchi, omnium quotquot in Europa fuerunt Aquilegi praestantissimi restituit, aquam ex lacu, & agro Brachianensi, ac quibusdam saluberrimis fontibus deriuauit, flexuoso cursu XXXV. miliarijs in Urbem, nouis additis ductibus perduxit, & in apice Ianiuli fonte primario, qui tribus faucibus flumina erumpentia emitteret collocato, ad pontem Xistum, alterum, impetu formidando aquae effluentem constituit; ac tota Transiberina regione aquis dispensatis affluentissime irrigata, in regionem Arenuam, claustra Hebraeorum, plateam Iuliam, & quo aquae Virginis inundationes non attingunt, liquidum elementum ingenti bono corruauit. Fornis aquarum Felicis, & Virginis, Curatores praeposuit; utque vniuersae Urbis fontes publici, priuati que copiam aquarum mouerent, distributione prouida ductuum curauit; tantamque affluentiam aquarum vbi que ministravit, ut inundasse Urbem visus fuerit. Praeter haec Palatium Quirinale, virando graui Vaticano caelo, & super orbibus Pontificibus inchoatum, maximis accessionibus factis, ea parte, qua Orientem, Meridiem, & Occidentem spectat extruxit; & non vnica augustissima aula, nec non quam plurimis Pontificijs cubiculis, & alijs, qui Rotae, alijs, qui Cameralibus subcellijs excipientis capaces fuerent, quique numerosissimam Pontificiam familiam complecterentur, aedificatis, Sacelloque Dnae Virginis Annunciationi, priuatis Pontificijs vsibus consecrato, perfectis; hortos adiacentes dilatavit, fontibusque erectis irrigauit: aream amplissimam, dirutis nonnullis quantumuis magnificentissimis aedibus aperuit; cliuam vtriusque emolluit; Apostolicae Datariae Palatinam, commoditati accurrentem, Palatio Pontificio coniunxit; vias vrbicas, alicubi distortas, alicubi obstructas, vel angustas, direxit, aperuit, dilatavit; & inter eas, illam, quae est a porta Flaminia vsque ad pontem Miluium, & alteram, quae a quattuor Fontibus, ad Basilicam Liberianam ducit, siliabus strauit: horrea publica a Gregorio XIII. ad thesauri Diocletianae non nimis capacia, vberiori annonae bono amplificauit, aream circumpositam constravit, sicutibusque agricolis, ac puluerulentis baiulis fontes eduxit. Vetere lignis exponendis area sublata, nouam constituit, amplificauit; murorum sepro muniuit, Hospitalique Mendicantium attributam, prouentus egenorum adauxit. Cloacas subterraneas, corriuandis ex Urbe in Tyberim subsilentibus, desultantibusque aquis, quamquam ipsae careant ornatu, non mediocri tamen sunt ornamento vrbico, purgavit; excursus spatiosum, vbi opus erat, aperuit, concamerationibusque firmis muniuit, & quasi in aere suspensa vniuersa Urbe salubritatem illi reddidit. Insignia Sanctorum Benedicti, & Francisci Monasteria, portamque Portuensem, vjs amplissimis apertis, directisque in nobiliorem prospectum dedit. Expedito vtroque Fabricij pontis aditu, & scalis ad Tyberis alueum deductis, ciuium, peregrinorumque nauarum commodis, riuum altum conclusit. Monasterium Penitentium mulierum incendio pene consumptum, restituit, auxit, instruxit, & via aperta, a vicinis aedificijs coniunxit. Ad coercendas Tyberis inundationes, eius alueum non solum repurgavit, ac

quo liberior esset cursus, ripas alicubi laxauit, verum etiam dispensationes aquarum aliunde influentium, vel diuertit, vel auertit. In Emilia, & Flaminia, ditioni Pontificiae tuendae, arcem Ferraricam a Clemente Octauo inchoatam perfectam, vbertati vero augendae, Padum redundantem cohibere, aquas lacustres corriuare, agrum Ferraricam, Rauennatam, & Bononensem non exiguum portionem exiccare, atque ad culturam reuocare conatus, quod optauerat, perfecit. Morem conuertendi priuatas pecunias ad patriae ornamentum renouans, exemplo Cardinali nepotifuit, qui palatium amplissimum Burghesianae familiae in campo Martio; villam Burghesiam omnium in suburbano pulcherrimam, & ab ornamentis intraneis, extraneisque venustissimam, distissimamque extra portam Collinam, & alteram in Agri Tusculani colle, quem Montem daconis appellant, omnium villarum extraurbicarum capacissimam, immenso auro profuso, prisca Romanorum magnificentia superata, a fundamentis extruxerit. Praeter domesticos, Cardinales quoque, Proceres, ciues, populumque Romanum ad eandem magnificentiam, tum publice, tum priuatim exercendam incitauit: adeo ut illius Pontificatu, fere tertia pars Urbis addita sit; aedibus, vbi non erant, magnifice, ac pro dignitate aedificatis, ornatisque. Haec vero magnificentissima opera, quamquam & Pontificiae auctoritati concilianda, & vrbico ornamento, vel commodo, aggregiebatur, magis tamen pauperibus a labore manuum diuitandis; ut haberent, vnde ex operis perpetuo collocatis, sumptum conquirerent, & molestissimam egestatem depellerent.

XLIII.

Bibliotheca Vaticana, & archiuum.

Cum autem non ignoraret, Augustum Caesarem, Regem Ptolemaeum, Lucullum, & alios Gentiles, Nicolaum vero Quintum adhaerentem suum, culisse inter alias splendoris, ac magnificentiae laudes, hanc quoque ex comparatis numerosis, & ornatis Bibliothecis, quae cunctis parerent; ipse quoque partum contentus nobilissima vel Templa, vel Palatia aedificasse. Bibliothecam Vaticanam aedificijs auxit, & libris vndequaque conquisitis cumulauit. Ea post mortem Clementis Octauo, quo in statu reperiretur, ex Commentatio Angeli Roccha, Episcopi Tagastensis de illa edito, omnibus euidentis est. Hanc porro Paulus ita procurauit, ut videatur nemini successorum reliquisse locum, eam vel amplificandi, vel nobilior exornandi. Incubuit in eam rem eius auctoritate, ac impensis Balthasar Ansidaeus Perusinus, Graece, & Latine doctissimus, morum innocentia spectabilis, Florentia ad custodiam, curamque Bibliothecae Pontificiae euocatus; ac vna cum eo, Alexander Rainaldus I. C. B. V. C. eiusdem Bibliothecae Con-Custos; item Andronicus Spinellus Patavinus, Scriptor eiusdem Bibliothecae Apostolicus, a maiorum aemulatione, elegantiorum studijs litterarum probe excultus, nec non Dominicus Bellus, nunc primum Sacelli Pontificij Clericus, illo vero tempore Anidae Amanuentis. Eorum ministerio Paulus cubacula, libros, & ornamenta Bibliothecae auxit; praeside Bibliothecario id temporis Cardin. Baronio; & hoc vita functo, Ludouico Torres, Montis Regalis Archiepiscopo; & ab eius morte, Scipione Burghesio S. R. Ecclesiae Cardinalibus. Longe maiora addidit, Scipione Cobellucio Sanctae Susanna Cardin. in Praefecturam, & Nicolao Alemanno in Custodiam eiusdem, vtiis eruditissimis succedentibus, Graecis, Latinis, Hebraeis, Arabicis, Chaldaeis, manu scriptis, & a praelo vulgaris innumeris codici-

Annal. Eccl. Tom. 17.

M m m 3 buscol-



bus collatis. Porro cubacula auctarum Bibliotheca elegantissimis picturis ornauit. Praestant illustrium virorum imagines, Virgilij, Tereantij, Ouidij, Papiniani, Homerij, Menandri, Hesiodi, Hippocratis; Item Ciceronis, Horatii, Salustij, Persij, Senecae, Platonis, Aristotelis, Theophrasti, Aeschini, & Herodoti. Praestant & conditorum Bibliothecarum varia simulacra, in intermedij spatij fenestrarum depicta cum his inscriptionibus.

I.

Osymandus Aegypti Rex, illustrem Bibliothecam construxit, & in eius fronte ΤΥΧΗΣ Ιατρείον, medica officina praescribit.

II.

Attalici Regis magni Philologiae dalecedonibus inducitur, egregiam Pergami Bibliothecam ad communem delectationem instituit. Alex. ab Alex. l. 2. c. 30. Volaterr. l. 13. Antrop. c. 4.

III.

Astinus Pollio Orator, & Senator nobilis, primus Romae Bibliothecam in Atrio Libertatis dicando ingenia hominum Republicam facit. Plin. l. 7. c. 30. & l. 36. c. 2.

IV.

Traianus Imp. Bibliothecam nobilissimam, qua Vlpia appellata est, Romae publicat. Volaterr. lib. 23. Antropol.

V.

Matthias Corvinus Hungariae Rex Bibliothecam magnificam, & locupletem Buda instituit. A. Bonfin. de reb. Ung.

VI.

Nicolaus Papa V. litterarum viris per omnem Europam missis, libros conquiri, Bibliothecam Pontificiam auget. Volaterr. lib. 22. Antropol.

VII.

Sixtus Papa IV. Bibliothecam Vaticanam veteribus codicibus ex omni Europa aduclis locupletat; Platinam praefectum instituit. Breuia. Sixti IV. in Archivo Vaticano.

VIII.

Pius Papa V. centum quinquaginta octo volumina litterarum, diuersorum Pontificum, Auenione in Bibliothecam Vaticanam asportari iubet. Bulla eiusdem Pontificis.

IX.

Paulus Papa V. Bibliotheca Vaticana, amplum annum reditum attribuit. Bulla eiusdem in marmor. Vatic.

X.

Paulus Papa V. magnam librorum copiam typis descripturum, Bibliotheca Vaticanae adiicit; Scipionem Cardinalem Burghesum ex seratore Nepotem, Sedis Apostolicae Bibliothecarium creat.

XI.

L. Lucullus numerosam, ornataque Bibliothecam comparat, in eamque aditum omnibus praebet. Plutarchus in vita L. Luculli.

XII.

Constantinus Magnus sacros codices eleganti manu descriptos parari, afferrique ad se iubet. Socrates lib. 1. c. 19.

XIII.

Sammonicus Serenus, Bibliothecam, in qua sexaginta duo millia voluminum censebantur, Gordiano iuniori moriens relinquit. Iulius Capitolinus, in Gordianorum vita.

XIV.

Zenone imperante, Bibliotheca Byzantina in magno pretio habetur, in qua centum, & viginti millia librorum recondita erant; & in huius intestinum draconis long. ped. 120. in quo aureis litteris Odyssa, & Ilias Homerij descript. Zonaras tom. 3.

XV.

Paulus V. Pontif. Maxim. Bibliothecam Vaticanam optimis codicibus manuscriptis Graecis, Latinisque auget, Anno 1515 c. xi. Pont. f. VII. Praestant & insignitae Paulinae operum eam in illam diem patrorum icones eleganter ibidem depictae.

I.

Paulus V. Pont. Max. Palatio Quirinali magna ex parte a se aucto, supremam manum imposuit. Anno 1515 c. x. Pont. VI.

II.

Paulus V. Pont. Max. Emmanuelem Aluari Regis Gongi Legatum ex longo, & difficili itinere egrotantem, in Vaticano excepit, paucisque post diebus moris proximum inuasisit. Anno 1515 c. viii. Pont. IV.

III.

Paulus V. Pontif. Maxim. Aquam in agro Brachianensi collectam, veteribus ductibus restituit, nouisque additis, trigesimo tertio ab Vrbe miliario Romam perduxit. Anno 1515 c. x. Pont. VI.

IV.

Paulus V. Pont. Max. Sacellum & Sacrarium Sanctae Mariae ad Praesepe a fundamentis fecit. Anno 1515 c. x. Pont. VI.

V.

Paulus V. Pontif. Max. Ali Goli Bek Mordak Xa Abbas Regis Persarum Legatum, ad pedum osculum admisit. Anno 1515 c. ix. Pont. V.

VI.

Paulus V. Pont. Maxim. Basilicam S. Petri amplificauit, frontem, porticumque extruxit. Anno 1515 c. ix. Pont. VI.

VII.

Paulus V. Pont. Maxim. Franciscam Romanam in munerum Sanctorum refert. Anno 1515 c. ix. Pont. IV.

VIII.

Paulus V. Pont. Max. Carolum Borromaeum S. R. F. Cardinalem Sanctorum numero adscribit. Anno 1515 c. x. Pont. VI.

IX.

Paulus V. Pontif. Max. tria pedum millia Rudolpho Imperatori Elechio subsidium aduersus Turcas Pontificij ararum sumptibus in Germania conscribi iubet. Anno MDCV. Pont. I.

X.

Paulus V. Pont. Max. linguam Hebraicam, Graecam, & Arabicam in Scholis Regularium ad Catholicam Fidei utilitatem doceri praecipit. Anno 1515 c. ix. Pont. VI.

XI.

Paulus V. Pont. Maxim. Vrbi Tribunalia in meliorem statum restitui mandat. Anno 1515 c. xi. Pont. VII.

XII.

Paulus V. Pontif. Max. heros Vaticanos, fontibus aque saluberrime additis, ameniores fecit. Anno 1515 c. xi. Pont. VII.

XIII.

Paulus V. Pontif. Max. horrea a Gregorio XIII. ad Diocletiani thermas extructa, noua horreorum edificatione amplificauit. Anno 1515 c. ix. Pont. V.

XIV.

Paulus V. Pont. Max. Palatium Vaticanum multis partibus instauratum, amplificatumque in meliorem statum redigit. Anno 1515 c. ix. Pont. V.

XV.

Paulus V. Pont. Max. dextero Tyberis latere in nouum alueum ducto, eiusque faucibus, laborioso opere longe intra mare portu recto, vtrinque munitis, tutum nauigij aditum praebuit. Anno 1515 c. xi. Pont. VII.

XVI.

Paulus V. Pontif. Max. Centum Cellarum portum instaurauit, edes frumentis, mercibusque recondendis extruxit. Anno 1515 c. x. Pont. VII.

XVII.

Paulus V. Pont. Maxim. Arcem a Clemente VIII. Ferraria ad securitatem ditionis Ferrariensis, Bononiensis, ac Flaminiae destinatum a fundamentis edificandam curauit. Anno 1515 c. xi. Pont. VII.

His Bibliothecam Vaticanam Paulus V. ornauit. Bibliotheca diuinxit Archiu. Apostolicum, in quo omnia monumenta sacretiora Apostolicae Sedis hinc inde aetate dispersa conclusit, picturisque apposite inter arcus fornicum depictis, quid in censu, quid in iure Romana Ecclesia possideret, haberet, & oculis obiecit: adscripta singulis iconis indicacione istis verbis.

I.

Ioanne VI. Pont. Max. Aripertus Longobardorum Rex, Alpes Cottias a Maioribus suis iniuste occupatas, Apostolicae Sedi restituit.

II.

Pipinus Francorum Rex, Exarcatum, & Pentapolim Protinens, ex Aistulphi Longobardorum Regis manibus ereptas, per Fulradum Abbatem Stephano III. Pont. Max. donat.

III.

Hadriano I. Pont. Max. Carolus Mag. Francorum Rex, Pipini patri donationem Romanae Ecclesiae factam confirmat, nouisque donationibus cumulatur.

IV.

Gregorio VI. Pont. Max. Casimirus Poloniae Rex, debellatis hostibus Regnum suum B. Petro ex voto vestigale fecit.

V.

Nicolaus II. Pont. Max. Specienus Bohemiae Regali Corona a Pont. per Legatum donatus, centum argenti libras singulis annis Apostolicae Sedi soluere promittit.

VI.

Stephanus I. Vngariae Dux a Siluestro II. Pont. Maxim. Regia corona, & Cruce per Legatum insignitus, Regnum Vngaricum Sedi Apostolicae donat.

VII.

Demetrius Croatiae, & Dalmatiae Dux, a Gregorio VII. Pont. Max. per Legatum Regali titulo auctus, annum censum B. Petro se soluturum promittit.

VIII.

Gregorio VII. Pont. Max. Mathildis feminae praclarissima patrimonium suum in Tuscia, & Lombardia Apostolicae Sedi donat.

IX.

Vrbano II. Pont. Max. Petrus I. Aragonum Rex, per Legatum Aragonum Regnum B. Petro vestigale facit.

X.

Innocentius II. Rogerium Siciliae Comitum regio titulo ornatur, & Apostolicae Sedi feudatarium facit.

XI.

Alexander III. Pont. Max. Regiam Coronam metuit Alphonso Portugaliae Duci, qui Lucio II. Pont. Max. Ducatum suum Romanae Ecclesiae vestigale fecerat.

XII.

Adrianus I. Pont. Max. Henrico II. Angliae Regi, Hiberniae Regnum sub annuo censu concedit.

XIII.

Innocentio III. Pont. Max. Ioannes Angliae Rex coram Legato Sedis Apostolicae, Regnum suum B. Petro vestigale constituit.

XIV.

Honorio III. Pont. Max. Reginaldus Rex insulae Mone in Hibernica mari, coram Legato Pontificio, Regnum suum Apostolicae Sedi donat.

XV.

Vrbano VI. Pont. Max. Henricus Langratius Hassiae, per Legatum suum, castra diuersa Maguntin. Treuerensem, & Herbipolensem Dioc. Apostolicae Sedi donat.

XVI.

Siluestro I. Pont. Max. Constantinus Magnus Imper. Romanam Ecclesiam ingentibus donis locupletat, Pontifici varia ornamenta largitur.

XVII.

Ludouicus Pius Imperator, Diploma ad Paschalem I. Pontif. Max. mittit, in quo patris, ausque donationes Romanae Ecclesiae factas, comprobatur.

XVIII.

Ioanne XII. Pont. Max. Ottho I. Imp. superiorum Principum Donationes B. Petro factas confirmat, eiusque patrimonium, quae tyranni occupauerant, illi restituit.

XIX.

Benedicto VIII. Pont. Max. Henricus I. Imp. donationes a superioribus suis Sedi Apostolicae factas, confirmat: eamque nouis donationibus auget.

XX.

Innocentio III. Pont. Max. Ottho IV. Imper. apud Spiram in comitatu Principum, donationes Romanae Ecclesiae ab alijs Imperatoribus factas, manu sua confirmat.

XXI.

Honorio III. Pontif. Maxim. Federicus II. Romae per Legatum

tum Apostolicum Imperator coronatur, Superiorum Imp-  
donationes Sedi Apostolica factas tuert, iurisdictione pro-  
mittit.

## XXII.

Guglielmus Romanorum Rex ad Innocentium IV. Pontif.  
Maxim. Diploma mittit, in quo donationes Sedi Apostoli-  
ca à Superioribus Imp. factas, confirmat.

## XXIII.

Rodolphus Romanorum Rex per Conradum Ordinis Mind-  
rum, Nicolao Tertio, Pontifici Maximo solita iuramenta  
prestat, & donationes S. R. Ecclesie factas confirmat.

## XXIV.

Clemente V. Pontif. Maxim. Henrico VII. Romæ per Legatos  
Apostol. Imperatoris corona ornatus, donationes Sedi Apo-  
stolica à Prædecessoribus factas probat.

## XXV.

Bonifacio VIII. Pontif. Maxim. Alberti Romanorum Regis  
Legatus, Sedi Apostolica iura confirmat, ius eligendi Im-  
perat. septem Electoribus ab ea concessum esse fatetur.

## XXVI.

Innocentio VI. Pontif. Maxim. Carolus IV. cum vxore à Le-  
gatis Apostol. Romæ Imper. coronatus, donationes à veteri-  
bus Imper. Ecclesie Romana factas confirmat.

Et quidem ista Paulus V. memorie Imperatorum, Regum, ac Princi-  
pum Christianorum consecrauit.

## XLIV.

Studiorum, & Studiorum patrocinium.

Super hæc, Lycæum Romanum (Sapientiam vul-  
gus appellat) magnis accessionibus adficiendum fa-  
ctis amplificauit: utque vltima ei manus imponere-  
tur, nonnulla Sedi Apostolicæ vestigalia loco pi-  
gnoris substructioni perficiendæ obligauit. Doctores,  
qui vel ius dicerent, vel iuuentutem bonis litte-  
ris informarent acciuit, in pretio habuit, præmijs, ac  
honoribus propositis inuitauit. Adolescentes, quo-  
rum ingenij præstantiam, & indolem ad virtutem  
præluccentem, res domi angusta opprimebat, vel pe-  
cunijs collatis, vel in Collegijs, vnde ex publico ale-  
rentur, collocatis sustentauit, & beneficentia profu-  
sa ad optimarum artium studia inflammauit.

## XLV.

Charitas, & profusio in pauperes.

Puellis nubilibus, quæ ex proprio dotem non ha-  
berent, in matrimonium collocandis, satis bonam  
pecuniam singulis mensibus numerauit. Expositis v-  
triusque sexus pueris, largissimas elemosinas eroga-  
uit. Neue quod vnum, ac præcipuum est mulierum  
bonum pudicitia, ab egestate expugnaretur, honesto  
loco natis, sed inopia rei familiaris ad necessitatem  
adductis, mensurnas pecunias clam subministravit.  
In egenos aduentantes, singulis annis minimum C.  
myriadas auri distribuit. Quoties in publicum pro-  
diisset (ibat autem auræ caprandæ purioris, vel deuo-  
tionis causa frequenter) obuius omnibus paupe-  
ribus stipem distertijt. Ciuium necessitates, ac vi-  
uendi difficultatem, rei; familiaris angustias, statim

atque à missis ad inquirendum intellexisset, nunc  
frumento, nunc pannis, nunc pecunia, rebusque a-  
lijs subleuauit, eaque liberali præuentione, naturali  
multorum pudori, & ingenuitati, qui extrema quæ-  
que parati fuerant sustinere, priusquam aliquid pe-  
tere consulens, gemino illos beneficio affectit.

## XLVI.

Hospitalitas.

Erga ignotos, & peregrinos indigentes, non mi-  
nus benignus, omnes, præsertim ex prouincijs hæresi  
infectis, vel ex captiuitate reduces, pro ratione perso-  
narum adiunxit. Scotorum, Anglorum, Hibertorum  
non paucos, qui tempelatem patriæ communem ab  
Hæreticis excitatam fugientes solum mutauerant, &  
in Vibem migrauerant; & in his Hugonem Tiro-  
mum, & Ioannem Barclaium cum vxoribus, & filijs,  
annuis eis prouentibus assignatis, in Fide Catholica  
continuit, neminem passus à se tristem abire. In acci-  
piendis hospitibus non solum liberalis, verum etiam  
magnificus, nobilioris notæ, si qui Romam aduenis-  
sent, vel ad se diuertissent, non tantum accipiebat  
splendide, sed etiam muneribus magnificentissime  
prosequeretur, pro cuiusque dignitate, nullum hono-  
restandî, ac munerandi genus omittens in illis ex-  
ornandis.

## XLVII.

Comitas.

Principum Legatis, & omnibus promiscue con-  
spectum eius aduentibus, mansuetum se, ac facilem  
supra quam dici potest præbuit: mandata referentes,  
aut supplicationes porrigentes, ea vultus placiditate  
audiuit, ut fiduciam omnibus ad dicendum daret:  
eosque ita dimitteret, ut qui honesta, & iusta, ab eo  
facile impetrari posse intelligerent. Neque his con-  
tentus, honoribus quoque, & donis, quæ grata cui-  
que fore intelligebat, honestaret, atque afficeret: quæ  
autem non satis æqua petissent, ea non semper, nec  
palam, nec tristiore vultu, aut grauioribus verbis de-  
negaret, sed potius ostenderet, non ideo se ea illis  
non concedere, quod noller, sed quod illis inutilia  
iudicaret, quodque ea ratione ipsorum rebus melius  
consuleret.

## XLVIII.

Grauitas, & Maiestas.

Vbi autem de iure agebat, nullo personarum dif-  
crimine habito, ipsarum legum personam, quæ ead-  
em sunt omnibus in due bat; adeoque faciebat, ut  
omnes intelligerent, illum in necessitatibus suis pa-  
trem familias liberalem; in iudicando Prætozem in-  
exorabilem; simultatibus, dissensionibusque tollen-  
dis pacatum industrium; propulsandis iniurijs, at-  
que periculis Aduocatum indefessum; procurandis  
commoditatibus publicis iuxta, ac priuatis Principem  
Solis æmulum; in priuato sermone gratum, in respõ-  
sis grauem, & circumspectum; acrem in sententijs,  
sed sine supercilio; in iudicijs seuerum, sine immani-  
tate; in pœnis decernendis adeo moderatum, ut etiam  
ipsi facinorosi, quos pœnis afficiendos leges sanxe-  
runt anima duerteret, illum non homines, sed crimi-  
na iudicari, atque punire. Cum autem non minus alien-  
is, peregrinis, & ignotis, quam familiaribus, ciuibus,  
& notis se debitorem esse sciret, naturæ tamen iure  
quodammodo superato, vbi se negotia obtulissent, ac  
maïorem peregrinorum, & præcipue infimorum, in red-

dendo

dendo iurationem habebat; & fere semper, notis,  
ignotos, ciuibus, peregrinos, necessarios, alienos an-  
teponerat; inque publicâ constitutus audientia, ex-  
teros, & infimos quosque primos audire volebat; ci-  
uibus, ac primarijs viris præteritis, quibus vltimum  
locum seruati Admissoribus mandabat.

## XLIX.

Prudentia.

Quamquam autem immensa molis negotiorum  
capax esset, eorum tamen cognitionem, & admini-  
strationem communem esse voluit, imprimis S. R.  
Ecclesie Cardinalibus, in varias Congregationes ve-  
luti Classes distributis; deinde viris doctrina excul-  
tis, & rerum vsu peritis. Ad eos, si qui perplexum,  
ambiguumque esset, remittebat; & sententias eorum  
exquirebat; magna tamen cautela. Nam que in omni-  
tum consultatione, tum actione, de rebus publicis,  
aut priuatis, vbi consilijs capiendâ opus erit, multa  
audiebat, plurimâ cum siciebat, causas singulo-  
rum, quæ dicerentur, exquirebat, nec statim assentie-  
batur, nec semper etiam palam, aut oculis improba-  
bat, aut nutu declarabat, sed multa animo pensitans,  
sententias aliorum ita examinabat, ut mentes dicien-  
tium videret velle introspicere; ut iudicia, & iusti-  
tiam illius censeretur, Argentum igne examinatum, pur-  
getur septulum.

L.

Moderatio seueritatis.

Cumque post diuinorum cultum, nil tam ad con-  
ciliandos subiectorum animos, pacemque florentis-  
simam parandam, quam iustitiæ opinio valeat; eam  
virtutem si quis Pontificum, maxime tamen Pau-  
lus, summo studio exercuit, & omnibus ex æquo mi-  
nistravit: vnde non minus per affabilitatem in om-  
nium animos illabebatur, quam per iustitiæ constan-  
tissimum tenorem, venerationem, & amabilem  
quendam sui timorem apud subditos sibi concilia-  
bat; cum omnes sentirent, illum non impune laturum,  
si quid grauius accidisset. Ab eius æquabili ri-  
gore, pupilli, & pauperes ab iniuria vindicari, maie-  
stas, & auctoritas supremi Tribunalis seruata, impie-  
tas ex occulto subsiliens, mature sublata, seditiosi re-  
pressi; grassatores, viarumque in secessores profligati;  
homicidæ, monetarij, Penapolitani, fallarij, & alio-  
rum atrociorum criminum rei, iuxta grauitatem de-  
meritorum castigati; adeo, ut eius Pontificio, iustitia,  
& abundantia pacis refluuisse visa fuerit; cum ille  
laudibus suis adnumeraret, illud, quod Regius Pro-  
pheta ad publicam felicitatem iactabat, *In matutino  
interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de ciui-  
tate Domini, omnes operantes iniquitatem.*

LI.

Obrectatorum, & palponum odium.

Inter alios vero humanarum rerum perturbato-  
res, præcipue impostores, calumniatores, libellorum  
famosorum scriptores, veluti pestem quandam exe-  
crabatur, & ad pœnam deposcebat. Bonum nomen,  
etiam vitæ anteponendum; & illius iacturam qui-  
busuis, ingentibus etiam doloribus grauiorem esse  
non ignorabat. Ergo pessimum hoc nebulosum ge-  
nus petosus, illos, aut illorum pestilentissimos fo-  
tus non tolerandos putauit: cum etiam Romanis, li-  
bros Labieni, quod famosi essent igne exuissent; ac  
præterea, in duodecim tabulas retulissent istud so-

lemne: *Si mala condiderit in quem quis carmina, suo est, iu-  
diciumque.* Cæterum, non minus suorum temporum  
felicitatis in faciem laudatores, quam aliena inno-  
centiæ, & integritatis clandestinos, vel publicos su-  
gillatores; non æquo oculo aspiciebat: eaque de re,  
vel poemata, vel panegyricos, vel libros aliqua nota  
laudum suorum præstantes, non omnino publicari  
volebat; incomparabili exemplo moderationis,  
quando quò plura præclara gessisset, maioribusque  
illum laudibus dignum, viri non ad palpitum obtu-  
dendum nati iudicasset, eò maiorem æqualitatem,  
moderationem, & continentiam retineret, seque in-  
tra orbitam humanæ modestiæ coerceret.

LII.

Modestia sensus.

Iuauit illum ad hunc pene natium de se sen-  
sum contemplatio maiestatis Diuinæ, cui in maxi-  
mis etiam curis intentus. Quapropter, cum omnia  
etiam ex animi sententia sibi succedere videret, tum  
maxime præesse humanis rebus Deum, seque non  
principem domus Dei, non domiantem in Clero,  
aut populo, sed villicum Dei, Vicarium Christi, Dis-  
pensatorem mysteriorum, Seruum seruorum Dei, ra-  
tionibus reddendis ante omnes obnoxium, cogita-  
bat; & ab ea cogitatione, se impari officio, indi-  
gnumque laudibus iudicabat. Mihi Pontificatus e-  
ius res gestas scribere gestiendi, quamquam tunc an-  
no XIV. administratæ Ecclesie, vniuersum Or-  
bem præclaris actionibus impleuisset, & quemuis  
calamum fatigare potuisset, se nihil ad hæc tempori-  
scriptio dignum gessisse, obortis lachrymis re-  
spondit.

LIII.

Futurorum contemplatio.

Moueatur præcipue ad despicientiam sui, con-  
temptumque rerum humanarum, à lectione assidua,  
& mortis meditatione perpetua. Enimuero in me-  
dijs difficillimi, & diurni Pontificatus negotijs,  
post ingentes publicæ rei curas, quidquid temporis  
surripere poterat, ne animum magnarum rerum  
consciunt, sibi que præsidendum inolefcere patere-  
tur, in multa hororum, præsertim spiritualium, quo-  
rum aceros in sua dormitoria cella seruabat, lectio-  
ne verlatus est. A lectione, ad orationem surgebat; &  
ad excitandam mortis memoriam, sepe sæpius sepul-  
chral, quod sibi vitens ideo posuit, inuisebat; & ex-  
inde ad omnem virtutem documenta inæstimabilia  
hauriebat.

LIV.

Virginitas virtutum corona ornata.

Ornabat illum præcipue virginitatis incontami-  
nata, quam ab vtero seruauit studium, cum odio tô-  
tius impunitatis boni iudicium; adeo, ut ne quidem au-  
rium macula, vel apud acerrimos hostes vniquam  
laboraret. Virginitati, Sanctitas vitæ, integritas mo-  
rum, compositio totius hominis, & his indiuidua  
còmes modestia ingens respondebant; ut vete-  
rum Pontificum plerisque exæquauerit, multos  
superauerit. Ornabant præterea illum ipsum, can-  
dor pectoris, mentis sinceritas, humilitas demis-  
sa, blandities vultus, frontis perpetua serenitas,  
benignitas clemens, hilaritas grauis, temperantia  
moderationis summa, humanitas omnibus bene-  
uola, benefica, exposita; pietatis cultus; iustitiæ zelus,

felicitatis



felicis publicae desiderium, commodandi cupido; animus ab affectibus noxijs depuratus, laboris perpetui appetens; ut pote a primis annis, continuis actionibus duratus, ac per omnem cursum vitae, desideria ignarus; a quo apud omnes vir, ac plane vir, cuius indefessa virtus robore antiquo non caruisset, ingenti cum admiratione audi. et: quandoquidem longissimi Pontificatus tempora per labores, & decora non intermissa dispensari. Mirum mirandum, quod totis fere XVI. annis Pontificatus, summissima valetudine usus, numquam alicui functioni publicae defuerit; quinimmo omnes Cardinales, seu assessores semper praeuenerit.

L V.

Apud externos existimatio.

Et istud non minus mirandum, quod apud Haereticos quoque magnam sui reuerentiam ex itauerit; adeo ut non decissent plerique, qui illud in Pium Quintum suo tempore prolatum repeterent; Deum obdurare voluisse Catholicos, quando Eccl. scilicet illorum Pontificem tam sanctum praefecisset. Accidit aliquando istud non omitendum. Aliquis Principum Haereticorum, curiositate v. scilicet Orbis, & inter alia Urbis spectandae desiderio inflammatus; Romam ex Germania veniens, Pontificis quoque alloquendi cupiditate tenebatur. Retrahebat hominem, narrante Ioanne Fabio Physico, & SS. D. N. Simpliciano, qui interfuit, pedis osculum, quod figere mos est, qui propius accedunt. Crucem auream calceis Pontificis supra scutum aliquis memorabat, Lutheraniumque non ad pedis, sed Crucis venerationem inuitabat. Haerebat ille, & tamen alloqui Paulum cupiebat. Tandem apud se statuit, genu ante Pontificem ponere, & ad osculum pedis se demittere, & ex vero illud figere, non fingere. Euenit; ut quod semel facere decreuerat, non semel repetijt. Statim enim atque Paulum maiestate venerandum aspexit, in terram quasi alter Saulus a Numine prostratus procubuit, osculandi que eius pedibus sinem vix imponere potuit; & a suavitate mellinis verborum Pontificiorum velur liquefactus, in castra Ecclesiae Catholicae transire constituit, insigni exemplo non tantum subditis, verum vniuersis in Germania, & toto Septentrione Haereticis. Alius etiam ex Anglica nobilitate Caluinista praesens, curiosus explorator, num ita, ut apud Haereticos audit Pontifex, esset, eius causa Paulum videre, & alloqui exoptans, vix in conspectum venit, Pontificem toto corpore splendissimis radijs circumfulsisse aspexit; & ab eo aspectu Caluinianum execratus, Catholicis nomen dedit. Paulo quoque Pontifici conuersionem suam ab haeresi ad Catholicismum debet, Serenissimus Gulielmus, Comes Palatinus Rheni, Neoburgensis Princeps, qui a Paulina sanctimonia incitatus, ad castra Ecclesiae transiuit.

L VI.

Nepotia ex Fratre institutio.

Domesticorum inter haec cura non neglecta Paulus, Marcum Antonium ex fratre nepotem, in spem subrogandae sobolis relictum, sub oculis suis ad omnem deuotionem, & honestat in educari voluit; iamque adultorem factum, matrimonij vinculis deuinxit; desponsa ei innocentissima virgine Camilla, Virginijs Vrini, aeterna memoria dignissimi Ducis Bracchiani filia, apud Magnam Etruriam, & Lotharingia Ducem, a teneris sanctissime educata.

L VII.

Mortis meditatio.

Quamquam autem intelligeret Paulus, honestam sibi materiam, ac causam praebere longius vrendae virtutis, si viueret diutius; tamen quamprimum ex nonnullis praecurrentibus mortem indicijs, illam sibi propius adesse animaduertit; neque animum deposuit, neque vitam sibi diuturniorem impetrari curauit; sed animo bene instituto, & eapropter intrepido, cum caeterum sibi, ac aeternam vitam polliceretur, spe ineffabilis boni merum mortis sibi eximit. Cumque vigilandum sibi esset, ne inopinato, imparatum fata inuenirent, ad mortis reficendam memoriam, frequentius sepulcrum praeparatum frequentauit; neque minus frequenter Basilicas Sanctorum, & memorias Martyrum, in quas aliquid ornamenti contulerat, ut patrocina Diuorum compararet, visitauit. Die festo Sanctae Agnetis Martyris, ad aram sumptuosissimam, quam illi Regio sumptu posuerat, ad suburbanam eius Ecclesiam processit. Pridie eius festiuitatis, ad Sanctum Sebastianum Cathacumbas, postridie Sacellum suum ad Sanctam Mariam Maiorem, & in eorum imaginem Diuae Deiparentis, tum locum quietis suae inuisit. Dominica, qua in XXIV. Ianuarij incidit, factis vltimo operatus, ingenti cum timore, ac tremore, vix potuit finem Sacrificio imponere.

L VIII.

Suprema vitae linea.

Inde curis, & laboribus iam confectus, quinto post die, scilicet XXVIII. Ianuarij, horam inter XXIII. & XXIV. leui lethargo correptus, inter choros Sacerdotum, ac Religiosorum factis precibus & officijs pietatis Christianae incumbens, praesente sacro Collegio, me etiam videntem, ac prorogantem vitam optimi Pastoris, & Benefactoris curante, placidissimè, & inilar dormiturus, nullo lenfu doloris, aut horroris, ad Caelum exoptatum consortium emigravit; postquam Sacramentis omnibus Ecclesiasticis summa cum deuotione, & spiritus demissione participasset; profusione Fidei magno ardore recitasset; extremam vocationem ministranti ad omnia respondisset, ac monentibus Sacerdotibus, ut voluntatem suam diuinam conformaret, sui securus, & caelum suspirans, se cupere desinere, ac esse cum Christo non semel dixisset. Iam iam moriturus, vno Sacerdotum; orationem. Desende quasumus Beata Maria semper Virgine intercedente, &c. recitante, ad finem respondit clara voce, Amen. Mox voce praclusa, cum altere v. scilicet illum, Recordare Iesu pie, quod sum causa tua via, &c. pronunciaisset, suspirio ex imis praecordijs emisso, manumque in caelum porrecta, animam festinantem Redemptori commendare visus, intra quadrantem horae (neque enim longiore tempore animam agebat) expirauit; Aurei seculi restaurator, cuius auspicijs florebat pietas, innocentia, sanctitas, fides, doctrina, leges; & a legibus iustitia, & ab hac abundantia pacis, & a pace affluentissima bonorum omnium cum spiritualium, tum exteriorum vbertas, & ab hac felicitas Vrbi, & Orbi: qui se vnum omnibus Quinario numero designatis antecessoribus, omnibus numeris absolutum virtutum compendium reddidit, se vno velut imagine vna referens, ac representans.

L IX.

Cum superioribus Pontificibus numero quidam signatis comparatio.

Bonifacium, cultu sacrorum pignorum, & Sanctorum. Ioannem, mansuetudine, & comitate. Stephanum, clementia, & moderatione. Leonem, aequanimitate, & candore. Benedictum, iustitia, & grauitate. Gregorium, zelo vindicandi in perij. Innocentium, doctrina, & iudicio. Adrianum, constantia in libertate Ecclesiastica tuerenda. Celsinum, sanctitate, & puritate. Clementem, legum, & sanctionum scientia. Urbanum, Orientalium salutis cura. Alexandrum, integritate, & candore. Martinum, rei Romanae, & Patrimonij Ecclesiastici feruandi vigilantia. Nicolaum, litterarum, & Doctorum amore. Pium, ceteripandae haereticis, profligandi Mahometismi, & Fidei Christianae propagandae desiderio. Sixtum, magnanimitate, magnificentia, & felicitate tempus. In eius laudes funebres, in publico Patrum confesso, faciendus non minus quam circa assentationem Orator, Gaspar Palionius, Basilicae Vaticanae Canonicus illud encomium in Simonem Onizae a Syracida scriptum aptauit, dicendoque probauit, Paulum Quintum fuisse Sacerdotem magnum, qui in vita sua suscipit dominum, & in diebus suis corroborauit templum, a quo templi altitudo fundata sit, duplex edificatio, & excelsi parietes templi. In cuius diebus emanauerunt pueri aquarum, & quasi mare adimpleti sunt supra modum, qui curauit gentem suam, & liberavit eam a perditione. Qui praeualuit amplificare ciuitatem, qui adeptus est gloriam in conuersione gentis, & ingressum domus, & arri amplificauit. Quasi stella matutina in medio nebula, & quasi Luna plena in diebus suis, & quasi Sol resurgens, sic ille effulsit in templo Dei. Vixit ann. LXVIII. mens. IV. dies XL in Pontificatu ann. XV. mens. VIII. dies XIII. Statuam aeneam videnti, Clerus Basilicae Liberianae gratissimam memorandae P.

L X.

EPITAPHIUM.

Vertente anno integerrimus, in corruptusque omnino repertus, solemnissimo funere, in Basilica Li-

berianae Sacello Burghesiano, a Scipione Cardinale nepote, quasi recens vita sanctum complorante vniuersa Vrbe, tumultatus est, adiuncto Epiphio.

IN MEDIO.

Paulus Quintus Pont. Opt. Max. Patria Romanus, Familia Burghesa. Cui perpetua vita innocentia, & spectata virtus, a insignes quoque honores gradum fecit. Bononia Pro-Legato praesuit. Mox a Gregorio XIII. Causarum Cam. Apost. Auditor creatus, & a Clemente VIII. Ad Philippum II. Hispanorum Regem de grauisimis reb. Legatus. In amplissimum ordinem cooptatus, inter Generales Inquisitores adscriptus. Et Vrbi Vicarius electus; cum omnes tantorum Munerum partes Summa cum laude obinisset, ad summum Pontificatum Leone XI. a vniu erepto Florens adhuc aetate, incredibili Patrum consensu Electus est. Cumque vigili sollicitudine, securitatem, annone copiam, Iustitiam, & quietem populis Ecclesiasticae ditionis, Concordiam vero, & pacem vniuerso Christiano Orbi Semper praestitisset, Religionem summa pietate coluisset Vrbe magnificentijs suis aedificijs ornasset, atque Egregijs Omnium virtutum officijs aditum sibi ad immortalitatem Aperuisset. Emortibus raptus, gratia cunctis sui desiderium reliquit Sedit in Pontificatu annos XV. mens. VIII. dies XIII. Obijt anno salutis MDLXXI. die XXVIII. Ianuarij.

A DEXTRIS.

Franciscam viduam Romanam, & Carolum Borrdomenum S. R. E. Cardinalem via innocentia, & miraculis claros, Rite in Sanctorum album retulit. Rudolphum Romanum Imperatorem electum, Aduersus Christiani nominis hostes. In Purgaria bellum gerentem, auxiliarijs copijs adituit.

A SINISTRIS.

Congr. Persidisque Regum, & Japoniorum Ad Sedem Apostolicam de re Christiana Legatos Honorificentissime excepit. Ferrariam Vrbe ditionis Ecclesiasticae Nobile propugnaculum Extructa validissima ex eo conuenit.

FINIS.

